Universidad de Deusto
Biblioteca

0/010
4-10½
1550

OPERUM
D. BASILII

T. 1-2

Universidad de Deusto
Biblioteca

3/7
1 Ink
107/2
70 091

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERVM

D. BASILII MAgni Cæsariæ Cappadociæ quondam ARCHIEPISCOPI PRIOR TOmus, cuius pars multò melior nunc demum solerti industria nec minùs accurata collatione ad fidem Græcorum aliquot Archetypōn partim restituta est syncériori quàm hactenus lectioni, partim uersa per Godefridum Tilmannum Cartusiæ Parisiensis monachum.

COLEGIO DE S. FRANCISCO JAVIER
TUDELA DE NAVARRA
1054

Prioris huius tomi catalogum habes statim post indices.



PARISIIS,
Ex officina Carolæ Guillard, sub Sole aureo, uia ad diuum Iacobum.
1550

Universidad de Deusto
Biblioteca

טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי־טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ׃
לד לְדָוִד



O quàm bonus & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus. Sapientiæ.12.

ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινόν, καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους μου,

Esaiæ.66.

rum uertunt & aliarum perniciem animarum. Tibi medico concredita administratio est ex artis professione & cauterij & sectionis, utroque legitimè ut utaris: Rex itidem gladium portat, ut cum Dauide, uiro secundum cor Dei dicere ex animo possit: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ ut disperderem de ciuitate Dei omnes operantes iniquitatem. Hæc re ipsa quoniam rex præstat, & qui in sublimitate consistunt, Principes, Præsides, Senatores: hos tales nihil dubitas traducere inuidioso nomine tyrannorum? Quid quæso, Reges addecet ac principes magis, quàm ut iustitiam faciant ac iudicium? quæ iusta sunt præcipiant, iidem uetent illicita? Nam & hoc nomine, si legitimè administrarint iustitiam, illos manet dignum ἐπαθλον, corona iustitiæ. Sed neminem uis exuri, aut uiuum ardere, etiam si is sit compertus confessæ hæreseως. Cur id? Est enim id supplicij genus immane, atrox, horrendum ac proinde inhumanum. O medici clementiam. Extorque igitur è chirurgi tui manibus cauterium, ne dolorem ingerat ægroto supra humanum modum, dum putorem membri adurit ui caustica. Imò nulli Busirides, aut Mezentij, nulli Phalarides, aut Echeti satis sint excogitandis suppliciis, quibus digna est præfracta & peruicax pertinacia hæreticorum. I nunc & hoc ipsum trahe in calumniam dans tyrannidi, quod ut regia maiestate maximè dignum dandum fuerat laudi coram deo & angelis eius, nimirum facere iudicium & iustitiam, quod tum sit potissimè quando edicto principum aut senatusconsulto porrò ab ecclesia Dei abarcentur immanes lupi, hæretici iuxtà ac schismatici, cuiusmodi permultos habet saxea tua Saxonia. Sed & libros talium exuri non uis: & quod principes non sinant in terras suæ ditionis importari huius modi libros, ob id tam iustum nec minùs pium ἀνδραγάθημα principes uiros tyrannos uocas? Tam est tua hæc obiectio nullius momenti, ut nullo digna responso sit. Ad hæc addis id exempli nouum tibi uideri, nec in primitiua fuisse ecclesia. Primùm, ut hoc donem defuisse ecclesia nondum constabilita, quando in Iudæa tantùm notus erat Deus, si tamen notus istis sic perfidis & Christo dei filio infensissimis. Dein non te clam est, etiam si dissimulas, quid illi fecerint, qui priùs curiosa sectati per Pauli mox prædicationem & stupenda omnibus signa, fidem in Christum complexi sunt. Vtique cum hæc scriberes, non eras nescius quid per Lucam memoriæ de istis proditum sit, nimirum τὰς βίβλους κατέκαιον ἐνώπιον πάντων. Quid præter cæteros in sua collectanea synopsi congesserit in eum locum Oecumenius, satis fuerit indicasse Græcè scienti: Σημειωτέον δὲ (ait) καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς &c. Multùm à ueritatis scopo aberras, si quæ commenti sunt incentore diabolo hæretici, censes periculi esse minoris, atque ista hæc curiosa fuerint. Pace subin per Constantinum magnum in integrum restituta ecclesiis Dei, ut idem principali edicto animaduerti iusserit in Arium eiusque blasphemas in Christum conscriptiones, doceat te ipsius principis epistola ad episcopos & populum Christianum. Principium habet: τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς &c. Vt enim Arium cum Porphyrio contulit, quid subiunxit? Πρὸς δὲ τούτοις εἴ τι σύγγραμμα Ἀρείου ὑπετάγμενον εὑρίσκοιτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ δὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὅλως ὑπολειπόμενον. Ἐκεῖνο μέντοι προσαγορέυω, ὡς εἴτις σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συνταγὲν φωραθείη κρύφας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκὼν πυρὶ καταναλώσῃ, τοῦτο θάνατος ἔσαι ἡ ζημία. παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς, ἐπὶ τούτῳ κεφαλικὴν ὑποσχήσεται τιμωρίαν. Clausula epistolæ est: ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι. Vt ne quid opponas me affinxisse aut detraxisse ueris, habes hæc, αὐτολεξεὶ apud Socratem scholasticum libro primo capite nono. Arius, dæmonium illud meridianum scintilla erat, quæ si iuxta id salutare edictum in suo fomite tempestiuiùs ex-

Psal.100.

Act.19.

Eadem cap. 15. libro. 2. Tripert. historiæ.

 tincta

Universidad de Deusto
Biblioteca

tincta fuisset, haudquaquam tot animæ in præcipitium abiissent erroris. Quod mihi de Ario hìc dicitur, idem mihi dictum puta ô Cornari & de tuo pestilenti Luthero, deque illius asseclis ac sectariis qui se ab ecclesia Dei segregant animales, spiritum non habentes. Per hunc Cornarium inspersa sunt illi epistolæ alia quoque, quibus uelut aucupio aut illici lenocinio uerborum, sui ducis Friderichi fauorem & gratiam eblanditur: ut est quod hoc nomine gratulatur Saxoniæ, quia sexcentos habet se doctiores, quorum ommium phœnicem pronunciat Philippum illum ἀληθεστάτων, uerè Melanchthonem, quasi ab illo rhetore eximiam quandam hauserit rhetoricen, qua scilicet præduce sparsim usus sit in uertendo & perpoliendo Basilio, quum tot adeò locis agrestis dictio illi fuerit & barbascula, ut me non semel pertæsum sit ac piguerit istiusmodi legendis bonas horas malè collocasse. Familiares enim illi uoculæ quædam sunt, è medio quodam Gotthico aut Vandalico conclaui depromptæ, quibus alioqui mirè acquiescit, ceu sunt præter alias, Fientes, Fientibus. Nam pro eo quod legit toto orbe Latino ecclesia: Estote misericordes, hic Latiniuscule putat legendum ac proinde ῥητορικώτερον: Fitote misericordes. Alia occurrunt id genus sexcenta. Valeat itaque rhetor Lutheranus hic cum suo Gotthismo. Ad alterum transcribendus iam est mihi calamus, nempe ad Musculum. Principio sanè usus hic est triplici nomine dignus, cuius recognitionem mihi præstituerem in archetypon. Primùm quidem ipsa me epigraphe frontispicio operum præfixa eò inuitabat ac tantummum perpellebat. Promittebat enim sic omnia uel uersa recèns, uel collata ad archetypos Græcos, ut aliam omnino faciem sumpsisse uiderentur. Deinde ipsa per Musculum præfatio quam non sanctimoniæ speciem præsefert? Id quod permaximi est apud pios omnes momenti, sed qui columbinæ simplicitati haudquaquam adiunxerint serpentinæ prudentiæ discretionem. Si quando prudentia opus fuit, qua quis pius lupos hæreticos ab ecclesiæ sponsæ Christi secernat ouibus, uel hodie maximè. Demum Musculus meliusculè quàm alter λατινίζει. Iam quod ad inscriptionem attinet, ut periculum facerem num quæ ipso statim aditu promittit sequestri fide Musculus, re ipsa præstaret, in partem desultoriæ istius collationis adsciui mihi precariò Godefridum Tilmannum Cartusianum non ita pridem mihi de meliore nota notissimum. Comparatis undecunde fieri potuit præter eos quos habebat, Græcis archetypis simul & Latinis pro more studiosis solenni ad collationem uterque conuenimus, & ecce in ipsum statim locũ incidimus qui habet: Μωϋσῆς τοίνυν ἐστὶν, ὁ τὴν συγγραφὴν ταύτην καταβαλλόμενος. Μωϋσῆς ἐκεῖνος, ὁ μαρτυρηθεὶς ἀστεῖος εἶναι παρὰ τῷ θεῷ ἔτι ὑπομάζιος ὢν. Pro quo Argyropylus: Moyses igitur is est, qui commentationem hanc scripsit. Moyses ille qui testimonio habitus est apud deum urbanus esse, quum adhuc esset infans, ac alimentum sugeret primum. Quid ad hoc Musculus? Vtique censuit recognitione dignum quod Argyropylus pro ἀστεῖον uerterit urbanus. Etiamsi ab ἄστυ dictione urbs ἀστεῖον urbanus, maluit tamen iste significatione tralatiua uti, id est elegans, sic enim uertit: Moses ille qui testimonium habet quòd elegans fuerit apud Deum. quasi uerò elegantia ac decor puerilis corpusculi conciliarint Moysi dei gratiam. Illud mihi tum occurrit quod in Galbam referri solet scomma planè ridiculum: Rideo Cantherium in porta. Quid imposuerit Musculo, mox meo Tilmanno suboluit, nimirum illud quod Exodi secundo capite legimus: וַתֵּרֶא אֹתוֹ כִּי-טוֹב הוּא וַתִּצְפְּנֵהוּ שְׁלֹשָׁה יְרָחִים. Hoc est, Et uidens (nempe Iochæbæd mater Moysi) eum, quia elegans ipse (esset) abscondit eum tribus mensibus. Pro quo Septuaginta reddiderunt, ἰδοῦσαι δὲ αὐτὸ (nimirum ἄρσεν masculum) ἀστεῖον, ἐσκέπασαν αὐτὸ μῆνας τρεῖς. Hoc est, Videntes autem (nempe Amram & Iochæbæd) eum ἀστεῖον elegantem, absconderunt

Initio primę homiliæ in Hexaemeron.

runt eum mensibus tribus. Debuerat in tempore meminisse loci illius per Lucam de eodem Moyse: καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ θεῷ. Et erat gratus Deo, Subscripsit interpres Oecumenius: ἀστεῖος, τουτέστιν εὐάρεστος ἤτοι θεοφιλὴς, aut is saltem consuluisset Suidam, Hesychium, Phauorinum, Etymologicon mega, utique horum communi consensione comperisset uoculam hanc ἀστεῖος esse polysemam & à natiua significatione diduci in tralatitias alias, ceu sunt hæ: καλὸς, πρέπων, εὐπρόσωπος, εὐσύνετος, χαρίεις ἢ ἐπίχαρις. Sexcenta eiusmodi sunt, in quæ incurrit noster Tilmannus interim, dum sub incudem elaboratæ huius recognitionis bonam partem Basilianorum operum reuocat. Hæc si singula persequi uelim, in uolumen exibit multæ molis. Finem igitur imponam, si modo alterum adscripsero testimonium, quo nostra propositio testatior fiat. Ad proœmium transiliuimus Basilij, quod habet in psalmos πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος &c. Raphaël Volaterran. Cum omnia sacra uolumina &c. Hic Musculus recte quidem ad numerũ reuocat: Cùm omnis scriptura etiamsi non fuerit necesse &c. Post aliquot lineolas uis nosse strenuam istius operam? Basilius: τάτε γὰρ παλαιὰ τραύματα τῶν ψυχῶν ἐξιᾶται, καὶ τοῦ νεωτερῴ τῷ ταχέως ἐπάγει τὴν ἐπανόρθωσιν, καὶ τὸ νενοσηκὸς περιποιεῖται, καὶ τὸ ἀκέραιον διασώζει, καὶ ὅλως ἐξαιρεῖ τὰ πάθη καθ' ὅσον οἷόντε, τὰ ποικίλως ταῖς ψυχαῖς ἐμ τοῦ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐνδυναστεύοντα, καὶ τοῦτο, μετάτινος ψυχαγωγίας ἐμμελοῦς, καὶ ἡδονῆς, σώφρονα λογισμὸν ἐμποιοῦσης. Pro quo Raphaël Volaterranus: Vnde antiqua animarum uulnera sanantur, errantes in uiam reducuntur, perdita restituuntur, denique perturbationes omneis & adfectus animi praui, quales uariis modis hominum animis in hac uita dominantur, penitus tolluntur, & hæc cum uoluptate quadam & animi deductione diligenti. Hac Volat. uersione contentus abit iste Musculus Tantum est, addit: mentis sobrietatem ingenerante. Et continenter, ἐσωφρόνησε γὰρ εἰδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Pro eo quod reddidit Raph. Volat. Nam quando Spiritus sanctus. Ne nihil restituisse uideri possit Musculus, quid ait? Quoniam enim Spiritus sanctus. Quàm à scopo uterque aberrarit, audi ex Godefridi recognitione: Vulnera etenim animarum persanat, quantalibet uetustate occalluerit: uulneri recens inflicto celerem citamque adfert emendationem. Diutino item morbo affectum pristinæ asserit sospitati, quod uerò incolume est & integrum, tuetur interim ac seruat. Denique omnem prorsus uitiosæ affectionis intemperiem quoad eius fieri potest, ab animis nostris reuellit ac submouet, quantiscunque modis per uitæ istius corruptam consuetudinem inualuerit, idque cum peramœna quadam deductione ac moderata iucunditate animorum, quæ & menti honestas inserit cogitationes. Nam quando ipse Spiritus sanctus &c. Quæ proximè sequuntur, conferat lector cum archetypis, & uidebit nouam scilicet faciem inductam per Musculum. Quem enim non pigeat singula percensere? Voluptatem hic inculcat ac reculcat, quum in exemplari nempe Basilienſi quo clarissimis argumentis deprehenditur usus, semel ἡδονῆς legatur. Ad sanctimoniam illam deriuandus iam calamus, quam initio, medio ac fine suæ præfationis tribuit uni Basilio. Ipso statim aditu sequutus sententiam planè memorabilem Agesilai (quanquam non desint qui eam Epaminundæ tribuant, alij Anacharsidi Scythæ) admonet, ut non minus in eius inquiratur uitam qui suscipit unum quempiam laudandum atque eius qui laudatur. Accipio Musculе conditionem non quidem abs te sancitam, sed iusto Dei iudicio abs te propositam & in te iustissimis rationibus retorquendam. Patere legem quam ipse si non tulisti, at proposuisti. Scribit alicubi Basilius hic: ductu Spiritus sancti eò erroris simi deduci hæreticos per uelitarem & controuersiosam suam contentionem, ut per ea quibus maximè ad uictoriam conspirabant, per eadem maximè reuincantur, ut uerum sit Apostoli de eiusmodi oraculum

 dicentis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicentis: Quum sint proprio iudicio condemnati. Dic quæso te Muscule, si quem infenso unquam & hostili in te animo tulisti, quid aliud ex te expectasset is optatius, quàm quod ultroneus offers, præsertim tam malè tibi conscius? Dic, obsecro, quo non loco interdicit suis ascetis Basilius intimo aditu & congressu familiari mulierum cuiuscunque tandem status aut conditionis? Et ecce tu interim cœlibi uitæ astrictus per ordinem sacerdotij & (uelis nolis) monachatus nescio quam ad incestas, piaculares & nefarias nuptias audes prolicere? Obscœnam hanc salacitatem tuam tibi persuadeto propediem uindicandam ultricibus flammis in conspectu agni & angelorum eius. O te ter miserum. Quis ex eiusmodi impurissimo connubio sperari debet fœtus, nisi piacularis? si modo uerum est, quod uulgi sermone iactatur: Ex malo coruo, malum ouum. Et, Ex malo ouo, malus pullus. Redi ad cor ô impudentissime, amplectere miserentis Dei clementiam nulli non obuiam, sed resipiscenti, recurre ad portum salutaris pœnitentiæ, dum hodie dicitur, simul & in uiam reuoca quam tuis suadelis in barathrum præcipitasti tantæ perditionis. Basilius semel obuinctus uoto paupertatis eam ad extremum uitæ halitum mordicus adeò tueri uoluit, ut ex opulentissimo alioqui Cæsareæ archiepiscopatu, ingenuè confessus sit Ponti præfecto interminanti nullum se habere peculium præter togulam & libros aliquot, unicum uitæ sanctius traducendæ solamen. Si mentiri tibi uidebor, en ad manum testes sunt Gregorius Nazanzenus indiuiduus illi contubernalis, Theodoritus Cyrensis præsul & Socrates scholasticus. Tu tecum aliquando reputa quas hodie opes & eas non iudicio & æquitate sed sacrilegio partas congesseris, perdicis malignitatem imitatus. Tu enim conciombus plusquàm insanis, plebem Augustanam Cleri prius amantem aduersus Clerum ad arma conciuisti & eo perpulisti tandem, Clerum ut spoliaret, altaria in Dei & cœlitum honorem magnificè erecta suffoderet, adeò ut non desint fide digni qui scribant minus ho die altarium spectari Augustæ quàm inter medios Turcas uel Constantinopoli: Id factum qui te propiùs norunt, recellunt in te promotorem tantæ impietatis omnes & uerbo & scripto. In his est ille Ioannes Cochlæus ut doctissimus ita & tuendæ pietatis zelotes ardentissimus, cuius uocem incantantis sapienter si exaudires, tuæ consuleres saluti. Huius in te libros duos hisce diebus legi quidem, sed & quàm pertæsum sit me mei legentem & quæ tu unus designaris facinora, fideli relatu ediscentem uix credibile est. Piget pudétque ad numerum referre, tam multa quum sint, nec minùs impia: & tu interim uideri uis sanctulus, dum blandis & illicibus uerbis non inuitas modò, sed & per Christi tribunal obtestaris ad ecclesiæ concordiam discordiæ sator & ab ecclesia præcisus palmes atque alienus. De obedientia quam ex professo monachus tuo debebas præsuli, quid attinet commemorare, quando peruicax & præfractæ frontis homo palam traducis optimum Pontificem Christi in terris uicarium Paulum tertium, aduersus principem tuum scriberis ad arma conciuisse. Mirè est fucatus hic tenebrio, sic impudens alioqui ut uideri possit in reprobam mentem datus. Quæ enim in hac scribit præfatione, in speciem, quandam promittunt singularem sanctimoniam: contrà, quæ uernacula illi, hoc est Germanica lingua, discipulum nihil obscurè arguunt & Zuinglij & Oecolampadij: quorum uter alterum uicerit in Christum impietate, haud facile sit dictu. certè & hæc & alia permulta clamant te eò contendere pro uirili, utrumque ut uincas. Horret animus referre quàm impia sentis, doces & scribis aduersus nouæ legis sacerdotium, in mysterium & canonem Missæ quam & odiosè papisticam uocas. In altaris sacramento post consecrationem palàm negas profanus Domini corporis & sanguinis præsentiam, ut alia pleraque. Sed præstat audire Cochlæi sententiam

In prologo ἀσκητικῷ. Musculus uotiuæ castitatis παραβάτης.

Paupertatis uotiuæ trãsgressor Musculus.

In præfatione in Basilium.

Obedientię uotiuæ, ἀποστάτης καὶ προδότης Musculus.

Sub umbilicum cap. 2. in Anticochlęum Musculi.

tentiam modo epilogi, compendio uerborum comprehensam, dum is tuæ aduersum se præfationi respondet: Audi igitur nunc apertiorem sententiam meam, quam tamen superiorum iudicio & correctioni semper subiectam esse uolo. Dico sanè te non solum impium & hæreticum, infamemque apostatam & castrorum ecclesiæ desertorem ac transfugam, incestuosumque maritum, uerumetiam criminis læsæ maiestatis & perduellionis reum &c. Aliquanto inferiùs reddit causam his uerbis: Hæc in te dico Muscule, non odij aut iræ affectu percitus, non conuiciandi libidine motus, neque uindictæ appetitu concitatus, sed iustæ ac piæ rationis consideratione maturè admonitus & inductus, eo nimirum respectu, ut reliqui populi, quos in hæresis tuæ nassam pertrahere satagis, rectiùs considerent quid sibi in religionis negotio sit agendum &c. Atqui de isthoc excucullato & uxorio scilicet nimisquàm multa. Dominus istius cordi quod supra petram occalluit, aspiret compunctionis donum, aut certè Ecclesiæ suæ misertus & hunc & huius similes quàm ocyssimè eradicet è terra uiuentium. Hæc ex me cùm intellexisset hera, iussit utriusque editionem suis extrudi ædibus, nec quidquam eorum attingi qui se suamet temeritate submouerunt ab ecclesiæ castris, qua in re non illibenter illi gessi morẽ ut qui perfecto odio oderim semper istos ἀιρέσεως καὶ χισμάτων artifices. Tantum est, homiliam illam quæ in desertorem monastici instituti est scripta Basilio, sarctam tectam isti Musculo desertori reliquimus interpreti, quo flagitiosa eius uita redderetur orbi testatior, & proinde proprio iudicio condemnatus ac confusus ad cor redeat, si quid tamen suppetit illi frontis quando pudorem à se ommem unà cum cuculla uideri possit excussisse. Ea habetur folio 127. tomo. 2. Missus itaque Cartusiam summœniis inclytæ huius Academiæ conterminam conuenio super negocio recognoscendi Basilij uenerabilem P. Priorem dictæ domus D. Ioannem Parceualum qui iuberet in partem hanc sic pij laboris succedere suum ac nostrum Godefridum Tilmannum, quo is collatione Græcorum exemplarium superuacanea quæque per uarios interpretes inserta sui styli lima raderet atque expungeret, asperiora ceu pleraque occurrerunt, leuigaret ac perpoliret, minùs per se perspicua illustriora redderet paraphrasi. Hanc ille prouinciam in se recepit nihil inuitè studio uuandæ Ecclesiæ & in eorum gratiam qui candidati sunt Basilianæ sapientiæ, præsertim iussu sui adactus superioris, ut qui modis omnibus adnititur inueniri in die illa obedientiæ filius. Quanto sudore, quot ille uigiliis id ut præstaret, sit comixus: unus ipse testari abunde possim, ut qui hominem altero quoque die feriatus interuisi. Nam ab opere Dei, quod unum apud pios omnes primas sibi suo iure uindicat, quidquid succisiui temporis illi licuit intercidere, per menses aliquot id ipsum huic uni dedit Basilio, in hoc incumbens totus & aduigilans ut quàm hactenus, fœliciore τῇ παλιγγενεσίᾳ neluti renatus illustrior simul & commodior ad manus studiosorum per excusionem nostram exiret, nimirum mendis quibus scatebat, è contextu sublatis, additis insuper marginariis annotationibus, ceu intermicantibus stellulis. Ea porrò tam quæ prima recognitione restituit integritati, quàm quæ ab integro uertit satis colliquescere putem & internosci ipsis argumentorum anagraphis. Donet dominus, ut is integer redeat ad adornandam hanc quam nactus est, sparten recognitionis quod & se facturum pollicetur, simul atque colophonem imposuerit selectioni troporum ex Græcis Latinísque theologis. Opus est uariegata elegantia distinctum. Spes est futurum usui Ecclesiæ Dei, cui & inscriptionem dedit: Metaphoræ, Homœoses & Allegoriæ ex uberrimo atque locupletissimo penu Theologorum Græciæ quondam totius maximè illustrium, vt quæque insigniores occurrerunt, desumptæ nunc primùm ac selectæ, & eædem Græcolatinæ. Iam quod in utrumque

Universidad de Deusto
Biblioteca

utrumq; calamũ distrinxerim fusiùs (mihi cum primis reuerende Abbas) quàm conueniret epistolæ nuncupatoriæ, non id fecit alterutrius personæ odium (ut qui neutrũ uel de facie unquã nouerim) sed ipsa rei indignitas, Musculi maximè, quem præterquàm quòd totus uitiis ad imaginem Pardaleæ interstinguitur, legi etiam impotenti cupiditate flagrare proliciendi in suarum hæreseon sagenam non ciues modo Augustæ inclytæ quondam ciuitatis, sed & aliarum circùm circa sitarum. Tam est noxia ac pestilens hæc hæreticorum lues, hæc schismaticorum dira mephitis: ni principio uitetur in uestigio suo afflatu sternit incautos. De Basilio & operibus tantùm instituera m dicere, uerùm uelut aliud agens, eò sum delapsus, & fortasse non sine fructu. Nam si is Musculus suo se proditum, indicio senserit, forsan pudore aspersus & suppudescens resipiscet & ad sinum se recipiens pœnitentiæ salutaris promerebitur restitui Ecclesiæ gremio. Quis enim scit, si conuertatur & uiuat? De Basilij laudibus nihil est quod laboret aut in ea se occupet parte nostri mediocritas ingenioli, quum ipso tam superstite, quàm uita functo id magno conatu executi sint illius ætatis quique in scripturis summi heroës. In his est Gregorius Nazanzenus Basilij contubernalis, cuius Monodiam & funebre carmen calci appressimus tomi posterioris, rati quidem opus etsi florulentum ac elegans, esse tamen laciniosius, quàm auocari per id debeat à lectione Basilij auidus lector. Ne tamen rudis & absque elogio sanctitatis ac eruditionis Basilij quasi illotis pedibus se accommodet lectioni, uisum est Tilmanno nostro quædam ceu fragmenta sparsim seligere ex biographis, cuiusmodi sunt Hieronymus noster & eius metaphrastes Sophronius, Suidas, Philostorgius, Theodoritus Cyrensis, quorum testimonia pro Basilio continẽter huic appressimus epistolæ. En habes Cœnobiarcha prudentissime causam & recèns per nos editi & per Godefridum Tilmannum Cartusianum maiore ex parte siue recogniti siue de integro uersi Basilij. Et quidem circumspicienti mihi cui iustiùs nostram hanc excusionem deberem consecrare, ad eam attento unus tu occurristi, ob eam qua charissimum mihi auunculum Dionysium Tutæum complexus es, domesticam familiaritatem, qui annos aliquot in æde D. Stephano sacra tuas præsentis iuxtà ac absentis uices suffraganeus dum uixit obibat, intimà tibi iunctus charitate. Modestiam tuam planè cognoram ægrè laturam, si in os laudare te uoluissem, quod alioqui hodie uidemus passim pessimo exemplo ab istis fieri, qui omnibus neruis student πνλαιζειν. Tantum est, præter istam singularem tuam modestiam, nemo non nouit quàm sis in subleuanda pauperum inopia benignus, ut die illo formidabili promerearis securus audire: Esuriui & dedisti mihi manducare &c. quamque in adornandis sacris ædibus sis magnificus ac liberalis, omnibus palam est, ut cum Dauide concinere ex animo possis, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Accipe igitur fronte hilari tuum tibi consecratum Basilium, memor tui in Christo clientuli Ludouici Miræi Abbas beneficentissime. D. Iesus te nobis quàm diutissimè seruet incolumem. Kalendis Ianuariis anno à partu uirgineo. M. D. XLVII.

HIERONYMVS.

BAsilio Cæsareę Cappadocię, quæ priùs Mazaca vocabat, episcopus, egregios cõtra Eunomiũ elaborauit libros, & de spiritu sancto volumẽ, & in hexaëmerõ homilias nouẽ, & Asceticũ, & breues variósq; tractatus. Moritur imperãte Gratiano.

Περὶ τοῦ ἁυτοῦ ἁγίου Βασιλείου
ἐκ τῶν τοῦ Σουίδα.

Βασίλειος, Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, ἥτις πρώην Μάζακα ἐκαλεῖτο. ἑταῖρος δὲ γέγονε Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζοῦ. Βασιλείου τε καὶ Ἐμμελείας. ὧν ἄνωθεν ἡ συγγένεια. ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακώς. οὕτω δὲ ἔγραψε πολλά, ὡς θαυμάζεται. τὰ εἰς τὴν ἑξαήμερον, καὶ κατ' Εὐνομίου δὲ διαιρέτους συνέταξε λόγους. Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τεῦχος. καὶ τὰς εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας ἐννέα. ἕτερον τεῦχος ἀσκητικόν, περὶ παρθενίας, ἄλλο ἔπαινον εἰς τοὺς μ. μάρτυρας, ἕτερον εἰς γόρδιον, ἄλλο εἰς βαρλαὰμ, ἕτερον εἰς ἰουλίτταν. εἰς διαφόρους ψαλμοὺς ἠθικοὶ λόγοι, διάφοροι. ἐπιστολαί, ὧν οὐδὲν ἄμεινον, πρός τε Εὐσοφιστὴν Λιβάνιον. Πρὸς Εὐφίλιον γραμματικὸν εἰς ἄλλους πλείονας. Τὸν δ' ἐγγενῆ Βασιλείου, καὶ φιλοσόφου μνήμην πεποίηται ἐν τῇ κατ' αὐτῶν ἱστορίᾳ γράφων οὕτω.

φιλοσόργιος.

Βασίλειος ἤκμαζε κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας. Γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῷ. σαθμὸς δὲ οὗτος Καππαδοκίας. καὶ Ἀπολλινάριος ἐν τῇ λαοδικείᾳ τῆς συρίας. τρεῖς δὴ οὗτοι ἀνδρες τότε τῶν ὁμοουσίου πρὸ μάχου, κατὰ τ' ἕτερα σίου. μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ, τῆς αὐτῆς αἱρέσεως πρόσωπας, ὡς ῥᾴδια παρ' αὐτοῖς κρίθηναι θ' ἀθανάσιον. τῆς τε γοῦν ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπιπολῆσον οὗτοι πρόκληλύθεσαν. καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ὅσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἐτέλη, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν. καὶ μάλισά γε αὐτῶν, ὁ Βασίλειος. καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκας αὐτῶν, ἐς ὅν ἑαυτ' τρόπον ἦν ἱκανώτατος. τῷ μὲν γε Βασιλείῳ τὸ πανηγυρικὸν εἶδος τ' λόγου μακρῷ ἄρισα εἶχεν, ἦν γοῦν πανηγυρίσαι, λαμπρώτατος. οὐδ' ἔγε ἀπολλινάριος ἐν τῷ ὑπομνηματικῷ εἶδι τῆς λέξεως, ἧ αὐξῆς ἄρισα εἶχε. ὧν δ' ἔγε γρηγορίῳ καὶ παρ' ἀμφότερα ἐζηλωμένῳ, μείζω βασίν, εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. τοσαῦτα περὶ αὐτῶν ὡς ἐν πρᾳδρομῇ

SOPHRONIVS.

Βασίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν, ἥτις πρῶτον Μάζακα ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, ἡ Εὐνομίου ἀζαιρέτως συνέταξε λόγους, καὶ περὶ πνεύματος ἁγίου τεῦχος, ἧ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας. θ. καὶ ἀσκητικόν, ἧ βραχείας καὶ ποικίλας ὁμιλίας. Τελευτᾷ βασιλεύοντος γρατιανοῦ.

De eodem sancto Basilio è collectaneis Suidæ, Godefr. Tilm. Cartus. interprete.

BAsilius Cæsaræ Cappadocũ ciuitatis episcopus quæ olim Mazaca vocabatur. sodalis Gregorij Naziãzenorum episcopi. Parentibus porrò prognatus est genere conspicuis, Basilio & Emmelia. Horũ sanè cognatio multò fuit antiquissima. Vir hic eloquẽtissimus ad apicẽ vsq; prouectus est omnigenæ eruditionis. Idẽ plurima cõscripsit, quorũ gratia omnibus admiratiõi est, vt sunt in hexaëmeron. Aduersus item Eunomiũ ĩsignes admodũ libros cõpegit. Insup de sctõ spũ volumẽ. Sed & de opificio sex dierũ homilias nouẽ. Aliud proin opus de monastica exercitatiõe. De virginitate, aliud. Laudes martyrũ quadraginta. Rursus aliud ĩ sactũ Gordiũ, & ĩ Barlaã aliud. Homiliã in Iulittã. In psalmos aliquot diuersos qdẽ, morales homiliæ & eadẽ diuersæ ferunt. Ad hæc, epistolas scripsit, in quibus nullæ iis meliores quas ad Libanium dedit & ad Gregorium familiarem suum, aliósque complures. Huius quidem Basilij cõmeminit Philostorgius in ea quã aduersus istos edidit, historia, hunc in modum. Nazanzenũ intelligit.

Philostorgius.

BAsilius in Cæsarea Cappadocię per eam florebat ætatem, qua & Gregorius episcopus præfuit Nazanzenis. Est autem statio siue portus hic Cappadociæ. Apollinarius vero in Laodicæa Syriæ. Sanè viri isti tres tũ propugnatores homoüsij fuêre aduersus Heterousion, multò cæteros antegressi tam qui præ se fuerunt, quàm qui ad meam vsque ætatem peruenerunt, istius hæresis patronos, adeo vt Athanasius istis collatus censeri possit puer. Hi in externis disciplinis supra mediocritatem promouerant, ínque sacris literis, quod ad lectionem conduceret & exprompta memoriam, erant experientissimi. In his eminebat Basilius, etiãsi in suo quisq; genere scribendi erat appositissimus. Et quidem Basilius in panegyrico genere multò cæteros optimè anteibat, vt cui ad publicas conciones adesset elegans ingenium. Apollinarius autem ad commentandum quidpiam mirè erat dexter & accõmodus. At Gregorio ad genus vtrunq; fœliciter exercitato, solidior vis suppetebat ad orationum conscriptionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

δρομῇ φιλοσόργιος ὁ ἀρειανὸς ἐγραφι-
τελευτᾷ δὲ βασίλειος, γρατιανῷ τὰ ἑω
μαίων σκῆπτρα διέποντος. ὅπερ ὁ μέγας
βασίλειος, ἀδελφοὺς ἔιχε δύο. τότε γενόμε-
γιον δὴ νικήσας ἐπίσκοπον. μὴ πέτρον, ἢ
αὐτὸ ἐπίσκοπον. μὴ ἕτερος δύο μονάσαν-
τας.

Κεφάλαιον. ιθ. ἐκ τοῦ λόγου. δ. τοῦ
Θεοδωρίτου ἐπισκόπου κύρου.

Ὁ βάλης, πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν,
ἐκκλησίαν ἀποστερήσας ποιμένος γυμνώ-
σας, εἰς τὴν καισάρειαν ὥρμησε-
ν, ἧς οἰκήτορες καππαδόκαι. ἦγετο δὲ
τότε τὴν καῦτα βασίλειος ὁ μέγας ὁ
τῆς οἰκουμένης φωστήρ. προὔπεμπε δὲ αὐ
ὕπαρχον ἐντελάμενον, ἢ πεῖσαι δὴ βα
σίλειον, τὴν πρὸς ἑῴου διάστασιν ἀσπάσασθαι
κοινωνίαν, ἢ μὴ πειθόμενον ἀζημίωσαι.
τῷ γὰρ ἀνδρὶ τὸ κλέος προπεπυσμένῳ,
πρώτῳ προσκαλεῖται οὐκ ἠθέλησεν, ἵνα μὴ
ῥᾳδίως τὴν προσβολὴν δεξάμενος, μὴ
τάυτην ἀποκρούσαιτο, ἀνδρείας τοῖς
ἄλλοις ἀρχέτυπος γένηται. ἀλλὰ ἀράχνης
ἰσῷ τὸ μηχάνημα παραπλήσιον ὤφθη.
ἤρεσε γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀρχιερεῦσιν, εἰς
ὠφέλειαν τὰ παλαιὰ δικαιώματα, μὴ οἷον
ἵνες πύργοι τῆς πίστεως περίβολον ἀ-
κλινῆ διετήρησαν. ὃ μύσται ὑπάρχει,
εἰς τὴν καισάρειαν ἀφικόμενος, εἰ βα-
σίλειον ἐν μέγαν μεταπεμψάμενος, τι-
μῆς τε ἠξίωσε, μὴ λόγοις πρὸς αὐτὸν ἐπίοις
ἐχρήσατο. ἔξαι τε τοῦ καιροῦ παύειν, εἰ
μὴ προέσθαι τοσαύτας ἐκκλησίας, δι' ὀλί
γων δογμάτων ἀκρίβειαν. ὑπῆρχητο δὴ μὴ
πλὴν βασιλέως φιλίαν, καὶ τὰς ἐκ τάυτης
δι' αὐτοῦ πολλοῖς ἐνομίσας εὐεργεσίας.
ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνήρ, μειρακίοις ἔφη
τόσοις ἁρμόττειν τοὺς λόγους. ἐκεῖνοι τε δὴ
οἱ ἐκείνοις προσόμοιοι, περὶ τὰ τοιαῦτα
κεχήνασιν. οἱ δὲ τοῖς θείοις λόγοις ἐντε-
θραμμένοι, προθέσθαι μὴν τῶν θείων δογ-
μάτων οὐδὲ μίαν ἀνέχονται συλλαβήν. ὑ-
πὲρ ὁ τούτων, μὴ πάσας εἰ δέοι, τὰς θανάτου
τὰς ἰδέας ἀσπάζονται. πλὴν δὲ βασιλέως
φιλίαν, μέγα μὲν ἡγοῦμαι μετ' εὐσεβεί-
ας. εἶεν δὲ ταύτης, ὁλεθρίου ἀποκαλῶ. τὰ
δὲ ὑπάρχου χαλεπήναντος μὴ ἀνακαί-
νειν φήσαντος, ὁ θεῖος ἔφη βασιλεύς,
τάυτην ἔχειν εἰ ἀεὶ τὴν ἄνοιαν εὔχομαι.
ἐπειδὰμ δὲ ἡλεθεμ προσετάχθη, τὸ
πρακτέον βουλευσάμενος καὶ τὴν ὑστεραίαν
δηλῶσαι τὴν γνώμην, συνῆκτο δὲ
τοῖς λόγοις καὶ ἀπειλή, φάναι λέγεται ὁ
πανεύφημος ἐκεῖνος ἀνήρ. ἐγὼ μὲν ὁ
αὐτός σοι καὶ ἄυριον ἥξω. σὺ δὲ μὴ με-
ταβάλῃς τὴν γνώμην, ἀλλὰ χρῆσαι ταῖς
ἀπειλαῖς.

ptionem. Hęc de tribus illis tantùm veluti trãscursim Philostorgius Arij propugnator conscripsit. Diẽ porrò suam clausit Basilius Gratiano Romani imperij sceptra moderante. Et quidem magnus hic Basilius quatuor habuit fratres, Gregoriũ Nyssenæ ciuitatis episcopum, Petrum item & ipsum episcopũ. duos proinde alios monasticen professos.

Caput. 19. è libro quarto Theodoriti Cyrensis episcopi decerptum, Godefr. Tilm interprete.

Valens per vxorem & hunc Eudoxium Constanti. episcopum in Arianã impietatẽ prolapsus est. Theodo. c. 12. huius. 4. libri.

At certè Valens, omnes prope modũ ecclesias quum suo spoliasset pastore, concitus Cæsaream contendit, cuius incolæ sunt Cappadoces, cuius item Antistes erat tum Basilius ille Magnus præfulgidum lumen orbis vniuersi. Et quidem ille prouinciæ rectorem in hoc præmiserat præscripto eidem mandato, verbis vt illicibus Basilium deduceret ad complexum mutuámve societatem cum Eudoxio ineundam, alioquinon persuasum cogeret solum vertere. Quòd enim celebrem gloriam viri istius pridem inaudiisset, noluit eundem verbis aggredi prior, veritus ne si eam impressionem generosiùs exceptasset & à se depulisset, cęteris fieret fortitudinis exemplar. Atqui conatus hic, hæc molitio visa denique est assimilis telæ Arachnææ. Quæ etenim à maioribus præclarè gesta passim narrabantur, vsum sui satis idoneum præbebant cæteris pontificibus confirmandis. Nam perinde ac turres quædam immotæ ambitum conseruabant fidei. Præfectus porrò simul atque peruenit Cæsariam, accîtum ad se Basilium hunc magnum digno excepit honore verbísque erga ipsum vsus blandissimis, tempori se vt accommodaret, hortabatur, neque tot adeò ecclesias impendenti periculo excidij exponeret in gratiam subtilium aliquot dogmatum. Quin & pollicebatur initurum ab imperatore haud vulgarem amicitiam, per quam se parario in multos conferenda essent beneficia. At certè vir ille eximius respõdit sermones eiusmodi competere pueriliter agentibus. Illi etenim, quiq; assimiles sunt eis, auidè inhiant istis pollicitationibus: contrà, qui diuinis essent eloquiis innutriti ne vnam quidem diuinorum dogmatum sustineant labefactari syllabam. magis verò protuenda horum integritate, si res ferat, interriti & alacres adituri sint innumeras species mortis. Et quidem inire imperatoris amicitiam permagni esse duco, ea tamen iuncta si sit pietati, qua sine exitialem esse contenderim ac perniciosam. Libertate respõsi offensus. Præfectus dixit delirum esse ac desipere Basilium: cui contrà Basilius, Optem me æternùm laborare hoc delirio. Quúmque esset egredi iussus & vt secum expenderet quid sibi censeret faciendum, ac postridie suum illi aperiret animum (erant autem & minæ verbis iniustæ) respondisse fertur vir ille omnium ore celeberrimus: Idem ipse crastinò sum ad te reuersurus: tu proinde caueto, tuam hanc immutes sententiam, imò quæ interminatus

† Rectiùs, ἀναστρέψαι rediturum, reuersurum esse ad vitã.

ἀπειλαῖς. μετὰ δὲ τοῦτους λόγους ὁ ὕπαρ
χος ὑπαντήσας βασιλεῖ, ἀπήγγειλέ
τε τὰ εἰρημένα, καὶ πλὴν τὴν ἀνδρὸς ἐλευθε
ξεμ ἀρετὴν, καὶ δὴ τῆς ψυχῆς ἀνδρεῖον καὶ
θαῤῥαλέον ἐμήνυσε. καὶ τότε μὲν σιγήσας ὁ
βασιλεὺς εἰσελήλυθεν, ἐπειδὴ δὲ τὴν οἰκί
αν αὐτὴν δεκλάτους εἶδε καταπεμφθείσας
ὠλιγας, καὶ γὰρ ὑὸς ἀξιώσας παρ' αὐτὰς
ἦμ τὰς πύλας τοῦ θανάτου, καὶ τὴν γαμετὴν
διάφορα ἐπωλοῦρκα ψαδήματα. καὶ πλὴν
αἰτίαν ἐπέγνω τῶν σκυθρωπῶν, τὸ δῆλον
τοίνυν ἄνθρωπον ὂν κολάσειν ἠπείλησε,
ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν ἠνάγκασεν. οἱ δὲ ὀρα
γκοὶ τοῖς βασιλικοῖς διακόνοις προσάγ
μασι. τότε μὲν ὁ μέγας βασίλειος κατα
λαβὼν τὰ βασίλεια, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ὁρ
ψαξ αὐτὴν ὄντα τὴν τελευτὴν θεασάμενον,
πρὸς ζωὴν ἄγον τὴν ὑποστρέφειν ἠνύπέχετο, εἰ τὸ
παναγίᾳ βαπτίσματος. διὰ τῶν εὐσε-
βόντων ἀξιωθείη. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἠλεη
λυθεμ. ὁ δὲ τὸν ὅρκον καὶ τὸν ἀνόκτον μεμνη-
μένος ἠρώδην, τοῖς συμπαροῦσιμ αὐτοῖς.
ἐκ δὲ συμμορίας ἀρείου βαπτίσια δὲ παν
δήμου προσέταξεμ. ὁδὲ παυτίκα τὸ βίου τὸ
τέλος ἐδιέξαγο. μεταμεληθεὶς ὁ βάλης, μὴ
τὴν ὠμότλαβῆ τῶν ὅρκων ἀληθεῖαν λογι-
σάμενος εἰς τε τὸν θεὸν νεωμὶ εἰσελήλυθε, καὶ
δὴ τοῦ μεγάλου βασιλείου διδασκαλίας
ἀπήλαυσε, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου τὰ εἰωθότα
προσενενόχε δῶρα. καὶ εἶσω ὁ αὐτὸ τῶν
θείων παραπετασμάτων ἔνθα καθῆσο, χρυσέ
ου κελεύσας, πολλοὺς πρὸς αὐτὸν, περὶ τῶν
θείων δογμάτων ἐποιήσατο λόγους καὶ δὴ
λέγοντος ἤκουσε. ὡσαῦτως δὲ ἕλος Δημοσθένης
καλόμενος τῶν βασιλικῶν προμηθούμενος
ὄψωμ, ὡς τοῦ διδασκάλου τὸ οἰκουμένης ἐ-
πιμεμψάμενος ἐβαρυάρισεμ. ὁ δὲ θεῖος βα
σίλειος, μεδιάσας, ἔθεασάμεθα, ἔφη, καὶ Δη
μοσθένην ἀγράμματον. ἐπειδὴ δὲ πλέον
ἐκεῖνος δυσχεράνας ἠπείλησε, σὸν ὄξιμ. ἔφη
ὁ μέγας βασίλειος, τὸ γομῶν καχυκίας
φρονεῖζειμ δογμάτων γὰρ θείων ἐπαίειμ
οὐ δύνασαι εὐσεμνίας ἔχωμ τὰς ἀκοάς.
ταῦτα μὲν οὖμ πρὸς ἕτομ ἔφη. ὁδὲ βασι-
λεὺς οὕτως ἠγάσθη τὴν ἀνδρα, ὡς καὶ χωρία
κάλλισα ὧμ εἶχεμ αὐτόθι τοῖς ὑπ' αὐτομ
φρονιζομένοις δωρήσασθαι προσέταξε, οἱ δὲ
σῶμα ἅπαν λελωβημένοι, πλείονος ὤφ
μάλισα δεήσεως προσδέονται. τὸ μὲν
οὖν πρώτην τοῦ βάλεντος προσβολὴν οὕτω
Διέφυγεν ὁ μέγας βασίλειος. ἐπειδὴ δὲ
πάλιν ἦκεν αὐτὸς, ἢ τὸ προτέρων ἐπιλελη
σμένος, ὑπὸ δὲ τὸ δεδαπανῶντων ἐπιλοιπο
τὸ τὴν γνώμην, τὸ ἐναντίων αὐτὸ ἄυθις γε
νέσθαι μερίδο προσέταξεν, εἶτα μὴ πείσας
τὸ περὶ τὸ δεσμοῖς χαφῆναι νόμον ἐκέλευσε
τέσσον ὑπὸ τῆς χειρὶ πειραθεὶς βεβαιῶσαι, δοὺς
μίαν

interminatus es, vide vt exequaris. His prolatis sermonibus quum pòst imperatori occurrissent præfectus: quæ respondissent Basilius, renunciauit, simul & indicauit quanta viro illi inesset virtus, significans virili eum esse præditum & ad omnia præsenti animo. His interim silentio pressis imperator ingressus Cæsariam est, quandoquidem sensit dei iudicio plagas in familiã suam inuectas. Etenim filius eò morbi adductus erat, vt iam portas mortis proximè attingeret: vxor insuper multimodis obsidebatur animi intemperiis. Idem comperta totius sui mœroris ac tristitiæ causa hominem planè dei cui fuerat interminatus irrogaturũ esse se pœnas, supplex iam factus orat, domũ ad se vt veniret. Imperiali mãdato obsequuti sunt duces exercitus. Et quidem tunc Basilius Magnus quum in regiam peruenisset, filium imperatoris conspicatus moribundum iam, hunc pollicebatur restitutum iri vitæ, si modò ipsum iuberet per pietatis cultores compotem fieri sanctissimi baptismatis. His ille dictis egressus est. Cæterum imperator exemplo illius mente capti Herodis, nempe per iuramentum initiatus, baptizandi pueri delegat negotium iis qui aderant Arianæ factionis, qui mox finem accepit vitæ. Valens denique pœnitentia ductus quum tacitus reputasset, quàm esset sibi detrimentosum tueri voluisse veritatem præstiti à se iuramenti, templum deo sacrum ingressus Basilij Magni doctrina perfruitus est, & ad aram quæ pro more solenni consuerunt, dona obtulit. Virum porrò acciri ad se iubet intra aulæa, vbi loci residebat, cumq; eodem de diuinis dogmatibus fusissimè edisseruit, simul & differentem audiuit. Ibi loci aderat vnus aliquis Demosthenes nomine, qui & imperatori erat ab epulis. Hic in doctorem orbis vniuersi quum intendisset reprehensionem, commisit barbarismum. Illi quum blandè arrisisset sacer Basilius. Vidimus, ait, & Demosthenem literarum rudem. Ille indignabundus quum interminaretur, Tui est officij, ait Basilius, solicitam agere curam condiendorum iusculorum & cupediorum. Aures enim quum tibi sint istis sordibus oppilatæ, neutiquam vales percipere dogmata hæc sanctiora. Et hæc sanè ad illum Basilium. Proinde imperator tanta est admiratione prosequutus Basilium, vt & ei luculentos agros prędiaq; quàm optima dederit quæ ibidẽ habebat, eroganda pauperibus quos alebat Basilij prouidentia, quorum vniuersa corporis compages vitiata ac mutila multò maiore egebat curatione. Hoc sanè pacto primam in se Valentis impressionem Magnus vitauit Basilius. Atqui idẽ altero suo aduentu priorum omnium oblitus (Sycophantæ enim & impostores ipsius oppugnarant mentem) imperauit rursum, vt in diuersam nempe Arianorum partem transiret Basilius, in quem denique nullis persuasum verbis iussit legem perscribi de relegando in exilium. Eam dum adnititur communire suæ manus subscriptione, ne vnius quidem apicem cle-

Locus hic pendet ex initio. ca. 13 huius lib. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

μίαν στοιχείου κεφαλὴν ἠτέγνεμ. ὁ γὰρ κάλαμος συνετρίβη, ἐπεδὴ δὲ καὶ ὁ δεύτερος καὶ ὁ τρίτος κάλαμος, ταὐτὸ πάθος ὑπέμεινε, καὶ βεβαιῶσαι δὲ θυσεβῆ νόμον ἐκεῖνον ἐφιλονείκει, ἐσείσθη μὴν ἡ δεξιὰ καὶ τρόμος ἐνέπεσε. Δείματος δὲ πλήρης ἡ ψυχὴ ἠνωμάλιν, ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἑὸν χάρτην διέρρηξε. καὶ πέπεικε πᾶν ὅλων ὁ πρύτανις ὡς καὶ τοὺς ἄλλους ἀυτὸς ᾠδέδωκεν ἐκεῖνα παθεῖν καὶ τοιοῦτον ἐπιβουλῶν ἀπέφηνε κρείττονα, διὰ μὲν τῶν τοιούτων γεγενημμένων τὴν δύναμιν τὴν οἰκείαν δεικνύς. διὰ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκονομίας τὴν ἀρίστων ἀνδρῶν τὴν ἀνδρείαν κυρώσων.

Κεφ. Κ. ἐνταῦθα μὲν οὖν ὁ βάλλης προσβαλὼν τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθη. ᾧν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ Ἀθανασίῳ τῷ νικηφόρου μετὰ τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας, καὶ τοὺς ἰσασίδημους στεφάνους, λύσιν πόνων εἰληφότος, καὶ τὰ λοιπά.

apicem elementi absoluit. (Contritus enim est calamus) quam eandem affectionē vbi sensit calamo alteri accidisse, sed & tertio, nihilosecius contēdebat pro virili legem sancire aduersus pios decretam: donec cœpit illi dextra cōcuti & intremiscere. Deniq; chartā manu vtraque arreptam timoris plenus diffregit: ac proinde rerum omnium dispensator deus persuasit re ipsa ac docuit suo vnius indultu permisisse, aliisvt acciderint afflictiones, hunc interim pronuncians superiorem insidiantium dolis: per huius quidem præclarè gesta suam ipsius declarans virtutem, per priorem vero dispensationem palàm prædicans virorum longè optimorum fortitudinem.

Et quidem parte hac quum impressionem Valens intendisset in BASILIVM, spe frustratus est sua: Alexandriæ verò Athanasius quum victricem per omnia palmam reportasset & post crebriùs repetitos agones quibus totidem respondèrent coronæ, perfunctus est pondere laborum. Et reliqua. Cap. 20.

INDICES OMNIVM QVAE IN HIS DVOBVS DIVI BASILII TOMIS HABENTVR, ACCVRATISSIMÈ CONGESTI. *Primo quidem loco res sententiásque habes lector scitu digniſsimas, Altero autem Scripturæ ſacræ locos aliquot obiter ab ipſo Baſilio explicatos ac dilucidè, ut ſolet omnia, enarratos, Tertio uerò homœoſes, quarto itidem paræmias authori familiares. Poſtremum deniq; locum anagraphæ epiſtolarum dedimus.*

Aaronis virga. to.2.155.I
Abaridis iaculum. to.2.154.M
Abel pastor fuit. to.1.143.G
Abimelech nomen generale regū alienigenarum. to.1.59.B.& C
Abimelech interitus. to.1.133.A
Abnegatio suiipsius quæ. to.2.46.I K
Abnegatio in multis consistit. to.2.47.M
Abnegaturo peculium suum quid faciendum. to.2.3.M
Abraham aliquando hæsitauit. to.1.147.L
Abraham amicus dei quare. tomo.1.191.I
Abrahę fides. to.2.12.E F
Abrahæ obedientia. to.2.3.G
Abscondere peccatum est ægrotanti cooperari ad mortem. tomo.2.62.K
Absentium & præsentium ratio habenda. to.2.32.E
Absolom superbus. to.1.132.L
Absolonis praua astutia. tomo.1.115.I
Abstinentia quid. to.2.51.F
Abstinentia nimia corpus atterere, ratione caret. to.2.132.K
Abstinentia cibi per se non bona. to.2.132.K
Abstinentia quam ob rem commendetur. to.2.132.M
Abstinentia ventris optima. to.2.112.D
Abstinentiæ doctrina necessaria. to.2.51.C
Abstinentiæ commendatio. tomo.2.51.E
Abstinentiæ modus. tomo.2.52.F
Abundantia animæ. tomo.1.54.K
Abundare in omni opere domini quid. to.2.104.C
Abyssus quid. to.1.5.M
circa Abyssum errores Manichæorum. to.1.6.A
Abyssi mysticè. tomo.1.57.D E F
Academiæ locum cur Plato pestilentem delegit. to.1.140.C
Acceptandæ non sunt personæ. to.1.130.G H
Accumbendi mensæ ratio præscribitur. to.2.5.K.53.I K
Accusationis flagella Basilius sustinuit. to.2.173.H
Accusatores fidelium sine omni examinatione fidem inuenire. to.2.173.G
Achab pœnitentia. tomo.1.147.H
Achar sacrilegium exercitus luit. to.1.103.L
Achar terribile exitium. tomo.2.9.M
Acheloi filiæ. to.2.198.C
ἀκρασία quid. to.2.78.G
ἀκρατὴς quis Basilio. tomo.2.51.H
Actio & cogitatio iusti laus dei est to.1.59.H
Actio omnis aut degrauat, aut alleuat ad deum. tomo.1.54.D
Adam quare è paradiso expulsus. to.1.107.C
Adam per escam vetitam vita spoliatus. to.2.5.B
Adam post præuaricationem cognouit Euam. tomo.2.144.A
Adæ amictum cur deus non dederit to.1.107.K
Adflictionibus quare nos deus dedat. to.1.105.G
Admittere eum an debeant fratres, qui vult apud ipsos vt proficiat commorari. to.2.81.K L
Admonitio modica sufficit timentibus deum. to.2.170.E
Adolescentes quomodo instituendi in artificiis. to.2.189.H
Adoniæ venustas. to.1.132.L
Adoptionis spiritus. tomo.1.181.K
Adorare deum non licet nisi in aula, id est ecclesia. to.1.50.A
Adoraturus dominum, non debet alienari à cœtu ecclesiæ. tomo.1.52.E
Aduenarum susciendorum scopus. to.2.53.H
Aduentus domini secundus qualis. to.2.27.F G
Aduersarius noster quis. tomo.2.95.C
Adulator polypodi comparatus. to.1.140.G
Adulatoris & amici discrimen. to.2.183.H
Adulatorum descriptio. tomo.1.78.A B
Adulationis sermonem Apostolus vitauit. to.2.55.B
Adulteri viperæ comparantur. to.1.23.B
Aedificationem subditi episcopus curet. to.2.31.K
Aedificator mysticus. to.1.88.F
Aedium splendor & magnificentia taxatur. to.1.100.D
Aegon fluuius. to.1.9.K
Aegrotari se nescientes. tomo.1.88.D
Aegrotis in hospitali quomodo ministrandum. to.2.87.I
Aegyptium mare quidam conati sunt Indico coniungere. tomo.1.12.C D
Aegyptus inferior mari rubro. to.1.12.C
Aemulatio quid. to.2.78.E
Aequaliter esse deo quid. tomo.1.187.A
Aer aliquando cœlum dicitur. to.1.10.E F
Aer quoque terræ inest. tomo.1.3.G
Aerius hæreticus. to.1.195.I
Aerius. to.2.193.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aetate prouecta venerabiliora natura fiunt. to.2.38.K
Aetates hominis. to.1.80.F G
Aeternum esse quid. tomo.1. 176.D
Aetheris natura. tomo.1.4. D F F.10.B
Aetius hæreticus. to.2.179.H
Aeuum quid. to.1.176.D
Aeui futuri æternitas. tomo.1. 140.H I
Affectiones animæ non omnibus esse notas. to.2.73.M
Afflictiones ferendæ ob gloriam futuram. to.2.172.I
in afflictionibus philosophandum. to.2.190.A
Afflictio à deo proficiscitur.to.2. 26.E
Afflictorum recreatio præmio non caret. to.2.165.E F
Affectus nihil ita facunde exprimit atque ipsa animi passio. tomo.2. 190.I
ἀγανακτήσεως ἴδιον. tomo.2. 78.H
Agape communionis. tomo.2. 179.B
ἀγαθωσύνης & χρηστότητος differentia. to.2.94.E
Agnominationis substantiæ vniuersitatem non arguere diuersitatem. to.1.173.B
Agnorum mira natura. tomo.1. 28.F G
Agricolæ munus. to.1.88.F
ἀλαζών quis. to.2.76.M
Alcinoi mensa. to.2.155.F
Alcmæon. to.2.154.I
Alearum lusus taxat. tomo.1. 26.K
Alexander musica ad arma concitatus. to.1.139.G
Alexandri pudicitia & humanitas erga Darij filias. tomo.1. 139.C
Alexandri apophthegma. tomo.2. 165.B
Alexandrinus Dionysius. tomo.1. 211.K
Aliena indagare facilius quàm propria. to.1.88.L
in Alienis philosophari facilius quàm in propriis. tomo.2. 190.L
Alta sapiens quis. tomo.2. 76.L M
Altaria Basilidis Paphlagonis subuertuntur. to.2.173.B
Altaria cultu spiritali priuantur. to.2.171.L
Altum sapiens quis. tomo.2. 76.L M
Alypius. to.2.193.H.197.D
Amabile quid proprie. tomo.1. 79.E
Amarulentia' quid. tomo.2. 76.K
Amazonius. to.2.192.B
Ambitionis epitheta. tomo.2. 116.B
Ambitio morbus diabolicus. to.2. 115.I
ab Ambitione se remotum esse, quomodo quis persuadere sibi possit. to.2.105.E
Ambrosius episcopus Mediolanensis. to.2.165.C
Ambrosij & Basilij familiaritas. to. 2.165.C D
Amianton, lapilli genus. tomo.1. 83.M
Amici dei pauci. to.1.67.D
Amicitia christiana in primis colenda. to.2.25.E
Amicitiæ noxiæ sunt quæ cum malitia contrahuntur. tomo.1. 107.I
Amicitiæ particulares in monasteriis vitentur. to.2.39.E
ex Amicitia & sodalitio monachorum singulari quæ mala oriantur to.2.40.E
Amicitiam fratrum nemo facilè deserat. to.2.179.K L
Amictum cur deus Adæ non dederit. to.1.107.K L
Amnon frater perpetuo dedecore notatus propter sororis violationem. to.2.141.E
Amos de grege caprarum sumptus in prophetam. tomo.2. 165.D
Amore insanientes equo comparat. to.1.34.D
Amor suiipsius quid. tomo.2. 76.I
Amphibia animalia. tomo.1. 21.E
Amphilochius. to.2.187.I
Amygdalæ amarę quomodo dulcescant. to.1.15.L
Anachoretarum constitutiones.to. 2.108.K & seq.
Ananias in quale iudicium inciderit. to.2.38.E
Ananiæ peccatum. to.2.11.C
Ἀναρχία quantum mali det.tomo.2. 9.C
Anaxarchi constantia in tormentis. to.2.190.D
Andronicus præses. tomo.2. 199.E
Angelus angelo maior. tomo.2. 194.M
Angelus Iacobum allocutus. to.1. 176.F
Angelus suus cuique adsistit. to.1. 75.C
Angelum filium deum à scriptura nominari. to.1.176.F
Angelum & genti & priuato cuique suum esse à deo designatũ. to.1.181.B
Angeli ante mundum creati. to.1. 2.H I
Angeli quomodo creati. tomo.1. 57.B
Angeli animæ custodes. tomo.1. 85.G
Angeli hominibus dati ceu pædagogi. to.1.201.H
Angeli non sunt alterabiles vt homo. to.1.66.K
Angelorum opus laudare deum. to.1.51.L
Angelorum perfectio. tomo.1. 203.G
Angelis demandata cura ac custodia nostræ salutis. tomo.2. 137.H
Anguillæ ex limo progignuntur. to.1.27.G
Anguis fœniculi pastu lippitudinem oculorum curat. tomo.1. 27.M
Anima & mens. to.2.111.C
Anima incorporea. to.1.89.K
Anima carnis operimento obducta. to.1.87.C
Anima & templum dei est, & aula eius. to.1.52.E
Anima adflicta deo vicina. tomo.2. 188.C
Anima quomodo certa reddenda quòd à peccatis sit purgata. to. 2.104.L
Anima quo pacto se præparet auscultationi rerum diuinarum. to. 1.1.C D
Anima disparata ab affectione & consensu corporis, viuit cum Christo. to.1.43.D
Anima comes & consectatrix corporis in loco est. to.1.39.D
Anima brutorum sanguis & terra est. to.1.24.A B
Anima brutorum genere vna. to.1. 27.I
Animæ ætates metaphoricè. to.1. 115.L
Animæ corpore vtentis proprium. to.2.170.B

Animæ

Animæ cura habenda. tomo.1. 150.L
Animæ formam quæ indicent. to. 2.139.C
Animæ incrementum. to.1.35.E
Animæ lumen deus verbum. to.1. 175.L
Animæ malum inueteratũ vix medelam admittit. to.1.42.A
Animę morbus curiosè de deo quęrere. to.1.191.H
Animæ morbus periculosior quàm corporis. to.2.190.K
Animæ mors ignoratio dei. to.1. 117.D
Animæ opus. to.2.138.G
Animæ pestifera mala. tomo.2 150.H I
Animæ plaga peccatum. tomo.1. 132.F
Animæ purgatio ac expiatio. to.1. 139.M
Animæ purgandæ principium. to. 2.150.I
Animæ salute nihil magis necessariũ,propter quam Christus mortuus est. to.2.5.A
Animæ vires tres. tomo.1. 89.I
Animæ vis duplex. tomo.2. 111.E F
Animæ status quietus. to.2.150.I K
Animam corporeis oculis comprehendi non posse. to.1.89.K
Animam quid pascat. tomo.2. 150.I
Animam vitæ studiis & exercitiis assimilari. to.1.134.A
Animam non illuminatam nihil intelligere. to.1.175.L
pro Animabus aliquid impendendum. to.2.193.L
Animal quodque propriam vim & arma habere. to.1.87.H
Animalia quæ facile capi possunt, fœcundiora sunt. to.1.28.I K
Animalia quæuis naturæ ductu ad sibi commoda feruntur, noxia vero vitant. to.1.87.H I
Animalium quorundam proprietates. to.1.27.I K
Animantes sunt naturali præditæ facultate ad tuendam & recuperandam sanitatem. to.1.28.D
Animantium tria genera. tomo.1. 24.D
Animus nobilior corpore. tomo.2. 104.L
Animus qui dirigitur ad voluntatem dei quis. to.2.97.A
Animi promptitudo pro viribus, in rebus quantumuis minimis accepta est deo. to.2.22.M
Animi in virtute progressus, in humilitate progressus est. tomo.2. 6.E
Animi vitia non omnibus manifesta. to.2.73.M
Animi sinceritatem nos iustificare. to.2.19.F
Animi constantis specimen. to.2. 166.F
Animi passio facundum reddit. to.2.190.I
Animi tranquillitas fons vberrimus virtutum. to.2.112.D
Animorum imagines per sermonẽ exprimi. to.2.159.C
Animis ne circa varia oberremus, docet. to.2.45.I K
Annus solaris & lunaris. tomo.1. 19.I
Annonæ pretium augens publicæ execrationi obnoxius. tomo.1. 98.B
Anomianæ impietatis seminaria vnde. to.2.159.D
ἄνους quis. to.1.74.D
Antimachus multiloquus.tomo.2. 153.I
Anthimus Tyanæ ciuitatis episcopus. to.2.169.E.158.C
Antistes & antistita in colloquium rarissimè descendat & quàm breuissimè. to.2.83.A
Antistes quo animi affectu curam fratrum gerere debet.to.2. 56.E
Antistes cuiusmodi esse debet. to. 2.61.G H & seq.
Antistes quo animo esse debet in his quæ imperat. tomo.2. 81.M & seq.
Antistes personam Christi sustinet to.2.120.M
Antistes nullum admittere debet in familiam non conscijs fratribus. to.2.83.C
Antistes lapsus si quando fuerit, admoneatur per fratres eminentes. to.2.55.F
Antistitis consilia non exquirenda à fratribus. to.2.62.B
Antistitis officium. to.2.122.H I
Antistes in obiurgationibus quam rationem teneat. to.2.63.F G
Antistitis ministerium suscipere inferiores non reformident.to.2. 56.G H
Antistiti quàm terribile iudicium immineat,si fratres delinquentes non coarguat. to.2.55.A
Antistite absente, sit qui vices illius supplere possit. tomo.2.62. D & seq.
ἀνθήλιοι. to.1.18.B
Anthropomorphitarum de deo recellit opinionem. tomo.1. 30.M
Antitechni. to.2.186.E
ἀντιπελάργωσις quid. tomo.1. 25.E
Anseres vigiles. tomo.1. 26.B C
Anus & adolescentula idem peccatum si incurreriut, an eidem animaduersioni vtraque obnoxia sit. to.2.80.D E
Anysius Euippij alumnus. tomo.2. 153.B
Apibus naturæ lex innata. tomo.1. 126.A
Apum natura & solertia. tomo.1. 24.K L M.25.A B.126.A to. 2.9.C
Aphricanus. to.2.191.D
ἄφρων καὶ ἀνόητος quomodo differant. to.1.74.C
Apollinarius taxatur. tomo.1.10.I 165.M
Apollinarius vir eloquens. tomo. 2.174.M.scripsit de resurrectione fabulose.Ibidem. errores. to. 2.175.A
Apollinarij quæ laudarit & vituperarit Basilius to.2.182.C D
Apostatæ cur vitandi. tomo.2. 123.A
Apostatas quomodo antistes tractet. to.2.122.L M
Apostasia tractatur. tomo.2.119. B C & seq.
Appetitus quare attributi corpori. to.2.111.H I
Appetitio cibi naturalis quare sit. to.2.52.I
Aqua cur vnum in locum congregata sit to.1.12.B
Aqua terræ quoque inest.tomo.1. 3.G
Aqua è petra promanans cuius figura. to.1.201.L
Aqua salubris à corpore Iulittæ. to.1.94.A
Aquæ lauacrum quid significet. to. 1.211.M.212.A
Aquæ necessaria creatio. tomo.1. 9.H I
Aquilæ natura. to.1.25.H I
Aquæ potus neminem in crapulam impellit tomo.1. 84. F. & eius commoditas. Ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aquæ an ſuper firmamentum eſſe poſſunt. to.1.8.L M
Aquæ ſpirituales, ſancti doctores. to.1.50.G
Aquæ metaphoricẽs hanc vitam ſignificant. to.1.116.F
Aquarum copia tanta cur. tomo.1. 9.E F G
Aquarum collectio quomodo facta ſit. to.1.12.D E F
Aquarum congregatio quomodo vna, & vnus locus. tomo.1. 12.G
Aquatilium genera. tomo.1. 21.H I
Aquila ſanctum deſignat. tomo.1. 51.G
Araxes fluuius. to.1.9.I
Arbitrium liberum ad reſiſtendum diabolo. to.1.163.H
Arbitrium liberum, locum non obtinet, vbi neceſſitas & fatum dominantur. to.1.19.D
Arbores ramis longiſſimis præditæ, earum radices profundiores ſunt. to.1.15.K
Arbores animalia non ſunt, quanuis viuere dicantur. tomo.1. 21.D
Arborum nullæ infructuoſæ. to.1. 15.D E
Arborum inter ſe varia ratio. to.1. 15.I K L
Arboribus ſimile quid accidit cum ætate hominum. to.1.15.K
Archilochi vulpeculæ, to.1.140.F
Architectus myſticè. to.1.88.F
Argenteum vas. to.1.106.L
Arida appareat cur dictum. to.1. 12.K
Arida cur dicta terra. to.1.12.L M & ſeq. A B
Aries præit gregi ad paſcua. to.1. 49.E
Aries ſanctum deſignat. tomo.1. 51.G
Arietibus comparantur præſides ouilis Chriſti. to.1.49.E
Ariſtoteles cur dialogos non ſcripſerit. to.2.200.F
Ariſtoteles taxatur in definitione fœlicitatis. to.2.190.B C
Ariſtotelica quo in precio habenda to.1.168.A B
Arius. to.2.213.E
Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia deo. tomo.2. 2.F
Armeniorum mores. to.2.211.D
Arrogans quis. to.2.76.M
Arrogantia & faſtu ſe efferre, eſt diabolo ſimilem ſe facere. to.2. 6.E
Artes nobis indultæ vt occurramus infirmitati. to.2.64.D
Artes tamen non ſunt vituperandæ, ſi qui ſint qui eis abutantur. to. 2.64.K L
Artium diuiſio. to.1.3.C & earum finis. Ibidem C D
Artium magiſtri quomodo delinquentes diſcipulos corrigant. to.2.64.A
Artificia aſceticam profeſſionem quæ deceant. to.2.59.M & ſeq.
Aſcetæ quo animo ſint erga parentes & propinquos. to.2.56.I K & ſeq.
ἄσημοι qui ſint. to.1.19.G
ἀσύλγεια quid. to.2.78.F G
Aſperum quid. to.1.130.F
Aſphaltites lacus. to.1.12.H
Aſphodili prata. to.2.211.F
Aſterius. to.2.191.F
Aſterius domeſticus Gregorij Nyſſeni. to.2.162.B
Aſtrologia apud Chaldæos in pretio. to.1.113.M
Aſtrologos impugnat. to.1.18.E F G H I K L M & ſeq.
Aſtutia quid. to.1.115.G
Aſtutia duplex. to.1.115.G H I
Athanaſius Ancyræ epiſcopus. to. 2.164.L
Athenæ idololatræ. to.2.211.M
Athenarum laus. to.2.210.K
Athenienſes otij notati. to.1.72.A
Athenienſium vetus conſuetudo. to.2.189.H
Athenogenis hymnus. to.1.212.C
Athleta ſpiritualis. to.1.88.G
Athletarum miſeriæ. to.1.139.G
Attentio duplex. to.1.87.I
Auarus quis. to.1.99.C D
Auarus à peculatore nihil differt. to.1.99.D
Auarus in vrbe malus cohabitator. to.1.101.C
Auarus igne voracior. tomo.1. 131.C
Auari miſeria. to.1.131.D E
Auari qui pecuniam ſuam defodiunt taxantur. to.1.100.D
Auarorum inſatiabilis concupiſcentia. to.1.101.A B
Auaros deterret à metu iudicij extremi. to.1.101.F G
Auaris cur opes creſcunt. tomo.1. 97.F
de Auaritia tractat. tomo.1.131. C D E F
Auaritia quouſque iudicanda. to. 2.76.B
Auaritia malorum omnium radix. to.2.176.L
Auaritiæ incommoda. tomo.2. 206.F G
Auaritiæ ad ignem collatio. to.1. 131.C
Auaritiæ ad inſaniam collatio. to. 1.98.E
Auaritiæ genus peſſimum eſt, nolle ea quæ facilè corrumpuntur inopi dare. to.1.99.B
Auaritiæ genus omne expurgandum. to.2.24.I
Auditus natura. to.1.90.A B
Auditus in ſacris literis. tomo.1. 116.A
Auertere faciem ſuam quomodo dicatur deus. to.1.55.C
Aues aquatiles cur planis & latis pedibus præditæ. to.1.26.E
Auium natiua muſica. to.1.39.B
Auium differentiæ. to.1.24.F G H
Auium aduncis pedibus natura. to.1.25.I
Aures quando ſepiendæ. tomo.2. 131.C
Aures binas & linguam vnam cur homini natura indulſerit. to.2. 135.E
Aurelius miles Olympij. tomo.2. 193.E
Aurum animæ blandiſſimus inſidiator, peccati parẽs, diaboli adminiſter. to.2.124.M
Auſcultandi præceptum. tomo.2. 5.G H
Auxilium ſolum & verum à deo. to.1.77.B
Auxilia omnis generis in Chriſto. to.1.199.C

B

Babylonici muri. to.2. 217.L
Bactrus fluuius. tomo.1. 9.I
Balaam præter voluntatem dei non auſus loqui. to.2.169.K
Balaam deum conſuluiſſe. tomo.2. 180.M
Balaam de Chriſto. to.1.142.B
Balaam vaticinium. tomo.1. 142.E
Balena. to.1.23.E
Balenarum captandarum ratio. to.1. 31.M.32.A B
è baptiſmatis fonte ſenes tempore Baſilij leuati ſunt. tomo.2. 191.L

Baptiſmus

Baptiſmus fundamento fidei nititur. to.1.201.D
Baptiſmus per Moſen traditus. to. 1.151.G
Baptiſmus ſigillum fidei. tomo.1. 182.C
Baptiſmus teſſera chriſtiani militis. to.1.118.C
Baptiſmi Chriſti & Ioannis diſcrimen. to.1.117.E.151.F
Baptiſmi eulogia. to.1.118.E
Baptiſmi figuræ. to.1.117.I
Baptiſmi gratia per diluuium figni ficatur. to.1.52.A
Baptiſmi merſionis ternæ figura. to.1.117.K.L
Baptiſmi pacta. to.1.117.C.D
Baptiſmi ratio & virtus eſt, vt qui baptizantur & animo & verbis & opere immutentur. tomo.2. 20.B.C
Baptiſmo quoduis tempus opportunum. to.1.117.D.E
Baptiſmo cognatum tempus dies paſchalis. to.1.117.E
in baptiſmo quibus renunciemus. to.1.200.L
ad baptiſmum alta voce vocabantur catechumeni. to.1.117.E
per Baptiſmum in animabus ſanctificatorum habitatio domino præparatur. to.1.53.F
in eos qui baptiſmum differunt inuehitur. to.1.118.F
Baptizatus mox ad ferendas tentationes inſtituatur. to.2.28.C
Baptizati quid reſpondere debeant hæreticis. to.2.6.K
Baptizati quidam in proprio ſanguine. to.1.203.B
Baptizari in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. to.1.154.L
Baptizandum in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. tomo.2. 20.B
Baptizatum eſſe in mortem domini quid. to.2.96.K
βάρεις quid. to.1.69.D
Barlaam martyris agon. to.1.125. D E F & ſeq.
Baſilides. to.2.173.K
Baſilius Cæſareæ ſtuduit. tomo.2. 210.G
Baſilius omnes & præceptores & coætaneos facilè ſuperabat. to. 2.210.H I
Baſilius in exilium pulſus. tomo.2. 218.K
Baſilius libenter ſuas expoſitiones emendari vult. to.2.195.H
Baſilius non honorem, ſed honor eſt cum ſecutus. to.2.213.A
Baſilius corpora pauperum pauit & animas. to.2.214.C
Baſilius in paucis ſermone indigebat. to.2.214.I
Baſilius & Gregorius libra. to.2. 211.L
Baſilius eſt benigne exceptus Athenis. to.2.210.M
Baſilius ab omnibus pro legiſlatore habebatur. to.2.216.H
Baſilius optimus eſſe quàm videri malebat. to.2.217.F
Baſilius quibus ſtudiis adoleſcens cum eſſet ſeſe dederit, & quomodo pietati adhærere cœperit. to. 2.178.K L
Baſilius Gregorium reliquit Athenis. to.2.212.G
Baſilius qua in re ſit accuſatus. to. 2.167.M 180.D E
Baſilius accuſationis flagella ſuſtinuit. to.2.173.H
Baſilio crimen obiectum. tomo.2. 180.D E & F
Baſilius maiorem eruditionem quàm ætatem habebat. tomo.2. 210.H I
Baſilius argumentum ſermonum Gregorij. to.2.208.K
Baſilius multum celebratus laudibus à Gregorio. Ibidem
Baſilius in principio pontificatus ſacros cœpit exponere libros. to.2.212.M
Baſilius inuidis impar ſeceſſit in Pontum. to.2.213.C vbi præfuit monaſteriis.
Baſilius patriæ redditus in Cæſarienſem eligitur pontificem. to.2.212.I K
Baſilius redditus eſt ſuæ eccleſiæ. to.2.213.G H
Baſilij liber de ſpiritu ſancto. to.2. 218.H. eiuſdem de ſpiritu ſancto ſententia. to.2.219.A
Baſilius arti medicæ ſtuduit. to.2. 212.E
Baſilius populum compeſcuit. to. 2.216.M
Petri & Pauli zelum eſt imitatus Baſilius. to.2.219.M
Baſilius ſcintilla veritatis. tomo.2. 157.D
Baſilij ædes quidam deprædatus eſt. to.2.201.E
Baſilij & Gregorij calumniæ. to.2. 157.A B C
Baſilij cum Gregorio Nazianzeno amicitia. to.2.212.B
Baſilij & Gregorij Athenis celebri tas. to.2.212.B
Baſilij audacia. to.2.215.M
Baſilij ad ſolẽm comparatio. to.2. 218.F
Baſilij Magni oratio. tomo.2. 109.K L M
Baſilij & præfecti diſceptatio. to.2. 215.I K
Baſilij cura in reficiendis pauperibus. to.2.214.B
Baſilij doctrina & eloquentia. to.2. 218.D E
Baſilij cum inuido reconciliatio. to.2.213.I K
Baſilij conſtantia. to.2.216.A
Baſilij collatio cum patribus ſanctis. to.2.219. C D E F G H I K item cum viris ſanctis noui teſtamenti. Ibidem L M. & 220.A
Baſilij certamen aduerſus inuidos. to.2.218.K L
Baſilij ab Athenis diſceſſus triſtis. to.2.212.F G
Baſilij tetrica increpatio & eruditio. to.2.218.C D
Baſilij frugalitas. tomo.2. 217.G
Baſilij Hexaemeron. tomo.2. 218.H
Baſilij conſilium in diſcendo & legendo autores. to.1.137.I K
Baſilij epiſtolas edidit Gregorius Nazianzenus. to.2.153.I
Baſilij facinus laudabile. tomo.2. 214.D E
Baſilij fides reſiſtendo hæreticis. to.2.12.D
Baſilij ſententia de Trinitate. to.2. 13.F
Baſilij recta in fide inſtitutio à teneris. to.2.179.C
Baſilij quàm ſyncera de deo fides. to.2.179.C
Baſilij ingenij acumen. tomo.2. 212.C D
Baſilij iuuentus. tomo.2. 210.F
Baſilij habitationis locus in Ponto deſcriptus. tomo.2. 154. F G H I
Baſilij imitatores. tomo.2. 220.B
Baſilij parentum laudes. tomo.2. 209.C
Baſilij laudes ex parentum virtute. to.2.210.A
Baſilij laus. tomo.1.194. ¶ to.2. 155.L.156.K L
Baſilij liberalitas. to.2.198.D E
Baſilij libertas in loquendo & regendo. to.2.213.L

 Baſilij opes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Basilij opes. to.2.217.F
Basilij modestia. to.1.24.C to.2.168.B 175.I.K.L 177.B 214.L
Basilij mors & exequiæ. tomo.2. 220.D.E.F
Basilij sententia de cœlo. to.1. 8.L
Basilij scriptis hæretici abutebantur. to.2.174.C.D
Basilij patria. to.2.209.C
Basilij parentes Basilius & Emmelia. to.2.210.A
Basilij parentes septem annis in montibus Ponticis latēt ob persequutionem. to.2.209.F.G.& ibidem miraculose pasti. Ibidem.M
Basilij pulchritudo ac cæteræ corporis dotes. to.2.210.B
Basilij pietas. to.2.209.E
Basilij profectio. to.1.38.F
Basilij prudentia erga Arianos. to. 2.176.D
Basilij studium. to.2.218.E.F
Basilij valetudo. tomo.2.172.I 176.L.M
Basilij vestitus. tomo.2.217.H 179.A
Basilij victus. tomo.2.217.G
Basilij virginitas. tomo.2. 217.H.I
Præfectus Valentis in Basilium. to. 2.215.I
Basilium nullum genus latuit scientiarum. to.2.210.I
inuidi aduersus Basilium bonam plebis partem concitant. tomo. 3.213.B
βασιλεὺς. to.2.90.G
Beatus quis dicendus. to.2 3.C
Beatus pacificus quis. tomo.2. 94.F
Beatus homo qui semper est pauidus. to.2.41.M.& seq.
Beatus qui propriam plagam quam interae habet nouit. tomo.1. 54.B
Beatus nullus est prædicandus in hac vita. to.1.41.A
Beatum id reuera est, quod per se bonum est. to.1.40.L
Beati illi sunt prædicandi qui deum præstituunt sibiipsis solidam gloriam. to.1.78.D.E
Beatorum cœtus. to.1.119.L
Beatitudinum in Christo exempla. to.1.60.I
Bellatores imbecilles plerumque vsus reddit. to.2.158.C
Benedicentes ore, corde autē maledicentes. to.1.78.A.B
Bene agendi exemplar inde sumendum vnde cæteri sumunt. tomo. 2.22.G
Benedictionis promissionem quæ habeant. to.2.30.A
inter Benedictionis diuinæ species pax perfectissima esse videtur. to.1.52.C
Benefaciendi facultas præcisa nobis vita functis. to.2.15.K
Benefaciendum æquo animo. tomo 2.32.F
Benefacta aliena nihil ad nos si officium nostrum negligamus. to. 2.18.L.M
Benefacta nota facienda vt glorificetur deus. to.2.32.D
Benefactorum gratiæ in dantes reuertuntur. to.1.97.L
Beneficia dei silentio inuolui non debent, quin pro illis gratiæ agendæ. to.2.26.F
Beneficij accepti quomodo integrę gratiæ agendæ. to.2.94.K
Benignitas quid. to.2.94.E
Benignitatis dei nemo expers. to. 2.98.I
Beseleel. to.2.215.C
Beseleel sermonum artifex. tomo. 2.156.C
Biantis dictum. to.1.140.H
Bibliothecas principes instituere debent. to.1.294.F
Blasphemi in spiritum sanctum qui. to.2.22.H.I
Blasphemia in spiritum sanctum. tomo.1.180.F.G tomo.2.22. H.I 101.K
Bombyx. to.1.26.G
Bona habitudo corporis periculosa. to.1.140.C
Bonitas quid. to.2.94.E
Bonus deus. to.1.181.I
Bonum verè, est ipse deus. tomo.1. 40.L.79.F
Bonum id solum expetendum & laudabile quod perpetuo durat. to. 2.159.K
Bonum est, quod omnia expetunt. to.1.67.C
Bonum humanum nullum sincerū. to.1.38.L.M
Bonum esse difficile est. tomo.1. 139.H
Boni summi contemplatio & virtutum luculentissima cognitio, angelorum thesaurus est. tomo. 2.117.K
Boni optione non necessitate laudandi. to.1.118.I
Bona christianorum diripiuntur. to.2.172.G
Bona multis non apparent. tomo.2. 175.M
Bona nostra quibus relinquenda si vitam monasticen amplectamur. to.2.48.L.M
Bonorum hominum afflictio à deo proficiscitur. to.2.26.E
Bonorum consuetudo nihil prodest, si nihil boni facimus. to.2. 18.M
Bonorum initium, fuga malorum. to.1.41.B.C
Bonorum omissio punitur. tomo.2. 11.I
Bonorum operum quisque pro sua mensura typum gerat. tomo.2. 22.G
Bonorum operum simus studiosi. to.2.18.I
Bosporius episcopus. tomo.2. 184.C
Bosporius Colonias. to.2.187.L
Boues. to.1.27.M
Bouis lachrymæ. to.1.95.A
Bruta vescebantur frugibus ante diluuium. to.1.35.K
Byzantium. to.2.210.I

C

Κακοήθεια quid. tomo.2. 79.G.H
Cades sanctificatio seu sanctū interpretatur. to.1.51.E.53.D
Cæcus quis sit. to.1.9.D
Cæsareæ laus. to.2.210.G
Cęsares & Augusti dicebātur Rom. imperatores. to.1.59.B.C
Cæsarius frater Gregorij Nazanzeni. to.2.185.C
Cæsarij commendatio. tomo.2. 188.I
Cain primus diaboli discipulus. to. 1.111.A
Calix mystice quid. to.1.81.K
Calamitas potior quàm prospera fortuna. to.2.188.D.190.K
Calamitas omnis propriis peccatis adscribenda. to.1.103.L
Calamitates nobis frequenter contingunt probationis gratia. to. 1.103.L
Calamitates vim coercendi peccata habent. tomo.1. 106.L
Calamitatum ratio multiplex. to.2. 99.K

Calamus quis intelligatur. to.2. 104.D
Calamus contritus. to.2.104.D
Calceamentum dei. to.1.77.A
Calcaneum in sacra scriptura vt accipiatur. to.1.73.C
Calciamenta non sint curiosa. to.2. 54.F
Calices æquales in compotationibus. to.1.121.I
Calumnians pauperem, factorem illius ad iracundiam prouocat. to. 2.184.C
Calumnia virum humiliat. to.2. 178.H.184.C
Calumniis obsistendum. t.2.166.L
Calumniis non esse obnoxium impossibile. to.2.164.L
ad Calumnias non tacendum. to.2. 167.L.178.I
Calumniatorem scorpio comparat. to.1.34.D
Calumniatorum verba pro nugisha benda. to.2.157.H
Camelus quare longo collo sit præditus. to.1.28.L
Cameli docilitas to.1.28.C
Cameli natura. to,1.23.M.& 24.A
Cancri astutia. to.1.22.A.B
Canis piscis. to.1.23.E
Canis appellatur, vir imprudens. to.1.66.L
Canis sagacitas, beneficij memoria, fidelitas, & amicitia. to.1.28. G.H.I
Cani comparat iracundos. to.1. 34.D
Canes sibi medentur gramine. to.1. 35.M
Cantare canticum nouum. to.1. 56.D
Canticum. to.1.53.H
Cantica canticorum liber quid tractet. to.1.112.I.K
Cappadocia iuuentutis & equorum altrix. to.2.209.C
Cappadocum fides inconcussa. to.2.213.I
Carbones desolatorij. to.1. 68.G
Caro & sanguis Christi. to.2. 194.L.M
Caro qualis in resurrectione. to.2. 170.D
Caro Christi diuinæ naturæ vnita. to.1.197.D.E
Caro carceris est loco. to.2. 186.F
Carnis concupiscibile per continentiæ exercitia frangendum. to.2. 132.M
Carnis inquinatio quid. to.2. 76.F
Carnis proprium. to.2.170.C
Carnis prouidentiam non esse faciendam. to.2.132.M
Carnis voluntates quæ. to.2. 101.C.D
Carnis & spiritus perpes certamen. to.1.85.M
Carni subtrahenda voluptas vt augeatur animæ robur. to.1.85.M
Carnium esus concessus post diluuium. to.1.35.K
Carniuora dentibus acutis prædita sunt. to.1.28.L
Castitas coniugatis etiam seruanda. to.2.3.F
Castrantes seipsos taxantur. to.2. 145.M & seq.
Castrati in ætate gignendi idonea, libidine maiori vrgentur. to.2. 146.E.F
Casus aut peccata nostra degrauant, aut leuiora efficiunt. to.1. 43.K
καταλαλία quid. to.2.73.I
Cedrus arbor. to.1.50.K
Cedrus in bonam & malam partem apud scripturam. to.1.50.K
Cedri dei qui. to.1.50.M
Cedri Libani mysticè qui dicantur. to.1.50.L
Cedri Libani, aduersarias potestates mysticè significant. to.1.53.A
Celeusius. to.2.192.D
Cellarij officium. to.2.87.A
Cephalensium dux nudus è naufragio euasit to.1.138.H
Certamina pietatis gratia. to.2. 166.E
Ceruus trahit oris respiratione è cauis animalia venenata. to.1. 51.F
Ceruus in scripturis in bonam accipitur partem to.1.51.F
Ceruus, sanctus dicitur quod aduersetur improbitati. to.1.51.G
Cerui natura. to.1.51.E.F
Cerui cornu suffitu fugantur serpētes. to.1.51.G
Cerui odorem nulla ferunt animalia venenata to.1.51.G
Cete montes magnitudine æquant. to.1.23.D
Cetorum capiendorum ratio. to.1. 31.M.32.A.B
Chananæa imitanda. to.1.118.K.L
Charismata dari à deo vnicuiq; ad mensuram fidei. to.2.27.C.D
Charismatum differentia. to.2. 27.K
χαρισήρια. to.2.188.D
Charitas erga deum à nobis vt æs alienum requiritur. to.2.44.F
Charitas erga deum nobis insita à natura. to.2.43.L
Charitas, christiani hominis peculiare quoddam insigne est. to.2. 13.H.I
Charitas æqualis erga omnes tenenda. to.2.40.F
Charitas nullius indecoræ affectionis labe inquinetur. tomo.2. 139.H.I
Charitas perfecta quomodo cum gratiarum actione in malis etiam proximi constare possit. to.1. 96.D.E
Charitas nulla affectionis labe sit inquinata. to.2.139.H.I
Charitas mutua inter nos qualis esse debeat. to.2.88.E
Charitas non est affectio simulata. to.2.141.B
Charitatis commendatio. to.2. 175.D.E
Charitatis dei & proximi præcepta ferè copulata. tomo.2. 45.E
Charitatis erga proximum acquirendæ formulæ. tomo.2. 88.G.H
Charitatis in deum modus. tomo. 2.94.C
& quomodo acquiratur. Ibidē. eius indicia. Ibidem.E
Charitatis fraternæ argumentum duplex. to.2.90.B
Charitatis præcepta. to.2.16.G
Charitatem dissoluere quale peccatum. to.2.71.B.C
Charitatem qui habet, deum habet to.2.40.F
Charitatem qui non habet, diuina gratia caret. tomo.2. 123.G
Charitatem Christi erga proximum non habere quis dicatur. to.2.16.I
Charitatem ex mansuetudine & patientia conflari. tomo.2. 116.I
Charitate carere malorum omnium grauissimum. tomo.2. 44.F
ex Charitate nonnunquam proximum offendimus in rem eius. to. 2.16.K.L

Universidad de Deusto
Biblioteca

χειροτονίαν oratio præcedat to.2. 30.I.K.& ſeq.
Choaſpes fluuius to.1.9.I
χρηστότητος καὶ ἀγαθωσύνης διαφορά. to.2.94.E
Chremetes fluuius to.1.9.L
Chriſtus ab vnctione dictus to.1. 82.M
Chriſtus multiuocus. to.1.167.E
Chriſtus tranſlatiue vitis to.1. 50.M
Chriſtus vnicornium filius dictus. to.1.51.A.53.C
Chriſtus ſeptuageſima ſeptima generatione ab Adam in mundum venit to.1.36.G
Chriſtus vbi conceptus ſtatim natus,id eſt,perfectus homo fuit. to.1.141.I
Chriſtus humanam naturam quare induerit to.2.109.D
Chriſtus aſcenſurus in cœlum cur cibum guſtauit to.1.84.H
Chriſtus cur fleuerit to.1.91.K L. & M
Chriſtus vultus to.1.69.H
Chriſtus quomodo imago dei to. 1.176.A
Chriſtus in monte ſedens percurrit Moſi legem to.2.144.D
Chriſtus quare coniugium renuerit to.2.143.M
Chriſtus quare horam & diem iudicij ignoret to.2.195.B
Chriſtus quare non permiſerit ſe prædicari ante paſſionem ſuam. to.2.194.I
Chriſti actio omnis & ſermo pietatis & virtutis regula eſt.tomo.2. 109.D
Chriſti aduẽtus ſecundus timorem incutiet omnibus tomo.1.36. L M.
Chriſti generatio inenarrabilis.to. 1.140.L
Chriſti corporis & ſanguinis cõmunicatio neceſſaria ad vitam æternam to.2.20.E
Chriſti conuerſatio omnis virtutis typus & exemplar nobis eſt. to. 2.113.B
Chriſti erga nos quantus amor. to. 2.205.D.E.F
Chriſti ieiunium to.1.84.H
Chriſti lachrymæ quales. to.1. 91.I. K.L.M
Chriſtum laboraſſe to.2.113.I
Chriſtum axiomata ſua aliis largiri. to.1.148.D
Chriſti mortis & reſurrectionis myſterium. to.1.69.A.B.C
Chriſti vnctio to.1.68.L
Chriſtum ad implectionem veniſſe legis to.2.23.G
Chriſtum nunquam riſiſſe. tomo.2. 51.K.L
Chriſtianus ab odio ſit repurgatus. to.2.16.F
Chriſtianus conſtantiam fidei ſeruare debet to.2.23.C
Chriſtianus quamuis afflictatione pro nomine domini & mandatis eius ſufferre debet. to.2.28.M
Chriſtianus voluntatem ſuam diuinæ nõ præferat,ſed quę deus vult exequi to.2.18.G.H
Chriſtianus non ad oſtentationem ſcribat, ſed ad publicam vtilitatem to.2.200.E
Chriſtiani officium. to.2.16.F.G.I
Chriſtiani hominis ornamenta. to. 1.13.F
Chriſtiani qualia exempla imitari debeant to.1.139.A
Chriſtianum nihil magis addecet, quàm deo benedicere in proſperis & aduerſis rebus. to.1.59.F
Chriſtiani vnde to.1.200.H
Chriſtiani ſimus non rhetores. to. 2.186.B.C
Chriſtiani proprium. to.2.37. E.F
Chriſtianorum afflictio. tomo.1. 128.I
Chriſtianorum cœtus. to.2.171.L
Chriſtianorum primitiuorum vita. to.1.104.M.105.A
In chriſtianos quanta ſæuierit crudelis tyrannis,tempore Gordij. to.1.126.H.I
Chriſtianiſmus quid to.1.33.L
Chryſolachanum herba to.2. 187.K
Choreæ in nuptiis tempore Baſilij celebratæ to.2.187.G.H
Choros in locis ſacris conſtituere. to.1.120.C
Chuſi quare filius Iemini appellatus to.1.42.I
Cibus antequam ſumatur oratio in eunda to.2.151.F
Cibus ad victum neceſſarius ſolerti ratione inquirendus. to.2.132. C.D
Cibus non ad voluptatem,ſed ad naturæ conſeruationem. to.2.52. H.I
Cibi ſumendi hora vna,ac præſcripta ſit to.2.151.G
Cibi ſumendi ratio to.2.79.M
Cibi vſus cuiuſmodi eſſe debet.to. 2.39.B
Cibum corpus grauare & morbos gignere to.2.83.A
Cibum per verbum dei & prædicationem ſanctificari. to.2.52.D
Cibum ſumens frater alium quàm alij an recte faciat. to.2.85.D.E
Cibo aliquo ſi lædatur frater & ægreferat,ſi aliud non detur,quid faciendum to.2.85.E
in Cibis ſumendis nõ voluptas prędux ſit,ſed ratio quæ medicos imitetur to.2.112.M.& ſeq.
in Cibis quonampacto monach' ſe gerat to.2.121.I
à Cibis quibuſdã non abſtinemusvt Iudæorum ritibus faueamus, ſed vt deliciarum vtilitatem fugiamus to.2.121.K
Ciborum non quantitas ſolum: ſed qualitas examinanda. to.2.132. B.F.G
Ciborum libidine ne vĩcamur quomodo aſſequi poſſumus to.2. 84.L
Ciborum qui conſectantur voluptatem tantum, ſiue copiam, peccato non vacant to.2.78.M
Cicadæ. to.1.26.D
Cicadæ pluuio tempore ẽ terra emergunt to.1.27.G
Ciconiæ ſuos parentes ſenio confectos alunt.t.1.25.D.E.& earum pietas.Ibidem.
Ciconiarum natura to.1.25.C
Cicuta appetentiam eſitandi rabidam reprimit. to.1.14.L
Cicuta ſturni veſcuntur. tomo.1. 14.K
Cinguli vſus to.2.55.G
In Cithara' confiteri domino quid. to.1.56.B
Ciuitas quid. to.1.71.D.77.A
Ciuitatum interitus vnde. tomo.1. 106.A.B
Clamor. to.2.87.E
Clamor iuſtorum. to.1.62.K.L
Clamare ad dominum quando dicimur to.1.55.D
Cleanthis mercenaria opera in exhauriendis fontibus. t.2.200.M
Clemens Romanus. to.1.211.K
Clinias iurare etiam verum noluit. to.1.139.D
Cœlum aerem vocari to.1. 108.B
Cœlum quando inornatum. to.1. 4.M
Cœlum aerem ſcriptura ſolet plærunque appellare. to.1.108.B
Cœli figura. to.1.3.I
Cœli ſubſtantia quę. to.1.3. H
de Cœli ſubſtantia opiniones variæ to.1.4.D.E.F
Cœli & terræ cur meminerit Moſes tantum, non item aeris & terræ. to.1.3.F
Cœli an plures ſint diſſeritur. to.1. 8.E. F.G
Cœli inanimes ſunt, licet laudare deum ſcribantur. tomo.1.10.L
Cœna dominica an in communi domo celebrari debeat.to.2.106 M
Cœnobio ſe tradens debẽt ne quæ ſe contingunt à propinquis accipere. tomo.2.91.H
Cœn o bicæ vitæ commoda. to.2. 47.F G
Cœnobiticæ vitæ commoditas. to. 2.117.F G
Cogitãdo facile peccamus.tomo.1. 87.E
Cogitatio de deo poteſt laus Dei appellari. to.1.59.H
Cogitationis peccata, vt conſummata opera iudicabuntur . to.2. 138.C
Cogitationes aeriuagę non admittendæ. to.1.34.F
Cogitationes vanæ fugiendæ.tomo 1.88.H.I.K
Cogitationes bonæ & curę deo placentes vnde fit quod quaſi mentem deficiant, & quomodo ſuccurrendum ne id fiat. tomo.2. 79.L
Cogitatio rerum æquo iudici ſatis ad declarationem veritatis. to. 2.173.I
Cogitationes bonæ vnde ſit quod animum deſtituant. tomo. 2. 79.L
Cogitationes malæ reuelabuntur. to.2.138.A
Cogitationes prauæ in animo quot modis exiſtant. tomo. 2. 116. M & ſeq.
Cogitationes variæ vnde .tomo.2. 73.D
Cogitationes moderandæ. tomo.2. 111.B
Cogitationum voluntates quæ. to. 2.101.C.D.
de Cogitationibus animi moderandis.tomo.2.111.B & ſeq.
Cognitio ẽ doctrina paratur. tomo 1.195.D
Cognoſcere ſeipſum rem difficilimam to.2. 121 C
Collationes quales fieri debeant. to.2. 194.M
Collegia ſacerdotum. to.1.126.K
Collum breue cur quibuſdam animantibus aptatum ſit. to.1.28.M
Colloquium cum inferioribus quale. tomo.2.5.I
Color corporis alius vigilanti,alius dormienti. to.1.31.C.D
Columba. to.1.24.K.
Columba, ſanctus dicitur propter innocentiam to.1. 51.G
Columbas aucupandi ars. tomo.2. 201.I. K
Cometarum generatio.tomo.1.142 F G
Comitas falſa quantum malum. to. 2.55.K
Commentaria in diuinam ſcripturam non facile admittenda.to.2. 182.D
Commercium nullum reprobis cũ deo. to.2.175.I
Comminationis ſentẽtiam quæ accipiant. tomo. 2.29 H
Communia omnia eſſe . to.1.104.M
Communia omnia ſint in monaſteriis to.2.39.E
Communicare infrugiferis operibus to.1.162.A
Communicans canere Deo laudes debet to.2. 20.I
Communicans indigne dãnatus eſt. tomo.2. 20.F
Communicatio corporis & ſanguinis Chriſti neceſſaria ad vitam ęternam to.2. 20.E
Communicatio ſubſtantię in patre & Chriſto quomodo accipienda to.1. 170. H.I
Communio ſpiritalium chariſmatũ to.2. 171.L. M
Communionis neceſſitatem ex corporis ſtructura dominus docet. to.2.40. E.F
de Communione contra hæreticos patrum decretum to.2. 176. D
ad Communionem qui admittendi. to.2.175.A.B
ad Communionem an accedere audeat is cui contigerit facere quæ natura fert & conſuetudo.tomo 2.106.I
ad Communicationem corporis & ſanguinis Chriſti accedẽs,niſi rationem illam conſideret, cuius cauſa illa inſtituta eſt, vtilitatis ex ea fructum nullum reportat. to.2.20.E
Completorium to.2.59.H
Compoſitum omne diſſolubile.to. 1.80. F
Concertatio quid to.2. 78.E
Conceſſis à ſcriptura quatenus vtendum to.2.22.B.C D
Concionator euangelicus inſtituit. to.2.33.F
Conclaue orantium. to.2. 102.H
Concordia in repub.quomodo ſeruetur. to.2. 9.C
Concordiæ nomen quidã ignorant to.1.213. F
Concupiſcentia carnis continentiæ exercitio frangenda.to.2.132.M
Concupiſcentiæ prauæ morb' quomodo excidendus to.2.74.B.C
Concupiſcentiæ quĩ facile vitentur to.1.89. H
Condemnare neminem facile debemus to.2. 26.D
Condemnandus nullus niſi prius ipſo preſente cauſa diſcutiatur. to. 2.26.D
Condenſum,quid to.1.53.E.F
Condimenta vitanda vt illecebræ voluptatis to.2.132. C.D
Conditoris proprium eſt,eorũ quæ fecit curam gerere vt curentur. to.1.77.H I
Confabulandum non eſt in templis to.1.51.K
Confabulationes ſecretæ.t.2.40 G
Confeſſio cordis to.1.65.F
Confeſſio monialium qualis olim. to.2.83.A
Confeſſio noſtra de Chriſto libera & intrepida eſſe debet . tomo.2. 16.M.
Confeſſio pro gratiarum actione. to.1.54.F
Confeſſionem auricularem adſtruit Baſilius to.1.56.K.
Confeſſionem peccatorum aſſerit. to.1.54.F
Confidentia animi eſt diaboli imitatio to.2. 6.E
Confirmandi & viſitandi fideles to.2.32.F
Confiteri peccata oportet. tomo.2. 103.L. M
Confiteri peccata qui vult, an omnibus paſſim,& quibuſuis ea cõfiteri debet, an certis quibuſdam to. 2.103.L
Confiteri debet ſoror ſeniori præſente antiſtita to.2.83.A.
Confeſſio peccatorum apud quos fieri debeat to.2.96.B
Congreſſus quales eſſe debeant.to. 2.151.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Congressionibus cum fororibus quæ ratio tenenda sit. to. 2. 57. A. B. & seq.
Coniugatæ mulieris molestiæ. to. 2. 135. M. & seq.
Coniugatorum christiana vita. to. 2. 35. A. B
Coniugium curarum abyssus & cõpedes. to. 2. 109. A
Coniugium quibus in peccatum reputetur to. 2. 140. A
Coniugij molestiæ. to. 2. 135. M. & seq. 150. G
Coniugio liberum esse propriũ angelicæ naturæ to. 2. 38. H
Connubium legitimum quod. tomo 2. 139. L. M
Conscientia sua cuiusuis in iudicio accusatrix. to. 1. 73. B
Conscientiam expendendã esse antequam eamus cubitum. tomo. 2. .39. I
Consecrata domino custodienda. to. 2. 21. K
Consecratum deo vsurpari ab hominibus sceleratum ac nefas. to. 2. 76. H
Consentiens peccãti, peccato obnoxius. to. 2. 75. I
Consilium dei vt firmum ac stabile in nobis sit humanę cogitationes in nobis dissipentur. to. 1. 58. A
Consilia contra fidem Christi insurgentia dissipanda. to. 2. 2. G
Consiliis propriis quidam pereunt. to. 1. 133. A
Consolandi modus t. 1. 96. 1 K
Consolatio super morte vxoris. to. 1. 95. B. C
Consolatio super morte pueri. to. 1. 94. I. & L. M. 95. A
Constans quis vere dicatur. tomo. 1. 129. H
Constantia mira martyris Gordij. to. 1. 127. I
Constantinopolitana synodus. t. 2. 172. M
Consuetudo pietati præiudicãs abroganda. to. 2. 60 F
Consuetudo non præiudicet diuinę scripturæ. to. 2. 180. F
Consuetudo longo tempore roborata naturæ vires induit. t. 2. 46. I
Consuetudinis vis quanta. tomo. 1. 95. A B
Consuetudinem cum quibusuis hominibus monachum habere non debere. to. 2. 114. D
Consultatio siue cogitatio in corde quiescens, radix est earum quę per corpus fiunt actionum. tomo 1. 41. E
Contatio in bonis operibus periculosa. to. 2. 18. I
Contemplatio dogmatum Christi potior est officiis quæ corpori impenduntur. to. 2. 109. G.
Contemplatio circa internum hominem. to. 2. 196. F
Cõtemplatiuam vitam acturo quid faciendum t. 2. 109. H
Contendendi studium quid possit. to. 2. 159. D
Contentio ex æmulatione alienæ virtutis. to. 2. 58. A
Contentionis studium quàm periculosum. to. 2. 159. D
Contentiones quomodo ex animis malorum eximendæ. tomo. 2. 169. L
Contentionibus suis priuatis quidam fidei causam postponunt. to mo. 2. 190. G
Contentos homines sua sorte minime esse, docet. to. 1. 95. K. L
Continens perfectè quis sit. tomo 2. 51. L
Continens verus tam à corporis quàm animæ se passionibus abstinet. to. 2. 207. H
Continentia quid to. 2. 51. M.
Continentiæ verissimæ finitio. to. 2 51. M
Continentiæ vocabulo quid intelligat Basilius. to. 2. 51. F
Continentia quę. to. 2. 85. A
Continentia quàm efficax. tomo. 2. 52. E
Continentia tanta corpus suum affligere non debet monachus vt ad obeunda munera deinceps inutile sit. to. 2. 112. I
Continentia pietatis studiosis necessaria to. 2. 52. C.
Continentiæ commendatio. tomo 2. 51. E
Continentiæ flagella to. 2. 132. L.
Continentiæ lex in palæstris data. to. 1. 135. G.
Cõtinentiæ modus quis seruari debeat. to. 2. 52. F
Continentiæ modus optimus. tomo 2. 38. M. & 39. A
Continentia gulæ quid possit. tomo. 2. 5. F. G
Continentiam admetiendam esse corporis viribus. to. 2. 112. D
Continentia opus ei qui pietatem colere vult. tomo. 2. 51. C. 52. C
Contradicere deo quale peccatum. to. 2. 18. F
Contristari ad vtilitatem. tomo. 2. 16. K.
Contristare spiritum dei quid. to. 2 21. F
de Contristantibus fratres & contristatis. to. 2. 75. A. B. C
Contritio cordis quæ. to. 1. 63. A
de Controuersiis obortis inter fratres. to. 2. 63. D. E
Contumax quo animo tractari debet à fratribus. tomo. 2. 55. H. I. & seq.
Conuentus annui quare fiant. tomo 1. 131. F
Conuersatio Christi. to. 2. 113. C
Conuersatio qualis sit instituenda. to. 2. 54. K
Conuictus bonorum multa commoda habere to. 2. 47. F
Conuictus Græcorum. tomo. 1. 104. M
Conuitium quid. to. 2. 73. G. H
Conuitia quo pacto facile ferri possint docet. to. 1. 77. E. F
Conuiuas christianus remoto tumultu frugaliter ac modeste tractare debet. to. 2. 23. A. B
Contumaciæ filius dicitur. tomo. 2. 101. B
de Contumacibus. tomo. 2. 62. L. M
Contumeliæ facilè ferendæ methodus. tomo. 1. 109. B. C. D. E. F. & seq.
Contumeliis pij tentantur. tomo. 1. 109 B
Cooperarij gratiæ domini non contemnendi. to. 2. 28. A
Cor in animalibus vice fundamenti. to. 1. 40. H
Cor pro mente, in scriptura frequẽter accipitur. to. 1. 44. E
Cordis præparatio quę vera sit. to. 2. 150. H
Cordis rectitudo in quo consistat. to. 1. 44. G. H
Cordis præparatio. to. 2. 150. H
Corallium, maris herba in aerem translata, in lapidem durescit. to. 1. 23. C
Corinthius satanæ traditur. tomo 2. 11. B
Cornix. to. 1. 25. K
Cornices ciconiis apparent. tomo. 1 25. C. D
Cornu vt accipiatur in scriptura. to. 1. 51. B. C
Corpus Christi & sanguinem quo timore accipienda. to. 2. 89. H

Corpus

Corpus domini indigne suscipientes damnari. to. 2. 20. F.
Corpus Christi edere digne. tomo 1. 158. A. B
Corpus & sanguinem Christi quan to cum timore, quantáue animi affectione communicemus. to. 2. 89. H. I
Corpº Christi edere & sanguinem bibere. to. 1. 158. H. I K
Corpus domini quomodo manducandum. to. 2. 20. G
Corpus ex quatuor elementis constat. to. 2. 132. D. E
Corpus nostrum quanto pinguius, tanto grauior carcer animæ existit. to. 1. 55. E
Corpus animæ vehiculum. tomo. 1. 135. H
Corpus animæ βουλευτήριον. tomo. 2 112. E. F
Corpus firmum & mathematicum, quid differant. to. 1. 9. A
Corpus quomodo curandum. tomo 1. 37. E. F
Corpus hominis non malum. tomo 2. 111. B
Corpus omne colorem suapte natura obtinet, & sensu percipitur. to. 1. 11. I
Corpus non nimis esse atterendum. to. 2. 132. F
Corpus saginatum est compẽdium ad lasciuiam. to. 1. 39. F
Corpus feræ instar cuiusdam cohibendum. to. 1. 140. B
Corporis conditio bona. tomo. 2. 111. G. H
Corporis harmonia. tomo. 2. 132. D E
Corporis & animæ discrimẽ ingẽs. to. 2. 5. L
Corporis integritas virginitati famulatur animæ to. 2. 130. D. E
Corporis vires, spiritus saluti obsunt. to. 1. 58. G
Corporis est ea exequi quæ animus recta indicarit. to. 2. 113. L
Corporis officium. to. 2. 138. C
Corporis cura quatenus habenda. to. 2. 132. K. L
Corporis cura negligenda. tomo. 1 139. I. K
Corporis vitium minus quàm animæ. to. 2. 142. D
Corpora prima elementa. tomo. 1. 4. E
Corpora quare afficiuntur secundum lunæ variationem. tomo. 1. 20. F
Corpora composita coniunctas habent qualitates. tomo. 1. 12. M. 13. A. B
Correctio qualis esse debeat. tomo 1. 134. C
Correctionem quo animo suscipiant ij qui deliquerunt. tomo. 2. 63. L
Corrigi delictum eius qui peccauit quomodo debeat. t. 2. 63. I
Corruptiuum imago rei incorruptæ esse non potest. tomo. 1. 31. C
Coruus pauit Heliam. tomo. 1. 104. D
Coturnices elleboro vescuntur. to. 1. 14. K
Creare cor mundum quid. tomo. 1. 186. G
Creare deum non manuum corporalium motu. to. 1. 189. D
Creare & facere in quo differant. to. 1. 57. I
Creatarum rerum nihil est ociosum to. 1. 14. K
Creatio, siue creatura vt accipiatur in scriptura. to. 1. 57. I
Creationis triplex genus in scripturis. to. 2. 196. B
Creationis nomen sæpe pro renouatione ponitur. to. 1. 106. D
Creationis omnium principium qui tollant to. 1. 190. B
Creatoris æterni præ rebus conditis præstantia. to. 1. 17. C.
Creatura in duas partes diuiditur. to. 1. 187. F
Creatura noua to. 1. 186. G
Creatura filius non est. tomo. 1. 184. K
Creatura omnis sui creatoris ministra. to. 2. 195. M
Creaturę in multis & per multa diuersitatem habent. to. 1. 185. D
Creaturarum ex pulchritudine artifex consideratur. to. 2. 196. H. I
à Creaturarum contemplatione ad creatorem consurgendum. tomo 1. 89. K
Creatis in rebus nihil superuacaneum to. 1. 28. B C
Credere deo in modicis. tomo. 2. 17. E
Credentis proprium. to. 2. 37. F
Credentibus nihil incredibile. to. 2. 156. H
Crœsus pepercit pueri interfectori. to. 2. 199. H
Criminaturus aliquem, se prius ab omni vitio castum præstet. tomo 2. 25. E. F
Crucis signo signare quis docuerit. to. 1. 210. C
Crucem suam tollere quid. tomo. 2. 46. K
Cultus rationalis. to. 2. 96. C
Cupediarium quæstum fratrum conuentus fugiat. to. 2. 62. C
Cupiditates è distractione mentis oriuntur tomo. 2. 122. A
Cura omnium rerum deo committenda. to. 2. 24. K
Cura huius vitæ quæ dicatur. tomo 2. 80. K
Curiositas vitanda. to. 2. 62. C
Curiositas vitanda in rebus ad nos non spectantibus. to. 2. 17 I
Curiositatem in quæstionibus vitandam. to. 1. 3. K. L. M
Curule certamen insimulat. tomo 1. 11. G. H
Cygnis quare collum longum additum. to. 1. 26. F
Cyriacus sympresbyter Basilij. to. 2. 153. G

D

Daemon magnus, peccatũ. to. 1. 118. L
Dæmon deus dicitur. to. 2. 194. F
Dæmones lucem veritatis respicere non posse to. 1. 180. C
Dæmones quando insultent nostris afflictionibus to. 1. 54. A
Dæmones non eiiciuntur nisi oratione & ieiunio. to. 1. 84. L
Damnationis titulus in impiis & tyrannis sufficiet. tomo. 2. 163. A. B
Daniel ab Abacuc in lacu leonum pastus. to. 1. 104. E
Daniel Chaldaicam sapientiam didicit. to. 1. 138. C.
Daniel incarnationis dei vates. to. 2. 5. F
Daniel inter seniores. to. 1. 115. L.
Daniel leones ieiunare docuit. to. 1. 84. A
Daniel visiones videre non meruit, nisi ieiunio. to. 1. 84. K
Dandum pauperibus ex labore manuum to. 2. 25. A
Darius mare Aegyptium conatus est cum Indico committere. to. 1. 12. C. D
Dathan & Abiron quare à terra deuorati to. 1. 106. H
Dauid adhuc hodie prodest. tomo 2. 138. H

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.138.H
Dauid generose fortis. tomo.2. 151. A
Dauidis innocentia quæ. tomo. 1. 44.B
Dauid mansuetudo erga Saulem. to.1 111. D
Dauidis musica to.1.139.M
Dauid pœnitentia. to.1.147. H.
Dauidi quare domus confusio acci derit. to.1.106.H
Debita vnicuique reddenda. tomo 2.21.M
Decachordum mystice quid signi ficet. to.1.56.D.
Decatelogi to.1. 48 L
Decretum impium to.1.126.H
Dedicatio ecclesiæ. to.1.53. 1.K
Defectionis initium. to.2.172.B
Degustanda omnia quæ in mẽsa no bis apponuntur. tomo. 2.52. C. D. E
Dehonestare deum quid. tomo.2. 16.F
Deitatis vnionem non diuidi. to.1. 191.B
Delator, eum quem defert & eos quibus loquitur, & seipsum læ dit.to. 2.175.H
Delatorum admonitio. tomo.2. 189.A
Delicati taxantur. tomo.1.140.C
Delitiæ quantum obsint. tomo.2. 52.D
Delitiæ quæ sanctis congruant.to. 1.39.F
Delitiæ paradisi quales.tomo.1.39. E.F.
Delitias salutem prodere. tomo.1. 83. I
Delitias non prodesse stulto. tomo 2.51. D
ob Delicta leuia nemo condemnan dus. to.1.134.C
Delicta condonanda. to.2. 25.L
Delphini to.1. 21.I
Demens quis. to.1.74.D
Democritus ad concionandum con fictus ab Aristophane. tomo.2. 189.K
Dentes acuti additi sunt carniuo ris. to.1. 28.L
Dentium munus. to. 1.90.B
Descendere dei to.1.58.C
Desideria carnis & cogitationum. to.2.101. C.D
Desperandum nunquam esse. tomo 2.72.B.C
Desperationis remedium. tomo.2. 72. B
Detractor quis to.2.73.I.
Detractor qua animaduersione dignus. to.2.73.K
Deus an nostro more loquatur. to. 1.8. B
Deus prouidet omnibus. tomo.1. 22. M.28.K
Deus quare deum Abrahã seipsum appellauerit to.1.169.D
Deus quod sit, primum credere o portet to.1. 169.G
Deus in scriptura cur vnus & solus dicatur to. 2.194.H
Deus solus secundum essentiam. to.2.194.G
Deus à nullo est to.1.169.I K
Deus non adoratur extra ecclesiam to.1. 52.E
Deus non est cuiusuis deus. tomo 1.54. B
Deus cur benignus etiam in ingra tos. to.1.97.F
Deus cur homo factus est. tomo.1. 141.E
Deus nihil fecit improuide. tomo 1.28.G.K
Deus quomodo dicatur auertere fa ciem suam to.1.55.C
Deus vbique videt to.1.58.D
Deus quantus sit scisciatari pericu losum to.1.143.M
Deus à quibus diligatur. tomo.2. 16.E
Deus quomodo cognoscatur.tomo 1.143. L
Deus quæ nobis tribuerit.tomo.1. 95.M.96.A
Deus est sanctorum quisque. tomo 1.144.H
Deus & sancti quomodo imitandi. to.2.21.F
Deus qualitati obnoxius non est. to.2.194.F
Deus quantum nobis deprehendi possit to.1.122.E
Deus illocalis inuisibilis. tomo.1. 89. K
Deus in scripturis ingenitus nusq̃ dicitur to.1.183.G
Deus non statim pœnam peccanti bus infligit. to.1.44.I
Deus omnium rerum potens. tomo 2.110. H
Deus quousque diligendus. tomo 2.94.B.C
Deus quomodo inclinare aurem di catur. to.1.79. H
Deus solus sua essentia deus,homo gratia, dæmon mendacio. tomo 2.194.G
Deus noster refugium & virtus. to.1.70.H
Deus vnicum refugium ob diaboli insidias to.1.70 F
Deus in terra. to.1.141. A
Dei beneficia erga nos. tomo.1.95. M.96.A B
Dei erga nos beneficia commemo rantur. to.2.44.H.I.K.L.M
Dei beneficia non silenda,sed pro ipsis gratiæ agendæ. to.2.26.F
Dei erga hominem beneficia.tomo 1.91. A.B
Dei dictis sine hæsitatione creden dum. to.2.17.C
Dei iussis non aduersandum etiam si pio id animo fiat. tomo. 2.18. E. F
Dei iudicia non contemnenda. to. 2.18.A.
Dei in nobis inhabitatio est dum eum insidentem intus memoria complectimur. to.2.151.B
in Dei agnominationibus non te mere quicquam innouandum.to. 1.173.L
Dei dona inestimabilia.tomo.2.27 B.C
Dei ἐγκώμιον. to.1.1.M
Dei cognoscendi methodus. to.1. 89.1.K
Dei cognitio in hoc seculo imper fecta to.2.12.I.K.D
ad Dei exprimendam notionem nõ vnicum vocabulum sufficit. to. 2.13. A
Dei cognitionẽ apprehensurus de bet affectibus vitiosis carere.to. 1.72.A
Dei vocabulum quidam ad naturæ significationem trahunt. tomo 2.181.E
Dei maiestas incomprehensibilis. to.2.12.I.
Dei forma to.1.29.L
Deus figuræ omnis expers.tomo.1. 31.A
Dei nomen quomodo sanctum. to. 1.58.L
Dei patris nomen non est passionis, sed coniunctionis to.1.177. M
Dei qui non obliuiscitur,impossibi le est eum à recta via aberrare. to.1.105.H
à Dei recordatione si quis excidat, quæ causa est. to.2.104.I
Dei ira,furor,&c. quomodo capian tur. to.1.64.C.D.E.
Dei ira & furor dæmones dicti. to. 1.64.D

Dei,

Dei prospicere & descendere. to.1. 58.C.
Dei voluntas,eius est sermo. tomo 1.8.B.C.
Dei vocem quomodo accipere de bemus. to.1.50.C.52.G.& H
Deo quomodo familiares redda mur to.1.141.E
Deo vt pareamus triplex necessitas. to.2.41.L.M
Deo dicatum in humanum vsum re trahere,nefarium. to.2.76.H
Deo humana quadantenus assignāt scripturæ to.1.53.L
Deo habitatio præparatur in ani mabus sanctificatorum per bap tismum to.1.53.F
Deum ex omni mortalium genere aliquos eligere to.2.165.D
Deum ore confiteri debemus. to.1. 127. K
Deum incusare non licet ob creata animalia venenata & noxia. to. 1.29.D
Deum non esse auctorem malorum docet. to.1.105.F.G. & seq.
Deum multo melius res nostras di spensare quàm nos optare pote rimus to.2.200.B
Deum non numero, sed natura vna confitendum. to.2.194.E
Deũ honore afficere quis dicatur. to.2.16.F
Deum esse dæmones negare nõ pos sunt to.1.176. H
Deum laudare opus angelorum. to.1.52.E.
extra Deum existens vitam beatam amisit to.2.38.B
Deũ à nobis maximope debere dili gi exẽplis probatur.t.2.44.G.H
de Deo quid cogitandũ & opinan dum to.1.31.A B C
ex Deo omnia to.1.146.M
à Deo separari pœnis gehennæ gra uius to.2. 44.F
de Deo loqui periculosum. tomo.2 13. A.
Dextra dei to.1.64. E
Dextrum quid significet. tomo. 1. 197.L
Diabolus cur sic dictus.tomo.1.108 A.to.2.175.F
Diabolus,id est delator.t.2.177.D.
Diabolus à seipso incitatur. tomo 1.132.H
Diabolus nunquid alicuius sancti propositum impedire possit. to. 2.101.M.& seq.
Diabolus cur aduersus nos bellum gerat to.1.107.G.H.M
Diabolus à deo nobis inimicus con stitutus non est to.1.107.H
Diabolus cur princeps mundi dici tur. 108.B
Diabolus malus vnde. to.1.107.F.
Diabolus nõ statim creatus est dia bolus. to.1.131.K
Diaboli natura. to.1.108.A B
Diaboli inuidia in hominem.tomo 1.131. K.L.
Diaboli methodns erga diuites. to.1. 100.A
Diaboli astutiæ. to.1.134.H
Diaboli astutia irrita facta.tomo.1. 132.M
Diaboli insidiæ multiformes.to.1. 130.C.D
ex Diabolo patre est,qui peccatum admittit to.1. 69.F
de Diaconis vide. to.2.34.F
Dianæi encomion. to.2. 184.E.F
Dianij fidei confessio. to.2. 182.D
δίκαιον quid. to.2.98.D
Dicere,faceréue absque testimonio scripturarum an quidpiam debea mus. to.2.70.I.K.
Dilectio erga deum quo pacto obti neatur to.2.46.A
Dilectio caput doctrinę christianę. to.2.156.E.
Dilectionis erga deum indicia. to. 2.93.E
Dilectionis bonum ab Apostolo cõ mendatur to.2.175.D
Dilectionis erga deum proprium. to.2.37.F
Dilectionis præcepta. to.2.16. G
Dilectionem dei doceri non posse. to.2.43.L
Diligere deum quempiam quomo do indicetur. to.2.16. D
Diligentis dominum proprium.to. 2.32.H
Dies quid. to.1.7.C.19.I
Dies horarum vigintiquatuor.to.1. 7.E
Dies Halcyonij. to.1.25.G.H
Dies cur vnus & non primus.tomo 1.7.E.F.G
Dies primus qualis. to.1.7.C
Dies dominicus imago resurrecti onis. to.1.7. H
Diei filij qui. to.2. 101.B
Diem quamlibet animæ obtenebra tionem adferre to.2.150.G
Dies longissimi & breuissimi.tomo 1.19.F
Dies in metiendo tempore solum numerantur non item noctes.to. 1.7. D
Dies boni & mali. to.1.62.A.B
Diluculum in anima sol iustitiæ o riri facit apud eum qui ipsum re cipit. to.1. 71.F
Diluuium baptismi gratiam signifi cat. to.1.52.A
Diodorus to.2.200 E
Diodorus sympresbyter Basilij.to. 2.182.C.E
Diogenis Cynici dictum. tomo.2. 159. G
Diogenis dictum cum febri labo raret to.2.190.A
Diogenis dictum in studiosos cul tus corporis. to.1.139.K
Diogenis laus. to.1.140.E
Diogenes pastorale poculum abie cit. to.2.200.M
Diomedis apophthegma, Ne pre ceris,quoniam vir est improbus. to.2.153.D
Dionysij aduersarij Sabellij erro res. to.2.159.D.E.F
Discedendum aliquò non est fratri venia ab antistite non petita.to. 2.84.C
Discendum sine pudore.to.2.151.C
Disciplina quid. to.1.113.H
Disciplina duplex. to.1.113. L.M
Disciplina præferenda multę pecu nię. to.1.113.L
Discipulus domini qui fieri potest. to.2.16.C. & quis dicatur.H
Discipuli domini qui. to.2.16.C
Discipulorũ Christi demonstratio. to.2.16.H
Discordiæ & dissensiones in repu. vnde. to. 2.9.C
de Dispensatore. tomo. 2. 87. B. C.D
Dispensationis origo. to.2.9.G
Disputantes aduersus nos, leniter & mansuete docendi à nobis. to. 2.33.L
Dissensio inter nos vnde. tomo.2. 9.F
Dissimulatione non vtendũ aduer sus peccantes. tomo.2. 75.K.L & seq.
Diues nemo, itemq; pauper si tan tum quisque vsurparet, quantum ad propriæ necessitatis solatium faceret,superuacaneúmque egen ti tribueret. to.1.99. B.C
Diues superbus taxatur. tomo.1. 89.A
Diuites cur sint,alij vero pauperes. to.1. 99. C
Diuites auari taxant, homilia sexta.

tomo

Universidad de Deusto
Biblioteca

to.1.97. & sequen. & 99.A B C & seq.
Diuitum querimoniæ. to.1.97.H
Diuina natura ineffabilis. tomo.1. 122.D.E.F
Diuina natura, vt in seipsa est nullis nominibus exprimi potest.to. 2.181.F
Diuina mysteria silentio colenda. to.1.140.L
De diuinis semper differendum.to. 2.194.B
Diuinis parua & vilia non accommodanda to.1.175.M
Diuinus auditus voce non indiget ad sensum. to.1.77.H
Diuinitas ab omni perturbatione aliena est to.1.64.C
Diuinitas vna est. tomo. 2.180.H. 1.K
Diuinitatem prorsus negare atheorum est. to.2.180.H
Diuinæ naturæ maiestas circunscriptione complecti non potest. to. 1.81.C.D
Diuitiæ veræ. to.1.131.K.
Diuitiæ Christi. to.1.148.E
Diuitiæ contemnendæ. to.1.61.D
Diuitiarum contemptus docetur. to.1.75.G.78.K.L.
Diuitiæ multis luxuriæ causa.to.1. 101. L
Diuitias animæ coaceruare. tomo 1.136. B
Diuitias non esse sectandas. tomo 2.24.H
Diuortium quamobrem fiat. tomo 2.35.A.B
Doaris oppidum. to.2.153.C
Doctrina veritatis quales christianos exigat. to.2.36.E
Doctrinæ christianæ caput.tomo.2 156.E
Doctrinæ prauæ pernicioſis pharmacis assimilandæ. to.2.169. H
Doctrinæ sacræ à prophana differentia. to.1.138.B
Doctrinam alienam ab euangelio non esse tradendam. tomo.2.31. D.E
Doctor saluti suorum prouideat vsque ad mortem perseuerando. to.2.32.H
Doctor seipsum exemplar ad res honestas præstet. to.2.31.I
Doctor si annũciare neglexerit,homicida est. to.2.75.H
Doctor in ecclesia,aliis prefectꝰ humilitatem exerceat. to.2.33.C D
Doctoris officia. to.2.31.I K L M
Doctor misericors ac mitis sit. to. 2.32.I.K
Doctores mali non tolerandi.tomo 2.23. D
Doctorum præsidentia. tomo. 2. 171.L
Dogmata vetusta veneranda. tomo 1.211.H
Dogmatum prauorũ authores plectentur. to.1.75.K.L
Dolendum cur ex officio quandoque. to.1.91.E
Dolor,mentis temulentia est. tomo 1.85.A
Δόλος quid. to.2.79.G
Dolus quid to.1.46.B.62 E
Dolosus vir, vulpeculæ similis redditur. to.1.66.L
Dolosos vrso comparat. tomo.1. 34. D
Dominus non substantiæ nomẽ,sed potestatis to.1.173.A
Dominum suos non deserere.tomo 2.152.L
Domine deus meus,vox plena affectu fiduciæ. to.1.54.C
Domini erga seruos quomodo se gerant. to.2.35.K.L
Dominorum erga seruos officium. to.2.35.I.
Domitianus. to.2.199.F
Domus instar sepulchrorum. to.2. 198.K
Domus dei ecclesia. to.1. 88.E
Donec,particulæ acceptio.tomo.1. 142. A
Donum dei etiam immeritis traditur. to.2.90.I
Donum dei comprimens, vt talentum occultans condemnatur.to. 2.77.G.H
Donum dei pecuniis non acquiri. to.2.27.B C
Donum illud solum deo acceptum quod puro corde offertur. tomo 1.49.C
Dono sancti spiritus nobis elargito contentos nos debere esse. tomo.2.27.K.L
Dona dei gratis impartienda, neq; in quęstum, neque in voluptates proprias conferenda.tomo.2.27 D.E
Dona dei incomparabilia. tomo.2. 27.B.C
Dona dantur à deo vnicuique ad vtilitatem pro rata fidei portione. to.2. 27. C
Donorum dispensator spiritus. to. 1.181.L
Donis à deo acceptis qui se exercuerit, idoneus qui præterea aliis donetur. to.2.27.F.
Δορκὰς ἀπὸ τοῦ δέρκειν. to.1.87.L
Dormire dei. to.1.53.L
Dormiendum non tota nocte.tomo 1.94. G
Dormientium sub dio & luna, capita humore replentur. tomo.1. 20.G
Dormitationis intempestiuæ causa, & eius depellendæ gratia. tomo 2.74. E
Dorotheus. to.2.163.1. M.165.H. 172.E
Draconum fabula. to.1.140.D
Durabile nõ est in memoria, quod inuitè ediscitur. to.1.40.E.F
Durabiliora sunt quæ longo tempore contingunt. tomo. 2. 203. I.K

E

Ebrietas animæ. tomo.1. 84.M
Ebrietas dæmon voluntarius to.1.120.D
Ebrietas dicitur quiuis affectus dimouens animum à statu suo, vt ira dolor,metus. tomo.1.84.M. 85.A
Ebrietas manifestissimus dæmon. to.2.207.G
Ebrietas taxatur. tomo.1. homilia 14.fo.119.M.& seq.
Ebrietatis mala. tomo.1. 120.D.G. H.I
Ebrietas fortitudinis pernicies. to. 1.121.G
Ebrietas impudentiæ mater. tomo 1.86.A
Ebrietatis incommoda. to. 1.85. C
Ebrietatis & intemperantiæ incommoda. to.1.83.H.I
Ebrietatis incommoda.to.2.207.G
Ebrietatem spiritum sanctum expellere. to.1. 85.G
Ebrij quomodo ad sobrietatem reducti. to.1. 120.D
Ebrij gentium idola. to.1.121.H
Ebriorum valetudo to.1.121.A
Ecclesia filia dei. to.1.69 F
Ecclesia quos vitare debeat. tomo 2.174.H
Ecclesia habet omne genus artes. to.1.88.E
Ecclesia christianorum per charitatem adoptatur. tomo.1.190.H
Ecclesia nauigio comparatur.tomo 2.166.K L
Elleborus coturnicibus est cibus. to.1.14.K
Elpidius Basilij diaconus. tomo. 2. 152.G.
Emmelia. to.2. 210.A
Encomiorum lex. tomo.1.126.D.E.
Enoch septimus à generatione hominum,mortem non vidit. tomo 1.36. G.
Enoch ecclesiæ mysterium. Ibidem
Eparmata. to.2.189.L
Epicteti animus in tormentis.tomo 2.190.D
Epinicia & odæ, pro parta victoria carmina. to.1. 76.D
Ἐπίνοια quid. to.1.166.M
Episcopatus nomen ad vernarum filios delapsum tempore Basilij. to.2.153.B
Episcopus ecclesiæ lychnus. tomo 2.156.G
Episcopus qualis eligendus. tomo 2.151.M.& seq.
Episcopus in omnibus vitæ formam præ se ferat. to.2.31.I.K
Episcopus ædificationem subditi curet. to.2.31.K
Episcopus ciuitates & vicos circũeat. to.2.31.L.
Episcopus euangelicus. tomo. 2. 34. E
Episcopum designare domini est, nostrum petere. tomo. 2. 167. G. H
Episcopo in designando non robur corporis,sed doctore digna virtus spectanda. tomo.2.156.L
Episcoporum auaritiam taxat Libanius. to.2.198.G
in Episcopos qui ordinant ob pecuniam. to.2. 176.H.I.K
de Episcopis vide. tomo.2.34.E
Epistolárum vsus,maximum donũ. to.2.165. C
Epulandi habitus. to.2.151.F
Equestre certamen in honorẽ Martis. to.1.126.M
Equitatu non est vsus Israel. tomo 1.58.G. H
Equus sanctis non fuit in vsu. tomo 1.58.G
Equi quomodo domandi. tomo.1. 96.I.K
Eremi laudes. to.2.125.I.K.L.126. E.F.& seq.
Eridanus fluuius. to.1.9.K
Ἔρις quid. to.2.78.E
Ἐρίθεια quid. to.2.78.E
Errare à via iustitiæ qui nõ possunt. to.1.105. H
Esau per gulæ vitiũ abalienatus est à deo, & in seruitutem fratri redactus. to.1. 83.I
Escam deo nos non commendare. to.2.132.M
Escarum qualitas discernenda. to. 2.132 A
Escarum copia nociua. tomo. 2. 207 F
Essentia quinta. to. 1.4 D
Esurientem pascere,inter opera misericordiæ præcipuum. tomo.1. 104. K
Esurientibus opitulando à peccatis absoluemur. to.1.104.L
Euagationes mentis vnde oriantur, & earum emendatio. tomo. 2. 73.D
Euagrius Pampiani Antiochensis filius. to.2.152 I
Euangelium libere prædicandum. to.2.31 M
Euangelium audientes & non resipiscentes grauius puniri. tomo 2.15 E
Euangelium & apostolica scripta ad vnum seruanda, neque eorum quidquam prætermittendum. to. 2.18 G
Euangelium citra inuidiam contentionémque prædicari debet. to. 2.33 E
Euangelium quomodo prædicandũ sit. to.2.32.E
Euangelium occultos animæ affectus prohibere. to.2.23.H
ad Euangelij normam quidam in Palæstina vitæ suæ conuersationem perfectam reddunt. tomo. 2. 168 A
Euangelij prędicator nõ debet plus possidere quàm naturalis vsus desiderat. to.2.33 H
Euangelij præeminentia præ aliis scripturis. t.1. 123 C
Euangelij & legis discrepantia.to. 2.23 H I K
Euangelij lectio quantum prosit. to.2.178.K L
Euangelio vere obediens qui.tomo 2.16 B
Euangeliis contenti simus. tomo 2.169 K
Euangelia edisce qui digni habiti sunt, quomodo hi accepisse hoc beneficium debent.tomo.2. 96.M. & seq.
Euangelicam doctrinam qui suscepit,vacare debet tum animi tum corporis inquinamento.tomo.2. 16.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

16.A.
Euangeliſtas non diſſentire . tomo 2.219.B.
Euangeliſtarum in ſcribendo ordo. to.1.175. G
de Euchariſtia vide . tomo.2.20.E. F.G.H.I
Euclidis Megarenſis patientia.to.1. 139.A
Eudoxius rhetor. tomo.2.185.C.
Euentus triplices ſunt. tomo.1. 6.C
Eulalius epiſcopus. tomo.2.185.M
Eunomius Galatio. to.1.164.L
Eunomius taxatur. to.1.106.M
Eunomij arrogantia taxatur . tomo 2.200.I.K.L.
Eunuchi. to.2.215.G
Eunuchi myſtici. tomo. 2.147.I
Eunuchi propter regnum cœlorũ, cęteris præſtantiores. tomo.2. 144.L
Eunuchorum tres ſpecies. tomo.2. 144.M
in Eunuchos inuehit. tomo.2.184. H.I.
Eunuchiſmi myſtici præmiũ. tomo 2.145.I.K
Eunuchiſmum damnat Baſilius qui ſit tuendæ caſtitatis gratia.tomo 2.146.M
Eupraxius. tomo.2.192.K
Eupſychi ſynodus. to.2.157.C
Euriporum natura. to.1.20.G
Euſebius anteſignanus Arianorum. to.2.183.C
Euſebius Conſtantinopolitanus Arrianus. to.2. 174.K
Euſebius Palæſtinus. to.1.211.M.
Euſebius epiſcopus Samoſatenus. to.2.192.E.
Euſebij Neoceſarienſis laus. tomo 2.167.B. C.& ſeq.168.E.F
Euſtathius σύνεργος Baſilij.tomo.2. 151.M
Euſtathius philoſophus. tomo.2. 199. L
Euſtathius ex Sebaſtia minoris Aſię Arij ſectator. tomo. 2.174.I.K. 182.M.178.G
Euſtathius medicus. tomo.2. 180.A
Euſtochium ſophiſtes. tomo. 2. 189.C
Exacerbatio quid. tomo.2. 76.K
Exaltari à nobis deus quomodo dicitur. to.1.53.K.L
Excandeſcentia quid. tomo.2. 76.K
Excandeſcentiæ ſiue furoris proprium. to.2. 78.H
Exercitationis vtilitas. tomo.1. 139.G
Exercitationem corporis in opere faciendo honeſtam & legitimam eſſe. to.2.112. D.& ſeq.
Exhortationis vis. to.1.85.E.F
Expergefactus ad orationem ſi expergefacienti iraſcatur,qua re dignus. to.2.74.F
Exponentes pueros ſuos taxat, collatione ex Aquila ducta. tomo.1. 25.I
Extrema quæque periculoſa ſunt. to.2.131. L
Exultatiõis noſtræ in domino quæ cauſa eſſe debeat. to.1.55.K
Exultationis vocabulum in ſcripturis , animæ ingens & alacre gaudium. to.1.55.I.K
Ezechiæ medicina. to.2.64.M.

F

FAcetias ſectari non debere monachũ. to.2.116. E. F
Facies quomodo obſcuratur,& diſparet. tomo.1.82.M
Facilius nihil eſt quàm ſeipſum fallere. to.2.119. F
Facta aliorum nobis non prodeſſe. to.2.18.M
Facta bona quorũ non ſit occultare. to.2.102.I
Facta & dicta noſtra debent fulciri teſtimonio diuinarum literarum. to.2.21.C.
Facta fieri infecta non poſſunt. to. 2.199.H
Facta virorum quomodo legenda. to.1. 139.A
Factis omnibus recte, ſi vnũ defuerit,ſalutem non adipiſcemur. to. 2.96.H
Fama melior quàm diuitiæ multæ. to. 1.97. M
Fames grauiſſima Baſilij tempore. to.2.213.M
Fames quibus ex cauſis à deo immittatur. to.1.102. M
Fames ac ſqualor tempore Baſilij. to.1.102. G. H.& ſeq.
Fames humanarum calamitatum caput. to.1.104. H.I
Famis quãta vis & neceſſitas. tomo 1.104.I.K
Famis incommoda. tomo.1. 104.H
Familiaritas cum deo quomodo acquirenda. to.2.20.K
Fauſtinus Iconij epiſcopus.tomo.2. 152.K
Feneſtræ animæ. to.2.134.B
Felix quis dicatur. tomo.2. 190. C
Feſti dies ſanctorũ quare celebrandi. to.1.126. F.G
Ferę ante diluuium fructibus victitabant. to.1.35.K L
Feræ de ſe benemeritos amant naturæ ductu. tomo. 2. 90. E. 94.C
Ficorum imbecillitati quo pacto mederi poſſit. tomo.1. 15.M. & ſeq.A
Fides quid. to.2.12.E
Fides tractatur.tomo.2.17.B.C.D. E F
Fides eſt deitatis confeſſio. tomo 1.182. C
Fides & baptiſma duo ſunt modi parandæ ſalutis. to.1. 201.D
Fides in Chriſtum ſola iuſtificat. to.1.133.C
Fides quæ in deum eſt agenda præſtruere debet. to.2.116 K
Fides in deum patrem & filium dogma neceſſarium. to.1.177.F
Fides theologiæ fundamentum. to. 1.81.A
Fidei confeſſio Baſilij. to.2.12.D. E.F.
Fidei chriſtianæ confeſſio. tomo.2. 13. D. E
[illegible] to.1. 133.C
Fidei in confeſſione liberè agendũ. to.2.16.M
Fidei conſtantia ſeruari debet. to. 2.23. C
Fidei menſuram deus vnicuique partitus eſt. to.1.162. M. & ſeq.
Fidei virtus. to.1.80.K
Fidei verbis quidam more medicorum vtuntur. to.2.174. A.
Fideles confirmandi & viſitandi. to.2.32.F.
pro Fidelibus orãdum vt meliores quotidie fiant. to.2.32.B.C
Fidem quidam deſerunt. tomo.1. 116. K
Fide infirmioribus quomodo parcendum. to.2.23.F.
Fide non mutabilis ſit chriſtianus. to.2. 23.C
Fidendum auxilio diuino in periculo. to.2.28.I.K
Fiducia in beneplacitis Dei oſtendenda. to.2. 22.F
Figura

Figura quid. to.1.201.L
Filius ante ſæcula cum ſit, nunquã eſſe incipit. to.1.174.L
Filius quomodo non creatura. to. 2.195.L M
Filius cur dictus verbũ. t.1.123.L M
Filius Chriſtus ſubſtãtię imago eſt. to.1.183.D
Filius imago patris. to.1.170.E
Filij quomodo in ſeipſo patrẽ oſtẽdat. to.1.170.D
Filius in diuinis. to.1.122.G
Filius contumaciæ quis. to.2.101.B
Filij proceſſionis ſimile.to.1.175.M
Filium deum à ſcriptura appellari. to.1.176.F
Filium à non eſſe ad eſſe productũ. to.1.174.L
Filium genituram dicere temerariũ eſſe. to.1.173.I
Filium non eſſe facturã. to.1.172.K
Filij perditionis. to.1.42.I K
Filij prodigi hiſtoria. to.1.147.M & ſeq.
Filij ſapientiæ. to.1.42.K
Filij erga parentes quomodo ſe gerant. to.2.35.M
Filij quare quærendi. to.1.131.G
Filij diffidentiæ & iræ. to.2.101.A
Filiorum Eli peccatũ. to.2.75.L M
Filiorum procreatio. to.2.209.M
Filijs quid thezaurizandũ.t.1.131.F
Filiæ regum. to.1.69.C
Fimbriæ aureæ. to.1.69.L
Finis Chriſtianorum. to.1.72.E F
de Fine humano diuerſę opiniones. to.1.72. E
Firmamentum qua ratione cœlum. to.1.10.E
Firmamenti nomine ſcriptura, in iis rebus quę robore viribusq; exuperant vti cõſueuit. t.1.9. A & M
Firmamenti natura quæ ſit. to. 1.8. M. & ſeq.
Firmiliani libri. to.1.212.E
Flagitioſe facta quomodo enunciari conueniat. to.2.96.A
Flere cum flentibus quomodo deceat. to.1.96.L
Florum fugacitas. to.1.38.M
Fluctus animi. to.1.116.M
Fluminum ortus. to.1.9.I
Fluuius lætificans ciuitatem dei.to. 1.71.B C
Fœmina quare paſſiua & vir actiuus to.2.130.I
Fœneratores taxat.t.1.47.C.& ſeq.
Folia in arboribus. to.1.16.B
Fontiũ & puteorũ origo. to.1.9.I.
Forma dei. to.1.29.L
Formicæ ſolertia. to.1.28.B
Formicæ deſcriptio. to.2.200.K
Fortunã & fatum non admittit Baſilius. to.2.200.B
Fortuitum nihil. to.1.56.H
Frater qui in corporis debilitatem inciderit,an in hoſpitale amãdari debeat. to.2.103.I
Fratres in neceſſitate vſui eſſe.to.2. 162.D
Fratres non moleſte ferre debere ſi cum imbecillioribus mitius agatur. to.2.122.K
Fratribus quo animo ſit ſeruiendũ. to.2.88.D
Fratrũ vnus ſit animus. t.2.166.K L
Fratrũ cohabitatio iucũda.t.2.47 k
Fratrum cura ſuſcipienda. to.2.24. L M
Fratrum conuẽtus in vno pago plures cõſtitui an conueniat. to.2. 57.L.M.& ſeq.
Fratrũ collegia vniri vult Baſilius. to.2.58. C
Frigoris dolor. to.1.129.C D
Frigore martyres multi enecati.to. 1.128. C
Fructus illorũ,quorum labores. to. 2.41.F
Fructus pœnitẽtia digni. to.2.103.K
Frugalitas in ſuſcipiẽdis hoſpitibus ſeruanda. to.2.23.A B
Fruges multis piculis obnoxiæ antequã domũ cõportẽtur. t.1.98.I
Frumentorum mos. to.2.213.M
Fuga in hyeme & ſabbato quid. to. 2.202. H
Fugere quos debemus contrà verò imitari. to.2.21.F
Fulmina quare fiant. to.2.42.E
Furor quid. to.2.76.K
Furoris ſiue excandeſcẽtię propriũ. to.2.78.H

G

GAbaonitarum aſtutia. to. 1.115.H
Gabriel angelus quare non ceciderit. to.1.107.G
Galeæ ſpirituales. to.1.85.L
Gallinæ. to.1.24.K
Gallus gallinaceus. to.1.24.K
Gangrenorum altaria in agro ſubuertuntur. to.2.173.K
Garrulitas ociosa. to.2.73.F
Gaudium quid. to.1.91.G
Gaudiũ in domino quod.to.2.92.D
Gaudium cui animæ à deo ingignatur. to.1.55.F
Gnatio Chriſti venerãda.t.1.140 L
Generatio diuina quomodo intelligitur. to.1.173.F G
Generationis ſenſus per ſimilitudinem. to.1.152.C D
Genethliacos perſtringit. to.1.18.C D E F G H I K L M.& ſeq.56.H
Genicula in frugibus. to.1.14.G
Genitalia membra. to.2.131.E F
Genituræ vocabulum. to.1.174.A
Genitus eſt. to.1.140.M
Gentilium librorũ lectio damnoſa. to.2.186. B
Gentiliũ libri acerbi & impotabiles. Ibidem.
Gẽtilis quomodo ad fidem perſuadendus. to.2.169.F
Gentes vnde euanuerint. t.1.178.C
Gentium impietas per fidẽ abluta. to.1.133.I
Genua flectere & erigere.t.1.210 H
Geri aliquid non recte. to.1.160.A
Gigantum arrogantia. to.1.132.L
Gigis annulus. to. 2.211.M
Gladi⁹ dei ſpiritus ſanct⁹.t.2.196.D
Gladius piſcis. to.1.23.E
Gloria iuſti, & ſpirit⁹ in eo exiſtẽs. to.1.55.H
Gloria iuſti magna. to.1.208.B
Gloria hominum quomodo amplectenda. to.1.134.D
Gloria vana hominũ. to.1.78.C D
Gloria hominis vera quæ ſit. to.1. 133. B C
Gloria vana fugienda.to.1.34.F.to. 2.115.L M
Gloriæ inanis fugiendæ ratio. to. 1. 89.A B C
Gloriæ ſanis cupid⁹ quis.to.2.76.F
Gloriæ inanis epitheta appoſitiſſima.to.2.116.B
Gloriæ captandæ vitium quo pacto vitetur. to.2.74.F G
Glorię humanæ cupiditate pmoueri alienũ ab homine Chriſtiano. to.2.27. H
Glorię hũanę ĩcõſtãtia.t.1.14.CDE
Gloriã & honorẽ quomodo deo oferimus. tomo.1.49.F G H I. & econtra. Ibidem.
ad Gloriã dei omnia facere quis dicatur. to.2.92.F
Gloriari de benefactis nõ debem⁹. to.2.27. A
Gloriandum non eſt ob bona corporis aut animi. to.1.59.I
Gloriatio in dño quæ.to.2.98. A B
Gloriatio vetita. Ibidem.B
Glorificare deum quid. to.2.16.F
Gluma in frugib⁹ ad quid. t.1.14.G
Glorioſum apud homines haberi. to.1.134.D
Goliath fatui ſuperbia. to.1.132.L
Gordius militiã exercuit. t.1.126.G
Gordi⁹ Cęſariẽ.ciuis fuit.t.1.126.G

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gordius desertũ petiit. t.1.126.K L
Gordij martyris historiæ initium. to.1.126.G
ad Gordij martyrium tanto studio plebs cucurrit,vt ciuitas prorsus vacua fuerit. to.1.127.G H
Graculorum instar vt sint permittẽ dum de aquilarum volatu iudicantium. to.2.190.M
Græci ex Mosi libris aliqua didicerunt. to.2.212.F
Græcorũ conuictus. to.1.104.M
Gratia dei ad pprias libidines vti, peccatum. to.2.27.D E
Gratia in baptismo. to.1.177.F
Gratia spiritus sancti nõ per tenuitatem officij minuitur.to.2.156.F
Gratiæ prius agẽdæ deo de his quæ quotidiana necessitas corporis requirit. to.2.26.I
Gratiæ diuinæ participes esse non possumus,nisi perturbationes & vitia prius eiiciamus. to.1.78.E
Gratiam dei supprimens vt talentũ occultans condemnatur.tomo.2.77.G H
extra Gratiam positi an ad deũ clamare debeant. to.1.118.L
Gratiæ semper agendæ deo tum in prosperis,tum in aduersis rebus. to.1.59.E F
Gratiæ deo agẽdæ de iis quę ad necessitatem corporis spectant. to.2.26.I
Gratiarum agendarum ratio pro beneficiis acceptis. to.2.94.K
Gratias in omnibus agẽdas esse. to.1.94.H
Gratias deo quomodo agamus etiã in calamitate.to.1.94.H I & seq.
Gratitudo q̃ deo ꝓbeꝫ.to.1.96.B C
Gregorius mandauit ipso mortuo, oĩa sua pauperib⁹ dari. to.2.183.I
Gregorius nudo capite orauit.to.2.168.E
Gregorius magnus. to.2.168. D
Gregorius Nyssenus Nysa abactus. to.2.153.B C
Gregorij Magni factũ memorabile. to.1.212.C
Gregorij Theologi pietas. t.2.154. K.modestia.156.F
γριφίζειν quid. to.2.198.G H
Gruum natura. to.1.25.B C
Gubernãdi modus optim⁹.t.2.191.E
Gulæ morb⁹ incurabilis. t.2.5.C D
Gulæ intemperantis incõmoda. to.1.83.I.84.L M
ex Gulæ vitio malorũ ilias. to.2.5. D E F
Gulæ vitiũ non in escarũ copia tantũ sed in voluptate atq; gustatu. to.2.5.C
Gulam in officio si continueris paradisum habitabis sin minus, pabulum mortis futurum.to.2.5. G
Gustus in sacris literis. to.1.116.A
Gustus fons voluptatum.to.2.131.K
Gustus qualis sensus. to.2.132. E F & seq.

H

HAbitudine corporis extremè bona nihil periculosius. tomo.1.86.H
Habitudo bona periculosa.tomo.1.140.C
Habitus ornatus quis. to.2.94.A
Hæreditas bona. to.1.131.K
Hæretici scripto ostendãt resipiscẽtiam. to.2.173.C
Hæretici per zizaniã designantur. to.1.15.A
Hæretici quibus noceãt. t.2.167.D
Hæretici lenitate piorum peiores fiunt. to.2.193.C
Hæreticorũ labor & studiũ. tomo.2.172.D
Hæreticorũ consuetudo omnia laudare. to.1.165.C
Hæreticorum reuocatio quorundã. to.2.182.I
Hæreticorũ inconstãtia. to.2.183.D
Hæreticorũ mores. to.2.172.D
Hæreticis quibus rebus populus assuescat. to.2.172.D
Hæreticos Christianum nomẽ prætexere. to.2.172.F
Hæreticos esse arguendos & vitandos. to.2.183.M.& seq.
Halcedinis natura. to.1.25.G
Halcyonij dies. to.1.25.G H
Harmonia cœlorũ & concentus taxatur. to.1.8.I.
Hebræorũ astutia erga Aegyptios. to.1.115.H
Hebraica in diuinis consulenda.to.1.177.B
Hebraicas quasdam voces quare interpretes non ausi interpretari. to.1.173.L
Hecatostologi. to.1.48.L
Heli filij interficiũtur. to.2.10.E
Helias deserta petiit. to.2.203.L
Helias & Ioannes philosophi.to.2.213.C
Helias per ieiunium meruit videre dominum. to.1.83.K L
Helias quare in speluncam seceſſerit. to.1.126.K
Helias igneos currus non expauit. to.1.117.K
Helias cũ ieiunasset, clausit cœlum tres annos & mẽses sex. t.1.86.G
Helias à coruis pastus. to.1.104.D
Helias magnæ visionis spectator. to.1.83.K
Heliæ Zelotis ira. to.1.110.C
Helisæi ieiunium. to.1.83.K
Herbæ adquid ortæ. to.2.64.F
Herbæ noxiæ cur creatæ.to.1.14.H
Hercules cum duabus mulierculis. to.1.138.K L
Herinaceus marinus futurã tẽpestatem præsentit. to.1.22.M
Herinacei terrestris natura.t.1.28 A
Hermogenes Cæsariæ episcopus. to.2.174.I K
Hesiodus taxatus. to.2.86.E
Hesiodi laus. to.1.138.G
Hesiodi egregium dictũ. t.1.140.H
Heteroscij. to.1.19.F
Hexaemeron Basilij. to.2.218.H
Hieremiæ verbũ domini factũ velut ignis in interiorib. to.1.120.B
Hiericus in ora maris sita. t.1.132.E
Hierocleus. to.2.197.D
Hierosolyma quare exciſa.t.1.106.E
Hierosolymitana obsidio qualis. 2.171.F
Hierusalẽ in colle sita. to.1.132.E
Hippij animus leuis. to.2.200.G
Hirũdo visum sibi restituere nouit. to.1.25.F
Hirundinis auiculæ solertia & genius. to.125.F
Hirundinum & olorũ mythologia. to.2.153.K
Homerus breuiloquus. to.2.153.I
Homerus dẽ Margite. to.1.139.H
Homeri poeseos commendatio. to.1.138.H
Homericus equus. to.2.212.H
Homo quid. to.1.32.G.46.K
Homo duplex. to.1.115.K
Homo id peculiariter esse cẽseri qã secundum animã est. to.1.31. G
Homo animal natura mite & cõgregabile. to.2.45.D
Homo sociale animal. to.2.45.D
Homo quomodo ad imaginem dei. to.1.31. G
Homo qua in re à brutis differat. to.1.120.F
Homo cur sit erectæ staturæ. to.1.37.K L M.89.M.90.A
Homo planta cœlestis. to.1.26.H
Homo minor mundus dicitur. to.1.37.I
Homo singulis fere horis alterationi obnoxius est. t.1.66.H I K
Homo quam variet. to.1.76.F G
Homo quo pacto dominatur animantibus. to.1.31.E.K.L M.32.

A B C D E F G
Homo animantibus brutis viribus inferior,ac longe ratione præstãtior. to.1.17.A B
Hominis ętates & incrementa.to.1.32.K L M.33.A
Hominis ætates,& alterationes.to.1.80.F G
Hominis natura duplex.to.2.112.M
Hominis creatio singularis.tomo.1.131.L
Hominis nuditatem rationis beneficio deus pensauit. to.2.203.I
Hominis proprium rationalẽ esse. to.1.12.L M
Hominis dignitas & præstantia.to.1.30.H I
Hominis prærogatiua quãta. tomo.1.74.K
Hominis conditio quàm inconstãs & fluxa. to.1.31.C D
Hominis caput sursum versus erectum. to.1.27.H
Hominis proceritas quanta futura sit, ex trimo puero indicatur.to.1.32.L
Homini quid maximè peculiare.to.2.45.D
Homini turpe seruire affectibus carnis,cum ipse dominetur animantib.cæteris.to.1.31.I.K
Homines nubeculis similes. to.2.183.B
Homines hic esse qui dicantur. to.1.81.H
Hominum vita duplex. to.2.3.F
Hominum tres ordines. to.1.137.K
Hominum & vitis allegoria. to.1.15. F
Homœosibus ex natura rerum ductis & quotidiano vsu vti possumus ad confirmãda tum dicta tũ facta. to.2.21.D
Homousiastæ. to.2.173.M
Honor an sit affectandus. to.2.74.I
Honorem quomodo deo offerim⁹. to.1.49.G H I.& ecõtra.ibidẽ.K
Honores & vllam prærogatiuã appetere monachus non debet. to.2.121.F
Honorare deum quid. to.2.16.F
Hospites quomodo accipiendi. to.2.52.M.& seq.
Hospitum suscipiendorum scopus. to.2.53.H
Hostis veritatis variè quotidie nos impugnat. to.1.134.F G
Humana omnia inualida sunt potentiæ dei comparata. to.1.58.G
Humanarum rerum inconstãtia. to.1.14.C D E.to.2.188.H I
Humanũ genus à puro homine redimi non potuit. to.1.73. D E
Humilis & superbi collatio. to.2.206. I K
Humilis animi argumentũ. t.2.58.F
Humilem animam quæ deceant.to.2.151.D
Humiles & abiecti qui dei gratiam adiuuant,nõ aspernãdi. t.2.28.A
Humilitas quid, & quonã pacto eã assequemur. to.2.92.I
Humilitas est Christi imitatio. to.2.6.E
Humilitas animi quid. to. 2.93.I
Humilitas quædam illaudabilis.to.1.63.A B
Humilitas Christi. to.1.133.L M
Humilitas tutissimus est virtutum thesaurus. to.2.116.L
Humilitas omnium virtutum contentrix. to.2.6.B
Humilitatis exercitatio in reb.contẽptiorib.est. to.2.104.B
Humilitatis virtus. tom.1.132.H.& seq.
Humilitas quomodo persequenda. to.1.134.D E
Humilitatem & infimam conditionem sectandam esse iis,qui maiorem gloriam assequi cupiunt in regno cœlorum. to.2.24.A
Humilitatẽ thesaurophylacion virtutum esse. to.2.116.L
de Humilitate tractat. to.1.132. H & seq.
ex Humilitate sempiternã nasci gloriam. to.1.134.A
Hydrę fabula explicatur.to.2.147. I K
Hyemis initium. to.1.19.E
in Hyeme sumus, cũ carnis affectus in nobis imperium obtinent. to.2.201.H
Hymnodiæ nocturnæ. to.2.171.L
Hymnorum vis. to.2.150.I
Hymnorum & odarum cantus olim in vsu. to.2.150.I
Hypocrita quis. to.1.83.A
Hypocrisis fugiẽda docet. t.1.83.A
Hypophetæ qui. to.1.123.C

I

IAcob innocẽtia. t.1.115.F
Iacob dñs Esau ex bñdictiõe patris. t.1.206.L
Icarius. to.2.193.A
Iconiũ ciuitas Pisidiæ. to.2.152.K
Idola appellatione dei denominari. to.2.180.M
Quisquis gloriã diuinã illi assignat quod potissimũ colit. to.1.52.F
Idithum psalmorum cantor erat.to. 1.77.D E
Iecur concupiscentiæ organum. to.2.147.M
Ieiunabãt omnes ad vnũ.t.1.85.G H
Ieiunare fratrẽ & vigilare plusq̃ cæteri an permittendũ. to.2.85.M
Ieiunare nihil prodest, anima mille vitiis referta. to.1.26.K
Ieiunandũ quomodo. to.2.84.C D
Ieiunandum adhibita moderatione. to.2.112.M
Ieiunium. to.2.85.B C.86.C
Ieiunium νηστεία græcè cur sic dictum. to.1.82.L M
Ieiunium armatura est, ad confligendum cum impiis spiritibus. to.1.84.L
In eos qui in ieiuniis, debilitatem corporis prætexunt.to.1.83. D E
taxantur ij, qui temulentia sese obruunt aduersus futurũ ieiunium. to.1.85.M.86.A B C. & I K
Ieiunium vnum fuisse baptistæ vitã. to.1.84.G
Ieiunium omni tempore vtile. to.1.85.G
Ieiunium prophetas gignere. to.1.83.I K
Ieiunium expeditus comes iter facientibus. to.1.85.K
Ieiuniũ pœnitentiæ initiũ.to.1.86.L
Ieiunium quinq; dierũ. to.1.86.I K
Ieiunium angelorum imago. to.1.86.F
Ieiunium orationem in cœlum deferre. to.1.84.B
Ieiunium lege antiquius. to.1.83.B
Ieiunium lætitiæ quædam occasio. to.1.84.D
Ieiunium Lazari quanti meriti. to.1.83.D.84.G
Ieiunium non aditur per temulentiam. to.1.85.A B
Ieiunium sanitatis maternæ habitudinis custos. to.1.86.H
Ieiunium ciborũ sumptionẽ condit ac edulcat. to.1.84. D
Ieiunij ratione non sumenda prius crapula. to.1.85.M.86.A
Ieiunij possessio vnde ad nos. to.1.83.F G
Ieiunium cuiuis hominum ordini & conditioni vtile. to.1.86.H
Ieiunium laudabile quod.to.1.86.L
Ieiunij ἐγκώμιον.t.1.83.I K.84. B.85. C D.86.C D
Ieiunium verum quod. tomo.1.84. M.86.L
Ieiunij laudes recitantur. to.1.85. K L M & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ieiunij laus à vetuſtate. to.1. 83. B
de Ieiunij laude epilogus. tomo.1. 86.F
Ieiunij antiquitas. to. 1.83. B C D & F G
Ieiunij commoda. to.1.86.D E
Ieiunij ſimulachrum erat vita in paradiſo. to.1.83.C
Ieiunij virtus, efficacia & vtilitas. to.1.83.H I K.85.G
Ieiunio opus non haberemus ſi Eua à ligno ieiunaſſet. to.1.83.C
Ieſus ſaluator interpretatur. to.1. 141.I
Iemini, dexter ſiue dextra. tomo.1. 42.H
Ignauia quantum malum. tomo. 2. 59.B
Ignis neceſſaria natura. to.1.9.H
Ignis in corporibus latitans innoxius eſt,cum egreſſus fuerit,ipſa conſumit. to.1.3.G
Ignis ſpiritalis vis. to.1.164.G
Igni natura, non voluntate calefacere ineſt. to.1.179.K
in Igne duo potiſſima. to.1.51.D
Igne conflagrabunt omnia.tomo.1. 9.L
Ignominia vnde naſcitur. tomo.2. 6.E
Ignoráter peccãs pœnæ obnoxius. to.2.77.C
Ignorantiæ ſummæ ſignum. to. 1. 166.D
Ignoratio ſui. to.1.88.D
Illuminati ad meliora opera prepararantur. to.1.186.G
Imago dei quomodo intelligatur. to.1.30.M
Imago dei Chriſtus. to.1.145.L M
Imago inuiſibilis dei quomodo intelligitur. to.1.175.M
Imagine dei per affectionum alienationem recipere. to.2.38.C
Imagine dei quomodo amittimus, eamq; recuperamus. to.2.D E
Imaginem dei deſœdatam in animo quomodo reſtituemus. tomo.2. 38. C
Imagine dei non referimus in corpore noſtro. to.1.31.C
Imagines rerum viſibilium apprehendere nequimus. to.1.146.L
Immaculatus quo differat à facien-te iuſtitiam. to.1.45.K L
Immortale quomodo in deo accipiendum. to.1.168.C
Immunditia quid. to.2.78.F
Imitatores Chriſti qui. to.1.202.H
Imperatæ quatenus exequēda. to.2. 83.G
Imperatiuus loquendi modus in ſacris literis ſæpe pro vaticinandi modo vſurpatur. to.2.98. G
Impertibile quid. to.1.168.I
Impij quomodo vitãdi. to.2.163.A
Impiorum multiiuga præſtigia. to. 1.125.I
Impietas proprie dicitur in deũ peccatum. to.1.41.E
Impiorum in conſilium qui abeant. to.1.41.E F
Imprudens quis dicatur. tomo. 1. 74.C
Inanis ab inimicis decidit,q ex gratiæ Chriſti plenitudine excidit. to.1.43.C D
Incantatoribus non fidendum. to.1. 70.I
Incarnatio dñi imaculata. t.1.142.I
de Incertis nõ iudicandũ. t.2.26.C
Inceſſus animum indicet. t.2.151. D
Inclemens eſt qui fratrem nõ arguit peccantem. to.2.71.D
Incommodũ quoduis pro nomine domini & mandatis eius Criſtianus ſuſtinere debet. to.2.28.M
Inconſtantia aſſimilis iumento molæ alligato. to.2.115.G
Incontinens quis. to.2.51.H
Incontinentia quid. to.2.78.G
Incontinentiæ malum. to.2.86.D
Incorporale loco non circunſcribitur. to.1.39.C D
Incorporeum in deo quomodo accipiendum. to.1.168.C
Incorruptibile quomodo in deo accipiendum to,1.168.C
Incorruptibile figurari nequit in re obnoxia corruptioni. to.1.31.C
Incorruptibilis deus quare dicatur. to.1.167.G
de Incredulis diſcedendum quãdo. to.2.34.B
Incredulis nullam veniam relinqui. to.2.11.F
Increpandi ratio quæ tenenda. to. 2.151.C D
Increpandus frater quo animo ſit. to.2.82.A B
Increpatio animæ medicina. to.2. 64.B
Increpatio pio ſuſcipiẽda. tomo.2. 34.M
Increpationis modus.to.2.80.A B C
Increpationes quales eſſe debeant. to.2.134.C
Incuſare alios quando cõueniat. to. 2.25.E F
Indigentia ſanitatis mater. t.2.65.F
Indignatio quid. to.1.110.E
Indignatio neruus animæ. t.1.109.L
Indignationis iuſtæ propriũ. to.2. 78.G H
Indignationis cum ratione propriũ. to.2.78.H
Indus fluuius. to.1.9.I
Induere nouum hominẽ. to.1.69.K
Indumentum Chriſtiano cõueniẽs. to.2.53.M.& ſeq.
Inferiores magiſtratibus ferè ſimiles. to.1.42.D E
Inferiores antiſtitis miniſteriũ non reformidẽt ſuſcipere.t.2.56.G H
Infideles quomodo ad fidẽ perſuadendi. to.2.169.F
Infirmitates ſæpe peccatorum eſſe flagella. to.2.65.B
Infirmitatibus omnibus quomodo remedia inuenienda. to.2.150.L
Infirmiores quomodo tractandi.to. 2.23.F
Infirmorum viſitatio maximum domini mandatum. to.2.174.G
Infirmorum tria genera. to.1.140.I
Inflatus quis. to.2.76.M
Inflatos in diabolicum crimen incidere. to.1.165.K
Influxũ cœleſtium cognitio vtilis. to.1.17.M.18.A B C
Ingenitus deus quare dicatur. to.1. 167.G
Ingenitum eſſe quid to.1.176.D
Ingenitum varie accipi. to.1.191. E
Ingratos exemplo à cane deducto, taxat. to.1.28.I
Inhabitatio dei vera. to.2.151.B
Inhoſpitales exemplo cornicum taxat. to.1.25.D
Inimicus bifariam iuuandus. to. 2. 90. D
Inimici peculiare indicium. to. 2. 90. D
Inimici quinam ſint quos iuſſi ſum' diligere,& quomodo diligemus. to.2.90.C
pro Inimicis orandum. to.2.26.M
Iniuriæ dimittendæ formula. to. 2. 96.G
Iniuriarum præteritarum memoria non retinenda. to.2.25.L
Iniuriarum remiſſio immortalẽ famam parit. to.2.199.F
Inique agentibus an cõmunicandũ. to.1.161.F
Innaſcibilitas an in ſubſtãtia dei ſit. to.1.166.M
Innocens qui. to.1.115.E
Innocentia duplex. to.1.115.D
Innocentia Dauidis quę.to.1.44.B
Inobediens quo animo tractari debet à fratribus. tomo.2. 55. H I & ſeq.

Inobe-

Inobedientes taxantur. to.2.74.I
de Inobedientib. to.2.62.L M
Inobedientia cuiuſq; verbi an mor te ſit digna. to.1.158.L M
Inobedientia magnorum malorum radix. to.2.84.B
Inquinamentum carnis ac ſpiritus quid. to.2.76.F
Inquinatio ſpiritus quid. to.2.76.F
Inſecta,ſiue ἔντομα quare ſic dicta. to.1.26.D E
Inſecta ſi oliuo immergantur, pereunt:contra,ſi aceto aſpergãtur, reuiuiſcunt. to.1.26.E
Inſidiatores quomodo vitandi. to. 2.28.G
Inſomnia qualia obueniãt.t.1.94.G
Inſtrumentum humanũ.to.2.142. A
Intelligẽtia quæ & quomodo à deo petenda. to.2.94.I
Intelligẽtiam naturalem reprimere tumorem animi. to.2.159.K
Intemperantia quid. to.2.78.G
Interrogatus graui ac ſubmiſſa voce reſponde. to.2.5.I
Interrogatum digna fide reſpondere debere. to.2.17.K
Intuit9 pudicitiæ index.to.2.133.D
Inuidentia ſequitur diabolum. to.1. 110.I
Inuidia quid. to.1.110.K
Inuidia tractatur. tomo.1.110.I.131. B K L
Inuidia cui dominari non poſſit.to. 1.112.E
Inuidia viperę comparatur.tomo.1. 110.K
Inuidiæ antidotum. to. 1. 112. A B C D E
Inuidia inter pares,& proximos.to. 1.111.H
Inuidia Cain. to.1.111.B.Saul.C.Iudæorum. F. fratrum Ioſeph.E
Inuidia Iudæorum. to.1.111.F
Inuidia nihil animis hominum contingere poteſt pernicioſius. to.1. 110.I K
Inuidia proprium diaboli vitium. to.1.131.K.132.B
Inuidia amicitiæ peſtis. to.1.111.H
Inuidia inimicitiarum genus intractabile & inſuperabile. t.1.111.D
Inuidiæ malum. to.1.111.A B
Inuidiæ epitheta. to.1.111.B L
cõtra inuidiã remedium. to.1.112.A
Inuidũ beneficẽtia iritari.to.1.111.D
Inuidiã cor hominis conſumere.to. 1.131.B
Inuidi ὑποτύπωσις. to.1.110. M.111. A L & M.
Inuidi & pacifici collatio.to.2.205. I K
Inuido animo nunquam mœſtitia & triſtitia deeſt. to.1.110.K
cũ Inuido nõ congrediendum. to.1. 111.H
Inuidi feris immaniores. tomo. 1. 111.E
Inuidorum conuerſatio fugienda. to.1.111.H
Inuidorum faſcinantes oculi.tomo. 1.111.I K
Inuidos officiis agreſtiores euadere. to.1.111.D
Inuiſibile quid. to.1.5.A
Inuiſibile in deo quomodo accipiẽdum. to.1.168.C
Inuocationis verba quum panis Euchariſtiæ oſtenditur. to.1.210.C
Inuoluntaria cenſentur, quæ nobis præter animi deſtinationem contingunt. to.1.46.D E
Iob proprium contra ſeipſum prædicit caſum. to.1.134.C
Iob calamitates ſuas cum ſilẽtio diu pertulit. to.2.178.G
Iob inuictus athleta. to.1.97.E
Iob nobis exemplum. to. 2. 265.C to.1.92.E
Iob varie afflictus. to.1.106.H
Ioannes cæteris euangeliſtis excellentior. to.1.123.C
Iob cõſtantia. to.1.92.E F 136.L
Iobi fortitudo. to.2.150.M
Ioſaphat rex quomodo à deo reprehenſus. to.1.133.L
Ioſeph hiſtoria quẽ fructũ habeat. to.2.150.M
Ioſeph Iuſtus. to.1.142.H
Ioſeph qd ſeruum fecerit. t.1.111.E
Ioſephi pudicitia. to.2.140.G
Ioſephum auari imitari debent. to. 1.97.K
de ira tractat.t.1.fo.108. E F & ſeq. 130.K L M
Ira quid. to.1.110.E.to.2.76.K
Ira & indignatio quî differãt. to.1. 110.E
Ira quomodo cõpeſcenda. tomo.1. 109.A.to.2.74.A
Ira bona & mala. to.1.110.A B
Ira mala. to.1.108.E
Ira momentanea quædã inſania eſt. to.1.108.H
Ira mentis eſt temulentia. to.1.84. M.85.A
Ira nihil ſtultius. to.1.109.H
Ira quandoq; bonarum actionũ miniſtra. to.1.110.C
Ira ſæpe bonarum actionum miniſtra. to.1.110.C
Ira vt facilè coerceatur. tomo.1.89. G H
Iræ appendices. to.1.110.G
Iræ officioſæ vtilitas. to.1.109.L
Iræ antidotum. to.1.109.I K
Iræ filius quis. to.2.101.B
Iræ incommoda quomodo fugiẽda. to.1.109.L
Iræ ac furoris fructus. to.1.108.G
Iræ locum dare quid. to.2.97.I
Iracundia ex animi elatione. tomo. 2.50.K
Iracundia ne an zelo aduerſus peccantẽ fratrẽ moueatur quis,vnde intelligatur. to.2.88.M
Iracundo non aſſidendũ. to.1.130.K
Iracũdos cani comparat. to.1.34.D
Iraſci quomodo non poterimus.to. 2.74.A.84.M
Irati habitus. to.1.108.I K
Irati hominis ὑποτύπωσις. tomo.1. 85.A
Irati à dæmonibns, forma & animi affectu nihil differunt. to.1.108.I
Irati ſui immemores. to.1.108.G
Irenæuus vicin9 apoſtolorum tẽporibus. to.1.211.L
Iris fluuius. to.2.179.F
Iridis deſcriptio. to,2.161.B C
Iſrael nõ eſt vſus equeſtri exercitu. to.1.58.G H
Iſraelitæ, cum contenti erãt manna & aqua de petra fluẽte vincebãt Aegyptios, contra verò terram promiſſam non viderunt, cum cõ cupiſcentia ad Aegyptias carnes reuerſi ſunt. to.1.84.K
Iſraelitæ in deſerto à deo aluntur. to.1.104.E
Iſraelitarum ruina qualis. to.1.133.I
Iſter fluuius. to.1.9.K
Iucundum & appetendum adeo nihil eſt, quin ex aſſiduo vſu faſtidium pariat. to.1.84.E
Iudæi ſex annos arabant,& ſeptimo contenti erant eorũ quæ ſua ſponte humus gignebat. to.1.36.F
Iudæi Eunomio magis pij. tomo.1. 187.A
Iudaicæ calumniæ. to.1.141.K
Iudicare quatenus ſinimur.tomo.2. 88.I
Iudicare aliquãdo pro probare.to. 1.43.H
Iudicare de altero ſecus non debemus. to.2.25.M
Iudicare alium de iis quæ à ſcriptura conceſſa ſunt, peruerſi eſſe hominis. to.2.25.M

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudicandum non esse de obscuris. to.2.26.C
Iudicandi pulcher mos to.2.179.K
Iudicium rectum to.1.114.K L
Iudicium iræ dei erudire alios debet to.2.18.B C
Iudicium de capitis supplicio quàm anxie fiebat • to.2.179.K
Iudicium fieri non debet in personarum acceptione to.2.26.C
Iudicium in scriptura varie sumitur to.1.43.H I K
Iudicium verum vnde.to.1.114.K L
Iudicium non arrogandum fratri eius quod obsit profitve, sed cui negocium demandatum necessitatis cuiusq; to.2.85.F
Iudicij extremi commonitio to.1.61.K L M
Iudicij dies quàm tremendus to.1.36.L M
Iudicio maioris partis non stare est cõtumaciæ & pucicaciæ periculũ incurrere to.2.84.G
Iudicia dei non esse contemnenda. to.2.18.A
Iudicia dei quomodo timenda. to.2.93.M
Iudicia dei ipscrutabilia. t.1.168.M
Iudiciorum dei timorẽ docuit Christus. to.1.159.F
Iugum Christi leue to.2.23.L
Iulianus to.2.200.B
Iulitta martyr to.1.93.E
Iulittę accusatio to.1.93.I
Iulitta spoliata facultatib. ab vno ex primorib.ciuita. to.1.93.G H
Iulitta in struem lignorum accẽsam instituit to.1.93.M
Iulittæ aduentu terra aquam emisit. to.1.94.A
Iulittæ laudes recensentur, homilia quinta to.1.93.E F
Iulitta addicta igni to.1.93.L
Iulittæ diẽ festum agendum populo indixit Basilius to.1.94.E
Iulittæ corpus illæsum mansit ex igne to.1.94.A
Iulittæ mira constãtia. to.1.93.L M
Iuramentum, in scriptura sæpe immutabilẽ firmamq; rei ac propositi cuiuslibet confirmationem. to.1.46.H
Iuramentorum speciẽ quidam sermones præ se ferunt,nõ tamen iuramenta sunt to.1.46.I
Iurare an liceat to.1.46.F.G
Iurare cur de⁹ dicatur. to.1.147.G
Iurare Clinias noluit to.1.139.D
Iusiurandum quare deo competat. to.1.147.G
Iustitia quare filius dei dicitur to.1.147.L
Iustitia dei non secundum personarum dignitates to.2.185.B
Iustitia diuina to.1.114.H
Iustitia homini quædam insita. to.1.114.H
Iustitiæ ratio nõ eadem quæ peccati to.1.147.L
Iustitiæ gloriationem superbiæ vitio perdi to.1.133.G
Iustitiæ proprium vt suum cuiq; p merito reddatur to.2.42.D
Iustus in principio sermonis seipsum accusat to.1.134.C
Iustus arbori plantatæ comparatur. to.1.39.H
Iusti sumus ex participatione iustitiæ to.1.147.L
Iusti non fuerunt omnino Moses & Abraham to.1.147.L
Iustum quid to.2.98.D
Iustum quid apud iustum deum to.1.147.K
Iustitia dei,angelorũ & hominum. to.1.44.B
Iusti cogitatio & actio omnis, laus dei est to.1.59.H
Iusti vita in afflictionib.posita est. to.1.60.D
Iuuenes apud Iohelem promissiones habere to.1.115.L
Iuuenum consuetudo pernicios a. to.2.4.L M

L

Laborandum vnicuique. to.2.112.F G
Laborandum esse, & ex laboris quæstu inopiæ aliorũ subuenire. to.2.25.A
Laborare siquis nolit frater neque psalmos discere quid de eo fieri debet to.2.77.F
Labor ascetarum tractatur.to.2.58.M.& seq.
Laboris & requietis vicissitudo identidẽ repetita lassitudinem laborãtes setire nõ sinit. to.2.39.G
Laborem agricolæ imminuit spes fertilitatis to.1.40.K
Laborẽ quo animo fratres suscipere debeant to.2.61.C D E
Labores assueti minus offendunt. to.1.85.I K
Labore parta, diligẽtius seruamus. to.1.8.D
Labore parta magis amamus to.2.203.I
Lacedęmoniorũ legatis Atheniẽsib⁹ respõsũ quale datũ.to.2.187.F
Lachryma fœnus æterni gaudii to.1.91.L
Lachrymæ erũpẽtes afflictionis copiã discutiũt to.2.170.M.171.M
Lachrymæ Christi quales to.1.91.K L M
Lachrymæ in magnis calamitatibus non sunt cohibendæ to.1.92.B
Lachrymæ vnde & q̃ vtiles ad leuandam animi tristitiã.to.1.92.A
Lachrymæ sanctorum to.1.91.G
Lachrymarum origo, & ratio physica to.1.91.F.92.A B
Lachrymis quatenus indulgẽdũ to.1.92.C D
Laconismus to.2.153.I
Lacus in scriptura to.1.54.D
Lacus nomen plerunq; in malã partem apud scripturam accipitur. to.1.45.A B C
Lacustris aqua quo differat à puteana to.1.45.B C
Lætitia comes virtutis to.2.111.E
Lætitia virtutis comes to.2.111.D
Lætitiam quæ parere solent extra nos esse to.1.90.F
Lamech peccatum to.2.76.A
Lapidem omnem mouere. to.1.140.I
Lasciuia quid to.2.78.F
λατρεία quid to.2.96.C
Laudabile nõ est quod inuiti subimus to.1.79.K
Laudare deum opus angelorum to.1.51.L
Laus dei potest esse,firma mẽtis de eo cogitatio to.1.59.G
Lazarus diues etiam in hoc sæculo miser to.1.97.H
Lazari ieiunium quanti meriti to.1.83.D.84.G
Lazari patientia to.2.65.C D
Lazari suscitatio mirabilis t.1.91.L
Leænæ partus difficilis to.1.28.K
Lebes spei meæ to.1.76.M
Lectio inter edendũ quanta cũ attẽtione audiri debet to.2.90.L
Lectionis scripturarum vtilitas to.2.150.L M
Legere arbitratu suo libros an ascetæ debeant to.2.81.I
quo pacto legendi sint gentiliũ authores,docet. to.1.137.I.& seq.
Lenitas falsa quantũ malũ to.2.55.K
Leonis natura to.1.27.K
Leonivociferatorẽ cõparat.t.1.34.E
Leones pios pascunt to.104.E
Leontius Sophista. to.2.183.E
Leporum natura to.1.48.C

Leprosi Dauidẽ Hierosolymis excluserunt. to.2.158.K
Letoius Melitensis episcopus.to.2.130.C
Leuia quæ. to.1.130.F
Lex diuina non actum solum sed voluntatis sententiam damnat. to.2.146.A
Legis & euangelij discrepantia.to.2.23.H I K
Legislatori cõtumelia est,despectio legũ atque cõtemptus. to.1.49.I
Legũm gentium discrepantia. to.1.114.G
Libanius syndiaconus Basilij. to.2.152.M
Libanius. to.2.196.I.& seq.
Libanij laus. to.2.198.L M
Libanus idololatriæ locus.to.1.50.L M
Liberationem quando homo accipiat. to.1.149.M
Liberare & seruare quomodo differant. to.1.42.L M
Liberius episcopus. to.2.174.L
Liberi fiebãt Hebræi septimo anno. to.1.36.F
Liberorum procreatio benedictione digna domini. to.2.144.C
Liberorum erga parentes officium. to.2.35.L.M
Libido nulla vehemẽtior quàm maris & fœminæ coniunctio. to.2.108.L M
Libidinis incentiua vnde. to.2.131.K
Librorum multitudinẽ culpat. to.2.174.M
Ligneum vas mystixõs. to.1.106.D
Lignum vetitum cur deus in paradiso posuerit. to.1.107.K
Lingua quare vna to.2.135.E
Linguæ natura. to.1.90.B
Lingua creata est non ad maledicẽdum sed ad benedicendum.to.2.207.K
Linguæ custodia sit in virgine. to.2.135.C
Linguæ veloces ad calumniã struẽdam. to.2.159.A B
Linguæ peccatũ quàm multiplex. to.1.62.C D
Linum fumigans quid designet. to.2.104.D
Lis quid. to.2.78.E
Litaniæ quando cœptæ. tomo.2.168.D
Literæ nudæ an sit insistendum. to.1.169.F
Locustarum prælia exercitusq;. to.1.26.C D
λοιδορία quid to.2.73.G
de Loquendi opportunitate to.2.116.D
Loth naturæ fines contumelia affecit to.2.5.E
Lotophagorum penuria.to.2.155.F
Lucas per corporalia initia ad diuinitatis doctrinam accedit to.1.175.G
Lucifer quo pacto sit pulcherrimus stellarum to.1.7.B
Lucifer peiorem naturam suscepit to.1.181.G
Luctus bonus to.2.92.E
Luct⁹ quidã laudabilis to.1.55.F G
Luctum mortuorum immoderatum non probat to.1.92.G H I K
Lumen animæ to.1.175.L
Lugentiũ habitus to.1.96.G.102.L
Lugentium voces to.1.92.H
Luna in deliquio non absumitur to.1.17.H.I
Luna carminibus minime transferri potest to.1.20.K L
Lunæ mutatio corpora afficit to.1.20.F
Lunæ lux aductitia nõ est to.1.17.I
Lunaris annus to.1.19.I
Lupi & agni fabula to.2.180.D
Lupo raptorem cõparat to.1.34.D
Lux to.1.6.K
Lux deus est to.1.183.E
Lux,pro splendore & illuminatione posuit to.1.17.E F
Lux mundi apostoli to.1.148.D
Lucis filij qui to.2.101.B
Lucis pulchritudo siue bonitas to.1.7.A
Lycaones, tauros ac coronas obtulisse to.2.65.D
Lydia arena to.1.140.D

M

Macrina nutrix Basilij to.2.176.C.179.C
Magi qui to.1.142.B
Magi cur primi Christũ adorarint to.1.142.C D
Magorum dona interpretantur.to.1.142.F
Magistratus præficiẽdus debet primùm affectib⁹ suis imperare to.1.34.G
Magistratus quomodo molliendi. to.2.186.K L
Magistratus ad vindictam sint tardi to.1.24.M
Magistrũ secularium puerorum esse an fratrẽ cõueniat. to.2.104.E F
Magistro insciente quicquid fit, sacrilegium est. to.2.4.E
Magni duplex acceptio to.1.19.K
Magnificare dominum quis dicatur to.1.59.M.60.A
Magnificentia quid to.1.50.H
Magnifice de nobis sentire non debemus de rectè factis to.2.27.A
Magnificus verè quis dicatur to.1.50.I
Maiori honos deferẽdus. to.2.5.H
Maiores ad maiora adstringi. to.2.24.B
Maioribus subiici nos debere.to.2.36.D
Maioribus dignus qui in minorib⁹ rectè sese gesserit to.2.19.F
Maledictum quid to.2.73.H
Maledicẽdi de aliquo tempora duo to.2.73.H.I
Malignitas quid to.2.79.G
Malitia quid to.2.111.K
Malitiæ deploratę homines vitandi to.2.25.K
Malitiam silentio tectum morbum esse occultũ in anima to.2.62.I
Malum quid to.1.28.C
Malum duplex to.1.105.L.M
Malum nihil nisi peccatum tomo.1.106.H L
Malum non est in propria subsistentia, sed in animæ læsionibus gignitur to.1.106.M
Malum non solum bono, sed sibi repugnans to.1.67.E
Malum nullum eorũ quæ patimur. to.1.105.K
Malum à deo non promanare probatur. to.1.6.B
Malum è nobis ipsis to.1.6.C
Malum quouis tẽpore perpetretur, nihilominus tamen æquè semper malum to.2.39.H
Malum propriè peccatũ.to.1.106.H
Malum nihil eorũ quæ patimur to.1.105.K
Malum in animæ læsionibus gigni to.1.106.M
Mali vitatio,virtus to.1.118.I
Malo vno castigato, multi conuertentur to.1.43.G
Mala cur ifligãtur hoib⁹to.1.106.H
Mala quomodo facilè feramus to.1.93.B C
Mala ex nobis ipsis,oriũt.to.2.79.E
Mala nostra non esse celanda to.1.65.A
Malorũ excogitatores q to.2.79.H
Malorum omnium grauissimũ charitate carere to.2.44.F
Malorum deum non esse auctorem docet. to.1.105.F

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mamas martyr to.1.142.M.& seq.
Manasses per pœnitentiam è captiuitate liberatus est to.1.147.M
Manasses quadriformia idola in tẽplum collocauit to.1.147.L
Mandatum dei rectè facientes quomodo tractandi to.2.19.M
Mandatum magnum & primum to.2.16.D
Mandatũ primum & magnum to.2.16.C
Mandatum domini cum animi candore faciendum to.2.19.F
Mandatum domini non colligendæ humanę gratiæ causa fieri debet, neq; cum praua animi affectione to.2.19.D
Mandatum domini vt studioſe exequamur quomodo obtinere poterimus 89.M
Mandati dei finis vita æterna tomo 2.17.M
Mandata dei quomodo facienda to.2.19.C
Ad mandata dei segnes quomodo seduli reddi queant to.2.74.K
Mãdata dei facere,nõ pietatis gratia quale peccatum to.1.161.B.C
Mandata dei ordinem habere to.2.43.H.I
Mandata domini fidelia to.2.12.F
Mandata dei omnia æque obseruãda to.2.41.G.H.I
Mandata dei exequẽda vt præcepit to.2.19.B
Mandata dei cum inexplebili desiderio facienda to.2.19.G
Mandata dei faciens, quantum in se est omnes illuminet, & gloria deum afficiat to.2.19.H
Mãdata dei exequẽdi cur ipse prius nobis vires suggesserit tomo.2.44.A
Mandatorum dei series to.2.43.I.
cum Mandatorum dei contemptoribus periculosum est habitare. to.2.46.M
Manichæi tellurem animatam dicebant. to.1.23.H
Manichęorum error circa abyssum. to.1.6.A
Manichæorũ error circa tenebras. to.1.5.K.L
Mandragora somnum conciliat to.1.14.K
Manducare ad gloriã dei to.2.52.B
Manna typus to.1.201.L
Mansuetus quis verè to.1.59.L.to.2.92.B
Mãsuetudo patiẽtię mater t.2.116.I
Mansuetudo Dauid erga Saulẽ. to.1.111.D
Mansuetudo Dauidis to.2.150.M
Mansuetudinis laus to.1.59.L
Mansuetudinem in indignando posse seruari. to2.116.H
de Mansuetudine to.2.116.F
Manus dei to.1.64.F.K
Manus martyris flamma incensa to.1.125.I
Manus superbiæ to.2.10.K.L
Manus incruenta & sacrifica to.2.193.F
Manus impositionẽ Eustathius dolose obtinuit to.2.174.K
post impositionem manuum quidã pecuniam acceperũt to.2.176.H
Manum nemini cito imponendã to.2.31.A
Manuum officium to.1.35.H
Marcellus hæreticus Galates to.2.167.L
Marcelli hæresis to.2.164.E.175.B
Marcion duo principia inducit, & duos deos to.1.145.I
Marcion cum suis adhuc hodie nocet to.2.138.H
Marcion euangelij deprauator to.1.174.B.C
Marcus Alexandriæ euangelizauit. to.1.193.I
Mare est fõs & origo totius humoris terram quaquauersum alluẽtis. to.1.13.D E
Mare arena coercetur to.1.12.C
Mare quomodo bonũ siue pulchrũ apud deum to.1.13.E.F
Mare Aquiloniũ insultius cæteris. to.1.22.H
Mare quomodo potulentum sit.to.1.13.D
Mare hanc vitam metaphoricõs significat to.1.116.F
Maris aqua cur amarulenta tomo.1.10.E
Maris occidui æstus to.1.20.H
Maria multa recenset to.1.12.I
Margites qualis vixerit to.1.139.H
Maria cur desponsa fuerat tomo.1.141.E.F
Maria post partũ virgo to.1.141.M
Martyr quidam in agone Christo abrenunciat to.1.124.G
Martyris in tormentis mira constantia to.1.125.G
Martyrum vera laus to.1.128.G
Martyrum encomium to.1.143.B
Martyrum gratiarum actiones to.1.129.E
Martyrum sanctorum preces to.2.197.G
Martyrum memoriæ quales olim. to.2.60.E.F
Martyrum constantia & dicendi libertas to.1.128.K
Martyrum quadraginta historia to.1.128.I K L M.& seq.
Martyres quadraginta frigore enecti to.1.129.C
Martyrum quadraginta custos, martyr fit to.1.129.H.I
ad Martyrium exhortatio pulchra. to.1.128.A
Masculis erga fœminas vehemens concupiscentiæ vis insita to.2.141.E.F
Mataza to.2.190.H
Mater & frater Christi to.1.177.K
Matris virile facinus to.1.130.A
Matris Basilij mors to.2.152.F
Materiæ vsum posterius ars inuenta docuit. to.1.5.E.F
Matrimonium legitimũ quod. to.2139.L.M
Matrimonio iuncti quomodo in cœnobiis recipi debeant tomo. 2.49.L.M
Matthæus generationis Christi secundum carnem interpres. to.1.175.G
Matthæus nõ facultates modo sed & pericula contẽpsit. to.2.48.C
Matutinæ horæ cur institutæ to.2.59.F
Mausoleum to.2.217.L
Maximi laus to.2.159.I
Maximinus to.2.209.E
Medicinæ ars cur nobis indulta to.2.64.E
Medicinæ commendatio to.1.30.E.to.2.180.A.B
Medicinæ vsus to.2.65.E.F
Medicos aliquam vim sentiendi auferre to.2.152.B
Medicorum operas nõ negligendas esse to.2.64.D
Mediocritatem in omni re seruandã to.2.112.F
Meditatio scripturarum diuinarum ad quid valeat to.2.150.L
Mel to.1.24.M
Mel diuina doctrina to.1.116.A
Melodia psalmorum cur inuẽta to.1.40.B
Meletius episcopus to.2.163.I.173.G
Memoria quid to.2.138.E
Memoriæ insidet tenacius, quod cũ oblectatione discitur to.1.40.F
Mendax quis to.1.81.E

Mendax ex ignorantia piaculo obnoxius to.2.77.C
Mẽdaces afficiunt prius seipsos,deinde proximos. to.1.78.H
Mẽdaces homines in statetis iniquitatis to.1.78.F.G.H
Mẽdacium pessima armatura. to.2.180.C
Mendacium sine timore effutiri.to.2.173.G
Mendacium fœtus diaboli tomo.2179.E
Mendacium ex diabolo prognatum to.2.168.F
Mendacia fugienda to.2.20.M
Mendacia quidam confingunt mercede conducti to.2.168.H
Mendicus & pauper quid differũt. to.2.100.A
Mentiendum non esse. to. 2.20.M
Mentiendum non est alicuius vtilitatis causa. to.2.79.F.G
Mens quid & eius functio. tomo.2.111.C
Mens vt validior reddatur, domanda ieiunio caro to.1.84.I
Mens animi oculus to.2.111.B.C
Mens nostra libera & sui iuris. to.2137.K
Mẽs carni alligata fide opus habet. to.2.196.H
Mens quando ad seipsam redeat to.2.150.K
Mẽtis euagatio vnde oboriatur, & cuiusmodi sanetur to.2.73.D
Mentis euagatio quomodo cohibeatur. to.2.45.K.L.M.95.A.B 106.E.F
Mentis arcana fratres inter se prodant to.2.55.E.F
Mentis puritas imprimis seruanda. to.1.87.E
Menti quietæ quot accedant commoda to.2.150.K
Mensæ accũbendi ratio to.2.5.K
Mercatores spirituales to.1.116.K
Mercenarius pastor diabolus. to.1.143.I
Mercenarij qui sint to.1.143.K
Merita nulla post hanc vitam. to.2.15.K.L.M
Metus causa est expectatio cuiusuis mali to.2.93.M
Metus temulentia est to.1.85.A
Meum & tuum abfit ab ascetis. to.2.56.K
Micropolitanus to.2.158.H
Midas to.2.211.M
Milites Christi to.2.2.F
Miles Christianus to.1.88.F.G
Miles Christianꝰ describitur to.2.204.I.K.L.M
Militis Christiani arma to.1.85.L
Militis terreni, & spiritualis collatio to.1.85.L
Militi Christiano quæ facienda to.2.2.D.F
Milonis Crotoniatæ fortitudo. to.1.139.F
Minæ impiorũ piis sunt semina diuina to.1.127.F
Ministeriũ à fratre qua humilitate suscipiendum to.2.88.E
Ministerij opus magnum to.2.6.B
Ministri fidi proprium to.2.12.B
Ministri verbi ne abutantur sua potestate to.2.33.C
Ministri euangelij oratione constituendos esse to.2.30.I.K.L
Ministri qui fratribꝰ necessaria dispensant cuiusmodi esse debent. to.2.57.F
Ministri dei cum honore excipiendi. to.2.22.K.
Ministri fidelis propriũ to.2.12.B
Ministeria in conuentu mutatis in orbem vicibus circũaguntor to.2.39.F
Ministrare alteri magna res est to.2.5.A
Ministrari fratribus quo animo debet to.2.88.D
Minor maiorẽ docere si iussus fuerit quo pacto erga illũ se geret. to.2.89.E
Misericors vir res est pretiosa.to.1.34.K
Misericordem Christianũ esse debere to.2.24.F
Misericordes sunt liberales ad cõtribuendum to.2.24.F
Misericordia quid to.1.80.A
Misericordia dei incomprehensibilis. to.2.72.B
in Misericordia dei sperare quis dicitur to.1.58.I
Misericordia dei sine iudicio nõ est nec iudicium sine misericordia. to.1.56.I
Misericordia dei in pondere to.1.56.L
Misericordia in sacris scripturis ferè comes additur iustitiæ to.1.79.M
Misericordiæ efficacia to.1.118.L
μισοχὴμ quid to.1.15.E
Mitis quis to.2.92.B
Modestiæ studium ad quidvtile.to.1.134.A
Modestiæ mater to.2.52.E
Mœror per gemitus releuatur to.2.171.M
Monachus à vino abstineat tomo.2.6.L
Monachus extra monasterium exire non debet to.2.114.M.& seq.
Monachus non debet à cœtu fratrũ se abscindere to.2.119.F
Monachus velut statua est, si virtutib.non sit animatus to.2.118.K
Monachus peculium nõ habeat.to.2.6.G
Authoritate priua nihil exercere negocij monachum non debere. to.2.122.C
Dare alicui vestimentum vetus aut calceamẽtum an liceat religioso to.2.80.I.K
Monachũ opera illa confectari debere quæ suæ professioni idonea sunt to.2.114.B
Monachi vouebant olim to.2.38.F
Monachi obedientia cuiusmodi esse debet to.2.120.M
Monachi perinde mutuo fratres ament to.2.39.F.40.C
Monachi subinde locum mutantes vitandi to.2.115.E.F
Monachorum idẽ studium & cõsensus esse debet to.2.39.L.M
Monachorum victus quomodo parandus to.2.38.M
de Monachorum institutionib. sermo to.2.38.B.C.D
Monacharũ institutio compẽdiosa to.2.40.I.K.L
Monachis vestitus idem & cõcolor cur. to.2.54.D.E.F
pro Monachis recipiẽdis an aliquid accipiendum,si à propinquis eorum detur to.2.106.B.C
Monachatum suscepturus quid primum cogitare debeat to.2.3.D
Monachatũ professurus an debeat familiarib.facultates relinquere to.2.48.L M.& seq.
Monasticæ vitæ scopus. to.2.39.K
Monasticæ cõstitutiones. to.2.108.K.& seq.
Monasticæ vitæ prototypi. to.2.3.G.H.I
Monimenta sumptuosa prohibita. to.1.102.E
Mons dei. to.1.45.G.H
Montes τροπικῶς accepti. to.1.71.A.B
Montani dogma. to.1.180.H
Montis sublimis descriptio. to.2.154.F
Morbus sæpenumero vtilis peccatori

Universidad de Deusto
Biblioteca

tori. to.1.70.G
Morbus, pauptas, ignobilitas, mors &c. nō sunt propriè malis annumeranda. to.1.6.D
Morbus philosophās potior, q̄ terrenarum rerum successus indomitus. to.2.190.K
Morbi peccatorum flagella. to.2.65.B
Morbi non ingeniti. to.1.107.A
Mores varij hominum. to.2.8.1.K
Morimur sæpe, prius quàm anima à corpore seperetur. to.1.80.F.G
Mors iustis somnus to.1.125.D
Mors sanctorum non lugēda to.1.82.A
Mors sanctorum, non est corruptio sed vitæ occasio to.1.81.M
Mors peccatorū mala. to.1.63.1.K
Mors vitæ priuatio. to.1.107.D
Mors peccatoris malum. to.1.105.K
Mors domini quomodo annunciāda. to.2.96.I
Mortem domini quis annūciat? to.2.96.K
post Mortem nullus merendi locus. to.2.15.K
Mortem amicorum leuiter ferendā monet. to.1.92.G.H.I.K.L.M
Mortificationem Iesu quidam corpori circunferunt to.2.168.A
Mortui non flendi. to.1.92.F.G
Mortuorum cura. to.2.187.K.L
ob Mortuos nō contristandum. to.2.29.D
Moses propheta. to.1.3.E
Moses adoptatus à filia Pharaonis, educatus, & à sapientibus Aegyptiorum eruditus. to.1.1.E
Moses Aegyptiorum disciplinas dicit. to.1.138.B. to.2.203.L
Moses in Aethiopia quadragita annos contemplationi vacauit. to.1.1.F
Moses & Helias barbarica voce suā doctrinam tradiderunt. tomo.2.197.G
Moses Pharaoni datus in deum. to.2.181.E.F
Moses calamitates & ærumnas prę-elegit voluptati. to.1.1.E
Moses annos natus octoginta deum vidit. to.1.1.F
Moses autor libri Geneseos. to.1.1.D
Moyses multa omisit ad ędificationem nihil facientia. to.1.27.D
Moses septimus ab Abraham legē accepit. to.1.36.G
Moses & Abraham omnino iusti non fuerunt. to.1.147.L
Moses ieiunii beneficio penetrauit in montem, nubē ingressus est, legem accepit. to.1.83.H
Moses dum alteram legem accipit, altero ieiunio opus habuit. to.1.84.K
Moses & pphetæ sæpe plures personas in diuinis suboſtendunt. to.1.192.B
Moses humano more ītroduxit deū loquentem. to.1.192.B
Moses quare non ingressus terram promissionis. to.2.10.C
Moses iustitiæ obseruātiss. to.1.1.E
Moses natura mitis vehemētissime indignatus pro temporis ratione. to.2.116.H
Mosis mansuetudo. to.2.151.A
Mosi irati exemplum. to.1.110.B
Mosis charitas erga fratres. tomo.2.45.F
Mulier tenerum animal. to.1.132.A
Mulier cur natura dulciori & humaniori sit creata. to.1.132.A.B
Mulier ad imaginem dei facta est. to.1.33.M.34.A.& B
Mulier in omnibus consanguinea viro. to.1.93.M
Mulier est pinde virtutis capax ac vir. to.1.93.M
Mulier nudo capite non oret. to.2.26.M
Mulier pulchritudinis gratia se nō ornet. to.2.35.D
Mulier non tangēda. to.2.206.A.B
Mulieris facies fugiēda sicut serpētis. to.1.134.I
Mulieres in ecclesiis sileant. to.2.35.E.F
à Muliere vt ab igne cauendum, to.2.111.M
Mulierum ornatus quis. to.2.35.E
Mulierum cultum pompaticum taxat. to.1.100.H.I
Mulierum ac virorum cœtus quales optandi. to.2.168.B
Mulierum congressiones collocutionésque fugiendæ. to.2.111.K.L.M
Mulieribus non temere esse colloquendum. to.2.111.K
Mundatio peccatorum qua in re sita. to.2.71.K
Mundities in corporis statu non improbanda. to.2.190.L
Mundus effici quis dicatur. to.2.76.G
Mundo corde qui. to.2.102.M
Mundus hic est διδασκαλεῖον καὶ διαίτημα παντων. to.1.2.1.3.A
Mundum quidam ab æterno cū deo simul fuisse opinati sunt. tomo.1.3.E
Mundus hic, est quasi liber scriptus deprædicans gloriam dei. &c. to.1.35.E
Mundus finē capiet. to.1.2.B.80.F
Mundus minor homo dictus. to.1.37.I
Mundum cognitionem dei non suscipere. to.2.45.M
à Mundo abesse quid. to.2.150.G
Murmur quorundā. to.2.77.H I
Murmurans ob cibum. to.2.85.G
Murmuratores. to.2.56.B.& seq.74.M.& seq.77.H I
Mus elephāto formidolosus est. to.1.29.D
Musicæ genus quod probādum. to.1.139.M
Musicæ vis. to.1.139.F.G.M
Musicus insignis. to.1.139.F
Musonius. to.2.168.M
Mutare quē sententiam suā posse. to.2.77.D.E
Mutuam pecuniā accipiētib⁹ quot impendent mala. to.1.47.I
de Mutuo dando domini consiliū. to.1.48.I
Myrrha sepulturæ signū. to.1.69.B

N

NAbuzarda. to.2.215.H
Nasci & creari idem. to.2.195.I
Natatiliū ad volatilia cō paratio. to.1.24.E
Natiuitas Christi diuina inexplicabilis. to.1.140.M
Natura diuina ab omni cōpositione pura. to.1.199.I
Natura dei impassibilis nō incidet in passionem. to.1.192.F
Natura quorum vna est, horum & actiones eædem. to.1.41.A
Naturæ cognitio quantum prosit. to.2.159.K
Naturæ ad ductum quæ fiunt, plērūque bene succedunt. to.2.189.H
Naturæ nostræ proprium. tomo.2.45.D
Naturā refingere difficilimum. to.1.194.K.
Naturalis nobis insita iudicandi vis à deo. to.2.196.G
Naucleros pij imitari debent. to.1.117.A
Nautili

Nautili piscis natura. to.2.190.G
Necessaria perquirēda in diuinis rebus to.2.17.I
Necessitas fratrum curanda to.2.24.L M
Negligentia periculosa to.1.120.E
Nemesius to.2.193.F
Neoterica in diuinis facile non admittenda to.2.182.D
Nescire dei to.2.195.D E
Nicenum concilium to.2.159.F
Niceni concilij fidei symbolum to.2.166.G H.178.B
Niceni symboli necessaria confessio to.2.177.L
Nicobulus to.2.191.F G
Nihil fit præter certam rationem. to.1.16.C
Nilus fluuius to.1.9.L
Niniuitę nisi ieiunassent, euersionē non euitassent to.1.84.K
Niniuitarum pœnitentia tomo.1.147.G
Niuis generatio to.1.10.G
Nobilitate generis non gloriandū. to.2.4.F
Noctuæ to.1.25.M
Nomen bonum melius quàm diuitiæ multæ to.1.97.M
Nomina varia de deo quomodo accipienda to.1.168.E F
Nomina solennia regum diuersarū gentium to.1.59.B C
Nominum impositio to.1.141.I
Nos anima sumus & mens nostra, corpus & sensoria corporis. Circa nos facultates to.1.87.L M
Nosse sese to.1.139.L M
Nostrum verè tantum est anima to.1.135.H
Nouitius statim sacris literis animū applicet. to.2.81.H
Nona orationis hora to.2.59.H
Nox quid to.1.7.C.& D
Nox nihil aliud est secundum naturam quàm vmbra terræ tomo.1.17.L
Nox tota non impertienda somno. to.1.94.G
Noctis mediæ orationes to.2.59.I
Noctem suis imaginationib. mentē decipere to.2.150.G
Nubere in domino quid to.2.139.M & seq. A
Nubeculis homo comparatur to.2.183. B
Numen qualitati obnoxium nō est. to.2.194.F
Numerus corporalis naturę est to.2.194.E
Numeri ratio naturam insinuat circunscriptam & materialem to.2.194.E
Nundinę olim ad sepulchra martyrum fieri solitæ to.2.60.E
Nuptiæ honorabiles quæ sint to.2.139.L M.140.L
Nyses fluuius to.1.9.K

O

OBediētia tractatur copiosè to.2.120.C D.& seq.
Obediētia monachi qualis to.2.120.M
Obedientia vera quæ to.2.40.C
Obedientia Abrahæ to.2.3.G
Obediētia deo debet & superiori. to.2.118.D
Obedientia quatenus teneri debet vt deo grati esse possimus to.2.83.K
Obedientia ad mortem vsq; extendenda to.2.87.F
Obedientiæ deo debitæ nihil præferendum to.2.49.K
Obedientiæ merces præclara to.1.112.H
Obedientiæ præmium maius debetur, quàm recte facto cum continentia to.2.40.C
Obedientiā mutuam quomodo prę stabimus to.2.83.I
Obedire maioribus nostris debemus to.2.36.D E
Obedire ne conueniat iis quę ab omnibus in fratrum collegio dicantur. to.2.105.L M & seq.
Obelus quid to.1.12.L
Obiurgatio quæ palā & libere fit, præstantior est beneuolentia to.2.62.K
Obiurgatio qua animi affectione fieri debeat to.2.82.A B
Oblatio & thymiama olim in vsu. to.1.126.I
Oblatio nostra ad deum qualis to.1.49.D E F G
Obliuisci facile ea quæ inuiti discimus to.1.40.E F
Oblocutorum pœna to.2.73.K
Obstinatum in peccato quo animo prosequamur to.2.71.I
Obstinatorum congressus vitandus to.2.34.B C
Obloquentes fratri deuitandi to.2.7.H
Obtrectatio quid to.2.73.H
Obtrectationes aliorum non cupidè audiendæ to.2.6.K
Ocij & laboris crebra vicissitudo, lassitudinem sentire non permittit to.2.39.G
Ociosæ animæ ægritudo est hæc vt cernat insōnia vigili corpore to.1.88. K
Ociosus sermo ex cuiusmodi verbis iudicatur to.2.73.F
Ociū maleficij principiū to.1.22.L
Oculus rerum honestarum aspectu exatietur to.1.35.H
Oculus corporis lucerna tomo.2.156.G
Oculus domini quo pacto sup nos. to.1.58.H I
Oculi cur in capite to.1.90.A
Oculi cur gemini to.1.37.M
Oculi domini to.1.62.G.H
Oculi septē in Zacharia to.1.190.I
Oculi inuidorum to.1.111.I
Oculi quale contagium hauriant. to.2.133.H
Oculorum tunicæ & munitiones. to.1.38.B
Oculorū moderatio quæ t. 2.131.C
ὀδῖνες propriè quid sint to.1.79.I
Odium qui habet, diabolum habet to.2.40.F
Odium esse diabolum. Ibidem
Odij finis. to.1.110.M
Odij primordia to.2.40.F
Odio licet nonnunquam laudabiliter vti. to.1.69.A
Offendiculum quid. to.1.162.D. to.2.77.K L M
Offendiculum non esse dandum to.2.22.A
Offendiculum quomodo cauendū. to.2.78.B C
Offendicula vitanda to.2.23.E F
οἶμος dicitur via. to.1.112.K
Oleta quædā titillationes excitant. to.2.132.B
Oleum exultationis. to.1.68.M
Oleum vnctionis olim consecrarūt. to.1.210.C
Olympius to.2.186.I.193.A B D. 200.M
Onerosa omnia ab euāgelii doctrina dissona. to.2.23.K
Operari manib⁹ monachos debere. to.2.150.I
Operationes variæ spiritus. tomo.1.206.D E
Operandum esse cuiuis tomo.2.112.D.& seq.
Operandum esse dum valemus to.2.25.A
Opus assignatum, an recusandum & aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud diuersum exquirendum. to.2.84.A B
Opera bona sine beneficētia in pauperes, non prodesse. tomo.1. 100.F
Opera omnia in fide. to.1.56.F.G
Opera etiam viliora cum animi alacritate obire monachū debere. to.2.121.D E
Opera grauiora an recusanda. to.2. 84.D E
Operibus propriis quisque fidē sibi faciat. to.2.21.H
Opibus crescentes, charitate minui. to.1.99.L
Opes ad pompam comparatæ. to.1. 100.A B C D
Opes sunt animarum, laqueus mortis hamus, peccati esca. tomo.1. 101.I
Opes aut virtutis aut iniustitiæ ministræ. to.1.112.E
Opes cur auaris crescunt. tomo.1. 97.F
Opportunitas tum dictorum tum factorum captanda. to.2.18.L
ἁρπαῖος quid differat à κάλλες. tomo. 1.68.D
Orare quomodo debeamus, & cuiusmodi animi affectione. tomo. 2.26.K
Orare sine intermissione. tomo.1. 94.D
Orare velato capite vir non debet. to.2.26.M
Orare alij pro aliis vicissim debemus. to.2.26.L
Orandi ratio. to.2.5.K L
Orandi modus duplex. tomo.2.109. I K L M
Orandi tempora. to.2.59.F G
Orandi tempus tota vita. tomo.2. 39.B
Orandus quare sit deus cum sciat quid nobis opus sit. tomo.2.110. K L
Orandum esse pro subditis. tomo. 2.32.B
Orandum pro verbi ministris. to.2. 26.L
Orandum quomodo sit. to.2.26.K
Orandum quid in ipso mortis articulo. to.2.29.A
Orandum pro inimicis. tomo. 2. 26.M
Orādum ne sit ne in dolores quoq; corporis incidamus. to.2.95.B
Oranti quomodo insidietur dæmō. to.2.5.M
Orantes quare non semper exaudimur. to.2.99.G H. & seq.
Oratio quid. to.1.94.D
Oratio Basilij memorabilis. to.2. 109.K L M
Oratio meridiana cur bipartito discreta. to.2.39.D
Oratio munimentum grande est animæ. to.2.207.A
Oratio nostra qualis. to.1.94.D E
Oratio nostra quo pacto sit iugis. to.1.94. D E F, & G H
Oratio sanctorum martyrum. to.2. 192.G
Oratio multorum efficax. tomo. 2. 170.K
Oratio quæ bona. to.2.151.A B
ad Orationis finem durare. tomo.2. 5.K
Orationis vsus. to.1.87.B
Orationis vis. to.1.85.E
Orationis tempora. tomo.2.3.C.59. F G H I K.
Orationem fidelium Basilius petit. to.2.152.K
Oratione prolixa vti nō debemus in petendis à deo rebus, quę sunt corruptioni obnoxiæ. to.2.26.I
Orationem debere omnibus rebus anteponi. to.2.109.C. & seq.
in Oratione multiloquiū vitandū. to.2.26.I
Orationes incundæ ante cibum. to. 2.151. F
Orationes lectionibus succedentes animam vegetiorem reddunt. to. 2.151.A
Orationibus & vigiliis incumbendum. to.2.26.G
Oratoria quatenus laudanda. tomo. 1.138.E
Oratorum & pictorum collatio. to. 1.128.F
Orca piscis. to.1.23.E
Orchestra incontinentiæ omnis officina. to.1.11.F
Ordinationem ministrorum dei oratio præcedat, & quales eligēdi. to.2.30. I K. & seq.
ὀργὴ quid. to.2.76.K.
ὀργὴ & θυμὸς quo differant. tomo.1. 54. G
Origenes taxatur. to.1.10.I
Ornatus mulierum quis. to.2.35.E
Os arcanum mentis. to.1.59.G
Os orationibus muniendum. to.2. 135.F
Ossa iustorum. tomo.1.63. D E F G
Oscula formosorum vitanda. to. 2. 141.D
Ostentatio quid. to.2.76.C
Ostētatio in prędicatione verbi dei fugienda. to.2.32.M
Ostium cur Christus appelletur. to.1.198.K
Otiari mentem quum deum præsentem esse non credit. tomo. 2. 73.D
Otiosus sermo vitandus. tomo.2. 21.B
Otiosum verbum. to.2.73.F
Otiosorum pœnæ apud inferos. to. 1.139.H
Otium maximum negocium. to.2. 158.D E
Otium si metu dei careat, præceptor vitiorum iis est, qui tempore sibi indulto non norunt vti. tomo.1. 26.K
Oua irrita siue subuentanea. to. 1. 25.K
Ouis sanctum designat. to.1.51.G
Oues appetēte hyeme copiosius pabulum ventri ingerunt. tomo.1. 27.M
οὐρανὸς ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι deriuatur. to.1.10.F. 25.L
οὐσίας καὶ ὑποστάσεως differentia tractatur. to.2.159.M. & seq.

P

Pacificus quis. tomo.2. 94.F
Palæstini quare deleti. to.1.106.I
Palma semper à prima germinatione, eisdem ad finem vsque foliis frondet. to.1.16.H
Palmarum stupenda natura. to.1. 15.M
Palpebræ oculi. to.1.38.C
Pampinus in vitibus. to.1.16.B C
Panegyres olim in ecclesia. tomo.2. 171.L
Panis ἐπιούσιος quis. to.2.98.H
Panis quare Christus. to.1.167.F
Panthera. to.1.27.K L
Papaueris succus dolores vehementes sedat. to.1.14.K L
Parabolicæ similitudines quatenus accipiendæ. to.2.98.K
Paradisus quibus lignis consita. to. 1.38.H
Paradisi descriptio. to.1.38.H I K L
Paradisi delitiæ quales. to.1.39.E F
Parati semper ad aduentum domini esse debemus. to.2.18.I
Parcendum iniuria adficientibus. to.2.25.L
Pardalis adeo odit hominem vt in eius effigie pictam sæuiat. tomo. 1.32.D
Pardalis in hominem ira. tomo.1. 132.E
Parentes veri qui. to.2.48.A
Parentes debent vitæ subsidia liberis subministrare. to.1.43.C
Parētes ad dilectionem liberorum, brutorum exemplo prouocat. to.1.28.E F
Parentes quomodo filios tractent. to.2.36.A
Parentum officium erga liberos. to.2.36.A
παροιμία vnde, & quid dicatur. to. 1.112.K
παροξυσμὸς quid. to.2.76.K
Partes si sint interitui obnoxiæ, itidem & totum. to.1.2.C D
Paruulos regnum dei accipere. to. 2.94.H
Pascere esurientem inter opera pietatis primum. to.1.104.K
Paschalis dies olim baptismo addictus. to.1.117.E
Paschalis dies cœlestium bonorum mystica significatio. to.2.154.D
Pastinaca piscis marinus. tomo.1. 23.E
Pastoris munus. to.1.88.F
Pastores laudati in scripturis. tom. 1.143.G
Pastores mali tractantur. tomo.1. 143.I
Pastorum diligentia. to.1.148.H
Pastorum charitas qualis esse debeat. to.2.176.G
Pastura & regni administratio sorores inter se. to.1.143.G
Pater in diuinis. to.1.122.G
Pater & filius natura non sunt diuisi. to.1.145.G
Pater omnium principium. tomo.1. 122.G
Pater filio soli & spiritui sancto notus. to.1.169.E
Pater quomodo filio prior. tomo.1. 170.I
Pater & filius quomodo sunt vnū. to.1.183. K
Pater noster deus quare. tomo.1. 177.L
Pater deus solus, à nullo est. tomo. 1.166.H
Patris dei origo nulla. tomo.1. 174.L
Patrem ab æterno fuisse patrem. to. 1.174.I
Patrem maiorem filio esse quomodo intelligatur. to.1.171.H
Patre vno omnes nati. tomo.1. 130.H I
Patrum decreta non contemnenda. to.2.166.L
Pati Christianum debere pro nomine domini & mandatis eius. to.2. 28.M
Patientiæ commodum. tomo.2. 205.K
Patientiæ quædam exempla. to.1. 139.A B
Patriarcharū vita exempli ac canonis vice proposita. tomo. 2. 169.M
Patrophilus episcopus. to.2.181.K. 183.M
Paulinus Marcellianus. tomo.2. 175.A
Paulini error. to.2.175.A B
Paulus ea quæ ad vitam necessaria mandat. to.2.144.F
Paulus persecutor fuit ecclesię. to. 1.75.B
Pauli vexationes. to.1.61.G
Pauo. to.1.24.K
Pauper quisnam verē sit. tomo.1. 100.M
Pauper & mendicus quid differunt. to.2.100.A
Pauperis & diuitis discrimen. to.1. 48.A
Pauperes spiritu qui sint. tomo.2. 93.E
erga Pauperes quorundam immisericordia. to.1.136.E
Pauperum curam morientes nō negligant. to.2.193.K
Pauperum consolatio. tomo.1.89. E.F
Paupertas amplectenda. tomo.2. 24. H
Paupertas quæ laudabilis. to.1.60. G H
Paupertas & ignobilitas &c. vt facile ferantur docetur. to.1.89. D E F G
Paupertas multos ad sobrietatē reuocauit. to.1.70.G
Paupertas nullam conciliat homini turpitudinem. to.1.48.A
Paupertas philosophiæ altrix. to.2. 200.L
Paupertatem tolerandam docet exemplo hirundinis. to.1.25.E F
Pax amplectēda christiano homini. to.2.25.C
Pax & tranquillitas inquirēda. to.1. 62.F
Pax est perfectissima inter benedictiones dei. to.1.52.C
Peccare grauius qui sæpius peccāt. to.2.18.B
Peccare in Christū. tomo.2.141.C
Peccamus frequētius cogitatione. to.1.87.E F G
ad Peccandum quosdam inuitos trahi. to.2.20,L
Peccans per ignorantiā iudicio non carere. to.2.77.B C
Peccantes arguendi. to.2.55.A
Peccantium multitudo non exorat deum, sed is qui apud illū in gratia. to.2.18.D E
Peccatores non negligēdos. to.2. 25.G
Peccator quo pacto conuertendus. to.2.71.A
Peccatores arguendi. to.2.75.K
Peccatores quomodo tractandi. to. 2.175.I
Peccatorum obstinatorum congressus vitandus. to.2.25.K
cum Peccatoribus quare commercium habendum. to.2.25.H I
Peccatum omne per stultitiam fit. to.1.65.C
Peccatum ex ignorantia etiam expiatum in lege. to.2.10.D
Peccatū, animæ ægritudo & mors. to.1.96. L
Peccatum animā sequi, sicut vmbra corpus. to.1.101.G
Peccatū quomodo irrepsit ī animā. to.1.107.B
Peccatum prorepsit tam in angelū quàm in hominem à libertate voluntatis. to.1.107.F
Peccatum vnius multis exitio esse. to.2.75.L
Peccatum vnius sæpe totam gentē euertit. to.1.103.K L
Peccatum quo pacto oderimus. to. 2.71.L M
Peccatū animæ solius grauius quàm & corporis. to.2.142.D
Peccati principium ac radix in nobis est, & in nostra potestate. to. 1.105.L
Peccati finis mors. to.2.17.L
Peccandi facultatem cur deus homini non eripuit. to.1.107.D E
Peccati commissio ea est quæ homines abalienat à deo, & diabolo conciliat. to.2.20.I
Peccati operationē à domino alienari. to.1.20.I
Peccato nemo caret. to.1.147.C
à Peccato nullus immunis super terram inueniri potest. tomo.1. 56.L
Peccato animam liberam & expurgatam esse quomodo scitur. to. 2.104.L M
Peccata ex nobisipsis nascuntur. to. 2.79.E

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccata quædam voluntaria,quædã inuoluntaria. to.1.114.H I
Peccata omnia an deleat eleemosyna. to.2.101.F G
Peccata noſtra remiſit deus quantũ in ipſo fuit. to.2.72.A
Peccata fratrum non obtegẽda. to. 2.62.I K
Peccata aliorum non ſileutio prætereunda. to.2.25.H
Peccata contrariis virtutib. emendantur. to.1.56.B C
Peccata noſtra prout patrata fuerit à nobis, cunctis patefient in die iudicii. to.2.138.A B
Peccata myſticè ſerpentes dicũtur. to.1.53.E
Peccatorum odiũ quomodo acquirendum. to.2.71.L
Peccatorum condonatio quibus argumentis cognoſcitur. to.2.71. M.& ſeq.
Peccatorum remiſſio etiam poſt baptiſma. to.1.147.E
Peccatorum vicem dolere ſemper debemus. to.2.25.F G
Peccatorum multitudinem deo diſplicere. to.2.18.D
Peccatis non immorandum.tomo.1. 42.A B
à Peccatis conuerſionis modus. to. 2.105.F
à Peccatis conuertẽdi quæ ratio teneri debeat. to.2.105.A B
Peccatis obuoluta anima quo animi affectu & ſpe accedet ad deum. to.2.71.K L
Peculator quis. to.1.99.D.
Pecunia ſæpe miniſtra luxuriæ.to.1. 70.G
Pecunia ad vitæ ſubſidium non malorum incitamentum,data eſt, animæ redemptio, non exitij occaſio. to.1.101.K
Pecunia quare abiicienda. tomo. 1. 136. B
Pecuniarum quæſtus. to.1.132.I
Pecuniarum inutilitas. tomo.1. 140.C D
Pedum officium. to.1.35.H
Penuria rerũ neceſſariarũ quare homini addita. to.2.203.I
Penuria ſanitatis mater. to.2.65.F
πένης quis. to.2.100.A
πεφυσιωμένος quis. to.2.76.L M
Perdix. to.1.24.K
Perdicis aſtutia. to.1.119.C
Peregre proficiſci qui ex fratribus debeant. to.2.61.M.& ſeq.
Perfectus quis. to.2.208.A
Perfectorum contubernium ſectandum. to.2.208.B
Perfectorum propprium ſe non extollere. to.2.175.K
ad Perfectionem tendenti tria proponuntur. to.1.41.D E
Periclis patientia. to.1.139.A.
Periculũ potius eſt quàm ſecurita. to.2.188.D
περιπερίνισθαι & περιπερεία quid. to.2.76.D
Perſecutio vehemens ob religionẽ. to.2.172. H I
Perſeuerandum in bonis operibus. to.2.124.B C & ſeq.
Perſonæ non ſunt acceptandæ.to.1. 130.G H
Perſonarum vnitas oſtenditur.to.1. 29. L M
Perſonarum in acceptione iudicium fieri non debet. to.2.26.C
Perſonarum differentias numerare non ſatis. to.2.169.G
ex Perſonarum reſpectu non eſſe iudicandum. to.2.26.D
Perturbationes vnde. to.2.141.H
Peruerſi incorrigibiles. tomo.2. 193. C
Peruerſi manſuetudine flectuntur. to.2.193.C
Peſtis natura. to.1.42.B
Peſtilentiæ quinam vocantur. to.1. 42.C E
Petenda à deo ſalutaria ſpe cõſtãti. to.1.25.H
Petenti cuiuis dandum. tomo.2.82. C D
Petitio in oratione quæ eſſe debet. to.2.109.I.& 110.A
Petra cur Chriſtus dicitur.tomo.1. 198.K
Petrus quare petra. to.1.148. D
Petrus fide præſtabat. to.1.173.C
Petri laus. to.2.11.D
Petri negatio. to.1.148.E
Petri pœnitentia quid nos doceat. to.1.148.E F
Petrum acrem comminationem accipere. to.2.11.E
Phantaſmata vnde. to.2.168.M
Phantaſiæ nocturnæ vnde.tomo. 2. 73.E
Pharao, nomen celebre Aegyptiorum regum. to.1.59.C
Pharaonis interitus. to.1.133. A
Phaſis fluuius. to.1.9.I
Phidiæ opus. to.1.140.F
Philagrius eſt amator ruris. to. 2. 185.E
φιλαυτία quid. to.2.76.H
Philautiæ finis perditio. tomo. 2. 76. I
Philiſtinorum paſtores obſeruãdi. to.2.194.B
Philoſophia ſeminarium errorum. to.1.294.H
Philoſophia duo nouit. tomo. 2 185.K
Philoſophiæ duplex commoditas. to.2.185.K L
ad Philoſophiam tria conducentia. to.2.189.I
Philoſophorum error circa mundi principium. to.1.1.H I K
Philoſophorum gentilium inconſtantiam ſugillat. tomo. 1. 1. G H
Philoſophorum quorundam error circa ſolem. to.1.10.C
Phinees ira. to.1.110.C
Phirminus. to.2.196.M
Phortanus. to.2.153.C
Photini error. to.1.186.D E
Phrygia harmonia bellica. tomo. 1. 139.G
Phrygij modi. to.1.139.G
πικρία quid. to.2.76.K
Pietas non in ſono aeris ſed in virtute ſignificatarum rerum. to. 1. 178.M
Pietas pecuniæ theſaurus. tomo. 1. 181.F
Pietatis cognitio,humilitatis & mã ſuetudinis cognitio eſt. to.2.6.E
Pietatis exercitationẽ ſcalæ Iacob comparat. to.1.41.C
Pietatis meditatio animam diuinis cogitationib.alit.to.2.150.I
ad Pietatem & virtutes contendẽti canon. to.2.6.F
pro Pietate certantes non deſerẽdi to,2.29.B
Piger in mãdatis dei quomodo excitari debeat. to.2.74.K
Pigritia malitiæ coniuncta.tomo.2. 59.B C
Pili palpebris cur additi. tomo. 1. 38.C D
Pinguis venter ſenſum tenuem non gignit. to.2.132.F
Pinus detruncatas, aut vſtas flãmis in querceta verti. to.1.15.L
Pium quid. to.2.98.D
Piſces cur acutiſſimis dentibus prę diti. to.1.21.L
Piſces imperfectioris ſunt vitæ q̃ terreſtria animalia. tomo.1.23. K L
Piſces indomabiles ſunt. tomo. 1. 21.G
Piſces miteſcere, doceriq; neſciũt. to.1.23.M
Piſcium genera .tomo.1.21.E F H I

Piſcium innumera genera. tomo.1. 21.K
Piſcium mores quos operęprecium ſit imitari. to.1.22.D
Piſcium pabulum. to.1.21.L M
Piſcibus reſpirandi organum ſunt branchiæ. to.1.21.G
Placendi hominibus affectus quomodo exciendus. tomo. 2. 74.F
Placere hominibus quomodo quis conuincitur. to.2.74.F
Plagam timorem generare.tomo. 1. 106.E
Plagæ ante ſpoliationem ſpiritualium. to.1.132.F
Platanus Xerxis. to.2.155.I
Plato in negociorum tempeſtate ad diſciplinarum ſtudium cõfugiebat ceu tutum munimentum. to. 2.201. D
Platonis dialogi. to.2.200.F G
Platonis eloquentia. to.2.200.F
πλατονεξία quatenus iudicari debet. to.2.76. B
Pluit minimè eo tempore quo formica exponit frumentum ſuum. to.1.28. B
Pluuiæ origo. to.1.10.G
Pluuiæ quomodo fiant. to.1.13.F
Pneumatomachi. to.2.174.L
Pneumatomachos impugnat.to.1. 56.M.57. A
Pœnam irrogatam quo animo ſuſcipere debeamus. to.2.88.A B
Pœnę in canonicos delinquentes. tomo.2.107.D E F G H I.& ſeq.
Pœnæ in monachos delinquẽtes cõſtitutæ. to.2.128.L
Pœnæ modus adhibeatur p ratione delicti. to.2.39.F
Pœnitens quomodo ſuſcipiendus. to.2.71.H
Pœnitentes quæ deceant. tomo. 2. 15.H
Pœnitentib. non ſat eſt à peccatis recedere,ſed fructũ pœnitẽtia dignos ferre. to.2.15.I.
Pœnitendũ de vno quoq; peccato. to.2.71. D
Pœnitentia tractatur. tomo.1.147. C.& ſeq.
Pœnitentia peccato æquanda. to.1. 88.D
Pœnitentia citra ieiunium vana. to. 1.83.C
Pœnitentia relaxari peccata. to. 2. 145. F
Pœnitentia Achab. tomo.1.147.H
Pœnitentia Dauid. to.1.147.H
Pœnitentia Niniuitarum. tomo.1. 103.E
Pœnitẽtia ſine ieiunio ociosa & infrugifera eſt. to.1.83.C
Pœnitentiæ initium ieiunium. to.1. 86. L
Pœnitentię locus poſt baptiſma.to. 1.147.F
Pœnitentiæ tempus. to.2.15.F
Pœnitentiæ multa exempla. to.1. 148.F G H
Pœnitentiæ propria. to.2.15.H
Pœnitẽtiæ fructus digni oſtẽdendi. to.2.72. D
Pœnitentiam fructus annexam habere. to.2.15.I
Pœnitentiam alicuius peccati qui egerit,ſi in illud idem denuo relapſus ſit,quid faciet? tomo.2.103. M.& ſeq.
Pœnitẽtiam quomodo agere debemus de ſingulis peccatis. to.2. 71.D
Pœnitentiam olim patres agebãt in ſacco & cinere. to.1.55.H
Pœnitentiam primum agere debere credentes. to.2.15.E
Poetæ quomodo ſunt legendi.to.1. 138.C.qui vitandi. Ibidem.D
πολυαρχία ἐκ τῆς ἀναρχίας. tomo. 2.9.C
Polycleti opus. to.1.140.F
Polydamæ robur. to.1.139.F
Polypi natura. to.1.22.C
Polypodis natura. to.2.211.I
Polypodis aſtutia. to.1.140.G
Populi duo electi. to.1.58.A
Potatores bibendo alios nõ defraudant. to.1.121.I
Poteſtas nulla niſi à deo. tomo.1. 58.F
Poſthumianus. to.2.191.K
Præceptoris mercedẽ Cleantes mirabiliter ſibi comparauit. to. 2. 200.M
Præceptum vnumquodq; propriam habet adiunctam regulam. to.2. 99. E
Præcepta domini vbique ad humilitatẽ aſſuefaciunt. to.2.53.I
in Præceptis dei an aliquis ſit ordo. to.2.43. H
Prædicanda quæ ſint populo. to.1. 36.F
Prædicatio noſtra debet pẽdere ab auxilio diuino. to.2.33.G
Prædicationis ſcopus. to.2.33.K
Prædicare verbum dei neminẽ debere niſi mittatur. to.2.31.B
Prædicator ſeipſum exẽplar ad res honeſtas præſtet. tomo.2.31.I
Prædicator qui fauoris & gratiæ cauſa dei iuſſa libere ploqui negligit, alienum ſe facit à mãcipio dei. to.2.33.I
Prædicator euangelij nõ debet plus poſſidere quàm naturalis vius deſiderat. tomo.2.33.H
Prædicatores euangelij quales eſſe debeant. tomo. 2.36. K L M.& fo.ſeq.
Prædicatores euangelij quomodo ſeſe gerere debeant. to.2.31. C D E F G H
Præfectus quis deligatur. tomo.2. 40.A B
Præpoſitus is debet eligi qui cæteris poſſit eſſe virtutum exẽplar. to.2.38. M
Præſcientiam dei non habere principium. tomo.1.183.K
Præſides ouilis Chriſti arietib. comparati. to.1.49.E
Præuaricatores qui.tomo. 1.200.L
Prandij hora qui nõ adfuerit quomodo tractandus. tomo.2.85.K
πρωΐ quid. to.2.92.B
Prauum adeò nihil eſt, quin diligentia corrigatur. tomo.2.49. F
Precari à deo in mortis articulo ea debemus quæ recta ratio præſcribit. to.2.29.A
Precatio quæ bona. to.2.151.A B
Precationem vbique præmittẽdam eſſe. to.2.109.C D
In precationibus eſſe perſiſtendum. to.2.26.G
Preces poſt cibum. to.2.151.G
de Presbyteris. vide to.2.34.E
Primogenitus quis. to.1.142.A
Primogenita cuius typum gerant, to,1.201.M
Principes debent eſſe vindices iuſtificationum dei. tomo.2. 36. D
Principis officium. tomo.2.36. C.191.E
Principes quales fuerint tales ſubditi. to.2.61.G
Principes terræ. to.1.70. B
Principium varie accipitur. tomo. 1.123.F G
Principij multiplex acceptio. to.1. 2.L.
Principij nihil expers, eorum quæ ſunt in mundo. to.1.1.M.2.A
Principio nihil antiquius. tomo.1. 175.F
Priuatum quid in ſocietate fratrum eſſe non debet. tomo.2. 80.G
Probandi ſunt homines.to.2.49.D
Probatus pronuntiari nõ poteſt niſi per affli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per afflictiones. tomo.1. 60.D
Proboſcis cur elephanto. to.1.28. M.29.A B
Procopius. to.2.187.D
Procurationes quomodo committi debeant fratribus. tomo. 2. 82.G H
Prodicus Chius de Hercule. to.1. 138.K
Proditionis notam habet, non prõptum de deo reſpõſum dare deũ diligentibus. tomo.2.151.I
Profeſſio qua ætate fieri debeat.to. 2.50.F.& ſeq.
de Profeſſionem reſcindere volentibus. to.2.50.D
Profeſſionem ſuam vnumquemque factis conſentaneis probare debere. to.2.21.H
Profunditatem dei inueſtigator ſpiritus. to.1.181.M
Prognoſtica ex ſole & luna. to.1. 18.A B
Propheta is eſt qui ſeſe dignum exhibet inſtrumentũ, per quod ſpiritus operetur. to.2.202.K
Prophetæ à fronte videntes quare vocabantur. tomo.2.203 B C 204. C
Prophetæ non ſolum vident futura, ſed quæ in rebus præſentibus abdita. to.2.203.D
Prophetiæ quoddam genus eſt cum per ſomnum aliquid præſcitur. to.2.203.D E
Prophetæ per tibiam myſtice intelliguntur. to.1.55.G
Prophetarint quare Pharao, Nabuchodonoſor, Balaam, Caiphas. to.2.203.E
Propheraturi qualis animus debeat eſſe. to.2.202.L
Prophetiæ donum magnum eſt. to. 2.202. K
Propinquitas cum deo quomodo concilianda. tomo.2.20.K
Propinquorum nulla habenda conſuetudo monacho. tomo. 2. 118.F
Propinquos aut domeſticos ad ſe veniẽtes quomodo tractãt aſcetæ. to.2.91.I K
Propoſiti initium deum requirere. to.1.118.L
Propoſito in recto conſiſtendum. to.2.19.I
Proprietas cur monacho vitanda. to.2.123.C
Proprietati inhians monachus alter Iudas efficitur. to.2.123.E
Proprietatum diuerſitas diuerſitatem ſubſtantiæ non arguit. to.1. 179.H
Proprietatum deo attributarum officium. to.1.179.D
Proprium Chriſtiani quid. to. 2. 37.E
Proſpere ſemper agere ſolius eſſe dei. to.1.137.D
Proſperitatis humanæ finis. to. 2. 191. M
Protagoræ arrogantia.to.2.200.G
Proteus Aegyptius ſophiſta. to.1. 140.G
in Prouerbia Salomonis præfatio. to.1.112. H
Prouerbia Salomonis ediſcẽda pueris. to.2.56.L
Prouerbia imagines aliorum eſſe. to.1.186.H
Prouerbiorum nomen. to.1.112.K
Prouerbiorum Salomonis argumẽtum. to.1.112.I
Prouerbiorum liber quid tractet. to.1.112.I
Prouerbiorum vtilitas. to.1.114. D & ſeq.
Prouidentia dei omnia tuetur. to.1. 22.M
Prouidentia & ſapiẽtia dei nihil fecit ocioſum. to.1.28.G K
Prouidentiam negantes taxantur. to.1.75.F G
Proximus noſter quis. tomo.1. 46.B C
Proximi dilectio qualis. tomo. 2. 45.D
Proximum diligens filius dei vocatur. to.2.205.G
Proximum qui non diligant. to.2. 16.I
Proximum non diligit, qui ſeipſum non diligit. to.2.132.G
Proximum ſuũ falſo diligit qui ſeipſum negligit. to.2.132.G H
Prudens vt ſerpens quis. to.2.97.K
Prudentia quid. to.1.114.A & B
Prudentia duplex. to.1.114.A B
Prudentia ſophiſtica & fucata. to.1. 114 C D
Prudentia vna ex virtutib. præclaris. to.1.114.A
Prudentia & ratio modum bonæ actioni præſcribunt. to.2.116.I K
Pſallere legere, loqui an continenter poſſumus. to,2.97.B
Pſallere quæ nolit an cogenda monacha.to.2.103.A
Pſallere deo ſincere qui dicantur. to.1.54.E
Pſallere bene. to.1.56.E
Pſallat lingua,mens eorum quæ dicta ſunt,ſenſum ſcrutetur. to. 1. 51. M
Pſalmodiæ. to.2.168.C
Pſalmodiæ vtilitas. to.2.207.B
Pſalmodiæ & orationis in inceptione an viciſſitudine vtendum ſit. to.2.106.H
Pſalmus. to.1.53.H
Pſalmus confeſſionis. tomo.2.168. C D
Pſalmi titulus pro arcanis. tomo.1. 70.D E
Pſalmi titulus in finem. tomo.1.70. C D.72.F
Pſalmi titulus, In recordationẽ. to. 1.64.A B
Pſalmi titulus In titulum.to.1.76.H
Pſalmi titulus In Victoriã. tomo.1. 72.F
Pſalmi titulus pro liliis. to.1.66.M
Pſalmus quadrageſim9 quartus, cur inſcriptus ſit filiis Core,Canticũ pro dilecto. to.1.67.B C
Pſalmi quadrageſimi quarti vtilitas. to.1.66.H
Pſalmi cum decantantur quibus & quatenus licentia datur. tomo.2. 89.L
Pſalmorum cantus ad quid vtilis. to.1.40.C
ob Pſalmorum conciones & melodias certamen. to.2.167.M
Pſalmorum liber omnium virtutum & bonorum promptuarium. to. 1.40.F
Pſalmorum liber, cur Pſalteriũ inſcriptum. to.1.40.F G
Pſalmorum efficacia. tomo.1.40. C D E F
Pſalmorum melodia cur inuenta. to.1.40.B
Pſalmos & hymnos populus Chriſtianus edocebatur olim.tomo.1. 121.L
Pſalmos olim nuſquam non catillabat plebs. to.1.40.C
Pſalterium. to.1.40.F.53.H
Pſalterium myſtice mens intelligitur. to.1.56.C
Pſalterium ſuperne pulſum ſonum edit. to.1.40.G
Pſalterij Dauidici laus. to.1.39. M. 40. A
Pſeudoprophetas non eſſe tolerandos. to.2.23.D
πτωχὸς quis. to.2.100.A
Pudicitia Alexandri Magni. tomo. 1.139. C
Pudicitiæ index intuitus. t.2.133.D
Pueri cũ ſenioribus orẽt.to.2.50.H
Puella pro virgine. tomo.1. 141. L
Puerilis imitanda ſimplicitas. to.2. 94.H
Pulchritudo quid à ſpecie differat. to.1.68.D
Pulchritudo vera.tomo.1.54.M.55. A.68.E
Pulchritudine dei nihil præclarius. to.2.44.C
Pulchrum quid propriè. tomo.2. 44.E
Pulchrum apud deũ quomodo acci piatur. to.1.11.A.13. D E
Punicę quomodo dulceſcant.tomo. 1.5. L
Punientur grauius in lege edocti, quàm alij ſecus. tomo.1. 43. M. 44. A
Punitio quare fiat. tomo.2.199.H I
Puteus fere in bonam accipitur partem apud ſcripturam. to.1. 45. A B C
Putei crebrius exhauſti copioſiore & pulchriore fluunt aqua. to.1. 98.G H
Putei ſi crebro hauriãtur meliores redduntur. to.2.181.L
Pyctaci ſententia. to.1.139.H
Pythagoricorũ palingeneſia ſugillatur. to.1.24.B
Pythagoræ dictum in delicatum. to.1.140.C
Pythagoræ factum cum ebriis. to. 1.139.M
Pythij Myſij talenta. to.1.140.E
Pytoniſſa mulier deos ſe videre dixit. to.2.180.M

Q

Quadragenarij numeri celebritas. to.1.129.G
Quæſtiones curioſæ & ſuperuacuæ vitandæ. to. 1.142.K.to.2.17.I
Quæſtiones inutiles non eſſe mouendas. to.2.21.A
Quæſtiones ꝓpoſitæ quomodo ſoluendæ. to.2.63.E
Quæſtum qui ad cauponariam proximè accedit fugiant aſcetæ. to. 2.62.C
Quies purgandæ animæ initium. to.2.150.I
Quis hæſitantis eſt & interrogãtis. to.1.45.I
Quotidianus panis quis. tomo. 2. 92. H

R

Raab meretricis aſtutia.to. 1.115.H
Raca quid. to.2.76.E
Rachel aſtutia.to.1.115.H
Rachelis purgatio. to.1.115.H
Raptorem alienorum lupo comparat. to.1.34.D
Ratio prorſus honoranda. tomo.2. 132. G
Ratio naturalis nobis honeſta ſectanda,& fugienda turpia ſubindicat. to.1.22.L
Ratio quinq; ſenſuum cuſtos ſit.to. 2.131. B C D E F
Rebeccæ aſtutia. to.1.115.H
Rebellio quantum malum. tomo.2. 9. C
Reconciliandi ſunt ij quos contriſtauimus. to.2.16.K
Rectus corde quis. tomo.1. 44. G H.
Rectus, iuſtus nominatur,& rectum cor, quod benefacit. tomo. 1. 44. D
Recta quæ ſunt an fieri debeãt prout cuique placet. tomo. 2. 105.C
Reddenda vnicuique quæ ſua ſunt. to.2.21.L M
Refugium quorundam præpoſterũ dum aduerſitate laborant.tomo. 1.70. I
Regeneratio alterius vitæ initium. to.1.202.I
Regio viuorum. to.1.80.H
Regnum quid. tomo.1.58. F G 112. M
Regnum cœlorum. tomo. 2. 196. F
Regnum Chriſti & regnum patris. to.2.195. F
Regnum cœlorum quid. tomo. 2. 196. F
Regna deus ſeruat. to.1.58.F
Regnum cœlorum eſſe violentorũ. to.2.6.C
Regnum cœlorum qui nõ acquirãt. to.2.23.K
Regni cœlorum qui particeps. to. 1.150.M.151.A
Religionis propoſitum non eſſe otij prætextum. tomo.2.58.M. 59.A
Religioſam vitam ſectaturi an omnes promiſcuè admitti debent,& probari, & qualis probatio fieri debeat. tomo. 2.49. D E F G H
Religioſi viri an æque obiurgandi & quilibet de vulgo, cum vtrique in eodem pecato reperiãtur. to.2.80.A
Religioſi & ſecularis peccantiũ diſcrimen.to.2.80.A
Remedia vitiorum. tomo. 1. 130. E.
Reminiſcẽdi dei apud pios nulla ſatietas. to.1.122.C
Remittẽdum ex corde delicta aliorum. to.2.25.L
Remora piſciculus naues ſiſtit. to. 1.23.D E
Renes pro concupiſcentia. tomo.1. 44.E
Renunciatio quæ. tomo. 2.48. H I
Renunciatio perfecta. tomo. 2. 48. B
Renunciationis formulæ. tomo.2. 47.M
Renunciationẽ perfectam quis peragit. to.2.48.B
Renunciaturo peculio ſuo quid faciendum. to.2.3.M
Reprehenſio & opprobrium in quo differant. to.1.46.D
Reprehenſionis vtilitas. tomo.2. 47.C
Reprehenſiones meliores ſunt quæ palam & libere fiũt quàm occulta amicitia. to. 2.62.K
Reprobi coram deo. tomo. 2. 19.C
Reptile animal. tomo.1.21.E
Res attributæ deo dicatis nullo modo in aliud inſumi debent, niſi ex eo forte quod abundet. to.2. 21.L
Rei omnis compoſitæ ſubſtãtia eſt & accidentaria eius qualitas. to. 1.17.G
Reſipiſcere quoſdam verbo ſolum. to.2.71.E F
Reſipiſcens vere quomodo tractãdus. to.2.71.H
Reſipiſcentibus parata ſalus. to. 2. 4.I
Reſpondendum id quod fide dignũ eſt. to.2.17.K
Reſpondendum omnibus ex ſcripturis. to.2.22.B
Reſurrectio quare Chriſtus vocatur. to.1.199.C
Reſurrectio carnis qualis. tomo.2. 170. D
in Reſurrectione nec mas nec fœmina erit. to.1.80.E
Rei ſanguinis quidam concionatores. to.2.31.F
Rex quare Chriſtus vocetur.tomo. 1.198.K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regum authoritas. tomo.1. 112.M
Retribuere verbum in ſcriptura. to.1.43.B.C.
Rhetores quomodo legendi. tomo 1.138.E
Ridere non eſſe prudentis. tomo.2. 51.I
Ridere an in vniuerſum non liceat. to. 2.74.D
Riſus ratio tractatur . tomo.2.51.I. K.L.M.& ſeq.
Riſus in ſcripturis quomodo quandoque accipiatur.to.2.51.L
Riſum pro hilaritate. tomo 2.51. L
Roſæ cur additæ ſpinæ. to.1.15.C. D.38.M.to.2.197.M
Roſæ fugacitas. to.1. 38.M
Ructus quid. to.1. 67.F.G.
Ruminare ſolus ex piſcibus ſcarus dicitur. to.1.21.L
Ruminant quare nonnulla animalia. to.1.28.L

S



Abbatizandum quomodo virgini. tomo.2. 145.F.G
Sabbatum in operis ceſſatione. to.2.145.A
Sabellius Libys. to.2.167.L
Sabellij hæreſis. to.2. 169.A
Sabellianorum error. tomo 2.177.M
Saccus pœnitentiæ ſymbolum.to.1. 55.H
Sacerdos qualis conſulendus. tomo 2.4. A
Inter ſacerdotes coryphæus qualis eſſe debeat. to.2. 167.B
Sacerdotij inuaſores puniuntur. to. 1.160.K
Sacra non eſſe contumelia afficienda. to.2.21.I
Sacrę res haberi in contumelia non debent , neque cum his haberi promiſcuæ prophanæ. tomo. 2. 21.I
Sacrę res tandiu in honore habendæ , quandiu in ea voluntas dei conſeruatur. tomo.2.21.K
Sacris literis nihil addendum aut detrahendum. to.2.12.F.
Sacrificium quale deo exhibeamus. to.1. 82.E
Sacrificium deo acceptum animus pius & iuſtus. to.2.184.H
Sacrificia deo grata. tomo.1. 159.M.
Sacrificia Cain qualia. tomo 1.118.H
Sacrilegi etiam poſſunt appellari qui dona dei ſibiipſis vendicent, vt ſua , & debitam deo gloriam ad ſeipſos rapiant. to.2.98. B.
Sacteſimus. tomo.2. 153.C. 165.K
Sagittæ acutæ. to.1.68.G.
Sagittæ animæ. to.1.44. L
Sagittæ dei. to.1.64.F.G.
Salis acrimoniam pruriginem excitare. tomo.2.132. C
Salomon ab ipſa infantia ſacras literas didicit. to.1.112.M
Salomonis elogium. to.1.34 K
Salomonis opera. to.1.112.I.
Saltationes taxantur. tomo 1.121.K.L
Salus fratrum potior ſit quam copia pecuniarum. to.2.49.B
Salutis noſtrę caput. tomo. 1.189.F
Salutare dei Chriſtus. tomo.1. 77.I.
Samuel à fronte videns dictus eſt. to.2.204.C
Samuel per ieiunium donatus matri to.1.83. 1.86.F
Samuelis ira. to.1. 110.C.
Sampſonem inexpugnabilem reddidit ieiunium. tomo. 1.83. 1. 86.G
Sanguis pecudum figura ſanguinis Chriſti. to.1.201.M
Sanguinem Chriſti bibere quid. to.2. 194.L
Sanitas quid. to.1.28.D.E
Sanitatis mater indigentia.tomo.2. 65.F
Sanitatem corporis non medicis, ſed deo acceptam referre debemus. to.2.65.B.
Sanitatem in manus medicorum ponere abſurdum. to.2.64.L
Sanctificamur per ſpiritum.tomo.1. 146.C
Sanctificatio nulla abſque ſpiritu. to.1. 203.H
Sanctificationis fons ſpiritus ſanctus. to.1.181.H
Sanctitas ſpiritus cõſummatiua eſt naturæ. to.1.206 B
Sanctus dicitur , aquila,ouis, aries, columba,ceruus,& quare. tomo 1.51.G.
Sanctus domicilium dicitur. tomo 1.209.G.
Sanctum nihil eſt citra ſpiritus ſancti præſentiam. tomo.1. 57.B
Sanctum dei nomen quomodo ſit. to.1. 58.L
Sancti honorandi. tomo.1.28.D.E
Sancti omnes variis attriti ac probati pœnis. to.2.172.I.
Sancti vnde decorentur. tomo. 2. 172.I.
Sanctorum vera laus. tomo.1. 128.G
Sanctorum & iniquorum gloria. to.1.43.D.E
Sanctorum quiſque deus eſt. tomo 1.144.H
Sanctorum conuerſatio quibus non proſit. to.2.18.M.
Sãctorum memoriam, non illorum, ſed noſtri cauſa celebrandam. to.2. 126.F
Sanctorum mors luctu & lachrymis cohoneſtabatur. tomo.1. 125.D
Sanctorum vita quare nobis proponatur. to.2.150.L
Sanctos ſuos non deſerit deus . to. 2.152.L.M
Sapere ad ſobrietatem. tomo.1. 163.A
Sapiens multifariam dictus . tomo 1.116. D
Sapientes in malam etiam partem. to.1.74.A.B
Sapientia quid. to.1.113.A
Sapientiæ proprium quid. tomo.2. 202. L
Saræ riſus. to.2.51.L
Saſima oppidum. to.2.158.C
Satan non cuiuſque peccati author. to.2.79. D.E
Satanas quid. to.1.108.A
Satanas quare diabolus dicatur. to.1.108.A
Satanas pater mendacij. tomo.2. 168.B
Satanas an alicuius ſancti propoſitum impedire poſſit.to. 2.101.M & ſeq.
Satanas per ſeipſum non poteſt cauſa eſſe alicui vt peccet . tomo 2.79.D.E
Satanæ ſuperbiam quomodo ſæpe dominus deiiciat. tomo 2.65.C
Satanæ reſiſti ſine diuina gratia non poſſe. tomo.1. 163.H
Satietas multis attulit mortem . to. 1.135.F
Satietatis incommoda. tomo 1.84. L.M
Saturninus. tomo.2. 192.A
Saul quare contra Dauid inſurrexerit. tomo 1.111.C.D

Scalæ

Scalæ Iacob pietatis exercitationẽ comparat. to.1.41.C
Scandalizare neminem debemus. to.2.22. A
Scandalizare quis dicatur. tomo.2. 77.K
Scandalizans amputari debet, licet coniunctiſſimum ac ſummè neceſſarium. to.2.23.F
Scandalum tractatur. to.2.22. A B C D E F
Scandalum eſt quidquid voluntati dei aduerſatur. tomo. 2. 22.A
Scandalũ grauius eſt in antiſtitibus quàm inferioribus . tomo. 2. 78.C
Scandalorum origo multiplex. to. 2.77.L
Scarus ſolus ex piſcibus ruminat. to.1.21.L
Scenicas theatralesque præſtigias perſtringit . tomo . 1. 11. E F
Scientiæ vanæ. to.1.113.M
Scire dei. to.2.195.D E
Scorpio calumniatorem comparat. to.1.34.D
Scriptura ſacra quæ vetat coniunctim, ſi fiant ſupplicium denunciat adiunctum. tomo.2. 29.H I K L M
quæ coniunctim quoq; iubet ſi ea fiant, benedictionem promittit. tomo.2.30. A B & ſeq.
Scriptura ſi perfunctoriè legatur, ſyllabæ tantum eſſe videntur & exiguæ:at contrà, ſi diligenter. to.1.26. F
Scriptura diuina qua diligentia legenda. to.1.158.G H
Scriptura ſacra nihil habet ocioſi. to.1.20.H I
Scriptura quibus ediſcenda. tomo. 2. L
Scriptura quæ concedit,in dubium reuocari non debent. tomo. 2. 26.B.
Scripturæ ſacrę nominibus vtendũ. to.2.50.K
Scripturæ lectiones ad quid vtiles. to.2.150.L M
Scripturæ ſanctæ neque addendum quidquam, neque demendum. to.2.12.F
Scripturæ ſanctæ cõſuetudo. tomo. 1. 42. I. 43. B. 54. H. 74. E. 77.I
ad Scripturæ intelligentiam puritatem requiri,& exercitationẽ. to.2.203.K
Scripturam omnibus voluntatẽ dei denuntiare. to.2.75.G
citra ſcripturam quare quædam tradita. to.1.210.D E
ex Scriptura pietatem diſcamus.to. 2.81. H
Scrutatio quid. to.1.44.E
Scythæ Nomades. to.1.44.A
Scytale Laconica . tomo. 2. 201. D
Scripturarum ſanctarum vtilitas. to.2.150.L M & ſeq.
Scripturarum diuinarum arcana humanam mentẽ non poſſe capere. to.2.12.M
Scripturarum multitudo contẽſioſis raro vtilis. to.1.176.F
Scripturis ſanctis quare obſcuritas inſit. to.2.203.I
Scripturis diuinis tota vita impendenda. to.2.203.K L
Scripturis diuinis omnia noſtra coroboranda. to.2.21.C
in Scripturis nulla vox de deo indiſcuſſa relinquenda . tomo.1. 195. B
in Scripturis ſacris quædam ſcripto explicata, quædam non.tomo.2. 70.I K
in Scripturis pleraque κατα χρηστικῶς dici. to.2.76.I
Sebaſtia oppidum minoris Aſiæ.to. 2.174.I
Seceſſus quid commodi adferat.to. 2.188.M
Seculares quaten' colloqui debeãt aſcetis. to.2.56.M
Sedes à dextris dei quid. tomo. 1. 171.L
Sedere quomodo oporteat. tomo. 2.5.I
Senectutis viaticum . tomo. 1. 140.H
σελευκὶς auis locuſtis veſcens.tomo. 1.26. D
Seleucis auis inſatiabilis. tomo. 1. 101. B
Seguitiei indicium. to.2.5.I
Semei iniquitatem Dauid tulit. to. 1.109.I
Seminis in terra proceſſus ac profectus. to.1.14.F G
Senes qui attendendi. tomo. 2. 5. B
Senilis conſuetudo. to.2.5.B
Senſus animæ feneſtræ . tomo. 2. 134.B
Senſuum in capite officium & ſitus. to.1.90. A
Septenarij numeri myſterium. to.1. 36.F G H
Septimus dies olim apud Iudęos honori fuit. to.1.136.F
Sepulchrum bonum pietas.tomo.1. 102.E
Sepulchrum colit, qui eſt omnino iniquus,nec ab operibus mortuis fundamentum pœnitẽtiæ ſubſternit. to.1.74.G
Sepulchrum inhabitans quis. to.1. 74.F
Serbonitis lacus. to.1.12.H
Sermo inutilis in monaſteriis vitetur. to.2.40.F
Sermo naturam habet volucrem. to.2.201. M
Sermo ocioſus ex cuiuſmodi verbis indicatur.to.2.73. F
Sermo Chriſti canon pietatis. to.2. 109.C D
Sermo mentis cõceptione inferior. to.2.151.I.
Sermo cum inferioribus qualis. to. 2.5.I
Sermo vnum vitæ indicium. tomo. 2.201. L
Sermonis diuini natura. tomo.1. 87.D
Sermonis facultatem non quibuſuis dari. to.2.57.M
Sermonis vſus ad quid. to.1.87. B C
Sermonis vſus qualis eſſe debeat. to.2.151.B.
Sermonem habere naturã volucrẽ. to.2.201.M
Sermones ſacri diſcendi. tomo.1. 137.M
Sermonibus prauis ne aſſueſcamus pueros. to.1.138.C
Serpens in paradiſo erectus in pedes ingrediebatur. tomo.1. 39.C
Serpens pro ſigno poſitus. tomo.1. 201.L
Serpens prudẽtiſſimus ferarum. to. 1.114.A
Serpentis natura . tomo. 2. 202.H I
Serpentes fugantur cornu cerui ſuffitu. to.1.51.G
Serpentes myſtice peccata ſubindicant. to.1.53.E
Serra piſcis. to.1.23.E
Seruare & liberare quomodo differant. tomo.1. 42.L M
Seruire deo quid . tomo. 2. 16.A
Seruire deo quo animo quis debet. to.2.87.M
Seruire deo honorabilius & certi'. to.1.78.E

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seruire deo neminẽ posse qui se negociis à pietate alienis immiscuerit. to.2.16.A
Serui erga dominos quomodo se gerant. to.2.35.I
Seruorum officium. to.2.35.I
de Seruis qui relictis dominis ad monasteria confugiunt. tomo.2.49.I K
Sesostris tentauit iungere Indicum mare Aegyptio. tomo.1.12. C D
Sexta orationis hora. tomo.2.5.59.H
Siccitas & squalor tempore Basilij. tomo.1.102.G H I K & seq.
Sicera apud Hebræos est quidquid ebrietatem inducit. to.1.121.D
Sidoniorum impietas. tomo.1.126.K L
Silentium nouitiis esse vtile. tomo.2.49. B
Silendum non semper. tomo.2.173.H
Silentes deum audire. to.1.118.L
Silentium habere,an bonum.tomo.2.93. L
Silentium quatenus obseruandum. to.2.93.L
Silentij speciem scriptura habet. to.1.210.F
Simile & dissimile secundũ qualitatem rationum. tomo.2.194.F
Simile & dissimile secundum qualitatum rationem dicuntur. tomo.2.194.F
Similes deo quomodo efficimur. to.1.33.I.L
Similes vt simus dei à nostro pendet arbitrio. tomo.1.33.F G H
Similitudines corporeæ omittẽdæ, cum de deo loquendum. tomo.1.175.L
Simoniaci Iudæ asseclæ. tomo.2.176.L
in Simoniacos animaduersio. to.2.176.K
Simplex vt columba. tomo.2.97.K
Simpliciana hæretica. tomo.2.184.G K
Simulatio inuidiæ fructus. tomo.1.112.F
Simultas priuata plus quam publicũ bellum. to.1.213.C
Sinapis latens vis. to.1.195.F
Sincerum quid. tomo.2.100. D E
Socratis constantia in hausturo veneni. to.2.190.D
Socratis dictum de diuite. tomo.1.140.E F
Socratis patientia. tomo.1.139.B
Sodalitates & amicitiæ μερικαὶ in cœnobiis absint. tomo.2.39.E 40.D E.122.E F
Sodoma quare euersa. tomo.1.106. D
Sodomiticum barathrum. tomo.2.4.M
Sol & luna quare luminaria magna. to.1.19.K L
Sol & luna fere sibi per diametrum opponuntur. tomo.1.17. L
Sol & luna cur quarto die conditi. to.1.17. D
Sol cur creatus est, luce illa primigenia creata. tomo.1.17.F
Sol quomodo in potestatem diei. to.1.19.I
Sol mundi oculus. tomo.1.17. C
Sol eiusdem magnitudinis vbique apparet. tomo.1.19. M
Solis magnitudo incomprehensibilis. to.1.19.M
Solaris annus. tomo.1.19. I
Soliciti de victu ne simus,sed remittamus curam nostrã diuinæ prouidentiæ. to.2.24.I K
Solitaria vita. to.2.47.A
Solitariæ vitæ incommoda. to.2.47.B C.H I K L
Solitariorum vita qualis olim.to.2.178. L
Solitariis quasnam cõcinnet diabolus impostura. to.2.125.B C
Solitudinis laudes. to.2.126.E F
Solitudinem animi affectiones consopire. to.2.150.H
Solonis dictum. to.1.138.I
Solonis dictum de diuitiis. tomo.1.140.E
Solus vt variè accipitur. tomo.2.194.G H
Somni detrimentum est, quòd tum viuere nos ipsos non sentimus. to.2.75.E
Somnum conciliat mandragora. to.1.14.K L
Somni quales sint. to.2.151.G
Somniatores taxantur. tomo.2.169.H
Sophistæ proprium. to.2.197.I
Sophistæ opus loqui. tomo.2.183.F
Sophronius Magister. tomo.2.183. H.& prouinciæ rector. 188.H
Sorech. to.2.79.F
Soricum generatio ex vehementi pluuia apud Thebas Aegyptias. to.1.27.G
Sororibus quomodo colloquendũ. to.2.57.A
σώζεσθαι καὶ ῥύεσθαι διαφέρουσι.to.1.42.M
Spadones facti in ætate genituræ apta maiori libidine agitantur.to.2.146.E F.
Spadonum differentia. tomo.2.144.M
Species à pulchritudine quid differat. to.1.68.D
Specularius lapis qualis. tomo.1.9. C
Spes fertilitatis futuræ imminuit laborem agricolæ. tomo.1.40.K
Spes non collocanda in alienis benefactis. to.2.18.L M.
Spes post peccatum. tomo.1.148.M
Spes vigilantium somnium. tomo.2.154.F
Spem sequi tribulationes. tomo.2.166. F
Spe constanti à deo salutaria petenda. to.1.25.H
Sperare in misericordia dei quis dicitur. to.1.58.I.
Sperandum quatenus est. tomo.2.72. B C
Spinæ tropicè carnis voluptates & diuitias, curásque huius sæculi significant. to.1.72.A
Spiritus varia nomina. tomo.1.199.M
Spiritꝰ est sanctitatis dei character. to.1.189.A
Spiritus adoptionis quare. tomo.1.146.F
Spiritus proprietas in deo figurata. to.1.191. B
Spiritus omnia in se habet. tomo.1.144.K
Spiritus glorificatione vetus testamentum refertum. tomo.1.124.M
Spiritus locus sanctorum. tomo.1.209.G
Spiritus viuificans. to.1.181.I
Spiritus sanctus quomodo non creatura. to.2.194.M
Spiritus fructus præcipui. tomo.1.55.L
Spiritus qui ferebatur super aquas, spiritus sanctus est. to.1.6. H
Spiritus sanctus scriba. tomo.1.67.I
Spiritus sanctus gladius dei. tomo 2.196. D
dextra dei & digitus. Ibidem.
Spiritus sanctus quibus adest.tomo 2.203.A
Spiritus habitatio, Christi habitatio. to.1.188.L
Spiritus deus. to.1.188.G
Spiritus dispensator donorum. to.1.181. L
Spiritus natura sanctitas est. tomo 1.181.G
Spiritus administratorios creaturas esse. to.2.178.E
Spiritus præcepta seruare possumꝰ. to.1.87.K
Spiritus iustorum præmium. tomo 1.204.E
Spiritus ex deo modo ineffabili.to.1.146.M
Spiritus non est creatura. tomo.1.187.G.
Spiritus peculiaris appellatio.to.1.199. M
Spiritus paracletus. tomo.1.181.I
Spiritus sanctus per Apostolos dimittit peccata to.1.188.C
Spiritus sanctus nec possessio nec creatura dei. to.1.188.L.
Spiritus sanctus adoptiõis spiritus. to.1.181.K
Spiritus sanctus creatura dictus est ab Eunomio primum. tomo.1.180.G
Spiritus sancti attributa. to.1.182. E.F
Spiritus sancti participes vt simus quomodo assequemur. tomo.2.93.D
Spiritus & sancti nomen patri & filio quoque reperiri commune. to.1.181.H
Spiritus sancti participationẽ quomodo quis promereatur.tomo.2 93.D
Spiritus sancti hostes taxantur. to.2.195.M.
Spiritui sancto quidam adorandam diuinitatem adimunt. tomo.2.159.E
in Spiritum sanctum blasphemi. to.2.22.H.I
Spiritum sanctum non esse alienę naturæ à patre & filio, nec creaturam. to.1.181.D
Spiritum sanctum ab vtroque procedere. to.1.180.I
de Spiritu sancto hæresis ante Nicenam synodum nondum exorta. to.2.178.C
Spiritu feruens qui. to.2.99.D.
ex Spiritu nasci. to.1.155.A
de Sancto spiritu opus Basilij.tomo 2.165. M
Spiritualia dona omnia suscipere nemo solus idoneus. tomo.2.47.E.F
Sponsa Christi qualis.tomo.2.142. K.L
Sponsus Christus nullum habet carnalem ministrum. tomo.2.139. G
Stacte myrrhæspecies. tomo.1.69. B
Statera cuique nostrum insita est. to.1.78. G
Stella quæ Magis apparuerat.tomo 1.142. D.E
Stellam domini non fuisse cometã. to.1.142.F
Stirpium processus. tomo.1.13.K. & M
Stoici laudantur. tomo.2.190.C
Stoicos quatenus laudat. tomo 2.190.C
στοργὴ amoris ἐπίτασιν indicat.tomo 2.97. G
Strategius sympresbyter Basilij. to.2.181.K.183.D
Strymon fluuius. to.2.154.H
Studium vnum præstat solerter & industriè confecisse,quàm multa attentasse. to.2.60.L.
Studiosum nõ facit vnus actus virtutis. tomo.1.45.L
Stultus quis. to.1.74.D
Stultꝰ in hoc seculo quomodo quis fiat. to.2.101.L
Stulti sapientia indigent. tomo.1.113.E
Sturni cicuta vescuntur. tomo 1.14.K
Stylus quare aliquando variandus. to.2.12. G.H.I
Subditorũ erga principes officium. to.2.36.D
Subiectio inter fratres connumeranda. to.2.195.K
Substantia dei ingenita. tomo.1.168.I
Substantia vna diuersorum nominũ to.1.184.F.
Succinum. to.1.16.D
Superbia quàm grauis sit momenti. to.1.133.H
Superbiæ manus quæ. tomo 2.10.L.
Superbia quid circa animam faciat. tomo.1.132.I
Superbia tristitiam commouet. to.1.110. F
Superbiam multum damni adferre. to.1.133. H
Superbus quis. to.2.76.M
Superbus quibus signis cognoscitur, quomodóue sanatur. tomo 2.74.H
Superbi & humilis collatio. tomo 2.206.I.K
Supercilium oculorum. tomo.1.38. D.E.F
Superuacanea pauperibus erogãda. to.2.24.G
Supplicium quare Apostolus peccatis aliquando adiiciat,aliquando non. tomo.1.159.B.C
Supplicia inferni inæqualia. tomo 2.100.I.K.L.M
Surdus quis sit. to.1.9.D
Susario. to.2.199.C
Suspectus quis de peccato occulto, an obseruari debeat. tomo 2.72.M
Susurrium. to.2.87. D.E.
Symbolum Nicenæ synodi. tomo 2.166.G.H.178.B
Synceritas quid. to.2.100.D
Synodus reproborum contempta. to.2.172.M
Synodi quare sæpe fugiendę.tomo 2.187. D
Syrenum cantus to.1.138.C

T

Tabernaculum dei. tomo 1.71.E.
Tabernaculum dei corpꝰ humanum. tomo.1.45. G
Tabernaculum pro corpore. tomo 1.49.C
Tabernaculi exitus,vitæ exitus. to.1.49.C
Tactus omnium sensuum perniciosissimus. to.2.131 D
Tactus in sacris literis. tomo 1.116. B
Tactus quid possit in homine. to.2.141.F
Tactus velociter totum corpus penetrat. tomo.2.133. L
Talentum quid. tomo.2.98.I
Talentum apud Matthæum quid designat. tomo.2.98.I
Ταμεῖον quid. tomo.2.102.H.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tanais fluuius. to.1. 9.I
Tarteſus fluuius. to.1.9.K
Tauri ſanguis homini exitio eſt.to. 1.14.I.
Temere nemo credat. tomo.2. 21. G
Temere nihil fit eorum quæ geruntur, ſed cuilibet pro mẽſuræ ſuæ portione deus reddet. tomo.1. 44.I
Temperãtiæ officia quomodo perdiſcenda. to.2.150.M.
Temperãtiam eruditioni anteponi. to.2. 198.F
Templum dei qui ſint,& idolorum. to.1.86.K
Templum dei quomodo efficimur. to.2.151. B
Templa ordinata ad docendum populum. tomo.1. 131.F
in Tẽplis non inaniter confabulandum. to.1. 51.K.
Tempus quid. to.1.171.B
Tempus omne aptũ ad res deo gratas exequendas. to.2.18.K.
Tempus præſens eſſe pœnitentiæ. to.2.15.F.
Tempus præſens ex indiciis per ſcripturam oſtenſis cognoſcendum. to.2.19.B
Tempus proprium in omnibus cognoſcendum. to.2. 18.K
Tempus ſuum vnicuique rei. tomo 2.83.D.
Temporis acceptio. to.1. 19.D
Temporis quàm fluxa ſit & inconſiſtens conditio. to.1.2.I.
Temporis principium, tempus non eſt. to.1.3.B
quæ cum tempore incœperunt,eadem deſitura ſunt. tomo 1.2.B
Tenebræ quæ. to.1.5.K
Tenebræ an lucem antegreſſæ. to. 1.6. E
circa Tenebras Manichæorũ error. to.1.5.K.L
Tentandi forma quæ dæmoni.tomo 1.130.E
Tentatio duplex. to.1.97.D
Tentatio probat Chriſtianum, vt tempeſtas nauclerum, ſtadium athletam, pugna ducem. tomo 1.104.C
pro Tentationem patientibus orandus deus. to.2. 29.B
de Tentatione vide. tomo.2.28.C. D.E.F.G.H
Tentationes patientia vincuntur. to.2. 124. G
Tentationes ſcripturis ſuperandæ. to.2. 28.I.
in Tentationes nemo ſeipſum coniicere debet. to.2. 28.E
in Tentationes diuinitus ſi inciderimus,precibus petenda facultas illas ſuſtinendi. tomo.2. 28.G
in Tentationibus chriſtianus non ſit meticuloſus. to.2.28.I
Tentationibus vltro nos non debere offerre importune, ſed orandum ne incidamus in eas. tomo.2. 28. E.F
Terra cur ſtabilis. to.1.4.A.B
Terra an fundamento aliquo ſuſſulciatur minime quærendum.tomo 1.3.M.4.A
Terra cur incondita. tomo. 1. 4.L.M
Terra cur prius quàm ſol creata. to.1.13.K.L
Terra quando perfecta. tomo.1. 4.L.M.
Terra inuiſibilis, duabus de cauſis. to.1.4.M.5.A.I.K.
Terra ſua ſponte fructus edebat, ante Adæ delictum. tomo.1.15.B
Terra mater omnium. tomo.1. 130.I
Terræ proprium eſt τὸ ἐμφὺν. tomo 1.12.M.
Terræ circuitus. to.1. 27.D
Terræ principes. to.1.70.B
Terrores vtiles iis qui ſano ſunt iudicio. to.2.188.B.
Tertia hora orationis cur inſtituta. to.2. 59.F.
Teſtimonia hoſtium fide magis digna. to.1.142.C D
Teſtudo ſeſe tutatur origano aduerſus viperinas carnes comeſas. to.1.27.M
Tetrachordum corporis noſtri. to. 2.132.D
τετυφωμένος quis. to.2.76.M
Thebæ Aegyptiacæ. tomo.2. 217.L
Theodoſius. to.2. 193.G.
Theognis dictum. to.1. 140.E
Theologiæ fundamentum fides. to. 1.81. A
Theophania. to.1.142.H
Theophilus Alexandrinus. tomo 2.182. C
Theophraſtus. tomo. 2. 165.G
Theophraſtus cur dialogos nõ ſcripſerit. tomo 2.200.F
θεὸς vnde dicatur. tomo.2. 1.196.D
in eos qui theſaurizant filiis.tomo 1.131.F.G.H.I
Theſaurizandum quomodo ſit in cœlo. to.2. 24.E
Theſaurizandi in cœlo ratio. tomo 2.24.E.
Theſaurus bonus quidquid egentibus datur. tomo.2. 199.K
Theſaurus bonus & malus. tomo.2 97.C.D
Thraſimachi audacia in ſcribendo. to.2.200.G
θυμὸς quid. tomo.2.76 K
θυμὸς quo differat ab ὀργὴ. tomo 1.54. G
θυμοῦ ἰ'διομ. tomo.2.78.H.
Tiberina. tomo.2.154.I.M
Tibia prophetas ſanctos myſtice ſignificat. to.1.55.G
Timere iudicia dei quomodo poterimus. to.2.93.M
Timor multiplex. to.1.61.I
Timor inchoat ad pietatem, charitas vero perficit. tomo.1. 57. G
Timoris domini vtilitas. tomo 1.113.F.G.H
Timor domini vnde. tomo 2.45.H
Timor ſimpliciores ædificat. tomo 1.106.E
Timoris cauſa eſt expectatio mali. to.2.93.M
Timoris dei laus. tomo. 1.61. B C
Timothei muſici peritia. tomo 1.139.F.G
Tolerantiæ diſcendæ aliis præceptores ſimus. tomo. 2. 191.A.
Tolerantiam afflictionũ à deo eſſe. to.2.26.E
Tonitrus quomodo fiat. tomo 1.50. E.F
Tonitrus vox in rota. tomo 1.50.F
Tonitrus myſtice quid. tomo.1. 50. F
Tonitrua. to.1.9. B
Tonitrua quare fiant. tomo 2.42. E
τόκος, vſura quare dicta eſt. tomo.1. 48.C
Traditiones humanæ non ſunt diuinis præferendæ. tomo.2.18.F
Tranquillitas animæ quomodo paretur. to.1.72.B.C.
Tranquillitas vitæ ocioſa negociorũ ſplendore precioſior.t.2.193.A
Tranquillitas animi fonsvbertimus virtutum. tomo.2.112.D

Tres pueri apud Babylonios per ieiunium ſeruati ſunt. tomo.1. 83.M.
Tribuendum ſuperuacaneum.tomo 2.24. G
Tribulatio auxilij diuini conciliatrix eſt. to.1.76.B.
Tribulatio iuſtum decet. tomo.1. 63. C
Tribulatio iuſtum inuenit. tomo.1. 70.K
Tribulationis bona. to.1. 77.B
Tribulationes ſequitur ſpes. tomo 2.166.F
Tribulationes dominus pro menſura inducit. to.2.172.H
Trinitas inſinuatur. tomo.1.30. K.L
de Trinitate copioſe diſſerit Baſilius. to.2.180.F. G. H.I.K & ſeq.
de Trinitate quid ſentiat Baſilius. to.2.13.F.134.195.
de Trinitate non diſputandum.to. 2.6.K
in Trinitate diuina nihil prorſus creatum. to.2. 166.I
de Trinitate exacta comparatio.t.2 160.M
Triſtes coactis delitiis potiores haberi. to.2.155.H
Triſtia per patientiam vincenda. to.2. 162.L
Triſtia quæ ſponte feruntur potiora ſunt coactis deliciis. tomo.2. 155.H
Triſtia lætis præponere mos eſt ſacræ ſcripturæ. to.1.54.H.
Triſtitia duplex. to.2.92.C.
Triſtitia nimia opprimit. tomo.1. 92.B.
Triſtitia ſecundum deum. tomo.2. 92.C
Tritici negociatorum malitia.tomo 2.214.A
Tumidus quis. to.2.76. M
Tumorem animi reprimit naturæ cognitio. to.2.159.K
Tunica qualiſnam ſit. tomo.2. 151. E.
Turtur. to.1.25.H
Tyanenſis ſynodus. tomo.2. 182.L.
Tyrannus quid à rege differt. tomo 1.113.A
Tyrus metropolis Chanaan. tomo 1.69. H

V

Valentini impium dogma. to.2.170.B
Valens eccleſiæ perſecutor. to.2. 215.E
Valetudo bona fallax. tomo.1. 140.C
Vas teſtaceum. to.1.106.I
Vaſa mortis quæ. tomo.1. 44 K.L
Vaſa quid per metaphoram ſignificent. to.1.106.I.
Vaticinium Balaam. tomo. 1. 142.E
Venatores in eccleſia. tomo. 1. 88. E.F
Vendentes in templo quare dominus eiecerit. to.2.60.F
Vendere proprias facultates cur dominus iubeat. tomo.2. 81. C
Venenum eiaculantia animalia, iniquis & aduerſis virtutibus in ſcriptura comparantur. tomo.1. 51.F
Venenum ferrum conſumere.tomo 1.110.K
Venter ſocius infideliſſimus. tomo 1.86. K
Ventris epitheta. tomo.1. 86.K
Ventris moderatio animi perturbationum compreſſio eſt. tomo 2.112. D
Ventris moderatio quænam optima ſit.Ibidem
Verbum omne quod ad propoſitũ in domino vſum non facit, ocioſum eſt. to.2. 73.F
Verbum domini neque ad oſtentationem, neque ad quęſtum conferatur. to.2. 32. M
Verbum dei diligenter diſcendum. to.2. 17.F
Verbum dei quomodo credendum. to.2.17.F.
Verbum dei ſine dubitatione credendum. to.2.17.B.C
Verba dei ſinè intermiſſione cuſtodienda. to.2.18.G.
Verborum domini diligens cuſtodia habenda. tomo. 2. 34. C
Verborum in ſcripturis virtus per fidem intelligenda. tomo 1.151.L.
Veritas difficilis inuentu. tomo 1.195.E
Veritas verborum domini vbique retinenda. to.2.34.C
Veritas à deo quomodo quærenda. to.2.179.I.K
Veritas eſt nuda. to.1.143 F
Veritas non in verborum ſono, ſed in mente & ſententia ſita. tomo 2.157.E
Veritas quomodo dolum patitur. to.1. 46. B
Veritatis doctrina ſimplex ac rudis ſermone,cognitione ſtabilis. to. 1.9.L
Veritatis acceptio duplex.tomo.1. 45.M.46.A
Veri cognitio meditatione ſanctarum ſcripturarum paratur.tomo 2.150. L
Veritatis viam ignoraſſe præſtat, quàm ab ea ſemel arrepta deficere. to.2.148.L
Veritatem in iniuſtitia detineri.to. 2.78.D
Verſutia quid. to.1.115.G
Veſpera hoc ſeculum dicitur. to.1. 54.I
Veſperę preces. to.2.59.H
Veſpertilio. to.1.26.A
Veſpertilionum volatus obliquus & incertus. tomo.2.115 F
Veſtimentum nocturnum an liceat habere aſcetæ. tomo.2.81 A
Veſtimentorum vſus. tomo.1.94.E. F.to.2.54.C
Veſtitus ſcopus quis. tomo.2 151.D.E
Veſtitus monaſticus quis. tomo.2. 122.G.H
Veſtitus idem & concolor cur ſit monachis. to.2.54.D.E.F
Veſtitus qui deceat hominem chriſtianum. to.2.53.M.& ſeq.
Veſtitus iuxta dignitatem cuiuſq;. to. 2.54.F
Veſtitus pij qualis eſſe debeat.to.2. 151. D E
Veſtium ornatui ſtudentes taxãtur. to.1.139. K.L
ex Veteris teſtamenti lectione nõnulli noxiam contraxerunt. to. 2.124 L
Vetita coniunctim in ſacris literis, ſi fiant,ſupplicij denunciationem habent adiunctam. tomo.2.29.H I K L M
Vetuſtate quicquid præcellit, idem venerabile eſt. tomo.1.83.B
Via arcta. tomo.2.97.F
Via,vita dicitur. to.1. 41.F
Via quare Chriſtus. tomo. 1. 199.A
Via ad recti inuentionem. tomo 2.150.L

Universidad de Deusto
Biblioteca

Via pro humana vita. tomo.1.134. K.L
Viæ duæ inter se cõtrariæ & duces duo. to.1.41. I.K
Viator in ecclesia. to.1.88.F
Vicissitudo rerum humanarum. to. 2.188.H
Victurus quis sit inæternum. tomo 1.73. L
Victus certa sit ratio. tomo.2. 151.F
Victus intẽperantia res periculosa. to.2.51.D
Viduarum vera institutio. tomo.2. 35.G.H
Viduitatem commendat exemplo turturis. to.1.25.H
Vigilanti color alius, alius dormienti. to.1.31.C.D
Vigiliæ. to.2.168.C
Vigiliis & orationibus incumbendum. to.2.26.G
Vinci literis amant docti. tomo.2. 197. D.E
Vindicta prohibita. to.2.25.D
Vineæ & animæ collatio. tomo.1. 15.F.G.H
Vinum dei donum. to.1.120.D.
Vinum cœpit post diluuium. tomo 1.83.G
Vinum compũctionis verbum dei. to.1.76.K
Vinum & mulieres apostatas facere to.2.6.L
Vinum rationem deprimere. tomo 1.121.K
Vini vsus ad quid. to.1.120.D
Vini effectus. to.1.120.H
Vini immodici incommoda. tomo 1.120.H.I
Vino vtendi optimus modus, est corporis necessitas. tomo.1. 85.C
de Vinolentis. tomo.1.121.D
Viperæ & murenæ simul coeunt. to.1.23.A
Viperarum partus. to.1.28.K.
Vir tecto capite non oret. tomo.2. 26.M
Vir angelicæ quodammodo dignitatis. to.2.138.L
Viri vxores diligere ea charitate debent, qua Christus ecclesiam. to.2.35.C
Viros quæ concernant ad tuendam pudicitiam. tomo.2.147 E
Virgę multiplex acceptio in scripturis. to.1.68.K.
Virgo & vita & instituto à nupta diuisa. to.2.135.I
Virgo sui sponsi testamentum cogitet. to.2.145.G
Virgo quæ dicatur pudica. tomo.2 140.L.M
Virgo maiori cura obseruet animã quàm corpus. to.2.133.C
Virgo seipsam reueretur. tomo.2. 137.H.
Virgo olim ex ædibus paternis non egressa nisi coniuncta viro. tomo 2.140.B
Virgo castitatis imago. tomo 2.135.K
Virgo non sit gregalis. tomo. 2. 134.M.
Virgo Christi vas animatum. tomo 2.140.F
Virgo sit cauta erga fratrem. tomo 2.141.C.D
Virgo non debet se temere licenter q; nudare, quanquam sola fuerit. to.2.L.M
Virgo mandatum dei præstituat sibi aurigam in omnibus. tomo.2. 134.L
Virgo quę aspernari debeat Christi gratia. to.2.136.M.
Virgo quæ animo virginitatem amisit, nec corpore virgo est. tomo 2.133.F
Virginis commoda. tomo. 2. 136.C.D
Virginis aspectus quis. tomo. 2. 133.D
Virginis ornatus quis. tomo.2. 134.D.E
Virginis sermo quis. tomo.2.135. C.D
Virgini quàm olim delatum. tomo 2.135.I.K
Virgini corporis cultus quàm vitãdus. to.2.134.G
Virginem deo placere quid. tomo 2.136.F
Virginem nullo modo mœchari cõuenit. to.2.137.C.
Virgines fatuæ. to.1.119.A
Virgines quomodo se gerant. to.2. 36.B
Virgines olim non è domo exibãt. to.1.127.H.
Virgines quid olim passæ. tomo.2. 143.F
Virgines corpore non anima. tomo 2.133.C
Virginum institutio. tomo.2 36.A.
Virginitas quiddam eximium & supra naturæ legem. tomo.2. 144.E.
Virginitas hominem deo simillimũ facit. to.2.130.D.
Virginitas vitam nostram de corruptione ad sanctitatis gloriam colligit. tomo.2.143.K
Virginitas amissa non redintegrat. to.2.145.F
Virginitas vera quæ. to.2.38.D.F. 148.E
Virginitas Mariæ an diabolum latuerit. to.1.141.G
Virginitatis laus. to.2.217 H
Virginitatis nullæ leges statutæ. tomo.2.144.B
Virginitatis professio solenniter inibatur. tomo.2.140.A
Virginitatis votum fuisse solenne. to.2.149.A
in Virginitatis professione summa moderatione vtebantur. tomo 2.51.A.B
Virginitatis professio qua ætate fieri debeat. tomo.2.50.M
Virginitatis professio quando firma. to.2.50.E
Virginitatis commoda. tomo.2.38. D.136.C.D
Virginitatis pulchritudo per omne opus seruanda. tomo.2. 135.I
Virginitatis leges neq; in lege, neque in euangelio dominus constituit. to.2.144.B.D.E.
Virginitatis præceptum cur nõ detur, sed consilium. tomo.2 144.G
Virginitati tuendę prescriptus scopus. to.2.131.G.
Virginitatem quædam perpetuam seruant. to.2.168.A
Virginitatem cursum totius virtutis habere. to.2.132.E
Virginitatem non seruantes, matrimonio copulentur. tomo. 2. 135.B
Virginitatem quæ animo amisit, nec corpore virgo est. tomo.2. 133.F
Virginitatem seruantes esse angelos. to.2.143.B
Virilia execta castum non facere. to.2.147.E
Virtus quid. to.2.44.B.
Virtus est vitatio mali, studium boni. to.1.118.I
Virtus veræ sunt diuitiæ. tomo.1. 130.I
Virtus animæ quæ. tomo.2.205.A. B.& quî paretur. Ibidem.B
Virtus viaticum senectutis. tomo 1.140.H
Virtus intra nos. tomo.1. 112.F.

Virtus

Virtus ex voluntate non ex necessitate. to.1.107.E
Virtutis laus. tomo.1.138.I
Virtutis præmium deus. tomo. 2. 189.M
Virtutis studium pretiosa se habenti possessio, spectaculum iucundissimum, quibuscum congreditur familiariter. tomo. 2.159. K.L
Virtutis iugum paucos subire. to. 2.6.C
Virtutis via. to.1.138 G
Virtutis instrumenta. tomo.1.112.E
Virtutum sagena. to.2.6.B
Virtutibus in propriis non esse superbiendum. to.2.27.A
Virtutes quatuor in quibus consistant. to.1.54.L.M
Virtutes quæ animo cernuntur, omnibus promiscuè obseruãdę sunt. to.2.112.E
Videndi curiositas prohibetur. to. 2.5.H
Visio non absque spiritu. tomo.1. 203.L
Visiones nocturnæ vnde oboriãtur. to.2.73.E
Visitatio aliena est à professiõe monastica. to.2.107.A
Visus cæteris sensibus certior. to. 2.204.B
Visus quomodo fallitur. to.1.19.M. 20.A.B
Visus in sacris literis. tomo.1.116.A
Vita vera. tomo.1.62.A
Vita vera deus. to.2.38.B
Vita hominum duplex. tomo.2.3.F
Vita nobis duplex proposita. tomo 1.88.A
Vita optima deligenda. tomo.1. 140.I
Vita sermoni sit consona. tomo.1. 138.M
Vita quibus inconstans. tomo.2. 200.C
Vita hominis fluuius quidam. to.1. 137.E
Vita humana fallax. to.1.126.M
Vita nostra recte assimilata fœno. to.1.14.C
Vita nostra via dicta. tomo.1. 134.L
Vita æterna mandatum dei. tomo.2 17.M
Vita præsens in laboribus & certaminibus, futura verò in pręmiis & compensationibus posita est. to.2.121.F
Vita præsens breuissima respectu infiniti seculi. t.2.166.F.G
Vita præsens pœnitentię & promerendi vita est, futura vero præmiorum. to.2.41.D
Vita monastica adiutrix ad euangelica dogmata obseruanda. tomo 2.42.F
Vita ascetica non ad quietem & ocium instituta, sed ad laborem & tolerantiam. to.2.59.A
Vita iusti in afflictionib⁹ posita est. to.1.60.D
Vita, quæ degitur in paradiso. to. 1.36.A.
Vita futura qualis. tomo. 2. 29.E.F
Vita solitaria periculosa. tomo.2. 47.H
Vita christianorum vniformis. to. 2.53.E
Vita hominis calumniis variis obnoxia. to.2.164.L
Vitæ nullum genus calumnia vacat apud malos. to.2.154.A
Vitæ duo genera per Mariam & Martham designata. tomo.2. 109.F
Vitæ huius inconstantia & incertitudo. to.1.41.G H
Vitæ communis quæ ratio tenenda. to.2.54.K.L.M
Vitæ secularis incommoda. tomo 2.46.K.L
Vitæ monasticæ prototypi. to.2.3. G.H.I
Vitæ cœnobiticæ commoditas. to. 2.117.F.G
Vitæ speciem turpem proponere quid. to.2.192.D
Vitę immutationem à lectionè euangelica Basilius exorsus. tomo.2. 178.L
Vitæ humanæ miseria. tomo.1.137. K.L
Vitam hominis nullum certum terminum habere. tomo.1.118.K
Vitam euangelicam quæ comitentur. to.2.7.D
Vitam cœnobiticam præfert solitariæ. to.2.47.A.B
Vitam hanc more hospitis transire & ad alteram properare sancti viri est. to.1 45.E
Vitam ex seipso Christum habere. to.2.194.L
Vitam humanam dominus diuisit. to.2.3.F
Vitam religiosam vnicum scopum habere. tomo.2.39.K.
in Vita hac nihil nostrum verè. to. 1.135.C
Vitis & hominum allegoria. tomo 1.15.F
Vitis quare Christus dictus. tomo 1.167.F
Vitium quid. to.2.44.B
Vitium nullum adeo graue, quin dei timore peruincatur. tomo.2. 49.F
Vitia virtutibus sunt proxima. to. 2.139.E
Vitia inueterata quomodo curentur. to.2.64.K
Vitiorum prauitas vnde. tomo. 2. 9.F
Vitiorum omnium remedia. tomo 1.130.E.F
Vitulus libani. to.1.53.A.
Vitulus pro sacerdotio immolatus to.2.147.M
Viuere Christo. tomo. 1. 153.A.B
Viuere ad opinionem vulgi pudendum. to.1.140.F
Viuificare dei est. tomo.1. 182.A
Viuorum regio. to.1.80.H
Vlciscentes iniuriam viperæ comparat. to.1.34.D
Vltio est animi iracundi. tomo.2 162.L
Vltio non sumenda. t.2.25.D
Vlulæ. to.1. 25.M
Vmbra vt sit, tria concurrunt. tomo 1.6.G
Vnctio Christi. to.1.68.L
Vnicornis natura. tomo. 1.51.A. 53.C
Vnicornis prompta ad vltionem. to.1.51.B
Vnicornis acceptio in vtramque partem. tomo 1.51.B
Vnicornium filius, Christus dictus. to.1.51.A.53.C
Vnigenitus qui. tomo.1. 176.M
Vnitatis dictio quomodo accipienda. tomo.2. 194.H
Vnum verè & simplex. tomo.2. 194.D
Vocabulis ecclesiæ consuetis inhærendum. to.2.12.E
Vocatorum tria genera. tomo.1. 72.I.& K
Volatile nullum pedibus caret. to. 1.24.E
Volatilium differentiæ. tomo.1.24 F.G
Voluntas nostra non præferenda diuinæ, sed quæ deum velle intelligamus facere. tomo.2. 18.G.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

Voluntatem damnat lex perinde ac opus. tomo.2.146.A C
Voluntatem alicuius faciens, eius particeps efficitur. to.2.103.E
Voluntate propria vti alienum est à ratione. to.2.84.G
Voluptas corporea plus doloris habet, quàm iucunditatis. tomo.1. 61 F
Voluptas ineſcatio & illecebra diaboli. to.2.51.M
Voluptatis epitheta. to.1.118.H
Voluptatibus inſeruire quid. tomo 2.52.H
Voracitatis malum. tomo.2.131.K
Voti virginei antiquitas. tomo.2. 139.K. ſolennitas.140. A.148.G
Votorum antiquitas. tomo.2. 109.A
Vox quid. tomo.1. 50.B.52.G.H
Vox qualis eſſe debeat. tomo.2. 151.C
Vox domini ſuper aquas, explicatur.to.1.50.C.D.E.52.I
Vox theologica impar ad exprimẽdam mentem dicentis. tomo. 2. 151.I
Vocis modum audientium neceſſitas definit. tomo. 2.87.D.E
Vocem dei quomodo accipere debemus.to. 1.50.C.52.G.& H
Voce cur vtimur. tomo. 2.204.C
Vociferatio quid. to.1.56.F
Vociferatorem leoni comparat. to.1.34.E
Vouebant olim monachi. tomo.2. 38. F
Vrbanitatem ſcurrilem ſectari monachum non debere. tomo.2. 116.E.F
Vrſa vulnerata verbaſco ſibi medetur. to.1.27.L
Vrſo comparat doloſos. tomo.1. 34. D
de Vſiæ & hypoſtaſeos differentia. to.2.159.M.160.A.B.C
Vſum ſæpe imbecilles reddere bellatores. to.2.158 C
Vſura fœtus viperinus. tomo. 1. 48.D
Vſura, quare τόκος apud Græcos appellata. to.1.48.C
Vſuræ malum quantum ſit. tomo 1.47.C.D
Vſurarios ſuggillat. to.1.47.C.D. & ſeq.
Vter. tomo.1. 57.C
Vtres noui. to.1. 57.F
Vterum deum ad generandum habere. to.1.187.L
Vulpeculæ ſimilis redditur homo doloſus. to.1.66 L
Vulpes laricis & piceæ lachryma ſibi medetur. tomo.1. 27.M
Vultures præſagi cædis futurę. to.1.26.C
Vultures pariunt ſine coitu. tomo 1.25. K
Vultus domini. tomo. 1. 62.H.I
Vxor, exemplo viperæ, mariti moroſitatem ferre docetur. tomo 1.23.A
Vxores diligendas monet exemplo viperæ & murenæ. tomo.1. 22. M.23.A
Vxores leuitarum ſeorſum. tomo 2. 141.C
Vxores viris ſint ſubiectæ. tomo.2. 35.D

X

Anxaridæ thermæ. tomo 2.193. C
Xerxes. tomo.2. 215.D

Y

ὑ περήφανος quis. tomo.2. 76.M
ὑψηλόφρων quis. tomo.2. 76.L.M

Z

Achariæ cædes. tomo.1. 142.B
Zambri concubitus cum ſcorto Iſrael pœnas dedit. to.1.103.L.
Zambri ſtuprum. tomo.1. 110.C
Zenonis dictum, cum omnia in naufragio abieciſſet. tomo.2. 200.M
Zona promptitudinis ad operandum ſymbolum. tomo. 2. 54.H
Zonæ vſus. tomo. 2. 54. G. H. I

Finis.

SCRIPTVRAE
ſacræ loci.

Geneſis.1.a. Factꝰ eſt veſpere & mane dies vnus. to.1. 210.G
Geneſis.2.b. Lignum vitæ in medio par. to.1.107.K
Geneſis.3.b. Comederunt & aperti ſunt oculi eorum. tomo.1. 107.K
Geneſis.3.b. Vbi es? tomo.1.80.B.
Geneſis. 3.c. Inimicitias ponam inter te & ſemen illius. tomo.1. 107.H.I
Geneſis. 11.a. Deſcendit autem dominus vt videret. tomo. 1. 58.C
Geneſis. 15.a. Statimque ſermo domini factus eſt ad eum. tomo.1. 50.B.52.G
Gene.18.c. Deſcendam & videbo, vtrum. to.1.58. C
Gene.21.a. Riſum fecit mihi deus. to.2. 51. L
Exodi.5.c. Vacatis, & idcirco. to.1. 72.A
Exodi.12. d. vſque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere. tomo.1.54.D.
Exodi.14.g. Credidit populus deo & Moſi famulo eius. tomo.1. 210.C
Exodi.20.c. Cunctus populus voces & lampades viderunt. tomo.1. 50.B. 52.G
Leuitici.21.c. Homo ex ſtirpe tua, in generationibus veſtris, habens in ſeipſo maculam, & cæte. to.1.157.K
Numeri. 15. b. Anima quæcunque in manu ſuperbiam fecerit. tomo 2.10.K.L
Numeri.24.c. Orietur ſtella ex Iacob. to.1.142.C
Deuteronomij. 6.a. Diliges dominum deum tuum ex toto corde. to.1. 67.D
Deuterono. 22. d. Si quis inueniat filiam virginem. tomo. 1. 141.L
Deuteronomij. 33. c. Accumbens dormiuit vt leo. tomo. 1. 142.F
Deuterono. 28. b. Sit cœlum quod ſupra te eſt æneum. tomo.1. 10.F
2.Regum.22.a. Scutum meum, & cornu ſalutis meæ. tomo. 1. 51.C
Iob.8.d. Os autem verax implebit riſu. tomo.2.51.L

Pſal.1.Non reſurgunt impij in iudicio. to.1.43.H
Pſal.3.b.Dentes peccatorum contriuiſti. to.1.63.F
Pſal.6.a.Quoniam conturbata ſunt oſſa mea. to.1.63.G
Pſal.7.a. Ego confirmaui columnas eius. to.1.3.M
Pſal.8.a.Ex ore infantium & lactẽtium. to.1.58.G
Pſal.12.b.Illumina oculos meos ne quando obdormiam in mortem. to.2.9.F
Pſal.18.d.Præceptum domini lucidum illuminans oculos. to.1.63.F
Pſal.18.d.Delicta quis intelligit. to.2.109.L
Pſal.19.g.Quæretur peccatum eius, & non inuenietur. to.2.113.D
Pſal.21.e,& à cornibus vnicornium. to.1.51.B
Pſal.23.a. ſuper maria fundauit eũ. to.1.3.M
Pſal.25.a.Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea. to.1. 43.H
Pſal.31.b. Veruntamen in diluuio aquarum multarum. tomo.1.52.B 53.F
Pſal.32.duobus argumentis poteſt conuenire. to.1.59.A B
Pſal.32.verbo domini cœli firmati ſunt. to.1.203.G
Pſal.33.d.vnum ex eis non conteretur. to.1.63.H
Pſal.34.b.omnia oſſa mea dicent. to.1.63.H
Pſal.35.in lumine tuo videbimus lumen. to.1.205.K
Pſal.36.e.neque ſemen eius quærẽs panem. to.1.86.M
Pſal.36.g. Vidi impium exaltatum ſicut cedros Libani. to.1.50.K
Pſal.41.a.deſiderat ceruus ad fontes aquarum. to.1.51.F
Pſal.46.d.Pſallite intelligenter. to.2.102.L M
Pſal.49.b.Ego cognoui omnia volatilia cœli. to.1.10.F
Pſal.50.c.Cor mundum crea in me. to.1.106.C
Pſal.79.b. Arbuſta eius cedros dei. to.1.50.M
Pſal.81.a.In medio autem eos diiudicat. to.1.43.H
Pſal.90.b.Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. t.1.49.C
Pſal.90.c.ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis. to.1.51.F
Pſal.91.b.exaltabitur ſicut vnicornis. to.1.51.B
Pſal.103.c.Montes excelſi ceruis. to.1.51.F
Pſal.109.ex vtero ante luciferum genui te. to.1.187.L
Pſal.109.a.Iurauit dominus & non poenitebit eum. to.1.46.H
Pſal.111.b.cornu eius exaltabitur in gloria. to.1.51.B C
Pſal.118.a.Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. to. 1.41.A B.134.L
Pſal.118.h.Media nocte ſurgebam. to.2.59.I
Pſal.118.k.Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. to.1.35.C
Pſalmo.118.l. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. to.2.46.F
Pſal.118.r.os meum aperui & attraxi ſpi. to.1.59.G.63.F
Pſal.125.a.Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. to.1. 54.K
Pſal.138.a.Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. to.1.29.G
Pſal.140.c. diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. to.1.63.G H
Pſal.144.c.Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis. to.2.11.G
Pſal.148.b.& exaltauit cornu populi ſui. to.1.51.B C
Prouerb.1.a. Prouerbia Salomonis filij Dauid. to.1.112.K
Prouerb.1.a.Principium ſapientiæ timor domini. to.1.2.L
Prouerb.3.c.Pes tuus non impinget. to.1.63.F
Prouerb.5.c. Bibe aquam de vaſis tuis. to.1.47.H
Prouerb.8.b.dominus creauit me. to.1.186.G.to.2.195.I
Pro.13.b. Redemptio viri diuitiæ ſuæ. to.2.80.L
Prouerb.14.b. Innocens omni verbo credit. to.1.44.B C
Prouerb.31.a.& vinum his qui amaro ſunt animo. to.1.96.M.97.A
Eccleſiaſtes. 2.c. Sapientis oculi in capite eius. to.1.37.M.63.F
Eccli.1.b.Initium ſapientiæ timor domini. to.2.45.H
Eſa.1.a.Cognouit bos poſſeſſorem ſuum. to.2.44.G
Eſa.1.c.Si fuerint peccata veſtra vt coccinum. to.2.72.C
Eſaiæ.5.Vinea facta eſt dilecto. to. 1.15.F
Eſa.7.b.pete tibi ſignum in profundum. to.1.141.K
Eſaiæ.7.b.Ecce virgo concipiet. to. 1.141.K L
Eſa.40.b.Vox dicentis, Clama. to. 1.50.B.52.G
Eſa.40.c.quis cognouit ſenſum domini. to.1.196.H
Eſa.42.a.Calamum quaſſatum non conteret. to.2.104.D
Eſa.42.c.Surdi audite, & cæci aſpicite. to.1.63.F
Eſaiæ.45.b.Ego dominus & nõ eſt alter: formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. to.1.106.B.to.2.102.C
Eſa.53.a.Languores noſtros ipſe tulit. to.2.90.F
Eſa.56.b.Hæc dicit dominus eunuchis. to.2.145.A
Hiere.4.e. Ventrem meum doleo. to.1.63.F
Hieremiæ.4.f.Sapientes ſunt vt faciant mala. to.1.74.A B
Hier.30.c.obducam cicatricem tuam, ſanabo te à vulneribus tuis. to.1.54.H
Hierem.33.c.cœlum & terram ego adimpleo. to.1.190.I
Ezech.37.b.dabo ſuper vos neruos. to.1.63.H
Amos.8.d.mittam famem in terram & cę. to.1.86.M
Michæ.1.d.deſcendit malum à domino in portam Hieruſalem. to. 1.106.B
Mich.7.b.Irã domini portabo, quoniam peccaui ei. to.2.65.C
Matth.2.a.Ecce magi ab oriente. to.1.142.B C
Matthæi.1.d. Et non cognoſcebat eam donec. to.1.141.M.& ſeq.
Mat.3.c.Videns autem multos Phariſæorum &c. to.2.15.I
Matt.3.c.baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. to.1.190.F
Mat.3.c.Paleas autem comburet igni inextinguibili. to.2.99.B
Matt.4.a.Si filius dei es &c. to.2. 79.E
Matt.5.a.beati pauperes ſpiritu. to. 1.63.B C. to.2.93.E
Mat.5.Beati qui lugent. to.2.92.E
Matt.5.a.ipſi ridebunt. to.1.91.H
Matt.5.a.Beati mites. to.1.59.L. to. 2.92.B
Mat.5.a.Beati miſericordes. to.2. 42.D E
Mat.5.a.Beati mundo corde. to.2. 102.M
Matt.5.a.Beati pacifici. to.2.94.F
Mat.5.b.Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. tomo.2. 95.D
Mat.5.d.Sis conſentiens aduerſario. to.2.95.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.5.d.Non mœchaberis. tomo.1. 46.G
Matt.5.f.Ego autem dico vobis, ne iuretis omnino. to.1.46.G
Matt.5.f.Si quis te angariauerit &c to.2.83.E F
Mat.5.f.Omni petenti te tribue. to.2.82.D
Mat.5.g. Diligite inimicos vestros. to.2.90.D
Mat.6.a.Quod facit dextera,nesciat sinist. to.2.92.H
Mat.6.a.intra cubiculum tuum. to. 2.102.H
Matt.6.c.Panem nostrum quotidianum. to.2.98.H
Matt.6.b.Cum ieiunas &c.tomo.2. 95.D
Matt.6.b.Exterminant enim facies suas. to.1.82.M
Matt.6.c.Vnge caput tuum & faciē tuam laua. to.1.82.M
Mat.6.c.Nemo potest duobus dominis. to.2.16.A
Mat.6.d.Ne soliciti sitis quid edatis aut bibatis. tomo.2.93.F G 101.H I
Mat.7.a.Nolite iudicare & non iudicabimini &c. to.2.88.I
Mat.7.a.Nolite dare sanctum canibus. to.2.98.E
Mat.7.b.Lata porta. to.2.97.D E
Mat.7.c.Non omnis qui dicit mihi domine. to.2.17.A
Matt.7.c.Quicunque fecerit voluntatem. to.2.56.K
Matt.8.b.Sequere me & sine mortuos. to.2.118.L
Matt.9.b.neque mittunt vinum nouum in vtres veteres. tomo.1. 57.F G
Mat.10.b.Prudentes sicut serpētes. to.2.97.K.202.H I
Matth.11.b.Violentorum est enim regnum cœlorum. to.2.6.C
Matt.11.b.Lamentati sumus vobis. to.1.55.G
Matt.11.d.Venite ad me omnes qui laboratis. to.2.3.C
Matt.12.c.Blasphemia in spiritum sanctum,non remittetur.tomo.2. 101.K
Mat.12.c.Bonus homo ē bono thesauro. to.2.97.C D
Matt.12.d.Cum autem immundus spiritus to.1.72.B
Matt.15.b.Scis quod Pharisæi, audito verbo hoc scandalizati sunt. to.2.77.M
Matth.13.e.Simile est regnum cœlorum homini negociatori.to.2. 48.F G
Matt.18.a.Nisi efficiamini sicut parvuli. to.2.94.G
Matt.18.c.Si duo ex vobis consenserint. to.2.99.G & seq.
Mat.18.c.Vbi fuerint duo vel tres &c. to.2.95.F G
Mat.18.c.Quoties peccauerit in me frater. to.2.72.E
Mat.18.c.sed vsque septuagies septies. to.1.36.G H
Matt.19.b.magister bone,quid boni faciam. to.1.99.G
Ibidem.nemo bonus nisi solus deus to.2.194.G
Matt.20.a.Simile est &c. tomo.2. 95.E F
Mat.20.a.Merces operariorum. to.2.99.A
Mat.20.b.Tolle quod tuum est & abi. to.2.98.M.99.A
Mat.21.c.Omnia quæcunque petieritis. to.2.99.G & seq.
Mat.22.d.Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. tomo.1. 67.D
Mat.23.c.Væ vobis scribæ & Pharisæi. to.2.16.B
Mat.24.b.Ne fuga vestra fiat in hyeme. to.2.202.H
Mat.24.b.horam autem & diem nemo scit &c. to.1.185.H
Mat.25.a.Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus &c. to.2.15.K
Mat.25.b.Sicut enim homo quidā peregre proficiscens. to.2.98,I
Mat.25.c.esuriui enim & dedistis mihi. to.1.104.K
Mat.25.d.Discedite à me maledicti &c. to.2.11.I
Mat.26.d.transeat à me calix iste. to.1.81.K L.185.K
Mat.28.d.ecce vobiscum sum omnibus diebus. to.1.142.A
Mat.28.d.Euntes baptizate in nomine patris &. to.2.169.C
Marc.1.b.angeli vero descendentes administrabant. to.1.192.M
Marci.2.d.nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. tomo.1. 57.F G
Marci.4.a. Ascenderunt spinæ & suff. to.1.71.M
Marc.9.g.Habete in vobis sal. to.2. 100.G H
Marc.10.c.nullus bonus. tomo.1. 186.C
Mar.10.f.potestis bibere calicem. to.1.81.L
Lucæ.2.c.Quia viderunt oculi mei salutare tuum. to.1.77.I
Luc.3.d.Paleas autem cōburet igni inextinguibili. to.2.99.B
Luc.6.b.Beati qui nunc fletis, quoniam ridebitis. to.2.51.L
Luc.8.b.Hi sunt qui seminati sunt in spinis. to.2.48.K
Luc.9.c.Si quis vult venire post me to.2.46.I K
Luc.9.g.Nemo qui misit manum suam &c. to.2.118.L
Luc.10.a.Nolite portare sacculum. to.2.98.G
Luc.10.c.Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.tomo. 1.108.B
Luc.10.c.Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones. to.1.51.F
Luc.10.d.quid faciendo vitam æternam. to.1.99.G H & seq.
Luc.10.e.Homo quidam descendebat ab Hieros. to.1.132.E F
Luc.10.g.Martha Martha solicita es. to.2.109.D E F
Luc.11.f.Quod superest date eleemosynam. to.2.101.F G
Luc.12.c.Destruam horrea mea &c. to.1.97.F & seq.
Luc.12.d.Vendite quæ possidetis. to.2.81.C
Luc.12.f.Vapulabit multis,tomo.2. 100.I K L M
Luc.13.c.Contendite intrare per angustam portam. to.2.15.L
Luc.13.e.Manducauimus coram te &c. to.2.103.B C
Luc.16.b.quia filij huius seculi prudentiores sunt. to.1.74.C D
Luc.17.a.Vtilius est vt imponatur mola. to.2.77.I
Luc.18.c.Qui se exaltat humiliabitur. to.2.76.L
Luc.19.d.Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. tomo.2. 98.K
Luc.22.d.qui habet sacculum tollat to.2.98.G
Ioan.1.a.In principio erat verbum, explicatur homilia.16. fo.123. C D & seq.
Ioan.1.a.Et verbum erat apud deum to.1.124.B
Ioan.1.b.gloriam quasi vnigeniti. to.1.122.H
Ioan.3.b.Facite fructus dignos pœnitentiæ. to.2.102.K
Ioan.3.c.qui non credit iam iudicatus est. to.1.43.H
Ioan.4.b.fons aquæ salientis. to.1. 71.C

Ioan.

mat.18. si peccauerit inte fratet
Ioan. 6.2. 75. R et. 71. a

Ioan.5.c.neque filius à seipso aliquid facit. to.1.185.M
Ioan.5.g.Ego veni in nomine patris mei. to.2.169.C
Ioan.6.d.Laborate cibum qui non perit. to.2.93.H I
Ioan.6.f.ego viuo propter patrem. to.1.185.L M.to.2.194.K L
Ioan.6.g. caro nō prodest quidquā. to.1.208.E
Ioan.7.f.de ventre eius fluent aquæ viuæ. to.1.71.C
Ioan.10.c.bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. tomo.1. 143.H I K L
Ioan.10.c.alias oues habeo. to.1.52. F.to.2.36.F
Ioan.10.f.ego & pater vnum sumus to.1.171.K
Ioan.12.d.Si quis mihi ministrat.to. 2.113.B C
Ioan.12.d.Vbi ego sum,ibi sit & minister meus. to.2.2.D
Ioan.12.f.Seruus cognoscens voluntatem domini &c. to.2.75.F G
Ioan.13.d.In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis. tomo. 2.45.E
Ioan.14.a.ego sum via. to.1.199.A
Ioan.14.b.qui videt me, videt & patrem. to.1.145.C.199.I
Ioan.14.b.& mundus me non videbit. to.1.207.H
Ioan.14.d.pater maior me est. to.1. 185.F.to.2.194.M
Ioan.14.d.Venit enim princeps huius mundi. to.1.108.B
Ioan.15.a.Ego sum vitis, vos autem palmites. to.1.15.F.186.A
Ioan.15.d.cum venerit paracletus,ille nos commonefaciet.&c. to.1. 206.G
Ioan.17.a.pater glorifica me. to.1. 186.D
Ioan.17.a.vt cognoscant te solum verum deum. to.1.186.L
Ioan.17.b.omnia mea tua sunt. to.1. 199.E F
Ioan.17.f.nemo ex iis periit nisi filius perditionis. to.1.42.I K
Ioan.17.d.pater iuste,mundus te nō cognouit. to.1.207.H
Ioan.19.b.Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. to.2.75.I
Act.1.a.vestrum non est scire tempora,temporumque &c. tomo.2. 195.G
Act.5.b.quid est quod conuenit inter vos, tētare spiritum sanctum. to.1.203.D
Rom.1.a.per quem accepimus gratiam & consolationem. tomo.1. 198.H
Rom.1.c.Qui veritatem in iniustitia detinent. to.2.78.D
Rom.1.d.Et sicut non probauerunt deum habere in notitia. tomo.2. 9.E
Rom.7.c.Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccatum. Non enim quod volo. to.2.72.G H
Rom.7.d.quis me liberabit de corpore mortis huius? to.1.63.K
Rom.8.a.In similitudine carnis peccati. to.2.170.C D
Rom.11.d.quoniam ex ipso & per ipsum,& in ipsum omnia.tomo.1. 196.I
Rom.12.a.obsequium rationale. to. 2.96.B
Rom.12.a.Vt probetis quæ sit voluntas dei. to.2.102.C D E
Rom.12.b.Inuicem diligentes. to. 2.97.G
Rom.12.c.Feruens spiritu. tomo.2. 99.D
Rom.12.c.Noli altum sapere. to.2. 76.L M
Rom.12.c.Nolite esse prudentes. to.2.98.E
Rom.12.c.flere cum flentibus. to.1. 96.L
Rom.12.d.Date locum iræ. to.2.I
Rom.13.d.sed induimini dominum Iesum. to.1.69.K
Rom.14.d.Bonum est non manducare carnem &c. to.2.78.A
Rom.15.a.Debemus autem nos qui potentes sumus &c. to.2.90.F
1.Cor.3.a.Charitas non inflatur. to. 2.76.M
1.Cor.3.d.In seculo hoc stultus fiat. to.2.101.L
1.Cor.4.a.Nihil mihi cōscius ipse sum. to.2.109.L
1.Cor.7.c.noli quærere vxorem. to.2.144 H
1.Cor.7.f. Qui vtūtur hoc mundo, sint &c. to.2.78.L
1.Cor.7.g.Nubat tantum in domino. to.2.133.M & seq.A
1.Cor.8.b.si quidem sunt dij multi ac domini multi. to.2.194.H
1.Cor.8.c.Si quis enim viderit te qui habes scientiam &c.tomo.2. 77.K
1.Cor.8.d.Non manducabo carnes in æternum &c. to.2.78.A
1.Cor.10.a.& omnes in Mosen, baptizati sunt. to.1.201.K
1.Cor.10.g.Ad gloriam dei manducare. to.2.52.B
1.Cor.10.g.Siue editis siue bibitis &c. to.2.92.G
1.Cor.11.c. quemadmodum mulier ex viro,ita vir per mulierem. to. 1.197.D
1.Cor.11.c.Nunquid domos non habetis ad manducandum. tomo.2. 106.M
1.Cor.11.f.Mortem domini annunciabitis. to.2.96.K
1.Cor.12.b.hæc autem omnia operatur vnus & idem spiritus. to. 1.203.E
1.Cor.12.d.Si patitur vnum membrum &c. to.2.90.B
1.Cor.13.a.si linguis loquar &c. to. 2.175.D
1.Cor.13.a.Si habeam omnem fidē, adeo vt montes dimoueam. to. 2.90.H
1.Cor.13.b.Charitas οὐκ ἀσχημονεῖ. to.2.97.M
1.Cor.14.b.Spiritus meus orat, at mens fructu vacat. to.2.102.I
1.Cor.15.c.Christum regnum dare deo ac patri. to.2.195.G
1.Cor.15.d.cum autem subiecta fuerint illi omnia &c. to.1.185.F
1.Cor.15.g.Abundantes in omni opere. to.2.104.C
2.Cor.2.a.Consilia destruentes.to. 2.2.G
2.Cor.4.b.ἀπορούμενοι,ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. to.2.101.E
2.Cor.4.c.egestate liberamus. to. 2.101.E
2.Cor.4.c.Maledicimur & benedicimus. to.2.95.I
2.Cor.5.d.si qua in Christo noua creatura. to.1.57.I
2.Cor.6.a.Ecce nunc tempus acceptabile. to.2.15.M
2.Cor.6.c.Nolite iugum ducere cū infidelibus. to.2.16.A
2.Cor.7.a.Has ergo habentes promissiones. to.2.16.B
2.Cor.7.a.ab omni inquinamento carnis ac spiritus. to.2.76.F
2.Cor.12.c.Pro hoc dominum ter rogaui. to.2.99.G & seq.
2.Cor.12.c.cum enim infirmor tunc fortior sum. to.1.58.H.tomo.2. 52.A B
Gal.3.d.quicunque in Christo baptizati estis. to.1.201.B
Gal.4.a.factus ex muliere. tomo.1. 197.D
Gal.4.c.Filioli mei quos iterum parturio. to.1.61.H
Gal.6.a.Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. to.2.76.E F

Gal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gal.6.a.Alter alterius onera portate. to.2.90.G
Gal.6.c.Ergo dum tempus habemus. to.2.15.M
Epheſ.2.a.filij contumaciæ,filij iræ. to.2.101.A
Ephe.2.c.vt duos conderet in ſemetipſo in vnum hominem. to.1.57.I
Ephe.4.b.vnus deus & pater ex quo omnia. to.1.196.G
Ephe.4.f. Induite nouum hominẽ. to.1.69.K
Ephe.4.f.Iraſcimini & nolite peccare.Sol nõ occidat ſuper iracũdiam veſtram. to.2.97.H
Ephe.5.d.Nolite fieri imprudentes to.2.99.E
Ephe.5.d.Subiecti ſimus. tomo.2.83.E F
Phili.2.b.propterea largitus eſt illi deus nomen. to.1.185.F
Phili.3.a.Gaudete in domino. to.2.92.D
Col.1.a.Sine intermiſſione orantes. to.2.59.E
Col.1.c.primogenitus omnis creaturæ. to.1.186.E
Col.2.d.In humilitate & ſuperſtitione. to.2.99.C
Col.4.a.Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus. tomo.2.100.G H
1.Theſſ.2.d.Ego quidem Paulus & ſemel & iterum. tomo.2.101.M & ſeq.
1.Theſſ.5.c.ſemper gaudete, indeſinenter orate. tomo.1.90.D E F.94.D E
2.Theſſ.2.a.Reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis.to.1.42.I K
2.Theſ.3.b.Nocte & die laborantes. to.2.59.E
2.Theſ.3.c.Operantes panem ſuum manducent. to.2.61.D
1.Timo.1.a. Si quis autem ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet,fidem negauit. to.2.118.M
1.Timot.2.c.Mulieres in habitu ornato. to.2.94.A
1.Timot.3.d.quomodo oporteat te in domo domini conuerſari. to.1.53.I
1.Timo.6.a.In ſuperbiam eſt, nihil ſciens. to.2.76.M
2.Timo.2.c.in magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea. to.1.106.I K
2.Timo.2.d.Nemo militans implicat ſe negociis ſecularibus. to.2.2.D
Heb.1.a.Quoniam ſplendor eſt gloriæ. to.2.161.F G H

HOMOEOSES.

De aere peſtilenti & praua conſuetudine. to.1.107.I
De eo qui amore accenſus eſt, & amore erga deum. to.2.136.I
De animæ cogitationibus & ſpiritu. to.1.181.M
De aqua & morbo gulæ. to.2.5.C
De apibus & rhetorum libris. to.1.138.E
De arboribus,& Gordio. tomo.1.126.G
De architectonica arte. to.1.40.H
De armis externis & fidei. tomo.2.12.G H
De artificiis & operibus. tomo.2.46.B C
De aſcendentibus gradus & auaris. to.1.101.B
De athletis & virtutis amante. to.1.91.D
De atriis ſanctorum, & eorum factis. to.1.4.I
De auaritia & igne. to.1.131.C
De auriga & cibo. to.2.131.M
De auro & virtutibus. to.2.5.B
De balneum ingredientibus,& ſolitariam vitam amplectentibus. to.2.39.L
De beſtiis demulſis & concupiſcentiis. to.2.150.H I
De boue mutilo & eunucho. to.2.146.K
De cancro,& eo qui dolo fratrem circunuenit. to.1.22.B
De carcere & vitæ longitudine ſiue breuitate. to.1.95.D
De catena & trinitate. to.2.160.M
De centauro & homine. to.2.131.I
De cera & anima. to.2.150.H
De cera & corde. to.1.58.A
De cera & homine. to.1.152.B
De cereis imaginibus & inuidia. to.2.142.E
De certaminibus & ſtudioſo pietatis. to.1.91.D
De chirurgo & præpoſito aliis. to.2.56.E
De cibo nimio & inedia. tomo.2.131.M
De cibatione corporis & oratione. to.2.5.L
De eo qui clauos corpori infixos habet,& de dei timore. tomo.1.113.G
De cornuto boue & maſculo. to.2.146.K
De corporis vita & anima. tomo.1.117.D
De corpore maculoſo nudato in balneis,& anima exuta corpore. to.2.137.M.& ſeq.
De corporibus & anima rationali. to.2.142.I
De corporibus mollibus, & iis qui palam inſaniunt. to.1.204.I
De cucurbita & calore. to.1.10.A
De curatione corporis & animæ. to.2.64.I
De his qui in cuſtodias coniiciuntur,& de anima. to.1.95.D
De deo & dilectione. to.2.40.E F
De deo & medico. to.1.105.M
De diuite & ægroto. to.1.78.I
De ebriis & nauigiis. to.1.120.K
De equo & corpore. to.2.111.G H
De eo qui magiſtrum in ſole alloquitur& virgine. to.2.134.I
De erugine & inuidia. to.1.111.H
De eo qui minime ſentientem verberat,& de contumelioſis. to.1.109.C
De fabro ferrario & Chriſtiano. to.2.46.C D
De feris incluſis & Iudæis. tomo.1.29.I
De ferro & humana domini carne. to.1.141.C
De ferro in medio ignis & ſanctis virtutibus. to.1.181.F
De ferro ignito & baptiſmo. to.1.152.G H
De ferro ignito & de deo verbo. to.1.141.B
De ferro ignito & lapide. tomo.2.191.I
De figulo & deo. to.1.1.K L
De flamma & hæreſi. to.2.172.A
De flamma,& filio ex patre. to.2.161.I
De flumine & tyranno. tomo.1.101.C D
De fluminibus & auaris.to.1.101.C
De fluuio & diuitiis. to.1.98.G
De fonte & gulæ vitio. to.2.5.C
De frumento coempto & impletione terræ. to.1.33.C
De frumento & pane pauperi dato. to.1.97.M
De fullonibus & gloria huius vitæ. to.1.138.A
De fumo & peccato. to.1.60.L
De gutture & mente. to.2.102.M
De hiſtrionibus. to.1.138.M
De homicida & eo cui virilia reſecta ſunt. to.2.146.C

De

De homine aſtuto & diabolo. to.1.134.G H
De hydropico & verſuram faciente. to.1.48.G
De igne & amore. to.2.133.I K
De igne & ſagittis. to.1.44.L
De igne & vnguento & de ſanctis. to.1.126.F
De imagine & diuina operatione. to.2.203.A B
De inſania captis & animo auari. to.1.98.E
De inſtrumenti officio & dicendi vario genere. to.2.12.G H
De intemperantia gulæ & abſtinẽtia. to.2.132.K
De inuidis,& vulturibus ac muſcis. to.1.111.L M.112.A
De irato & torrente. to.1.108.G
De iride & trinitate. tomo.2.161.B C
à lapide coniecto in ciſternam. to.2.133.L
De lapide & laſciuo intutu. to.2.133.L
De lebete & pluuia. to.1.13.F
De lepore & vulpe & de orationis inuolucro. to.1.114.E
De lege & dei ira. to.1.64.D
De libra & de corpore & anima. to.1.88.B
De linea & corde. to.1.44.H
De luce ſenſibili & ſole iuſtitiæ. to.1.60.E
De lucerna ſublata in nocte & gubernatione intelligibili. to.1.203.L
De iis qui maculam in corpore habent,& de velamine carnis exuto to.1.137.M
De magnete & fœmina. to.2.130.K 134.L
De magiſtri præſentia & ieiunio. to.1.86.D
De medicamento & corporis neceſſariis. to.2.40.A
De medicamentis & tenebris in domo,& de morte. to.1.141.D
De medico & Chriſto. to.2.195.B
De medico & deo. to.1.87.F 105.M
De medico & ſpiritu ſancto. to.1.40.B
De medicorum conſuetudine & Baſilio. to.2.181.I
De medicorum conſuetudine & vitiorum reſectione. to.2.55.I K 63.I
De medicorum præceptis & ſpiritualibus monitionibus. tomo.1.108.E
De membris corporis & communi ſocietate. to.2.54.K
De membris corporis & mutuo auxilio. to.2.60.M
De milite & peccato. to.2.133.M 134.A
De morborum varietate, & peccatorum,doloribus & cruciatibus. to.2.100.M
De morbis corporis & animi. to.2.105.H
De naue & ieiunante. to.1.83.E
De naufragantibus,& Baſilio.to.2.181.I K
De naufragis & iis qui in littore cõſtituti ſunt. to.1.91.H
De nauigandi inſolentibus,& Baſilio. to.2.150.E
De nauigantibus,& Baſilio. to.1.23.F
De nauigio debili & vxorum affectu. to.1.100.I
De noctua, & inanis ſapientiæ ſtudioſis. to.1.26.B
De notis & peccato. to.2.138.D
De nubibus & homine. tomo.2.183.B
De oculo vago & mente. tomo.2.150.F
De oculo & anima. to.1.117.D
De oculo & aquæductu. to.1.38.A
De oculo & corde turbatis. to.1.60.B
De oculo & intellectu. to.1.175.L
De oculo & mente. to.1.29.F
De oculo & mente. to.1.30.D
De oculo obeſo & anima. tomo.1.93.A
De oculo ſeipſum non vidente. to.2.191.G
De oculo puro corporis & eccleſiæ præfecto. to.2.156.G
De oculis & anima ingrata. to.1.95.G H
De oculis ad ſplendida directis & mente. to.2.152.C
De oculo ſano & operatione ſpiritus. to.1.299.C D
ab olei & aquæ miſtione. tomo.2.141.H I
De oleo & ieiunio. to.1.85.G
De oleo & mundo. to.1.6.M
De pallio & verbo. to.1.69.K
De pardalis ira & diabolo. tomo.1.132.E
De pardo & monacho. to.2.38.H
De paruo indumento & rebus neceſſariis. to.2.39.M
De paruis, pueris & pædagogo, & de iis qui diuina audiunt.tomo.1.113.I
De pede obtorto,& corde obliquo. to.1.55.M
De peſtilenti contagione & contentioſis hominibus. to.1.213.G
De peſtilenti aere & praua conſuetudine. to.1.107.I
De pictore & ſtudioſo. to.2.151.A
De pictore & mente poſt vitæ exitum. to.2.134.K
De pictoribus & moribus multorum. to.2.40.B
De pictoribus & philoſophis. to.1.138.M
De plantis & anima. to.1.138.B
De plantatore & Dionyſio. tomo.2.159.D
De polypo, & iis qui potentatus perpetuos ſubeunt. to.1.22.C
De ponderibus & anima.to.1.92.M
De pulchritudine caſtæ & meretricis mulieris. to.1.10.H
De puteo & diuitiis. to.1.98.H
De radice arboris & cauſa primaria peccati. to.2.104.A
De ſagitta & inuidia. to.1.111.I
De ſagitta & iudice. to.1.114.L
De ſagittis & conuitiis. tomo.1.109.F G
De ſagittario & recto iudice. to.1.114.L
De ſatyris & virgine. to.2.135.K
De ſcorpij filiis & auari. to.1.131.G
De ſemine & fidei augmento. to.2.179.C
De ſole & anima. to.2.111.F
De ſole & mente. to.1.123.E
De ſole lucente & ſpiritus ſancti gratiis. to.1.122.M
De ſpeculo & anima. to.2.169.I
De ſpeculo & filio dei. to.2.161.M
De ſphæra & natura. to.1.27.E F
De ſtatera,& corpore & anima. to.1.88.B
De ſtatua renouata & homine.to.1.152.A
De ſtellis & ſolitario. tomo.2.126.L M
De ſtomacho affecto & verbo veritatis. to.1.61.A B
De ſtuppa & corporum vtriuſque ſexus mutuo contactu. tomo.2.141.F G
De ſue & peccatore. to.1.42.A B
De ſylua ardenti & inuido. tomo.1.111.H
De teſſera & baptiſmo. tomo.1.118.C
De theatrum ingrediente & diuite auaro. to.1.99.B
De torrente & iratis. tomo.1.108.G

De veneno

Universidad de Deusto
Biblioteca

De veneno & inuidia. to.1.110.K
De verbo prolato & deo. tomo.1. 187.I
De vermibus & anxietate animi. to.1.92.E
De vermibus in viſceribus puerorum,& de peccato. to.1.82.L M
De venenatorum laqueo, & iis qui multa interrogare ſolent. to.1. 195.C
De viatore obliuioſo & Baſilio.to. 1.24.D
De viatoribus & vita humana. to.1. 134.L
De vinolentis & vallibus. tomo.1. 121.B
De viſu & ebrio. to.1.120.M
De his, quibus nulla fuit vrbium conſuetudo. to.1.17.A

PROVERBIA.

Altera manu demulcet caput, altera maxillam ferit. to.2.156.E
πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά. tomo.2. 191.B
Amicorum bona communia. to.2. 154.L
ἀπραξία, μείζων πράξις. tomo.2. 158.D E
Aquam cribro ferre. to.1.139.K
Arancoli ſtamen pertexere.tomo.1. 1.1.18.L
Arganthonij ſenecta. tomo.1. 140.H
Quoniam tu baculo ipſum percuties,& animam eius ex morte liberabis. to.1.106.F
Bis ad eundem offendere lapidem. to.2.188.B
φαλακρὸς ὤν, κατὰ κρῖμα νυκτάλωψ ἀντιπροσώπως. Caluo non eſſe cum ariete aduerſa fronte arietandũ. to.2.189.G
Velut ceruus ſagitta ictus in hepar. to.2.128.1.133. D.147.M
Corrumpunt bonos mores colloquia praua. to.1.107.I
Corruptor ſui ipſius. tomo.2. 55.I
Difficile eſt bonum permanere. to. 1.139.H
ὡς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν, In pertuſum dolium hauris. tomo.1. 85.B
Dolia fracta implere. tomo.1. 139.K
Fluuij curſus non detorquendus. to.2.189.I
κολοιὸν πρὸς κολοιόν. Graculum aſſidere graculo. to.2.191.E
Ne ſuſtineas inter graculos primas habere,cùm aquila eſſe queas. to.2.189.L
Qui ſeipſum humiliauerit, exaltabitur. to.1.133.K
Veru ignem diuidere. tomo.1. 139.K
ἀσθενεῖς ὄντες ἀργοί, Infirmi non ſunt ocioſi. to.2.187.H I
ἔνδον ἰσμέν, intus ſumus. tomo.1. 31.F
Lapidem ad funiculum adplicare. to.1.138.F
ἐξ ὀνύχων λέοντα. tomo.2.159.C. 200.D
Mathuſalem ſenecta. tomo.1. 140.H
Medice cura teipſum. tomo.1. 175.D
πᾶν μέτρον ἄριστον. to.2.196.I
Olores canunt cum ſilent graculi. to.2.153.M
Paruum ſupra paruum adponere. to.1.140.H
Principium bonæ vitæ. tomo.1. 123.G
Pelagus aquam. to.2.158.L
τῷ εἰδότι λέγεις, ſcienti loqueris. to.1.83.D
Σκυτάλη λακωνική. to.2.201.D
κατὰ ῥοῦν. ſecundo flumine. to.1. 89.A
Septa tranſilire, ἰσκαμμένα πηδᾶν. to.1.18.C
Superbis reſiſtit deus, humilibus dat gratiam. to.1.133.K
Tithoni ſenecta. to.1.140.H
In triuio impeditus. tomo.2. 128.E
Date vinum his qui ſunt in triſtitia. to.1.96.M
Vitis non ſinenda ſarmentis noxiis ſylueſcere.δεῖ μὴ ὑλομανεῖν. tomo.1.15.H

FINIS.

A
Aerio & Alypio,epiſtola.140. folio.193.
Alexandrinis,epiſtola.71. fo.172.
Amazonio epiſt.130. fo.192.
Ambroſio epiſcopo Mediolanẽſi, epiſt.55. fo.165.
Amphilochio,epiſt.106. fo.187.epiſt.107.Ibidem.
Ancyræ eccleſiæ,epiſt.67. fo.170.
Andronico præſidi,epiſt.164. fo.199.
Antiochenæ eccleſiæ,epiſt.60. fo.166.
Anyſio, epiſt.103.fo.187.epiſt.104.Ibidem.epiſt.105.Ibid.
Aphricano,epiſt.125. fo.191.
Aſterio,epiſt.126.fo.191.epiſt.127.Ibidem.
Athanaſio Magno,epiſt.47.fo.162.epiſt.48.fo. 163. epiſt. 49.Ibidẽ.epiſt.50.Ibidẽ,epiſt.51.Ibidẽ.epiſt.52.fo.164.
Anathaſio epiſcopo Ancyræ,epiſt.53. fo.164.
Anathaſio Athanaſij epi. Ancyræ patri.epiſt.54.fo. 164.
B
Baſilij fidei exemplar,epiſt.78. fo.177.
Baſilio magno,epiſt.20.fo.154.epiſt.21. Ibidem. epiſt. 22. Ibidem.epiſt.23.fo.155.epiſt.24.Ibidem.epiſt.25.Ibidẽ. epiſt.26.Ibidem.epiſt.27.Ibidem.epiſt.28.fo.159.epiſt. 32.Ibidem.epiſt.34.fo.157.epiſt.35.Ibidem.epiſt.36.fo. 158.epiſt.37. Ibidem.epiſt.38. Ibidem. epiſt.39. Ibidem. epiſt.40. Ibidem.epiſt.42.Ibidẽ.epiſt.143.fo.196.epiſt. 145.fo.197.epiſt.147.Ibidem.epiſt.148. Ibidem. epiſto. 150.fo.198.epiſt.152.Ibid.epiſt.153.Ibid. epiſt.154. Ibid. epiſt.156.Ibidem.epiſt.159.Ibidem.epiſto.161.folio. 199. epiſt.162.Ibidem.
Boſporio,epiſt.86. fo.184.
Boſporio Coloniæ,epiſt.108.fo.187.epiſt.109.fo.188.
C
Cæſariæ epiſcopis,epiſt.31 fo.156.
Cæſarianis apologia Baſilij epiſt.141. fo.193.
Cæſarienſibus epiſt.30. fo.156.
Cæſario fratri,epiſt.110.fo.188.epiſt.111.Ibidem.
Candidiano,epiſt.173. fo.201.
Celeuſio principi epiſt.14. fo.153.
Celeuſio epiſt.131.fo.192.epiſt.132.Ibidem.
D
Diodoro,epiſt.167. fo.200.
E
Ecebolio,epiſt.99. fo.186.
Epiſcopis ſuæ curæ commiſſis.epiſt.76. fo.176.
Epiſtola anepigraphos,numero.176.fo.201.Alia item adeſpotos,numero.177.fo.eodem.
Euaſenis,epiſt.72. fo.172.
Eudoxo rhetori,epiſt.89.fo.185.epiſt.90.Ibidem. epiſt. 91. Ibidem,epiſt.117.fo.189.epiſt.118.fo.190.epiſt.119.fo. eodem.epiſt.120. Ibidem. epiſt.121.Ibidem. epiſt.122. fo. 191.epiſt.123.fo.eodem.epiſt.124.Ibidem.
Eunomio,epiſt.168. fo.200.
Euſebio epiſcopo Cæſariæ.epiſt.28. fo.156.
Euſebio Samoſatorum epiſcopo,epiſt.5.fo.152.epiſt.6. fo. eodem.epiſt.8.fo.152.epiſt.9.fo.eodem.epiſt.133.fo.192 epiſt.134.Ibidem.epiſt.135.Ibidem.
Euſebio ſodali,epiſt.11. fo.153.
Euſtathio epiſcopo Sebaſtiæ epiſt.79. fo.178.
Euſtathio medico,epiſt.80.fo.180.epiſt.81.fo.181.
Euſtathio philoſopho epiſt.165.fo.199.
Euſtochio ſophiſtæ,epiſt.115.fo.189.epiſt.116.Ibidem.
G
Gregorio Nyſſeno.epiſt.43.fo.159.epiſt.44.fo.162.epiſt. 92.fo.185.epiſt.93.fo.eodem.epiſt.94.fo.eodem.epiſto. 95.Ibidem.epiſt.96.Ibidem.epiſt.97.fo.186.
Gregorio patruo,epiſt.45.fo.162.epiſt.46.Ibidem.
Gregorio principi epiſt.98.fo.186.
Gregorio Theologo,epiſt.1.fo.150.epiſt.2. fo.151. epiſt. 3.fo.eodem.epiſt.4.Ibidem.epiſt.7.fo.152.epiſt.10.fo. 153.epiſt.19.fo.154.epiſt.33.fo.157.
H
Helladio.epiſt.17.fo.154.epiſt.18.Ibidem.
I
Italis & Gallis,epiſt.69.fo.170.epiſt.70. fo.171.
Iuliano epiſt.166. fo.200.
Iulittæ epiſtola.175. fo.201.
L
Leontio ſophiſtæ,epiſt.83. fo.183.
Libanio,epiſt.142.fo.196.epiſt.144.fo.197.epiſt.146. fo. 197.epiſt.149.Ibidem.epiſt.151.fo.198. epiſt.155.Ibidẽ. epiſt.157.Ibidem.epiſt.158.Ibidẽ.epiſt.160.fo.199.epiſt. 163.Ibidem.
Librario,epiſt.180. fo.202.
M
Maximo philoſopho,epiſt.41. fo.159.
Meletio epiſcopo,epiſt.56.fo.165.epiſt.58.Ibidem, epiſto. 59.Ibidem.
Monachis ſuis.epiſt.73. fo.173.
N
Nectario,epiſt.15.fo.153.epiſt.16. fo.154.
Nemeſio,epiſt.139. fo.193.
Neocæſarianæ eccleſiæ clericis,epiſt.63. fo.167.
Neocæſarianæ eccleſię prudẽtioribus ac doctiorib⁹,epiſt. 64.fo.168.
Neocæſarienſi eccleſiæ,epiſt.62. fo.167.
Neocæſarienſibus,epiſt.75. fo.175.
Nicobulo,epiſt.12.fo.153.epiſt.13.Ibidem.
Nicopolitanis,epiſt.66. fo.170.
Notario,epiſt.178. fo.201.
O
Occidẽtalibus epiſcopis & fratribus,epiſt.61.fo.166.epiſt. 74.fo.174.
Olympio,epiſt.100.fo.186.epiſt.101.fo.187. epiſt. 136. fo. 193.epiſt.137.Ibidem.epiſt.138.Ibidẽ.epiſt.169.fo. 200. epiſt.170.fo.201.epiſt.171.fo.201.epiſt.172.Ibidem.
P
Patrophilo epiſcopo, epiſt.82.fo.181.epiſt.85.fo.183.
Phirmino. epiſt.174. fo.201
Poſthumiano. epiſt.128. fo.191
Præſidi, epiſt.179. fo.202.
Procopio, epiſt.102. fo.187.
S
Saturnino. epiſt.129. fo.192.
Simplicianæ hæreticæ, epiſt. 87. fo.184. epiſt.88.Ibidem.
Sophronio magiſtro,epiſt.84. fo.183.
Sophronio prouinciæ rectori,epiſt.112. fo.188. epiſt.113. Ibidem,epiſt.114.fo.189.
T
Tranſmarinis epiſcopis,epiſt.77. fo.176.
Tyanorum ſenatui,epiſt.68, fo.170.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ prior hic Tomus operum D. Basilij complectitur lemmata, eorum & Epigraphæ & Catalogus hac serie digesta sunt.

EPistola nuncupatoria ad reuerendum P. D. Philippum le Bel S. Genouefæ prudentissimũ abbatem.
Compendiaria selectio ex Biographis Hieronymo, huius metaphraste Sophronio, Suida & Philostorgio in vitam & opera huius S. patris Basilij.
Index memorabilium sententiarum quàm hactenus prægnantior & absolutior.
σφάλματα quæ currente prælo per incogitantiam obrepserunt.
Hexaëmeri operis Homilia.1.in illud, In principio fecit. fo.1.A.
Eiusdem operis homilia.2.in illud, Terra erat inuisibilis. fo.4.I.
Homilia tertia, quæ est de modis generationis. fo.7.I.
Quarta de aquarum congregatione. fo.11.E.
Quinta de germinatione terræ. fo.13.I.
Sexta de luminarium creatione. fo.16.K.
Septima de reptilibus. fo.21.B.
Octaua de volatilibus & aquaticis. fo.23.H.
Nona de terrestribus. fo.27.A.
Decimam & vndecimam consulturus lectori Godef. Tilm. locis aliquammultis παραφραστικῶς vertit, Priorem habes. fo.30.C.
Posteriorem. fo.34.K.
De paradiso homilia. fo.38.G.
Proœmium in psalterium simul & homilia in psalmum.1. fo.39.L.
Secunda homil.in psal.7.Domine deus meus in te speraui. 42.G.
Tertia in psalmum.14.Domine quis hab. 45.E
Quarta super eodem psalmo. 47.B.
Quinta in psal.28.Afferte domino. 49.A.
Sexta in eundem psal.Adorate domi. 52.E.
Septima in 29.psal.Exaltabo te domine. 53.H.
Octaua in psal.32.Exultate iusti in do. 55.I.
Nona in psal.33.Benedicam dominum. 59.A.
Decima in psal.37.Domine ne in furore. 63.M.
Vndecima in psal.44.Eructauit cor meum 66.H.
Duodecima in psal.45.Deus noster refugium. 70.C.
Tertiadecima in psal.48.Audite hæc omnes. 72.E.
Quartadecima in psal.59.Deus repulisti nos. 75.M.
Quinta & decima in psal.61.Nonne deo subiecta. 77.D.
Sexta & decima in psal.114.Dilexi quoniam. 79.C.
Septima & decima in psal.115.Credidi propter quod. 80.I.

His proximè subiecimus Homilias quas ad populum habuit B. Basilius uario argumentorum genere numero 29.

Primam Homiliam habes.fo.82.K. Alteram.fo. 85. E. Vtraque est de Ieiunio, Des. Erasmo interprete. Tertiam in ilud Moseos: Attende tibiipsi, habes.folio..87.B. Hanc item & duas proximè secuturas vertit de integro Godefridus Tilmannus, reliquas versurus saltem recogiturus, si licuisset per ocium & valetudinem.

Quarta quæ est de gratiarum actione, habetur. fo.90.D.
Quinta in Iulittam martyrem. fo.93.E.

Quæ sequuntur, has habes Raphaele Volaterrano interprete.

Sexta est aduersus auariciam. fo.97.D.
Septima itidem in diuites auaros. fo.99.G.
Octaua dicta est, quum fame vrgerentur & siccitate vel squalore. fo.102.G.
Nona, quòd deus non est auctor malorum. fo.105.F.
Decima de ira. fo.108.E.
Vndecima
De Inuidia. fol.110.I
In principium Prouerbiorum. fol.112.H
Exhortatio ad Baptismum. fol.117.B
Aduersus ebrietatem & luxum. fol.119.M
De Fide. fol.122.C
In illud, In principio erat verbum. fol.123.C
In sanctum baptisma. fol.124.G
De Barlaam martyre. fol.125.D
In Gordium martyrem. fol.126.A
In quadraginta martyres. fol.128.D
Homilia in aliquot scripturæ locos, vbi de variis differit vitiis, de acceptãdis personis, ira, inuidia, habita in Lacizis. fol.130.C
De Humilitate. fol.133.H
Non acquiescendum rebus temporariis. fol.134.F
Quis excerpi fructus possit è doctrinis Gentilium. fol.137.H
De Humana Christi generatione. fol.140.L
De Mamante martyre. fol.142.M
De Spiritu sancto. fol.144.D
In Sabellianos, Arium & Anomœos. fol.144.M
De Pœnitentia. fol.147.C
His.29.Homiliis subiicitur vna quæ vt prolixior in tres dissecta est parteis. fol.149.B.
cui accedit altera quæ & in tredecim capita distinguitur. fol.157.B
Homilia eiusdem, quòd tentatori sine Dei gratia nemo resistit. fol.163.H
Libri tres euersorij aduersus Eunomij Apologeticum, Georgio Trapezuntino interprete. fol.164.I
His appressi sunt quartus & quintus qui in idem argumentum conspirant. fol.182.M
Libri item alij duo de Spiritu sancto ad Amphilochium, D. Erasmo interprete. fol.195.A

Errata sic corrigito.

Tomo primo.

Folio.5.pagina.1.versu.23.aliquomodo inuestigabili. Eodem folio in margine ἀνομοιομερῆ. fo.35.pag.1. vers.18.ἀποίησιν. fo.83.pag.1.in margine ad finem. Abstinentia maiorum.

Tomo secundo.

Folio.2.versu.15.nimirum subiectis.versu.16.quid augustius.fo.3.pa.2.versu.42.studiosus.fo.4.pa.1. versu.27.beatissimus.fo.6.pa.1.ver.10.Qui.fo.37.p.2.post versum. 24.insere hæc. Quid est proprium eorum qui talem memoriam seruant? Vt non amplius sibiipsis sed ei viuant qui pro ipsis est mortuus ac resurrexit.fo.51.pa.1.vers.31.diuitis.fo.53.pa.1.ver.37.alienius.f.58.pa.2.ver. 7.à fine.psalmodiæue.fo. 59.p.2.ver.7.à fine noxios.63.pa.1.ver.12.maturam.fo.90. pa.1. ver.12.à fine in margine meritos. fo.95. pag.2.ver.21.quî consolari.fo.98.pa.2.ver.7.in margine.ἀρεῖ.fo.110.pa.1.vers.10.subindicans. fo.114. pa. 1.ver.16.impediet.fo.120.pa.2.ver.6.consilia.fo.134.pa.2.ver.43.nisi quæ.fo.143. ver.19. seruant. f.145. pa.2.penul.versu munus.fo.150.pa.1.ver.17.à fine quid in hoc.fo.154.pa.2.ver.31.homines.fo. 176.pa.2. ver.27.tanquam. fo.184.pa.2.ver.39.afficere. fo.187.pa.1.ver.7.cõfortes.fo.190.pa.1.ver.27.verò.Ibidẽ ver.31.vociferer.fo.202.pa.1.ver.20.morem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A

Sancti patris nostri Basilij, no-

MINE REQVE MAGNI CAESAREAE CAPPADO-

ciæ quõdam Archiepiscopi, homiliæ nouem in Hexaëmeron, Ioanne Argyro-
pylo interprete quidem: at eædem recèns accuratiore opera ac pro-
pensiore studio recognitæ, & suæ puritati restitutæ, colla-
B *tione expolitissimi exemplaris Græci per Godefri-*
dum Tilmannum Cartusiæ Parisiensis ex
professo monachum.

Homilia prima.

In principio fecit deus cœlum & terram.

C DEcens est, accommodatúmque principium ei, qui mundi constitutionem sit enarraturus, suæ narrationi vt præstruat principium, quo res conspicuæ ac subiectæ oculis in suum quæque ordinem distributæ sunt & distinctæ. Etenim cœli terræque tradenda creatio est, non vtique euentu fortuito aut casu exorta, perinde vt quidam sunt opinati: sed originem ab ipso deo atque causam sumpsit. Cuiusmodi esse debet auditus, dignus vt sit percipienda eorum quæ dicuntur, magnitudine? Quónam apparatu adornatam conuenit esse animam tantarum rerum auscultationi occursuram? Nempe liberrimam & perpurgatam ab impura omni carnis affectione, minimè caligantem temporariæ istius vi- ἀρχὴν διακοσμήσεως.

D tæ curis, sed expromptam & alacrem ad tolerantiam laborum, singulis disquirendis attentam, quæ vndiquaque circumspiciat, contempletur cuncta & exploret: sicunde notio quæpiam conceptióve nihil deo indigna affulgeat menti. Prius tamen quàm quæ sit horum verborum complexio, exactè disquiramus, perscrutemúrve quantum sententiarum acumen istę perquàm pusillæ voces nobis insinuẽt: nobiscum ipsi reputemus, quisnam sit is, qui scitè adeò hæc nobis edisserit. Tanti enim istius scriptoris sensa profundiora etsi non assequamur per mentis nostræ imbecillitatem: at certè autoritati dicentis fide omni dignissimæ attenti, nihil inuiti assentiemur illius dictis. Moses sanè is est, qui hanc nobis historiæ commen-

E tationem in commune exponit. Ille inquam Moses, qui etiamdum ad matris pendens vbera, scripturæ testimonio probatur amabilis deo fuisse & gratiosus, quem sibi adoptatum fi- ἐσθὶος, χαρίεις, ἀστεῖος χαρις est Hesychio.

lia Pharaonis magnifico ac regali impendio curauit educandum, & ad se accitis sapientibus Aegyptiorum, inque magistros præfectis puerum tradidit erudiendum. Is deniq; tyrannidis fastum perosus, ad suæ gentis contribules recurrit, eorúmque humilitatem complexus præelegit calamitates ærumnásque cum dei populo experiri, quàm vt temporaria voluptate perfruitus se obnoxium redderet peccato. Idem sic erat natura suapte compositus, vt summo semper amore iusti & æqui fuerit obseruans ac tenax: quando vel priùs quàm principatus populi ipsi esset concreditus, tam ad totius improbitatis odium natura propende-

F bat, vt ad necem vsque de iis vltionem expetiuerit, qui iniuriam proximo priores intulerant. Denique vt verteret solum, sibique consuleret fuga, ab iis compulsus est, in quos beneficia contulerat. Et quidem nihil inuitus cessit seditiosæ ac tumultuanti vitæ Aegyptiorum. Ad Aethiopiam enim vsque profectus, ibique securus omnium ac proinde liberrimum nactus otium, totos quadraginta annos contemplationi rerum indulsit. Qui annos natus iam octoginta deum vidit, quoad videre potest homo, veriùs quantum mortalium nemini catenus concessum est videre, id comprobante dei testimonio dicentis: Si quis fuerit inter vos Num.12.b.
propheta domini, in visione apparebo ei, & per somnium alloquar eum: at non sic vt seruus meus Moyses, qui in tota domo mea fidelis est. Ore ad os loquar ei in visione & non per ænigmata. Is igitur, qui dignus habitus est, spectator vt esset peræquè ac angeli, faciei diuinæ, ἰδεῖν τεῖς ἀγγέλοις ἀξιωθεὶς.
ille inquam quæ auditu didicerat colloquente secum deo, hæc nobis edisserit. Audiamus igi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur verba veritatis neutiquàm consistentia in persuasibilibus humanæ sapientiæ suadelis, sed quæ deprompta sunt è veraci doctrinæ spiritus promptuario, quorum exitum non plausibilis auditorum acclamatio laúsque excipit, potiùs iis qui docentur, conciliant salutem. G

Aggressio enarrationis.

In principio fecit deus cœlum & terram.) Vis huius sententiæ sanè quàm admirabilis orationem sistit meam. Quid dicam primùm? Vnde inducti istius axiomatis narrationem exordiar? Num externæ sapientiæ professorum supercilioſam coarguam vanitatem, an veritatem potiùs fidei nostræ meritis laudibus efferam? Et quidem de rerum naturis illi Græcorum sapientes quàm multa sunt commentati, & in literas transmiserunt? Atqui ne vna quidem ratio apud hos solidè constitit, immobiliter, & inconcussè, nimirum posteriore semper priorem excludente sententiam, adeò vt operosum iam non sit nobis illorum dogmata argumentis elidere, quando per mutuam futilium verborum velitationem satis ipsi sunt suismet euertendis opinionibus. In his enim qui verissimi & vnius dei ignoratione caligabant, ij causam illam primariam negarunt prouida mente esse præditam, qua rerum omnium moderandæ generationi præesset: sed & se totos permittentes atque accommodantes primæ illi suæ de deo ignorantiæ, quæ videmus cuncta ad ortum progredi, hæc ita emergere concluserunt perpeti quadam serie successionis. quò contigit, vt horum nonnulli ad materiæ præiacentis principia ceu bases quasdam vniuersi confugerint, causam creaturæ totius acceptam ferentes mundi istius elementis. E diuerso alij minutissima quædam & impartilia corpora, moles item ac meatus naturam continere omnium quæ oculis quaquauersum subiacent, vecordi imaginatione delusi astruxerunt. Opinati enim sunt nunc quidem illis insectilibus corpusculis inter se coalescentibus & agglutinatis, nunc contrà eisdem disparatis à se ac seiunctis generationes fieri rerum & corruptiones, simul & tenaciorem atomorum inter se complicationem causam præbere diuturnioris persistentiæ longissimè duraturis corporibus. Prorsus istius generis scriptores, quid aliud dicas, quàm stamen flaccidum araneoli pertexere, dum pertenues adeò comminiscuntur rerum causas, dum cœli terræ, marisque principia supponunt nuspiam consistentia? Neque enim didicerant illud depromere: *In principio fecit deus cœlum & terram.*) Eóque factum est, vt vniuersam hanc mundi molem citra vllam moderatricis prouidentiæ ac rerum dispensatricis operam, nimirum temere ac fortunæ nusquàm consistentis impetu ferri arbitrati sint, suamet in deum circunuenti impietate. In hanc absurditatem plusquàm impiam nequando nos contingat impingere, is qui mundialis fabricæ conscripsit creationem, in ipso mox aditu suę conscriptionis, diuini nominis inductione, nostram illustrauit mentem, hisce verbis exorsus: *In principio fecit deus.*) Ecquàm rationi consentaneus ordo. Principium enim primo statuit loco, vt ne qui mundum hunc principij expertem opinarentur. Mox adiecit & illud, *fecit*: vt qualecunque tandem specimen, id quod factum est, declararetur esse, ac minima portio potentiæ admirandi huius opificis. Quemadmodum enim figulus cùm ad vnius suæ artis methodum innumera vasa effinxit, ne sic quidem ars illi figulinaria disperiit, aut accisæ sunt & attritæ vires: itidem vniuersi huius opifex effectricem illam potentiam suam non creando vni mundo habet sic admensam & circunscriptam, quò minus tantò possit hoc vno plures effingere, sed quæ in infinitum exuperet, quando & rerum quæcunque oculis sunt conspicuæ, magnitudines vel solo annutu suæ voluntatis condidit. Hic itaque mundus sortitus quum sit principium, quippe qui olim conditus: relinquitur iam tibi, quærendum à quo principium sit sortitus, quis tantæ molis fuerit opifex. Veriùs vt ne, si humana ratiocinatione nitens, singula exactiùs pergas exquirere, longiùs digrediare & aberres à via veritatis, anteuertit nos Moses sua hac doctrina tueri ac communire, quando illud multò omnium pretiosissimum nomen dei adiecit, quasi sigillo quopiam animas nostras consignaret, aut certè eas aduersus cuiuscunque tandem erroris venena præmuniret præseruatorio aut tutelari quodam amuleto, idque dum dixit: *In principio fecit deus.*) Natura planè beata deus, exuberantissimè abundans ac luculenta bonitas, cuique rationis capaci mirè amabilis, pulchritudo flagrantibus votis & exæstuanti desiderio nulli non expetenda, omnium quæ sunt, primiceria origo, fons vitæ, spiritualis omnis intelligentiæ lux, sapientia inattingibilis nec vlli peruia mortalium. Hic inquam ille est, qui cœlum & terram creauit, idque in principio. Nihil igitur ô homo eorum quæ oculis tuis subiecit deus, opinêris expers esse principij. Rursus quum te vndique cingi his intelliges, quæ iuxta cœli motum in orbem cientur, nec tamen istius sphæricæ motionis principium quiueris sensu deprehendere: nolim eiusmodi corporum quæ H I K L M

Gentilium philosophorum inconstantiam fugillat.

τὰ ἀφῃρῆς.

Atomos cõmenti sunt Leucippus & Democritus. lib. 9. Laert. Dio. Plutar.

Collatio.

ὁμοίωσις nõ intempestiua.

ἐγκώμιον dei.

A rum quæ circulari latione aguntur, naturam putes esse principij expertem. Sanè orbis hic (planam dico figuram, quam vnica circumplectitur & ambit linea) tametsi sensum defugiat nostrum, adeò vt ne vnde quidem cœperit, inuenire possimus, aut in quem desiturus sit finem: non continuo decerni debet ob id exors esse principij. Esto id sensum effugiat, re tamen vera ab vno aliquo prorsus cœpit, qui centro ipsum circunscripsit simul & interstitio. Itidem & tu per hoc, quòd corpora hæc quæ orbiculari cientur motu, intelligis quasi mutua conspiratione & concordi annutu in seipsa versari: solerter prospice, ne ipsa eorum æquabilis motio, nec vllo prorsus interciſa medio errorem tuæ menti instillet, aut insertum relinquat, quo malè persuasus credas mundum hunc vt nullam aliquando sortitum originem, ita nec vllo fine olim contrahendum. Præterit enim figura mundi huius. Et, Cœlum &
B terra transibunt. vtrunque hoc dogma certò præcinens futuram consummationem mundique in melius permutandi innouationem, ipsa eadem complectitur, quæ & hìc verborum compendio ad nostram omnium qualencunque, nempe elementarem institutionem doctrinæ sibi diuinitus aspiratæ Moses tradit, dicens: *In principio fecit deus.*) Nam quæ ex tẽpore cœperunt, necesse prorsus, eadem vt aliquando desitura sint & consummanda. De horum igitur fine nihil addubites, quæcunque ex tempore sumpserunt principium. Geometricæ dimensiones, rationésve arithmeticæ supputationis, de solidis item corporibus commentationes, ipsa denique vel vulgo decantata astronomia, negotiosissima prorsus vanitas ad quem prono excursu propendent ac deuergunt finem? Etenim hæc qui propensiore
C studio consectati sunt, iustóque operosiorem operam in istis contriuerunt, eò demum sunt prolapsi impietatis, vt conspicuum hunc ac visibilem mundum decernerent vniuersorum opifici Deo coæternum, ad comparem diuinæ maiestati gloriam promouentes eum qui certa lege circunscriptus est & principij & finis, & cuius corpus crassissima concretione materiæ conflatum est & compactum, hunc æquiparantes ei cuius natura nulli est vel comprehensibilis vel visibilis mortalium. Adeò ne vel ad tantillum lumen, intelligentiæ mentem suam non poterant attollere, vt secum reputarent, quia cuius partes corruptioni & alteration sunt obnoxiæ, huius totum necesse sit cum suis partibus easdem aliquando vt subeat
D affectiones? Sed quid? eousque vanitatis prouecti sunt, suismet cogitationibus, tanta caligine ignorationis obscuratum est insipiens cor eorum: vt cùm se deprædicarent maximè omnium esse sapientes, eò stultitiæ euaserint, vt pars istiusmodi philosophantium asseruerit vnà cum deo ab æterno cœlum extitisse. Alij cœlum ipsum esse deum pronunciarunt, quare nec cœpisse aliquando, nec vllo desiturum aut intercipiẽdum fini, ac proinde eundem cum deo professi sunt singularum quarumque partium vniuersi administratorem esse. Erit dubio procul, erit inquam, quando redundans hæc mundi sapientia cumulum istis exaggerabit supplicij grauioris, quippe qui ad futilis & euanidæ vanitatis contemplationem cum acriter adeò & argutè oculos mentis intenderint, ad vnius veritatis apprehendendam intelE ligentiam vltronea sua impietate siuerunt se excæcari. Quin & ij qui amplissima spatia quibus à se stellæ dirimuntur, stulta persuasione se confidunt permetiri posse, iidem velut digito consignant eas quæ nullo non tempore se conspicuas exhibent, & quæ à septentrionis plaga affulgent. Quantæcunque rursus ad polum austrinum positæ illius quidem regionis hominibus perspicuè conuisuntur, nobis verò non item. Latitudinem proinde toto aquilone se protendentem, ac zodiacum circulum tanto intercîdunt & dissecant à se interuallo, vt nemo ad numerum reuocet. Astrorum præterea cursus toties repetitos, contrà, fixas stationes, exclusiones, omnium ad sua primordia regressiuam motionem, quantum denique tem poris quisque planetarum deterat in explenda sua periodo, & hæc quidem exacta diligentia
F isti obseruarunt: vnam illam omnium præcipuam artem non inuenerũt, nimirum eam qua nosse poterant, secunque reputare deum esse vniuersi totius opificem, iudicem æquissimũ, vt qui mercedem resoluit cuique pro qualitate meritorum condignam quæ quisque in viuis designauit. Nec isti in animum induxerunt, vt intelligerent necessariò consequi mundi consummationem ex ratione quæ de futuro iudicio colligitur, Necesse enim sit, vt credas mundum hunc oportere immutari, si modò nihil diffidis statum animarum in aliam longè dissimilem vitæ speciem reformatum iri ac permutandum. Quemadmodum enim vita hæc temporaria cognatam obtinuit & huic mundo conformem naturam: itidem & secuturæ illius vitæ ratio, sortem conditionémve exceptura est animarum nostrarum statui commodissimè respondentem. At verò illi, tantum abest, vt verissimis hisce dogmatis animum

εἰς ἑαυτὰ συννεύει.

ἀξίωμα physicum.

In his Aristo. est.

ἀποκλείσεις, Argyropyl° legit ἀποκλίσεις

Collatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ὡς ἔοικεν.

aduertant ſuum, vt quoties cum illis conferimus de mundi conſummatione, deq; regene- G
ratione ſeculi, in effuſiſſimum riſum ſe reſoluant ac laxent, nóſque quaſi deliros deridiculis
ſannis proſcindant & inſectentur. Iam quando ita natura comparatum eſt, vt principium
naturæ ordine cuncta præcurrat quæ ab ipſo promanant: de his enarraturus Moſes quæ ex
tempore ſortita ſunt vt eſſent, neceſſariò cæteris ex tempore conditis hanc prætexuit vo-
cem: *In principio fecit.)* Nec tamen abſimile vero fuerit credere fuiſſe quiddam vel ante
mundi iſtius conſtitutionem, id quod arcana quadam animi contemplatione licuerit intel
ligi, tametſi hac de re nihil in literas Moſes tranſmiſerit, quòd rei tantæ cognitio parum ido
nea videretur iſtis paruulis, qui lactẽdum doctrinæ initiandi rudimentorum fidei veniunt
& inſtituendi. Erat ſanè ſtatus quidam mundi generatione ſuperior abſtractis illis à concre H
tione materiæ potentiis mundo præſtãtioribus pro decoro accommodatus, temporis etiam

ἐν ἀυτῇ.

conditione anterior, æternus nimirum ac perpes. Creaturas autem in ipſo creator omnium
atque opifex perfecit, lucem ſpiritualem eorum beatitudini accommodam, qui dominum
amant, naturas rationis vi maximè præditas atque inuiſibiles, omnésque beatarum mentiũ
ordines, quotquot noſtræ mentis quantanlibet dixeris, facultatẽ exuperant, quorum ne no-
menclaturas quidem poſſimus inuenire. Et hæc ſubſtantiam complent mundi illius inuiſi-
bilis, vt & ipſi inſtruimur doctore Paulo: In ipſo, ait, condita ſunt omnia, ſiue viſibilia, ſiue
inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue virtutes, ſiue
Mundus eſt hic διάστημα καλεῖσθαι καὶ παιδευτήριον τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων. Temporis quàm fluxa ſit & inconſiſtens conditio.
angelorum exercitus, ſiue archangelorum præfecturæ. Tum demum conueniebat, his iam I
conditis mundus vt accederet & adiungeretur, qui imprimis locus eſſet perdocendis ani-
mabus hominum atque eruditndis ſane quàm accommodus: dein, vt ſemel omnibus ſuo ca
paci ſinu excipiendis domicilium eſſet appoſitiſſimum, quæ generationi pariter & corrupti-
oni obnoxia ſunt. Sanè & mundo huic & iis quæ tum in eo producta ſunt animalibus & plã
tis congener ſubſtitit temporis curriculum accedens ſemper ac more fluentis aquæ recedẽs,
nec vnquam à cœpto curſu reſtitans aut conquieſcens. Quid enim? An non eiuſmodi eſt cõ
ditio temporis? Quod enim eius tranſactum iam eſt, vtique in nihilum abiit: nõdum adeſt,
quod eſt affuturum: quin quod adeſt, priùs ſenſum fugit tuum, quam cognoris adeſſe. Talis
planè eſt eorum quæ oriuntur conditio ac genius. Aut enim augeſcunt in horam, aut ad K
corruptelam deuergunt. Neque enim in iſtis quicquam liquidò queas deprehendere, fixum
quod ſit & ſtabile. Sanè conueniebat corporibus animantium ſtirpiúmque, quæ quaſi defluuio cuipiam aquarum iugiter ſcatentium lege naturæ adſtricta videntur & obnoxia vicariæ
motioni nunc ad generationem, mox ad corruptionem promouenti: vt intra vagam iſtam
nec cõſiſtentem temporis naturam continerentur, conditio cuius iis cognata eſt, quæ alter-
nam ſubeunt permutationem. Hinc propriè aggreſſus ſermonem de mũdo ſapiens, nos his

τῇ κατὰ χρόνον.

verbis edocet eius originem: *In principio fecit,* In eo nimirũ principio, quod ſimul fuit cum
tẽpore. Neq; enim iuxta rationẽ antiquioris aut primigeniæ cõditionis conteſtatur, mundũ
hunc ea quæ facta ſunt, omnia antegredi, dicens in principio factũ eſſe: ſed poſt ea quæ non
oculis iſtis ſed intellectu ſolo percipiũtur, principium narrat & originem rerũ iſtarum quæ L
viſu queunt aut alio quouis ſenſu percipi. Principium ſanè dicitur primaria quæuis motio,
Principij multiplex acceptio. ἀρχή, al. vitæ.
vt in illo: Principium viæ bonę eſt facere iuſta. A iuſtis enim actionibus primùm mouemur
ad beatam vitam. Dicitur rurſus, Principium id quoque, vnde quiduis conficitur, cum hoc
ipſum principium inexiſtit ei operi quod moliris, tale quid eſt in ædibus fundamentum &
carina in naui. Iuxta eam acceptionem dictum eſt: Principium ſapientiæ timor domini. Eſt
Pro ἰυσέβεια lege ἰυλάβεια.
enim hic reuerentiæ erga deum timor ad perfectionem contendenti veluti fundamẽtum &
gradus quidam. Eſt item principium eorum operum quæ arte conficiuntur, ipſa ars, vt ſapi-
entia Beſeléël is principium fuit totius ornatus qui circa tabernaculum conuiſebatur. Princi
בצלאל
In vmbra dei. Exo. 31.
pium denique actionũ non raro dicitur perutilis & accõmodus finis eorũ quę fiunt. Exempli M
gratia, Eleëmoſynæ hoc eſt benignitatis miſericordięve principium ſpes eſt laudis & gratiæ
apud deum ineũdæ: Omnisque actionis quæ à virtute proficiſcitur, principium ipſe eſt finis
conſiſtens in promiſſa beatitudine. Tot igitur modis dici quum ſoleat principium: conſide-
res velim, eáne vox ſingulis ſignificatis accommodari queat. Etenim diſcere vtique poſſis
quo primùm tempore conſtiterit mundi origo: ſi quidem ex hodierno die ad ſuperiores re-
trogreſſus ætates, ſtudio contenderis diem inuenire quo ſubſtitit primùm. Hoc enim pacto
inueniesvnde primaria illa motio acceſſerit tempori. Ad hoc deprehendes cœlum & terram
quaſi fundamenta quædam & baſes fulcrales vniuerſi priùs iacta fuiſſe & præſtructa. Subin,

occurret

A occurret menti verbum illud rerum artifex, quo præëunte in ſuum quæq; ordinem oculis τεχνικὸς λόγος.
ſubiecta atque conſpicua diſtincta ſunt: velut vox ipſa principij tibi nihil obſcurè indicat nõ
temere, nec fruſtra excogitatam eſſe mundi fabricã, ſed ad eum finem qui non modicam al
laturus eſſet vtilitatem, nec mediocre emolumentum his quæ complectitur. Erudiendis ſi-
quidem animabus ratione præditis officina eſt haud dubiè accommodatiſſima, & eiſdem
ad cognitionem dei prouehendis totius eruditionis domicilium appoſitiſſimum, per hæc
viſibilia ſenſiliáq; præſtruens viam ac veluti manuducens intellectum ad inuiſibilium con-
templationem, vel teſte Apoſtolo his verbis aſtruente ſententiam: Inuiſibilia ipſius à creatu-
ra mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Aut fortaſſe eò dictum eſt, *In prin=*
B *cipio fecit,* quòd creatio rerum momento minus perfecta eſt, citraq; omnem temporis ab- ἡ ἀρχὴ, ἀμφοτέρως τικῶς διάστατον. βεβαίωσις à ſimili.
ſoluta morulam: quandoquidem impartile quiddam eſt principium, nec vlla interuallari di
menſione à ſe toto diſpeſcitur. Quemadmodum enim principium viæ via nondum eſt, do-
mus quoque principium neutiquam cenſetur domus: itidem & principium temporis adeò
tempus non eſt, vt ne eius quidem ſit minima portio. Quòd ſi vnus aliquis contentione Principium téporis non eſſe tẽpus.
peruicaci aſtruet temporis principium eſſe tempus: is nouerit ipſum principium oportere iu
xta hanc poſitionem diduci in multifidas temporis partes, nempe in principium, media atq;
finem. Atqui res prorſus deridicula videtur, vel mente concipere principium principij. Quiſ
quis enim principium bipertitò ſecat, is duo principia pro vno efficiet, veriùs perquàm mul
C ta, imò infinita, quando id quod ſemel diſſecueris, in alia rurſus ſegmina intercîdi poſſit. Vt
igitur edoceret nos Moſes mundum hunc ſola dei voluntate ac citra omnem temporis mo
rulam ſubſtitiſſe, dixit, *In principio fecit*: pro quo alij quidam interpretes connixi ſenſum red
dere dilucidiorem, dixerunt: Ἐν κεφαλαίῳ, in ſumma ſiue ſummatim fecit deus. hoc eſt, ſi- Fecit deus.
mul omnia vel comprehenſim & momento minùs. Et hæc ſanè non admodum multa ha-
ctenus libuit dicere è plurimis. Artium porrò quum quædam ποιητικαὶ factiuæ dicantur: aliæ Artiũ ſectio
item πρακτικαὶ actiuæ, aliàs operatoriæ: aliæ rurſus θεωρητικαὶ contemplatiuæ vel ſpeculatiuę.
Et quidem artis contẽplatiuæ finis eſt ipſa commentatio efficax eorũ quæ mente verſamus.
Finis practicæ agitatio eſt ſiue motio corporis, quo quidem motu interquieſcente, nihil iam
D eius artis ſubſiſtit aut reſidet, quod cerni queat. Neq; enim vllus eſt finis artis ſaltatoriæ aut
ſi mauis, geſticulatoriæ & canendi tibia, quando ipſamet in ſeipſam operatio deſinit. In fa-
ctiua diuerſum reperias, vt operis quidpiam deſieris efficere, ſpectandum tamen opus tuum
proponitur, cuiuſmodi artes ſunt ædificatoria, fabrilis in ligno, excuſoria in ære vel ferro,
textoria, & quæcunque ſunt eius generis: quæ quidem vt non adſit artifex, cauſas tamen ad-
modum idoneas ipſa in ſpeciem prætexunt opera, quorum contemplatione poſſis rapi in e-
ius admirationem qui ædificator eſt, excuſor, aut textor. Quò igitur ſapiens Moſes expreſ-
ſius declararet mundum hunc, artificioſum ſanè opus in commune ob oculos omnium ex-
poſitum, vt eius ſedula contemplatione ad agnitionem pertingas ſapientiæ eius qui ipſum
E fecit, non alia vſus voce eſt, de ipſo locuturus, ſed dixit: *In principio fecit.* Non egit, neq; ſub- οὐκ ἐνήργησεν, οὐδὲ ὑπέστησεν, ἀλλὰ ἐποίησεν Lege Laert: quum aliàs, tum in Epicuro lib. 10.
ſtituit aut produxit, ſed ἐποίησεν fecit. Et quia complures eorum qui mundum ab æterno ſi-
mul cum deo fuiſſe ſunt opinati, non ab ipſo factum eſſe: ſed quaſi adumbratio quædam po-
tentiæ ipſius eſſet, ſponte velut obiter emerſiſſe ipſum aſſeruerunt: atque cauſam quidem ip-
ſius deum eſſe fatentur, cauſam tamen voluntate non concurrente: ſed perinde atque corpus
vmbræ, lucidúmque ſplendoris eſt cauſa: ideo talẽ errorem emendare propheta percupiens,
hac verborum exactiſſima complexione vſus eſt: *In principio fecit deus.* Non hoc ipſum pro-
ximè dictum, cauſa vt eſſet mundo ad ſubſiſtentiã ſui præſtitit deus: ſed fecit, vt bonus, quod
vtile eſt: vt ſapiens, quod pulcherrimum eſt: vt potentia præditus, quod maximum eſt. Nam
F tantumnon artificem tibi deum in ipſam rerum ſubſtantiam omnium ingreſſum ac partes
ſingulas inter ſeſe coniungentem atque accommodantem, conſentaneúmque ſibi conſonũq;
totum vniuerſum efficientem oſtendit: *In principio fecit deus cœlum & terram.* Ex duobus prin Cœlum & terram.
cipiis vniuerſi ſanè totius innuit eſſentiam, cœlo quidem prærogatiuam in generatione di-
gnitatem: terræ autem ad rerum eſſentiam, ſecundas adſcribens. Quicquid autem iſtorum
medium eſt, id vnà cum ipſis omnino finibus exortum eſt. Itaque etiã ſi nihil de cæteris di-
xerit elementis, igne, inquam, aqua atque aëre, tuopte tamen ſolerti ingenio capere velis.
Primùm quidem quoniam in omnibus omnia ſunt permixta: atque adeò in terra aquam,
aërem, & ignem inuenies: ſiquidem tam è ſilice quàm è ferro, quæ ſuam originem è terra tra
hunt, ignis exilit ac frictionibus copioſus emergens elucet. Vbi dignum id eſt etiam admi- Att. naturæ miraculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratione, quo nam pacto cum in ipsis corporibus innoxius latitet ignis, idem cum egressus G
fuerit, ipsa quoque absumat, à quibus eatenus seruatus est. Aquæ vero naturam ipsi insitam
esse terræ ij demonstrant, qui puteos effodiunt, & aëris item naturam eidem terræ inesse ipsi
vapores, quos ab humectata terra sole tepefacta resultare, surs̃umq; ferri cõspicimus. Deinde
Ratio physica. quoniam cœlum natura locum superum occupat, terra verò infimum: fit hinc vt quæ leuia
sunt, cœlum suapte natura petant: ponderosa verò ad terrã suopte nutu ferantur. Aduersan-
tur porrò sibi mutuò maximè superus inferúsque loci: qui quum & mẽtionem eorum fecit,
quæ plurimum inter sese suapte natura distant, is & ea comprehensim notauit, quæ mediam
inter illa regionem occupant atque implent. Quare singulorum enarrationem quęrere noli,
sed ea quæ silentio præterita sunt, per iam declarata intelligere velis. *In principio fecit deus cœ-* H
lum & terram. Quod si separatim inuestiganda esset cuiusuis earum rerum quæ sunt, essentia:
ἀπηρτημέ- aut earum quas contemplamur, aut earum quæ sensibus nostris obiiciuntur: longum profe-
νον λόγον. ctò atque à re proposita seiunctum admodum interpretationi sermonem adferret, vt in ex-
quirendis illis verba longè plura reliquis essent consumenda, quæ de singulis eorum quæ
quærimus dici possunt. Adde etiam, neque vllum operæpretium ad ædificationem ecclesiæ
tale studium negotiúmque conferre. Sed de substantia cœli satisfaciunt ea nobis quæ ab
φύσεως αὐτ̃ ἰδιότητα. Esaia propheta sunt dicta, qui vulgaribus verbis idoneũ de ipsius natura sensum nobis ape-
ruit, cum dixit: Qui firmauit cœlum quasi fumum: id est, qui tenuem naturam, non solidam
neque crassam, ad constituendam cœli substantiam fecit. De figura quoque satis sunt ea quę
idem ille dixit, dei gloriam enarrando: Qui constituit, inquit, cœlum, vt fornicem. Hæc ea-
dem & de terra vobisipsis consulimus, vt ne eius substantiam quæ illa tandem sit, curio- I
siùs perscrutemini, neu vosipsos ratiocinationum argutiolis deteratis, aut inaniter mace-
retis in ipso perquirendo subiecto: neque naturam aliquam, qualitatibus destitutam, & quæ
Catholicũ consilium. pro sua ratione expers sit qualitatis, quæramus: sed probè teneamus quòd omnia quæ con-
templamur in ipsa, ad eam rationem sunt accommodata vt essent: quippe quę essentiã ipsius
adimpleãt. In nihilum enim omnino desieris, si singulas eas quas obtinet qualitates ratiocinando conéris auferre. Nam si nigredinem, si frigiditatem, si grauitatem, si densitatem, si de-
nique qualitates eas, quas sibi gustus vendicat, aut si quas alias inesse terræ videmus, amoue-
In quæstionibus vitandam curiositatem. ris, nullum relinquetur subiectum. His igitur posthabitis, nec illud quæramus, moneo: super
quonam subiecto terra fundetur atque quiescat. Hoc enim pacto mens vertigine velut K
facta perturbabitur, ad nullum certum sanè finem ratiocinatione tua proficiscente. Si-
ue enim latitudini terræ substratum dixeris aërem esse, dubitabis quonam pacto per-
mollis illa multúmque inanis natura sub tanto pressa pondere perduret ac renitatur, nec
considentiam tantæ molis fugiens vndique dilabatur, perpetuoq; ad superna tendens super
opprimentis se telluris superficiem effundatur. Rursus, si supposueris aut statueris tecũ aquã
terræ subiectam esse, hoc quoque pacto quæres, cur pergraue densúmque corpus non pene-
tret aquam, seve illi immergat: sed à debiliore natura corpus illud terræ adeò pondere exu-
perans detineatur? Ad hæc ipsius etiam aquæ sedem si quæsieris: iterum dubitabis cuinam
corpori solido renitentiq; vltimus ipsius insideat fundus. Quòd si aliud quoddam corpus
quod terra sit solidius, tellurem, ne ad ima subsidat, prohibere ex suppositione dixeris: & il- L
lud quoque cogitabis, alio quodam opus habere à quo suffulciatur ac prohibeatur, ne & ip-
sum ad ima decidat: & si quippiam illi ex suppositione commentitia affinxeris, & isti iterum
aliud mens nostra fundamentũ quæret: atque hoc pacto in infinitum abibimus fundamen-
tis inuentis alia rursum excogitantes. Denique quantò longiùs ratione progressi fuerimus,
tantò maiorem afferre subducereq; vim renitendi cogemur, ad totam illam superpositã mo
lem sustinendam. Quamobrem modum finèsque menti statuito, ne tuam nimiam inuesti-
gationem, qua perscrutaris ea quæ comprehendi minimè possunt, Iob sententia carpat: in-
κρίκοι γῆς. terrogerisq; ab ipso & tu, super quo orbes siue anuli terrę firmati sint. Sed & si in psalmis au M
dieris vnquam. Ego confirmaui columnas eius: vim eam qua continetur atque stabilis est,
dictam esse columnas puta. Nam illud: Super maria fundauit eam: quid aliud, q̃ vndiq; terræ naturam aquæ circunfusam esse significat? At cùm fluida sit aqua, & ad decliuia suapte na
tura ruere soleat, quomodo sublimis manet, nullàque sui parte defluit? At terram etiam in
seipsa suspensam esse atque pendentem non animaduertis, eandem, immo verò ma-
iorem dubitationem afferre: quippe cum natura aquæ elemento sit longe grauior? Quin-
etiam siue per se ipsam consistere concesserimus terram, siue super aquis stabilitam es-
se dixe-

A se dixerimus, non discedamus vnquam à pia & religiosa sententia, sed simul omnia per eius ἀποστολι-
qui condidit, contineri potentiam fateamur. Hæc igitur & nobisipsis dicamus oportet, & κὸν κανόν catho-
iis qui nos percontantur, cuinam corpori veluti subiecto fundamento tam immensum hoc, licus.
intolerabileque terræ pondus innitatur, quòd in manu dei sunt fines terræ. Sanè id respon- Psal. 94. a.
si & nobis est ad parandam scripturæ intelligentiam tutissimum, & auditoribus conducibile.
Iam verò quidam interpretes naturæ, terram persistere immobilem tales etiam ob causas
magno cum apparatu verborum contendunt, nimirum quòd mediam regionem vniuersi Terra cur
occupauerit, quòdque æqualem vndiquaque ad extrema elongationem sortita, non iam ha stabilis, ra-
beat, in quam potiùs deuergat partem aut se acclinet. Quum enim similis pàrve æqualitas tio physica.
omni ex parte ipsam ambiens impossibilẽ inclinationem inducat ipsi terræ in vnam aliquã
B partem, necessariò in seipsa permanet. Proinde medium hunc locum terram esse sortitam
volunt, non quasi partitò aut casu quopiam: sed quod illi naturalis sit & necessaria eiusmo- μὴ ἀποκλη-
di positio. Nam cum locum versus supera cœleste corpus extremam regionem obtineat: quę ρωτικῶς.
nos (inquiunt) inde pondera cadere suppoſuerimus ẽ supernis, ea suopte nutu medium vn-
diquaque petent, ad ipsúmque ferentur. At ad quod cuiuspiam partes suapte natura feruntur, nimirũ ad id & totum ipsum itidem feretur, ac impelletur. Quod si lapides, si ligna, si ter
restria omnia, ad inferum mouẽtur locum: hæc eadem etiam & toti sanè propria fuerit ac-
commodatáque positio terræ. Si leue aliquid à medio mundi suopte motu ciebitur: procul
dubio sua illa motione suprema petet. Est itaque grauissimo cuique corpori propria hæc la-
C tio, vt deorsum feratur. At vniuersi medium, inferum esse locum nostra iam oratio demon
strauit. Noli itaque mirari si nulla sui parte terra excidit: quippe quæ medium ipsum occu-
pet vniuersi, locum accommodatissimum sibi natura. Omnino enim aut manere ipsam eo Theologicũ
in loco necesse sit: aut si motu præter naturam cieatur, à sua propria dimoueri sede. Si quid ἀξίωμα.
eorum quæ dicta sunt, probabile tibi videatur, ad dei sapientiam, quæ res omnes ita insti-
tuit atque disposuit, admirationem transferto. Non enim admiratio quæ maximas ob res
oritur, cum modus, cuius gratia fit aliquid admirabile, fuerit inuentus, imminui solet: Sin
hoc, at certè, simplicitas fidei rationalibus demonstrationibus plus apud te obtineat. Hæc
D eadem de cœli quoque natura dixerimus. Complures enim & eædem verbis prægrauidæ cõ- Cœlum.
mentationes à mundi sapientibus ad nos vsque transmissæ sunt de cœli natura. Quidam e- Hisce de re
nim quatuor ex elementis ipsum constare dixerunt: quippe cum tangi possit, atque conspi- buslege La-
ciatur: & terræ quidem renitentiæ ac soliditatis ratione, ignis autem ob aspectum, & cætero ert. Diog.
rum, mistionis causa, particeps sit. Quidam hac opinione, velut non probabili posthabita re
pulsáque, quintam quandam naturam corporis ad cœlum constituendum suopte ingenio εἰσαθυ καὶ
atque ex seipsis commentitiam & pro tempore excogitatam introduxerunt. Estq; apud eos παρ' ἑαυτ̃.
æthereum quoddam corpus, quod nec ignis sit (vt inquiunt) nec aër, nec terra, nec aqua, nec
omnino vnum aliquod simplicium corporum: propterea quòd simplicibus quidem propri-
us sit motus & rectus, puta, leuibus ad superna, grauibus ad ima tendentibus: & neque mo-
E tus ille ad superiora ferens, nec is qui ad inferiora deducit, eiusdem sit rationis cum circu-
lari periodo, & omnino motus rectus ad circularem illam circumlationem plurimam ha-
beat apostasim. Quorum verò secundum naturam diuersæ sunt motiones: eorum diuersam ἀπόστασιν
& euariantem (vt aiunt) essentiam esse necesse est. At neque supponere possumus, ex primis digressionẽ,
corporibus, quæ & elementa vocamus, cœlum constare: propterea quòd ea corpora, quæ cõ- distantiam.
posita sunt ex diuersis, æquabili motione, víque violenta carente, moueri non possunt: cum
singulis simplicibus quæ in ipsis insunt compositis, aliud alij momentum competat suapte
natura. Quocirca res compositæ primum quidem cum continuo cientur motu, non sine la-
bore retinẽtur: quippe quum vnus motus omnibus contrariis accommodatus, atque ami-
F cus esse nequeat: sed qui leui rei conuenit, grauissimæ aduersetur. Nam cum sursum versus
nos mouemur, terrea natura tum grauamur: cum infera petimus, vim tum inferimus igneæ
deorsum illam contra naturam trahentes. Elementorum autem ad contraria loca distra-
ctio, causa profectò fit dissolutionis & ruinæ. Quod enim coactum est & præter naturam,
quum parum resistat vix etiam ac violenter: id omne citò admodum in ea dissolui, ex qui-
bus constitit, solet: dum quicquid aliunde venerat in locum proprium redit. Ob has itaque
ratiocinationum (vt aiunt) necessitates, maiorum suorum rationib⁹ reiectis, illis opus fuit,
suam vt suffulcirent opinionem, priua quadam ac peculiari suppositione, qui quintam φύσιν.
quandam corporis essentiam ad cœli siderúmque constituendam generationem suppoſue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

διέχειρ, διε μίλιζεν.

runt. Alius è diuerso ex iis vnus qui per ætatem se in argumentis exercuere generis persuasorij, hos adortus, ista quidem & digessit in ordinem & mox dissoluit: neque id fecit modò, sed & suomet commentus ingenio propriam inuexit opinionem. Hisce de rebus nunc si agrediemur dicere, in nugas perinde atq; illi, incidemus. Quarè illis omissis, sese vt mutuis elidant controuersiarum digladiationibus, sermone itidem de essentia posthabito, Moysi fidem habeamus astruenti, quia fecit deus cœlum & terram. Optimum itaque illum & incomparabilem architectum, qui quæ facta sunt cuncta, sua solius artifici & exactissima sapientia creauit, decenti gloria afficiamus. Denique cùm à pulchritudine rerum quæ omniũ oculis conspicuæ sunt & spectandæ proponuntur, illum agnoscamus inenarrabili pulchritudine cætera antegredi ac præcellere: tum à magnitudine sensilium corporum suisque circunscriptorum locis, ipsorum opificem cogitemus velim, infinitum esse & immensæ magnitudinis, omnem proinde intelligentiæ omnis vim sua solius exuberanti potentia exuperantem. Eorum etenim quæ facta sunt, etsi ignoremus naturam, at certè omni ex parte quic quid sub sensum hunc nostrum cadit, seque exponit visendum, tantum in se obtinet miraculi, nósque adeò totos rapit in sui admirationem, vt quodcunque tandem ingenium quan tolibet polleat acumine, quantauis contentione ac studio se excitet, longè tamen deprehen detur inferius, nec satis idoneũ, pro rei dignitate exequatur & explicet quiduis eorum quæ in mundo sunt, minutissimum, aut certè huius gratia meritam laudem exoluat ac debitam creatori, quem omnis addecet gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

HOMILIA SECVNDA DE EO, QVOD INuisibilis erat terra & incondita siue inornata.

παντελῶς ἀπογυμνῶσαι Collatio elegans.

τῶν ἀδύτων.

PErquàm paucis immorati verbis, abusque nimirum diluculo diei tantã in illis delitescentem ac reconditam inuenimus sententiarum profunditatem, vt de iis, quæ deinceps sequuntur, prorsum desperemus. Nam si sanctorum atria talia sunt, & tẽpli vestibula tantum reuerentiæ se adeuntibus incutiunt, tantáve se attollunt mole, vt exuperantia suæ pulchritudinis, perinde ac intermicantibus fulgetris oculos mentis nostræ perstringant: qualia putas, ipsa sunt sancta sanctorum? Ecquis tandem comperietur idoneus, qui intimas penitissimásque templi ædes ausit ingredi? Aut certè, quis promerebitur spectator esse istiusmodi arcanorum, nec cuiuis explicabilium? Talium enim vel prospectus vix vlli peruius est: atque adeò eorum prorsus quæ intellexeris, non nisi magna animi contentione interpretatio elici potest. Attamen quando apud æquissimum illum iudicem definita merces est haudquaquàm aspernabilis vel soli voluntati ad decentia opera propensæ: ne quæso, ad cœptam rerum indaginem simus cunctatiores. Nam tametsi rerum sublimium attingere dignitatem minimè possumus: si modo à genuino sensu scripturę & scopo, Spiritus ope subnixi non exciderimus: non vsquequaque reiectitij censebimur aut reprobi, sed & cooperante gratia, Ecclesiæ dei nonnihil impartiemur commodæ ædificationis.

Terra cur incondita.

Terra autem erat inuisibilis & incondita. Quî factum putas, vt vtrisque citra alterutrius discrimen & delectum iam conditis cœlo terráq;, cœlum quidem suis constitit partibus perfectũ, terra autem imperfecta atque inculta? aut quid illud omnino est, terram inornatam fuisse & inconditam? quam item ob causam inconspicua erat & inuisibilis? Sanè is apparatus, ea demum structura terræ exacta fuisse censetur atque perfecta, cùm vberem ex se primùm edidit fructuum copiam, cum ex ea omnigenûm stirpium suppullulauit & emersit omnimoda germinatio, quando arborum altissimarum tam fructuosarum, quàm quæ sunt infrugi primigeniæ eruptiones emicuerunt: quando itidem florum perquàm amœni colores, odores quoque suauissimè fragrantes, cæteráque id genus omnia quæ paulò pòst è terra dei præcepto exorta, suam condecorarunt parentem. Horum sanè quando nihildum se è terra exeruisset, hanc non iniuria nuncupauit sermo hic ἀκαταστκύασον inornatam. De cœlo etiamnum dicere licuerit non admodum dissimilia, quando id ipsum excultum nondum erat aut perpolitum. Necdum enim se decentem ornatum obtinebat, quippe quod non iam splendesce bat radiosissimo sole lunáque circunfusum, at neque stellarum choris, tanquam sertis redimibatur. Neque enimdum istiusmodi erant condita. A veritate igitur nihil aberraueris, cœlum quoque si dixeris fuisse inconditum. Atqui duas ob causas inuisibilem dixit terram, aut quia

Cœlum quando inornatum.

Inuisibilis terra duab de causis.

Terra quando perfecta

A quia nondum erat is qui spectaret illam & contemplaretur, homo: aut quòd cerni tum non posset, nimirum immersa aquæ, quæ supernatans ipsius superficiem quaquauersum adoperuerat. Nondum enim erant aquæ in suas aggregatæ stationes, quas postea aggregatas, Deus Maria nuncupauit. Inuisibile igitur quid est? Tum id quod oculis carneis videri non potest, cuiusmodi est mens nostra: tum id quod natura quidem eisdem conspici potest, obiectu tamen corporis occultatur, vt ferrum, quod in alto gurgite iacet: hoc modo nunc inuisibilem terram dictam esse putamus circunfusa aqua velatam. Adde his & lucem nondum exortam fuisse: absentia cuius haud mirum videtur, si tam in media mundi parte tellurem, inuisibilem ob id ipsum etiam à scriptura fuisse dictam, quòd aër vndique supra ipsam diffusus, luce

εἰς ὀικεῖα συνήματα. Inuisibile quid.

B careret. Sed veritatis deprauatores non suam mentem accommodantes scripturæ, sed ad suã voluntatem, mentem scripturarum trahentes ac peruertentes, materiam hisce verbis innuidicunt. Hæc est enim & inuisibilis, inquiunt, & inornata suapte natura: quippe cum omni prorsus qualitate careat suomet genio & conditione, atque ab omni penitus forma figuraq; sit separata, quam opifex vniuersi sumptam per suam sapientiam informauit, & in ordinem statúmque elementi redegit: atque ita per ipsam, rerum earum omnium quæ conspiciuntur, essentias fecit. Si igitur ingenita est terra, nec vlla prorsus ipsius extat origo, primum quidẽ peræquè ac deo, tribuendus illi venit honos eximiæ dignitatis. Quo quid magis impium fieri potest? terram, inquam, ipsam qualitatis omnis expertem, forma penitus carentem, in-

Hac de re lege Laertium & Plutar.

C formitatem extremam, turpitudinem (iis ipsis vtor nomenclaturis) nullis adumbratam typis, eodem statu supremo, ac præeminenti, quem sapiens & potens, & formosissimus opifex, creatorq; rerum omnium, sibi suo iure vendicat, dignam esse existimare? Deinde enim consequitur eam tantæ esse quantitatis, vt totam suscipiat scientiam dei, hoc quoque pacto substantiam ipsius æqualem aliquo in modo, inuestigabili dei potentiæ, facultatíque ex aduerso opponunt: si quidem dei ex sese prudentiam totam metiri possit. Quòd si minor materia sit operatione diuina, hoc etiam sanè pacto in absurdius longe maledictum in deũ, hæc ipsorum sententia vertetur ac recidet, eo quòd otiosum deum, & ab actione suorum operum

τῆς ἀυτῆς προυδρείας.

creationéve propter materiæ defectionem, remorentur per eiusmodi impium dogma ac de

D tineant. At humanæ naturæ paupertas illos decepisse videtur. Et quoniam humanis in rebus singulæ artes circa aliquã materiã definitè versantur, vt fabrorum ferrariorum quidem facultas circa ferrũ, fabrilis autem circa ligna: atque in his aliud quidem est ipsum subiectum, aliud forma, aliud item id quod ex forma conficitur, & materia quidem forinsecus assumitur, forma verò accommodatur ab arte: effectus deniq; est id quod ex vtrisque componitur, ex materia inquam & forma. Ad eundem modum & in operatione diuina vsu iam euenisse putarunt, mundi quidem figuram, à creatoris omnium allatam sapientia: materiam autem aliunde opifici administratam ac subiectam fuisse, & mundum ipsum ex hisce compositum emersisse, subiectum habentem quidem, & essentiam aliunde, figuram verò ac formã à deo

E accepisse. Et hæc illis opinio ex eo obuenit, quòd magnum deum inficias ierint autorem esse constitutionis mundi, ortuíque rerum præfuisse: alioqui eundem admiserunt portionem contulisse ad rerum creationẽ, sed perquàm pusillam, vt qui quasi suppleuerit, quod corrogatæ illi materiæ deerat & alicunde emendicatæ. Nec ob ingenij cogitationúmque humilitatem, apicem veritatis attingere ac suspicere potuerunt: tantùm eo spectabant: quod in hoc seculo quidem propter vsus necessitatem post ipsas materias in vitam hanc introductæ sint artes. Erat enim anteà lana, texendi pòst facultas sequuta est, vt naturæ inopiam ars supplere-

ὕφασμα. Materiæ vsum ars posterius inuẽta docuit.

ret: & lignum itidem erat, ars autem fabrilis acceptam materiam, pro vsu rerum, quas quo-

F tidiana necessitas desiderabat, formans vtilitatem nobis vsúmque lignorum ostendit, nautis remum, agricolis aratrum, militibus hastam præstando. Deũ vero astruimus antequã quicquam eorum quæ conspiciuntur, exortum esset, ea quæ nondum erant mente concepisse, cõceptáque facere voluisse, atque qualem esse mundum oporteret, intellexisse: & vna cum forma protinus ipsius materiam accommodatam creasse, atque cœlo quidem non indignam cœlo, sed decentem seorsim ac distinctè assignasse naturam: figuræ autem terræ debitã conuenientémque substantiam subiecisse. Ignem denique, aërem, atque aquam, in eam quæ sibi libuit, redegit figuram, inque essentiam deduxit, perinde atque vniuscuiusque ratio flagitabat. Mundum præterea totum dissimilibus constantem partibus arcano quodam & inexplicabili concordiæ vinculo † colligauit ac cõiunxit: adeóque in vnam societatem concentũq; conflauit, vt & ea quæ longissimo inter sese interuallo suapte natura distant, vnita miro con

Aratrum, vide Argyr. legisse ἄροτρον, pro quo exemplar nostrũ habet πτύον ventilabrum.

κόσμον ἀνομοιομερῆ. †Legit Argyrop. δισμῷ, pro quo habemus θισμῷ.

sensu

Universidad de Deusto
Biblioteca

διὰ τῆς συμπαθείας

γνώμη.

τὰ πάθη.

περὶ δικαιοκρισίας.

ἐμπειρίας τῆς φύσεως.

Attende terræ parturiginem.

Attẽde Manichæorum commẽtum de tenebris.

Abyssum definit.

Ratio phyſica.

sensu coniunctáque videantur. Proinde desinant à fabulosis hisce figmentis: nec eam potentiam quæ nulla potest mente comprehendi, quæq; voce humana penitus ineffabilis est, suarũ imbecillitate cogitationum ratiocinationúmq; metiri velint. *Fecit deus cœlum & terram.* haud dimidia ex parte vtrunque, sed totum cœlum, totámque terram. Ipsam, inquam, essentiam, siue materiam fecit cum forma cõprehensam. Non enim figurarum inuentor est deus, sed ipsius naturæ rerum creator. Alioqui respondeant nobis, quæso, quonam pacto inter sese conuenerint hinc operatrix dei potẽtia, illinc passibilis materiei natura: hæc sine forma subiectum præstans: illa figurarum scientiam habens, sine materia, vt quod alteri defuerit, collatum sit ab altero: opifici quidem, vt haberet quo specimen æderet suæ artis: materiei verò, vt informitatem deponeret priuationémque formæ. Sed de his hactenus: ad ea redeamus, vnde digressi sumus. Vbi dixit, *In principio fecit deus cœlum & terram.* Multa sanè obticuit, vt ignem, aërem, aquam, & ex his ipsis emergentes inferiorum corporum affectus, quæ cuncta quidem mundum simul cum aliis velut absoluentia, manifestè cum vniuerso subsistere: omissa tamen de industria sunt, vt ad solertiam sese noster exerceat animus, atque ex paucis veluti principiis, ea quæ restant, expendat. Itaque cum dictum quidem non sit, aquam deum fecisse, dictum autem sit inuisibilem esse terram, cogitare tute ipse considerarèque velis, quo velamine terra operta, conspicua non fuerit. Nec igitur ignis operire poterat terram. Illuminare enim ignis potius, & illustria reddere ea corpora quibus est præsens, quàm tenebris obscurare solet. Non item aër terræ tum erat velamen. Est enim aëris perrara trãsparens & pel lucida natura, rerúmque omnium visibilium acceptas formas ad intuentium oculos aspectúsque transmittit. Restat ergo vt intelligamus aquas super telluris superficiem inundasse, antequam ad propriam stationem sortémve humoris substantia segregaretur, atque ex eo, terram tum non solùm inuisibilem, sed inornatam etiam fuisse: quippe cum humoris exuperatio etiam nunc gignendis ferendisque fructibus impedimento terræ soleat esse. Eadem itaque causa erat, propter quam terra & inuisibilis erat & inornata. Siquidem telluris compositio & apparatus, ipsius est proprius ornatus: ipsíq; iuxta naturam accommodatus, vtpote, segetes in concauis & decliuibus locis vbertim prouenientes, prata prçuirentia, copiáque florum ac varietate depicta, frondosæ valles & florulentæ, montium denique cacumina syluis vmbrosa. Quorum nondum quicquam ipsa tellus habebat, sed parturiebat quidem omnium ortum, earum planè virium ratione, quæ cum crearetur, ab opifice sibi fuerant impressæ: opperiebatur autem idonea definitáque tempora, quo diuino prçcepto conceptus suos in lucem ac fœtus æderet. Sed & tenebræ, dicit, erant super abyssum. Aliæ rursum hinc fabularum occasiones, aliáque figmentorum magis ac magis impiorum principia, eorũ homi num emergunt qui ad suas opiniones, scripturæ verba peruertunt. Tenebras enim non vt earum habet natura interpretantur, aërem aliquem esse lucis expertem, aut locum obiectu corporis obumbratum, aut quacunque causa carentem lumine locum, sed vim malam, quin potius ipsum malum, ex seipso principium atque originem trahens, oppositum, contrariúmque bonitati diuinæ tenebras ipsas interpretantur. Nam si deus est lux, eam vim & potentiam, quæ contra ipsum militat, eique aduersatur absque dubio tenebras esse, iuxta intellectus sui rationem consectaneam contendunt. Tenebras haud ab alio genitas, sed genitum à seipso malum. Tenebras hostes animarũ, mortis effectrices, virtuti aduersarias: quas & in ratione rerum esse, & non à deo prodiisse, verbis istis huius prophetæ significari dicunt haud mediocriter aberrantes. Ex hac impietate, quid vtique non improbatorum & impiorum dogmatum confictum est? Quales lupi, quàm atrocissimè perrumpentes ac distrahentes gregem dei, principio ab hac parua voce sumpto, non inuaserunt animas? Non Marciones, non Valentiniani hinc sunt exorti? non abominabilis Manichæorum sceleståque secta? quam si quis ecclesiæ, putredinem dixerit, à veritate non aberrauerit. Cur ita lõgè à veritate discedis, & exorbitas homo? Cur exitij tibiipsi causas excogitas? Simplex est hæc oratio, atq; ab omnibus comprehendi facilè potest: Erat inuisibilis, inquit, terra quam ob causam, quæso? quia circunfusa vndique erat abysso. Quid abyssus significat? copiosam aquam, ad cuius fundum haud facilè penetrari poterit deorsum versus. At complura corpora per tenuem & transparentem aquam scimus non rarò videri. Quamobrem igitur pars terræ nulla tunc per aquas visendam se offerebat? Quia eatenus lumine carebat aër, obtenebratúsque adhuc erat, qui totam ambibat aquæ naturam. Radius enim solis cum aquas penetrat, calculos in fundo collocatos persæpe demonstrat: profunda vero in nocte nullo modo quisquam ea

quæ

A quæ sunt sub aqua, conspicere potest. Eius itaque quod tellus inuisibilis fuit, probatio est quod subiungitur, tenebrosam abyssum terræ superficiem occupasse. Neque igitur abyssus aduersariarum potestatum est multitudo, vt quidam imaginati sunt: neque tenebræ principalis quædam sunt ac mala potentia, summo contraria bono. Nam siqua duo paribus essent inter se contraria viribus, exitio sibi mutuò nimirum essent, molestiásque continuò alterum alteri mutuo nec vnquam finiendo implicata bello afferrent. Quòd si viribus alterum exuperaret, victum omnino conficeret alterum atque consumeret: quarè si mali vires summíq; boni pares esse dicunt, incessabile profectò bellum, ac continuum interitum, dum vtraque pars & vinceret & vinceretur, introducunt. Si exuperat summi boni potentia, quid causæ B est, vt mali natura non funditus sit sublata? Si contrà, quod nefas est dicere, miror quonam pacto seipsos ipsi non abhorreant, ad tam nefanda maledicta delapsi. At neque à deo ipsum malum profluxisse, pium est dicere: propterea quòd nihil contrariorum à contrario suo gignitur. Neque enim vita mortem parere solet, neque tenebræ principium adferunt luci, neque sanitatem morbus efficit vnquam: sed in affectuum quidem transmutationibus è contrariis ad contraria fiunt transitiones: in generatione verò non à contrariis, sed ex congeneribus vnumquodque eorum, quæ gignuntur, procedit. At si nec ingenitum est, inquies, ipsum malum, nec à deo profluxit, vnde naturam sortitur? Nam mala esse nemo vitæ particeps contradixerit. Quid igitur est dicendum? Nempe malum non essentiam viuentem C animáque præditam esse, sed affectionem animæ virtuti contrariam, desidiosis ac inertibus, propterea quod à bono deciderunt, inditam. Noli itaque malum forinsecus circunspicere, atque inquirere: neque quandam naturam principem malignitatis imaginare, sed malitiæ quisque suæ seipsum autorem agnoscat. Nam semper ea quæ nobis eueniunt, partim à natura proficiscũtur, vt senectus, vt infirmitas: partim sua sponte prouenium, quales sunt casus inopini alienis principiis accidentes, vt quæ plerumque tibi adferant tristitiam, aut quæ te exhilarent: vt si quis, dum puteum fodit, thesaurum inueniat: aut ad forum eunti canis rabidus occurrat: partim verò in nobis ipsis sunt collocata, vt cupiditates superare aut voluptatibus modum non ponere, continere iram, aut manum iniicere in eum qui iniuria lacesD siuit, vera dicere aut falsa, mansuetum moribus esse ac moderatum, aut fastu superbum, arrogantiáque elatum. Quorum itaque tute dominus es, eorum principia non aliunde quærere velis: sed quod propriè malum est, id ab vltronea & voluntaria electione sumpsisse principium scito. Non enim, si nobis inuitis eueniret sitúmque in nobis non esset, tantus quidem à legibus metus iis, qui iniurij sunt in alios, imminéret: iam vero iudiciorum pœnę indeprecabiles sunt, quas maleficis pro meritis flagitiorum æqua talione rependunt. Atqui hæc mihi de eo quod propriè malum est, sint dicta. Morbus enim, paupertas, ignobilitas, mors, cæteráque id genus quæ hominibus sunt tristia, non propriè malis adnumeranda veniũt: propterea quòd neque ea quæ istis aduersantur, inter maxima bona numeramus: quæ quidem E partim à natura prodeunt: partim vero multis etiam vtiliter accidisse videntur. Quæ cum ita sint, omni prorsus hoc loco tropica & allegorica interpretatione posthabita, simpliciter, non curiosè tenebrarum sensum, scripturæ sequentes voluntatem, accipiamus. Quod si ratio quærit, sint ne tenebræ cum mundo simul exortæ, an antecedant lucem antiquitate? Denique id si est, cur id quod est deterius, ætate sit prius? Dicimus itaque hasce tenebras non secundum substantiam extitisse, sed affectionem esse quę aëri ex luminis priuatione accidat. At cuiusnam, is locus, quæso, quem mundus ambit, subitò luminis expers inuentus est, vt essent tenebræ super aquas? Arbitramur sanè si quid erat ante mundi sensilis atque corruptiui constitutionem, id in lumine nimirum fuisse. Neque enim angelorum dignitates, neque cœF lestis exercitus vniuersus, neque omnino si quæ naturæ sunt participes rationis, aut nomen sortitæ, aut nomine carentes, spiritúsque subministrãtes degebant in tenebris: sed in hac cõmodatissima sibi luce, lætitiáque spirituali suum statum habuerunt. Atque his controuerterit nemo, non is saltim qui supercœlestem lucem inter bonorum promissiones expectat: De qua Salomon ait: Lux iustis semper est præsens. Et apostolus Paulus: Gratias agentes patri, qui idoneos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine. Etenim si qui condemnantur, in tenebras exteriores mittuntur: qui dignè egerunt voluntate diuina, nimirum hos in lumine supercœlesti, suam habere requiem constat. Cœlum igitur factum cùm esset dei sanè imperio, súoque quaquauersum ambitu expassum, vt suæ complexu circunferentiæ quæ exceptu rum erat, quasi interiore quodam sinu circumplecteretur ea & contineret, corpus continuũ obtinens,

Nempe Manichæi.

Quòd malũ neutiquam à deo promanarit, ex collatione cõtrariorũ. γνώμη physica.

Malum è nobis ipsis.

Tenebræ an lucem antegressæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

τόπου ἀφεγγῆ. obtinens,ab externísque sufficiens interna seiungere,comprehensum à se locum necessariò G
carentem lumine reddidit,tenebrisque,externo interciso splendore & intercepto obscura-
δόγμα physicum. uit.Nam vt sit vmbra,tria concurrant oportet:lux,corpus obiectum luci,locus luminis ex-
pers.Tenebræ igitur illæ mundo circunfusæ,propter cœlestis corporis vmbrã subortæ sunt.
Atque id quod dicimus apertissimo planè exemplo perceperis, si tibi in puncto meridianæ
lucis,densa ex materia & impenetrabili tabernaculum circumposueris,ac tenebris his ex tẽ-
pore procuratis teipsum incluseris:tales & tenebras illas esse suppone, non principaliter ex
sese subsistentes,sed res alias subsequutas. Has autem & super abyssum sese expandisse scri-
ptura dicit quòd extremæ aëris partes cum corporum omnium superficie copulari, atq; ac-
commodari suapte natura solent.Aqua verò tunc fluitabat, omnémq; tegebat superficiem. H
Idcirco tenebras necessariò dictum est super abyssi faciem fuisse. *Et spiritus dei ferebatur*, in-
quit,*super aquas.*) Siue hunc dicat spiritum,diffusionem fuisse aëris,accipe tibi Mosen horũ
autorem mundi singulas partes enumerantem tibique recensentem: quia fecit deus cœlum
& terram,aquam,aërem,& hunc diffusum iam ac diffluentem.Siue,quod & verius est,& à
maioribus nostris probatum,spiritus ille spiritus dei sanctus dictus est: propterea quòd ob-
seruatum est, talem de illo peculiari modo scripturam præcipuéque facere mentionem, &
nihil aliud dei spiritum appellare,quàm ipsum spiritum sanctum, qui diuinæ beatæq; trini-
tatis numerum complet.Hanc quoque sententiam si admiseris,maiorem ex hac vtilitatem I
fueris consequutus.At quonam pacto dixeris,Super aquas hic ferebatur?Equidem non me-
Ephrem intelligit Syrum. am tibi,sed viri cuiusdam Syri sententiam recensebo,qui tantùm à sapientia mundi dista-
bat,quanto verarum scientiæ rerum propinquior erat.Aiebat igitur ille Syrorum vocem si-
gnificantiorem atque euidentiorem esse,& ob affinitatem, quam habet cum Hebraica lin-
gua,sententias aliquo modo scripturarum propiùs attingere.Itaque talem huiusce dicti sen
τὸ ἐπιφέρετο ἀντὶ τοῦ συνεθάλπετο ἐξωογόνει. tentiam esse dicebat:verbum hoc,Ferebatur,pro confouebat, vitalémque fœcunditatem a-
quarum naturæ præbebat:sumunt atque interpretantur ad similitudinem auiculæ incuban-
tis,vimq; vitalem quandam imprimentis in ea quæ ab ipsa fouentur.Talem hunc is prædi-
cabat ea voce sensum signari:Super aquas, inquam, spiritum dei ferri,id est, ad fœcundita- K
tem vitalem,aquæ naturam ipsum spiritum sanctum præparasse. Quare satis per hoc id o-
stenditur,quod quæritur à nonnullis,nec ab actu creandi spiritum sanctum abfuisse. *Et di-*
Lux. *xit deus:fiat lux.*) Prima dei vox lucis naturam creauit,tenebras dispulit,mundum illustra-
uit & exhilarauit,vniuersis continuò gratum attulit iucundúmque conspectum.Nanq; cœ-
lum quidem in omnium prospectum venit,& tenebris eatenus adopertum mundo incla-
ruit:pulchritudinémque tantam vltro obtulit,quantam etiam nunc aspectus oculiq; testan-
tur.Aër autem omni ex parte illustrabatur. Imò verò totam immixtam sibi per omnia lucẽ
habebat, celeritérque splendorem per fines quaquauersum suos distribuens transmittebat.
Etenim partes superas versus,ætherem ipsum cœlúmq; pertingebat: in latitudine verò om- L
nes mundi partes tam aquilonares ac australes,quàm ipsum ortum atque occasum momen
to temporis punctóve illuminabat.Talis est enim ipsius natura nempe pertenuis atq; per-
spicua,vt lumen per ipsum transiens mora prorsus nulla temporis egeat:Nam vt incunctã-
ter ac subitò nostros aspectus ad ea quæ conspiciuntur deducit:sic & luminis accessus,& eia
culationes ad fines vsque suos puncto temporis suscipit,quò sanè minus temporis momen-
tum vllum vel mente nemo capere potest.Aether denique iucundior post ortam lucem e-
uasit,& aqua magis perspicua non solùm splendorem suscipiendo,verùm & ex se per refra-
ctionem remittendo,splendifluis & intermicantibus vndecunde ab aquæ elemento fulge-
tris. Tum enim dei vox ad iucundissimam omnia & longè præstantissimam conditionem
ὁμοίωσις elegans. permutauit.Vt enim qui in profundam aquæ voraginem oleum immittunt, ei loco conci- M
liant & infundunt perspicuitatem:itidem & vniuersi creator ædito mox verbo lucis, ama-
bilem & peramœnam venustatem mundo inuexit. *Fiat lux.*) Sanè imperium hoc opus
ipsum erat,mox enim fiebat natura, qua vna nihil possit humana ratiocinatio commini-
sci & excogitare, quo se oblectet suauius. Proinde in deo cùm vocem, verbum & præ-
ceptum asserimus: caue, intelligas aut cogites eum strepitum qui per vocis organa edi-
tur, non item aërem linguæ officio articulatum & impressum, sed momentum id,
eámve inclinationem diuinæ voluntatis censemus in præcepti speciem figurari, quò eo-
rum qui docentur, velut oculis res subiecta colliquescat & manifestetur expressius,
Et uidit deus lucem esse bonam. aliâs pulchram.) Quas nos possimus depromere laudes luce hac
dignas,

A dignas,quę initio statim suæ conditionis anteuertit,suum vt haberet creatorem prærogati- Lucis pul-
ue suæ pulchritudinis testem?Etenim vel apud nos oratio ipsis defert ac cedit oculis hac de chritudo siue bonitas.
re iudicium:ita enim ne sermo vllus tantum queat expromere, quantum ipse oculorum sen
sus anteuertens suo comprobat testimonio. At si bonitas siue pulchritudo corporis, tale vt
sit,sortitur ex moderata partium temperie,ex apparente item & conspicua coloris bonitate:
quonam pacto conseruatur ratio pulchritudinis in luce quæ suapte natura simplex est, &
omnimoda constat partium similitudine?An quod istiusmodi contemperatio luci attesta-
tur & consentit non quidem in propriis ipsius partibus consistens, sed quòd mox conspecta
nos mœrore liberat,animúmque demulcet blanda quadam placiditate?Nam & ratione cõ-
B simili aurum constat dici pulchrum,non vtique ex collata inter sese partium symmetria,po Aurum pul
tiùs quòd probo isto & insigni colore nos proliciat ad sui amorem & inuitet. Ad eundem chrum.
modum Lucifer pulcherrimus est stellarum,non eò quia partes habet iusta & æquabili pro- ἕσπερος ve-
portione contemperatas,sed quod illius splendor affusus semel oculis se contuentium & il- spertinus
lapsus tristitiam ex animo depellat, nósque mira circunfundat iucunditate & recreet. Iam φωσφόρος
verò quod loco præsenti inducitur dei iudicium,non est vsquequaque spectantis ad eã quæ matutin⁹ Lu
ex illius pulchritudine in contemplantes resilit,oblectationem:sed veriùs prospicientis vti- cifer pul-
litati ex eadem luce olim ad posteros peruenturæ.Neque enimdum erant oculi qui lucis pul cherrimus
chritudinem internoscerent ac diiudicarent. *Et diuisit deus inter lucem & inter tenebras.*)Id est, in astris.
naturam harum impermistam effecit,adeò vt neutra alteri permisceretur, sed contrariæ sibi
C essent & contrapositæ. *Et appellauit deus lucem quidem,diem,& tenebras noctem.*) Nunc quidem
ex illo tum dies post solem factum,is aër est, quem sol ipse illuminat, in nostro dum est he-
misphærio,supra terram relucens.Nox vmbra est terræ,quæ diei sole se occultante succedit.
Tum verò fiebat dies,qui cedenti nox vicissim succedebat,non quidem secundum motionẽ
solis,sed primigenia illa luce suum splendorem diffundente,seq; rursum contrahente, idq;
pro mẽsura à deo definita. *Et facta est uespera,& factum est mane dies unus.*) Sanè vespera & diei
& noctis terminus est vtrique communis:at mane peræquè est noctis ad diem vicinitas. Vt
igitur in ordine creationis primigeniam prærogatiuam deferret diei, ipsius diei finẽ priore
loco commemorat,dein subnectit quod vltimum est noctis,quando nox diem subsequitur.
D Prior enim ille mundi status,nimirum ante primigeniam lucem exortam, non nox dicebatur,sed tenebræ:nox enim ea temporis portio dicta est, quæ distinctè se habet & oppositè ad
diem, quæ quidem diei succedanea nouam hanc appellationem indepta est. *Facta est igitur* ἡμερονύκτιον.
uespera, & factum est mane.) his planè verbis diem noctémq; comprehensim significat. Non iã
vtrunque complexus est nuncupatione diei ac noctis: sed præstabiliori totam tribuit appel-
lationem.Hanc vtique consuetudinem inuenire possis in tota scriptura obseruatam, nimi-
rum in metiendo tempore dies solere enumerari, nõ item cum diebus noctes. Dies annorũ
nostrorum, dicit psalmorum cantor. Et Iacob:Dies vitæ meæ parui & mali.Rursus Omnes
dies vitæ meæ. Hæc itaque nunc in speciem formámve historiæ tradita, præuiæ quædam
E sunt veluti legum sanctiones ad ea quæ deinceps sequuntur. *Et facta est uespera,& factum est ma* Dies cur v-
ne dies unus. Quam ob causam non dixit primum diem,sed vnum, vbi magis conueniebat nus & non
allaturum ordine secundum diem,& tertium,atque quartum, eum qui omnes anteibat pri- primus.
mum appellare diem,non vnum?Sed vnum dixit. An vt diei noctisq; spatium definiret ac
tẽpus vtriusque nempe diei ac noctis coniũgeret,ita vt ex vigintiquatuor horis vnius diei
spatium compleretur,atque ita & nox sub vocabulo diei subintelligeretur: vt & si in solsti-
tiis altera exuperet alteram, definito tamen tempore totum vtriusque simul spatium sit de- Dies hora-
scriptum:quasi diceret,quatuor vigintiq; horæ,spatium est vnius diei.An quia cœli ab eodẽ rum. 24.
signo ad idem reuolutio vno die peragitur: ita vt quoties iuxta solis circuitum vespera & ἀποκατάστασις.
F mane mundum occupant,non id prolixiore tempore,sed in vnius diei spatio suam expleat
periodum?An ea ratio potior est,quæ in arcanis secretisq; literis traditur:Deus sanè qui tem
poris naturam creauit,mensuras ipsi ac signa,nimirum spatia dierum adiunxit,septimanáq;
ipsum metiens,in orbem,septimanam in sese semper versari iussit,curricula tẽporis ac mo-
tiones enumerantem:& vnum item diem septimanam conficere,ipsum in sese septies rede-
untem.Id autẽ orbis subit effigiem, à sese incipiẽs & in seipsum desinens: quod iam & secu-
li proprium esse constat,in seipsum conuerti,& nequaquam terminari. Quamobrem caput
ipsius temporis non diem primum,sed vnum appellauit,vt ex appellatione etiam affinitatẽ
ad ipsum seculum sortiatur. *Is enim qui vnici principij ac incommunicabilis ad aliud præ*
sese

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur vnus dies non primus.

ſeſe fert formam, propriè ſanè atque appoſitè vnus eſt nuncupatus. Quod ſi ſecula plura ſcri G
ptura nobis afferre ſolet, ſeculi ſeculum, ſeculorúmque ſecula pluribus in locis dicendo, tamen & illic nec primum, neque ſecundum, at neque tertium ſeculum nobis enumeratur, vt ſtatuum potius variarúmq; differentiæ rerum: ſed non deſcriptiones ac fines ſucceſſionésve ſeculorum ex eo demonſtrentur. Dies enim domini, inquit, magnus eſt & præclarus. Et rurſum: Cur vos quæritis diem domini? Atqui hic eſt tenebræ & non lux: Tenebræ videlicet iis, qui digni tenebris ſunt. Nam & veſperis & ſucceſſione ac fine diem illum carere doctrina ſacra nouit: quem & octauum pſalmorum autor appellauit: propterea quod extra tempus illud ſitus eſt, quod ſeptimanæ metiri ſolent. Quare ſiue diem dixeris, ſiue ſeculum, aut æuũ, eandem ſanè ſententiam dixeris. Siue igitur dies, ſtatus ille dicatur: vnus eſt & non multi: H
ſiue ſeculum aut æuum appelletur, vnicum vtique fuerit, & non multiplex, nec admittens numerum. Quæ cum ita ſint, vt ad futuram illam vitam, ſtatúmq; futurum illum, noſtram Moſes mẽtẽ erigat atq; deducat, vnum eum appellauit diẽ qui ſeculi ipſius imago, qui dierũ primitiæ, qui luci coætaneus eſt: Ipſum, inquam, ſanctum dominicum diem, quem reſurrectio domini honore præcipuo affecit. *Facta eſt igitur ueſpera, inquit, & factum eſt mane dies unus.*

Dies dominicus, imago reſurrectionis.

Sed hi noſtri de illa veſpera ſermones ab hac veſpera iam occupati, hic orationi noſtræ finẽ imponunt. Pater autem veræ lucis, qui diem cœleſti lumine decorauit, qui noctem ignis ſplẽdoribus illuſtrauit, qui futuro in ſeculo ex laboribus requiem ac refocillationem in ſpirituali illa indeſinentiq; luce apparauit, veſtra omniũ corda notitia veritatis illuminet, veſtrámq; vitam inoffenſam conſeruet: ac præſtet, in die vt honeſtè ambuletis, vt in ſanctorum demũ I
ſplendoribus veluti ſol eluceatis ad meam ipſius exultationem, in die domini, cui gloria & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA TERTIA, DE MODIS *generationis.*

πλὴν ἀλλ' ἔτι.

HAec ſanè dicta ſunto de operibus diei primi, magis verò vnius. Non enim conuenit nos ſpoliare ipſum prærogatiua dignitate, quam naturæ indulgentia obtinet, K
à conditore rerum per ſe ac ſeorſim æditus, nec ordine numeróve reliquis accenſus. Attamen quando quæ in ipſo facta ſunt opera, heſterna oratio percenſuit, eáq; noſtra enarratione in auditorum gratiam bipertitò diuiſa matutinam alimoniam pars altera, altera item animabus conciliauit veſpertinam lætitiam: nunc ad commemorandas res diei ſecundi ſtuporis & miraculi plenas noſter progreditur ac tranſit ſermo. Hoc porrò mihi dictum ſit, non ad interpretis vires referenti, veriùs eorum quæ ſcripta ſunt, ſuſpicienti gratiam, quæ ſuapte natura omnium comprobatur ſuffragiis, placidè irrepens ſeque perami cè inſinuans eorum cordibus, qui credibili cuipiam hiſtoriæ tantò eam anteponunt quæ veritate nititur. Meæ huic ſententiæ pſalmus apertiſſimè ſuccinit, dulcorem ex veritate ſcripL
turæ promanantem hiſce repræſentans verbis: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua? ſuper mel ori meo. Heſterno itaque die quatenus viriculæ ſinebant, in hoc condiximus operam, veſtras vt animas exhilararemus qualicunq; diſſertatione eloquiorum dei: en rurſum hoc die qui ſecundus eſt, occurrimus, diei itidem ſecundi ſtupenda dei opera expenſuri. At enim non me clam eſt, multos hic nos circunſiſtere vulgarium artium opifices qui pro more in diem quæritant, ſuíſve diurnis operis ſibi parant viaticum. Iſti ne quàm velint, diſtrahantur prolixius ab opificio, ſuóve quæſtu, noſtrum ſolent circuncidere ſermonem. Iſtis quid reſpondeam? nimirum neutiquàm ſibi deperire eam tẽporis portionem quam fœnori tradiderint deo: ſed magna cum acceſſione ſolere ab eo rependi. Quãticunque enim fortuiM
ti caſus his negotium faceſſerint, eorum dominus difficultatem omnem amolietur, neruoſas corpori ſuggeret vires, inſeret animæ exprompta ad opus alacritatem, permutandis mercibus facilem & commodam dexteritatem ſuppeditabit, denique rerum ex animi ſententia cadentium ſucceſſus lætos in omnem vitam largietur iis nimirum qui ſpiritualia chariſmata iſtis temporariis tanto duxerint eſſe præſtantiora. Quòd ſi fors ſtudia veſtra, ſi operę gnauiter inſumptæ haud quaquàm ſortientur hic exitum, præut ſpes vobis præſumpta erat: at certè, per hanc ſpiritualem doctrinam vobis interim theſaurus bonorum ingens ac luculentus congeritur in vitam mox ſecuturam. Omnem igitur iſtam parandæ alimoniæ anxiam ſolicitudinem

A ſolicitudinem exime cordi: vniuerſaſq; animi cogitationes in vnum cogens facito, mihi totus hic vt adſis. Quod enim operæpretium hinc te conſequi poſſe ſperes, ſi corpore quidem præſens, magna alioqui animi contentione inhies terreno cuipiam theſauro? *Et dixit deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, ſitq; diuidens inter aquam & aquam.*) Paulò priùs, heri videlicet audiuimus dei verba dicentis, *Fiat lux*: hodie item, *Fiat firmamentum.*) Præſens proinde contextus verborum meo arbitratu quiddam in ſe continet prærogatiuæ quàm antecedens, auguſtioris. Neque enim in nudo & qualicunque præcepto oratio reſtitit, quin & cauſam ipſam apparati & à deo conditi firmamenti, quæ vtique requiri ſolet, præciſa verborum proprietate definiuit, dicens: *Vt diuidat inter aquam & aquam.*) Sanè quod primo aſſumpſimus inquiren-
B dum loco, hoc eſt: Num deus noſtro loquatur more. Et quidem priùs à rebus ipſis typus ſiue adũbratio abſtracta ſe inſerit & imprimitur intellectui ſiue cogitationi hominis. Dein poſt imaginationem rerum apprehenſarum, ſeligens proprias & cuiq; rei ſubiectæ accommodas ſignificationes, pronunciat. Secundũ hæc, iis quæ intellectu cogitationéve apprehendit, ſubminiſtrationi vocalium organorum velut per manus traditis, ita demum per aëris reuerberationem & impreſſionem, perq; intermediam motionem articulatæ vocis, eam in medium promit & explicat, quam in arcano mentis receſſu concepit, cogitationem. Quĩnam fabuloſum dici non debeat, aſſerere velle deo opus eſſe periodo eiuſmodi, ad eorum quæ ſemel mẽte conceperit, explicationem? An pietati conſentaneum magis fuerit aſtruere ſanctam eam
C voluntatem ac primariam appetitionem ſiue inſtitutionem motionis illius ſpiritualis, verbum eſſe dei? Expreſſiore proin figura ipſum nobis ſcriptura delineat ac pingit, non in hoc modo vt declaret deum voluiſſe fieri creaturam, ſed & eandem promotam eſſe ad generationem per vnum aliquem cooperarium. Vtique potuiſſet quo iam initio cœperat, conſimili ſtilo perſtringere ſingula & commemorare: *In principio fecit deus cœlum & terram.*) Subin, fecit firmamentum. Nunc autem dum imperantem inducit ſimul & cum quopiam ſermones pertexentem: eam, & ſi ſilentio ſuppreſſam perſonam ſubindicat, cui & mandatum communicat, & qua cum ediſſerit, nihil nobis inuidens illius cognitionem: potiùs nos charitatis flamma extimulans ad illius complexum deſiderabilem. Vtriuſque enim iſtius boni gratia,
D veſtigia quædam ac veluti delineationes rei arcanæ expreſſiuas ſuppingit. Rem enim labore partam ingenti cum gaudio ac veluti paſſis vlnis plerique omnes exceptant, exceptam tuentur ac ſeruant non indiligenter: contrà, quorum cuique eſt parabilis & ad manum expoſita indeptio, horum & aſpernabilis eſt conſecutio, nec difficilè venit in contemptum. Hac ſanè gratia veluti viam ordinẽmque præſtruens ſcriptura nos rectà promouet ad cognitionem vnigeniti dei. etiamſi incorporeæ illi naturæ nihil ad eum modum fuerat opus intermedio ſermone quem ipſi voce promimus, quando quę mente conceperat pater citra ſermonis offi cium ſe inſinuare poterant concreatori. Quo fit, vt vſus ſermonis minimè neceſſarius ſit iis qui inita conſilia ſolo poſſunt intellectu inter ſe partiri communiter. Vt enim vox in gra-
E tiam indulta eſt auditus, ita & auditus propter vocẽ. Nam vbi non aër ſuppetit, non lingua, non auris, non item meatus in ſinus plicatiles contortus ad eam vſque poſituram in capite quæ conſentit auditui, ſonos ſubuehens, nullus iam ibi vſus ſermonis eſt: ſed communis tũ partitio voluntatis fit ex ipſis, ita enim dicere quis poſſit, medullaribus, hoc eſt, in intimis cordium conceptis conſiliis. Sanè, quod mihi dictum iam eſt, quò ſe mens noſtra ſurrigeret ad eius inquiſitionem perſonæ, ad quam hic intenditur ſermo: figuratã hanc diſſerendi proprietatem ſapiẽti admodũ ac prouida, nec minùs artifici ratione ſibi ſcriptura aſciuit. Quod ſecundo ſe offert diſquirendum loco, hoc eſt: ſitne firmamentum hoc ab eo diuerſum, quod
F initio factum eſt, cælo, quando & illud cœli quoque nomenclaturam ſortitum eſt, ac proinde num duo prorſus ponendi ſint cœli. Qui enim de cœlo diſſeruerũt philoſophi, priùs ſuas linguas perditum ire eligant, quàm aſſertionem eiuſmodi vt veram admittant. Et quidẽ pro re comperta vnum eſſe conſtituunt ac decernunt, ſed tale, cuius natura neutiq; vim obtineat operatoriam adeò & efficacem, ex ſe vt producat alterum, tertium aut quotumuis tandẽ, nimirum eſſentia cœleſtis totius corporis ad illius vnius cœli conſtitutionem prorſus (ita iſti ſuſpicantur) abſumpta & expenſa. Vnum enim nihil inuitè fatẽtur eſſe corpus, quod quidem latione mouetur orbiculari, at id circunſcriptę eſt virtutis. Quod ſi ad primi illius cœli conſtitutionem, omnibus ſuis partibus ſubſtantiam exhauſerit: conſequi videtur nihil iam eius reſediſſe ad ſecundi, tertiiue generationem. Ecqua tandem iſti delira planè & anili imagina tione deluſi comminiſcuntur, qui hylen ingenitam cenſent, eámque aliunde adſcitam ad rerum

γνώμη ex contrariis.

Collatio.

Quæſtio. 2. Cœli reclamantibus licet philoſophis plures ſunt.

O ſtultam philoſophorum ſuſpicionem.

ὕλην materiã, quã iſti ſomniãt deo coæternam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum productionem offerunt opifici, ex comentitia illa & confícta primum fabula ad hoc G
consequens abrepti mendacium. Ab istis porrò Græciæ sapientibus id vt æquum est, conten
derim: ne nos suis deridiculis sannis prius incessant, quàm suas ipsi velitares & hactenus con
Laert. 10. & aliis aliquot locis. trouersas inter se opiniones sedarint. In his nanque sunt, qui infinitos astruant & cœlos esse
& mundos: quorum opinionem dictu absurdam, nec vlla sui parte similem vero cum ij co-
arguerint, qui demonstrationibus vti solent grauioris multo momenti, viq; probationũ geo
metricarum necessariò concludentium confirmarint id ferre non posse naturam, vt præter
vnum hoc cœlum alterum constituat: tum sanè istorum mathematicorum lineares nugas
quanlibet artifici ingenio concinnatas tantò solutiùs ridebimus. Siquidem quum videant
nulla dispari causa vnam, alteram plures item excitari bullas, mox controuertunt & reuocãt H
in quæstionem, tantáne opifici facultas suppetat, vt satis sit vnus tot adeò condendis cœlis,
quorum vires ac magnitudinem nihil ab eo humore concauo differre censemus, qui in ob-
streperis ac salientibus aquis torrentium intumescit atque inflatur, si certè ad exuperantem
præeminentiam respexerimus diuinæ potentiæ. Quare istorum risu prosequẽda ratio est, qua
contendunt neutiquam posse in rerum natura consistere cœlos duos. Nos contrà, de duobus
tantum abest vt quicquàm addubitemus: vt & tertium inquiramus, cuius contemplatione
dignus est habitus admirabilis Paulus. Psalmus ad hoc, dum nominatim commemorat cœ-
los cœlorum, vtique non vnius modò cœli, sed & plurium perspicuã nobis inseruit intelli-
gentiam. Neque hæc aliquando minore fide credi par est, quàm qua credimus septem esse or I
Collatio. bes, in quibus stellæ septem ferè omniũ consono ore prædicantur suũ peragere cursum, quos
quidem cœlos ita asserunt concinnè inseri vnum alteri, quemadmodum si cadi aut vascula
in se inserta sint. Hos proinde sic insertos, dum motu contrario ex aduerso vniuersi in or-
bem versantur, asseuerant æthere per hos circũquaque perrupto, sonum reddi concinnũ sua-
De hac harmonia planetarũ præter cæteros c. 48. & seq. tono. 4. cãt. primi, harmoniæ Mũdi lege, sed cum iudicio. item Cosmopœiã Eugubini. uè resonantis harmoniæ, quæ melicæ omnis melodiæ mellitissimam exuperet & iucundam
suauitatem. Subin assertores istius commenti, si quando reposcuntur, fidem vt faciant ac sen
su ipso confirment hæc ita se habere, quid aiunt? Nos per primariam ad eum sonum assuetu-
dinem, nimirum ab ipso mox ortu ita huic aures consuesse commodare, vt intentiore eius- K
modi audiendi cura sensus ipse obsorduerit nobis ac deperierit, perinde atque ij hominum
quorum aures crebris ictibus in excusoriis officinis & continenter pulsatæ sic occalluerunt,
surdę vt sint: quorum impostura, planè veteratoriam & ruinosa carie præflaccidam coar-
guere, (cùm mox audita nulli non se cognobilem ostentet, & conspicuam) non vtique viri
est aut scientis parcere tempori, aut certo coniectantis quo intelligentiæ acumine sint præ-
diti auditores. Externis istis interim omissis suis hominib⁹, toti velut postliminio ad ortho
doxum ecclesiæ redeamus sermonem. Dictum est à nonnullis nostris maioribus, nõ esse se-
cundi cœli hunc ortum, sed explanationem quandam prioris: propterea quòd illic scriptura
cœli ac terræ creationem in summa quidẽ tradidit: hic vero modum, quo singula facta sunt,
ἐπεξεργαστικώτερον. Sententia S. Basilij. exactiùs explicet. Nos autem dicimus, cum nomen diuersum, officiúmque peculiare cœli se- L
χρείαν ἐξαίρετον. cundi traditum sit, aliud hoc præter id esse, quòd in principio est effectum, solidioris sanè na
turæ, præcipuum quoque officium vniuerso subministrans, *Et dixit deus: Fiat firmamentũ in me-*
dio aquarum, & fecit deus firmamentum, diuisitq; aquas quæ erant sub firmamento ab iis, quæ erant super firmamentum.) Sed antea quàm scripturæ sententiam attingamus, id quod ab aliis obiicitur, dis-
soluere enitamur. Percõtantur enim nos: Si firmamenti corpus globosum est, vt aspectus ip-
se declarat, aqua autem suapte natura fluxa quum sit & è sublimi sidere soleat ac delabi, quî-
nam potuit in curua & superiore circunferentia firmamenti solidè ac stabiliter persistere? Quid ad hanc obsecro respondendum est obiectionem? In primis quidem dicendum: vt do
nem aliquid esse, quod qua parte nobis cernitur, speciem præfert circuli per flexuram for- M
nicémve internæ concauitatis, non cõtinuò necesse sit illius quoque externam superficiem
quaquauersum ad imaginem sphæræ esse perfectam, totúmque id, perinde ac opus tornatile
exactè esse circunductum leuigatum ac perpolitum. quando videmus ipsi tum tecta balneo-
rum lapidea, tum ædium extructiones antri in speciem cauernosas, ipso quidẽ internæ partis
aspectu circunductas esse in speciem figurámve semicirculi, cum interim pars tecti superior
æquabilem plerunque obtineat, & planam superficiẽ. Quapropter hac de re neque sibi mo-
lestias ipsi sumere, neque nobis præstare velint, quasi superis aquam in locis detinere, coër-
Firmamenti physis quæ sit. cereque non valeamus. Dein dicendum esse videtur, quæ nam sit ipsius firmamenti natura,
& quam ob causam inter aquas separandas institutum sit intermedium vt esset. Scriptura
sacra

A sacra nomine firmamenti, in iis rebus quæ robore viribúsque exuperant vti consueuit,
quemadmodum cum dicit: Dominus firmamentum meum, & refugium meum: Et, Ego
confirmaui columnas eius: Et, Laudate eum in firmamẽto virtutis eius. Nam externi homi
nes id firmum corpus dicunt, quod quasi solidum est, densum ac plenum, vt à mathematico
corpore distinguerent. Est autem mathematicum corpus, quòd in dimensionibus solis con-
sistit, latitudine inquam, longitudine, & profunditate. Firmum autem solidúmq;, quod cum
dimensionibus & reniti resistéreque potest. Scriptura autem sacra, quod perrobustum est,
neque cedit, id omne firmamentum dicere consueuit, atque adeò, vt & in aëre addensato
hac ipsa voce plerunque vti videatur, veluti cum dicit: Qui tonitruum firmat. Soliditatem
B enim & resistentiam eius spiritus, qui in nubium concauis sinibus includitur, atque ob vio-
lentam eruptionem inde sonos ac strepitus eos efficit quos tonitrua dicimus, firmitudinem
tonitrui scriptura nuncupauit. Igitur & hic etiam pro quadam firma solidáque natura, ad
detinendas aquas ac coërcendas idonea, quæ suapte natura dilabuntur, perfacilèque disso-
luuntur, hanc à scriptura vocem ordinatam esse arbitramur. Nec tamen ipsum firmamen-
tum cum iuxta communem & vulgatam acceptionem ex aqua videatur ortum habuisse
suum, aut aquæ in glaciem concretæ, aut materiæ cuiquam tali, quæ sui principium ortus ex
humore percolato sumit, simile censendum est esse, qualem crystalli lapidis naturam esse cõ
stat: quem ob exuperantem aquæ congelationem in eam essentiam quam obtinet, asseuerãt
C transmutari, aut specularij lapidis qualis est natura, qui inter metalla concrescit. Est sanè la-
pis hic transparens ac pellucidus, & peculiari quadam ac purissima perspicuitate prænitens,
adeò vt si is suæ naturæ numeris omnibus responderit, neque vlla exesus putredine, sed nec
vlla sui parte perruptus, cum aëre contendit, eiq; ferè perspicuitate similis esse videtur. Ex
his igitur nulli simile firmamentum esse censemus. Est enim puerilis simplicísque profectò γνώμη.
mentis, tales de corporibus cœlestibus opiniones habere. Neque tamen si cuncta in cunctis
insunt, ignis in aëre, aër in aqua, cæterorúmque similiter aliud ineat in alio, & nullum omni-
no eorum quæ sub sensum cadũt elementum syncerum est mixtionéque caret, vt non sit aut
medij, aut oppositi sibi particeps: firmamentum ob id ipsum, aut ex vno simplicium corpo-
D rum, aut ex omnibus mixtum esse asserere nobis placet, qui iam ab ipsa diuina scriptura ita
instituti sumus, vt nihil vltra ea quæ sunt concessa menti nostræ, imaginari cogitaréque cõ-
cedamus. At verò nec illud inexpẽsum & vt annotatione indignum nos prætereat, quòd
posteaquam præceperat deus dicens, *Fiat firmamentum.*) non dictum est simplici modo. Et
factum est firmamentum, sed fecit deus firmamentum. Et rursum: Diuisit deus. Audi-
te, qui surdi estis: respicite, qui cæci estis. Ecquis, quæso, surdus est, nisi qui non audit magna ἀκούσατε οἱ κωφοί, ἀνα-
adeo voce spiritum sanctum inclamantem? Quis denique cæcus est, nisi qui non cernit ac βλέψατε οἱ τυφλοί.
inspicit adeò apertas, adeò claras de vnigenito dei filio demonstrationes? *Fiat firmamentũ.*)
hæc vox profectò causæ est primigeniæ & principis. *Fecit deus firmamentum.*) hæc effectri-
E cis est sanè creatricisq; potentiæ testis. Sed ad interpretationem continuandam, orationem
flectamus. *Et diuidat*, inquit, *aquas ab aquis.*) Infinita quidem, vt videtur, aquarum erat dif-
fusio, vndiquaque inundantium terræ, superficiémque illius in sublimi ita occupantium, vt
ad cætera elementa collatæ, sua proportione transcendere viderentur. Quapropter & anteà
dicebatur abyssum vndique circundare terram. Causa autem humorum copiæ tantæ, in iis
quæ deinceps dicentur nos assignare oportet. Nemo vero nostrum, vel eorum prorsus quo-
rum animus non mediocriter in perspicientia rerum sese exercuit, quiq; in hac caduca fluen
tèque natura per quàm acutè conspiciunt, nostram increpabit opinionem, quasi quædam
impossibilia supponẽtem, aut figmenta. Neque à nobis reposcet quis rationem, quánam ni-
tens sede aquarum natura, solidè consistebat. Qua enim ratione terram tantò aqua grauio-
F rem ab extremis abducentes in medio ceu pendulam collocant, eadem prorsus infinitam il
lam aquæ copiam tum ob natura insitam ad ima prolapsionem, tum propter pondus parte
omni æquilibre, circum terram conquiescerè ac solidè persistere, & conquiescere concedent.
Igitur aquæ immensa natura circa terram vndique diffundebatur, non temperatè sese habẽs
ad illam, sed longo exuperans interuallo: ita iam ab inde vniuersi primordiis à magno rerũ
artifice futura re prospecta, & primis rebus ad commoditatem sequentem dispositis. Quæ-
nam igitur necessitas fuit, vt aquæ natura tanta exuperaret nec explicabili copia? Quando- Ratio physica aquæ exuperantioris.
quidem essentia ignis necessaria est vniuerso, non solùm ad terrestrium rerum administra-
tionem, sed ad ipsius etiam vniuersi totius complendã integritatem (mutilum enim esset, si

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc vno elementorum omnium maximè opportuno destitueretur) aduersantur autem sibi G
mutuò,alterúmque alterius corruptiuum est:ignis quidem aquam cum excedit,vincit viribus,ignem autem aqua cum exuperat copia:nec aut seditionem inter hæc esse, aut alterius defectione causam oportebat emergere, qua dissolueretur vniuersum & deperiret: tantam humoris naturam qui omnia disponit deus parauit atque recondidit, vt ad definitos vsque fines ipsius mundi constitutionis,cum paulatim ab ignis viribus absumatur,ipsi resistere valeret.Enimuerò qui pondere cuncta mensuráque disposuit(in numerato nanque ipsi,secundum Iob,& pluuiæ guttæ sunt) is planè cognorat quantum præscripsisset temporis mundo ad durationem:& quantum etiam igni sumptus pabuliq; recondere oporteret, non ignorauit.Hæc est aquæ redũdantis & copiosæ ratio circa creationem. Atqui necessariam mundo H
naturam ignis ipsius esse,nemo sic est vsquequaque vitæ expers,vt ignoret,docerique opus habeat ratione inducta, non solùm quia facultates omnes ac artes quibus vita nostra subministratur,ac continetur ad operationes exercendas suas ignis egeant natura,ceu sunt textoria, coriaria, ædificatoria, atque agricultura: verumetiam neque germinationes arborum,
Ignis & aquę necessaria creatio. neque fructuum maturæ concoctiones, neque animalium aut terrestrium aut aquatilium ortus,neque alimenta etiam istorum vlla aut initiò constitissent, aut tempore aliquo permansissent,si calor in ratione rerum non adfuisset. Ergo perneceſsaria quidem caloris creatio fuit,vt ea quæ gignuntur,oriantur atque persistant: perneceſsaria autem & humoris copiosa abundantia propter ignis incessabilem ac ineuitabilem consumendi vim.Circumspice I
κτῆσις lege κτίσις. quæso,lustráque creaturas omneis,& caloris vires omnibus in rebus, quæ generationi corruptioniq; obnoxiæ sunt,perspicies prævalere. Idcirco copiosæ sunt aquæ,partim super terram diffusæ,partim vltra ea quæ conspiciuntur diductæ, partim in sinibus telluris insperſæ:
Fontium ac puteorum scaturigines. vnde fontium emergunt copiosissimi ortus,& puteorum confluuia, amniúmque tam torrentium quàm perennium flumina:quo multis porro variisq; locis ac cellulis humoris substantia conseruetur.Atq; ex orientali quidem plaga,ab hyemalibus solstitiis,fluui° Indus e-
Lege Strabone. 15.li. In Indũ vnũ quindecim insignia intrant flumina. rumpit,omnium maximus amnium,vt memoriæ tradiderunt ij,qui de orbis circuitu partibúsque conscripserunt:A medio autem orientis Bactrus & Choaspes, atque Araxes à quo & Tanais auulsus in Mæotim paludem dilabitur, & præterea Phasis à Caucasiis montibus K
erumpens, & alij innumeri ab aquilonaribus partibus, ad Euxinum vsque pontum labuntur.Ab occasibus autem æstiuis,ex Pyrenæo monte Tartésus & Ister egrediuntur: quorum
Ibidem loci de Choaspe πυῤῥηναῖον ὄρος. ἐκδίδωσι. ille ad id mare pergit,quod vltra columnas Herculis diffunditur.Ister verò Europam præterfluens,in Pontum emanat. Quid refert & alios adnumerare,quos Riphæi montes generant,vltra intimam Scythiam siti,quorum est & Eridanus cum innumeris aliis, nauigabilibus & ipsis amnibus qui per occiduos Galatas,Celtásque, atque propinquas eis barbaras gentes,nationésque præterlabentes,occiduo sese omnes infundunt mari. Iam quidem & ex meridie superis à plagis per Aethiopiam alij,partim ad nostrum hoc mare aduenium , partim ad id quod est vltra nauigabile,eò proiecti exonerant se:ex quibus sunt Aegon, & Ny-
ὁ νύσης κὴ ἀιγὼν. ses,& qui Chremetes vocatur,& insuper ipse Nilus:qui sanè neque similis natura fluuiis esse videtur,cum exundans æquè atque mare vniuersam Aegyptum operiat. Adeò locus hic orbis habitabilis nostri,copiosis ambitur aquis,profundis voraginibus maris veluti præcinctus & adstrictus,& innumeris amnibus alluitur perenni defluxu stagnantibus per inenarrabilem opificis sapientiam:opera cuius rerum moderatrice effectum est,vt ignis aduersantem sibi aquæ naturam haud facilè consumere possit. Erit tamen quando & vniuersa cremabuntur & conflagrabunt igne,vt Esaias in iis asserit oraculis,quæ edisserens,ad deum refert rerum opificem:Qui dicit abyssо,deserta eris,& omnes fluuios tuos desiccabo. Quæ cũ
Esaiæ.51.d. ita sint infatuata illa sapientia,à te excussa,suscipe nobiscum veritatis doctrinam,vulgarem M
Veritatis doctrina simplex ac rudis sermone,cognitione stabilis. quidem sermone,stabilem autem firmámque cognitione.Idcirco *fiat firmamentum in medio aquarum,& sit diſcriminans inter aquam & aquam.*) Diximus quid apud scripturam significati habeat firmamenti nomen.Nimirum naturam insinuat neutiquàm reluctantem aut solidam, quęve suo pondere grauis sit aut renitens.Non eiusmodi dicit esse firmamentum.Alioqui si sic grauem mole eius intelligis naturam,propius ac iustiùs hanc sibi vindicasset terra nomenclaturam firmamenti: sed quòd natura rerum nobis supereminentium ac sublimium tenuis admodum sit ac rara, nec vllo sensu possit percipi, hoc appellauit Moses firmamentum,corporum comparatione quæ tenuissima sunt, & quæ sensu facilè comprehenduntur. Mihi nunc tu locum vnum aliquem cogita humoris discernendi facultate præditum, qui quidem

A quidem tenuem & percolatum ad supera loca traiiciat:eum verò qui crassissimus est,ac terræ immistus,ad infera demittentem,vt ab initio finem vsque,eadem in vniuerso temperies conseruetur,calore paulatim humoris essentiam absumente.Tu vero copiam quidem aquarum tantam esse non credis:ad caloris autem tantam copiam non respicis: qui tametsi paruus est magnitudine,multum tamen humoris sua vi natiua cõsumere potest.Etenim attrahit quidem ad se propinquum humorem sibi, vt ipsæ cucurbitulæ medicorum docent: ὁμοιώσεις. attractum autem consumit:perinde atque in igne lucernę fieri solet,qui per ellychnium ad se tractum adiacens alimentum citò admodum mutatum comburit. Iam vero ætherem ipsum quis ambigat igneum esse,ac vstiuum? Quem,nisi fine sibi ab opifice præscripto per-
B utili ac necessario coërceretur, quid, quæso, prohibuisset omnia sibi propinqua cremantem atque vrentem,vniuersum omnium rerum humorem iam absumpsisse?His aërius iste constat humor,dum superior locus cogitur in nubes per subuectionem vaporum, quos fluuij, fontes,lacus,paludes,ac maria omnia emittunt:ne cuncta occupet æther & corripiat incendio,quandoquidem ipsi etiam videmus solem hunc æstatis tempore irriguam regionem & cœno lacustri humectam plerunque vel breuissimo temporis momento relinquere humore omni destitutam atque arentem.Quò quæso te illa defluxit aqua?Ostendant nobis qui nihil non se scire promittunt viri graues & tumidi. An non cuiuis liquet eam æstuantissimo solis calore in vaporem resolutam consumptam esse? quanquàm ne illi quidem concedunt
C solem esse calidum.Tanta isti superfluunt ad deliras & aniles nugas copia temporis. Attendite,cuiusnam autoritatis demonstratione nixi,efficaci aduersentur & operosæ solis actioni.Cum sol,inquiunt,colore candidus sit,& nec subrubẽs ei color,nec flauus insit,nec ignea profectò præditus est ob idipsum natura, sed eiusmodi calorem illi accidere ex præpete ac veloci circumactu astruunt.Quid hinc isti procurant aut elicere volunt commodi? Vt ni- ὡς συγκατασκευάζων per ω.non o
hil absumere humorum sol credi possit.Ego proinde quanquam hæc illorum sententia vera non sit,non tamen eam elidere velim ac reprobare, quasi eius euictione meam ipsius rationem confirmem. Nam ob humoris consumptionem, à caloris actione neceſsariam esse copiam aquarum asserebamus.At nihil interesse videtur,naturáne sol an affectione quapiã
D calore præditus sit,ad effectus eosdem in materiis eisdem gignendos. Nanque siue mutua συμπτώματα. frictione ligna flammam ignémque pariant & accendant, siue flamma accensa crementur, æqualis nimirum ac similis ex vtriusque finis resilit.Summam tamen vniuersa administrantis opificis,dei sapientiam in eo videmus,quod ex aliis ad alia solem loca deducit: ne semper ipse trahens eisdem in partibus moram,per redundantiam caloris rerum ordinem dissoluat.Sed nunc ipsum ad austrum circa hyberna solstitia,nunc ad æquinoctialia signa pellit,atque illinc ad aquilonias plagas sub æstiuo solstitio reducit:adeò vt hac illius sensim migratione,subiectis temperies tractibus,ac regionibus conseruetur. Animaduertant autem ipsi velim,an sibiipsis non aduersentur,qui mare quidem inquiunt non exundare excrescę-
E rèque fluuiis propter consumptionem eam quæ fit ex sole,& insuper salsum amarúmque re- Maris aqua cur amaru-
linqui,vi caloris,humore tenui potulentóque consumpto: quod ex sole potissimùm vnum lenta.
ab altero secernente, dein quidem quod leue est ad se proliciente, relinquente verò quod crassum est ac terreum veluti est limus & aquæ sedimentum:quò fit,vt mari adsint amaror, salsugo & ad exiccandum aptitudo.Postea verò mutata sententia,nec iis animaduersis quæ de mari disseruêre,nullam prorsus asserunt humoris ex sole fieri imminutionem. Et *uocauit deus firmamentum cœlum.*) Vt hæc cœli appellatio alteri congruat & aptetur,certè particeps eius voculę fit hoc firmamentum per similitudinem.Ipsi enim subinde obseruauimus hunc Firmamentum qua ratione cœlũ.
aëris locum conspicuum,cœlum dici,quòd densus sit & ob continentem cohærentiam aë-
F ris sub aspectum nostrum apertè cadentis.(A verbo enim ὁράω videri petita est & corriuata appellatio nominis τοῦ ὀυρανοῦ id est,cœli.) Vt quum dicit scriptura, volatilia cœli. Et rursus,Ea quæ volant per firmamentum cœli.Tale quid est & illud:Ascendunt vsque ad cœlos Moses quoque benedicens tribui Iosephi:A pulchritudine cœli & rore, & à solstitiis mensiúmque eoitibus,atque à vertice montium,colliúmque perennium benedictiones præstat: quippe cum horum ordo temperatus,fertiles terræ regiones efficere soleat. Quin & in execrationibus Israëli dicit: Erit æneum tibi super verticem cœlum. Quid his verbis indicare Deut.28.b.
vult:nimirum omnimodam siccitatem ac defectionem aërij humoris & aquarum cœlestiũ, quibus ad gignendos fructus efficitur terra fœcunda.Quum itaq; deferri de cœlo rorem,aut pluuiam dicit,aquas tum eas nos intelligimus,quascunq; superas occupare regiones est in-

 stitutum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtitutum. Quando nanque exhalationes illæ ſublime petentes & aër aſpirantium ventorum G adſtrictione addenſatur & concreſcit, quum quidem humores hactenus vaporationis inſtar & minutatim nubi inſperſi, iam inter ſe mutuò cohæſerint, generantur guttæ ex concretorum humorum pondere ad ima decidentes, atque id ortum eſſe pluuiæ conſtat. At cum humor redactus in ſpumam fuerit vi ventorum, agitationéque diſſectus, ſummèque deinde refrigeratus coactus fuerit vniuerſus, nix tum cum frangitur nubes, defertur. Atque omnino ratione eadem vniuerſam humoris naturam circum aërem noſtro capiti imminẽtem & ſuperne pendulum, tibi cernere licet. Neq; verò ſimplicem quiſquam ſpiritualium explicationem ſententiarum, nec iſtis probabilibus argumentis ſubnixam, cum eorum hominum curioſa qui de cœlo locuti ſunt, inquiſitione & ſuperuacanea cõparare conferreq; velit. Etenim H quantò in caſtis ſibiq; temperantibus fœminis pulchritudo eſt meretricia præſtabilior, magisq; anteponenda: tantò fidei noſtræ ſermones præcellunt ad externorum dogmata collati. Iſti nanque vi extortam ſuis ſententiis conciliant probabilitatem: hic ipſa ſola veritas nuda & omni vacua artificio aut impoſtura, ob oculos proponitur. Sed quid opus eſt vt laboremus in illorum falſis opinionibus redarguendis: quibus ſatis ſit illorum libris inter ſe collatis, ſummo cum otio ſpectatores ipſorum contentionis pugnæq; ſedere? Nam neque pauciores numero ſanè, neque dignitate cedentes: ſed loquacitate vel longo interuallo ſuperiores ſeſe illis contraria ſentientes obiectant, qui mundum vniuerſum comburi, reuiuiſcereq; rurſum è ſeminalibus iis rationibus, quæ remanent in ipſis rebus combuſtis dicunt. Vnde I & infinitos occaſus mundi, & regenerationes itidem introducunt. Verùm illi quidem à veritate in duas diſſecti partes, hinc & inde ſibi diuerticula quædam exorbitationéſque, quibus ad errorem proficiſcantur, inueniunt. Nobis verò & aduerſus quoſdam, qui ſtetiſſe ab eccleſia videntur, ſermo habẽdus interim eſt de aquis à ſe diſparatis. Et quidem iſti prætextu agnagogici ſenſus & ſublimioris intelligentiæ ad allegorias ſe transferunt ac ſuffugiunt, aſſerentes potentias quaſdam ſpirituales expertéſque corporis tropicè ſignificari per aquas: & ſupernè quidem ſupra firmamentum præſtabiliores mãſiſſe, infernè verò in terrenis ac materialibus locis ſubſediſſe, quæ erant maligniores. Idcirco dicunt, & eas aquas, quæ ſuper cœlum ſunt collocatæ, deum laudare, id eſt, probas illas eſſentias, quæ dignæ ſunt ob mentis pu K ritatem, decẽtem accomodatámque reddere laudem creatori. Aquas autem eas quæ ſub cœlis deſederũt, ea eſſe ſpiritualia nequitiæ & improbitatis: à naturali ſublimitate, in imam totius vitioſitatis voraginem delapſa. Has improbas mentes vt turbulẽtas, vt ſeditioſas, vt affectuum perturbationúmque procellis, ac turbine fluctuantes exæſtuantéſque, maria nuncupatas fuiſſe aſſerunt, propter mutationis facilitatem, & voluntatis electioniſq; motuum inſtabilitatem. His igitur & eius generis ſententiis, vt quæ ſomniis & anilibus fabellis conferendæ veniunt relegatis, aquam nos vt aquam intelligamus, & ſegregationem factã humorum, à firmamento ea cauſa quam aſſignauimus, accipiamus. Atque etiam ſi quando aquarũ illæ, quæ ſuper cœlos ſunt collocatæ, communem omnium dominum laudare tradantur, nõ naturas ratione præditas, ob id illas eſſe decernimus. Neque enim cœli anima vlla informã- L tur, quia gloriam narrant dei: neque firmamentum animans ſenſu prẽditum eſſe cenſemus, quod effectionem manuum ipſius itidem annũtiat, vt aſtruat aliquis & interpretetur hoſce cœlos virtutes eſſe quaſdam contemplationi concreatas, firmamentum verò facultates quæ operoſè admodum & efficaciter fungantur officio, nempe operatrices: nos ſanè eiuſmodi definitionem vt arguta quadam ſcitáque acrimonia adornatam non negamus, at eandem non continuòveram eſſe concedemus. Secundum enim hanc interpretandi formulam ros, pruina, frigus, & æſtus, quòd apud Danielem iuſſa ſint concelebrare hymnis vniuerſorum opificem, mentes quædam erunt, nimirum intellectu prædítæ, ſimul & inuiſibiles naturæ. Veriùs quæ iſtis dictionibus ineſt ſignificandi ratio ſpiritualiter & contemplatiuè ab his ac- M cepta quos illuſtrat intelligentiæ donum, ad hoc mirè conducit, plenam vt conditori exoluere queas glorificationem. Neque enim ſuper cœlos conſiſtens aqua ob hoc quòd inferiores antegreditur honoris præcipui dignitate, ipſa ſolùm ob eximiam & inſignem ſuæ virtutis prærogatiuam, diuinam adimplet laudem. At enim laudate eum, ait, & quæ ex terra ſunt, dracones & omnes abyſſi. Quarè ipſa etiam abyſſus, quam iſti in peiorem reiecerunt partem, qui nihil non ad allegorias trahunt, adeò Pſalmorum cantori viſa non eſt aſpernabilis & reiectitia, vt eam quoque adſciuerit in communem creaturæ omnis chorum: quando iuxta ſibi inſitas rationes, canticum diuinæ laudis concordi & melico concentu exoluit creatori.

Guttæ & pluuiæ origo.

Niuis generatio.

A ſimili argumentum.

φθορὰς ἀπὸ τέρους ἢ χαλαζογενεσίας

Et aquę quę ſuper cœlos ſunt, laudẽt nomen domini.

Contra Origenem & Apollinariũ

Cœli inanimes, licet laudem deo enarrare ſcribantur.

θεωρητικὰς τὰς δυνάμεις καὶ πρακτικὰς.

A creatori. *Et uidit deus quòd eſſet bonum ſiue pulchrum.*) Non iſta vulgari iucunditate dei oculos paſcunt, quæ ab ipſo conficiuntur opera. Nec qualis apud nos deprehenditur eſſe, apud ipſum talis eſt bonarum rerum commendatio: ſed bonum aut (ſi malis) pulchrum id tandem eſt, quod ad artis rationem regulám ve confectum, rectà contẽdit ad commodam vtilitatem præſtituti finis. Qui igitur initio ſtatim eorum quæ fiunt, finem ſibi propoſuit, is quæ ſenſim fiunt ſingula, vt ad executionem plenam deſtinati finis pertinentia, & ad rationes expenſa ſuæ artis comprobauit iam & laudauit. Alioqui manus ſi ſeiunctim ſtatuatur, ſi priuatim oculus, deniq; ſi vnumquodlibet membrorum virilis ſtatuæ iaceat ſeparatim: nemini hæc cuicunque tandem videri bona poſſint, aut pulchra. Sin ſuo quæque pars ordine
B repoſita fuerit: tum ſtatuæ iſtius ex partium iuſta proportione pulchritudo ſe exerens & interlucens vel vix tandem cuiuis rudi talium operum ſe exhibet cognobilem & perſpicuam. Atqui artifex antequàm ſe accõmodet ſtructuræ aut compoſitioni præſtituti operis, priùs ipſe nouit cuiuſque partium futuram pulchritudinem aut eximiam bonitatem, eóque laudat ſingula, ad eorum quæ facturus eſt, finem, ſuam referens ſententiam. Talis itaque vel nunc deus nobis proponitur, quaſi arte quapiam præditus ſingula quæque ſua opera cõprobans. Eſt autem & hoc proditum memoriæ, quo laus congrua tanto opifici exolueretur, abſoluta iam vniuerſa mundi mole ac ſuis conſtante partibus. Verùm enim hic iam finis eſto, finèmque capiat ſermo noſter qui de die ſecundo eſt, vt auditorum iis quidem qui indu
C ſtrij ſunt & ad tolerandos hoſce labores alacres prouolant, opportunitas ſuppetat commodior ea quę ex nobis audierunt, excutiendi & in quæſtionem reuocandi, in his vt ſi quid deprehenderint ſibi vſui futurum, id fideli memoriæ commẽdent, pérque alacrem & ſedulam meditationem quaſi per concoctionem quandam, iſtius vtilis doctrinæ expectent digeſtionem diſtrahendam, inque omneis animę vires diſpertiendã. Illis porrò quorum animus occupatur præſentis vitæ curis, nonnihil concedatur otij, vt hoc intermedio tempore, curis ordine tranſactis, anima tum liberiore ac vacua negotiorum ad veſpertini ſermonis epulationem occurrant. Deus qui opera hæc eximiæ magnitudinis creauit, quique parua vt dicerem,
D indulſit: is vobis omnibus omni prorſus in re vires ſuggerat ſuæ intelligendæ veritati accõmodas, vt ex viſibilium contemplatione ad intelligendum eum conſurgatis qui inuiſibilis eſt, & ex magnitudine ſimul & pulchritudine creaturarum, perſuaſionem colligatis tanto opifice nihil indignam, nec indecoram. Inuiſibilia enim ipſius à creatione mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiternáque eius virtus & diuinitas, adeò vt in terra, & in aëre, in cœlo, in aquis, in nocte pariter & die, in omnibus denique iſtis palam conſpicuis, principio ſtatim exempla deſumere poſſimus, quæ nos ſubmoneant beneficentiſſimi erga nos dei: atque ita non iam vel temporis tantillum concedemus peccatis, ac proinde hoſti noſtræ omnium ſalutis nullum prorſus in cordis domicilio relinquemus locum, ſi modò per continentem memoriam inhabitatorem cordis habuerimus deum, quem gloria omnis
E cultúsque latriæ addecet nunc & ſemper in vniuerſa, nec vllo vnquàm fini intercipienda ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA QVARTA, DE AQVARVM *congregatione.*

FSVnt ciuitates nonnullæ, quæ omnigenis præſtigiatorum ſpectaculis, iam inde à primordio diluculaſcentis diei ad ipſum vſque adueſperaſcens cœlum ſuos paſcunt aſpectus. Sed & hominum quidam tanta auiditate inhiant exaudiendis cantiuncu lis in mollitiem diffractis, ad morum quoque corruptelam quàm maximè prolicientibus & quæ nullum non genus effrenis laſciuiæ animis ingenerent auditorum, vt nullo vnquàm neque fini, neque modo illis exatientur. At interim plerique ſunt, qui populos improbandæ huic conſuetudini addictos prædicent beatos: quòd neglectis forenſibus mercimoniis, exercitiis ve artium quas natura tuendæ vitæ excogitauit, poſthabitis, per omnem ignauiam & illicem voluptatem tranſmittunt huiuſce vitæ tempus certa lege prouidentiæ ſibi præfinitum? Ipſe equidem arbitror hos neſcire orcheſtram eiuſmodi laſciuis ſpectaculis redundantem, communem eſſe & publicam diſcendæ omnis incontinentiæ officinam iis qui eò prouolant confeſſuri. Nec iſti planè videntur intelligere modulationes tibiarum

Scenicas theatrales q; præſtigias perſtringit.

Orcheſtra, incontinentiæ omnis officina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Thymelicos.

omni genere harmoniæ concinnatas, meritriciásque cantillationes fixiùs illapsas animis au G
ditorum atque insidentes aliud nihil efficere quàm quòd in commune persuadent spectatores quidvis flagitiorum & obscœnæ turpitudinis admittere, dum hi indecora citharæ ac

Curule certamen percellit.

tibiæ pulsitatione rem ipsam gestiunt exprimere. Iam verò non desunt qui vel vsque ad insaniam se totos addixerunt equis ad obeunda certamina exercendis, adeò vt in equorum gratiam sibi videantur per somnium confligere, currus aurigásque statione transmouentes: vt-

Synoridas, Anabatas, &c. intelligit. Iul. Pol. primo.

que perstringam compendiò, ne per somnũ quidem ab imaginatione interdiu cõceptæ dementiæ auocari possunt. Nósne, quos dominus ipse admirabilium planè rerum autor eximius & suspiciendus artifex ad suorum commendationem operum inuitauit, ad eorũ con-

Distinctionem rerum aggreditur.

templationem delassabimur? An ipsi lentescemus per ignauiam ad percipienda spiritus sancti eloquia? Quúmque ingens hæc & variegata diuinæ creationis officina nulla non parte nos cingat & obuallet, & ad illius superioris æui considerationem quisque iam cœperit men

ὡσὰ καμάρᾳ.

tem reflectere: pigebit ne tandem nos pressiùs contemplari distinctionem vniuersæ istius mundialis machinæ: Cœlum quidem appensum ac libratum, quasi fornicem, vt habet sermo propheticus. Terram autem immensam vt magnitudine, ita & pondere, sibiq; ipsi solidè cohærentem & stabiliter innixam. Aërem verò fusum, mollem humidúmque natura, ac-

ἐις συναγωγὴν μίαν.

commodatum quidem perpetuúmque respirantibus suppeditantem alimentum, cedentem autem prę mollitia iis quę motu cientur, & se sinentem interscindi, adeò vt nullum prorsus per ipsum meantibus impedimentum sit semper ad terga secantium se facilè incumbentem I
atque circunfluentem. Aquæ denique naturam, tum ad alimentum, tum ad cæteros nostros vsus paratam, cuius ordinatissimum ad definita loca concursum ex iis quæ modò lecta nobis sunt speculare. *Et dixit deus: congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, in congregationem unam, & appareat arida, & factum est ita: & congregata est aqua quæ sub cœlo erat, in collectiones suas, & apparuit arida, & uocauit deus aridam, terram: & congregationes aquarum appellauit maria.*) Quot mihi negotia, quot molestias afferebas in iis quæ antea dicebantur, causam postulando, quomodo

Habet exéplar σώματος. pro quo Argyr. legit χρώματος idq; rectius.

tellus inuisibilis fuerit: cum omne corpus colorem suapte natura obtineat, ac proinde omne corpus sensibile sit visu. Et forsitan ea quę disseruimus ibi satisfacere tibi non videbantur: cũ diceremus inuisibile non respectu naturæ, sed nostri, dictum à scriptura fuisse, propter obiectionem aquę, tunc vniuersam tellurem operientis. Ecce nunc audi ipsam scripturam seipsam explanantem. *Congregentur aquæ, & appareat arida.*) Contrahuntur vela vt aspectui sese obiiciat ea, quæ eatenus non conspiciebatur. Sed fortasse quispiã & illa quæsierit, pręter hęc,

1. Quæstio.

Primũ: Cur quod secundũ naturã competit aquæ, ferri inq̃, per decliuia loca, imáque petere, id ad opificis imperium scriptura reducit? Quousque enim in æquo planóque solo sita est aqua, stabilis est quippe cum haud habeat quò diffluat aut permeët. Sed cum prona loca fuerit atque decliuia nacta, protinus cum antecedens processerit, ea quæ post ipsam continua est, sedem ipsius occupat: ea quæ sequitur illius itidem sedem: & ita delabitur quidem quæ antecedit, sequitur autem quæ accedit: atque tanto delatio fit celerior, quanto & pondus maius est eius quod deorsum fertur, & loca ad quæ fit confluxio, magis concaua sunt. Hæc igi- L
tur si est aquæ natura superuacaneum videri possit id imperium, quo iubetur in vnam cogi collectionem. Prorsus enim futurum fuerat per naturæ illius ad ima delabentis propensionem, vel suaptè sponte, vt ad omnium maximè concauum & decliuiorem locum se conferret, defluuiũ illud suũ non priùs remoratura, q̃ superficies æquabili planicie cõplanaretur.

2. Quæstio.

Neq; enim vspiam cõspicitur vlla cãpestris regio peræquè plana, vt ipsa aquę est superficies. Deinde quæritur, qua ratione dicat aquas in vnã congregationẽ iussas esse concurrere, cũ tã multa esse maria cõspiciãtur plurimóq; inter se interuallo ac situ disparata. Ad id igit quod priore loco quæsitũ est, illud dicim°, Tu quidẽ optimè nosti, quæ fuerint motiões aquæ post dominicum præceptum, vt illa circunflua sit, nec consistẽs, vtq; suapte natura ad prona, de- M
cliuia & concaua præceps deuoluatur loca. At sanè eadem quid priùs obtinuerit virium, antè nimirum quam cursus hic illi ingigneretur præcepto dominico: neque ipse nosti, sed nec certo audisti, qui nouerit. Cogita enim mihi tu vocem dei effectricem esse naturæ, idq; imperium quod factum creaturæ tunc est, creatis deinceps omnibus ordine succedaneo consimilem & operatoriam facultatem prærogasse. Dies & nox creata semel sunt, & ex illo tum die adusq; hodiernum, quum sibi alternis succedant, æquis tamen partibus non desinunt inter se dispertiri vices temporum. *Congregentur aquæ.*) Iussa est currere natura aquarũ, nec vnquàm delassatur, eam ad cursum perpellente iugiter illo præcepto. Hoc sanè dixerim, ad

fluxibilem

A fluxibilem respiciens partem aquarum. Sunt enim, quæ suapte natura fluunt, cuiusmodi fontanæ sunt & fluuiatiles. Sunt contrà & aliæ collectitiæ nec quoquàm permeabiles. Atqui sermo de his mihi nunc est quæ impetu quodam naturæ cientur ac fluunt: *Congregentur aquæ in congregationem unam.*) Tibine vnquàm propter fontem, copiosam aquam eructuantem consistenti incessit eiusmodi cogitatio? Quis aquam hanc cogit exilire è mediis terrę visceribus? quis festinè vt in vlteriora progrediatur, vrget vehementer? quænam promptuaria, vnde depromuntur, tantum continent prouentum aquarum? quis ille tandem locus, ad quem defluuio præcipiti contendunt? quinam fit, vt hæ non deficiant, nec illæ interim expleantur? Scito hæc à prima illa dei voce dependere. Illinc enim primaria ad cursum motio indita

ἐκ τῶν λαγόνων.

B aquis est & prærogata. Ad omnem de aquis commemorationem, primæ illius vocis immemor ne esto. *Congregentur aquæ.*) Oportebat eas decurrere, suum vt occuparent locum: dein locis sibi natura definitis restitutæ, in ipsis vt persisterent, neutiquàm vltra progressuræ. Quapropter iuxta Ecclesiastæ illius sententiam, Omnia flumina intrant in mare, & mare nõ redundat. Nam quòd fluant aquæ, dei imperium causa est: maris itidem intra suos fines circunscriptio à primaria illa diuinæ legis sanctione pendet: *Congregentur aquæ unum in locum.*)

πάντες δὲ χείμαῤῥοι torrentes Eccles. 1. & ῥεύματα λαμβάνει iuxta 70.

Ne è locis quæ ipsam susceperant, affluens fusim exundaret, transcenderet semper, atque ita ex aliis alia compleret loca, ac totam hoc pacto continentem terram stagnantibus tandem vndis & alluentibus inuolueret: iussa est in vnum se colligere locum. Idcirco furens ventis

C sępenumero mare, atque ad immensam altitudinem sese attollens vi fluctuum, vbi litora solum attigerit, eo impetu mox in spumam dissoluto, retrolabitur. An me non timebitis, dicit dominus, qui posui arenam terminum mari? En mare, res planè sua vi intoleranda, re tamen omnium inualidissima, nempe arena frenatur ac coercetur. Alioqui quid prohiberet mare rubrum sua exundanti alluuie irrumpere in vniuersam Aegyptum, quæ ipso mari tanto est concauitate depressior, sæq; mari quod Aegypto adiacet, coniungere: nisi creatoris præcepto tanquã compedibus astrictum coërceretur? Etenim Aegyptus quòd sit mari rubro humilior,

D vel illi nobis re ipsa persuasere, qui connixi sunt maria hæc Aegyptium inquam, & Indicum cui permiscetur rubrum mare, inter sese committere & alterum alteri coniungere. Quamobrem destitere à tanto conatu, Aegyptius ille Sesostris qui primus id est aggressus, Darius item Medus qui secundum hæc voluit persequi rem tantam & supremam operi admoliri manum. Hæc eò mihi dicta sint, vt nobiscum reputemus quàm efficax & operatoria vis sit diuini illius præcepti: *Congregentur aquæ unum in locum.*) Id est, nulla post hanc, alia congregatio fiat: sed in prima hac collectione quæ in vnum confluunt, permaneant. Deinde dicto illo, quo iussit aquas in vnum cogi indicauit multas quidem esse aquas varia per loca seorsim à se fuisse disparatas. Concaua nanque montium profunditate conuallium eminentiora & superinducta collectitias etiamnum aquas continebant. Ad hoc, campi tam multi &

E iidem supini, qui ne maximis etiam pelagis cederent, quod ad effusam amplitudinem attinet, Valles item nulli numerandæ & conualles multiformi cauitate distinctæ; quæ omnia priùs inundantia aquis, dei præcepto euacuata tum sunt & exinanita, omni ex loco aquis in vnam collectionem affluentibus & coactis. Nemo proinde dicat: Si aqua terræ superficiem operiebat, prorsus consequi videtur omnes omnino concauitates, quæ nunc maria susceperunt, refertas fuisse aquis. Quò igitur aquæ properabãt sese vnum in locum collecturæ, concauis omnibus pręoccupatis? Huic enim ipse dixerim, tũ receptacula earũ aquarum capacia

Obiectio.

Solutio.

ab opifice eam ad rem exceptandam adornata fuisse, quum in vnam coïtionem cogendæ venirent & secernendæ. Neque enim erat iam mare illud, quod trans Gades est externum: non item vastum illud & nautis inaccessum & formidabile pelagus quod Britannicam insu-

ἡ ἔξω γαδείρων θάλασσα.

lam, occiduósque Hibéros amplectitur: sed amplo tunc capacique conceptaculo præcepto

F dei creato, ad illud aquarum copiæ concesserunt. Ad secundum autem illud quod nostra sententia de opificio mundi ipsi aduersetur experientiæ, propterea quod non vnum in locum aqua tota confluxisse videatur: multa quidem dicere possumus, & ex se notissima omnibus: Atqui non satis compertum habeo, fueritne ridiculum, cum huiusce modi nos hominibus certare atque contendere. Nunquid enim & lacustres aquas, & eas quæ ex imbribus aggregantur nobis opponere, perq; eas nostram sententiam redarguere putare debent? Non enim quamlibet confluxionem aquarum, sed maximam, & abundantissimam, vnam appellauit aggregationem, vnum concursum. Nam putei collectiones aquarum sunt arte manúque confectæ, humore terræ insperso in eam humi confluente partem, quæ in concauitatem

Solutio quæst. 2.

τελειοτάτην συνδρομήν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reducta est. Non ergo quosuis concursus aquarum congregationis indicat appellatio: sed G
excellentem, & maximum, in quo totum elementum confertim aggregatum ostenditur.
Nam vt ignis & in parteis paruas diuisus est pro vitæ hominum vsu,& vniuersus in æthereo loco fusim digestus est:& aër item in parteis quidem exiguas & ipse dissectus est, vniuersus autem tellurem circumquaque totam amplectitur: sic & in aqua tametsi paruæ quædam complures; collectiones aquarum sunt separatæ, vna tamen est congregatio, vnus locus,
In exẽplari defit loco ἂς, λιμένες. qui totum elementum à cæteris segregauit. Stagna lacúsve qui partim in septentrionis plagis,partim in Græciæ regionibus sunt,partim Macedoniæ, Bithyniæ,Palæstinæq; tractus occupant,omnes aquarum quidem congregationes esse constat:at non de his in præsenti, sed
de maxima omnium,æqualiue magnitudine terræ,oratio est præsens.Iam lacus, etsi copio- H
ἀσφαλτίτις καὶ σερβονίτις lacus salsi. Vt Strabo in Geographicis. sas aquas habere nemo inficias ibit,non tamen maria quis consentaneè nuncupauerit, ne si quàm maximè salsi sunt saporis,crassæq; nonnulli naturæ,perinde vt mare: qualis est & Asphaltites lacus in Iudæa, & Serbonitis ille qui inter Aegyptum & Palæstinam per Arabiam
desertam protenditur: lacus enim sunt atque stagna: mare autem vnum est,vt ij memoriæ prodiderunt, qui terrarum orbem lustrarunt: quanquam & Hyrcanum Caspiúmque mare,
sunt qui seorsum circunscripta suis esse finibus arbitrentur.Sed si iis qui in describendis terris operam nauarũt,mentem adhibere oporteat, hæc inter sese per meatus suos commiscentur,& omnia permeant ad mare maximum atque confluunt: quemadmodum & mare ru-
συντέτρηνθ. brum ad id quod est trans Gades mare Oceanum tendere, eique coniunctum esse ferunt. I
At quonam modo dicit aquarum aggregationes deum maria nuncupasse? Quia confluxere
συρήματα κόλπους vocat. quidem vnum in locum aquæ.Congregationes autem aquarum, id est sinus, qui secundum propriam figuram à terra circundante cincti sunt comprehensiq;, maria deus appellauit, vt
sunt aquilonium mare, austrinum mare, orientale mare, rursum aliud occidentale mare.
Multa quoque nomina propria variáque marium extant:Euxinus pontus, Propontis, Hel-
μυρίαγε δὲ νόματα τῶν πελαγῶν. lespontus,Aegeum,Ionium,Sardonicum,Siculum, Thyrrenum aliud, & mille alia nomina marium sunt, quæ longum sanè fuerit & planè insolens exactè recensere ac numerare.
Idcirco deus congregationes aquarum maria nuncupauit. Sed ad hæc nos deduxit ipsa se- K
ries disputationis.Nunc ad id redeamus, quod initiò proposuimus: *Et dixit deus, Congregentur aquæ,unum in locum,& appareat arida.*) Non dixit,& appareat terra: ne rursum ipsam incon
Cur dictũ, Arida, non terra appareat. ditam,ac incompositam ostendat,luto refertam, atque aquis immixtam, nondum propria forma facultatéque recepta.Et simul ne telluris exiccatæ causam, soli deferamus terræ siccitatem generatione solis vetustiorem opifex fecit.Animaduertas autem velim, his indicantem verbis scripturam non solum exundantes aquas de terræ superficie defluxisse, sed quicquid etiam aquarum per profunditatis totius dimensionem inerat immixtum, ipsi cessisse,
inexorabilibus domini iussis obtemperando. *Et factum est ita.* Satis fuerat id adiecisse ad indicandum opificis vocem in opus mox exiisse. In nonnullis porrò exemplaribus accedit & L
hoc.Et congregata est aqua,quæ sub cœlo erat in congregationes suas & apparuit arida:quæ neque alij interpretes tradiderunt,& neque vsus contextus Hebraici habere cõspicitur. Reuera enim post illud testimonium.Et factum est ita,redundans est & superuacanea hęc enarratio. Quin & eadem in exemplaribus exactiore diligentia descriptis confossa leguntur &
ὀβελὸς, ἀφανίσεως σύμβολον. obelo iugulata.Est sanè obelus expunctionis nota siue reprobationis. *Et uocauit deus, aridam, terram: & congregationes aquarum, appellauit maria.*) Cur & antea dictum est: Congregentur aquæ vnum in locum,& appareat arida:non item scriptum est, *Et appareat terra.*) Et hoc loco
Arida cur vocata est terra. rursum:Et apparuit arida,& vocauit deus aridam, terram? Quia siccitas quidẽ siue ariditas, aut certè arida propriũ quid est,quod naturã veluti delineat & exprimit,ipsius subiecti:terra
τὸ λογικὸν, proprium hominis, vt τὸ ἴδιον τῆς terræ. autem nuda quædam est ac tenuis appellatio rei. Nam vt ratione quidem præditum esse, M
proprium ipsius hominis est:vox autem homo id significat animal, cui proprium illud com
πρὸς χρηματιστικὸν, ὁ ἵππος. petit,sic & ariditas,atque siccitas proprium est,atque præcipuum terræ. Cui igitur, vti propriũ, siccitas accõmodatur,atq; ariditas,id appellatũ est terra: perinde atq; cui veluti propriũ peculiaréque quid,ipsum hinnibile competit, id nuncupatum est equus. Non solum autẽ in
terra ita habet,sed cæterorum etiam elementorum propria cuique & sortito attributa qualitas inest,qua sanè tã à cæteris secernitur,& quale vnumquodque sit,internoscitur. Nã aqua
Aqua frigida, aer humidus, ignis calidus, terra arida. frigiditatem, aër humiditatem, ignis caliditatem,vt peculiarem sibi vendicat qualitatem.
Verum hæc quidem vti prima compositorum corporum elementa, iuxta iam dictum modum speculatiuæ rationis considerantur.Ea tamen quæ iam in corporibus insunt, constitu-

ta

A ta sensuiq; subiiciuntur,obtinent coniunctas qualitates: neque quicquam eorum omnino, Physica γνώμη.
quæ conspiciuntur ac sentiuntur,absolutè vnicum est siue solitarium,aut simplex, aut syncerum,sed terra est sicca & frigida,aqua humida frigida,& aër humidus & calidus, ignis calidus atque siccus,Hoc enim pacto per qualitatem consortem,& cõiugatam facultas in ipsis
mutuæ mixtionis emergit.Nam per communem ipsis qualitatem singula cum vicinis sibi copulantur ac permiscentur & societatis ratione,quam cum sibi propinquis obtinent, cum
oppositis coniunguntur:verbi gratia,terra quæ siccitate frigiditatèque prædita est, cum a-
B qua quidem frigiditatis affinitate coniungitur:per aquam autem cum aëre copulatur, quippè cum aqua medium inter vtrunque obtinens suapte natura, quasi vtraque iniecta manu,
vtraque qualitate,corpus vtrunque proximum sibi,frigiditate terram,humiditate aërem attingit.Rursum suo ipsius interuentu aër pugnantem naturam aquæ & ignis conciliat, aquæ
quidem se connectit per humiditatem,igniverò per calorem.Ignis denique pari modo duabus & ipse qualitatibus præditus,calore,inquam,ac siccitate,illo cum aëre copulatur,hac humum petit sibiq; coniungit.Atque ita fit orbis quidam, choreáque concors & concinna ex
τὸ στοιχεῖον elementum & ordo à quo στοιχῶ συμφωνῶ cõcino consentio. omnibus inter se consociatis ordine & sibi concinentibus elemẽtis.Vnde & propriè illis elementorum appellatio adaptata est.Hæc à me dicta sunt causam afferente cur deus ipsam aridam appellarit terram,& non terram ex contrario nuncuparit aridam. Nempe quod non
ex iis sit aridum quæ post accesserunt terræ, sed ex iis quæ essentiam eius à primordiis ipsis
C constituunt & complent.At ea quæ causam,vt quædam sint,præstant:iis priora sunt & longè præstantiora,quæ postea fiunt.Itaque non immeritò per ea quæ priora sunt ac vetustiora
κανὼν physicus. excogitauit scriptura peculiares notas quibus terra internosceretur. *Et uidit deus quod esset bonum siue pulchrum.*) Non hoc agit hæc oratio vt delectabilem quendam maris aspectum oblatum esse deo demonstret.Non enim rerum creator oculis creaturæ pulchritudinem cernit, sed ineffabili sapientia perspicit & contemplatur ea quæ fiunt. Est quidem spectaculum periucundũ inalbescens æquor, cum ipsum stabilis & consistens tranquillitas occupat.
Est etiam iucundum, cum placidis ac lenibus auris summis parumper exasperatum vndis,
τραχυνομένη πνεύματα. purpureum colorem aut cœruleum cernentibus obiicit: quando neque violenter vicinam
D verberat continentem,sed quasi quibusdam pacificis amplexibus deosculatur & salutat.
Non tamen putandum est,quod ad hunc modum etiam deo mare visum esse bonum ac iu-
Attende naturę miraculum à mari & marinis aquis. cũdum scriptura dicat:sed bonum illic opificij creationis ratione diiudicatur.Primùm quidem,quia fons origóve totius humoris quaquauersum terram alluentis,aqua maris est.Hęc
enim per occultos passim meatus se dispertiens,velut declarant continentes litoralésve ter
ræ hiulcis rimis laxiores instar spongiarum & antris subterraneis differtæ, subter quas mare
fluitans ac permeans per cuniculos fistulares & angustos mox vbi obliquis aut certè rectà in
sublime surrectis excursibus se occupatum deprehenderit, abagitante compulsum spiritu,
superficie terræ vi disrupta erumpit atque foras emicat,fitq; potulentum deposita per trans-
E colationem siue distillationem amaritudine.Iam verò calidiore ex metallis qualitate accepta,per suum eiusmodi excursum,per eandem causam concitantis plurimum efferuescit atque igniscit,id quod tam in insulis cernere liceat non rarò contingere,quàm in locis maritimis.Quin & in mediterranea plaga, loca quædam fluuialibus aquis confinia (vt interim
parua magnis comparemus) similes prorsum affectus nobis referunt. Quò tandem hæc mihi dicta sint? nimirum vt terram omnem noueritis irriguis elicibus differtam ac subterfossam quaquauersum cuniculis, idque aqua per retrusissimos meatus suam eliciẽte originem
è mari.Bonum igitur apud deum est mare, propter humoris in profundo terræ discursionem,Bonum est etiam, & quia fluuiorum est receptaculum, atque in sese cuncta omni ex
F parte flumina suscipit,nec suos fines egreditur.Bonum est item,quòd fons quidem est & origo aëreis aquis:quippe quod radiis quidem solis tepescit:per vapores autem pertenuem a-
quæ portionem emittit,quæ sublimem in locũ attracta,deinde refrigerata, propterea quod
radiorum quæ à telluris est pauimento refractione superior euasit,simulque ipsam intendẽte nubis vmbra refrigerationem,pluuia fit,humúmque pinguem lætámque facit.His nemo
prorsus detrahet fidem,modò is consideret lebetas subiecto igni admotos,qui priùs humore quopiam pleni,deprehensi postea sunt plerunque vacui,in vaporem eo toto quod coque-
μετρίως, deficit negatio ὀν. batur resoluto. Quinetiam & ipsam maris aquam à nauigantibus coqui cernere licet: qui
spongiis suscipientes vapores,necessitatis tempore non mediocriter subueniũt vitæ.Bonum
est etiam & alio modo apud deum,partim quod insulas circunstringit arcétque: ornamen-

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ipsis inde simul tutelámque præstando : partim quia continentes plurimum inter sese G
distantes,ac insulas per se coniũgit,atque liberas nauigantibus congressiones & expedita cõ
mercia concedit,quorum quidem nautarum relatu,rerum etenus ignotarum historias ex-
hibet gratuitò omnibus cognobiles : tum opulentiæ mercatoribus consequendæ autor fit:
vitæque omnino necessitatibus perfacile succurrit,& penè collapsam restituit : iis qui copia
rerum abundant,in exportandis iis quæ supersunt, facultatem submiṅistrando: iis qui egẽt,
id quod ipsis deest supplendo.At vnde mihi quæso tanta facultas, vt totam maris pulchri-
tudinem exactissimè contemplari possim, quãtam se exhibuit sui creatoris oculo clarissimè
perspiciendam? Quod si mare bonum est apud deum,si pulchrum,si laudabile: quonam pa-
Collatio. cto non longè pulchrius est hoc talis ecclesiæ concilium, in qua permixtus sonus quasi cu- H
iusdam ad litus accedentis vndę,virorum,mulierum ac infantium,ex orationibus ad deum
nostrum resultat & emittitur:Hanc tranquillitas profunda,stabilem, & inconcussam con-
seruat, malignis fugatis spiritibus qui hæreticis illam doctrinis conturbare minimè potue-
runt.In hoc igitur incumbite,vt obseruata tandem disciplina ordinis istius decentissimi, à
domino condignam laudem reportetis,in Christo Iesu domino nostro,quem addecet glo-
ria & imperium in secula seculorum,Amen.

HOMILIA QVINTA DE GERMINA- I
tione terræ.

ET dixit deus:germinet terra herbam fœni & facientem semen iuxta genus suum, & lignum fru-
ctiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit. Terra excusso à
se iam ac posito aquæ pondere vt interquieuit aliquantùm & liberior respirauit,
ordine naturæ consentaneo edictum accepit, quo iubebatur germinare herbam
quidem primùm,dein lignum,id quod vel in hunc cernimus fieri diem. Illa enim reddita
tunc vox, primum illud præceptum, veluti lex naturæ quædam ac institutum impressum
βλάστησις, βοτάνη, χόρτος. insculptúmque telluri,facultatem ipsi generandi,fructúsque ferendi præstat. *Germinet ter* K
τὸ χλοερὸν καὶ τοιοῦτον παραπλησίως ἐπὶ πάντων. *ra.)* In stirpium ortu primum est germinatio:deinde vbi parumper germen emersit,fit her
ba:post incrementis susceptis virescens,fœnum euadit,stirpibus sensim sese explicantibus,
atque ad edendum vsque concoquendúmque semen properantibus.Herbescunt enim om-
nes æquo discrimine,virescúntque stirpes. *Germinet terra herbam fœni.)* ex seipsa terra nul-
la prorsus aliena egens ope,abundè diffundat herbescentem viriditatem. Et quoniam sunt
Hinc Persa- rum mitras, sol. qui solem omnium eorum,quæ à terra pullulant,esse causam arbitrantur,è profundo tellu-
ris vim germinandi per caloris attractionem ad superficiem elicientem,ideo terræ disposi-
tio creationem antegressa est solis,vt & adorare solem tanquam viuendi causam, homines
ij desinant,qui eo in errore versantur.Si igitur persuasum fuerit ipsis ante solis creationem, L
terram omnem habuisse suam dispositionem,tam immoderatam de sole conceptam admi
rationem,tandem remittent, mox vt secum expenderint, fœno ac herba posteriorem solis
esse generationem.Num igitur pecoribus quidem præparatum est pabulum,nostrum autem
neglectum est alimentum,nec vlla prouidentia prorsus fuit curáque dignum ? Quin potius
qui bobus pastum equisq; parauit,is tibi diuitias pariter & delitias parat.Qui nanque tua pe
cora pascit, is profectò tibi vitæ substantiam ac facultatem auget. Deinde seminum ortus
quid aliud est quam apparatus tuæ vitæ degendæ, præter alias complures herbas & olera,
quibus humanum vescitur genus. *Germinet terra herbam foeni, seminantem semen iuxta genus*
suum.) Itaque etiamsi quod herbæ genus aliis est animantibus commodo,ipsa illorum vtili- M
tas ad nos redit,fit enim vt & seminum horum vsus nobis sit deputatus, vt sensus eorum
quæ dicuntur talis sit: *Germinet terra herbam fœni, & semen seminificans iuxta genus suum.)* Nam
ita & verborum ordo ac series restitui poterit, cum alioqui constructionem habere vide-
† Agrostin tract.at Dio. c.33.lib.4. gramen est. 1.de scoro- do siue allio idem Dioscor. c.169.lib.2. antur non bene congruam,sibiq; minùs rectè cohærentem,& necessitas eorum quæ à natu-
ra gubernantur,conseruabitur.Primum enim in ordine est germinatio, deinde herba, po-
stea incrementum fœni,postremo loco,producto semine iusta crescentium absolutio. Di- Obiectio.
xerit quispiam:Cur omnia quæ nascuntur ex terra semen efficere scriptura indicat, vbi non
arundinem,non† gramẽ,non mentham,non crocum,non allium,non butomon,non de-
nique vix cuiquam numeranda alia genera plantarum semen efficere constat? Ad hoc sanè Solutio.
dicemus

A dicemus complura nascentium è terra vim seminum in ipsa propagine atque radicibus ob- βούτομον opimandisbo bus herba accõmoda de Butomo Theoph.li. τὸ κατὰ γένος.
tinere:quemadmodum arundo post annuum incrementum ex radicibus quandam appen-
dicem elicit seminis rationem ad ortum futurum obtinentem. Idem & alia innumera fa-
ciunt,quæcunque per humum dispersa & vagantia in ipsis radicibus suam sobolem succe-
daneam habent.Quarè re omni verius esse constat singulis in stirpibus,aut semen esse, aut
quandam vim propagandi,perinde atque semen inesse.Atque id est sanè quod dicitur: Iux-
ta genus suum.Non enim proiectura illa siue appendix arundinis est effectrix oliuæ, sed ex
arũdine quidem arũdo altera prodit:ex seminibus autem ea quæ genus idem subeunt,quod
& ipsa semina iacta gignere pullularéq; solent.Atque id ita quod è terra primo prodiit ortu,
B hucusque serie successionis genere persistente, conseruari videtur: *Germinet terra.)* Ani-
maduertas velim hac voce parua,præceptóque adeò breui,terram ipsam per se frigescẽtem
ac infœcundam,parturientem protinus atque ad edendos fructus promotam & adprope-
rantem:& perinde atque amicto mœsto lugubriq; deiecto,splendidiore veste sese induentẽ, Collatio ele gans.
ornamentisq; propriis exultantem ac infinita stirpium genera procreantem. Volo per-
cupióque tibi vehementiùs istius rerum creationis admirationem imprimi,vt vbi vbi te in-
ueneris,& cuicunque stirpium astiteris generi,manifestam clarámque creatoris capias ad-
monitionem.Primùm itaque vt herbam fœni conspexeris atque florem,in mentem tibi ve
niat humanæ naturæ, ac sapientis Esaiæ imaginariam similitudinem in memoria habeto:
C Omnis caro,dicentis,vt fœnum est,omnisq; gloria hominis veluti fœni flos est.Breuitas e- σαρξ ὡς χόρτος, λικῶν.
nim tẽporarię istius ac deciduę vitæ,oblectamentúmque prosperitatis humanæ,atque hila-
ritas exiguo tempore persistens,accommodatissimam est apud prophetam similitudinẽ sor
tita.Hodie florulentus corpore,propter delitias obesus,& florente colore præditus,ob æta- Attende in- cõstantiam rerũ huma- narum.
tis viriditatem efflorescẽtem lasciuiens,vehemens,impetu intolerabilis,nec quoquàm secũ
consistens:cras idem ipsemet miserabilis,aut tempore marcidus, aut morbo forsan dissolu-
tus senióque confectus.Est quispiam ob amplitudinem patrimonij illustris,ac suspiciẽdus,
& adulatorum hominum copia,& satellitium circa ipsum versatur,septúsque est fictis ami
cis,qui gratiam ipsius venantur:magna quoque caterua sanguine propinquorum,& ipsa si-
D mulata stipatus:innumera denique sequitur illum eorum hominum multitudo,qui partim
alimoniæ emerendæ gratia comitantur,aut propter alios vsus ei adsunt:quos abiens domo
sesęq; recipiens domum secum trahens,inuidiosus est occurrentibus.Adde diuitiis,si volue
ris,& ciuilem aliquam potestatem,vel etiam honores ex regibus,curam & administrationẽ
gentium,imperatorium munus exercitus ductandi,præconem præitantem & anteambulo-
nem,ipsius qui exerta voce reboët,feruligeros lictores qui vel ipso pręgressu terrorem acer-
rimum incutiant subditis imperio,plagas ingerant,& irrogẽt facultatum publicationes,ab-
reptiones,carceres:è quibus intolerabilis subditorum metus emergit atque accumulatur.
Quid post hæc quæso?Nox vna,vna febris, aut certè pleuritis siue peripneumonia abreptũ πλευρίτις lateralis do lor,περιπνευ μονία pul- monis inflã matio.
hunc è medio hominum cœtu abit secum abducens hominem, omni prorsus quæ eundem
E circunstabat,scæna spolians in vestigio ac nudans.Splendor ille maiestatis & gloriæ ad in-
somnij imaginem momento disparuit.Quarè per hoc prophetæ oraculum gloriæ humanæ
similitudo,ad debilissimum florem appositè videtur accõmodata. *Germinet terra fœni her-*
bam facientem semen iuxta genus suum ac similitudinem.) Is ordo,quo nunc etiam omnia nascun
tur,testis est primæ stirpium creationis.Germinatio enim omnem antecedit herbescentem
viriditatem,puta herbam & fœnum. Siue enim à radicibus quid, è sobole siue ex inferiore
prominentia nascitur,vt crocus,vt gramen,germinet pullulétque primum,ac foris emine-
at,necesse est:siue à semine gignitur,hoc quoque pacto primum germen emergit,herba de-
hinc explicatur,postea virescens fœnum euadit,demum fructus fit,super arido iam & soli-
F do culmo maturus. *Germinet terra fœni herbam.)* Cum semen sparsum in terræ gremium
incidit, humore teporéque præditæ moderato, vbi fuerit emollitũ meatibúsque refertum,
humum sibi vi sua propinquam amplexum, ea nimirum inde quæ sunt accommodata suæ
naturæ,ad seipsum attrahit.Quorum tenuissimæ partes in ipsos incidentes illabentésq; mea-
tus,molem ipsius ampliorem efficiunt:vt ad infera quidem fibras,radicesque agat:ad supe-
ra autem emergat & emicet in culmos numero pares radicibus sese attollens.Germen inte
rim dum continenter tepefit,eum humorem quem exugit per radiculas vi caloris ipsum è
terra prolicientis quantum moderatæ suæ alimoniæ satis sit,adsciscit sibi quod reliquũ eius
est,dispensat ac dispertitur in culmum,corticem,in thecas,hoc est, loculos siue valuulas, in
triticum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

triticum,in ipſas denique ariſtas:& ita ſenſim augeſcens,ad ſuum quodq; naſcens peruenit G
ſtatum,ſiue ſit generis frumenti, ſiue leguminis, ſiue oleris, ſiue etiam fruticis . Vnum fœnum,vnáque herba mentem tuam ad eius artis rationes perſpiciendas,ex qua prodiit, occupare totam profectò poteſt.Quomodo geniculis præcingantur culmi frumenti,vt illis veluti quibuſdam vinculis corroborati,ſpicarum facile pondus ferant atque ſuſtineant: cùm plenæ iam fructuum grauidæq;,ad humum ſuo pondere inclinant . Quapropter auena quidem inanis atque vacua tota eſt:quod nullo prorſus culminis pondere premitur:contrà,frumentum natura geniculato culmo quaſi vinculis confirmaſſe videtur . In theca vero granum recõdidit,ne ſit expoſita frugilegis auiculis præda:inſuper & ariſtarum vallo veluti telis obiectis,animalculorum noxiam abarcet.Quid dicam?quid ſilentio præteribo?In hoc o- H
pulentiſſimo creationis theſauro,perdifficilis quidem eſt rei præſtabilioris electio : intolerabilis autem omiſſæ præteritæq; iactura. *Germinet terra herbam fœni.*) Et ecce cum his quæ edules ſunt & nobis alendis opportunæ, exortæ ſunt mox ipſæ etiam exitiales herbæ,venenoſæq;.Cum frumento cicuta,cum eſculentis cæteris elleborus,aconitum, mandragora,atque papaueris ſuccus.Quid igitur?relictá ne gratiarum actione opifici,pro iis quę nobis vſui ſunt,reddenda:pro iis ipſum accuſabimus,quæ noſtræ vitæ aduerſantur officiuntq;? Illud ne tandem animaduertemus,quòd haud omnia vẽtris noſtri gratia creata ſunt:ſed alimenta quidem definita nobis in promptu adeò ſunt,vt ab omnibus dignoſci facileq; diſcerni poſſint:res autem ſingulæ,quæ fiunt,propriam quandam peculiarémque rationem ad I
creaturam conferunt atque ſupplent.Non enim quia tibi tauri ſanguis exitio eſt,ideo taurũ aut in lucem non edi,aut ſanguine non eſſe præditum oportet,viribus cuius ad tot humana vita res tantáſque ſubminiſtrandas egere videtur.Sed tibi quidem inſita ratio & per ſe familiaris ſatis facit ad eas res euitandas:quæ letales,quæ venenoſæ,quæ peſtiferæ ſunt . Nũquid enim oues quidem atque capellæ vitare ſciunt ea quæ vitæ ſuæ nocent,ſolo ſanè ſenſu noxia diſcernentes:tibi vero cui ratio ſuffragatur & ſuppetit,cui medendi facultas eorum quibus vti commodè poſſis,notitiam ſubminiſtrat,quem experientia eorum qui te anteuerterunt, docet vti noxia eſſe vitanda,difficile eſt dic,quæſo,à venenoſis rebus exitialibúſque cauere? Illarum autem rerum nullam prorſus exiſtimare oportet,aut & otioſè , aut fruſtra creatam K
eſſe.Aut enim nonnullis animalibus expertibus rationis ſunt pabulum,aut & nobis ipſis ex his in nonnullis morbis depellendis ab arte medendi remedia comperta præſtantur . Nam cicuta quidem ſturni veſcuntur , & tamen propter corporis conſtitutionem à veneno non occupantur.Cum enim pertenues habeant ad corda penetrantes meatus:fit,vt antea deuoratam cicutam cõcoquant,quàm inde letale gelu ad præcordia peruenerit:elleborus autem coturnicibus eſt cibus,nec ab eo peculiari quadam temperatione detrimenti quicquam percipiunt.Sunt hæc ipſa tempore opportuno nonnunquam etiam vtilia nobis . Per mandragoram nanque medici ſomnum aduocant atque inuitant:ſucco vero papaueris vehementes dolores corporis ſedant.Quidam rabientem appetentiam eſitando cicutam,tabefecerũt L
ac ſenſim extinxerunt,& elleboro non pauca ſed & diuturna corporis vitia radicitus extirparunt.Quibus efficitur,vt quod veluti crimen in opificem afferre putabas, id in cumulum tibi gratiarum habendarum tandem agnoſcis ceſſiſſe. *Germinet terra herbam fœni.*) Quantum hiſce verbis,tum in radicibus,tum in ipſis herbis,tum etiam in fructibus ſua ſpõte nobis oblatum eſſe dicit parabilem quidem vitæ commeatum?Quãtum inſuper eius, qui prouenire ſolet cura diligentiaq; agriculturæ?Non ſemen frugesq; protinus educere terram,ſed germinare vireſcereq;,& tum ſemen edere iuſſit,vt primum illud diuinum præceptum ſequentis ordinis ipſi naturæ documentum fiat.At quomodo terra, fortaſſe quiſpiam dixerit, ſemina naſcentium ſecundum genus edit,quum ſæpe tritico ſparſo frumentum hoc atrum M
colligamus?At idipſum non ad genus diuerſum mutationem habet:ſed quaſi morbus quidam ægritudoq; ſeminis eſt.Non enim frumenti naturam amiſit:ſed in atrum colorem ob aduſtionem eſt verſum,vt ex appellatiõe quoq; edoceri poſſis.Nam nimio frigore exuſtum in alium colorem,in aliumq; ſaporem degenerauit.Adeò quoq; vt ſi rurſus in humum bene cultam idoneamq; fuerit iactum,cœlumq; clemens benignumq; fuerit nactum,in ſuam priſtinam illam formam qualitatemq; redire ferunt.Quare nihil prorſus in ſtirpibus aliter inuenies fieri,quàm imperium illud diuinum inſtituit.Nam id quod lolium appellatur,cæteraq; adulterina ſemina,quæ ſeſe cum eſculentis miſcere ſolent,quæq; ſcriptura ſacra nuncupare zizania conſueuit,non tritico mutato , ſed ex origine ſua principioq; naſcuntur , propriumq;

Cur vel δηλητήρια exitialia venena condita. κύνειον ſturno cib⁹ cur. Elleborus ſiue veratrũ edule' coturnici. Mandragora ſomnum cõciliat, ſuco papaueris ſedatur dolor.

Mirabilis naturæ geni⁹.

Αἵρα.

A priumq; ſuum obtinent genus.Hæc eorum hominum præ ſe ferunt imaginem , qui domi- Hæretici
nicam doctrinam adulterare deprauaréque nituntur:quiq; non vti legitimos ſe dedunt ver- αἱρεμἰζόντες.
bo dei erudiendos diſcipulos , ſed ſpiritus maligni doctrina corrupti , cum eccleſiæ ſeſe corpore ſano permiſcent,vt clãculum ſui erroris noxã,in ſimpliciores & integræ fidei viros transfundant.Iam verò dominus, & eorum profectum perfectionẽmque , qui crediderunt in ipſum , accretioni ſeminum comparat: Quemadmodum, dicens, ſi homo iaciat ſemen in terram,& dormiat & exurgat nocte diéque,& ſemen germinet, & illo neſciente ſuſcipiat incrementa.Vltro nanque terra fert fructum,primum herbam emittendo,deinde ſpicam,deinde plenum in ſpica frumentum edendo. *Germinet terra herbam.*) Temporis puncto
B nimirum à pullulatione initio ſumpto , tellus , vt creatoris ſui legibus imperiiſq; obtemperaret,per omnem accretionis formam diſcurrit:germináque protinus ad ſummum eorum πᾶσαν ἰδέαν αὐξήσεως φέροντα λήϊος.
ſtatum deduxit,atque prata quidem alta continuò copia fœni fuere.Campi vero fertiles inhorreſcentes ſegetum denſitate perinde atque mare,ſpicarum agitatione fluctuabãt: omnis inſuper herba,omne oleraceum genus,ſarmenticium omne, denique quicquid vſquam leguminaceum copioſiſſimum tum ſupra tellurem emicabat. Nullum enim detrimentum in iis,quæ primum tunc emerſere, prorſus erat , aut agricolarum imperitia,aut aëris intemperie,aut alia vlla cauſa quæ nocere naſcentibus ſolet.At neque etiam illa contra genus hominum allata ſententia tum impedimento telluris erat fertilitati. Hęc enim illum hominis er- κατάδικη, nimirum: Maledicta terra, in laboribus comedes eam. ξύλον κάρπιμον. μήκιστον ὕψος.
C rorem,illud delictum anteceſſerunt,gratia cuius nos condemnati ſumus , vt in ſudore noſtri vultus,veſcamur pane.Quin &,ait,lignum pomiferum faciens fructum:ſemen cuius in ſemetipſo ſit iuxta genus & ſecundum ſimilitudinem ſuã ſuper terram . Vi operatoria verbi iſtius ſine vlla mora protinus ſyluæ omnes denſabantur , omnes arbores erumpebant: & quæ peterę cœlũ altitudine ſolent abietes,cedri,cupreſſi, piceæ: omne item fruticũ genus & arbuſtiuũ comabatur,addenſabatur. Quæ rurſus ad plectendas corollas faciunt, ſeu roſeta, myrti, lauri, iſthæc omnia priùs cùm non extitiſſent,momẽto ſuper terram emicuere, cum ſua arbores quæque peculiari proprietate,ſeiunctę quidem atque diſtinctę manifeſtis differentiis à reliquorum generum plantis:ſingulę autem propriis inſignitæ formis. Verum roſa
D tunc ſpinis carebat : poſtea verò pulchritudini floris adiunctæ ſunt ſpinæ , vt nos voluptatis inde capiendæ oblectamento propinquo afficiamur dolore,recordatione delicti:cauſa cuius factum eſt, vt ſpinas, vt tribulos tellus huic addicta condemnationi nobis proferret. At quiſpiam dixerit : Iuſſum eſt terræ lignum pomiferum edere faciens fructum ſuper terram, cuius ſemen in ſemetipſo ſit: complures tamen arbores neque fructum nos edere cernimus neque ſemen . Quid igitur dicemus ? Primum quidem earum arborum ſcripturam ſacram præcipuè mentionem feciſſe,quæ natura ſunt præſtabiliores: deinde cunctas aut ſemen edere,aut ea quæ vim ſeminis,atque potentiam obtinent exactè perſpicienti colliqueſcet. Nam populi nigræ,ſalices,vlmi,populi albæ, cæteræque id genus,fructũ quidem apertè ferre nul-
E lum videntur:habent autem ſingulę ſemen ſi quis exacte ſcrutetur.Id enim granulum,quod ipſis frondibus ſubter inhæreſcit,quodq; nonnullis eorum, qui nominibus rebus imponendis operam nauarunt,miſchum placuit appellare: vim ſanè ſeminis obtinet . Iam quæcunq; ab ipſis ramorum ſurculis oriri ſolent,inde magna ex parte radices eliciunt. Seminis etiam fortaſſe rationem obtinent, & appendices radicum ſiue propagines , quibus aulſis ſtudioſi inſerendarum arborum locupletant genus & augent.Priùs tamen vti diximus, earum ſcriptura mentionem arborum fecit : quæ magis humanæ vitæ conſeruandæ congruunt:quæq; ſuis fructibus hominem benignè excipiendo fuerant illi victum luculentiorem ſuppeditaturæ . Vitis quidem gignendo vinum, quo cor hominis exhilareſcit . Olea vero fructum eum præſtando,qui faciem hilarem oliuo facere poteſt:cæteraq; ſimilis generis,quot proru- μιχθῆ.
F endo concurrebant,quot properabant in idem,ea ſcilicet omnia procreante natura ? Radix ipſius vitis , palmites circunquaque frondentes producti , ſupérque terram multum diffuſi. Germen, clauiculi,vua primum peracerba geſtatur : deinde concocta maturáque ac ſuauis. Abũdè ipſo aſpectu,ac ſcitè naturæ poterit admonere te vitis.Nã ſimilitudinis te domini nõ ὑμφαξ καὶ βότρυς.
immemorẽ eſſe certò ſcio, qua ſeſe vitem, & patrem agricolam eſſe,dixit,nósque ſingulos eccleſiæ per fidem inſertos palmites appellauit,atque ad copioſè ferendos fructus inuitat,ne ob inutilitatem condemnati,igni tradamũr. Nec ceſſat vbique vitibus noſtras animas comparare.Vinea nanque facta eſt dilecto,dicit,in cornu,pingui in loco.Et,Vineam ſeui,& ſepẽ circumpoſui.Animas humanas planè vineam dicit,circundedit ſepto tum ea ſecuritate tu-

teláve

Universidad de Deusto
Biblioteca

telâve, quæ ex præceptis resultat, tum ipsa custodia angelorum. Immittet enim se, aut mediũ G
constituet angelus domini in circuitu metuentium eum. Deinde quasi valla siue perticas &
statumina nobis defixit, positis in ecclesia primum apostolis, secundò prophetis, tertio do-
ctoribus. Exemplis præterea veterum hominum, beatorúmque, sensus nostros in sublime e-
rexit: neque permisit in humum nos esse deiectos, ac dignos esse qui cõculcemur. Vult etiam
ἀναδενδράδες. nos quasi clauiculis siue capreolis quibusdam, amplexibus charitatis proximis inniti ac ad-
hærere, & in ipsis etiam conquiescere, vt iugi affectu sursum versus feramur & quasi scãsiles
& arbustiuæ vites nos ipsos adæquemus sublimium fastigiis arborum. Quin & à nobis expo
scit, vt dũ defodimur, sustineamus. Sanè anima tãtisper defoditur, dũ se tenacibus exuit mũ
di curis, quæ cordibus nostris grauissimo sunt oneri. Itaque qui carnalem hunc posuit a- H
morem, qui pecuniarum à se excussit auiditatem, qui suspiriis prosequendæ mundialis glo-
riolæ affectationem despuendam prorsus duxit & aspernabilem: is sanè inani onere terrenæ
istius prudentiæ abiecto veluti defossus respirauit. Opus proinde sit iuxta prouerbij allusio-
nem, vt ne vitem hanc nostram sinamus sarmentis noxiis sylvescere & eluxuriari, id est, ne
quid in obeundis vitę huius nostrę muniis, per ostentationem designemus, neu laudem ve-
nemur captemúsve ab istis externæ conuersationis hominibus: magis vero admitamur, fru-
ctuosi vt simus, at interim piam quãdam ostentationem operum nostrorum vero illi agri-
colæ siue vinitori asseruemus. Atque adeò tu vide vt sis oliuæ instar, non qualiscunque sed
fructiferæ in domo dei: nequando spe nudus conspiciaris, potiùs salutem retineto spe conti- I
nenti reuirescentẽ merito fidei. Hoc enim pacto perpetuũ plantæ istius imitabere virorẽ: sed
& exuberantẽ copiã fructuũ oleæ æmulaberis, benigna ac perpeti collatiõe eleemosynę. Sed
ad artificiosas institutiones perquirẽdas redeamus. Quot genera tũc plãtarũ partim frugife-
ra, partim ad ædifi cõtignationẽ & fabricã, partim ad extruendas naueis, partim ad submini
strãdũ igni idonea emersêre? In his etiã ipsis varia quidẽ est atq; diuersa partiũ vniuscuiusq;
arboris dispositio. Summa aũt cũ difficultate cuiusque tã proprietatis inuẽtio, q̃ ad singulas
diuersorũ generũ exploratio differẽtię, notitiáq; fieri potest. Quomodo pars quædã arborũ ra
dices in profundũ, pars nõ in profundũ agant. Et aliæ rectà supera petãt, sitq; in eis ab radice K
caudex vnus. Aliæ humirepę & humiles statim ab ipsis suis radicibus plures in caudices exe-
ant ac diuidantur: Quomodo quarum rami prolixiores sunt, porrecti latè & expassi per aẽ-
rem, earum & radices profundiores sint, & circunquaque latè etiam diffundantur: perinde
quasi natura fundamenta quædam proportione respondentia superorum ponderibus sub-
iecisset. Quot prætereà corticum discrimina sint: stirpium enim aliis leuis, aliis scaber est
cortex & ruptilis. Et aliæ simplici, aliæ multiplici præditæ sanè sunt cortice. Et quod mi-
rum esse videtur, iuuentutis humanæ ac senectutis accidentarios affectus, persimiles inue-
neris & in plantis. Nouellis enim atque vigentibus circum ipse cortex intenditur: senescen-
tibus verò quasi rugosior asperiórque euadit. Succisæ prætereà aliæ rursum germinant, aliæ
non repullulant: sed citra spem succedaneæ sobolis manent, quasi præcisio illis sit interitus L
quidam. Iam verò detruncatas nonnulli pinus, aut incensas vstásque flammis, in querceta
Attende naturæ & Agricolatiõis admirabilẽ & multiuariam indolẽ. obseruarunt verti. Sunt & quarum suæ naturæ vitium agricolæ cura diligentiáque depone-
re ac extrudere nouimus, vt punicas acidas, amygdalásque amaras. Cum enim ima in parte
radici propinqua stipite perforatæ, cuneum ex pino pinguem per mediam adactum medul
lam susceperint, saporis tum fastidio gratum in vsum mutato, dulcescunt. Nemo igitur in
vitio constitutus homo de seipso desperare velit: haud nescius agriculturam stirpium qua-
litates mutare: curam autem ac studium in consequendis virtutibus, animi omnes vincere
Hæc τροπολογικῶς. morbos superarèque posse. Frugiferarum verò stirpium tanta est in edendis fructibus diffe- M
rentia, vt eam oratione possit consequi nemo. Non solum enim differentia fructuum in di-
uersis genere stirpibus, sed in eadem etiam arboris specie non mediocre discrimen esse
Attende naturæ miraculum in palmis.. videtur: vbi forma fructus, à peritis in stirpium cultu distincta est etiam sexu, vt alia marium
sit, alia fœminarum, qui palmas etiam in marem fœminámque diffindunt: & videris eam
interdum, quæ ab ipsis fœmina dicitur, in marem pronam blandioribus ramis nutare, quasi
λεγομένους φοίνικας, palmæ masculæ fructus, vt fœmellę θήλεος dicitur. gestientem, atque amplexum maris percupientem: stirpium verò cultores, inter ramos tunc
quasi semina quædam, maris florem seu fructum immittere, atque ita illam quasi voluptа-
tem inde percipere, sesèque demum rursus erigere, ad formámque propriam suas restituere
comas. Hæc eadem de ficis etiam asserunt. Quamobrem alij iuxta ficeta caprificos serunt: a-
lij caprifici grossos, inter sese colligatos iniiciunt ficis. Atque hoc pacto ficorum imbecillitati
medentur,

A medentur, defluentem iam labentémque fructum ipsarum, grossis istis fulciẽtes. Quid istud παρὰ φύσεως αἴνιγμα.
sibi naturæ vult ænigma? Quòd ipsi quoque nos ab alienis à fide nec raro debemus desume-
re intentam animi acrimoniam vimq; bonorum operum efficacem. Si quando enim tu v-
num aliquem ritu Gentili viuentem, aut per erroneam hæresim ab ecclesia præcisum & dis-
sectum, vitæ alioqui continentis studiosum ac reliquæ moralis disciplinæ non instrenuum
cultorem contemplatus fueris: tantò tuum ad probitatem consectandam studium illius con
templatione intendito & connitere, assimilis vt fructiferæ fico euadas alacrem virium co- Allegoria
piam colligenti ex agrestium olynthorum præsentia, suorúmque fructuum inhibenti deflu- elegans ex
B uium, & accuratiùs eos ipsos enutrienti. Tales igitur stirpium differentiæ videntur emerge- collatione.
re, circa productionis modum, vt explurimis pauca admodum afferamus. Ipsorum autem
fructuum varietatem, quis enumerare, quis explicare poterit? figuras, colores, saporum pro-
prietates, vniuscuiusque vtilitatem? vt partim nudi concoquuntur à sole, partim tecti crustis
& putaminibus septi ad suum statum perueniunt. Et quarum stirpium molliusculi sunt fru-
ctus, earum folia veluti tutiora quædam opercula crassiuscula sunt vt in fico: quarum duri-
usculi sunt, eæ tenuiores leuioresque obtinent frondes: vt in nucibus intueri licet. Nam illis
quidem ob imbecillitatem maiore subsidio opus esse constat: his autem crassius tegmen ex
vmbra ab obiectu frondium prouenіente noxium fructibus fuisset, Vt vitis folium, pam-
pinus, inquam?, pluribus in partibus finditur, quo racemus partim incommoda cœli vitet:
C partim radios solis per raras illas & graciles diuisuras vberem teporem suscipiat. Nihil fit δι' ἀραιότητος.
prorsus præter certam rationem. Nihil temere casuve fortuito agitur, omnia in sese sanè la- γνώμη.
tentem admirabilémque sapientiam habent. Quænam oratio tot tantásque res attingere po
terit? Quo pacto mens humana res omneis hasce tam exactè pertractare transigeréque po-
terit: vt & proprietates perspiciat, & singulorum discrimina clarè differentiásque discernat:
& delitescentes insuper plenè perfectéque causas afferat, atque assignet: Vna aqua per radi-
ces attracta, alio modo radices, alio caudicis corticem, alio lignum, alio medullam alit: ea-
dem & folium fit, & in ramos densiores surculósque diuiditur, & incrementa frugibus præ-
stat: lacrymæ denique succiq; stirpis eadem ex causa manant, quorum quantum sit inter sese
D discrimen, ac differentia, quis oratione consequi poterit? Aliud est enim lentisci lacryma: a- νάρθηκος. ἤλεκτρου.
liud balsami succus. Ferulæ insuper quædam tam in Aegypto quàm in Africa, diuersum suc
ci genus illacrymantur. Fertur & succinũ succum stirpium esse, in lapidis naturam concretũ.
Atque id ita esse, testes sunt festucæ, qui in ipso visuntur, & tenuissimæ minimæq; bestiolæ:
quæ cum succus molliusculus esset, in ipso tanquam visco adhæsissent, retentæ sunt. Omni-
no qui non experimẽto succorum discrimina didicit iuxta cuiusque qualitatem, is illa ita vt
in re sunt aperta, nullam vnquam orationem inuenerit quæ illorum vim operatoriam ex-
plicet. Ab eodem rursum humore vt in vite quidem vinum vt in olea oleum conflatur. At-
que non solum id mirabile esse videtur, quo pacto penitus idem humor, illic quidem dulcis
E euasit: hic autem pinguis est factus. Verumetiam illud in ipsis dulcibus, inquam, fructibus,
qualitatis varietatem eiusdem inenarrabilem esse. Aliud est enim dulce quod est in vite, a-
liud quod est in malo, fico, ac palma. Velim te, in artis huiusce opificio exactiùs & solertius
perquirẽdo trahere moram, atque animum huc aduertere, vt eadem aqua nunc lenis est sen-
sui, cum in aliis plantis edulcata fuerit: nunc contrà pungit gustũ cum per alias diducta stir
pes exacuerit, nunc in summum amarorem versa sensum exasperat, cum in absinthium aut
scammoneam peruenerit: atque in glandibus quidem aut cornis, in adstringentem acerbãq;
vertitur qualitatem: in terebynthis autem atq; iuglandibus nucibus ad molliusculam quan-
dam oliuique æmulam naturam mutatur. Sed quid opus est remotiora adferre, cum eadem
F in ficu contrarias migret in qualitates? Est enim in succo quidem summè amara: in fructu
autem summe dulcis. Et in eadem itidem vite in flagellis & ramis quidem & adstringentis-
simæ naturæ est, in racemis autem suauissima. Quot præterea differentiæ sunt colorum? Ean Colorum
dem in pratis aquam conspexeris hoc in flore rubescentem, in alio purpuream, & in hoc cœ varietates.
ruleam, in alio albidam. Quin & longè plures odorum tibi differentias offerentem inuene- Odorum.
ris, quàm sint ipsæ varietates differentiæq; colorum. Sed enim orationem nostram propter
inexplebile ista considerandi desiderium vltra modum sese extendere sentio, quam nisi ne-
cessitate vinctam à creatione deuocauero, deficiet me profectò dies, magnam ex paruis exi-
guisq; rebus dei vobis sapientiam repræsentare gestientem. *Germinet, inquit, terra lignum pomi-*
ferum, fructum faciens super terram.) Et montium continuò vertices, perinde atque comis, ar-
boribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

boribus operiebantur,orti inexplicabili artificis solertia adornabantur. Amnium ripæ locá- G
ve deuexa generibus stirpium innumeris sine vlla mora vestiebantur,ac decoram faciem o-
stentabant,quæ partim ad exornandam hominis mensam ordinata sunt,partim ad præstan
dam pecoribus,tum ex frondibus,tum ex frugibus alimoniam: partim ad ea subministran-
da quibus medica solertia causa valetudinis vteretur,succos,lacrhymas,carphe,cortices,fru
ctus locupletissimè tellus edebat:vtq; semel compendio, omnia quæ nobis experientia tan-
dem diutina comperit,è singulis variis diuersisque casibus,atque euentibus id eligendo sem
per,quod conducit, quódq; frugi est, ea prouida sapientia,solérsque dei conditoris mundi
facultas inde ab initio præuisa creauit. Tu verò cum vrbanas,agrestes,aquatiles, terrestres,
florigeras,siue floribus haud præditas, stirpes cõspexeris, ex hisce rebus exiguis deo maximo H
cognito admirationem semper accumulato,ac tuum erga rerum illum opificem, amorem,
charitatémque augeto: perscrutarique velis, quomodo stirpium alias sempiterna coma vi-
renteis,alias haud semper virenteis fecerit,& illarum alias quæ folia amittant,alias quæ per-
petuò seruent.Decidunt enim tam oleæ quàm pino frondes: licet sensim occultéque adeo
folia permutent,& alternent,vt haud vnquam denudari coma propria videantur, Sed pal-
ma semper à prima germinatione videlicet, eisdem ad finem vsque foliis frondet. Deinde
& illud animaduerte Myricas,inquam, quasi vitam ancipitem degere, vt & inter aquatiles
enumerentur & copiosæ sint in desertis. Quapropter & improbiores mores & inconstantis
Hiere.17.& 18. nec solidæ fidei talibus diuus ille Hieremias haud iniuria stirpibus similes esse dicit. *Germi-* I
net terra.) Hoc perbreue præceptum natura tum illico non mediocris,artificiosaq; ratio fuit,
cogitatione nostra celerius innumeras stirpium conficiens peragénsq; proprietates. Hoc e-
tiam nunc insitum telluri præceptum, ipsam quotannis suas quas habet vires, ad herbas, se-
Argu.à si- mili. mina, arborésque generandas elicere cogit, atque impellit. Nam vti turbines à primo ipsis
indito ictu, sequentes efficiunt conuersiones vertiginésque, cum ipso centro fixo in seipsis
versantur:sic & naturæ sanè series inde à primo illo imperio principio sumpto,per omne tẽ-
pus,eodem ordine progreditur: quousque tandem ad ipsam communem vniuersi peruene-
rit consummationem. Ad quam & nos omnes referti fructibus, pleniq; bonorum operum
properemus, vt plantati in domo domini in atriis dei nostri efflorescamus, in Christo Iesu K
domino nostro:quem decet gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

HOMILIA SEXTA, DE CREATIONE *luminarium.*

A simili or- ditur. DIxit *autem deus,fiant luminaria in firmamento cœli,ut luceant, & illuminent,& diuidant diem & noctem.*) Spectatorẽ concertantium participem, & ipsum alicuius esse vehementiæ
vigorisq; oportet.Idq; ex panegyricis ritibus quispiam conspexerit, qui considentes L
in theatro, nudo sedere capite iubent, quo non solum (vt mihi videtur)certantium
desideat spectator, sed etiam ipse aliqua ex parte cõcertator sit. Eodẽ itaque modo magnorũ
etiam admirabiliúmq; spectaculorum inquisitorem, eorúmque auditorem, quæ à summa,
vera ineffabilique sapientia profluxerunt, adminicula quædam ex sese nimirum habentẽ ac-
cessisse oporteret ad ea quæ proponuntur spectanda,participémque mecũ certaminis,quoad
facultas suppetit,esse,non magis iudicem,quàm concertãtem: necubi fortasse nos prætereat
inuentio veritatis,ac proinde error meus communis fiat auditorum iactura.Qua quæso gra
tia mihi hæc dicuntur? Quia cum inquisitio mundi constitutionis nobis vniuersique con-
templatio proponatur,principia cuius non ex mundi sapientia,sed ex iis sumenda sunt,quæ M
Nimirum Mosen. seruum suum deus edocuit, in visione loquutus illi, & non per ænigmata, eos omnino qui
rerum non mediocriũ spectandarum auidi sunt, necesse sit non inexercitatam mentẽ habe-
re ad proponendarum nobis rerum perceptionem. Si vnquam itaque serena nocte admira-
bilem stellarum ornatum ac speciem intẽta oculorum acie suspexisti, venítque subinde tibi
in mentem artificisvniuersi,quisnã is sit qui sideribus hisce veluti floribus cœlũ miris modis
distinxit ac perornauit,egitque vt necessitas ipsorum delectationem ex tãtæ pulchritudinis
aspectu capiendam exuperet.Rursus, si quidem interdiu cogitatione mentéque sobria mira
diei spectacula didicisti, atque per ea quæ cernuntur, eum qui non cernitur animaduertisti,
paratus auditor profectò, cœtúque dignus huiusce glorioſi perbeatique theatri accedis.

Age

A Agè igitur,iam & ipse,perinde atque ij factitare solent,qui eos quibus nulla vnquam inter- Simile.
cessit vrbium consuetudo,prehensa circunducunt manu:itidem ego vos ad huiusce eximia
magnitudine vrbis occulta miracula visenda circunducam.Hac in vrbe sanè, in qua vetus
illa est patria nostra,à qua expulit nos homicida dæmon ille,inescationibúsque suis homi-
nem in suum abduxit mancipium,hic inquam primã hominis conspicies creationem,mor
temq; eam quæ nos protinus occupauit,quam peccatum genuit primogenita proles dæmo-
nis principis vitiorum.Atque teipsum noſces terreum quidem natura,manuum autem diui
narum opus,& viribus quidem animantibus brutis longè inferiorem:omnium autem, tam
irrationalium quàm inanimatorum,diuina voluntate sententiáq; principem constitutum:
B inferiorem quidem apparatu naturæ:rationis autem copia vel ad cœlum vsque sese efferen-
di præditum facultate.Hæc edocti,nosmetipsos vtique cognoscemus, Deus per nos cæteris
innotescet,creatorem adorabimus,domino seruiemus,patrem glorificabimus, pastorem al
torémque nostrum amore charitatéque prosequemur,eum qui nobis beneficia contulit ve
nerabimur:principem denique nostræ vitæ datorémque, cùm præsentis, tum etiam futuræ
adorare non cessabimus:eum inquam,adorabimus,qui per eas quas prærogauit diuitias, il-
lorum quoque certò fidem facit quæ se daturum pollicitus est,bonorum: & doctrice expe-
rientia præsentium,spem sancit firmát ve nostram,de futuris.Hæc enim temporaria,talia si Collatio à
sunt:qualia speres fore æterna?Et si ea quę conspiciuntur adeò bella sunt,adeò pulchra:qua- minori.
C lia putanda sunt ea quæ oculis sunt inuisibilia?Si magnitudo cœli mentis humanæ metien-
di facultatem exuperat:quænam mens, quis intellectus, quæso rerum inuestigare sempiter-
narum naturam posset?Si sol iste corruptioni subiectus,adeò pulcher est, adeò magnus, ve-
lociſſimus quidem motu,suas autem peragens ordine decẽtissimo periodos,moderata qui-
dem ad vniuersum præditus magnitudine,vt haud quaquam proportionẽ toti reliquæ ma-
chinæ admensuratam transgrediatur:pulchritudine verò naturæ quasi quidam oculus splen
didus creaturam ipsam condecorans,cuius si aspectus insatiabilis est,qualém nam ipsum es Sol mũdi ra
se iustitiæ solem arbitrari nos debemus? Si solem hunc haud conspicere, detrimentum est dioſissimus
homini cæco:qualis,tandem iactura,quantúm ve dispendium,est peccatori verissima illa lu oculus ac
D ce carere? *Et dixit deus:fiant luminaria in firmamento cœli,ut luceant super terram, ut diuidant diem* prælucidus.
ac noctem.) Cœlum ac terra præcesserunt: lux post cœlum & terram creata est: nox & dies
discretæ sunt:tum firmamentum est ortum,arida dein emersit,atque aquæ confluxerunt v-
num in locum sibi præstitutum ac definitum.Terra demum suis est germinibus referta,cum
innumeris herbarum generibus editis,tum formis variis fruticum arborumq; momẽto ex-
ortis exuberans.Sed nondum erat sol neque luna,ne lucis principem patrémque solem ap- Sol & luna
pellarent: nec eorum quæ nascuntur è terra, creatorem censerent esse qui deum ignorant. cur quarto
Idcirco quartus iam dies accessit,& tunc deus dixit: *Fiant luminaria in firmamento cœli.*). Cũ die conditi.
perceperis eum qui dixit,illico cogitatione cum ipso copules eum velim, qui audiuit. Deus
E dixit:fiant luminaria,& fecit deus duo luminaria. Quis dixit?& quis fecit? nónne animad- Hiſtoria in-
uertis in hisce,duas esse personas?Vbique dogma illud theologiæ,hac in enarratione mysti terſperſa eſt
cè insperſum esse videtur.Et additur iis,officium vsusq; luminarium ortus:vt luceant super mysteriis.
terram.Si lucis ortus solem anticipauit:cur nunc sol vt luceat super terram exortus dicitur γνώμη me-
esse? Principiò quidem, ne vulgaris illa dictio risum tibi moueat. Siquidem non sectamur morabilis.
verborum elegantiam,quæ apud vos suspicitur, neque concinnæ verborum structuræ ma-
gnopere studemus.Apud nos enim non sunt,qui verba tornando expoliant:neque curæ no
bis est sonora vocum modulatio:sed vbique præfertur clara & expressa vocum significatio.
F Vide ergo num dilucidè satis quod volebat,per lucis dictionem expresserit.Lucem nanque ἄλλος ὄχη-
pro splendore & illuminatione posuit.Non aduersantur hæc illis sanè quæ de luce sunt di- μα πρωτογε-
cta. Tunc enim ipsa natura lucis producta est:nunc autem hoc solis corpus eò cõditum est, νὼς φωτὶ.
vt illi primogenitæ luci vehiculum esset.Nam vt alia diuersáq; sunt,& non eadem ignis at-
que lucerna:& ignis quidem illuminandi vim obtinet: lucerna autem idcirco facta est, vt
vel moderatam lucem subministret egentibus, sic & illi purissimæ, synceræ, immaterialiq;
luci ceu vehiculum nunc ipsa luminaria sunt extructa. Vt enim apostolus quosdam asserit
fuisse luminaria in mundo:cùm interim alia sit vera lux mundi,cuius participatione sancti
animarum facti sunt luminaria, quas erudiebant, eas eximentes ignorantiæ tenebris: ad
eundem quoque modum vel nunc post conditam lucem illam micantissimam,hunc solem
quem creauit ipse opifex,ad illustrandum mundi ambitum sua luce perfudit. Atqui incre-

c dibile

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rei omnis compositæ substantia est & accidentaria ei qualitas.

dibile nemini videatur & à fide abhorrens, quod dictum mihi est, aliud nimirum quiddam esse à luce splendorem, aliud item corpus subsidens luci ac subiectum. Primùm enim res omnes compositæ, sic à nobis diuidi solet, in ipsam essentiam susceptricem, & in eam quæ ipsi accidit qualitatem. Vt igitur diuersa sunt hæc natura, albedo, inquam, & corpus dealbatum: sic & ea quæ modò diximus, differunt quidem, vnita tamen sunt potentia creatoris. Itaque ne mihi dixeris, fieri hæc non posse, vt lux à corpore solis seperetur. Neque enim ego lucis à solis corpore separationem mihi ac tibi possibilem esse dico: sed asserendum esse censeo, quę mentis sola agitatione, cogitationéq; disparari à se possunt, ea re ipsa seiungi facultate creatoris vtriusque naturæ posse. Nam & ignis vim vstiuam ab eius splendore tu quidem ipse

Confirmat τῷ παραδείγματι. habes Exod. cap. 3. a.

separare minimè vales: deus autem volens famulum suum reddere sibi attentiorem illo admirabili spectaculo, in rubum ignem splendore solùm agentem, otiosam autem flagrandi vrendiq; facultatem habentem immisit, vt & Psaltes testatur: Vox domini, dicendo, intercidentis flammam ignis. Vnde arcana quædam doctrina nos docet, cum pro iis, quæ in vita gessimus, mercedes nobis retribuentur, naturam ignis in hæc distributum iri: Lux sanè iustis in perennem & peramœnam fruitionem cedet: è diuerso supplicio addicendis seorsim attribuetur vis vstiua. Ad hæc, tamen ex lunæ affectibus, eorum quæ in quæstionem posuimus, inuenire possumus fidem. Deficiens enim deliquio luna, decrementáque suscipiens, nõ corpore toto absumitur, sed lumen quod acceſſerat, ipsa deponens, iterumq; assumens, speciem nobis incrementi decrementique exhibet. Enimuero lunæ corpus haud absumi cum in deliquio est, argumento dilucido sunt ea quæ cernimus. Licet enim tibi liquido in aëre atque omni nebula liberato, cùm potissimum in cornua luna curuatur, partem ipsius obscuram, luminéque carentem, tanta orbis sui curuatura circunscribi conspicere, quanta totum splendorem cum sinuatur in orbem, obit: vt aspectu sinum obscurum aëris æmulum ad eam referente partem quæ lucet, integer totúsque orbis perspicuè videatur. Et noli mihi proferre lucem aduentitiam esse lunæ: propterea quòd imminuitur quidem cum solem versus motu cietur: accrescit autem cum ab eodem discedit. Non enim hoc in præsenti nobis inuestigandum proponitur: sed illud, aliud esse lunæ corpus, aliud lucem ipsius qua lucet. Tale aliquid mihi cogita & de sole, præterquàm quòd is semel acceptam, sibique attemperatam lucem nunquam deponit: luna vero continuè quasi seipsam expolians atque vestiẽs luce, & ea quæ de sole sunt dicta, vicissitudinibus suis hisce per se confirmat. At vero hisce luminaribus diuidi diem & noctem statutum est. Etenim superiùs quidem à tenebris lucem diuisit deus, ipsorúmque naturam tum ad contrarium statum dimouit, adeóque seiunxit, vt inter ipsa nulla sit prorsus immixtio, luciq; cum tenebris nihil sit omnino commercij. Quod enim vmbram diurno tempore nouimus esse, id noctu tenebrarum naturam esse putare oportet. Nam si omnis vmbra splendore aliquo lucente, aduersa luci semper ab obiectis corporibus excidit, & mane quidem ad occasum protenditur, vespere autem orientem versus declinat, & in meridie rursum ad septentrionis iacitur plagas: nox quoque pari modo contrarias ad partes radiis sanè cedit: nec aliud quicquam esse secundum naturam, quàm vmbra terræ videtur. Vt enim interdiu à corpore luce sese opponente decidit ipsa vmbra: sic & in aëre sanè terræ circumfuso nox ipsa cum vmbris obiectu telluris efficitur. Hoc ipsum sanè insinuat, quod dictum est: Et diuisit deus à tenebris lucem. Quippe cum tenebræ lucis incursiones minimè patiantur, sed fugiant: hoc primo iam in ortu naturali, hac inter se discordia constituta nunc autem metiendo quidem diei solem præfecit, lunam autem quoties luminis plenum, totum suum obtinet orbem, principem noctis constituit. Tunc enim hæc lumina è regione disposita sunt, sibiq; ferè per diametrum opponuntur. In pleniluniis enim exoriente sole, luna descendit, ac delitescit facta obscurior: contrà verò sole occidente, oritur eadem sæpenumero ex aduersoq; exurgit nimirum ab oriente. Quod si cæteris in formis, atque figuris lunare lumen non vnà cum nocte ex æquo perficitur, nihil ad institutum sermonem refert. Cæterum vbi tota lumine perfunditur vsquequaque perfecta, tum noctis quidem obtinet principatum, suo lumine stellas illuminans, & vniuersam collustrans tellurem, æquè vero atque sol spatia temporis secat. Et sint in signa, & tempora & dies & annos. Necessariæ profectò sunt luminarium in hominum vita significationes. Nanque si non vltra modum signa quispiam, quæ ab ipsis proficiscuntur exploret, vtiles ipsorum obseruationes eas inuenerit, quas experientia longa probauit. Complura cuique sanè de imbrium alluuione, cõplura de siccitatibus, cõplura de flatuum agitationib°, aut in parte, aut in vniuerso, vehemẽtioribus

Collatio physica.

Influxuum cœlestiũ cognitio vtilis.

Prognosticon euangelicum.

ribus ac leuioribus discere licet. Nam & vnum quid eorum, quæ à sole ostenduntur, dominus nobis tradidit hisce verbis: Quia tempestas erit: rutilat enim triste cœlum. Cùm enim per caliginem nebulàm ve ascensus fuerit solis, radij tum obfuscantur: ipse rutilus veluti pruna, coloréque propè sanguinis æmulus cernitur, aëris crassitudine visionem hanc in aspectibus nostris efficiente. Quod si non diffusus à radiis tum aër ille addensatus & in sese coalescens, apertum est ob vaporum illorum effluentiam è terra tunc ascendentium, superari non potuisse: sed ob humoris copiam tandem eas in regiones in quibus se colligit, tempestatem esse allaturum. Similiter & luna cum caliginoso humore circundatur, idem portendit. Et cum orbes ij solem cingunt, quos areas appellare solent, aut cœlestis aquæ copiam significant, aut flatuum vehementium concitationem. Quinetiam ij quos aduersos soles appellãt, cum solis consequuntur cursum: accidentium quorundam aëris præsagia fiunt. Quemadmodum & virgulæ, colore iridis præditæ, rectæ in nubibus apparentes, imbres sæuos, aut tẽpestates atrocissimas, aut aëris omnino non mediocrem mutationem portendunt. Complures quoque significationes & circa lunam obseruarunt, accrescentem decrescentémque, qui huic studio operam impenderunt: quasi aër terræ imminens vnà cum ipsius lunæ formis necessariò permutetur. Tertio nanque die si tenuis sit, puróque nitore fulgeat serenitatem constantem prænuntiat, sin crassa cornibus subrubicundáque cernatur, aut impetuosam & immodicam, è nubibus aquam, aut horridam austri concitationem minatur.

Prognosticon ex luna ἐνθηλίους.

Quanto autem emolumento sint vitæ humanæ, quantámque vtilitatem eidem præstent tales ex hisce luminaribus obseruationes, quis ignorat? Licet nautæ suam intus in portu continere nauem ex vẽtorum agitatione ventura pericula præuidenti: licet viatori incommoda cœli vitare, ex ipsa cœli tristitia, mutationem aëris expectanti: licet & agricolis qui in serendis seminibus, cultúque stirpium elaborant, omnium hinc officiorum, operúmque suorum exercendorum opportunitatem tempúsque semper idoneum inuenire. Iam verò dissolutionis etiam vniuersi signa, dominus solem daturum, & lunam, & stellas prædixit: Sol vertetur in sanguinem: & luna non dabit lumen suum. Hæc vniuersæ consummationis sunt signa. Sed homines ij, qui septa transiliunt, ad defensionem Genethliacæ artis multò vanissimæ, hanc trahere scripturæ sententiam conantur. Atque aiunt vitam nostram à cœlestium corporum motione pendere, & hanc ob causam ex sideribus à Chaldæis eorum notationes effectuum, qui nobis accidunt, fieri: sermonémque simplicem hunc scripturæ: Sint, inquam, in signa, non eorum quæ accidant aëri, neque mutationis temporum, sed ad hoc significandum quod sibi videtur, accipiunt de genere vitæ vnicuilibet hominum velut sortitò distribuendæ. Quid enim aiunt? Nimirum quia coniunctio permistió ve astrorum quę mouentur ad eas stellas quæ in orbe signifero collocatæ sunt, si talis fuerit inter se concurrentium figura, tales efficiet hominum generationes atque ortus: sin talis fuerit habitudo, contrariam reddit vitæ sortem. Elucidandi istius argumenti gratia, neutiquam fuerit inutile hac de re altiùs aliquantò repetita disserere. Dicam autem nihil ex me ipso sanè, sed illorum ipsorum ad illos redarguendos sententiis vtar. Hinc enim iam prœoccupatis hoc morbo remedium, cæteris, ne similes in errores incidãt, securitas tutelàque afferetur. Genethliacæ artis inuentores, cùm in temporis amplo spatio complures figuras suam ipsorum conscientiam fugere percepissent, in angustum admodum temporis contraxere mensuras, vt minutissimo quoque & subitaneo articulo, quale est quod apostolus dicit, In momento temporis, in ictu oculi, plurimum differentiæ sit inter natiuitatem & natiuitatem. Vt is quidem qui hoc in momento genitus est, tyrannus sit, ciuitatum populorúmque princeps, locupletissimus, præpotens. Is autem qui natus est temporis sequenti momento, pauper quidam sit futurus aut mendicus, circulator vel præstigiator, ex ostiis ostia permutãs quotidiani consequendi causa victus. Quamobrem eo orbe, qui signifer appellatur, duodecim in parteis diuiso, cùm in triginta dierum spatio partem sol eius globi transeat duodecimam, quem inerrantem appellant, triginta in portiones singulas illas duodecim parteis secuerunt. Tum singulis portionibus illis in sexaginta minuta diuisis, minuta hæc singula horum sexaginta rursum in alia sexaginta modo simili diuisere. Posito igitur enixu eorum qui in lucem eduntur, videamus, obsecro, si hanc exactissimam temporis diuisionem autores hi sibi valeant conseruare. Nam simul atque æditus pusio est, mas an fœmella sit, obstetrix explorat: tum vagitum expectat infantis, nimirum indicium vitæ eius, qui natus recens est. Quot hoc tempore vis sexagesima præteriisse minuta? Dicit obstetrix deinde Chaldæo partum qui editus est:

οἱ ὑπὲρ τὸ ἑσκαμμένον τρέχοντες, Paræmia.

Comin° pugnat cum astrologis vaniſſimis.

Aggreſſio.

ἐν ἀτόμῳ καὶ ἐμρίπτῳ alias ἐμρόπτῳ.

ἀπλανοῦς σφαίρας.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus est:quot minutissima momenta vis intereà dum obstetrix loquitur,prætercurrisse? præ- G
sertim si fortè fortuna fuerit non in conclaui mulierum Chaldæus ille præsens, sed in ædi-
um atrio aut vestibulo, tempus horámque reponens. Et cum eum qui definiturus est dili-
genter tempus ac horam, exploratoria nimirum horarum percipere oporteat, siue diurna
sint,siue nocturna:quot minutorum hoc quoque tempore, quæso, præteruolat præteritque
examen? Compertam enim eam esse stellam,qua tempus horáque sit exploranda, non so-
lum quanta in parte sit duodecima,sed etiam quàm iuxta duodecimæ portionem partis, in
quotóque minuto sexagesimæ eorum, inquam, in quæ diuidi diximus portionem: aut vt
exactissimè comperiatur,quoto in sexagesimo eorum in quæ subdiuisa sunt singula sexage- H
sima illa prima,necesse est. Atque hanc tamen adeò tenuem subtilémque temporis inuen-
tionem,quanquam attingere nequeunt,singulis in stellis errantibus faciendam esse neces-
sariò dicunt, vt qualem ad adhærentes cœlo fixásque stellas ipsæ dispositionem habitudi-
nèm ve haberent, qualisque ipsarum esset inter sese figura, cum in lucem ederetur fœtus,
συμπέρασμα vanitatis astrologicę. compertum sit tandem ac exploratum. Quæ cum ita sint,si fieri non potest, vt tempus illud
exactissimè quisquam attingat,variationeque,vel breuissimi temporis fit, vt tota via peni-
tus aberretur, deridendi profectò non mediocriter esse videntur, tam ij qui studio huius
indulserunt artis,quam in ratione rerum nusquàm esse constat,quàm ij qui hiantes ab illo-
rum ore pendent intenti:perinde quasi omnia illi scire possint, quæ ipsis sunt euentura. At I
qui tandem illi effectus sunt,quales ve genitalis istius prædictionis? Ille talis,inquiunt, cris-
panti decorabitur capillitio, eritque aspectu mirè gratiosus. Est enim editus in lucem arie-
tis tempore. Tale autem ipsum animal aspectu quodammodo esse videtur. At erit & ani-
mo grandi, atque elato: quippe cum & aries dux sit gregis: faciet etiam omnia animo
prompto: denique ad quæstum ingenio erit solerti ac prouido. Nam hoc animal & citra
molestiam vellus laneum deponit, & à natura facilè rursum eodem sanè vestitur. Sed in
tauro natum tolerantem esse laborum dicunt, atque seruilem:quoniam & taurus iugo sub-
iicitur. Est & qui ortus est in scorpio,propensus ad ferendum atque ad inferendos ictus pa-
ratus, ob similitudinem eius bestiæ. Et iustitia præditus itidem is, quem enixa est sua pa-
rens tempore libræ,non nisi ob trutinæ,lanciúmque, nostri, inquam,instrumenti,quo pon- K
dera libramus,æqualitatem. Istis quid ineptius aut deridiculum magis? Aries is, à quo na-
tiuitatem hominis ipse sumis, cœli pars est duodecima: in qua cum fuerit sol, puncta ver-
na signáque tangit: & libra similiter, atque taurus partem orbis signiferi duodecimam oc-
cupant. Cur igitur illinc vniuscuiusque vitæ hominis præcipuas proficisci causas asserens,
ex istis pecudibus natorum hominum mores exprimis atque effingis? Est autem is ad ero-
gandum procliuis, qui natus est in ariete, non quia pars illa cœli tales efficit mores, sed
quòd hoc pecus naturam talem sortitur. Quid igitur nos exterres, & huiusce imples reli-
gionis, vindicans tibi autoritatem ac fidem ab astrorum aspectu: & interim hæc ipsa eni-
teris nobis persuadere per pecudum balatus? Nam si cœlum tales morum habeat proprie-
tates, ab animalibus istis sumptas, ipsum etiam cœlum alienis principiis est subiectum: L
quippe cum à pecoribus causas pendentes habeat tales. Id asserere si ridiculum sit: longè
magis ridiculum esse constat, ex iis, quorum nulla prorsus affinitas esse videtur, senten-
ἀφωνεῖα & δόγμα. Collationẽ hanc tribuunt Zaleuco Locrensium legislatori. tiam illam eniti verisimilem esse, atque probabilem demonstrare. Sed hominum istorum
elegantes istæ sententiæ sapientésque rationes, persimiles sunt aranearum telis, in quas si
culex, si musca,si quippiam aliud inciderit inualidis hisce bestiolis simile,irretitum retine-
tur. Sin validiusculum irruperit animal, ipsum facilè admodum elabitur,penetrat, & istius
modi imbelles illas perrumpit telas,ac demolitur. Atqui non in his solum consistunt, sed
etiam eorum causas corporibus cœlestibus tribuere pergunt,quorum electionem cuique no
strum propriam esse constat,morum inquam ac studiorum, probitatis atque improbitatis. M
Hisce nugis controuertere, alioqui ridiculum videtur. Sed quia plerosque homines hoc
In Genethliacos & Astrologos stilum rursus distringit. errore præoccupatos esse non ignoramus, eiusmodi nænias haud silentio præterire neces-
se est, Primum igitur illud ipsos interrogabimus, sit ne vt singulis diebus siderum figu-
ræ mille modis mutentur, ac varientur? Nam cum vagæ stellæ perpetuò continuóque
moueantur, citiùs planetæ alij in alios incurrant & apprehendant, & partim tardiore
motu suos efficiant orbes: fit vt eadem in hora sæpenumero tum mutuò sese conspici-
ant, tum occultentur. Et cum maximam vim habeat in hora geneseos siue natiuitatis, ab
effectrice bonorum, an malorum conspici, stella, vt ipsi censent, fitne vt sæpe cum haud

id attige-

A id attigerint ipsi tempus,quo bonorum effectrix stella dominabatur, ob vnius ignorantiam
minuti,eam tum vt in mala sitam fortuna designent? Cogor enim eisdem nunc vti verbis,
quibus & illi ipsi vti consueuere. In verbis igitur huiusmodi magna quidem amentia, mul-
tò verò maior impietas continetur. Maleficæ enim stellæ, suæ ipsarum malignitatis causas
in suum transscribunt factorem. Nam si natura stellis competit maleficium, ipse sanè crea-
tor effector erit malignitatis:sin improbæ voluntate sua,malæque euadunt. Primùm quidẽ,
animantia quæque erunt boni malique electiua & solutis appetitionibus imperiosisq; vten-
tur:quod quidem inanimis falsò tribuere,summæ dementiæ constat esse. Deinde quantum
à ratione dissonat,malum ac bonum non pro dignitate cuique distribuere? Sed cum hoc in
B loco fuerit,bonam:cum ab hoc conspecta sidere fuerit,malam eandem dicere stellam: cum
parumper denique declinauerit à figura,suæ protinus obliuisci malignitatis? Sed hæc quidẽ
hactenus sint dicta. Si verò singulis in momentis temporis atque punctis, in aliam atque a-
liam sidera figuram permutando se accommodant:in innumeris autem huiuscemodi mu-
tationibus quæ vna die tantædem contingunt, figurationes eiusmodi regiarum natiuitatũ
perficiuntur:cur singulis,quæso,diebus non reges nascuntur? Aut cur apud ipsos reges om-
nino regna per successiones traduntur? Non enim quemq; regem ortum filij sui, ad regiam
siderum figuram obseruantem accommodare dicere audent. Quis enim mortalium rei ta-
lis dominus esse potest? Cur ergo Ozias genuit Ioatham, Ioatham Achas, Achas Ezechiam,
& horum nulli nanciscì contigit seruilem natiuitatis suæ horam? Deinde si non probarum
C ac improbarum operationum principia penes nos sita sunt,sed ex ortu necessitudines emer- Et hæc ratio,astrologorum vanitatem vrget vehementer.
gunt:frustra profectò legumlatores agendas res & non agendas,sed fugiendas præscribunt:
frustra sunt iudices etiam,virtutem honore,vitium pœnis afficientes. Non enim hoc pacto
iniuria commissa,furis est aut homicidæ:quippe cui neque volenti quidem,ob ineuitabilem
ipsum impellentem ad agendum necessitudinem,manum continere licuerit. Vanissimi de-
nique homines sunt,& qui dant artibus operam, in ipsisq; elaborant, quando rectè quidem
facturus videtur agricola,si neque semen vllum in terram deiecerit, neque ad messem falcẽ
exacuerit suam,quin & mercator,velit,nolit,supramodum ditescet,quando ipsi fatum affa-
tim accumulat luculentas & vberes diuitias. Spes porro magnæ illæ christianorum euane-
D scent omnino nobis, atque peribunt: quippe cum neque iustitia honoribus vllis afficiatur,
neque peccata puniantur:propterea quòd nihil prorsus ab hominibus libero animi proposi-
to agatur. Nam vbi necessitas vrget fatúmque dominatur, nullum id ibi locum obtinet, γνώμη.
quod pro dignitate penditur:id, inquam, quod iusti iudicij munus præcipuum esse constat.
Sed contra illos eoúsque sit disputatum:neque enim vos pluribus verbis egetis:quippe à vo
bismetipsis estis præditi fidei sanitate,& tempus non patiatur vltra modum cõtra illos pro-
lixiorem prorogare sermonem. Ad ea nos quæ consequuntur ordine verba,redeamus opor-
tet. *Sint in signa*,inquit,*& tempora*,*& dies*,*& annos*. Dictũ iam est à nobis de signis. Tẽpora autẽ Tempora hic quatuor anni vicissitudines.
E æstatis,ac autumni:quorum periodus ordine miro ab ordinatissima proficiscitur luminariũ Hyemis auspicium qñ.
motione. Tunc enim fit hyems,cum sol in austrinis regionibus moram trahit:vmbrámque
eam in qua nox ipsa consistit, circa hanc nostram plagam, copiosam adeò facit,vt refrige-
scat aër inde telluri propinquus:& omnes exhalationes humidæ circa nos coactæ concretęq; ψιφάδος ἀμυθήτου.
imbrium,glaciei, niuisque copiosissimæ causam atque materiam præstent. At cum contrà
remeans sol austrinis à finibus ad ipsum medium tendit, vt ex æquo partiatur diei noctisq;
tempus:quantò super terram plus moræ trahit,tanto temperiem aëris maiorem pro portio-
ne reducit, atque ver oritur:cunctis quidem stirpibus, germinandi princeps & autor:quàm
F plurimis vero arboribus reuiuiscendi causam exhibens,animalibus autem tam terrestribus,
quàm aquatilibus omnibus successione prolis generis administrans conseruationem. Iam
vero sol illinc vrsam versus aquilonarem ad solstitia pergens æstiua, dies nobis maxi-
mos præbet. Et quia plurimo tempore tum hoc in aëre moratur, ideo tum & aërem no-
stro capiti imminentem perurit, & vniuersam tellurem exiccat: seminibus inde matura-
tionem subministrando, & ad concoctionem fructus arborum compellendo, cum &
flagrantior seipso existit,& breuiores vmbras meridie facit: propterea quòd ab excelso no-
stras has illuminat regiones. Maximi nanque dies ij sunt, in quibus vmbræ breuissimæ
fiunt. Breuissimi contrà dies ij sunt qui longissimas vmbras habent: Idque apud nos ac-
cidit, qui Heteroscij vocamur, nimirum ab alterius partis vmbra, quíque tractus aqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lonios habitamus. Iam enim quidam sunt, qui duobus diebus in toto anno penitus vmbra carent in meridie constituti: quos à vertice ipse sol illustrans, ex æquo vndiquaque suo lumine circunfundit, adeò vt per ora angusta profundorum aquas puteorum, etiam sua luce illuminet. Hos ea de causa, sunt, qui ἀσκίους (id est, sine vmbra existentes) vocant. Eorum prætereà qui vltra Arabiam odoriferam illam, incolunt: vtranque versus partem vmbræ vicissim & alternis excidere solent. His enim solis mortalium orbem hunc habitabilem nostrum, id vt peculiare quid contingit, vt & australes versus regiones eorum vmbræ meridie caderent. Vnde & à quibusdam Amphiscij, id est, vtrinque vmbriferi nuncupantur. Hæc autem omnia porro tum euenire videntur, cum ad aquilonias sol iam permeauerit plagas. Ex his coniecturam sumere licet, quantus is æstus sit, quem sol in aërē suis radiis imprimit, quales quantósque accidentarios effectus agere possit. Hinc autumni tempus deinceps vbi successit, exuperantem quidem vim æstus infringit: calorem autem paulatim cum temperamenti mediocritate remittens, innocuè nos per eam temperiem ad hyemis tempus frigoráque perducit: ad austrinas sole videlicet regiones tum ab aquiloniis remeante. Hæ temporum vicissitudines, hæ varietates solis motiones consectantes, vitam nobis & quæ ad vitam sunt necessaria disponunt, ac administrant. *Sint*, inquit, *& in dies.*) Non vt dies creënt aut faciant: sed vt ipsis diebus præsint. Dies enim & nox luminarium ortum antecesserunt. Id ita esse declarat & ipse psalmorum autor. Posuit, inquiens, in potestatem diei solem: lunam & stellas in potestatem noctis. Quonam igitur modo potestatem diei sol obtinet? Quia lucem in sese circunferens, vbi tandem horizonta nostrum, hoc est, finitorem nostri hemisphærij fuerit prętergressus, dissolutis fugatisque tenebris, diem pręstat. Itaque non aberrauerit quisquam, si diem definiens, aërem esse dixerit illuminatum à sole: aut quantitatem temporis tātam quo sol in globo nostro dimidio supra terram moram trahit. Sed & ad annos agendos sol atque luna principes sunt constituti. Nam luna cum duodecies suum peregit cursum, effectrix est anni, excepto mense intercalari, cuius egere persæpe videtur ad exactissimum temporum agendum concursum, quemadmodum Hebræi vetustissimo tempore antiquissimiq; Græcorum olim annum metiebantur. Solaris autem annus est, cum ad idem sol punctum siue signum vnde profectus est, suapte motione redierit. *Et fecit deus duo luminaria magna.*) Cum magnum aliud significationem habeat absolutam, vt magnum est cœlum, & terra magna maréque: aliud magna ex parte referri ad aliud suapte natura soleat, vt magnus equus, magnus bos. Neque enim hæc testificationem siue commendationem accipiunt suæ magnitudinis ab exuperanti mole corporis, sed ex collatione ad similia. Vtro igitur modo magni significationem nunc capiemus? Vtrum vti formicam aut aliud quiduis eorum quæ natura sunt parua, magnum pronuntiamus, propter comparationem ad alia eiusdem generis, ipsius excessum referentes? an eo modo quo luminarium magnitudo in sua propria constitutione naturáque monstratur? Equidem hoc modo magnum nunc esse censeo capiendum. Non enim sol atque luna, quia maiorem quàm stellæ minores, obtinent molem, ideo luminaria magna dicuntur: sed quia tanti sunt ambitus, vt is qui ab ipsis diffunditur splendor, cœlum collustret ac aërem, atque ad vniuersam terram simul maréque sese extendat, cunctaq; compleat. Enimuero quacunque in parte cœli fuerint hæ magnæ stellæ, & exorientes, & occidentes, & medium occupantes, à quocunque loco semper ab vniuersis hominibus æqualis magnitudinis conspiciuntur. Quòd sanè magnitudinis excellentis, immensæq; molis argumentum dilucidum esse constat: propterea quòd amplitudo latitudoq; telluris momenti nihil prorsus afferre videtur ad ipsarum moles, aut maiores, aut minores conspiciendas. Nam ea quæ longè distant, minora quàm sint quodammodo cernimus: ad quæ vero propius accedimus, eorum magnitudinem exactius comperimus. At soli propinquior est nemo, remotior nemo, sed æquali semper interuallo cunctis hominibus ipse quocunque tractus telluris habitent, obuium se offert. Argumento id fuerit, quòd Indi iuxta ac Britanni ipsum solem peræquè contuentur. Neque enim iis qui orientis habitant regiones, sol occidens magnitudinem suam imminuit: neque ab iis qui regiones occiduas incolunt, minor exoriens vnquam conspicitur. At neque cum cœlum medium occupat in alterutram euariat partem, vt maior minórve alterutri appareat. Ne tibi aspectus iste solis imponat. Neque quia cubitalis magnitudinis cernentibus esse videtur, ob id eius esse magnitudinis putes. Contrahi nanque maximis in interuallis eorum quæ cernuntur magnitudines, solent: quippe cum ipsa vis perspectiua non queat intermedium penetrare spatium: sed quasi

Dies & āni.
Dies.
Diei duplex finitio.
Annos.
Lunaris annus.
Solaris annus.
ἐγγυτέρω καὶ προῤῥωτέρω.

A quasi in illo medio absumatur, paruáque sui parte res eas quæ conspiciuntur, attingat. Factus igitur aspectus noster exiguus, exiguas esse res eas quæ cernuntur, fecit existimari: suámque ipsius affectionem rebus quas contueri datur, adscribit. Quum itaque fallatur visus, nulla illius iudicio tribuenda fides est. Recordare earum quæ tibi interim contingūt, affectionum, atque abs te ipso fidem eorum quæ nunc dicuntur, habebis. Si vnquam ab excelsi montis cacumine immensum supinúmque campum, conspexisti, quanta ipsa iuga tibi boum, quanti arantes ipsi sunt visi? Formicarúmne tibi veluti imaginem quandam repræsentarunt? Si vnquam etiam à specula è regione vasti pelagi posita tuos aspectus iniecisti æquori, quantæ tibi maximæ insulæ visæ sunt, quantáque tibi conspecta est oneraria nauis, candidis expassis
B velis super cœruleum mare discurrens? Nonne quauis columba minorem tibi præstitit visionem? propterea quod in aëre medio consumptus visus, vt diximus, inualidúsque factus, res quæ se offerunt conspiciendas, apprehendere vt sunt, nequit. Iam vero montes immensæ magnitudinis abruptos ac velut eliquatos in imas valles, rotūdos & in planiciem leuigatos esse ipse aspectus indicat, in eminentiorem solùm infixus verticem: interiectas vero concauitates ob imbecillitatem ingredi minimè valens. Itidem neque formas figurásque corporum, quales nam sint, percipere potest: sed quadras anguloſásque omnino turres, teretes putat. Quare omni ex parte constat in maximis interuallis aspectum, non articulis distinctam & absolutam, sed cōfusaneam corporum accipere coniecturalem imaginem. Est igitur Sol,
C luminare magnum, vti scriptura testatur, in infinitúmque grandior eo qui nobis videtur: Adde etiam illud magnitudinis eius apertissimum argumentum. Nam cum stellæ multitudine sint infinitæ: lumen quod ab vniuersis ipsis congeritur, ad discutiendum dissoluendúmve nocturnæ caliginis mœrorem minime satisfacit. Hic autem solus vel super horizontem apparens, immò verò cum adhuc expectatur antequàm & totum à tellure se attollat, tenebras compendio dissoluit, siderum lumina superat, concretum eatenus & frigore adstrictum circa terram aëra liquefacit, atque diffundit: vnde & flatus in aurora spirare, rorésque sereno cœlo terram circumfluere solent. Tellurem etiam, quę tantę est molis quo pacto vniuersam temporis vno momēto punctóue luce Sol sua illustrare posset, si non ab amplissimo
D quo ambitur, circulo lumen suum emitteret? Hoc loco sapientiam opificis animaduertas ipse percipiasq; velim: quomodo moderatissimum ad hoc interuallum accommodatissimūq; præstiterit soli calorem. Est enim in eo tanta caloris imprimendi facultas, moderata alioqui adeo, vt neque ob exuperantiam vrat inflammétque tellurem: neque defectionis ratione refrigeratam eam gelidam infœcūdámque relinquat. Iam dictis germana consimiliáve & de Luna velim intelligas. Est enim & corpus ipsius magnum, & splendidissimum sane post solem. Non tamen semper eius conspicitur magnitudo, sed nunc quidem tota sinuata in orbē, & perfecta, nunc vero in deliquio luminis & imminuta conspicitur, altera sui parte, quid desit, indicans. Nam alia nimirum obumbratur parte cum incrementa suscipit: alia pars eius
E occultatur, cum imminuitur. Est quædam figurarum mutationis huiusce variæ sapientis ratio creatoris: aut enim hoc vult, vt exemplum nobis illinc euidens nostræ naturæ præstetur. Nullam rem, inquam, humanam fixam, & stabilem esse: sed alias cum antea non essent, exortas, ad suum statum pergere capessendum: alias item cùm proprium attigerint vigorem, & ad summam adoleuerint incrementi mensuram, rursum quotidianis decrementis sensim corrumpi ac perire & imminutas aboleri atque intercipi. Nos igitur ex lunæ contemplatione, quàm fluxa sint nostra perdiscamus atque erudiamur: in mētémque celerrima rerum humanarum nobis mutatio veniat, ac non magnificè nobisipsis ob vitæ prosperitatem placeamus, non potentatibus gloriemur, non ob incertas & instabiles diuitias efferamur: despiciamus carnem in qua potissimum versatur mutatio, curam animo diligentiamq; adhibeamus, bona cuius duntaxat immobilia esse constat. Quod si dolore te luna paulatim sublationibus lucem absumens afficiat: dolore te maiore afficiat anima, si probitatem assequuta,
F deinde bonum virtutis ob negligentiam & incogitantiam perdiderit, & nunquam in eadē persistat affectione, sed frequenter ob mentis infirmitatem vertatur ac mutetur. Verè enim (vt dicitur) Stultus perinde vt luna mutatur. Atqui corporibus animalium cōstituendis, cęterarúmque rerum, quæ à terra nascuntur, non mediocriter lunæ mutationes conducere reor. Nam alio modo corpora cum ipsa decrescit, alio, cum accrescit, afficiuntur: etenim nunc rara fiunt inaniaq; cum imminuitur. Nunc contrà luna accrescente & ad luminis plenū properante orbem, corpora rursus diffarciuntur & implentur: propterea quod humorem quen-

Accedit πρὸς τὴν ἀλλ ληγορίαν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam,calori immixtum,in profundum vſque tum imprimit occultè,atque immittit. Declarant id ita eſſe tũ ij, qui ſub dio lunaq; dormiunt,capita quorum vltra modũ humore replẽtur: tum animantia nuperrimè iugulata: quæ mox incurſu impreſſionéve lunæ permutãtur: tum etiam animalium cerebra, & animantium in mari degentium ea quæ humore copioſo prædita ſunt:arborúmque medullæ, quæ ſua ſanè mutatione conuertere luna cuncta nõ poſſet,niſi quid immenſum (vt ſcriptura teſtatur) exuperánsque viribus eſſet. Quin & cunctas circa aërem accidentarias affectiones,ab hiſce lunæ mutationibus effici, luce clarius extat, vt turbines repentini teſtantur:qui cum in noua cornua luna curuatur, è tranquillitate ſæpenumero, ſilentioq; ventorum repente exoriuntur, quando & nubes flatibus exagitantur,ſibiq; occurſant,& æſtus etiam gurgitésve maris reciproci, partim in euripis,partim in oceano, quos ordinatè conſequi ad lunæ periodos ab incolis eſt compertum. Nam euripi,certis quidem lunæ temporibus viciſſim ad partes vtraſque fluunt. In coitu vero, ne puncto quidem temporis quieſcunt,ſed in ſeſe perenni fluctuant agitatione,nutantq;,atq; librantur,quouſque rurſus apparens luna, reciprocæ fluxionis illis conſuetam præſtiterit diſpoſitionem.Occiduum autem æquor affluxus refluxusq; ſubit reciprocos,nunc abiens, nunc rediens.Rurſus idem deſtagnat atque inundat, perinde quaſi lunæ reſpirationibus quidẽ partes ad poſteras ſubtrahatur, rurſum item expirationibus ad priorem menſuram cogitur redire.Hæc à nobis ſunt dicta,vt ex hiſce,luminarium immenſa tam ſolis quàm lunæ magnitudo demonſtretur: vtq; conſtaret in verbis ſcripturæ diuinitus inſpiratæ ne ſyllabam quidem eſſe otioſam:quãquam nihil eorum ferè quæ opportuniùs commodiúsve loco huic cõpeterent,oratio noſtra tetigiſſe videtur. Complura nanque de magnitudine, déque interuallis ſolis & lunæ commentari excogitaréue ratiocinando licuerit ei,qui non perfunctoriè aut oſcitanter vtriuſq; operationes ac vires conſiderandas ſibi proponeret.Vos igitur(ſi modò grati eſſe pergitis) conuenit meam ipſius infirmitatem excuſare,non item incuſare malignius, quando noſtræ huic qualicunq; orationi admetienda neutiquam venit aut velut ad libellam appendenda tantorum dei operũ operoſiſſima moles ac magnitudo. Quin ipſi potius ex iis perquam paucis quæ diſſeruimus, veſtro cum animo verſate ac recogitetis, quotnam ſint & quanta quæ ſermo noſter indicta tranſiliuit. Nolim itaque mihi lunam metiare oculo,ſed arcana tecum ratione,quæ oculis iſtis ad attingendam veritatem tanto certior eſt & accuratior. Fabulæ porro quædam planè ridiculæ à temulentis neſcio quibus aniculis ac proinde deliris quoquo terrarum diſſipatę & peruulgatę tradunt lunam veneficiis carminibúsq; propria ſtatione emotam in terrę elementum deferri.Quo,quæſo te,pacto præſtigiatorum vis vlla incantatrix ſua eam ſede emoueat, quam ipſe fundauit altiſſimus? Quis tandem locus illam cœlo detractam ſuſcepit? vis ex me accipere effuſiſſimę illius magnitudinis dilucidam demonſtrationem ab exiguis petitã indiciis? Vrbes terræ totius habitabilis quàm longiſſimo licet,inter ſe diſſitæ interuallo, vnà cum vniuerſis quotquot recta orientem reſpiciunt, vicis,lunare lumen ex æquo omnes ſuſcipiunt:id quod neutiquam fieret, ſi non ſingulas quaſq; facie conuerſa reſpectaret,ſed eos quidem angiportus ſuo prorſus luna illuſtraret lumine, qui ad eam rectà obuerterentur, iis autem qui latitudinem ipſius excederent, præteruectis & tanquam ſe fugiẽtibus obuerteretur, nimirum reflexis in obliquam partem radiis cuiuſmodi exemplum familiare & domeſticũ in lucernis liceat videre.Pluribus enim ad lucernæ proſpectum circunſtantibus, eius vmbra qui in directũ adſtat lucernæ,rectà porrigitur:reliquorum ad vtranque partem declinant. Quarè lunę corpus niſi immenſum eſſet exuperantis & eximiæ magnitudinis, nequaquam ad omnes peræquè terras ſeſe expãderet. Aequè enim ipſius cõpotes fiunt, cũ ab æquidialibus ſiue æquinoctialibus exoritur locis, qui prope gelidam rigẽtémque plagã habitãt, ſúbq; vrſę ſiti ſunt conuerſionibus,& qui concaua meridianæ accolũt plagæ, exuſtæ ſcilicet & torridæ zonæ vicini:quibus omnibus iuxta latitudinis dimẽſionem è regione præteruecta luna,apertiſſimum ſuæ magnitudinis præbet teſtimoniũ.Quis igitur inficias iã ierit,lunæ corpus ampliſſimæ eſſe magnitudinis,quod ſe tot tãtíſq; locorũ interuallis ex æquo diſpertitur? Et hæc quidem de ſolis lunæque magnitudine præcellenti hactenus dicta ſunto. Ipſe porrò deus qui mentem nobis intelligentiævi prædita gratuitò eſt largitus, idem id doni gratificetur, vt ex minimis creaturæ rebus eximiam ipſius & admirabilem ſapientiam condiſcamus: & ex iſtis ampliſſima mole magnitudinis eminentibus, auguſtiores de eorum conditore concipiamus cogitationes: tametſi ad ſuum collati creatorem Sol Lunáque culicis ac formicæ rationem obtinent.

Neque

A Neque enim fieri poſſit, vt iſtorum quantalibet contemplatione, vllam concipias animo notionem dei auguſtiſſimæ maieſtati pro dignitate reſpondentem. At certè exiguis quibuſdam,nec admodum conſpicuis hinc emergentibus notitiis per hæc ipſa quemadmodum & per vnum quodque minutiſſimorum in genere tam animalium quàm ſtirpium contingit nos ad dei contemplationem promoueri. Dictis hactenus contenti,gratias in commune agamus,Ego quidem ei,qui exiguam hanc verbi adminiſtrationem mihi gratuitò impertiit: Vos autem eidem,qui ſpiritualibus vos aluit alimentis, quíque famelicas animas meæ vocis exilitate,quaſi panis cuiuſpiam hordeacei edulio pauit:optauerim,perpetuò vos vt paſcat iuxta adæquatam fidei proportionem,nihil obſcuram cognitionem largitus ſpiritus ſanB &i,in Chriſto Ieſu domino noſtro,cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum,Amen.

HOMILIA SEPTIMA DE REPTILIBUS.

ET dixit deus:Producant aquæ reptilia animarum uiuentium ſecundum genus: & uolatilia uolantia iuxta firmamentum cœli ſecundum genus.) Poſt luminarium creationem aquæ deinceps opplentur animantibus,vt hæc demum portio vniuerſi ornatu ſe decenti coC honeſtaretur.Suum iam ex ſe cultum terra acceperat propriis conueſtita germinibus.Acceperat & cœlum nempe ſiderum flores roſeos, quibus acceſſit quòd idem magnorum luminarium ſociali fœdere, quaſi geminorum radiantiſſima eiaculatione oculorum inſigniter conuenuſtatum eſt & ornatum.Reliquum videbatur,ſuus vt aquis conſignaretur ornatus.Venit mandatum,& ecce tibi dicto ocyus fluuij ſpecimen ſuæ ediderunt operationis,ſtagna genitali prole fœcundantur,ac ſui quæque generis moliebantur fœtus natiuæ indoli lacuſtris aquæ reſpondentes. Mare genus omne natantum parturiebat. Ne id quidem quantillum vſpiam aquarum in limoſis & paluſtribus locis reſedit, erat ingenitæ ſibi operationis,vacuum,nec ab eo deſedit munere quod ab ipſa ſua mox creatione acceperat explẽD dum. Etenim ranæ, muliones, culices ipſi ex ipſo nimirum lacuſtri emergebant cœno. Quæ enim vel hodie in omnium oculis fiũt,illius tum temporis exhibitorum operum perſpicua quædam demonſtratio ſunt. Tanto tum ſtudio contendebat aqua omnis ſui conditoris imperio ſubſeruire & obſequi,vt & quorum ne genera quidem poſſit quiuis ad numerum referre,horum vitam nulla intercedente mora efficacem atque operatoriam, ſeq; motitantem declarauit magna prorſus & ineffabilis dei potentia,ſimul atque ſuo vnius præcepto aquis vim impreſſit generationi accommodam. *Producant aquæ reptilia animarum uiuentium.)* Nunc primùm animatum fit,ac ſenſile creatur animal.Nam plantæ & arbores quãlibet dicantur viuere, quòd nutritiuæ facultatis auctiuæq; participio gaudeant, at non ob
E id animalia ſunt,neque anima informãtur, eóque dictum eſt: *Producant aque reptilia.)* Natatile quodcunque tandem illud eſt,ſiue id ſummam aquæ ſuperficiem radat natando, ſiue innatans imam aquam ſecet,in reptilis naturæ cenſum tranſit, quando per aquæ corpus ſe trahit, & ſi qua aquatilium pedum fulturis nituntur & incedunt.Horum enim pleraq; ſunt amphibia maximè, ceu ſunt phocæ, crocodili, hippopotami, ranæ & cancri. In his prærogatiua nominis gaudet,quòd ſuapte natura natatile eſt,ob id dictum eſt: *Producant aquæ reptilia.)* In hiſce perbreuibus verbis,quod genus omiſſum eſt? Quid non reptilium comF prehenſum eſt in creatoris præcepto? Non vtique ea quæ animal pariunt, ceu ſunt phocæ, delphines, torpedines,cæteráque id genus quæ chartilaginea. Non omiſit ouipera,quibus nomenclaturis omnia ferè piſcium genera continentur.Non ſquamoſa,non corticoſa, non pinnis prædita,non eiſdem carentia.Vox quidem imperij breuis admodum eſt,quin potiùs neque vox eſt:ſed momentum duntaxat,& ſubitus motus diuinæ voluntatis: Atqui voluntatis iſtius in præcepto quanlibet breui deliteſcentis tanta nimirum diffuſio eſt,quot ſunt,& quibus differunt inter ſeſe,quibúſque conueniunt animantium piſcium genera, atque naturæ:de quibus diligenter accurateque diſſerere velle perinde eſt,atque ſi quiſpiam aut æquoreas vndas enumerare,aut metiri cotylis ſiue heminis aquas maris aggrederetur. *Producãt aquæ reptilia.)* In iiſipſis ſunt ea quæ in pelago verſantur,quæ littoribus gaudent,quę immerſa profundo viuunt,quæq; adhæreſcunt petris & allambũt. Sunt & gregalia,ſolitaria vt cete & beluæ molis immenſæ,& minutiſſimi piſces.Eadem enim vi ſanè, pariq; præcepto, tam magna,

ἀνακεφαλαίωσις præcedentium.

ἐυθὺς ἄμοιρον τῆς κατὰ κτίσιν συντελείας. ἐμπίδες.

ἀμφίβιος in vtroq; viuẽs elemẽto, vt in terra & in aqua.

φώκη vitulus marinus.

ζωοτοκεῖται. κελαχώ. ὠοτόκα.

λεπιδωτὰ, φολιδωτὰ, πτερύγια.

Collatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magna, quàm parua animantia in lucem edita sunt. *Producant aquæ reptilia.)* Ostendit G tibi natatilium animalium naturalem ad aquas affinitatem. Quapropter vel parum ab humoris natura pisces secluſi dispereunt. Non enim respirandi habent organum, quo hunc aërem attrahant: sed quod in terrestribus animantibus aër obtinet rationis, id est generi natatilium aqua. Et causa est in promptu. In nobis enim est pulmo, viscus porrò rarum, meatibúsque multis patens, quod per ipsum pectus dilatatum, attractum, recipiens aërem, internum diuetilat nostrum refrigerátque calorem. In illis autem dilatatio constrictióque branchiarum attrahentium humorem reddentiúmque, spirandi munus efficiunt. Propria piscium est sors, propria sanè natura, separata peculiarisq;, pro moribus victúque vita. Ideo neque mi

Pisces indomabiles.

teſcit animalium natatilium quicquam: neque sese tractandum vnquam manibus vllis mul H cendúmque præbet. *Producant aquæ reptilia uiuentium animarum, secundum genera sua.)* Vniuscuiusque generis nunc primitias quasi naturæ semina quædam oriri iubet: multitudo verò successioni posteà asseruatur, cum genera singula necesse sit in multitudinem crescere. Atq; aliud genus eorum est, quæ ostracoderma vocantur. Qualia sunt conchæ, pectines, limaces marini, strombi, & ostrearum discrimina numerosa. Aliud eorum, quæ malacostraca vocantur. Vt locustæ, cancri, cæteráque id genus finitima. Aliud præter hæc, genus eorum est, quæ mollia nuncupantur, quorum caro mollis est, atque tenera. Vt polypi, sepiæ, cæteraq; similis generis. In quibus rursum innumeras esse differentias constat. Præterea dracones, murenas atque anguillas: quæ limosis in fluminibus stagnisq; nascuntur, & ve I nenatis potius reptilibus, quàm piscibus sunt propinqua. Aliud item genus subeunt ea quæ ouum, aliud ea quæ animal pariunt. Procreant autem animal ea quæ mustelini generis sunt, & caniculi: & ea omnino quæ chartilaginea nũcupãtur, generisq; cetarij, plurima sunt viuipera, vt delphini, vituli marini, quos & tenellos suos catulos aliqua perterritos causa, in vẽtrem rursum suscipere circumplectiq; ferunt. *Producant aquæ reptilia uiuentium animarum per genus.)* Aliud genus est cetarium, aliud piscium tenuium genus. In piscibus item innumera discrimina sunt, per genera sanè distincta. Quorum & nomina propria sunt, & pabulum varium & figura, & magnitudo, & carnium qualitates haud eædem, sed diuersæ. Maximis singula differentiis inter sese discrepant, sub variisq; formis, atque diuersis specie collocantur. K Quinam, quæso, thynnorum exploratores, generum nobis enumerare differentias possent? quanquam vt ferunt in magnis piscium gregibus, numerum illorum exactè renuntiãt. Quis item eorum qui circa litora ripásque siue oras studio piscandi consenuere, nobis horum historiam omnium exactè notam efficere posset? Alia porrò genera piscium cognoscunt qui in Indico mari, alia qui in Aegyptio sinu piscantur, alia insularum incolæ, alia Mauritani nouerunt: omnia tamen tam parua, quàm grandia, primum illud imperium illâque inenarrabilis potentia procreauit. Multi variiq; sunt ipsorum modi viuendi: multæ denique in vniuscuiusque successione generis differentiæ, non ouis plurimi piscium, perinde vt aues incubant, non nidulos fixiùs agglutinant aut compingunt, non in enutrieda sua prole laborant, sed aqua susceptum editum ouum, animal nullo prorsus exhibito negotio fecit. Est etiam vt L vniuscuiusque successio generis inuariabilis semper sit: neque cum alia natura vlla miscetur. Non in humore perinde atque in terra naturas esse promiscuas nouimus, quales esse mulorum constat, & auium nonnullarum deprauantium generum adulterantiúmq; naturam. Nihil in piscium genere dimidia parte dentibus est armatum, vt bos apud nos, vt ouis: neq; enim quisquam piscis ruminat, nisi scarus solus, vt quidam memoriæ prodiderunt, sed omnes acutissima frequentium dentium acie communiuntur, ne si mora in molendo traheretur, difflueret alimentum. Etenim nisi celerrimè dissectum ventri immitteretur, dum secaretur in minuta, per humorem sanè dilaberetur. Pabulum autem aliis aliud piscibus per genera definitum est. Quidam enim limo, quidam alga vescuntur. Alios aliæ in humore nas- M centes herbæ delectant, maior pars piscium liguriunt alter alterum atque deuorant: & minor apud illos esca maioris est, & si vnquam euenerit, vt is qui minorem superauerat alterius præda fiat, ambo tum simul deglutiuntur, & vnum vltimi piscis immersi ventrem ingrediuntur. Quid igitur, quæso, nos homines aliud agimus, cum vim afferimus inferioribus? Quid interest inter eum ac vltimum piscem, qui sua improba & intemperanti cupiditate diuitias consequendi, in inexplebiles auaritiæ sinus imbecilles ingerit homines, atque abdit? Ille pauperis patrimonium raptum habuit: tu illum oppressum partem tuarum facultatum fecisti: iniustis iniustiorem profectò, atque auaris auariorem te ostendisti. Prouideto, ne finis idem

Scarus solus inter pisces ruminat.

Quo victitent pabulo pisces.

Arist. de animalibus.

ἀλληγορία.

A nis idem tibi qui piscibus euenire crebrò solet, occurat, hamus forsitan, aut nassa, aut etiam rete. Et nos enim omnino cum multa peregerimus mala atque iniqua, iudicium illud extremum, pœnam illam vltimam non euitabimus. Iam quidem & infirmi cuiusdam animantis haud modicam astutiam ipse ac dolosum ingenium insidiosumq; cum didiceris, volo proinde, vt ipse admonitus non imitere sed vites maleficos. Cancer efflictim ostrei carnes cupit, sed perdifficilis ejus est ipsi venatio, testæ ratione, qua clauditur ac munitur: perualido nanque & infracto septo carnis ostrei mollitudinem natura muniuit. Quapropter & ostracodermon id aquatile nuncupatur. Cumq; duæ concauitates exactè inter sese coniunctæ ostreum circumplicent & ambiant, nihil prorsus cancri denticulati forcipes illi possunt. Quid

Cancer vt astutus.

B igitur agit? quid tandem molitur? Cum viderit illud tranquillis in locis tepore sese oblectare, suasq; illas valuulas ad solis radios aperuisse ac explicasse, tunc clanculum iniecto calculo conclusionem prohibet, atque quod viribus suis deerat, id tali astu sibi supplet. Hæc est eorum malitia, quæ neque ratione neque voce prædita sunt. Ipse ego optauerim, vt cancrorum solertem industriam imitatus in parando viatico, à proximorum noxa incommodisq; tibi temperes. Talium est profectò morum, qui suum cum dolo fratrem adire solet, quique ex insidiis proximos aggreditur alienisque insultat calamitatibus. Effugito despiciendorum hominum imitationes. Tuis propriis facultatibus esto contentus: paupertas cum veraci sufficientia, omni potiundæ voluptati profectò est compoti mentis anteponenda. Non silentio

C præterierim polypi dolos ac furacitatem. Is cuicunque saxo adhæserit colorem subit illius, atque adeò, vt piscium complures ad ipsum de improuiso nantes, tanquam ad saxum appellant, paratamq; sese offerant illi versuto malitioso; prædam. Talibus eos moribus præditos esse constat, qui perpetuos potentatus subeunt: & ad vsus necessitudinésque singulas occurrentes sese accommodant: nec in eadem semper voluntate persistunt, sed alij diuersiq; facilè fiunt. Sobrietatem cum sobriis laudant: intemperantes sunt cum intemperantibus: atque ad id quod cuique placet suam omnino sententiam vertunt. Quos euitare facilè nemo potest, nec ab ipsorum insidiis nocumentisq; cauere: propterea quod pietatis prætextu prauitas eorum fucata & adornata profundè celatur, ac latet. Huiusce modi sanè mores, rapaces lupos

D appellat dominus, in indumentis sese ouium palàm ostentantes. Fugito prorsus varios hosce multiplicesq; mores: sectare veritatem, synceritatem, simplicitatem. Anguis varios obtinet mores: eóque pœnæ huic addictus est, vt reptet humi. Iustus fictione caret, qualis & Iacob etiam fuit: quapropter ipse dominus habitare facit vnius moris homines in domo, minimè scilicet fucatos, Hoc mare illud magnum & spatiosum est: illic reptilia sunt, quorum numerus esse non potest, animalia parua cum magnis. Attamen est in illis quædam dispositio sapiens rectusq; modus viuendi. Non enim carpere solum reprehendereq; possumus pisces, sed sunt in illis, & quæ prosequẽda sunt imitatione. Vt singula genera piscium accommodata sibi loca distribuunt, in illisq; vitam degunt, nec aliena loca vnquam aggrediuntur:

Piscium mores quos operæpretiũ sit imitari.

E sed intra suos læta versantur fines. Non illis geometra quisquam distribuit habitationes, nõ mœnibus vllis sunt vlla genera piscium circumscripta, non finibus vllis diuisa: sed quod cuiq; prodest, quodq; necessarium est, id naturæ munere est definitum. Hic sinus hæc piscium genera, ille alia pascit: & quæ hic abundant, in aliis ea desunt. Nullus hic mons acutis porrectus verticibus ea seiungit. Nullus amnis transitionem dirimit: sed quædam naturæ lex æquè iusteq; pro vniuscuiusque nimirum commodiore vsu diætam, hoc est suum cuique viuendi limitem & canonem velut sortitò præscribit. Atqui neutiquam tales sumus. Vndè? quòd ipsi terminos quos posuerunt patres nostri, eoq; continenter seruandos transferimus. Terram limitari sectione diducimus. Domum ad domum coniũgimus & agrum agro co-

F pulamus, vt à proximo auferamus. Norunt planè cete illa grandia quam sibi natura dictam præscripserit. Id occupant mare, quod vltra plagas habitabiles collocatur, quod insulis fermè caret: cui contines vltra succedere nulla vnquã tellus conspicitur. Quamobrẽ innauigabile est, & nec historiæ siue explorãdi ratio, nec vlla necessitudo prorsus æquor illud vnquã aggredi nauigantibus persuadet. Hoc mare, cetarium genus magnitudine maximis æquandum montibus, vt ferunt qui conspexerunt, occupatum tenet in suis finibus manens, nec vllum prorsus detrimentum, aut insulis, aut vrbibus maritimis afferens. Ita singula genera piscium in definitis sibi maris tractibus, perinde atque in vrbibus, aut pagis quibusdam, aut antiquis patriis immorantur. Iam verò sunt, & qui peregrinationem de more capessant, quasi qui communi cuiuspiam curiæ decreto, aliò ablegati & in exilium proscripti sub vna militari

Universidad de Deusto
Biblioteca

militari tessera aliquò emigrent omnes. Nam cùm destinatus ab natura articulus temporis G
accesserit κινήσεως, alij ab aliis sinibus emigrantes, communi lege concitati naturæ ad aquilonium properantes mare contendunt. Quo tempore ascenditur, videre vtique possis vnitos pisces, perinde vti flumen, & per propontidem & Euxinum pontum tranantes. Quis est qui mouet? Quod regis edictum? Quæ tabellæ in foro positæ præstitutum decedendi tempus definiunt? Qui denique sunt hospitum aduenarúmq; ductores? Cõspicis ne diuinam institutionem ordinemq; cuncta complentem, & vel minutissima quæq; penetrantem? Piscis diuinæ legi non aduersatur: & homines salutaria præcepta non ferimus? nõ toleramus? Noli flocci pendere pisces, quòd voce careant, quòd animalia sint penitus expertia rationis: sed vereri, sed permetuere velis, ne creatoris obstãdo præceptis, rationis illis expertior videare. H
Audi pisces propè vocem per ea quæ faciunt emittentes. Nos quo genus nostrum persistat, atq; perennet, longinquam istam capessimus peregrinationem. Propria quidem ratione pisces haud præditi sunt: naturæ verò sibi legem insitam insculptamq; habent, id sem per quod agendum est demonstrantem. Eamus, inquiunt, ad aquilonium mare. Illa enim
ἄξίωμα physicum. cæteris æquoribus aqua dulcior est: propterea quòd modicam in eo moram sol trahens, non vniuersum suis exhaurit, absumitq; radiis, quod potulentum est. Enimuero non mediocriter & animãtes æquoreæ dulcibus humoribus gaudẽt. Vnde fit vt & ad flumina sæpenumero annatẽt, longeq; ab ipso mari discedant. Hac de causa pontũ ipsi sinibus æquoreis cæteris anteponunt, vt ad effundendos excludendosq; fœtus, & enutriendam sibi sobolem, magis idoneum, magisq; aptum. Atqui mox vt satis studio suo quod gestiebant explere, fuerit factum, rursus ipsi omnes velut agmine facto, sese recipiunt domum. Et quænam sit ratio redeundi recipiendiq; se domum, ab ipsismet animantibus mutis audiamus. Aquilonium, inquiunt, mare vadosum est, resupinumq;, ventorum flatibus exponitur violentis: perpaucas etiam oras, tractusq; profundos & subterfugia habet: quamobrem & ex ipsis sedibus imis perfacilè flatus ipsum exagitãt, procellæq; reuoluunt, vt & vnà cum fluctibus vndisq; misceatur harena. Huc accedit & frigus hybernum. Hyemis enim tempore pergelidum est: quippe quod complures, tum peralgidos pergrandesq; suscipiat amnes. Idcirco temperie
πανδημεί. I
τὴν ἐν τῷ βυθῷ ἀλαίαν. moderationeq; ipsius per tempus æstiuum potiti, rursus hyemis tempore, æquoris profundi gurgites altos, loca soli propinquiora repetimus, flatusq; septentrionis horridos fugientes, K
ad eos æquoreos sinus tanquam ad stationes properamus, atq; confugimus, qui minùs vi ventorum concutiuntur. Vidi ipse ego hæc, & in omnibus suspexi admirabundus dei sapientiam. Si rationis expertia excogitare conseruarêque salutem suam soleant, atque pisces
Vertit ad allegoriã scripta. id sciat quid expetendum sit sibi, quid fugiendum: quid nosipsi dixerimus, qui rationis munere cohonestati, legibus eruditi, pollicitationibus inuitati, spiritu sapientiam assequuti, res eas deinde quæ ad nos pertinent longè rudiùs, & à ratione alieniùs, quàm ipsi pisces disponimus? si illi quidem de futuro prospiciant, atque prouideant: nos autem de spe futurarum rerum vacui, vitam nostram, voluptati vitæ pecudum accommodatæ deditam conficiamus, ac consumamus? Piscis tot maria tranat ac permutat, vt vtilitatis aliquid consequatur. Quid ipse dixeris quæso? qui vitam in otio degis, quod quidem maleficij principium esse nemo est qui ignorantiã prætexere possit. Ratio profectò naturalis nobis inspersa, prosequenda conciliandá ve esse honesta, fugienda noxia turpiáque subindicat. Non ab æquoreis exemplis discedo: quoniam hæc nobis inquirenda nunc proponuntur. Audi- L
Herinaceus marinus. ui quendam eorum qui maritimis in regionibus versantur, æquoreum herinaceum commemorantem, exiguam illam paruipendendámque bestiolam tranquillitatis indicem doctorêmque sæpenumero tempestatisq; nauigantibus fieri: Qui cum vẽtorum perturbationẽ præsenserit, calculum haud exiguum subit, sub ipso tanquam anchora seipsum stabiliens. Detinetur enim illius pondere, ne facilè fluctibus trahatur ac agitetur. Id vbi nautici conspiciũt, M
futuram hoc indicio ventorum agitationem tempestatémque præsagiunt. Nemo homo stellarum scientia præditus, nemo Chaldæus procellas ex ortu siderum coniectans aëris turbelam, herinaceum docuit: sed marium dominator atq; ventorũ, huic etiam animãti paruo immensæ suæ sapientiæ vestigium euidens & apertum impressit. Nihil est prorsus, quod sub prouidentiam dei non cadat. Nihil est omnino, quòd à deo neglectum sit: omnia explorat, omnia conspicit oculus ille peruigil: omnibus adest, facultatémque salutis cuique præstat. Si herinaceum deus à sua prouidentia non excludit, ea quæ ad te pertinent non explorat, nõ conspicit? Vos ô viri, coniuges vestras diligite, & si locis longinquis semoti in coniugij so-

cietatem

A cietatem conueniatis, naturæ vinculum legibus ac benedictione obstrictum vnio ac iugum distantium esto. Vipera genus serpentum omnium exitiosissimum murenæ marinæ nuptias expetit, & sibilo suam significat præsentiam, eámque è gurgite vasto inuitat ad nuptiales cõplexus. Illa autem obtemperat & coit cum venenato. Quid hæc mea ratio vult? quid porten dit? Siue asper est cuiuspiam coniunx, siue ferus moribus, perferat illum vxor necesse est: nec vllam prorsus ob causam societatem vinculúmq; dissoluere patiatur. Ferítne, verberat, ésq; percussor? At vir tamen est tuus. Temulentúsne? At tibi est natura coniũctus. Durúsne, morosus & implacidus? At membrum iam tuum est & membrorum præstabilissimum. Audiat & ipse vir accommodatam seque decentem admonitionem. Vipera virus ob nuptiarum ve
B nerationem euomit. Tu duritiam animi, tu feritatem, tu crudelitatem ob vnionis reuerentiam non deponis? An exemplum viperæ nobis & alio modo fortasse prodest? Adulterium naturæ quoddam est viperæ murenæq; mutuus ille complexus. Discant igitur ij, qui alienis insidiantur nuptiis, cuinam reptili sint similes. Id vnum est mihi cordi, id vnum propositum vt ecclesiam vndequaque nostram hanc ædificem. Intemperantium, incontinentiúmque hominum perturbationes, tam à mari quàm à terra, sumptis exemplis, castigatæ sedentur. At enim infirmitas me corporis, atque angustia temporis (iam enim aduesperascit) hoc loco finem orationi ponere cogunt. Alioqui plura poterã adhuc auidis audiendi de iis quę in ma
C ri nascuntur referre digna prorsus admiratione, de mari denique ipso: quonam pacto in salem cogatur maris aqua: quomodo pretiosus lapis corallium in mari quidem sit herba: sed cum in aërem effertur, in lapidis soliditatem transgelatur & concrescit. Vnde vilissimis animantibus ostreis, ipsa natura pretiosissimos vniones impresserit. Quæ nimirum vtraque in suis recondi thesauris reges percupiunt: ea passim circum littora & oras siue ripas, circum aspera saxa disiecta sunt, vilissimis ostreorum insita crustis: vnde vellus aureum pinnæ nutriant, quod nondum exactè quisquam eorum qui coloribus inficiunt vellera, potuit imitari? Vnde cochleę, vestes regibus purpureas offerunt: quas quidem & pratorum flores viuacitate coloris longo interuallo superare non est obscurum? *Educant*, inquit, *aquæ*. Et quænam res
D necessariæ non continuò sunt exortæ? Quæ lautarum rerum non dono datæ sunt vitæ: partim sanè subministrationis hominum: partim vt ex creaturæ miraculo ad contemplationẽ eleuêre, partim etiam formidinis terrorisque incutiendi ratione, quò noster animus somniculosus, desidiosus, ac iners excitetur & erudiatur. Fecit deus cete magna, non quia squilla, & halece maiora sunt, cete ideo magna sunt dicta: sed quia maximis mole corporis montibus æquantur. Nam cum ad summam aquæ superficiem enatarint, instar insularum sæpenumero apparent. Hæc tamen tantæ molis animantia, non in oris, nec in littoribus degere versarique solent, sed id inhabitant mare quod Atlanticum nuncupatur. Talia sunt animantium ea, quæ ad terrorem stuporémque nobis incutiendum creata sunt. At si audieris maximas naues extentis velis secundo per æquora flatu labentes, piscículum minutum remo-
E ram dictum si carinis adhæserit, adeò facilè sistere, vt immobiles haud paruo tempore detineat, moretúrque quasi in ipso mari radices altius fixiúsque egissent, nónne ab exiguo quoq; pisce demonstrationem eandem acceperis ipsarum virium creatoris? Non enim solum gladij, serræ, canes, balenæ, orcæ, cæteráque id genus formidolosa metuendáque sunt, sed etiam aculeus siue radiolus pastinacæ piscis marini licet mortui, lepus marinus, animal sanè noxium non mediocriter terrent: quippe quæ celerem afferant & ineuitabilem necem. Ita per omnia rerum opifex vigilare te vult, vt ea spe quam in ipso tute habere debes, detrimenta noxásue, quæ ab illis proueniũt, euitare possis. Sed enim ex altis emersi gurgitibus, vastóque
F mari iam ad continentem confugiamus. Nam cum aliæ mirãdæ res æquoreæ post alias nos occupassent, suis nimirum orationem nostram perinde vt vnde fluctúsque crebris incursationibus obrutam diduxerunt. Quanquam mihi sanè haud mediocri fuerit miraculo, si non mens nostra fugam veluti Ionas ad mare rursus arriperet, cum in continente admirabiliora inueniat. Videtur autem oratio nostra cum in res mirabiles innumeras incidisset, mediocritatis oblita fuisse, eique idem obtigisse quod & immensum æquor nauigantibus euenire solet. Illi cum nullum sibi fixum ad motionem metiendam signum constituere queant, ignorant persæpe spatij quantum fuerit ab illis decursum. Hoc ipsum circa nos factum apparet, nostro enim per opera creationis decurrente sermone, eorum quæ commemorata sunt, neutiquam sentire potuimus numerosam multitudinem. Sed & si religiosum hoc theatrum plusculis audiendis inhiet, sitque non iniucunda seruorum auribus, miraculorum herilium e-

narratio

Diligẽdam vxorem exemplo viperæ & murenæ marinę.

Phauorino & cæteris κορφάλιον, hoc exemplar habet κουφάλιον.

Cete. κητῶδος καὶ μαινίδος.

ἡ ἐχενηΐς remora. ἀπόδειξις à minori.

Universidad de Deusto
Biblioteca

narratio:hic tamen ad portum oratione deducta accedentem expectemus diem, ad ea quæ G
restant reddenda. Surgamus igitur omnes, atque gratias agamus partim pro iis quæ sunt dicta, partim eorum quæ restant postulemus plenariam perfectionem. Vtinam & inter sumendas epulas, hæc omnia vobis mensarij sermones sint, quæ vobis hodierno die, partim exoriente, partim occidente sole oratio transegit, ac obtulit. Vtinam etiam in eorum sententiis somno vos occupati, dormientes quoque diurna perfruamini voluptate, quo vobis iure liceat dicere: Ego dormio & cor meum vigilat, nocte dièque legem domini meditando: quẽ gloria & imperium addecet in secula seculorum, Amen.

HOMILIA OCTAVA, DE VOLATILIBVS H
& aquaticis.

ET *dixit deus: Producat terra animam uiuentem iuxta genus, quadrupedia, & reptilia, & bestias iuxta genus. Et factum est ita.)* Accessit opificis edictum, ordine procedens, & terra quoque suum proprium ornamentum accepit. Illic: Educant aquæ reptilia animarum viuentium, dictum est. Hic: Educat terra viuentem animam, dicitur. Est ne ergo anima prædita tellus? Vanæque mentis homines Manichæi locum ne iam habent, rectéque sentiunt anima præditam tellurem esse, dicentes? Nõ quia dixit: ἐξαγαγέτω, Educat siue producat, id ideo quod in seipsa situm erat, eduxit terra: sed qui iussit, is vt terra educeret, ipsi I
præstitit facultatem. Nec enim, cùm audiuit: Germinet terra herbam fœni fructiferúmq; lignum quod in seipsa habebat delitescens fœnum, illud eduxit. Nec sanè palmam, aut quercum aut cupressum aliquo in loco inferioris vteri sui eatenus retrusa, in apertum & propalam eduxit & edidit: sed verbum ipsum diuinum: eorum est profectò natura quæ oriuntur. Germinet, inquit, non id quod habet, emittat: sed id quo non est prædita, cõsequatur, actionis operationisq; deo facultatem atque potentiam largiente: pari nunc etiam modo: Producat terra animam, non eam quæ inest in ipsa: sed eam quæ data est ipsi, creatoris dei præcepto. Deinde ratio Manichæorum in contrarium iisdem reflectetur. Nam si eduxit animam, K
iam anima seipsam terra destituit. Sed illorum quidem abhorrendam & execrabilem esse sententiam suapte luce eluescit. Cur autem aqua quidem reptilia viuentium animarum, tellus autem viuentem animam educere iussa est? Arbitramur natatilium quidem naturam imperfectioris quodammodo participem esse vitæ: quippe cum in humoris crassitudine degant. Nam & auditum obtinent grauem, & aspectum hebetem, cum per mediam aquam videant. Adde memoriam ferè nullam in illis esse, neque imaginationem, neque consuetu-
ἀμνησία. dinis aut familiaritatis vllam cognitionem. Quapropter oratio quasi demonstrare videtur, in aquatilibus quidem carnalem vitam, animalium motionum principem esse. In terrestri- L
bus autem animantibus, cum perfectiore vita prædita sint, principatum vniuersum subindicat animam obtinere. Terrestrium siquidem sensus perspicaciores sunt, quàm aquatilium, præ his item illa acutiùs præsentia apprehendunt, exactæ verò certæq; rerum præteritarum memoriæ apud plurimas quadrupedes animantes comperiuntur. Quamobrem in aquatilibus quidem (vt videtur) animantia corpora sunt creata. Reptilia nanque viuentium animarum ex aquis producta sunt. In terrestribus autem animam administrantem corpora tellurẽ educere iussum est, quasi plus quid habeant animãtia terrestria, quàm aquatilia facultatis viuendi. Etenim expertia quidem sunt, & terrestria rationis. Attamen affectiones complures animæ naturali sua quæque voce significant. Nam & gaudium, & dolorem, & consuetudinis familiaritatisve agnitionem, & indigentiam alimenti, & seiunctionem compascuorum M
animantium, & innumeras id genus affectiones emissione suæ vocis indicare videntur. Sed
ἀνήμερα καὶ ἀδίδακτα. animantes aquatiles non modò non eliciunt vocem: sed neque mitescere quidem, neq; doceri possunt. Quinetiam ad omnem omnino vitæ societatẽ hominibus inattractabiles sunt penitúsque ineptæ. Cognouit bos se possidentem, & asinus præsepe domini sui. Piscis autem non agnouerit suum vnquam altorem. Scit asellus assuetam sibi vocem, scit eam viam qua sæpius ambulauit. Nonnunquam, & dux homini fit erranti. Non aliud terrestrium audit hoc animali acutiùs. Cameli præterea mali memoriam sibi illati, grauémque furorem, atque ad iracundiam diutiùs retinendam propensionem, quisnam vnquam marinorũ piscium imitari possit? Olim verberibus cæsa camelus, ira, longo post tempore recondita, cum idoneum opportunumq;

A opportunúmque nacta fuerit tempus, malum illud tandem reddere solet. Audite vos, audite, qui grauem amarúmque geritis animum, quíque mali memoriam vobis illati, tanquam virtutem probitatémque quandam exercere soletis, cuinam animali persimiles sitis, cum dolorem contra proximum, perinde atque scintillam occultam in cinere eoúsque reconditis, quousque materiam occasionémque nacti, tanquam flammam quandam iram prius conceptã redaccendatis. *Educat terra animam uiuentem.)* Cur animam viuentẽ tellus educit? Vt quid sit inter animam iumenti, atque animam hominis discas. At animam quidem hominis paulopòst quomodo habeat scies. Nunc interim audi de animantium anima ratione non præditorum. Cum iuxta quod scriptum est, animalis omnis anima sanguis sit ipsius: sanguis au-
B tem coactus in carnem suapte natura vertatur, caróque corrupta in terram resolui soleat: mortuum quid optimo iure est anima iumentorum. Igitur animam terra viuentem educat. Vide consequentiam ordinemq; animæ ad sanguinem, sanguinis ad carnem, carnis ad terram: contrà, facta resolutione per eadem regreditor, à terra in carnem, à carne in sanguinẽ, à sanguine in animam ipsam, & iumentorum animam inueneris terram esse. Noli putare corporis ipsorum constitutione vetustiorem animam esse, neque post carnis dissolutionem persistere. Elatorum arrogãtiúmque philosophorum fuge deliramenta, quos haud pudet, a- In Pythagonimas suas, & caninas esse eiusdem speciei constituere: qui seipsos etiam & mulieres olim ricorũ τὴν & frutices asserunt, & æquoreos pisces fuisse. Ego verò pisces quidem illos olim fuisse, non παλιγγενεσίαν.
C ausim dicere: eo tamen tẽpore quo ista scriptioni mandabant, expertes magis rationis quàm pisces fuisse, & assererem acri admodum cum constantia atque contenderem. *Educat terra animam uiuentem.)* Mirantur fortasse plerique vestrum, cur oratione prospero currente cursu, vt semel fatear, tempore non paruo conticuerim. Sed auditorum sanè qui quæ mihi dicuntur studiosiùs contendunt vt intelligant: causam mei silentij non ignorant. Quî nanq; ignorent, qui mutuo sese respicientes, ac conniuentes, me ad se conuerterunt, in eorúmque cogitationem quæ prætermissa sunt reduxere? Nam integrum quoddam creaturæ genus, neq; id quidem minimum, nos præteriit, & penè abiit sine inquisitione contemplationéque relictum. *Educant enim, inquit, aquæ reptilia animarum uiuentium per genera, & uolatilia uolantia super*
D *terram iuxta firmamentum cœli.)* Heri itaque de nantibus tantum disseruimus, quantum vesperascentis angustia cœli nobis concessit. Hodierno verò die ad animantium terrestrium inuestigationem inde transcendimus, atque ita nos volucre genus in medio collocatum dilapsum effugit, ac euolauit. Vt igitur obliuioni facere viatores consueuere, qui si quã rem sibi pernecessariam reliquissent, & si longis itineribus magna viæ spatia transierunt: rursus tamẽ eadem redeunt via, dignam desidia sua pœnam luentes, eum, inquam, laborem, quem in remeando suscipiunt: Sic & nos vt videtur, agamus necesse est, eadem via redeamus oportet. Neque enim aspernabile prorsum sit, id quod prętermisimus: sed tertia pars animalium creationis esse videtur, siquidem tria genera sunt animalium, aquatile, volatile, terrestre.
E *Producant,* inquit, *aquæ reptilia animarum uiuentium per eorum genera, & uolatilia super terram uolantia secundum firmamentum cœli.)* Cur ortum ex aquis volucribus quoque perinde vt aquatilibus præstitit? Quoniam volantibus ad natatilia, quasi consanguinitas quædam est. Nam vti pisces aquam secant agitatione quidem pennarum, ad vlteriora quæ petunt proficiscentes: caudæ verò mutatione flexiones sibi rectósque impetus gubernantes: sic & in volatilibus fieri conspicere licet, aërem pennis alisq; findentibus simili natantibus modo. Quare cum vna sit vtrisque communis conditio, ipsum, inquam, natare, vna quædam ipsis affinitas, ex aquarum sanè generatione tributa est. Verùm volatile nullum pedibus caret: propterea quòd vniuersis victus à terra præstatur, & omnibus pedum officio subministrationèque necessariò opus est. Rapacibus enim vngues aduncos atque acutos venationis gratia: cæ-
F teris ob assequendum pabulum, atque ad reliquam moderandam transigendámque vitam, pedum natura subministrationem necessariò prętitit. Perpaucæ sanè volucres præditæ sunt pedibus incommodis, nec ad ambulandum, nec ad venandum aptis, ceu hirundines, & eæ quæ falculæ nuncupantur, aut ripariæ, quibus ex iis quæ feruntur in aëre, pabulum prouidit natura. Quin hirundinibus propinquis humo volatus pro munere pedum est. Sunt tamen & in volucrum natura generum innumeræ differentiæ, quas si quispiam eodem transegerit modo, quo piscium etiam aliqua ex parte discrimina nos tetigimus, vnum idem commune volucrum nomen, infinitas autem inueniet differentias, & inenarrabilem inter ipsas, magnitudine, formis, coloribus, vita, moribus, actionibúsque varietatem. Iam verò quidam co-

Attende P. beati modestiam, qui se lapsum memoria ingenuè fatetur.

Aggreditur de volucrũ naturis narrationem.

Ad lapsum memorię apposite facit ἐκδύεσθαι τὸ πτηνόν, id quod simili confirmat.

Collatio natatilium ad volatilia.

ἄξεωμα physicum. ἄπουν expes, sine pedibus.

nati

Universidad de Deusto
Biblioteca

χιροπτερα tiſſipennes vt Aqla.
πτερόπτερα cutipennes vt veſpertilio.
πτιλωτὰ vel πτιλόπτερα membranipennes vt veſpæ
κολεοπτερα vagini pennes vt ſcarabei.
†χῆλος ἀγκύλου.

nati ſunt in ipſis & nomina noua fingere, vt inſolitis alienisq; nominibus, tanquam quibuſ- G
dam iuſtis notis, propria cuiuſque generis percipi natura peculiarisq; conditio poſſit. Atque
alias fiſſipennes appellarunt, vt aquilas: Alias cutipennes, vt veſpertiliones: Alias mem-
branipennes, vt veſpas: Alias vaginipennes, vt ſcarabeos, & quæcunque tandem in vaginis
ſunt & tectoriis ſiue cruſtis generatæ, diffracta priùs cruſta, ad volatum pennas liberè expli-
cant. Sed nobis ad generum volucrum diſtinctionem aſſignandam, peculiarémque naturã,
ſufficit ipſe communis vſus, & diffinitiones eæ, quæ de puris atque impuris à ſcriptura trahũ
tur. Aliud itaque genus earum eſt, quæ carnibus veſcuntur, aliáque compoſitio, atque for-
ma, modo victus ipſarum accommodata. Vngues his inſunt adunci, acuti, & roſtrum in-
curuum, †celeritásque volatus atque pernicitas, vt facilè præda capiatur, diſtractáque atque H
dilaniata prædatori pabulum fiat. Alia rurſus earum, quæ frugibus veſci ſolent, eóque dicun
tur ſeminilegæ, corporis morũq; conſtitutio. Alia itè earũ quę quouis aluntur paſſim obuio.
In his ipſis plurimæ ſunt differentiæ. Harum enim quædem gregales his eximuntur rapaces.
His enim nihil prorſus commune eſt, præter coniugalem ſocietatem. Sunt aliæ innumeræ,
quæ cõgregatiuã ſiue collectitiã ament vitã, vt colũbæ, grues, ſturni, graculi aut monedulæ.
In his etiam aliæ nulli ſunt imperio ſubditæ, ſed quaſi ſuo iure liberè viuunt, & illeges, aliæ
ſub duce degere patiuntur, vt grues. Iam verò non mediocrem in his, & aliam differentiam
eſſe nouimus. Nam aliæ nũquam ſedem mutant, ſed eiſdem in locis verſantur. Aliæ naturæ
ductu quàm longiſſimè demigrant, & ſub ingruentem hyemẽ in ſemotiſſima quàm plurimũ I
ſe recipiunt loca. Complures aues præterea ſi educantur manſueſcunt, mitésque fiunt, præ-
ter eas quæ inualidæ ſunt, quæ propter exuperantem metum atque pauorem, aſſiduam ma-
nus attrectationem non ferunt. Quinetiam ſunt & quæ cum hominibus degunt, & ſimiliter
habitare ſolent auiculæ quædam. Aliæ verò montes incolunt, & ſolitudine gaudent. Maxi-
mum autem diſcrimen eſt inſuper inter ipſas, & differentia circa vocem. Aliæ nãque garru-
læ, & loquaculæ ſunt. Aliæ taciturnæ, & aliæ oſcines, ac multas variásque voces eliciunt.
Aliæ inoſcines penitus ſunt, cantúsque expertes. Aliis præterea data vis eſt imitandi, aut ex
ſeſe, ſuapte natura, aut exercitio adhibito. Aliæ vocem vnici modi, ac immutabilem edunt.
Pauo. Columba. Gallina. Perdix.
Elatus eſt gallus gallinaceus atque ſuperbus: ornatus & elegantiæ amator pauo, polituræq; K
ſtudioſus. Columbæ copia libidinis gaudent: nec facilè quoquam ſe emouent domo galli-
neq;, & eædem nullo nõ tempore veneri indulgent. Callida volucris aſtuta ac zelotypa perdix
eſt, malitioſeque cum venatoribus in prędа agit. Innumera profectò volucrum, vti diximus,
& actionum, & vitæ degendæ diſcrimina ſunt. Sunt nonnullæ volucres & ciuiles (ſi quidem
ciuilis officium ſocietatis proprium eſt vt ad vnum communem finem, ſingulorum actio-
Apes. nes concurrant) vt in ipſis apibus intueri licet. His enim communis eſt habitatio, commu-
nis volatus, communis denique vnaq; omnium actio, & quod porrò maximum eſſe cõſtat,
ſub rege præſide ducéque munus omne ſuum officiumq; attingunt & aggrediuntur. Non
priùs ad prata proficiſci ſuſtinentes, quàm regem viderint cœpiſſe euolare. Atque rex apud L
ipſas non ſuffragiis eſt conſtitutus: nam imperitia populi ſæpenumero peſſimum omnium
citra delectum in magiſtratũ promouit. Non ſorte poteſtatem eſt aſſecutus. Sortium enim
fortuiti caſus ad omnium peſſimum deterrimúmque perſæpe deferunt principatum. Non
paternæ iure ſucceſſionis in regali throno reſidens. Nam & ij rudes expertêsque probitatis
omnis ob luxum aſſentationêsque plerunque fieri ſolent: ſed à natura principatum in om-
nes obtinet magnitudine, forma, manſuetudine morum cæteris omnibus antecellens.

Eſt enim & ipſe rex aculeo præditus, ſpiculóque armatus: at nunquam iritatur ad vltio-
nem: nunquam vtitur illo. Leges quædam iſta profecto naturæ ſunt inſtitutáque, literis
γνώμη. non mandata. Tardos, inquam, eos ad vindictam pœnámque ſumendam eſſe oportere, M
qui maximas obtinent poteſtates. Quin & apes quæ non ſequuntur, ac imitantur re-
gis exemplum, cito admodum temeritatis pœnitet ſuæ: propterea quod mox poſt i-
ctum intereunt. Audiant iſta Chriſtiani, quibus lege ſancitum eſt, nemini vnquam
homini pro malo reddere malum, ſed malum vincere ſuperarêque bono. Imitare mo-
res apis peculiares, quæ nemini prorſus officiens, nec alienos vllos fructus demoliens, fa-
uos extruit & compingit ſuos. Etenim ceram quidem à floribus apertè colligit. Mel au-
tem, humorem qui ſpeciem præfert roris inſperſum floribus, ore libatum atque attractum:
in cauos fauorum ſinus immittit. Vnde & humidum primum eſt: deinde tempore con-
coctum, ad ſuam propriam craſſitudinem ſuauitatémque redit. Pulchra decoráque laude à

prouerbiorum

A prouerbiorum autore prædicata eſt apis, ſapiens operatrixq; nuncupata, adeò pabulum dili-
genter elaboratéque congerens. Cuius labores (inquit) tam reges, quàm priuati homines ad
tuendam ſanitatem edunt. Adeò ſapienter, adeò exacta miráque arte apothecas mellis ex- Attéde ope
truens atque fingens. In tenuem enim extenſa cera membranam, frequentes cellulas, den- roſiſſimæ &
ſas, ſibiq; continuas alias ſuper alias extruit, vt ipſarum adeò minutarum inter ſeſe vinculi ſolertis api-
denſitas vniuerſo ſit operi munimentum, ac firmitudo. Quæque enim adhæret alteri cellula culę œco-
pertenui ſeiuncta ſimul copulatáque ſepto. Deinde aliæ ſuper alias accumulantur hæ fiſtu- domiam.
læ, in altúmque editur opus, perinde vt ædes præcelſæ, ſecunda, tertiáque præditæ contigna-
tione. Nanque cauetur ipſi continuum vnum efficere ſinum, ne foras humor ſuo præ pon-
B dere dilabatur. Diſce interim quantum obtineant geometricæ inuentionis, vel ea quæ par-
erga ſunt ſapientiſſimæ iſtius apiculæ. Fauorum enim fiſtulæ omnes cera compactæ, ſenis an ἑξάγωνοι καὶ
gulis æqualibús ve lateribus præditæ ſunt. Non in directum ſuper alias aliæ iacent, ne fundi ἰσόπλευροι
vacuis interuallis accommodati defatigentur: ſed ſexangulorum inferiorum anguli ſedes ἀπὸ συριγγος.
ſuperiorum fundamentáque ſunt, vt tutò eleuent ac ſuſtineant pondera, & ſeorſum humor
in vnumquenque ſinum ſuſcipiatur, & continere queat. Quonam pacto mores actionéſque
peculiares exactè volucrum vobis exponam? Vt grues excubias nocturnis temporibus vi- Grues.
ciſſim habere ſolent: & cæteræ quidem dormiunt, aliæ verò in orbem circunluſtrant & obe
unt dormientes vniuerſis ſomno indulgentibus ſecuritatem omnem exhibendo. Exacto
C deinde tempore definito, illa quidem emiſſo clangore ſeſe ad ſomnum carpendum vertit:
alia verò ſuccedit, & quam accepit reddit in parte ſecuritatem. Hunc eundem ordinem
diſciplinám ve exactam in ipſarum volatu profectò conſpicere licet. Interdum enim alia
ducendi cæteras officium ſubit, ſtatóque tempore, munere hoc perfuncta, ad totius agminis
ſeſe terga recipiens, idem ei ducendi munus quæ poſt ipſam prima volabat, tradit. Mores Ciconiæ.
verò ciconiarum haud longè dixeris à prudentia rationéque diſtare. Ita vno tempore om-
nes in noſtras prouincias ſiue regiones veniunt: Ita & ſub vno ſigno quaſi militari quapiam
teſſera hinc à nobis auolant. Cornices autem noſtrates veluti lictores ipſas ſatellitéſque co- Cornices.
mitantur, atque deducunt. Quin vt mihi videtur, & ſocias ſeſe offerunt auxiliaréſque aduer
D ſus aues ipſis aduerſarias atque hoſtes. Cuius rei argumento ſunt illa: Primum quòd noſtris
in prouinciis illo tempore nulla prorſus cornix conſpicitur. Deinde cum vulneribus rede-
untes, aperta præſtitæ tutelæ & ſuppetiarum indicia nobis afferunt. Quis apud ipſas hoſpi-
talitatis, quæſo, iura preſcripſit? Quis ipſis deſerti exercitus pœnam minatus eſt, vt nulla pror
ſus deducendis ſeſe ſubtrahat copiis. Audiant hæc homines ij, qui hoſpitio neminem ex-
ceptant, ianuáſque ſuas occludunt, & neque hyeme, neque noctu, ſolo tegmine peregrinos
aduenáſque ſuſcipiunt. Iam vero pietas, & obſequium ciconiarum, erga ſuos ſenio con- Ciconia.
fectos parentes, ſatis profectò liberos noſtros beneuolos parentibus, atque obſeruantiſſimos
efficere poteſt, modò mentem adhibere velint. Nemo enim prorſus eſt qui naturæ ſenſu pru
dentiáve ſic deſtituatur, vt non mediocri pudore eum exiſtimet dignum: quiſquis quod ad
E virtutem attinet, ſinit ſe alitibus iſtis nulla rectæ rationis vi præditis deprehẽdi inferiorem.
Illæ genitorem per ſenium, defluxu pennarum degraueſcentem, ſuiſmet pennis circunda-
tum fouent, & abundè victum lautéque ſubminiſtrantes, ſubſidium etiam ei quoad fieri po
teſt, in ipſo volatu præſtant, ſenſim vtrinque ſuis eum ſubleuantes alis. Idq; adeò diuulga-
tum eſt, adeóque notum, vt quidam harum ipſarum alitum nomine vicariam gratiæ red-
ditionem appellent ἀντιπελάργωσιν. Nemo paupertatem deploret, nec is de ſua vita deſpe- πέλαργος
ret, actúmque iam eſſe de ipſa putet, cui nihil eſt de patrimonio ſuo relictum, ad hirundinis enim cico-
reſpiciens ingenioſam & ſolertem induſtriam. Nam illa compingendo ſibi nidulo, ſtra- nia, hinc a-
F menta quidem ore legit, perfértque. Lutum autem cum deferre nequeat pedibus, extremi- pud Atheni
tates pennarum aqua primùm madefacit: deinde tenuiſſimo puluere ſeſe inuoluens, hoc ſi- enſes νόμος
bi pacto comminiſcitur excogitátque luti vſum. Tum paulatim compactis inter ſeſe floc- πελαργικὸς
cis, colligatisq; ſtramentis, interpoſito perinde atque glutine quopiam, luto, in ipſo nidulo idipſumvpu
iam extructo, ſuos tandem excluſos editis ouis pullos nutrit: quorum ſi quiſpiam pupugerit pis tribuit
oculos, habet quandam à natura ſibi conceſſam facultatem medendi, qua quidem ad vale- noſter An-
tudinem priſtinam ſuæ lumina prolis reducit. Hæc te doceant, hæc te admoneant, vt ne per tiochus ho-
paupertatis incommoda, ad flagitia vlla fraudêſque ſinas mentem deflecti tuam: nec in gra mil. 108.
uiſſimis calamitatibus conſtitutum te eiecta ſpe penitus inertem, animo labefactato, fra- Ariſto c. 6.
ctóque ſine actione, ſinêque operatione vlla iacêre: ſed ad deum ipſum confuge tum, qui ſi li. 4. animal.

d tantis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantis muneribus hirundinem affecit, quanto maiora in eos homines beneficia cõferet, qui toto ipsum corde inuocant? Halcedo quædam est auis, mari maximopere gaudens. Hæc fœtificare secundum littora solet, & ouis in ipsa arena positis circiter mediam ferè hyemem pullos excludit, cùm crebris violentisque ventorum exasperatum mare procellis, pertunditur, ac terræ littoribus alliditur. Attamen silescunt & consopiuntur tum omnes venti, quiescunt vndæ, tumida æquora placantur, septem totis diebus cum incubat ouis halcedo. Tot enim duntaxat diebus ipsam suos excludere pullos ferunt. Sed cum & victu sit ipsis opus, alios insuper pro incremento suæ prolis beneficentissimus ipse deus huic tam exiguo præstitit animali, serenos itidem septem tranquillósque dies. Id omnes etiam nautici sciunt, & halcyonides dies illos appellant. Hæc illis rationis expertibus commoda diuina prouidentia præstat, vt inde quasi lege sit tibi statutum, vt per hæc admoneare, à deo semper vt postules quę ad salutem tuam pertinent. Quid à deo, etiam præter omnium spem, tui cura non fuerit exorabile, quem ad imaginem ipse suam creauit: quandoquidem alitis tam exiguæ gratia, mare tam vastum, tam terribile, fæuumq;, tranquillum esse media bruma, iussum detinetur, atque quiescit? Turturem asserunt seiugatam à coniuge nunquam societatem inire cum alio, sed sine coniuge vitam cœlibem degere, recordatione amissi consortis coniugium alterius abnuentem. Audiant ipsæ mulieres, vt etiam apud animalia ratione non prædita, viduitatis honestas indecoro iterati connubij anteponatur. Iniquissima volucris aquila in educanda sua prole dicitur esse. Duos enim mox vt exclusit pullos, horum alterum alarum verbere cæsum nido deturbat in terram: alterum autem & eum solum exceptum vt proprium adiungit sibi familiariter. Quin hunc quoque quem ipsa genuit, ob nutricationis difficultatem à se ablegat: sed hunc (vt aiunt) exceptum ossifraga disperire non sinit, potiùs exceptum vnà cum suis educat pullis. Eiusmodi parentes ij sunt in liberos præduri & inclementes, qui prætextu à paupertate quæsito suos infantes exponunt, aut certè iniquissimos se declarant patrimonio in filios partiendo. Iustum enim vt quemadmodum ex æquo cuique vt esset, tribuêre, sic & ad viuendum peræquè dispertiantur facultates. Imitari noli crudelitatem earum auium, quibus vngues adunci sunt & incurui. Hi cum suos senserint fœtus volandi iam potestatem consequutos esse, alis eos verberantes ac impingentes, nidis depellunt, nullamq; prorsus erga illos extrusos curam deinceps ac diligentiam adhibent. Laudandus est sanè cornicis erga suam prolem amor: laudanda est diligentia. Hæc suos pullos iam volantes comitatur, suppeditánsque alimoniam aliquandiu enutrit. Compluribus auium generibus ad conceptum non opus est copula marium. Sed in aliis quidem generibus sterilia sunt oua quæ subuentanea dicuntur: vultures autem, magna ex parte parere sine coitu subuentanea fœcunda ferunt, & esse longissimæ vitæ: quippe quibus ad centenos vsque annos plerunque vita protenditur. Id ex alitum ipse historiis notatum habeas animaduersumq; velim, vt siquando nonnullos irridere conspexeris arcanum fidei nostræ mysterium, quasi fines naturæ cancellósque transgrediatur, fieríque non potuerit, vt virgo pareret virginitate ipsius integra intemeratáque persistente veniat in mentem tibi, deum cui libuit per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: ad fidem istiusmodi mirabilibus ac præter omnium opinionem stupendis conciliandam & astruendam, argumenta occasiones ve sexcentas ex ipsa rerum natura præuertentem proposuisse. *Educant aquæ reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia super terram, iuxta firmamentum cœli.*) Iussum est volucres super terram volare: propterea quòd à terra pabulum omnes sumunt. Iuxta firmamentum cœli, id est, in aëre vt antea disseruimus οὐρανῶ cœli præsenti loco à verbo ὁρᾶσθαι videri, eò quod ipse aër siue cœlum hoc oculis subiectum sit. Iuxta firmamentum, quòd aër ipse capiti nostro imminens collatione ætherei corporis densioris est coagmenti & adstrictioris, per exhalationes quæ hinc in sublime feruntur. Habes igitur cœlum iam perornatum, tellurem comptam ac decoratam, mare fœtibus suis abundans, aërem denique peruolitantibus alitibus refertum, orta omnia, edita omnia diuino imperio, vbi nunquam eorum antea quicquam erat. Quæ omnia tute ipse contemplator, impiger auditor: & iis insuper animaduersis, quæ nostra nunc omisit oratio, nimiam in ipsis trahẽdam moram euitare percupiens, ne modum egredi videatur, sapientiaq; creatoris inde summa percepta, non desinere velis vnquam mirari, & ex omnib⁹ rebus creatis deum opificem exaltare, gloriáque afficere. Habes in tenebris ea volucrum genera, quæ non nisi noctu vagantur, sibiq; victum acquirunt: in luce, ea quæ interdiu volitant. Vespertiliones enim, noctuæ,

Halcedo siue Halcyone à qua dies halcyonæi Aristo. cap. 8. lib. 5. anim.

Spe consiáti salutaria à deo petẽda. Turtur.

Aquila.

γνώμη.

Aues aduncis vnguib⁹.

Cornix.

Oua subuentanea. Vultures,

νυκτερόβια καὶ ἡμερόφοιτα. νυκτερίδες, γλαῦκες, νυκτικόρακες.

A ctuæ, vlulæ, cæteráque id genus, nocturno tempore, non die pabulum quæritãt, vt tibi si vnquam te non occupet somnus, morula etiam in ipsis, & quæ peculiariter ipsis insunt considerandis, ad gloriam dicendam creatori, sufficiat. Consideres velim, vt cum ouis incubat luscinia, vigilet, totaq; non cesset canere nocte. Vt vespertilio quadrupes eadem sit alésq; simul, & auium sola dentibus vtatur, & pariat quidem animal, vt quadrupedia, circa verò aëris superficiem se attollit, & ex humo emergit, non quidem pennis sublata, sed membrana quadam æmula cutis coriaceæ. Vt & id genus mutuam inter sese quandam beneuolentiam habeant natura, atque veluti catena quædam contexta, mutuò sibi vespertiliones hæreant, aliáque ab alia pendeat, quod haud facilè apud nos homines fieri contingit. Seiuncta
B nanque priuatáque vita communi coniunctæq; longè à plerisque hominibus anteponitur. Vt oculis noctuæ persimiles homines ij sint, qui euanidæ & inanis sapientiæ studio incubuere. Nam vt illius aspectus noctu quidem valet, sole autem illucescente non mediocriter offuscatur & hebescit: sic & istorum hominum mens, acutissima quidem ad vanas res perspiciendas esse videtur, hebetissima verò caliginéque referta ad ipsam lucem veram perciendam euasit. In die quoque perfacilè tibi fuerit vndequaque creatoris admirationem elicere. Vt ad opera conficienda te familiaris ac domestica excitet ales, acuta inclamitans voce, cantúq; suo solem adhuc è longinquo aduenientẽ prædicens cúmq; viatoribus mane eui gilans: & ad suos labores atque messem agricolas educens ædibus. Vt peruigili cura genus
C anserum occupetur, & acutissimum sit ad ea sentienda quæ cæteros lateant, qui iam olim & ipsam vrbem, sedem ac domicilium imperij conseruauerunt, hostibus quibusdam Romanis omnibus clam nec præuisis per occultos cuniculos iamiam occupaturis arcem ac capitolium Romæ, clangoribus suis vociferationibúsq; declaratis ac patefactis. Cui nam alitum generi non proprium & peculiare quid admirandum natura impressit ostentandum? Quis, quæso, cædem vulturibus ac mortem hominum, cum contra sese militiam ducunt, prędicit? Videris enim vulturum innumeros greges, exercitus castraq; sequentes, armorum apparatu ferróq; proculdubio talem exitum coniectantes, quod quidem haud longè dixeris à cogitationibus humanis coniecturisq; distare. Quonam pacto tibi militias exercitúsq; locustæ
D terribiles enarrauero, quæ velut agmine facto, sub vna tessera in sublime vniuersa simul elata, castris toto latè positis agro, non antea sanè fructus depascitur, quàm ipsi sit id à deo concessum atque mandatum, vt seleucis auis eam insequatur, remedium cladis, edendi sine fine vorandiq; facultatem obtinens, insatiabilem à creatore naturam sortitus, quò tanta diuino beneficio pernicies è medio perbreui tempore tolli possit. Quis sit canendi modus cicadæ, Vt meridie magis incumbant cicadæ cantui, aëris tractione quæ fit cum pectus expanditur, sonum elicientes. At enim ipse equidem oratione plus à volucrum admiratione relinqui videor, quàm si pedibus celeritatem volatus earum coner attingere. Cum volatilium ea conspexeris, quæ insecta vocantur, vt apes, vt vespas: sic enim ea nuncuparunt: propterea
E quòd vndique scissuras quasdam siue incisuras ostendant: veniat tibi in mentem ea prædita respiratione non esse, pulmonéq; carere, sed totis omnia sui corporis partibus nutriri aëre. Quapropter si oliuo fuerint madefacta, occlusis meatibus pereunt, sin aceto protinus aspersèris ea, reclusis foraminibus reuiuiscunt. Nihil vltra necessitudinis fines aut redundans creauit opifex vniuersi deus noster, nec verò quicquàm defuit necessariorum. Rursus si volucres eas quæ gaudent aquis conspexeris, diuersam ab aliis in illis compositionem inuenies. Nanque pedes non diffissos vti cornicis, non aduncos velut earum auium quę carnibus vesci solent, sed latos atq; membranæ instar expassos obtinent: ideo sanè, vt commodiùs fluitare super aquas natarèq; possint, pedum membranis perinde atq; remis dispellentes humo-
F rem. Quòd si animaduerteris, vt olor in profũdam aquam immisso collo, ex imo sibi cibum in sublime exportet, apertè tum creatoris inspexeris sapientiam, compererisq; porrectius collum quàm sint pedes, ideo opificem adiunxisse, vt illud perinde atque lineam piscariam ipse demittens, inde sibi comparet ac suppeditet alimoniam in imo delitescentẽ. Sacræ scripturæ verba si vtcunq; legantur aut perfunctoriè, syllabæ tantùm quędam esse videntur & eędẽ perexiguæ: *Producant aquæ uolatilia uolantia super terram iuxta firmamentum cœli.*) Sed cum verborum sententiæ peruestigantur, tunc quanta nam sit sapiẽtia creatoris perspicitur: quot volucrum opifex ipse discrimina, quot differentias prędidit: per quot ipsas inter sese genera speciésque seiunxerit, aut vt singulas propriis quibusdam insignibus peculiaribúsque distinxerit. Destituet me dies ea vobis quæ sunt in aëre miranda narrantem. Continens ipsa iam-

Gallus excubitor. Anseres vigiles.

Vultures præsagi cædis propinquæ. Locustarum prælia exercitusque. σελευκὶς, ἔαρ νέον ἀκρίδο φάγον Hesychius & Phauorin⁹.

Cicadæ canoræ. πὶ ἔντομα, cur ita vocentur.

Physis insectorum eũ physica apodeixi.

κύκνος cygnus, olor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dudum ad oſtẽtandas feras,reptilia,& reliquorum gregem animalium nos ad ſe inuitat, pa G
rata ſat ſcio non inferiora ſtirpibus natantiúmq; genere nobis ac volatilibus cunctis viciſ-
ſim oſtendere. *Producat terra uiuentem animam iumentorum & ferarum,& reptilium in genere ſuo.)*
Quid dicitis vos,quæſo,qui diuo Paulo non creditis de ea mutatione,quam in reſurrectio-
Ser. ne fore dicit,qui plæraſq; videtis aëris animantes formas permutare,qualia de verme quoq;
Bombyx. illo Indico cornua protendenti gemina narrari ſolent.Hic in erucam vertitur primùm: ſit
deinde tẽporis progreſſu id quod bombyx appellatur:at neq; hac in forma perſiſtit, ſed illis
præmollibus corniculorum bracteolis ſeſe ſenſim prolatantibus in alarum ſpeciem , ita de-
mum fit volucris.Quum igitur vos ô mulieres repetitis vicibus ordimini & retorquetis ve-
ſtram operationem ſedentariam,fila nimirum,quæ ad vos vſq; feres tranſmittunt ad raras H
iſtas ac præmolles veſtes concinnandas:veniat vobis in mentem huiuſce varietas animalis
in formas,atq; mutatio,indeq; reſurrectionis dilucidam certamq; ſententiam ſumite,neu fi-
dem futurę immutationi abrogetis ei,quam hominibus omnibus communem fore ipſe di-
uus Paulus pollicetur.At enim orationem noſtram cancellos tranſgredi ſentio mediocrita-
tis.Enimuero cùm ad eorum multitudinem,quæ ſunt dicta reſpicio,me tum vltra modum
efferri video:contrà,cum ad ſapientiæ creatricis ipſis inſitæ rebus omnimodam varietatem
me verto,nec initium enarrationis me tum ſumpſiſſe exiſtimo.Et inſuper ſi longiuſculo tẽ-
pore vos detineo,non inutile profectò fuerit.Quid enim agat aliud quiſquam veſtrum ab- I
uſque tempore hoc,ad Solem vſque cadentem ? Nemo vos ſolicitat aut perurget coëpulo-
num. Nullæ vos operiũtur alternæ compotationes.Quapropter ſi videtur,hoc corporali ie-
iunio ipſi vtemur ad exhilarandas animas . Carni non ſemel obſequutus es & inſeruiſti ad
voluptatis perfruitionem:vel hodie perſta ſuas animæ delicias ſubminiſtrans.Delectare in
domino,& dabit tibi petitiones cordis tui. Si diuitiarum auidus es, habes diuitias ſpiritua-
les.Iudicia domini vera & iuſtificata in idipſum,plus ſanè deſiderabilia ſunt,quàm aurum,
quàm innumeri lapides pretioſi.Si delitiis deditus es,ſi voluptatis cupidus homo,habes elo
quia dei , quæ longè dulciora , longè ſuauiora melle fauóque ſunt , & cuiuis ſpirituali ſenſu
ſano,validóque prædito.Si vos dimiſero,& concilium hoc diſſoluero , ſunt qui protinus ad
teſſeras,aleáſque ſeſe conferent.Iuramenta ſunt illic,contentionéſque pergraues,ac auaritiæ K
partus.Spiritus malignus aſſiſtit,furorem punctis oſſibus illis ludentium inſaniámque ac-
cendens.Eaſdem ille pecunias nunc ad hunc,nunc ad alterum transfert.Atque modò hunc
victoria effert, illum victum mœſtitia premit:modò contrà,illum elatum, hunc demiſſum
oſtendit.Quid prodeſt,quæſo,corpore ieiunare:animam vero mille vitiis , mille malis eſſe
refertam ? At vero qui talario quidem ludo non vacant , in otio vero nequicquam degunt:
γνῶμη. quid vani non loquuntur?quid abſurdi non auſcultãt?Otium enim dei metu ſi careat,præ-
ceptor vitiorum iis eſt , qui tempore ſibi indulto non norunt vti . Igitur fortaſſe quidem &
vtile quid in his quæ hic à nobis dicuntur comperietis:ſi minùs,at delinquere vobis ſaltem
per occupationem hanc haud licebit ita,vt quò vos quiſpiam plus hoc loco detineat,eò vos
plus à committendis abmoueat delictis.Satisfaciunt & ea ſanè, quæ diſſeruimus æquo bo- L
nóque iudici,is modò non ad affluentiam copiámque rerum quæ ſunt à deo creatæ , ſed ad
noſtræ facultatis imbecillitatem , atque ad ſatisfactionem voluptatis eorum qui huc con-
uenerunt, reſpiciat . Opulenter admodum ac ſplendidè ſuis germinibus terra vos excepit,
mare piſcibus,aër volucribus . Quin ſupereſt ea terræ pars quæ in ſolitudinem abiit , deſti-
tuta cultore & hæc etiamnum parata eſt vicißim ſuas opes oſtentare nihilo ſuperioribus in-
feriores . Cæterùm finis hic modúſque eſto matutini iſtius conuiuij , vt ne ſatietas exupe-
rans vos ad veſpertinas ſumendas epulas voluptatéſque capiendas hebetiores efficiat . Qui
vero cuncta ſua creatione compleuit , atque in omnibus nobis ſuorum manifeſta miracu-
lorum claráque monumenta reliquit , is vtinam omni lætitia veſtra corda , & iucunditate M
compleat ſpirituali in Chriſto Ieſu Domino noſtro , quem addecet gloria & imperium in
ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA

A

HOMILIA NONA,
de terreſtribus.

ἰωθινὴ πρόπεμψις.

QValiſnam verborum menſa viſa vobis eſt,quam aurora exoriente primùm appa-
raui & admoui?Equidẽ de his quę mihi aguntur,ita ipſe ſentio, ſimilia vt ſint vni-
cuipiam conuiuatori beneuolo ſanè,attamen perquàm tenui ac pauperi: qui quum
in hoc ſuas condicat operas ambitioſiùs,vt videri poſſit luculẽter ac ſplendidè ſuos
accepiſſe conuiuas,per inopiam tamen lautiorum & quæ magno parantur, eduliorum, ne-
B ſcio quid turbelæ ac mœroris conuiuarum animis impreſſum relinquit, menſam non niſi
vilibus epulis vberiùs onerando. Quibus efficitur,vt id quo gloriatur,ſeſęque liberalem vi-
deri percupit , ipſi in opprobrium dedecúsque vertatur quaſi qui expers ſit honeſtæ & mun-
dioris vitæ.Tale quid eſt & id profectò quod à nobis agitur nunc,niſi quid aliud vos ipſi di
citis. Verum qualiacunque tandem noſtra hæc fuerint , neutiquàm vobis veniunt habenda
deſpicatui. Neque enim Heliſæus in præbendis epulis vilis habebatur ab iis quibúscum vi-
uebat,quanquam oleribus ſyluestribus excipiebat amicos.Noui leges allegoriarum, & ſi nõ
à me inuentas,ab aliis tamen elaboratas teneo.Nam qui non acceptant ſententias ſcripturæ
communes,ij non aquam vt aquam accipiunt , ſed aliam quandam naturam inquiunt eſſe:
C & piſcem,ad id quod ipſis videtur,ſua permutant interpretatione. Reptilium etiam ortum
atque ferarum ad ſuas †ſententias deflectentes,interpretantur perinde vt ſomniorum inter-
pretes,qui ad id reſpicientes quod ſibi propoſuerunt,eorũ quæ ſecundum quietem viſa ſunt,
interpretationes afferre ſolent.Ego verò cum fœnum audio,fœnum intelligo:& ſtirpem, &
piſcem,& feram,& iumentum,omnia vti dicta ſunt,ita accipio.Non enim me pudet euan-
gelij.Neque quoniam qui conſcripſere de mundo,complura de terræ figuris diſſeruere:ſphæ
ráne ſit,an cylindrus, terra, aut certè diſco aſſimilis, & vndique in orbicularem figuram ex
æquo detornata, an lichnoides , & in medio concaua (ad has enim omnes opiniones ij qui
D de mundo diſſeruerunt deducti ſunt,ſinguli quique aliorum diſſoluentes inter ſe ac demo-
liti opinionem) ob idipſum compulſus fuero,noſtram hanc extructionis mundi conſcrip-
tionem inferiorem dicere,quia nihil de figuris ſeruus dei Moſes ille diſſeruit ? Neque , quia
terræ circuitum vniuerſum decem & octo myriades ſtadiorum eſſe non dixit : & vmbram
quoque modo deffectiones hæc efficiat cũ in ipſam incidit luna,non aſſignauit:quippe cum
ea quæ nihil ad nos attinent,vt inutilia nobis ſilentio prætermiſit.Num quæſo vel hac gra-
tia,ſpiritus ſancti eloquia cenſuero viliora eſſe ſapientia mundi quæ ſtulta iam euaſit? An po
tiùs eum glorificauero, qui non ſiuit mentem noſtram irretiri euanidæ iſtius,& inanis phi-
loſophiæ dogmatis: ſed ea duntaxat conſcribi voluit,quæ ædificandis animabus & in tran-
E quillo ſtatu conſtituendis apprimè fore vtilia prænouerat ? Id quod mihi videntur quidam
minùs intellexiſſe,quando ſuis quibuſdam cõmentis ac tropologiis ſuopte ingenio excogi-
tatis conati ſunt authoritatis aliquid adſciſcere,quaſi inuenta ſua ſcripturis concinerent. Ve
rum hoc eius eſt,qui ſpiritus ſancti oraculis velit haberi ſapientior : quique prætextu enar-
randæ ſcripturæ quæ ſua ipſius commenta ſunt,clàm crepens quærat inferre. Hæc itaque vti
ſcripta ſunt,intelligantur: *Producat terra animam uiuentem iumentorum, beſtiarum, & reptilium.)*
Mihi quæſo conſidera verbum dei vniuerſam percurrens creaturam, & quidem cœpit ope-
rari,idem operatur in diem hodiernum,ſed & in finem vſque cuncta perluſtrans dum mun
di iſtius venerit conſummatio, operabitur.Quemadmodũ enim ſphæra quæpiam,globus ni Confirmat
F mirum teres depulſus manu ac deturbatus , is ſi locum internanciſcetur declinem , partim ſimili.
ob propriæ conſtitutionem naturæ,partim ob loci per quem ſidit, aptitudinem , præceps ad
ima defertur:nec priùs ſiſtitur à motu,aut conquieſcit,quàm in planiciem exceptus deſede-
rit:ita ſanè natura rerum excita ſemel & vnico hoc emota præcepto,creaturam ipſam æqua-
bili curſu tum in generatione,tum in corruptione penetrat & tranſit , generúmque ſucceſ-
ſionem ſimilitudine ſeruat, tantiſper dum generandi occurret finis.Succedit equus equo na
tura,leo leoni,aquila aquilæ, ſingulaque animalia ſuis ordine ſucceſſionibus conſeruata vſq;
ad exitum conſummationémque vniuerſi ipſa tranſmittit . Nullum vnquam tempus pro-
prias peculiarésque naturas animalium interlini ſinit aut exoleſcere,ſed quaſi nunc primum
condita rerum natura ſit, vnà cum tempore noua quotidie recẽnsque ſuum peragit curſum.

Exemplo cõfirmat ex ſcriptura. δόγμα in Origenem qui omnia penè ad allegoriam trahebat. † aliâs allegorias. Attende prudentiam Baſilij in enarrandis ſcripturis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Producat terra animam uiuentem.) Præceptum hoc sic impressum est terræ elemento, vt ne hodie quidem desinat subseruire suo creatori. Nam animalia partim ex antecedentibus oriuntur successione, partim nunc etiam ex ipsamet emergere terra, generariq; cernuntur. Non solum enim cicadas humus pluuio tempore edit, & innumeras alias bestiolas in aëre peruolantes, quarum plurimæ præ tenuitate nullam sortitæ sunt nomenclaturam: quin & mures ranásque ex seipsa iam profert & edit: vtpote cum circa Aegyptias Thebas post vehementes in æstibus pluuias, vniuersa arua soricibus impleri protinus nouimus. Anguillas quoque, nec alio vllo modo nisi ex feculenta constitui materia, limóque conspicimus: quarum nec ouũ, nec alium vllum modum successionem efficere constat, sed è terra hæ progignuntur. G

Collatio staturæ hominis ad iumentum.

Producat terra uiuentem animam.) Iumenta terrea sunt, & ad ipsam nutantia terram: At planta cœlestis homo, quantum figura formáque corporis cæteris animantibus antecellit, tantum & dignitate animæ præstat. Qualisnam est animantium quadrupedum forma? Caput illis ad humum est pronum, ad ventrem spectat, voluptatem ventris omnibus modis persequitur. Caput tuum ad ipsum cœlum exurgit, oculi tui res supernas conspiciunt. Quòd si vnquã & tu carnis affectionibus succumbens teipsum dehonestaris, ventríque, & iis quæ sunt sub ventre seruieris: comparatus es iumentis insipientibus, & illis persimilis es effectus. Alia te cura decet, supernas res, inquam, explorare ac quærere vbi Christus est, terrenis contemptim transmissis cœlestia mente transcendere. Vti formate natura insigniuit: sic & teipsum & tuã vitam disponere velis. In repub. cœlesti versare: vera tibi patria est, superna illa Hierusalem: H

πρωτότοκοι non πρωτοτόκοι.

conciues atque contribules ipsi primogeniti, qui sunt conscripti in cœlis. *Producat terra animam uiuentem.*) Non igitur priùs insita telluri rationis expertium animantium anima, diuino imperio tum emersit: sed vnà cum imperio tum primum in ratione rerum exorta est: atque genere quidem vna est animalium anima, ratione non præditorum: quippe cum vnum sit: & id simili ratione, quod ad essentiam ipsius accommodatur, naturámque exprimit, ipsa, inquam, vacuitas rationis: discriminibus autem numerosis differentiisque non vna est. I

Animalium proprietas.

Animalia nanque singula diuersis proprietatibus inter sese variisque non mediocriter distinguuntur. Est enim bos quidem constans strenuúsque: asinus autem piger: equus libidine incenditur, petitque impetuosè fœmellam: lupus mitescere nequit: vulpes insidiosa est, & ad K

Leonis superbia.

dolos natura concinnandos sagax: ceruus timidus, laboriosa formica, canis gratiosus est, & initæ semel amicitiæ tenax ac memor. Simul enim animalia singula cum sua peculiari natura creata sunt. Vnà cum leone animositas, & ad incandescentiam iræ propensio illi agnata est, vita solitaria, expers societatis ad ea quæ genus subeunt idem.

Pantheræ natura.

Velut enim tyrannus quidam animantium rationis expertium, pares honores congressiónesque cum cæteris non acceptat, sed aspernatur. Qui neque pabulum hesternum accedit, nec ad reliquias suæ venationis vnquam redit. Cui tanta quoque vocis eliciendæ natura præstitit instrumenta, vt animantium complura longè ipso celeriora, solo sæpe rugitu capiantur. Vehemens est panthera, & ad impetus faciendos propensa, pernixque. Atque idoneum ipsi corpus flexile agi- L

ἡ πάρδαλις habet exemplar Basilii. pro pãthera

léque addidit natura, ad animæ motiones agitationésque subministrandas. Pigerrima est

Vrsæ.

vrsæ natura, solitaria, ingenij latentis ac dolosi, profundéque tecti. Simile sanè corpus & ipsam ambit, graue, compactum, indistinctum siue inarticulatum accommodatum sese occul

Variam industriam natura animantib' indidit.

tanti pergelidæ feræ. Si transigamus oratione, quanta rationis expertibus istis insit sine doctrina quidem, quippe naturalis suæ vitæ diligẽtia, atque cura: aut ad nostri custodiam corporis, animarúmque nostrarum prouidendam salutem impellemur, ac concitabimur: aut magis magisque carpemur, ac condemnabimur, si ita fuerimus affecti, vt neque animalia

Vrsa.

imitari rationis expertia valeamus. Vrsa sæpenumero vulneribus saucia grauibus sibiipsi medetur omni conatu: calenti adhuc vulneri verbascum siccæ naturæ herbam indens obturánsque. Videris & vulpem laricis aut piceæ lachryma seipsam medicantem. Testudo quo- M

Vulpes. Testudo.

que viperæ immodicè exatiata carnibus, per aduersam origani naturam, nocumentum è venenata fera sibi prouenturum euitat. Quin & anguis fœniculi pastu lippitudinem oculorum

Anguis.

curare videtur. Prænotiones siue præsagia mutationis circa aërem futuræ, quam mentis rationisque sagacitatem non superarunt? Quandoquidem oues ipsæ accedente hyeme pabulũ

Oues.

copiosius auidiúsque ventri ingerũt: proinde quasi sibi viaticum prouidentes pro indigentia cibi futura. Boues autem diutius occlusi tempore hyemis, iam tandem ineunte vere sensu

Boues.

naturali mutatione percepta, omnes vno impetu, lætis aspectibus è stabulis suis egrediuntur, & rectà ad viarum exitus spectant. Iam vero quidam haud inertium hominum emolitum

A tum fuisse constructisseq; gemina sibi spiramina cubiculi terrestrem herinaceum obseruauit: atque aquilone spiraturo, aquilonium spiramen obstruere: contra, austro flaturo ad septentrionale transit spiraculi foramen. Quid, quæso, per hæc ipsa nobis hominibus indicatur? Nõ solũ diligentiam opificis nostri & prouidam curam per omnia penetrare, sed in animantibus quoque ratione non præditis, futuri sensionem quandam inesse: vt & nos etiam ipsi, nõ huic vitæ, præsentibúsque rebus adhæreamus: sed totum nostrum studium ad futuram illam vitam dirigamus? Non tute tibi eandem ô homo diligentiam adhibebis? non tute tibiipsi demum elaborabis? non hoc tempore prẽsenti fruges tibi recondes? requiémque ad futurum formicæ exemplo parabis? Formica temporis hyberni pabulum æstate sibi sedulò condit, & Formicæ solertia.

B non quòd hyemis incommoda nondum assunt, otiosa tempus traducit: sed incessabili quodam intentóque studio legendi semina tantisper incumbit, dum sufficiens alimentum in cellulis sibi recondat. Neque id incuria facit, sed sapienti quadam prouidentia, vt quamplurimo tempore pabulum sibi persistere conseruarique possit. Secat enim vnguiculis fructus τοῖς χηλαῖς medios, arrosósque condit: ne rursus in fruges exeãt è terra, atque inutiles inde sibi ad vsum alimoniæ fiant. Cum senserit eos madefactos imbre, profert atque exiccat. Nec omni tempore id agit, sed cum præsenserit aërem serena in statione teneri, serenúmq; cœlum. Etenim δόγμα physicum.

C nunquam ex nubibus imbrem defluxisse conspexeris, quanto tempore à formicis expositum est frumentum. Quænam oratio, quis dicendi modus hæc attingere poterit? Quis horum capax auditus? Quodnam tempus satis fuerit ad expromenda enarrandáque opificis tanti stupenda opera? Dicamus & nos cum propheta: Quàm magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti. Quî igitur vel illud per se suffecerit obtendere ad excusationem, quod nequaquam edocti simus literis quæ ad parandam salutem sunt conducibilia, quando lege naturæ (cui nullius externæ doctrinæ præsidio opus) cognitionem accepimus id deligendi quod animæ prosit? Scis quid boni proximo facias: est enim id quod ab aliis tute tibiipsi fieri velis. Non ignoras profectò, quidnam sit ipsum malum: est enim id quod ab alio tute tibi fieri non exoptaueris vnquam. Nulla ars radicum secandarum ad medelam excogitata, nulla prorsus herbarum experientia doctrinam adinuenit, qua brutæ animantes instituerentur ad secernendum sibi vtile ab inutili: sed natura quæque harum prædita est facultate, suæ D tam conseruandæ, quàm recuperandæ sanitatis atque salutis: necnon & inenarrabilem ad id quod secundum suam est naturam, habet affinitatem. Sunt apud nos ipsæ virtutes secũdum naturam, ad quas habendas affinitas animæ, non ex humana doctrina, sed ex ipsa natura nobis inesse videtur. Etenim vt nulla oratio, nulla doctrinæ vllius formula nos edocet morbũ odisse: sed ex nobismetipsis nos ea quę dolorem efficiunt, reprehendimus, auersamur, horremus: sic & in anima quædam inest naturalis quædam & citra doctrinam vllam euitatio mali. Atqui malitia omnis, ægritudo est animæ: contrà, virtus rationem obtinet sanitatis. Bene nanque sanitatem quidam definiere, qui habitum statúmque constantem ipsam esse dixerũt, E à quo naturales operationes sine vllo prorsus impedimẽto proficiscuntur. Id quod si dixeris de bona etiam animæ habitudine, nõ aberraueris sanè, sed decorum ipsum attigeris. Quibus efficitur, vt anima citra ductum vllius doctrinę, suapte natura propendet ad id expetendum quod suum proprium bonum est, quódque accommodatur sibi natura. Quapropter cõmuni omnium sententia celebratur temperantiæ virtus, nulli non accepta est iustitia, admirabilis conspicitur fortitudo, omnium votis studiosè expetitur prudentia, quæ quidẽ virtutes quatuor propiùs attingunt animam ac germaniùs, quàm corpus ipsum sanitas. Vos porrò filij amate & colite parentes. Vos parentes nolite ad iracundiam filios prouocare. Nũquid & natura ea nõ dicit? Nihil noui diuus Paulus sanè monet, sed naturę vincula vincit, insuperq; F prẽstringit, Si leæna diligit eam quæ ex ipsa profluxit, prolẽ: si lupus pro suis catulis pugnat: quidnam ipse dixerit homo, si neq; mandatis obtemperat, & naturam ipsam adulterat, cum aut filius senectutem patris intoleranda aspergit ignominia, aut pater ob secundarũ nuptiarum societatem, priorum obliuiscitur filiorum? Sũma profecto dilectio, summus amor brutis est inter parentes ac fœtus suos: quapropter & qui ea condidit deus, defectum rationis acrimonia sentiendi opulẽtiore tẽperauit solatusq; est. Nã vnde fit, vt in ouiũ quidẽ tã copioso numerosoq; grege, è stabulis exiliens agnus, matris suæ continuò percipiat vocem, ad eãq; properet, atque lactis fontes proprios rectà petat, papillisque maternis contentus sit, etiamsi perparum habeant succi, præteritis haud paucis vberibus lacte distẽtis? Quin mater ipsa inter tã multos numerosósque agnos, eum internoscit, vt proprium. Vna vox omnium est, vnus

Electionem boni à natura nobis insitam esse. Collatio à simili.

Ab exẽplo.

Attende in agno naturæ miraculum.

 idemq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

idémque sæpenumero color, vnus etiam penitus odor, quatenus odoratus noster nouit di- G
scernere. Atqui istis inest quędam sentiendi facultas, nostra longè nimirum exactior, qua suũ
cuiq; proprium facilè dinoscere licet. Catulus nondum obortis dentibus iam ore quiddam
minatur ei, qui dolore ipsum affecit. Nondum cornua vitulo sunt exorta: scit tamen qua sua
arma parte nascitura sint. Hæc indicant animantes cunctas istiusmodi natura indociles esse
ac doctrinæ rudes: nihil tamen in rebus esse non ordinatum, non certa lege prouidentiæ cir-
cunscriptum ac definitum, sed omnia in se circunferre quędam sapientię sui creatoris vesti-
gia. Itaque orta esse se declarant, vt sint ad conseruandam suam salutem suapte natura para-
ta. Et quidem canis expers rationis est, sensionem tamen obtinet parem propè dixerim ra-
tioni. Quæ nanque seculi sapientes per prolixum vitæ totius otium desidentes vix tandem H
inuenerunt, argumentationum (inquam) rationúmque nexus: in iis sese offert canis eruditũ
ab ipsa natura. Nam cum eius feræ vestigia, quam persequitur, inuestigat, siquidé inuenerit
ea pluribus sese findentia modis: diuortia viarum singulatim digressionésque quascunq; in
partes ferant, vbi suo illo sagaci odoratu perlustrauit, vocem propè syllogisticam per ea quæ
agit, elicit hoc pacto: fera quam persequor, inquit, aut hac, aut illa, aut ista diuertit parte. At-
qui non hac, non item illac: restat ergo illam isthac abiisse via: atque ita falsa tollędo, verum
inuenire solet. Quid plus faciunt, qui pro linearum descriptionibus designandis tanta cum
grauitate sedent isti, lineísque pulueri insculptis, é tribus vbi duas propositiones sustulerint
vt falsas, in ea demum quæ trium reliqua est, verum comperiunt. Memoria vero beneficiorũ I
Memoria canis & gratitudo. animantis huiusce, gratiæq; reddendæ quem ingratum beneficiorúmque immemorem, non
pudore ac dedecore aspserit? Iam quidé & interfectis à latronibus in solitudine dominis,
complures à cadaueribus canes non recessisse, sed ibidem expirasse memoriæ traditur. Non-
nullos etiam cæde adhuc recente duces illis fuisse qui latrones inquisierunt: & ad pœnam
maleficos rapi fecerunt. Quid hic isti dixerint, qui nullo suum opificem altorémque deum
prosequuntur amore: sed vt amicis etiam, & necessariis iis vtuntur, qui loquuntur aduersus
deum iniquitatem, eiusdem participes mensæ facti: & ad alimoniam sumędam admissi, ad-
uersus beneficum suum altorem blasphemas voces tolerant efferri? Sed ad creaturæ specu-
τὰ ἰνιαλω- τότερα τῶν ζώων πολυ- γονώτερα. φθαρτικὰ ἄλλων ὀλι- γοτόκα. ἱερωνέα in πρέποντας μιαθούς. ἐπιφώνημα. γνώμη.
lationem redeamus oportet. Animalium ea quidem quæ facilè capi possunt, fœcundiora lon K
gè cæteris esse constat. Quocirca tam lepores, quàm feræ & agrestes capræ, oues item sylua-
ticæ sæpius gemellos pariunt fœtus, ne genus deficiat absumptum & ad prædam expositum
feris iis, quæ sanguine gaudent, carnéque vescuntur cruda: at ea quæ aliis exitium corrupte-
lam ve adferunt, certum est longè minus fœcunda esse. Quapropter leonis vix leæna mater
euadit. Edi nanque partum, vnguium acie lacerato in enixu vtero, vulgò ferunt. Viperas e-
tiam vtero matris eroso fama est in lucem exire, decentes scilicet mercedes, præmiaq; paren
ti reddentes. Adeò nihil est in iis, quæ sunt, cui non sit bene prouisum, cui non data sit opera
curáue suæ naturę accommoda. Quod si perscrutari perciperéque parteis animantium velis:
nihil prorsus opificem adiunxisse quod addendum non esset, nihil non attulisse quod necess L
sarium sit inueneris. Carniuoris animalibus acutos accommodauit dentes. Est enim talibus
opus ad conuenientis alimenti formam atque naturam. Quæ verò parte solum dimidia dẽ-
tibus armata sunt, iis numerosa conceptacula, complurésque meritò, variásque pabuli cellu
las extruxisse videtur. Nam quia primùm immissus ori cibus, officio munerég; dentiũ haud
satis minutim conficitur: idcirco data est ipsis reuocandi cibũ deuoratũ facultas, quo rumi-
natione satis confectum alimentum concoqui possit: & ei quod alitur, in substantiam trans-
iens coaptetur. Gulæ, membranulæ ventris quæ internæ sunt, reticula, maiora intestina, ho-
rum nihil otiosè animalibus quæ ea habent, inditum est: sed necessarium munus vsumq; suũ
Camelus. horum quodq; explet. Collum prolixum camelus obtinet: quo par sit pedibus, & eam qua ve M
scitur herbam attingere valeat. Contrà perbreue est humerógq; ingestum tam vrsæ, q̃ leoni,
quæ etiam tigridi, cęterisq; generis huius animantibus collum: propterea quòd haud ex her
bis ipsis offertur pabulũ, nec vt humũ attingãt ore, necesse est: quippe cum carniuora sint, &
Elephantus animalium venatione prædáq; vitam suffulciant suam. Quid sibi vult proboscis elephanto?
Quoniam tantę molis hoc animal, & omnium terrestrium maximum ad stuporem admi-
rationég; obuiis incutiẽdã productũ est, oportebat carnulẽtũ esse & obeso corpore diffarctũ.
Huic si grãde pro rata mẽbrorũ inferiorũ pedũq; ratione exequatũ collũ adiũctũ fuisset, inat-
tracteabile penit° esset, exuperãte põdere semper ad humũ deuergẽs. Nũc aũt caput quidé per
colli paucas admodũ vertebras, spinæ dorsi counitur. Proboscidẽ autem habet officiũ subeũ-
tem mu-

A tẽ munúsq; colli, qua planè tã pabulũ sumere, q̃ potũ etiã adhaurire solet & ad se sustollere.
At enim pedes ipsi sunt inarticulati, quò quasi columnæ coünitæ, vastam illam corporis mo
lem suffulciant. Nanq; si artus tanto corpori sustinendo molliores & qui facilè inflecterẽ-
tur, essent substrati: creberrimæ fierent emotiones articulorum, fera in humum modò genua
reclinante, modò se attollente ex humo. Neque enim alleuandæ tantæ moli satis essent.
Nunc verò paruus talus pedi subiicitur elephanto, nec tamen in teretem flexuram, neque in
genu commissuram dearticulatus est aut distinctus. Neque enim ad lapsum prona articu-
lorum lentitudo carnulentam illam tanti animalis molem ferre posset, tanta adeò circun-
funditur copia carnium, vt continenter intremiscat, ruinamque videatur interminari. Quę
B cùm ita sint, opus elephanto fuit illo porrectiore naso, qui ad pedes vsque demitteretur. Nõ
vides in bellis, quòd perinde ac turres quædam animatæ vniuerso agmini viam muniunt ac
prægrediuntur? Aut certè veluti colles quidam concretione carnium condensati, intolera-
bili facto impetu constrictas constipatásque hostium acies diffringunt & dissecant? Quod si
partes infernæ minùs decenti proportione responderent reliquæ moli corporis, nullo ani-
mal tempore persisteret. Et quidem sunt etiam nunc, qui certò sciant viuere elephantum an
nos trecentos atque adeò his tantò plures: causam adscribunt huic inarticulatæ membro-
rum compagi, nec vllis distinctæ articulis. Iam verò vti diximus, illa proboscis è terra sur-
rigit sibi, quo alatur, pabulum, naturâ cùm sit id Elephanti rostrum assimile serpenti, & hu-
midius, eóque quanlibet in partem magis flexile. Adeò vera illa sententia est, In rebus crea-
C tis nihil vspiam inueniri posse quod vel superuacaneum sit, vel desit necessariæ functioni.
Atqui tantæ istius molis animal nobis vt subseruiret, subq; manus nostras sterneretur, sanxit
deus: adeò vt cùm à nobis docetur, quid velimus, intelligat, cùm vapulat, sustinet: nos do-
cens euidenti admodum exemplo, omnia nostræ subiecta esse ditioni, quòd ad imaginem
sumus nostri creatoris conditi. Non solùm autem in tam magnis animantibus, verume- Collatio.
tiam & in minimis, ininuestigabilem inspicere dei sapientiam nobis, admirariq; licet.
Nam vt haud magis sublimium cacumina montium admirari semper soleo (quæ quidem
quia propinqua sunt nubibus, continuis circunquaque flatibus hybernam perpetuò refrige-
rationem sibi conseruant ac detinent) quàm concauitates conuallium, non solùm incom-
D modos cœli flatus locorum eminentium euitantes, sed & tepidum semper aërem continen
tes: sic & in animantium etiam compagine non elephantum admirari potiùs cõsueui, pro-
pter tantum magnitudinis tumorem, quàm murem, qui formidolosus est elephanto: aut
scorpij tenuissimam partem, aculeum, inquam, quem cauum perinde, atque fistulam artifex
vniuersi, quo virus per ipsum ictis infundatur atque imprimatur, extruxit. Atq; nemo crea- Obiectionẽ
torem eam ob rem incusare velit, quod animalia venenata, exitia vitæ neciq; parata nostræ, soluit per
in rationem rerum induxit: vel adeò quispiam, & institutorem educatorémq; puerorum ac- simile.
cuset, in ordinem redigentem iuuẽtutis ingenium, ad improbitatem, ad libidinem luxúm-
que propensum plagis verberibúsque castigando, ac coërcendo. Fidei sanè demonstrationes Fide nihil
E sunt ipsæ feræ. Confidis in domino? super aspidem & basiliscum † ambulabis, & conculca- nobis non
bis leonem & draconem: atque habes potestatem ex fide ambulandi super serpentes ac scor subiicitur.
piones. An non vides viperam illapsam manui diui Pauli arentia ligna vel sarmenta colli- † Inscendes vel ascẽdes ἐπιβήσῃ.
gentis, nihil illi penitus detrimenti impressisse, propterea quod fidei plenum inuenit? Quòd
si fide cares, haud feram potiùs exitialem, quàm eam qua præditus es fidei vacuitatẽ, tute ti-
bi metuere velis: qua te iam cuiuis internecioni & corruptelæ exposuisti. At enim sentio
iamdudum ea quæ ad hominis ortum generationémque pertinent, auditores à me maxi-
mopere postulare, mihiq; videor propè dixerim, eorum in me cordium clamores exaudire,
F quibus dequeruntur ac inquiunt, se quæ nostræ ditioni substrauit opifex deus, qualia sint, na μὴ expungẽ
tura doceri, seipsos verò ignorare. Omni igitur cunctatione nos occupante depulsa posità- dam simile
que, necesse est hac de re vt disseramus. Reuerà enim difficillimum esse omnium videtur, quod sequi-
seipsum cognoscere. Non solus enim oculus ea quæ sunt foris conspiciens, in seipsum cer- tur contine
nendum haud vtitur facultate videndi: sed ipsa mens etiam nostra peracutè perspiciens a- ter.
lienos errores, tarda est & cunctatior ad proprios suos cognoscendos defectus. Idcirco nũc ὁμοίωσις per
etiam oratio nostra, cum aliena iam incunctanter transegerit, languet lentescitque ad ea collationẽ
perquirenda quæ ad nos attinent, quanquam haud fit vt magis ex cœlo terráque deum quis oculi & mẽ
piam, quàm ex nostra propria natura, compagine, constitutionéque percipiat: si is modò se tis.
ipsum sagaci vsus præduce prudentia inuestigauerit: quemadmodum diuus propheta dixit,

Mirabilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Faciam⁹ hominem, πρ-ατκευὴ Bas. ad tractationem humanæ formationis.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, id est vbi me ipsum noui, immensam exuperantemq; tuam sapientiam ipse didici. *Et dixit deus, faciamus hominem.*) Quo mihi iam conspicitur loco Iudæus, qui in iis quæ ante dicebantur, quasi per fenestras ingrediente, & intermicante luce theologiæ, personámq; secundam innuente, nondum autem perspicuè inclarescente eadem veritati repugnabat: ipsumque deum secum disserere, seque alloqui dicebat. Ipse enim dixit (aiebat) & ipse fecit. Fiat, inquam, lux, & facta est lux: Erat igitur & tunc in iis quæ dicere Iudæus solet, cuiuis obuia & cognobilis omnibus absurditas. Quis enim faber aut ærarius aut lignarius aut certè coriarius sutor solus ipse quidem, nec alio quoquàm sibi cooperante stipatus, intérque suæ artis instrumenta desidens, quis inquàm sibi soli admurmurat dicens: Faciamus gladium, aut: Compingamus aratrum, aut: Conficiamus calceamentum: ac non potiùs silentiò suam cum libuerit accommodatam ad artem exequitur operationem? Sunt enim insignes profectò nugę, vnum aliquem inueniri qui sibi imperet siue præceptorem desidere ac heriliter seipsum vehementérque vrgere & adhortaquam eos puduit huius, quid non dixerint, quęso? quid non finxerint, exercitatam paratámque linguam semper ad quoduis falsum dicendum habentes? hæc tamen vox præsens penitus ipsorum os oppilat: Et dixit deus, Faciamus hominem. Nunquid & nunc etiam (dic mihi Iudæe) sola, perinde vt tibi placet, atque vnica est ipsa persona? Non enim scriptum est, fiat homo, sed faciamus hominem. Hactenus nondum apparuit, qui doceretur, atque ideo in abysso diuinæ cognitionis præconium hoc celabatur ac tegebatur: deinceps iam ipsius ortus hominis certò expectatur, detegitur parumper ipsa fides, & apertiùs indicatur istius veritas diuini decreti: Faciamus hominem. Audis ô tu qui bellum indixisti perpetuum Christo, deum ipsum, suum in creandis rebus socium alloqui, per quem fecit & secula, qui portat omnia verbo potentiæ suæ. At non cum silentio & quiete religionis rectæ sententiam perfi-

Elegans collatio.

dus Iudæus acceptat: sed vt ferarum eæ, quæ summo persequũtur hominem odio, cum viuariis includuntur, circum suæ illius caueæ sepimenta frendent dentibus & circumfremunt, amarulentiam feritatémque naturæ ostentantes, cùm non queant conceptum explere furorem: sic & inimica gens veritatis, Iudæi in angustum intrusi, multæ sunt (inquiunt) personæ non vna, ad quas oratio dei dirigitur: angelis enim adstantibus, faciamus hominem dicit. Iudaicum hoc est profectò figmentum: & ex illorum odio in Christum deliræ istius & futilis fabulæ excogitatio deriuata est. Isti enim vt ne vnum nempe Christum admittant, innumeras introducunt personas: & per hoc quòd filium habent despicatui, seruis ipsam consultationis tribuunt dignitatem, conseruósque nostros autores nostræ creationis efficiunt. Homo enim vt primùm statum assequitur suæ perfectionis, ad angelorum rectà reducitur dignitatem. At quænam tandem creatura suo adæquari vnquàm creatori possit? Considera autem id quod continenter sequitur: Ad imaginem nostram. Quid ad hæc dicere paras? Num vna & dei & angelorum imago est? Prorsus filij patrisq; forma eadem vt sit, necesse est. Formam hic vt intelligamus necesse sit, quæ diuinam addeceat maiestatem: hoc est non lineamentis constantem corporeis, sed in peculiari numinis proprietate consistentem. Quin tu qui ex noua ista circunciſione es, audi: audi inquam, tu, qui christianismi prætextu nihil habes quod Iudaismo ducas charius. Cui dicit: Ad imaginem nostram? Cui quæso te, alij, quàm ei qui splendor est gloriæ & figura substantiæ eius, ei qui est imago dei inuisibilis? Suæ igitur imagini propriæ, quæ viuit, quæ dixit: Ego & pater vnum sumus: & qui me vidit, vidit patrem: huic dicit, faciamus hominem ad imaginem nostram. Vbi vna est imago, quem ibi locum obtinet dissimilitudo? Et fecit deus hominem, non dixit, fecerunt. Euitauit hoc loco personarum multitudinem. Per illa nanque Iudæum erudiebat: per hæc vero gentilium excludens errorem, securè admodum ad vnitatem recurrit: vt & filium simul cum patre intelligas, & multitudinem deorum longè periculosissimam effugias. *Ad imaginem dei creauit ipsum.*) Iterum socij creationis personam adduxit. In his enim, non ad imaginem suam dixit, sed ad imaginem dei. At quanam in re dei sui creatoris imagine præditus sit homo, quoque pacto similitudinis particeps sit, deinceps in sequentibus, deo præstante nobis facultatem, dicemus atque explicabimus. Nunc id tantum dicamus, si vna est imago, vnde tibi in mẽtem venit intolerabilis hęc impietas, dissimilem assere filium patri. O ingratitudinem, Ne eam quidem similitudinem cuius factus es particeps, resoluis illi aut rependis qui hoc beneficij in te contulit: ea insuper quæ per dei gratiam gratuitò

gratuitò indulta sunt, constatura tibi censes perpetuò, qui interim domino non permittis, vt quam ad suum habet genitorem, suapte natura similitudinem, illam tueatur. Sed enim silentium ecce nobis indicit deinceps aduesperascens tempus, Sole iamdudum ad occiduas emisso plagas. Hic itaque & nos iam dictis contenti nostram hanc orationem consopiri sinemus, & interquiescere. Et quidem nunc ea sermone attigimus, quæ quatenus faciant ad promouenda & excitanda studia vestra, satis sint. Exactiorem porrò accuratiorémq; propositarum rerum discussionem, in iis quæ deinceps edisserentur, opem ferente diuino illo ipiritu & nobis cooperante reddemus. Lætitia igitur & gaudio perfusi in suas quiq; ædes mihi nunc abite, Christi amantissima concio. Ite inquam, mensas vestras per se alioqui reuerentiæ & honestatis plenas eorum quæ mihi dicta nunc sunt, commemoratione exornaturi, vice edulij splendidioris, proq; condituris omnifariam apparatis. Quisquis interim dissimilem patri asserit filium, hic dedecore omni pudoréq; aspergitor, perfidum Iudæum ludibrio habetote, contrà pius omnis tripudiet sibiq; decorè placeat in sententiis veritatis. Perpes esto gloria domino, quem iugis addecet gloria & imperium, In secula seculorum, Amen.

HOMILIA DECIMA DE HOMINIS primigenia constitutione, Godefrido Tilmanno Cartusiensi interprete.

Decimã hãt & item vndecimam interpres σποφλὸ ἦμ pro loco diffudit paraphrasi, quò vtraque exiret explicatior.

DEbitum quo me vobis nõ ita pridem obstrinxeram, en aduenio exoluturus ac proinde fidem liberaturus meam. In eiusmodi reddendo quòd fuerim vestra omnium expectatione cunctatior, nulla hoc fecit animi erga vos mei maleuolentia minùs agnoscentis quid ex pacto deberet: sed ne vti condictum erat, in tempore exoluerem, sola intercessit corporis huius mei aduersa valetudo. Sanè hoc genus debiti tale est, quod quantò necessarium magis intelligitur: hoc vos solitò attentiores requirit, & ad audiendum alacriores. Neque enim iustum fuerit, si qui tãta cum alacritate sustinuistis vos mea qualicunq; opera perdoceri natiuam indolem ferarum, natatilium, pecorum ac volatilium, de cœlo item & his quæ per cœli defluxum in inferiora sidunt, de terra & iis quæ ê terra emicant, stirpibus: non etiam vel pari studio huc aduigiletis, quò vobis illustrior fiat cognitio nostræ omnium primigeniæ generationis, idq; sententiis ê scriptura diuinitus inspirata petitis ac depromptis. Vt enim oculi nostri ad externa contuenda quum se totos effundant, se interim non vident, ni fors quiduis solidum attingant, cuius quidem illinc in se refractione, quasi è quopiam aquarum refluxu ipsi in se resilientes ac retroacti se sibi spectandos exhibeant & visendos: itidem & mens nostra cætera quum videat, minimè cernit seipsam, nisi acie fixiùs intenta scripturarum contemplationi. Hinc quippe refringuntur splendifluæ lucis radij, quibus illustrata cuiusq; nostrum mens contempletur seipsam, deniq; & agnoscat. Imprudentes alioqui nos, nec circunspectim attenti nostræ ipsorum primariæ institutioni, adeò vt nos quoq; lateat, quid sumus, ad quid item conditi. Tam enim supinè nobis ipsis afficimur, & neglectim adeò, vt ne ea fideliter quidem teneamus, quorum cognitio passim obuia cuiuis & ad manum est, ceu illæ sunt in nobis minutissimæ partes. Quàm multæ occupationes circa humanum hoc corpus, studium omne nostrum deterunt, & absumunt? Quòd si ad mentem aduoces artis medicæ professionem, facilè compereris, quanta de vtilitate vsu ve partium corporis ars eadem ob oculos nobis percenseat & enarret. Quot quæso, in anatomicis traditionibus de intimis partibus corporalis opificij excogitauit vias, retrusas quidem illas ac velut in arcano quodam recessu delitescentes? ceu sunt vna & eadem à toto corpore conspiratio, canales è quibus spiritus elicitur, elices quasi quidam aquæ ductus sanguini ducendo natura comparati, attractio respirationis, situs foci nimirum præferuidi caloris in corde, illa respirandi perpes agitatio ac diutissimè durans in præcordiis. Sexcenta eiusmodi à medicis philosophica commentatione perueſtigata sunt, quorum cognitionem vt doctrice experientia assequamur, nemo nostrum vel tantillo habet studio, quòd nemo ad eam peritiæ partem solerter exquirendam dispertiatur & insinuat suum qualecunque otium. At ne vnus vspiam comperitur qui studium suum in hoc collocet, se vt nouerit. Naturæ enim procliuitate prægestimus nosse, cœlum quid sit: quàm quid nos ipsi. Ne tu itaq; id contemnito, quod in te admirabile elucet. Tuo quidem arbitratu parui es & exilis momenti:

Elegans & physica ὁμοίωσις.

μίαν σύμπνοιαν.

ἕλκωσιν ψυχῆς.

Multi multa sciunt, & iidẽ seipsos nesciunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

menti:at magnum quid esse te deprehendes,si primę tuæ conditionis inieueris rationem.Ob G
hoc eminentis sapientiæ vir ille Dauid,quòd probè nosset ad exactam iudicij librilem se appendere & discutere,ait:Mirabilis facta est scientia siue cognitio tua ex me.Artis enim tuæ solertiam deus quæ in me conspicitur,simul atq; sum contemplatus,nimirum quanta sapiẽtia corpus ipse meum compegeris,ex istius qualiscunq; opificij perpensa consideratione opificem te esse eximium agnoui & prorsus admirabilem: *Faciamus hominem ad imaginem nostrã & similitudinem.*) Demonstratum priùs aliquantò est & quidem velut in transcursu,satis alioqui expressum putẽ, quis sit is qui loquitur,& ad quem direxerit verbum. Habet sanè ecclesia hisce de rebus confessas & compertæ veritatis demõstrationes,veriùs habet fidem demonstratione omni tantò certiorem ac solidiorem. *Faciamus hominem.*) Nosse vis teipsum? H
vel hinc auspicium sumito.De nullo enim opificiorum quæ eatenus condiderat,vox ista in literas transmissa est.Lux facta est,idq; simplici mandato.Nam dixit deus,fiat lux,cœlum,& ecce cœlum præeunte nulla consultatione constitit.Rursus luminaria,nec quicquam legitur præextitisse initi consilij de condendis luminaribus.Præcepto item fecit mare vt esset, pelagús ve omni dimensione superius.Dei mandato omnigeni pisces facti sunt.Feræ itidem,iumenta,volucrum genus omne,Dixit deus vt essent,& ecce facta sunt. Non iam hic consiterat homo,& de formando homine initur consilium.Non hic iam,vt de aliis præmiserat, dixit:fiat homo.Erudire hinc ô homo ac edisce,quanti vnus tu æstimandus venias . Neque I
enim generationem tuam ceu abiectitiam aut pretij vulgaris communi creaturarum mandato censuit attexendam.In deo consultatio prægreditur,quo pacto id animantis quod tanti fuerat æstimandum,prouehi deberet ad vitam.Faciamus,ait.En consultat sapiens,& quid secum instituerit artifex,proponit decernendum.Quid enim?Artis ne suæ exacta cognitione destituitur artifex tantus?Absit.Per hoc sanè quòd curam eam condendo homini interserit scriptura,innuit deum voluisse ædere quidpiam operis quod eximiæ suæ artis specimen esset numeris omnibus absolutum,perfectum,solertiq; artificio elaboratum ac perpolitum. Aut certè,tibi vt insinuet quàm sis in oculis dei tuapte natura perfectus . Duas porrò personas hîc adesse luculenter doceris,vnam nimirum quę loquitur,& ad quam dirigitur sermo, K
alteram.Quidni dixit:facito tu,sed faciamus hominem? vt ius domini in omnem creaturã intelligas filio iuxta ac patri commune esse, vt ne agnitionem assecutus patris , ignoratione caligares filij:ne te clam esset patrem per filium cuncta fecisse & eadem filium cõdidisse annutu paternæ voluntatis:ac proinde patrem glorifices in filio,filium quoq; in spiritu sancto. Itaq; efficeris tu vtriq; commune opificium,vtrunq; vt adores communiter , non culturam scindens debitæ deo venerationis, sed naturam coüniens diuinæ maiestatis . Hic tu mihi contemplare figura hac verborum historiam quidem repræsentari: at potẽtia exprimi theologiam. *Et fecit deus hominem.*) Quum dixerit,faciamus,non continenter subiecit: Et fecerunt,ne quam hinc arripias ansam comminiscendi tecum numerosam illam deorum multitudinem.Si enim multitudinis numero personam intulisset:nullus neq; modus,neq; finis L
fuisset homini inexplebilem sibi coaceruandi deorum multitudinem.Et quidem dixit nũc, faciamus,vt hoc insigni dicto agnoscas patrem & filium & spiritum sanctum.At posterius: fecit deus hominem,diuinam vt vnias maiestatem.Sanè vt vnias non eas quæ ὑποστάσεις dicuntur,hoc est,ipsas tres personas,sed quatenus id vnitatem concernit potẽtiæ, vt vnam in diuinis retineas gloriam ac maiestatem,circa eius adorationem impartiliter habens te, non item eam vnitatem dissecans aut partiens in deorum multitudinem. Neutiquàm dixit:fecerunt dei hominem,sed fecit deus,discreta licet sit patris ac propria ὑπόστασις , persona videlicet,propria item filij,propria quoq; spiritus sancti.Quidni igitur tres sunt:Quòd vna sit diuinitas.Quam enim in patre contemplor diuinitatem,omnibus essentiæ gradibus eandem M
intueor & in filio.Et quam in spiritu sancto, hanc ipsam & in filio iubeor agnoscere , quòd forma in vtroq; sit vna,& principium à patre in filio idem,quò fit vt apud nos adorãdi glorificandiq; ratio vna sit.Principium sanè nostræ generationis,Theologia vera est : nempe, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.Facti vtiq; sumus ad imaginẽ dei.Quî nam intelligendum,Ad imaginem dei?Cor ipsi expiemus ab inscientia & ruditate, repurgemus istam præsumptionem ineruditam,omnemq; de deo insipienter & indoctè cõceptam suspitionem.Dixerit quispiam : Si ad imaginem dei facti sumus, consequi videtur deum nobis esse conformem.Oculós ne deus habet,aures,caput,manus, deniq; & coxendicem:quo nitatur sessitans?In ipsa enim scriptura sedere deus astruitur.Pedês ne ei sunt,quorum

ἐπίνοιαις propositi, argumenti. Verbum scilicet, faciamus.

Quæ græcis ὑποστάσεις substantiæ vel subsistẽtiæ, Latinis personę sũt.

Anthropomorphitarũ impiam de deo recellit opinionem.

A rum ministerio iutus obambulet? Talis igitur deus ? A corde amolitor ac submoueto hasce de deo indecorè conceptas imaginationes.Abs te propellito cogitationem eiusmodi abhor rentem prorsus à magnitudine dei.Figuræ omnis expers est deus.Simplex enim, nec ipsum vlla possis (quantanlibet imaginere molem)circunscribere & metiri magnitudine aut quãtitate.Ne quam opinere deo coassistentem formã.Ne tu eum qui verissimè magnus est,imminueris impietatem secutus Iudaicam : absit,in animum inducas deum comprehẽdi corporali complexione.Ne confidas circunscribi posse deum angustis istis mentis tuæ cancellis. Magnitudine reuera est incomprehensibilis. Cogites licet magnum esse & præconceptæ huic magnitudini etiam atque etiam adde . Augustiori tuæ de deo cogitationi tantò adiice
B augustiorem , deniq; huic etiamnum tuæ ratiocinationi persuadeto eam ipsam nullo pacto ad ea pertingere posse quæ infinita sunt. Nullam , dei memor cogites figuram . A potentia intelligitur deus.In deo mihi considera naturæ simplicitatem , Magnitudinem quantitatis exortem,Vbique est & supra omnia redundat, supereminens vniuersis. Attactu nullo definitur, infinitus enim.Comprehensione tua cùm sit superior, elabitur , non vlla quantalibet circunscribitur magnitudine,non formæ vllius delineatione comprehenditur , quantamlibet imaginere potentiam,nunquam ipsum quiueris dimetiri,nullis adstringitur temporum interstitiis,nullus illi præstituitur finis.Eorum quæ circa nos conspiciũtur, nihil tale aliquid credideris inesse deo . Quo igitur sensu accipienda est scriptura astruens nos ad imaginem
C dei factos? Quæ de deo scriptura asserit, erudiamur primùm:dein quæ nostra ipsorum sunt, ipsi cogitemus. Neque enim quod ad dei imaginem facti sumus,id possidemus in istius decidui corporis forma.Vnà enim cum corrupti corporis prolapsione, & illius intercidit forma ac deperditur. Sanè quod incorruptibile est, figurari nequit in re obnoxia corruptioni. Nihil corruptiuum rei incorruptę imago esse potest.Augescit corpus,idémque imminuitur: senescit,& immutatur. In iuuenili flore videas esse aliud , aliud dum temperata habitudine perfruitur,aliud item malè affectum.Aliud metu dum constringitur anxium : aliud contrà cùm se oblectat & hilarescit . Aliud inopia rerũ dũ laborat: aliud rursus copia eduliorũ dũ se exatiat.In pace aliud,aliud in bello.Vigilãti color est alius,aliº dormiẽti.In illo qdẽ flos co-
D loris enitescit seq; exerit rubicũdior,nimirũ calore ad externas prodeũte partes:in hoc cõtrà, extimarũ partiũ caliditas refrixit,vt quę se proripuit in intimos recessus corporis.Fit hinc vt dormientium corpora pallore subliuescãt. Quî igitur possit quod vicariæ permutationi obnoxium est,ei videri assimile quod suapte natura est inalterabile?ei quod semper sui est simile,id quod ne momento quidem consistit ? Nobis enim clam nec cogitantibus fugit more fluentis aquæ. Priùs enim quàm spectandum se ac visendum hominum oculis exhibeat, clã elabitur fugitans,Aliud ex alio conspicitur corpus humanum. *Ad imaginem nostram.)* Fluitãs imago & perpetim dilabens quî possit immobilem seruare naturam ? quæ conspicua & illustri forma insignitur,rem tueri formæ exortem?Ad quam igitur examinis formulam exu-
E tiemus illud: *Ad imaginem?* Nimirum in ipsissimis domini verbis . Ex me si quid in medium attulero,cauetote id accipiatis:si dominicũ,hoc ipsum excipitote.*Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostrã, & dominentur piscibus.*) Corpore an ratione? In animãne eiusmodi imperandi dignitas prærogatiua repositа est,an etiam in carne?Et quidem caro hęc quàm multis est imbellior animantibus ? Quæ tandemcollatio esse possit humanæ carnis ad camelinam? ad bubulam? deniq; nostra hæc si ad vnius cuiuslibet feræ componatur carnem? Collatione prorsus ferinæ carnis humana hæc tanto illa facilº intercipitur morte ac disperit. Qua demum in parte hominis sita est hæc imperandi vis? In exuberanti opulentia prærogatæ homini rationis.Corporis enim viribus quanto istis conspicitur inferior:tantò cęteras animantes exuperat diuite copia rationis . Vnde vel vnus quiuis homuncio quanlibet arduæ molis
F pondera suis emouet locis & aliò transfert?Idne conficit viribus nitens, intentisque corporis neruis,an veriùs ingenij solerti industria? *Faciamus hominem ad imaginem nostram.)* Dicens, Faciamus hominem, vtiq; illum insinuat,qui internus est. Dixeris fortasse tu: Quin vel hic commeminit rationis?Hominem dixit ad imaginem dei.Ratiò ne homo est? Audi Apostolum:Etiamsi is qui foris est homo noster,corrumpatur: is tamen qui intus est,renouatur de 1. Cor. 4. d.
die in diem. Quî possim istos duos internosse hoíes?Planè vnum,qui in cõspicuo est omnibus:alterũ, qui tectorio corporis istius palàm cognobili conuelatus delitescit,inuisibilis ille interior homo.Introclusum itaque hunc habemus & arcanũ hominẽ, deprehendimur hinc quadãtenus esse duplices: ac proinde id verum quod in omnium versatur ore, intus sumus.

μέγεθος καὶ ποσὸν lege & ποσον.

ἀξίωμα.

Ἡ μὲν, Ἡ δέ.

In exẽplari, meo arbitratu mendum est.

ἐρέχθωσαν

ἔνδον ἐσμὲν.

Ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego enim sum id,quod ad interiorem attinet, isthæc enim externa non ego, sed mea. Neq; G
enim ego manus hæc sum, sed id quod rationale est animæ:manus porrò hominis particula
est.Corpus igitur hoc,organum est hominis,organum animæ. Homo nanque id peculiari-
ter censetur esse,quod secundum animam est. *Faciamus hominem ad imaginem nostram.*) Hoc est,
Homini impartiamur ac prærogemus affluentem rationis copiam. *Et dominentur.*) Neuti-
quàm dixit:Faciamus hominem ad imaginem nostram,& impotenti ira incandescant,Fla-
grent concupiscentia,iugi se mœrore conficiant.Neque enim deus suam impressurus imagi-
nem animæ,hasce affectiones vitiosas comites assumpsit: sed rationem, quæ coorientem il-
larum intemperiem turbulentam supprimeret ac moderaretur. *Et præsint piscibus.*) In ipso
ὑπόθεσις. tuæ creationis articulo,vt præesses creatus es. *Et præsint siue dominentur.*) Accepit vnus aliquis H
anni vnius potestatem ab rege, vtique ab homine homo, mortalis à mortali:& ab eo acce-
pit qui ne ipsam quidem habet potestatem. Quid enim sibi iuris vindicet homo in animã?
Atqui ipse eam accepisti à deo,non ligneis tabellis, non membraneis inscriptam diploma-
tibus,quæ vtraque subiacent corruptelę,& tinearum arrosioni exposita sunt:quin ipsa retinet
natura in sacras literas relatam dei vocem: *Præsint siue dominentur.*) Vniuersa enim hæc hu-
mano substrauit imperio deus: *Præsint piscibus,bestiis terræ,uolatilibus cœli, iumentis,reptilibus quæ*
repunt humi.) Non dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &
vescantur ligno fructifero,quod habet fructum in seipso. Quæ concernunt carnem, secun-
das obtinent.Nam primas sibi asserit primogenia præsidędi authoritas attributa animæ. No I
bis enim principio statim conditis delatum est in cætera ius imperij. Animal itaque es ô ho
mo imperio natum. Ecquid miseram hanc affectuum seruis seruitutem? Quid te deturbas
vltroneus è fastigio prærogatiuæ istius tuæ dignitatis?Ecquid te dedis peccato in vile man-
cipium? Cur tuapte sponte mancipem te & captiuum constituis diaboli? Sciuit te ac iussit
deus in creaturis principem locum tenere: & ecce tãti principatus natura delati dignitatem
à te excutis ac recellis?Sed seruus vocatus es. Quid te adflictat vritve animum seruitus cor-
poris?Quin tu potiùs animum sustollis tuum tanto per dei gratiam cohonestatus dominio?
En habes rationem vitiosi omnis affectus planè dominatricem. Herum tuum siquando fœ-
dæ voluptati subseruientem animaduerteris,ipse tibi temperans:tum in mentem veniat, no K
mine quidem seruum te dici,illum contrà nomenclaturam domini obtinere, cum interim
opere ipso perpetem & solidam seruiat seruitutem. Vt à complexu pendeat vilissimæ cuius-
piam meretriculæ,nimirum perspicis huius ipse contemptor.Quo quæso te pacto, non tu iã
præ illo es dominus istius obscœnæ affectionis: ille è diuerso earum seruus, quæ abs te velut
calce proteruntur,illicium voluptatum? Illud itaque:Faciamus hominem. Itémque: Præ-
sint siue dominentur,vtrunque nihil obscurè prodit in eo relucere dei imaginem: quisquis
facultate est prędituS cæteris pro potestate iubendi. *Præsint piscibus.*)Qui primum nobis attri-
ἀπωτισμέ- butus est principatus,in ea se porrigit quæ habitant à nobis dissita semotiùs. Neque enim di
νων. xit:Principatum obtineant in animantes familiari conuictu sibi notas, sed ipsis imperent pi L
scibus, qui stagnantibus innatantes aquis vitam transigunt. Primùm igitur collatus nobis
est in pisces principatus. Ecqua tãdem ratione internoscimur inaugurati imperio in pisces?
Si quidem tecum reputaueris,vt illos vel vmbra tui corporis exterruerit, cùm in stagno na
παραφα- tantibus obtulisti te quanlibet obscurè visendum.Quis tanta cum authoritate suam mode-
νέντα πῶς. βεβαίωσις à ratur familiam herus,vt turbatis aliquando rebus domi is si inopinus accesserit, tranquilli-
simili. tatem nullo suo tribuat negotio,cunctáque in ordinem pro cuiusque decoro restituat,& sua
solius dominantis præsentia redintegret ac permutet? Vt vno quouis conspecto homine
creatura omnis aquatica in aliam se figuram habitúmve transmutat? Non iam illi constat
liberioris vitæ & exercitij ratio, non item iam secundum superficiem marinæ aut stagnan- M
ὁ δελφὶς βα tis aquę natando ausit proludere.Ipse delphin tametsi prę natatilibus magnanimitatem spi-
στιλικώτατος ret rege quolibet non indignam: dicto ocyùs, hominem si contempletur propiùs sibi adsi-
stere,fugitans suppudescit ac veretur. Tantum vni homini principatus in natatilia prærō-
gatum est. Atque adeò vim indultæ tibi rationis quum perspicias nihil non permeantem
Simile qddã habes apud Strabonem in primo de Galeotis & vtre vétorũ ex Odiss.μ. ac penetrantem, omnia denique peruincentem: quomodo non etiam imperitandi balenis
facultas suppetit? Equidem vidi admirabilem hominum solertiam & ingenioſè excogitatũ
artificium. Concinnant isti hamos quosdam quibus quidem captandis cetis atque inescan-
dis illices escas,admensas tamẽ atque moderatas pro magnitudine illorum qui eas sunt de-
uoraturi,cetorum,infigunt pressiùs hamis.Sub hæc funium illorum partibus summis à qui-
bus

A bus hami dependẽt, secundum partem alteram funium istorum extremam vtres innectunt
copioso & collectitio flatu distẽtos, eósque supernè secundum superficiem aquæ natanturos
demittũt in mare. Mox igitur vt ceti illi immanes pellecti illecebra eduliorum adnatarint
& in gulam transglutierint hamos,eadem opera vtres secum abripiunt in maris profundũ.
Vtrium porrò natura ea est,sublime semper vt petant: quò fit rursus vt ad aquæ superficiem
retrahantur, atque adeò illos iam diceres cibo suo ebrios, sic sursum ac deorsum velut ma-
niæ morbo perciti subsiliunt & exagitantur,ac tali subinde renouata saltitatione in profun-
diora demum quasi quiddam perscrutaturi se recipiunt.Mare aliud ex alio isthæc belua im-
manis remetitur ac permutat: seque vt explicet laqueo,magna eluctatur contentione, sed
B inefficaci.Atque ita cetus hic agrestis nullo propè negotio,per hamum tenaciùs inhęrescen-
tem captiuus abducitur, labore nec mediocri edomitus & dira fame expugnatus vnà cum
vtribus ad littoris oram enectus pertrahitur,præda factus venatori,exiguo ingens,immanis
imbelli.Qua id gratia?Homo enim per opulentam ac prædiuitem vim rationis, principatu
in quæuis animantia donatus,quasi facinorosos ac refugas seruos, & pessimè morigeros ad
officiũ obedientiámque reuocat.Qui proinde nulla placabili lenitate cicurantur,hos vel ip-
sa necessitate adigit,suo vt famulentur ac seruiant imperatori.His sanè argumentis eluceſcit
ab ipso opifice vim in cætera imperandi insertam esse & prærogatam homini vbiuis gentiũ
constituto.Factum hinc,vt xiphiæ,zygenæ,balenæ,priones, boues, reliqua denique omnia ξιφίας gla-
vel nuda nomina cetorum horroris plena sub hominis manus atq; imperium missa & sub- dius Theo-
C strata. *Præsint itaque piscibus maris.Et bestiis terræ.*) Num perspicis leonem, illum quidem gra- doro, Ga-
uem & infrendentem rugitu,cuius vel nomen intolerandum & pergraue est, cuius rugien- leotes Stra-
tis frendor terram ipsam cogit intremiscere? Quænam cæterarum animantium præsentis boni in.1.
adeò animi est ad quiduis tolerandum,vt huius sustineat impetum?Ne vnum quidem in a- Zygenæ li-
nimalibus vspiam repereris, cui tantum supersit virium, vt se confidat sustinere posse subi- bellæ.
tariam leonis impressionem: atqui hunc sic violentum præexigui viuarij sepimentis includi φάλαινα
videre licet.Quis hunc inclusit & coercuit? Is nimirum qui huic vastæ molis animanti suop balenę.
te ingenio commentus est carcerem. Quis hac raritate ligneorum cancellorum, staminum πρίων serra.
instar apparauit simul & prouidit respirationem isti beluæ,vt ne suomet præfocetur anheli-
D tu?Vna & eadem opera,& copiam illi fecit liberæ respirationis,& hoc interuallari sepimen
to custodiáve illi prospexit,ne quò se proriperet. Quis id?Nonne homo?Is pro re ludicra ha
bet longè efferatissimas feras.Non etiam pardales eludit? Chartam ab oculos bestiæ oppan-
dit ex æditiore loco,quæ penicillo pictoris effigiatum hominem repræsentet.Et hæc quidem
frustillatim cõcerpit chartam: cum is interim qui subter chartam delitescit,risu prosequitur
beluæ vesanientem stoliditatem.Est ne quicquam,quod non exuperet homo copia sibi prę-
rogatæ potestatis?De volatilibus porrò,quid tibi vis edisseram?Et quidem homo alite ascẽ
su neutiquàm se attollit in aëra, remigio alarum destitutus: at certè per vim intellectilem,
cum illis vnà euolat.Nihil vsquàm est,quod remoretur rationem. Quæ in vastissima abysso γνώμη.
E delitescunt,perscrutatur:venatur,quæ sunt humi,quæ aëra circumuolitant, quàm præuidea-
tur,intercipit atque occupat.Nunquam ne obseruasti auiculam insidentem extremæ pinnu-
læ cuiuspiam rami,& ex eo, stridulo clamore quasi cachinno prosequentem illac commean
tes?Hæc enim spem sibi ponit in pernicitate alarum. At certè vnum è pueris licuerit videre,
qui obseruata aui,mox fascem arundinum congerens, vnam substernat alteri, visco illinat
& agglutinet harum acumina. Ad hæc quanto maximo potest astu, per ramos foliaq; fallit
visci præsentiam,obseruat dein oculum auiculæ in sublime spectantem, itaq; prehendit leni
attactu volitare per aëra consuetam,& quæ eatenus per æthera ferebatur, visco implicita,ca
ptiua abripitur.Desidet quidem infernè homo,infernè est hominis manus: at ingeniosa so-
F lersq; hominis mens in sublime rapitur. Adeò nihil est vspiam locorum, quod non artifici ἐπιφύημα.
commentatione astúve homo assequatur.Pennatis oppanduntur retia, ad rectam collinea-
tionem sagittariorum iaculis volucres configuntur.Quæ natura propendent ad ingluuiem,
illici inescatione capiuntur.Aliquandóne obseruasti aquilam ad destinatam prædam siden-
tem & ingenti alarum agitatione aduolantem?dein eandem subiectis vndique laqueis cin-
ctam atque irretitam? Ad eum sanè modum quod in sublimi est,obiecta per hominem ci-
borum illecebra inuitatum sidit seque demittit. Adeò nihil est, quod non in manum tradi-
derit homini,ac proinde opificium absoluit suum,nec semel prærogatę ditionis exortem re- γνώμη.
liquit hominem. Caue, dicas: Qui possint mea interesse, inq; ære meo censeri,quę per aëra
feruntur?

Universidad de Deusto
Biblioteca

feruntur? Per prærogatiuam enim collatæ tibi rationis, etiam hæc ditioni tuæ addicta sunt G
Et reptilib⁹ & mancipata. *Et reptilibus, quæ repunt super terram.*) Vides denique, è quibus colligis te esse factum ad imaginem dei. *Et fecit deus hominem.*) Quid igitur est homo? Ex iis quæ & legimus
& audiuimus, colligenda nobis est hominis finitio. Non enim necesse iam sit, vt ipsi ab ex-
Homo quid ternis aut à fide abhorrentibus mutuemur finitiones eiusmodi, neque ad discutiendam veri-
tatis doctrinam opus est dogmatis ex vanitate profectis. Homo factura dei est rationalis ad
sui creatoris facta imaginem. Desitne quiddam nostræ huic finitioni, an secus: ipsi viderint
qui partem multò maximam retroactæ insumpserunt corruptiuæ isti parandæ sapientiæ.
Ad imaginem dei factus est homo. Et, Benedixit deus hominem, ac dixit, Crescite & multiplicemini & replete
terram.) Huic conformis est & piscium benedictio: *Et dixit deus, Producant aquæ reptilia anima-* H
rum uiuentium, & factum est ita.) Deinde, Et dixit deus, Crescite & multiplicamini & replete
aquas. Quid hìc sanè habemus, quod sit eximium? Et quidem quæ exigebat necessitas natu-
ræ, eadem tibi cum cęteris communiter prærogauit. Cæterùm peculiares repositæ tibi sunt
prærogatiuæ. Perinde enim ac cætera animantia, crescis. Ab eo enim exorsus quod primùm
perquàm pusillum fuit, lenta quidem accessione ac sensim progrediente ad staturæ perfe-
κύκνοι, cygni, olores. ctionem promoueris. Itidem equi, canes, nec secus aquilæ, olores & quodcunque tandem a-
nimantium quiueris depromere, simul atque ex genitali massula concepti primùm fœtus
per gradus ętatis adoleuerint & ad incrementi perfectionem fuerint prouecti, ibi rursus quo
tidiana deminutione ac decremento ad prolapsionem defectúmque abeunt. Hanc igitur I
communem naturæ vicissitudinem ac permutationem, nobis quoq; impartiuit. *Crescite*, ait.)
hoc est, quotidiano augescite alimento: & pusilli atque exiles geniti ad staturæ proceritatem
adolescite, sit interim modus & prescriptus limes isti incremento. Nam quòd per primi sep-
Pro τρεφόμεθα lego τρεπόμεθα. tennij curriculum immutamur, nósque staturę permutatio transmittit in alteram annorum
hebdomadem: non hinc elicitur per omnem vitæ partitionem, vno quoque septennio sta-
turam corporis immutatum iri, párque accepturam esse incrementum. Prima annorũ heb-
domas puerilem staturam complectitur, cuius metam qua clauditur, liquidò possis colligere ex dentium immutatione. Vt enim ceciderunt quidam, alij erepentes adnascuntur. Alte-
ram à prima staturæ promotionem altera item auxesis à septennio sumit & ad exitum vsq; K
παιδίον, παῖς. ἔφηβος, ἀνὴρ protenditur anni quarti & decimi, quæ quidem secunda puerorum est, In prima enim pusio
est siue puellus, mox puer, dein adolescens siue puber à quarto & decimo. Post subsequętem
hebdomadem annorum denique vir. Hìc enim tertij augmenti meta statuitur. *Crescite* igi-
Meo arbitratu hic mendũ est in exemplari. tur.) Ad annos licet centum vitam proroges, non continuò sequitur ab anno primo ad vs-
que centesimum per omnes ætatum gradus accepturum esse te staturæ procerioris incre-
mentum. Vnum enim verbum hoc scita ac sapienti ratione dictum solerter ac prouidè di-
spensatur. *Crescite.*) Quousque tandem? Statæ ne sunt & circunscriptæ crescendi mensuræ?
Ab ipsa concretione seminis in matricem deiecti & fundamenti vice substrati licuerit col-
ligere futuri augmenti modum. Neque enim quæ progressu ætatis illi accrescit staturæ ac- L
cessio, videri debet donum recens & accessorium. Nam fundamenta corporis in vtero con-
stituendi, ex eo sortita sunt constaturam & ratam incrementi aptitudinem. Puerône dentes
collapsi sunt? Hoc insigni agnoscimus, quantum illi mensuræ accesserit. Trimúsne hic pusio
est? ex eo pater futuræ proceritatis admetitur mensuram. Nouit planè duplam illi iustæ sta-
turæ proceritatem deesse. Quantus enim triennis deprehenditur puerulus, bis tantò est eua-
surus procerior compos factus plenitudinis augmenti, aut certè denuò tantus. Hic ille est
modus humanæ naturæ præscriptus adusque extremam vitæ lineam ac finem, nimi-
rum à prima ad alterum annorum hebdomadem. Ex ea deinceps iam facto pube-
ri calor accrescit & intenditur, gracilescenti corpori accedit formæ decus, siccescit M
puerilis humoris defluuium, robur membra accipiunt solidius ac vegetantur. Hac ætate homines inter eos primùm constituuntur, quibus cum coætaneis de virium robore certamen est, nondum alioqui absolutam consecutis vegeti roboris perfectionem. Coa-
lescit enim primùm istorum caro ac recens concrescit, quarè teneriuscula adhuc est, ac pro-
inde minùs idonea tolerando continenti & assiduo labori. Et quidem hoc genus animal de
cętero habet naturę beneficio leue vt sit & agile. Tertia porrò annorum hebdomade iustam
Pro ἔτι δὲ arbitror legendũ ἐνιαυτοῦ. accipit incrementi formulam. Post hoc septenne tertium, non iam in longitudinem se sur-
rigit sublimius corporis statura procerior. Simul enim atque laboribus istis augmenti sur-
sum versus se attollentis defuncta natura respirauit, tum deinceps in patulam & effusam la-
titudinem

A titudinem sensim incipit transcendere & quasi fundamẽta iacere, atque quaquauersum sub-
sternere iis quæ in fastigiosam altitudinem præmouit, simul & carnulentam circumponere
pinguitudinem ac proinde membra reddere corporis vegetiora. Et quidem hæc efficit na-
tura ad incrementa ordine legitimo progrediens. Sanè initiò facta sunt hæc dominico vr-
gente imperio, perq; omnem deinceps creaturam progreditur adusq; seculi finem vis illius
tum dictæ sententiæ: *Crescite & multiplicemini.*) Crescite, vt ne creatura vnius semper & e- Crescite & multiplicemini.
iusdem staturæ fini circunscribatur, sed adolescat. Multiplicemini, vt ne in vnum aliquem
abeat homo, magis autem in admodum multos propagetur. *Et implete terram.*) Implete,
non incolatu aut habitatione, (ita enim nosipsos viuentes alioqui locorum arctissimis an-
B gustiis compressissemus, si terram voluisset admetiri modulo capaci nostræ habitationis)
magis implete, potestati eam vestræ ac dominio substernentes. Nobis enim terræ dominiũ
prærogauit. *Implete terram.*) Ipsi ne homines eam vi subigentes implent? vtiq; eam vt im
pleremus, dominos nos constituit: & illam sanè implemus munere nobis indultæ rationis.
Vt primùm perspexerimus quanta porrigitur dimensione illa exæstuans & retorrida regio
eademq; inhabitabilis: quum clima illud boreale contemplabimur, quod amplissimæ licet
sit capacitatis, sit tamen ob insigne & exuperans frigus, vt tota ea regio vacua sit culturæ,
nec vlli cedat hominum vsui, num quæso videbimur impleuisse terram? Vtiq; eam imple-
mus, selecta portione quam nobis futuram vsui noueramus, repudiata ea quam intelligeba-
C mus vitæ huic traducendæ incommodam. Nos itaq; instituit terræ totius dominos operа-
toria virtute sententiæ illius: Implete terram. Esto, non tota in vsum concesserit nostrum:
constat tamen sub hominis ditionem, vniuersam venisse. Nam ne tu quidem frumentum si βεβαίωσις à simili.
coëmisti, neutiquàm negari debes dominus, quòd mistim illi inserta quædam comperian-
tur, quæ partim parando edulio conueniant, partim quæ excutere è medio debeas & abiice-
re. Aut lapides quidem vt esui inutiles, illinc abiicis, & quicquid aliud se offert permistum
ad escam incommodum. Paleis primùm exufflatis, zizaniisq; secerniculo discussis, seligis id
purum quod sit, quodq; intelligis tibi subministraturum consistentem vitæ substantiam. Ad
eum itaque modum homini deus gratuitò terram contulit, hanc quidem nempe meliorem,
D humanæ habitationi accommodam, illam autem agricolationi conuenientem & proinde
necessariam, alia quadrupedum gregibus pascendis dimissa est. Licuerit ne, dic tu mihi iam
constituere quod volo: quando munifica & indulgenti liberalitate creatoris, tanto inaugu-
ratus dominio, dicentis: Implete terram? *Et imperent piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestiis*
terræ.) Hæc illa benedictio, hæc sanctio legis positæ, hæc illa deniq; est dignitas per dei gra- ἀπόδειξιν demonstrationem.
tiam, homini prærogata. *Et fecit deus hominem. Ad imaginem dei fecit illum.*) Hanc ne apodi-
xin annotasti inabsolutam esse nec exactè concludentem? *Faciamus hominem ad imaginem &*
similitudinem nostram.) Duo quædam hæc complectebatur consultatio, nempe: Ad imaginem
& ad similitudinem, cum interim creatura ipsa vnicum obtinuerit. Num aliter consultauit,
E ac semel initum consilium dein permutauit in aliud? An in ipsa creatione illi pœnitentia
quædam se comitem addidit? Vlla ne in creatore inefficax ponenda impotentia est, vt qui
alia consilio destinarit, alia opere ipso præstiterit: aut vlla hisce ineſt verbis superuacanea & βεβαιωτικὴ vox est hic τάχα, non ἀποφατικὴν.
futilis loquacitas? Certè enim hoc dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem.*) Hic
verò vbi dixit, Ad imaginem: non subtexuit, Ad similitudinem. Quicquid iam dictorum e-
legeris, vtiq; in ius vocaueris scripturam. Quòd si malis hoc ipsum dicere scripturam, redun
dans vtiq; fuerit & superfluum inculcare eadem & bis efferre. Intoleranda prorsus & grauis
blasphemia fuerit vel verbum asserere in scriptura inueniri otiosum. Atqui nihil illa in areã
profert, otiosum quod sit aut redundet. Igitur necessarium fuerit concludere hominem fa-
F ctum & ad imaginem & ad similitudinem. Quamobrem minùs reddidit expressè scriptu-
ra, quæ deus vt faceret, consilio instituerat? Quid ni dixit: Et fecit deus hominem ad ima-
ginem & similitudinem dei? Elanguit ne, aut imbellis fuit virtus conditoris? Ratio hæc pla
nè impia. Pœnituit ne imperatorem initi consilij? Tantò hęc præ illa est impia magis cogita- ἀστοχέστερον τὸ ἐνθύμημα.
tio. Atqui dixit. Statuit ne aliud, mutato dein consilio? Ne id quidem. Neq; enim iste est ge-
nuin⁹ scripturæ sensus. Neq; opifici ad operis destinati exactam consummationem decessit
quicquam virium aut deminutum est: sed nec irritum abiit aut inane eius consilium. Quæ
igitur tandem ratio est, quòd particulam posteriorẽ istius suppressit sententiæ: Faciamus ho
minem ad imaginẽ nostram & ad similitudinẽ? Nimirum hæc, quia illud quidem quod pri-
ore statuitur loco, in ipsa mox creatione obtinuimus: quod posteriore ipsi vt assequamur, à

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostro pendet liberæ volũtatis arbitrio. Nam quòd ad imaginem dei facti sumus, nobis suppetit prærogatum ex ipsa statim primigenia conditione: vt autem similitudine insigniamur dei, id demum relinquitur nobis acquirendum certa animi destinatione. Et hoc quidem vt liberè eligamus, ineſt nobis potẽtia: at efficaci & operatoria actione eam nobis adsciscimus similitudinem & conciliamus. Nisi enim is qui nos condidit dominus, anteuertisset occupatione, vt diceret illud, Faciamus, &, Ad similitudinem, si non sua solius munificẽtia prærogasset potestatem, qua adiutrice nos ipsius similitudini conformaremus: nulla vnquam nostra ipsorum facultate ad eam diuinę similitudinis susceptionem euasissemus. Nunc quãdo potentiâ quidem similes deo nos fecit, largitus potestatem in hoc, vt assimilemur deo: reliquum erat, vt nos sineret cooperari isti gratiæ similitudinis ad deum nobis potentiâ prę- H rogatæ, vt merces proposita operi perinde, ac nuntius quidam ad operam strenuè nauãdam nos proliciat atque inuitet, vt ne cunctatiores desideamus, ceu statariæ imagines cuiuspiam pictoris penicillo effigiatæ, nullo suo fructu in loco positæ, vt ne istius similitudinis nobis collatæ decus ac splendor alij cuipiam adferat laudem. Imaginem enim accuratiore opera ac solerti artificio afformatam primario exemplari fixiùs contemplatus, laudem non vtique ad imaginem regeris, sed pictoriæ manus artificem suspicis articulum. Quò igitur similitudinis huius admirabilis ac solida laus vni mihi cedat, non item alteri, penes me esse voluit & licuit arbitrarium, ad dei vt possim pertingere similitudinem. Per imaginem animę impressam meæ, obtinui rationis vsum: verum christianus effectus, vtiq; similis efficior deo. Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est, ait. Viden', quò loci explicatiùs dominus nobis edisserit illud, Ad similitudinem? Quia, inquit, oriri facit solem suum super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Maliciæ omnis osor si fueris, si immemor acceptæ iniuriæ aut inimicitiæ hesterno cum quopiam contractæ, si fraternæ dilectionis & concordiæ tenax, si alienæ calamitati indolescens ex animo assimilis deo inuenière. Si inimicitias aduersum te exercenti pio cordis affectu remiseris, ad similitudinem dei prouehère. Ad similitudinem dei pertinges, si qualem hic se erga te peccatorem exhibet, talem te erga proximum qui in te deliquit, declararis misericordis clementiæ affectu. Quarè illud prius, Ad imaginem, obtines quidem tu ratione insignitus: posteriùs verò, Ad similitudinem, stola benignitatis amictus assequêre. Piæ miserationis viscera assumito, suauis ac placidæ benignitatis, vt Christum promerearis induere. Per quæ enim interiore affectu alienæ infœlicitati condolescis, per eadem ipse indues Christum, perque cum ipso contractam familiaritatem, tantò se reddet deo familiariorẽ. Per hanc sanè disserendi formulã, narratio historiæ ad humanæ diriuatur eruditionem vitæ. *Faciamus hominem ad imaginem.*) Ab ipsa mox creatione obtinui illud, Ad imaginem: destinato autem ac liberiore animi proposito, ad id prouehor, Ad similitudinem. Tua igitur aliqua ex parte est gratia, quarè meritò ingrederis coronatus. Totum enim tuus tibi si prærogasset opifex, qua tandem gratia tibi nihil commerito cœlestis regni fores reseratæ fuissent? Nunc verò quiddam contulit, quiddam reliquit perficiundum, vt id in teipso quum ad perfectionem promoueris, pronunciere nihil indignus qui mercedem insumptæ operæ deo repignerante recipias. Quo igitur pacto effingimur ad similitudinem dei? nimirum per euangelia. Christianismus quid est? Assimilatio dei, quatenus eam assequi potest humanæ fragilitas naturæ. Voti ne reus es te christianum fore? Ne cunctere deo fieri similis, Christum indue. Quonam pacto indues Christum? Baptisma qui non accepit, qui indumento incorruptibili se nondum amiciuit, vtique is à se excussit & ablegauit dei similitudinem. Tibi proinde si dixissem, Huc ades, Regi assimilis esto: mêne censeres de te præclarè meritum? Quum verò ipse percupiam componere te & effingere ad similitudinem dei, eam vitabundus auersaris doctrinam, quæ te possit æmulum reddere diuinæ virtutis auresque mox tuas obsepis, ne salutaris sermo meus aditum inueniat ac penetret. *Et fecit deus hominem ad imaginem.*) Planè hominem, dixerit quæpiam mulier: Quid refert mea? Vir ipse factus est. Non enim dixit hanc hominem, nempe mulierem: sed definitè adscripto articulo τὸν hunc ad ἄνθρωπον hominem nihil obscurè marem expressit. Atqui ne per imperitiam vnus aliquis suspicaretur autorem vti voluisse appellatione hominis pro viro & eo solo, subtexuit: *Masculum & fœminam fecit eos.*) Habet sanè & mulier nihil minùs ac vir, quòd ad imaginem dei facta est. Honor vtrique naturæ nihilo dispar, sed æquus, æquæ virtutes, vtriq; in agone virtutis decertanti propositum par præmium, consimilis vtriq; peccanti decreta condemnatio. Nolim dicat mulier: Imbellis sum & infirmæ

conditionis.

δυνάμει, ἐνεργείᾳ.

δυνάμει.

ἵνα ἄγγελος.

A simili argumentum.

πρὸς τὸ πρωτότυπον.

Perstat ἐν τῇ ὁμοιώσει.

Ad imaginẽ
Ad similitudinem.

ἐπιφώνημα.

τοῦ σου ἡ χάρις.

Non per euangelij notũ impios ac flagitiosos fratres aut lutheranos.

τοῦ ἀνθρώπου.

A conditionis. Isthæc infirmitas carnis est: nam in anima sibi sedem fixit virtus firma ac potens. Diuina igitur imago hæc quum in vtroque sexu peræquè honoretur, sit & compar atque consentanea in vtroque virtus, quæ per bona opera vim suam exerat & explicet. Prætexurienti imbecillitatem corporis ne vna quidem excusandi sui iusta suppetat ratio. Non enim vsquequaque concesserim infirmum esse mulieris corpus. Est, fateor, per sympathian teneriusculum, quod alioqui ad tolerantiam non exigui sit vigoris, pertinax firmúmque ad excubias. Nam cuius aliquando viri natura concertare ausit cum mulieris indole, eius quæ iugi continentia vitam adornat atque instituit suam? Quando vir vnus imitetur mulierum pertinacem constantiam in ieiuniis, in orationibus operosam sedulitatem, profluB entem & prolixam lachrymarum effusionem, alacritatem expromptam ad cuiuis exhibendam benignitatem? Ipse ego vidi mulierem honesto genere furti, viro clam, suffurantem quæ in pios inopum vsus fuerat erogatura pro sospitate viri, pro rei familiaris incremento, pro liberorum diuturna incolumitate, Idque facientem coniugẽ totius rei nihil conscio. Conscientiam eius vitabat, pro cuius hæc dispertiebat salute. In illius enim, quod faciebat, faciebat gratiam, qui nihil non quanlibet arcanum clarissimè contuetur ac perspicit, nulli prorsus suam pandens beneficentiam. Habet igitur & bona mulier illud: Ad imagi- περίπλασμα. nem. Nolim, isti externo homini animum admoueas tuum, tectorium quoddam est. Delitescit anima intus sub hoc integumento sessitans, & corpore molliusculo. Anima sanè viri, C anima itidem mulieris vtraque parili honore insignita est. Tantùm comperitur in istis integumentis discrimen. Assimilare igitur deo, benignitate, clementia in iniurios tibi, familiari cum cæteris congressione, amore mutuo, fraterna charitate, malignitatis totius odio, imperando pro virili istis affectibus vitiosis, vt prærogato tibi principatu vel tandem inaugurere. *Et præsint piscibus.*) Iudultum insuper tibi est, piscibus vt præsis, quibus nullus est cum ratione vsus. Fac itaque princeps vt euadas ac superior omni affectu vacuo rationis.

Et præsint bestiis.) In omnem quoque bestiam decoraris imperio. Dixeris: Quid ergo est? Egóne hasce bestias in meo contineam sinu delitescentes? Et quidem nulli numerabiles. Planè in teipso circunfers numerosam & eam apprimè turbulentam beluarum intemperiem. Dictum hoc meum vt ne arbitreris in tuam detortum contumeliam, audi, tibi ne ef- D ferueſcentis iræ impetus bestiola videtur? In corde væsaniens ira cùm oblatrarit, quo non cane efferatior est? Dolus quoties in anima doli fraudisque concinnatrice sibi delegit domicilium, num vrso quouis in suo spelæo collatebrante est implacabilior? Quid? Hypocrisin neges esse beluam? Quisquis ad concinnandam calumniam composito est & peracri ingenio, is ne tibi merito videri debet scorpius? Quisquis ad expetendam vltionem, per insidias clàm adornatas se comparat: num hic quauis vipera censendus est immanior? Non eum iure dixeris lupum rapacem, qui nullo suo iure corradit & extorquet aliena? Quæ tandem fera est, quæ non in nobis sibi vendicet locum? Insano captiuus amore cuiuspiam mulierculæ, non talis equus est furiali concitus œstro? Equi, ait scriptura, insani Hiere. 5. c. E amatores mulierum facti sunt. Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Se enim quis ad eius brutæ animantis indolem transformasse dicitur, cui vitiosa imitatione affinem se reddidit ac familiarem. Quocirca non vnæ in nobis se collatebrant feræ. Da igitur operam, istiusmodi bestiis vt imperes. Externarum princeps factus, internas sines impunè debacchari nullo cohibitas imperio? Qualis tu, si quidem leonem duce ratione coërcens, illius quoque contemnens rugitum te hinc effers & insolescis: ipse contrà infrendens dentibus inconcinnam nec suis articulis distinctam emittis vocem, animo prorsus ira percito & ad hoc connitente vt in vnum aliquem, impressionem faciat? Ecquid vs- F quam est hoc furiali affectu truculentius? Non sinit vt vel tantillum internus noster homo perstet tranquillus & requietus, simul atque hominem irrequieta eiusmodi perturbatio expugnarit, cùm incandescens ira principatum sibi vendicarit animæ, Ratione explosa. Sanè in hoc creatus es princeps, vt imperites istis affectibus, vt dominere bestiis, reptilibus vt præsis, simul & volatilibus. Cogitationes ne admittito aëriuagas & plenas vanitatis. Caue, leui sis animo nec secum consistente. Delatum est tibi in hæc volatilia imperium. Insolentem prorsus & absurdam rem feceris, si externè quidem volucres è sublimi decutiens, ipse leuis deprehendêre & animo supra vires arrecto. Esto fastus fugitans, animi elationem auersator. In animum ne vnquàm induxeris tuum, vt quàm humanæ naturæ postulat ratio, coneris sapere maiora. Laudibus te aliquis extulit? Ne infleris. Ne te

Universidad de Deusto
Biblioteca

collaudes. Nolim teipſum exiſtimes magni quiddam eſſe momenti. Fueris alioqui vo- G
lucris inſtar nuſquam conſiſtens, nec firmo vnquam animo huc illuc circumagêre pa-
labundus. Tuis fac imperes cogitationibus: imperator vt ſis, quæ ſunt, omnium. Ad
hanc doctrinæ formulam collatus nobis principatus, per animalia mores noſtros con-
cinno ordine moderatur & eò dirigit, vt noſtri ipſorum diſcamus eſſe domini. Abſur-
dum enim fuerit, & res admodum inſolens, ſi is non vni genti imperet, qui ipſe domi ex
alieno pendeat arbitrio: is adminiſtrandæ reipublicæ ciuitatis præficiatur, qui in intimis
ædibus captiuus premitur iugo viliſſimi ſcortilli, nec rem familiarem rite diſpenſat. Con-
uenit eum aſſumi ad aliorum præfecturam, qui quæ ſibi ſunt intima, probè nouit ac de-
centi ordine moderari. In hunc alioqui, rem domeſticam ſi confuſaneam reliquerit, nec H
eam ſcierit digerere in ordinem, iure à ſubditis regeretur euangelicus ille ſermo, Medice
cura teipſum. Auſpicium proinde medendi à nobis ipſis primùm ſumamus. Nemo quod
venatu non prehenderit leonem, contemptui patuit aut multatus morte eſt: iræ intempe-
riem qui non domuit, nulli non fuit deridiculus. Hoc igitur affectu priuato quiſquis non
euaſit ſuperior, vituperij incurrit notam: quum is interim nihil dum videtur admiſiſſe
damnatione dignum aut quod illi vertendum ſit vitio, ſi victoriæ compos eſſe nequiuerit
aduerſus beſtias haſce agreſtes & efferatas. Dominus qui ſua diſpenſatione voluit hæc in
literas tranſmitti, qui noſtram qualencunque & eam planè debilem linguam ſiuit in hanc
vſque horam ad vos concionem extendere, quique per noſtram imbellem & infirmam in- I
telligentiam, in hiſce perexiguis adumbrationibus veritatis deliteſcentes theſauros vobis
ingentes ſanè reuelauit: is indulgenter vobis det per haſce minutias eximiam atque vbe-
rem doctrinam, per exilia hæc ſemina abſolutam ſcientiæ largiatur cognitionem: nobis
proinde donet noſtri iſtius inſtituti perfectam ac ſolidam mercedem, vobis denique im-
pertiatur, vt opulento & vbere fructu perfruamini diuinorum eloquiorum. Ipſi gloria &
imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA VNDECIMA, DE HOMINIS *primigenia conſtitutione, Godefrido Tilmanno Cartuſiano interprete.* K

ἀποσιμύνων τὸν ἄνθρωπον.

SAlomon ſanequàm ſapiens non in perſuaſibilibus eruditus ſapientiæ verbis, ve-
riùs qui è ſolida ac veraci ſpiritus ſancti doctrina ſuam illam hauſit ſapientiam,
in iis quæ recens lecta nobis ſunt, magnifico planè hominem exornans elogio,
voce exerta hæc depromebat: Magna res eſt homo & res pretioſa, vir miſeri-
cors. Ego contrà ſed nullo meo fructu rem hanc commentabar atque expendebam, om-
nia admetiens meæ vnius exiguitati, cùm ea quæ in animo mecum ipſe verſabam, tum L
quæ doctrice ſcriptura de homine edidiceram. Equidem reputabam ipſe, quinam poſſet di-
ci homo res eximia adeò ac præcellens, animal deciduum & morti deſtinatum, animal in-
quàm, quod innumeris obnoxium & expoſitum affectionibus, ab ipſa mox effuſione vteri
materni ad extremæ ſenectæ lineam agmen ſecum trahens inexplicabilium malorum, ve-
luti ſentinam quandam exhaurit: de quo dictum eſt, Domine quid eſt homo, quia inno-
tuiſti ei? Et ecce quem regius Pſaltes pro aſpernabili ducit & gregario animali, huic pro-
uerbiorum liber elogium defert eximiæ cuiuſdam ac ſingularis prærogatiuæ. Verùm oppo-
ſitionem hanc implexam & ancipitem exemit animo ac diluit hiſtoria Geneſeos de homi-
ne lecta. Audiebamus enim nunc, quia deus accepto è terra puluere finxerit hominem. Sanè
ex hoc dicto veram vtriuſque partis obiectæ elicui dilutionem, nempe quia homo & ni- M
hil eſt, & idem quiddam eſt eximium. Si ad illius naturam tantum ſpectes: nihili homi-
nem dixeris, at ne vllius eſſe momenti: ſi ad id honoris quo illum dignata eſt & inſigniuit
dei benignitas, mentem conuerteris, vtique magnum quiddam deprehenderis eſſe homi-
nem. Quis ille tandem honor? Dixerat deus: *Fiat lux, & facta eſt lux.*) Hominis exortum con
fer nunc cum generatione lucis. Dixit illic, *Fiat firmamentum.*) Magnum iſtud cœlum quod ſu
pra nos expaſſum eſt, factum eſt verbo dei. Aſtra, Sol, Luna & quæcunque oculorum acie li-
cet contueri: quæcunque inſuper mente aſſequimur ſupra nos eminere, quantælibet molis
ſint & diffuſæ magnitudinis: quod ſunt, id obtinuere verbo Dei. Mare, terra ac eorum, quæ
vtrunque ſuo ambit complexu, decẽs & accommodata diſtinctio, omnigenûm animalium

genera

A genera, omniuariæ ſtirpium differentiæ, hæc omnia verbo ſunt facta. Hominis porrò creandi, quæ fuit formula? Nequaquàm dictum eſt, Fiat homo, ſicut illud, Fiat firmamentum. In creando enim homine quiddam contemplari liceat auguſtius creatione lucis, cœli, luminarium. Denique cætera exuperat hominis creatio. *Accepit dominus deus.*) Corpus hoc noſtrum nihil indignum duxit, quod propria efformaret manu. Id effingendum non vnicuipiam angelorum delegauit. Non quemadmodum ſolet cicadas, ita nos ſua ſponte terra quaſi ebulliens & efferueſcens ſuis excluſit viſceribus. Non item vnicuipiam ex adminiſtris illis ſpiritibus aut potentiis dixit, ſic & ſic facies: ſed propria ipſe aggreditur & capeſſit opus. *Accepit terram.*) Acceptã condendo homini materiam ſi ſpectaueris, quid tibi iam homo? At plaſtẽ λειτουργικαῖς δυνάμεσιν.
B fixiùs ſi contemplere, hominem neceſſe eſt fatearis eſſe quiddam non vulgare aut gregariũ. Quarè ratione ſubducta materiæ, nihil eſt homo: & idem magnum quid ob delatam illi dignitatẽ. Et *accepit deus.*) At certè quo id pacto? Illic enim priùs dixerat, Et *fecit deus hominem.*) Cap. 1.
Hìc porrò quaſi de homine nihildum eſſemus edocti, hiſtoria nobis retexit hominis creationem & ab initio redorditur, dicẽs: Et *accepit deus puluerem de terra. Et formauit deus hominem.*)
Huic obiectioni proximè quidam reſponderunt hoc quidem, Formauit, de corpore eſſe dictum: illud prius, Et fecit, de anima. Hæc fortè differendi ratio non ita recedit à ſcopo veritatis. Nam quo loco dictum eſt, Et *fecit deus hominem. Ad imaginem dei fecit eũ.*) ibi expreſſè poſitũ eſt verbũ ἔπλασε, id eſt fecit: iã verò deinceps quãdo de corporis ſubſtãtia ſermo eſt, verbũ
C infert hoc, ἔπλασε, id eſt, formauit, finxit, plaſmauit. Regius nanq; pſaltes hoc eſſe diſcerniculi inter facturam & formationem edocuit ſuo illo verſiculo, Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Fecit, vtique interiorem & arcanum hominem: plaſmauit ſiue finxit hũc externum. Congruè enim ad cœnum ſiue lutum plaſmatio aut figmẽtum refertur, vt factura ad imaginem. Caro igitur formata quidem eſt: anima autem facta. Superiore igitur loco ἐπλάσθη ἢ σάρξ, ἐποιήθη ἡ ψυχή. Ratio altera explicatior.
quum de ſubſiſtente dixerit animæ natura, reliquum erat, nunc vt de inſtitutione formationéve corporis nobis ediſſereret. Penes te quoque & hanc ſepone rationem. Quænam illa
D eſt altera? Nimirum hæc: Quædam enim conciſiùs loquens ſcriptura, contrahit in compendium: quędam contrà iuxta quem facta ſunt, modum nobis tradit explicatiùs. Sanè ſuperiùs dictum eſt, quia fecit: hic, quo illum pacto fecerit. Si enim velut obiter & vtcunq; dixiſſet hominem factum: in animum tuum potuiſſet irrepere cogitatio factum eſſe hominem ad eandem formulam, qua & pecora, beſtiæ, plantæ, denique fœnum. Quò itaque auerſere ac defugias iſtam indolem animantium rationis expertium natura ad affectiones propendentem: memoriæ prodidit ſcriptura deum circa te eſſe vſum diſcreto ab illis ac peculiari artificio. *Accepit puluerem de terra.*) Dixit illic, quia te fecit, hic vt te fecerit, indicat. E terra ſũpſit puluerem, ſuiſq; te manibus effinxit. Mentem huc mihi aduoca, & vt ſis formatus, vide. Ad hãc naturæ officinam animum aduerte tuum. Quæ te excepit formãdum manus, vtique dei eſt.
Corpus iſtud dei formatum manu prouide, nulla vt vnquam piaculari improbitate defœ-
E detur, nequa contage immutetur peccati: nequando è manu dei contingat excidere te. Es vtique vas ſolerti effictum ac prouida dei manu, affabrè factum à deo: gloriam repende factori. In hoc enim vnum factus es, te vt habeat ſuæ gloriæ accommodum & vtile organum. Quin & vniuerſa hæc mundi moles, perinde eſt ac liber literis exaratus palàm conteſtans ac deprędicans gloriam dei illiúsq; auguſtiſſimam maieſtatem arcanam alioqui & inuiſibilem abundè enuntians tibi intellectili creaturæ, quatenus ad cognitionem attinet veritatis. Dicta igitur fac, tenaci mandes ac fideli memoriæ. Et *benedixit eis deus & ait: Creſcite & multiplicamini & replete terram.*) Incrementum duplex: corporis vnum, alterum animæ. Sanè anima creſcit, dum quotidiana progreſſione ſe ad perfectionem promouet, præſidio adiuta diſciplinarum. Creſcit & corpus, dum ab exigua maſſula progreditur, ſeq; attollit ad iuſtum &
F competentem ſtaturæ modum. Illud igitur, Creſcite, brutis quidem animantibus dictum eſt iuxta perfectionem corporis, tantiſper dum id ſe ſurrigit ad menſuram ſtaturæ ſibi natura præſcriptæ. Nobis porrò dicitur, Creſcite, ratione inita interioris hominis, qua ſe promouente rectà ad deum contendimus. Iſtiuſmodi erat Paulus, qui dum adniteretur, próq; virili ſe extenderet in anteriora, eorum quæ erant à tergo, obliuiſcebatur. Hæc ea auxeſis eſt ſpiritualis & diuinæ contemplationis. Pietatis redintegrandę ratio, ipſa inquam extenſio in hoc ſita eſt vt ad ampliora iam quæſitis quotidiana progreſſione nos extendamus: nimirum vt eo quidem quod aſſequutus iam es, è memoria ſublato, id demum perſequare pro virili quod ex perfectæ pietatis cumulo agnoſcis tibi deeſſe. Talis & Iſaac erat, de quo celebre illud elo-

Simile quid dã de B. Antonio Anachoreta Athanaſius Alex. Creſcite. Incrementũ animæ & corporis.

αὔξησις augmentum, acceſſio, incrementum

Gene. 26. c.

gium

Universidad de Deusto
Biblioteca

gium proditum memoriæ est, quia promouens gradum in sublime attolebatur, donec magnus effectus est. Non enim desiit aliquando succrescere. Neque quòd in stadio virtutis aliquousque promouisset, desedit cunctatior: quin is potiùs iugi & intenta progressione procedebat. Ad obeunda virtutis opera se contulit. Et quidem ad temperantiam prouectus est gradu impigro. Ad iustitiam pertigit. Ab hac ad virilem & heroicam fortitudinem peruasit. Ad apicem denique summum totius boni his auctibus iustus continenter progrediens sublimatus est. *Crescite* igitur.) Sed quo incremento? nimirum perfectionis ad deum rectà prouehentis, incremento quod interiorem hominem moderetur & ornet. *Multiplicamini.*) Ecclesiæ benedictio hæc est, vt ne in vno aliquo vis efficax verbi diuini finem capiat aut circunscribatur: magis verò in omnem sese effundat terram ac euulgetur euangelium salutis. *Multiplicemini.*) Quinam? qui per euangelium generamini. *Replete terram.*) Bonis operibus carnem hanc vobis in ministerium collatam suffarcinate. Oculus rerum honestarum & apprime decentium aspectu exatietur. Manus ne cunctetur explere se operibus bonis. Pedes se ad interuisendos ægrotos impigrè promoueãt, & ad ea se conferant gradu concito, quę adire conueniet. Membrorum denique concinnus & pulcher ordo his se operibus referciat, quę mandatis legis diuinæ respondeant, nimirum hoc indicat, Replete terram. Voces quidem hæ vel brutis communes sunt, iure tamen quodam ac peculiari eas nobis asciuerimus, si quando illarum vsum transcripserimus ad animam quæ secundum imaginem dei creata est, & ad rationem, qua insigniuit nos & honorauit deus. Et quidem illa augescunt incremẽto, sed corporis, nos spiritus: Implent illa terram numerosa multitudine, nos nobis coniugis vice coünitam terram hanc, corporale videlicet obsequium complemus fertili copia bonæ operationis. *Ecce dedi uobis lignum, quod habet fructum in semetipso uobis erit in cibum.*) Nihil neglectim aut perfunctoriè prætercurrat ecclesia, quando nihil horum non legitimum est. Non dixit, dedi vobis pisces in cibum. Dedi vobis pecora, reptilia, quadrupedia. Neque enim in eum vsum hæc creaui, inquit, Verum primaria illa legislatio èsum indulsit fructuum. Neque enimdum paradisi domicilio censebamur indigni. Hic proinde mysterij quiddam occultioris delitescit. Nobis enim in commune cum feris, volucribus cœli, denique cum vniuersis terræ bestiis collatus est fructuum esus, gramen quoque, quum interim paucas ferarum liceat videre ali fructibus. Nam quo tandem fructu se pasci panthera sustineat? Quis fructus cedat leoni in cibum? Attamen feræ istæ tantisper dum iugum legis naturæ passæ sunt: vitam tolerabant esitatione fructuum. Homo autem simul vt præstitutum sibi traducendę vitæ prætergressus est canonem, & limitem præfinitum transcendit, quumque mox à diluuio prenosset dominus homines nequaquam sibi ab inconcessis temperaturos, indulsit quouis vesci. Omnia hæc, ait, quasi holera virentia comedite. Per hanc nobis indultam concessionem & animalia quæq; parili libertate donata sunt quiduis impunè edendi. Ex eo iam tum ac deinceps crudis leo vescitur: vultur hianti rostro internectiuum cadauer affectat. Neque enim vultures mox à cæterorum animalium creatione, quaquauersum spectabant terram. Nullum enim eatenus vsquàm comperiebatur morticinum eorum quæ à deo assignata fuerant & facta, quo se nutricarẽt vultures. At ne id quidem sinebat natura in suo tum consistens vigore. Non item venatores conficiundis feris operam dabant: neque dum id studio erat hominibus: cùm nec ferę lanienam exertis in homines dentibus exercerent, vt quæ necdum essent crudiuoræ. Inoleuit dein ex more vulturibus consuetudo, pensum vitæ vt sibi parent ex morticino quopiam cadauere. Quare cum nusquam locorum eatenus esset cadauer, nullodum ex loco graueolens spirabat odor, necdum vlla eiusmodi esca explendis istis idonea vulturibus: sed cygnorum in morem, indiscreta erat & eadem omnibus viuendi ratio. Pratenses tantùm herbas animal omne sibi attondebat ac depascebatur. Eius rei insigne & in canibus liceat videre. Dum enim student sibiipsis mederi: hos identidem videas depasci gramen: non quòd cani pascendo conueniat gramen, sed quia citra operam humanę institutionis, doctrice tantum natura ad id bruta profugiunt, quod subodorantur sibi vsui futurum. Velim reputes tecum, istiusmodi fuisse tum animalia (quæ hodie vides cruda carne vesci): vt vi imaginatiua apprehenderint herbam omnem fœnaceam sibi collatam in cibũ, ac proinde nihil insidiarum in sese moliebantur. Cuiusmodi enim spes est futuram olim rerum redintegrationem: talis modi fuerunt res cunctæ initio primæuæ generationis. Reuocandus enim homo est in gradum pristinæ conditionis: si modò à se priùs improbitatem amolietur, si multiuarias vitæ istius deciduæ curas abiecerit, animam denique si seruili iugo

σωφροσύνην δικαιοσύνης, ἀνδρείαν.

θεολογία.

Caro. Oculus. Manus. Pedes.

ἀγρωστιν.

διὰ τοιαύτης similitudiné dicũt, non comparationem

A diluuio primum est concessus carniũ esus. Hic quiddã desidero in exemplari.

rerum temporalium emancipatam suæ libertati restituerit. Isthæc omnia à se vbi deposuerit, ad eam licebit recipere se vitam, qua in paradiso degitur, illam dico vitam nullis carnis seruientem affectibus, liberam prorsus, cum deo congredientem, angelorum prægestientem cõtubernio. Sanè hæc non eo mihi dicuntur, quod vsum istiusmodi alimoniæ ademptum cupiam, quem dei benignitas nobis indulsit: quin vt declarem potiùs, quàm beata fuerit, quãq; fœlix ineuntis illius primùm temporis conditio. Qualis erat tum vita? Vt nullius prorsum rei inops? quàm paucis, quamq; parabili contenti viatico abierunt homines, quod ad rationem traducendæ istius vitæ? Quo nunc pacto author mali, peccatum nobis hanc multiuariam inuexit viuendi rationem? Veris enim paradisi delitiis simulátque excidimus, has planè fucatas & quæ nihil habeant synceræ voluptatis ipsi nobis excogitauimus. Quando non iam datur vitale illud lignum ante ora tueri, neq; illius eximiæ pulchritudinis finimur spectaculo perfrui: in qualencunque oblectationem dati sunt coci deinceps, pistores, multimoda item excogitatio cupediarum & suffituum, aliorumq; eiusmodi in qualecunq; solamen nostræ è paradiso miserabilis ruinæ. Ita enim qui ægrotant, si quando per inualescentẽ morbi acrimoniam incommodè capiunt fructum ex edulio cõsueto idq; fit stomachi deiectione: alia quædam odoramentis & id genus condituris confecta, manúque exhibita medicorũ sumunt. Nam quando in istis collapsa est appetitio solidioris edulij, quæ talium debilitatæ naturæ consentiunt, comminiscuntur hi & excogitant, qui infirmorum sensibus norunt indulgenter obsequi atque inseruire. Etiam si nunc quoque imitari velimus eam quæ in paradiso obseruata fuit, vitam: vitatis illecebris eduliorum tot adeò materiis concinnatorum, ad illam frugi ac parabilem viuendi formulam pro virium modulo nos ipsos reuocamus contenti ad vitæ istius fulcimentum, vsu fructuum, seminum & eorum quæcunque lignoso putamine circumuestiuntur, cuiusmodi sunt nuces, poma, castaneæ. Quicquid, hæc præter se obtulerit: ab vsu nostro vt non necessarium, submoueamus. Et quidem horum nihil execrabile ducimus aut abominandum in eius gratiam qui condidit: nec tamen eadem expetenda veniunt, vt ne sint carni fomes voluptatis. *Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis.*) Hic sanè respondeant arithmetici, & qui ad parandam eiusmodi rerum cognitionem tantum otij detriuerunt, qui passim ostentant & obtrudunt eximiæ cuiusdam sapientię loco huiusce rei peritiam: qua ratione senarius iste numerus congener sit mundi creationi, quidve cum mundo affine habeat. Est enim prole prægnans multiplici. Nam species numerorum quum ex se tam multas gignat, partibus tamen quibus constat, perfectus est. Pleraque insuper alia quæcunque de senione arithmetici enarrant in suis illis disceptationibus scholasticis. Si cui ad hæc expendenda suppetit otium: licebit hæc secum vt admurmuret. Rursus dicant & de septenione, quòd is sterilitatis infœcundæ sit. Nec enim aliud quicquam septenio ex se gignit, at neque ab alio, generatur. Proinde sermonem hunc vt ne in tot adeò species materiásve cogar diducere: velut excursim hac ad vos relegata disceptatione, ad ea quæ animis vestris gratiora fore confido, me conferam. Porrò si quis contendet penes se esse qualencunque horum peritiam: velim, is sibi persuadeat apud nos quoque repositum esse eiusce artis thesaurum. Quarè si quid in se arithmetice continet eximium: vtique eius semina hic etiam suppetunt. Nec interim nobis quicquàm arrogamus aut gloriamur: quòd hæc è mundi sapientia profecta sint, aut certè quòd ad eam faciant sapientiam quæ è mundo corriuata est. Qui enim talia studiosè consectantur, simulatq; nonnihil hinc furto suppilarint, suis id infarcientes libellis, quasi quiddam magnum scripserint, insolescunt & supra modũ gloriantur. Quò igitur declaremus ea demum nobis aspernabilia videri, quorum cognitio tantopere ab istis expetitur: rationem quæ hisce de rebus reddi poterat, silentio prætercurremus. Simul his adde, quòd rerum eiusmodi speculatio populo sit captu perquàm difficilis: quum interim ecclesia non huc cogitur, vt eos excipiat sermones qui auditoribus sint admirationi: veriùs cupidè quærit earum solutionem propositionum, quæ suæ possint ædificationi commodare. Sanè dies septimus, nempe sabbatum honori olim fuit. Apud Iudæos enim septimus hic numerus erat honore venerabilis: in quo quidem scenopegiæ, tubarum celebritas & dies propitiationis. Apud illos item annus septimus remissionis dictus. Totos etenim annos sex, agricolationem vt exercerent, istis licebat: at septimo his abibant contenti, quę suapte sponte gignebat humus. Promissionis terram quum isti incolerent, annos sex Hebræus seruiebat: septimo sinebatur abire liber. Apud hos soluta captiuitas est anno septuagesimo. Ad nostra deinceps transcendamus. Ait scriptura: Septies cadet iustus, & resurget.

παρὰ τῶν ἰατρῶν δεξιώσεις.

παρ' ἡμῖν.

σκηνοπηγίαι à figendis tabernaculis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc pacto hebdomadem dierum conciliemus & nos in vnum: A generatione hominis se- G
ptimus mortem non vidit,Enoch,mysterium ecclesię.Septimus ab Abraham Moses legem
accepit.En mutatio vitæ,iniquitatis resolutio:introductio iustitiæ,dei aduentus: in mūdum
inuecta est atque introiit disciplina,& eorum quæ agenda sunt,subiit legislatio.Septuagesi-
ma septima generatione ab Adam se conspicuum mundo exhibuit ac visendum Christus.
Nouit & Petrus mysterium septenarij,dicens:Quoties peccabit in me frater meus, & dimit
tam ei, vsque septies?Respondit dominus, Non dico tibi vsque septies : sed vsq; septuagies
septies.Mysterium septenarij aliqua ex parte intellexit Petrus.Nondum tamen exactè didi-
cerat,vt qui discipulus adhuc esset:vsque septies:At ne doctor quidem recessit à septenione.
Præut sciuit,dicebat discipulus:supergressus est discipulū opulentia pietatis dominus.Quo- H
ties peccabit,& dimittam?Quid ni dixit:vsque sexies,aut octies,sed vsque septies? Cur non
item dominus : vsque centies & centies , sed septenionem multipliciter auxit ? Et quidem
Petrus non de alio quoquam numero rogauit : neque dominus canonem prætergressus est
septenarij.Petrus videlicet obseruauit hunc esse antiquariæ traditionis canonem , septenio-
nem in se complecti sacramenti alicuius significationem , nempe remissionis peccatorum,
perfectę quietis & recreationis, cuius signum sabbatum est,dies à mundi generatione septi-
mus.Petrus quidem septies:Dominus verò,septuagies septies.Peccata puniuntur septies. Eū
ne in modum omnis qui occiderit Cain, septenam persoluet vltionem ? Illic non octo,sed
septem.Parumper opperitor, & mysterium apprehendes.Septies punitur primum illud pec I
catum.Secunda cædes Lamech.De Cain enim expetita est vltio septies , verùm de Lamech
septuagies septies.En vides,quòd Petri septena remissio respõdet vltioni Cain:cùm interim
dominica condonatio , septuagies septies vltioni septuagies septenæ respondet de Lamech
sumptæ.Quanta fuit offensio,tanta & condonatio.Vbi modicum peccatum , ibi & modica
remissio.Cui remisit modicè,modicè & diligit . Vbi abundauit peccatum , superabundauit
& gratia.Quod igitur illud est mysterium:Octaua dies,seculum illud dicitur,nimirum iu-
dicij,in quo peccator,septies:& qui supra modum peccator est, punietur septuagies septies.
Iustus itidem septemplici honore potietur:qui excellenter iustus est,honorabitur septuagies
septies.Et quidem nunc dei erga nos benignitas ænigmaticis præludionibus subindicat, quæ K
futura olim sunt : tum ipso nimirum præsente, nulli non perspicuè veritas inclarescat. Hæc
enim quo quisque præmio dignum se exhibuerit, nihil obscurè est ostēsura.Dominus igitur
hic per confessionem ac pœnitentiam placatus, septuplā retributionē peccatoribus debitam
remittet. Quarè cùm dies ille formidabilis ac terroris plenus minimè nos lateat , cùm ipsi
certò nouerimus in eum diem repositam esse peccatoribus retributionem , mercedem quæ
ex æquo responsura sit & admetienda qualitati delictorum: præoccupatione condignæ pœ-
nitentiæ commissa diluamus , quatinus multiplicem ac doloris plenam promereamur illic
effugere retributionem . Dicamus igitur nonnihil de die septimo illius octauæ in qua con-
summationem accipiet seculum hoc. *Et requieuit deus ab operibus.*) Eorum quæ in mundo fiūt L
operum nihil eo die tum erit.Nullæ deinceps celebrabuntur nuptiæ, nullæ cōmutandarum
mercium nundinationes,non item exercebitur agricolatio.Terrā enim omnem terror vn-
dique occupabit.Angore & horrore corripietur omnis creatura:sudorq; anhelus & inexpli-
cabilis coorietur.Ipsi etiamnū iusti prætrepidi & anxij pro sententia quę tandem proferetur.
Abraham & ipse tum aderit non sine agonia:non quasi veriturus, ne in gehennam condem
netur,verius quémnam inter iustos sortiturus sit ordinem,primum ne,an secūdum, vel ter-
tium.Veniente è cœlis domino, disrumpentur cœli. Quantum obtineat Christus potentiæ,
colliquescet ac reuelabitur. Creatura omnis intremiscet. Quis nō trepidabit?Ne angeli qui-
dem sine timore sunt futuri. Ipsi quoque sistendi sunt,nō quasi rationem deo reddituri. At- M
tamen domini apparitio tanto splendore gloriæ illustrabitur,vt tremorem sit iniectura om
nibus. Non audis Esaiam dicentem: Si aperueris cœlum,descendente te tremor apprehēdet
montes.In eo Christi aduentu,mare concrescet gelu,operis omnis vacua erit creatura,mor
tificata erit & natura.Rapiētur tūc iusti, tūc iustis nubes erit pro vehiculo. Angeli tū se iustis
addent comites ac duces.Iusti quasi stellæ splendiflui assumentur in cœlum. Contrà, innexi
vinculis peccatores,suorúmq; mole peccatorum quasi compedibus astricti, quorum sibi pes
simè cōscij erūt,deorsum sidēt ac præcipitabūtur.Illa ergo hebdomadas figuratè per hanc si-
gnat: *Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus.*) Quæ præsentē cōcernūt vitā anxię admo-
dū curæ,illo die prsus intercipiētur.Cōcupiscētię iuueniles & incōsultę cōqescēt ac sopiētur.

Nullum

A Nullum iam de nuptiis propositum,nemini curæ tum erit propagatio liberorum , de con-
gerendo auro nullum anxia cura premet.Sui tunc obliuiscetur auarus marsupij . Qui lucu-
lentum & latissimè effusum possidet peculium, obliuiscetur terræ . Qui perditè & vsque ad
insaniam,gloriam deperit:tunc eius obliuiscetur.Horum omnium memoria ex animo con
cidet & obliterabitur.Corripietur enim anima terrore ingenti,certò sibi proponens impen-
dentia mala . Omnem enim cogitationem diutius licet, animabus nostris, immanentem,
istisque affectibus obnoxiam à sua sede depellet timor & profligabit.Vbi enim dei timor, ex
eo mox animo omnes se proripient vitiosi affectus maculæ . Hæc dies septima illius septi-
mæ est typus. *Accepit igitur deus puluerem de terra.)* Non hic mundi generatio exactam ac- τὸν ἄνθρω-
B cepit perfectionem , neque vt nostra enarratio subtexeretur , series consequentiæ intercisa ωον, suppo-
est.Dictum enim est,quia deus fecit hominem,dein requieuit ab omnibus operibus.Cumq; sititium est,
induxisset otium,iam quo pacto fecerit, his docet verbis: *Accepit deus puluerem de terra.)* pro χοῦμ.
Audisti nomen χοῦμ,puluerem ? Hinc erudire & esto intrepidus . Nullius deinceps accipito
personam.Quid magni de te tibi promittis,quid ve insolescis ? Cogitationes quæ cordi in-
serunt tumorem, flammámque accendunt elationis,siquando te adorientur:fac, creationis
huius tuæ vt memineris.Quo tandem pacto creatus es? *Accepit deus puluerem de terra.*Et,*for* γαλαστερ.
mauit deus hominem.) Quo demum tempore tui obliuiscī poteris ? Tui tum obliuiscêre , cùm
te è terra submoueris . Quòd si à terra ne momento quidem te subducis, (coaluisti enim
C terræ & concreuisti,super terram ingrederis,acquiescis terræ,téque in ea oblectas, delitigas
pro terra, quicquid denique facias, sit id magnum aut certè perexiguum , id omne in terra
facis) nimirum è vicino habes quod te tuæ cōmonefaciat humilitatis.Vnicuipiam es iniu-
rius & incandescis ? Vnde tibi ira hæc impotens ? Ignominia te aspersit aliquis ? Non susti-
nuisti audire:Ignobilis ? Dicto hoc ocyùs acriore ira efferbuisti ? Quàm quæ audisti , atro-
ciora contendis regerere ? Demitte oculos,& conquieuit indignatio.Inspecta humo fac te-
cum reputes,me qui è terra factus sum,dixit ignobilem:minus obiecit,quàm ipse sum. Ne-
que enim exprobrauit terram,è qua sumptus sum:sed hominem , qui me genuit.Vnus qui-
uis homo animatus quantò est terra præstantior,quę proculcatur pedibus ? In eam mihi an-
D tiquam matrem,nempè terram intendo oculos,quò fit,vt non iam contumeliæ loco habe-
re debeam quòd è seruo sim prognatus.Honoris enim est,quòd factus sum hac anima insi-
gnis & cohonestatus . Existimat autem is se atroci affecisse me contumelia nescius quantò
per eam plus mihi conciliauerit honoris.Meæ enim conscius naturæ, quis sim, probè noui,
simul & vnde sim.Ad eam considerationis formulam si factos nos esse de terra memineri-
mus:humilis hæc & deiecta de nobis cogitatio nullo vnquàm tempore sinet iræ impetum
plus æquo excitari . Rationem itaque tuam adiutet & auxilietur terra ipsa nusquàm non
præsens,téque primigeniæ originis commonefaciens.Ad nescio quam vilem concupiscen-
tiam si continget excurrere te:fac,subeat mentem tuæ hinc emigrationis articulus . Horam
E tui corporis in terram resoluendi si ad mentem aduocaueris: momento sedabitur eiusmodi
malesuada & væsaniens concupiscentia.Terra es,& in terram abibis . Cogites,velim mem-
bra hæc tua quæ nunc velut subsultant ardore accensa libidinis,post aliquantum desitura es
se,ipsis nimirum dissolutis membris & in terram resolutis . Fac naturæ memineris , & ecce
omnis illa ad improbitatem sectandam affectio pessum iit . Iugis hæc cogitatio salutare
quoddam amuletum est aduersus quodcunque peccatum. *Formauit deus hominem puluere è* φυλακτή-
terra accepto.) Eximiæ laudis est humilitas,hæc quoque congener nobis & consentanea na- ριον.
turæ cōmonitio. Si quidem dixisset Moses: Formauit deus hominem particula quapiam è
cœlo sumpta,id quando contemplari voluissemus,vt submoneremur humanæ conditionis
F ac naturæ ? En suppetit & ad manus est:quod nos vltro moneat, quàm nihili sumus , atque
id adeò ex his est quæ vel calce proterimus.Demitte in terram oculos : dein attende , quòd
ex re quapiam isti terræ congenere & affini , nempe vili ac reiectitia efformatus es . Quid
aspernabilius esse possit,quàm nos ipsi ? Quid nobis occurrat dignius , quàm vt nos humili
deiectione exinaniamus ? Vidisti nescio quem sibi magnopere placentem ? veste amictum
veluti floribus interstincta & variegata ? protendentem manum anuli fulgore splendican-
tem?præferentem orbicularem anuli palam pretio sanequam ingenti concinnatam?adeò vt
hoc nomine talis in immensum glorietur ? Qui amiculum gestitet sericis filis detextum?
Quem numerosum comitetur famulitium ? Qui diffusione comæ laxioris,& quidem flauę
atque artifici studio depexæ sibi placeat ? circunferat aureos torques ? qui sessitet in argen-

tea

Universidad de Deusto
Biblioteca

tea cathedra? qui incessum norit gressu glomerare superbo? qui velut è sublimi edat vocem? G
qui insoleſcat ob famulorum aſſentatorúmque numeroſum gregem, quos qui eiuſmodi
ſunt, in ſuum adſciſcunt famulitium? ob lautitias opiparæ menſæ? propter ſalutatorias vo-
ces, quas iſti circa forum apprecantur & exhibent omnes, qui è ſubſelliis paſſim aſſurgunt,
quique contendunt primi vt excipiant venientem, progredientem honoris cauſa comiten-
tur & deducant feruligeri lictores? Hos tu principes ſiquãdo aſſonante præconis voce pro-
gredientes conſpexeris: hos inquam, vbi videris huic neſcio cui terrorem incutere, cęſim al-
terum exſcalpere, illius publicare opes, alium morti addicere nihil eorum quæ videris, for-
mides: eorum contemplatione quæ fiunt, ne te perterreat is, cuius hæc fiunt imperio, nulla
per hæc imaginatio demutet tibi aut nouet mentem. Tum mihi ad mentem reuoca. Quid H
illud? Deum feciſſe hominem, puluerem è terra. Si quidem aliud aliquid eſt, id tu timeto.
Quòd ſi puluis è terra ſumptus, contemnito. *Et formauit deus hominem.*) Vox, Formauit, nõ
continuò actionem vllam ſubindicat dei circa hominem effingendum ab arte quapiam
proficiſcentem. *Formauit deus.*) Ita ne formauit, vt figulinaria arte fingi ſolent lutea? vt
qui conflant æs? Effigiatio ſtatuæ pariter & gypſi quandam præferunt imitationem, ſed ſu-
perficietenus. Contemplatus ne es ſtatuam, vt ſtans ſuam quandam ſpirat natiuam indo-
lem? putà, ſi militis eſt, ipſo vultu exprimit animi excandeſcentis & concitati ferociam: con
trà, affectionem muliebrem, ſi tamen æs eſt figuratum in mulierem: ſiue quiduis aliud ars po
teſt imitatione inducit ac repræſentât eius mores atque habitum, ad cuius eſt effigiata cha- I
racterem. At non talis eſt dei conformatio. Sanè formauit hominem, ſic vt illa eius opifex
& rerum creatrix actio ad intimarum vſque partium profunditatem progrediens ac pene-
trans organa corporis omnia ſolertiſſimè abſoluerit. Si otij liberioris tantum ſupereſſet,
quo fretus demonſtrare queam corporis humani conſtitutionem: nimirum ex teipſo docere-
ris, quàm prouida fuerit circa te, quámque ſolers dei ſapientia. Minor quidam mundus
re ipſa eſt homo: quarè nihil indecorè factum putem ab his, qui hominem hac exornarunt
celebri & honorifica appellatione. Quantũ impenſum eſt operæ rei huic vni, quót ve con-
ſcripti libelli? Extant de hominis natura medicorum quæſtiones, eorum item obſeruatio-
nes qui de gymnaſtica corporis exercitatione præcipiunt, De Analogia quoque, rurſus de K
concinna membrorum inter ſe ſymmetria. Denique, De opimando corpore ſiue augenda
carnulentia. In vnius humani corporis abſolutam formationem conſpirant hæc omnia.
Vnde mihi tantum affluat eloquentiæ flumen, vt ad amuſſim expromere queam, quæ in ſe
complectitur vna illa vox ἔπλασε formauit, finxit? Nam quæ protrita ſunt & ad manũ cui-
uis expoſita, nimirum intelligis vel me tacente. Formauit deus hominem rectum. Hanc tibi
deus præter cætera animantia eximiam & peculiarem indidit formam. Quid ita? Sanè prę-
nouerat ſe tibi collaturum eximiam & inſignem prærogatiuam efficaciter agendi. Cætera
quidem animalia dicta ſunt, βοσκήματα, id eſt, paſcua pecora, & ad quæ natura ea compo-
ſuit, ad hæc quoque propendentem ſortita ſunt corporis molitionem. Vt herbas depaſca-
tur & attondeat ouis, facta eſt: eóque caput acclinat ac deflectit in terram, vt ſpectet ven- L
trem & quæ ſub ventre ſunt: quando in hunc ſcopum, fœlicitatis illorum exitus conſpirat,
paſtu vt exatient ventrem ac voluptate. Homo non item. Nec enim oculos in ventrem de-
mittit. Ipſi etenim caput eſt ſpectans in ſublime, quò cœleſtem illam ſuam cognationem a-
gnoſcat & contempletur. Oculi nequaquam terrę innuunt. Caue igitur, quicquam deſignes:
quod generoſitati tuæ repugnet naturæ. Terrena hæc ne circunſpicias, ſed cœleſtia: vbi Chri
ſtus eſt. Si conſurrexiſtis enim, ait, cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt.
Hac enim conditione & lege formatus es. Tui corporis effigies rudimentum quoddam eſt,
quo docearis ad quem ſis finem conditus. Vt deum contemplêre, factus es, non vt humi erê
pat vita tua, non vt pecudum ritu voluptate perfruaris: veriùs vt ad normam & inſtitutum M
cœleſtis vitæ tuam ipſius componas. Et hac gratia non inſcitè dixit ſapiens Eccleſiaſtes, Sa-
pientis oculi in capite eius. Cuius nam oculi non ſunt in capite? Atqui hic, in capite, hoc eſt,
vt ea contemplentur quæ in ſublimi ſunt. Nam qui non ad bona quæ in ſublimi ſunt, ſed
quæ in terra, reſpectat: is vtique defigit detrahit ve oculos in terram. Oculi ſanè iſti orbicu-
ἐνδεδυκότα. lares capiti inſident in humeros reclinanti. Et ne humeros quidem ingreditur aut init pror
ſus, vt ne depreſſius ſit atque humile, ſed collo quaſi fido cuipiam fulcimento adnititur ſeve
acclinat caput in ſublimi conſidens. Oculi porrò gemella acie conſtant. Dic tu mihi, non
vnus ſuffeciſſet? Atqui duo ſuccedaneis ac mutuis officiis ſe ſuffulciunt: adeò vt ſi vnum

contiget

A contiget intercipi ac perire, huic alter ſit ſolatio. Iam verò vis viſiua quæ ab vno proficiſ-
citur, debilior eſt. Sanè aqueductus è duorum in ſeſe concurſu & commiſſura fontium pro- Simile ele-
ſiliens, tantò fortiore ſcatebra profluit. Viſus itidem ab oculo progrediens vbi quidem ad gans.
naſi interſeptum pertingens conquieſcit, ibi tum vtrinque ſe inflectens in vnum permiſ-
cetur. Quaſi enim elices quidam aquarij, vis hæc viſiua ab vtroque progreditur oculo, hinc
hæc, illinc illa. Vtráque tamen eminus commiſſurâ coit ea vis in vnum: vnita fortius inua-
leſcit. Quo argumento vnionem fieri deprehenditur? Non vides & quæ proxima ſibi aſtant,
ſenes cernere non poſſe? Nam quando vis illorum viſiua debilis eſt diuiſa: ne id quidem vi-
det, quod prope eſt. Verum vbi oculorum conſertio fit, quaſi ſi te cernente quædam contin-
B gat inundatio, ſenſibilium tunc apprehenſio fortior redditur. Quot muniunt oculum cuſto φυλακαί hic pro mẽ-
diæ? Eſt illi interior tunica, nec abit ea contentus. Non enim vna craſſiuſcula eſſe potuit. A- branulis, pel
lioqui craſſa ſi eſſet, obuelaret oculum. Eam rurſus tranſparentem ſiue pellucidam eſſe o- liculis ſiue
portebat ac leuem. Vna igitur eſt oculo tunica & ea pellucida, eſt & altera gracilis. Tertia tunicis ocu
quidem cryſtallo aſſimilis, Quarta verò corneam ſpeciem præfert. Quæ extimam oculi li.
partem protegit, fortior eſt: interior autem quò minus tranſitum abarceat, rarior eſt ſiue gra κρυσαλλοει-
cilior. Tertia dein tunica Cryſtalloeides in ſe retinet rei viſæ imaginem ſimul & tralucidam δὴς, κερατοει-
perſpicuitatem. Iam verò palpebra oculo prætexitur, vt illi quædam ſit protectio tutelaris, δὴς. Lege
velamen & integumentum, quaſique oculi domicilium atque propugnaculum. Manus vti- Cœl. Rhodi. c. 11. li. 16.
que potuiſſet obtegere oculum: atqui priùs affectio quæpiam anteuerteret oculi aciem ob- ἔμφασιν μὴ
C tundere, quàm eouſque pertingat manus. Nunc verò illi adiacet palpebra ſupernè impen- διαύγειαν.
dens, quæ ſimul vt noxiæ aliquid ſenſit, mox oppandit velamen. Quarè & pupilla ſub expaſ- βλέφαρον,
ſo velo deſidens difficiliùs inuaditur. Inter membra hoc vnum tangi ſe aut palpari non ſi- κόρη.
nit, nempe oculus ſub palpebra quaſi velo quopiam deliteſcens. Pilorum aciculæ circumpo-
ſitæ. Quid ita? vt inter ſe conſerantur iuſtiùs & applicentur exactiùs palpebræ, ſuperior ad
inferiorem. Quaſi enim quædam ligamenta ſunt pili palpebrarum inter ſeſe implexi & in-
terſerti. Ad hoc accedit, quòd animantium quæque minutiſſima procul à ſe ſubmouent: nec
puluerulentam vllam materiem aut ſcobinam ſinunt adire propiùs oculi pupillam, quæ a-
lioqui poterat ab omni parte reddi obſcurior & induere caliginem. Per eiuſmodi palpebra-
D rum pilos peculiaris quædam & accommoda munitio nos vndique cingit, ſimul quidem
per eam nobis delineationem, gratuitum decorem indulgens, ſimul etiam non mediocre e-
molumentum ſuppeditans cuſtodiæ tutelaris. Supercilium item quod ſupernè prætexitur ὀφρύς.
prominét ve oculis, eſt ipſis propugnaculum peculiare & penè domeſticum, vt aciem viſi-
uæ potentiæ rectà intendat ac moderetur. Quæ dicti iſtius euidens probatio? Si quid vnquã
collibuerit contemplari longiùs à te diſparatum, manum ſupernè obtendis in concauum cõ
tractam ſuperciliis. Id cur ita fit? Nimirum vt ne digeſtio oculi in ſublime ſpectantis nullo
ſuo fructu ſparſim ſe effundat: quin imò vt manu prætenta dirigatur, & rectà impellatur in
rem ſibi obiectam, ac proinde ipſa oculi acies ad videndum diſponatur pleniùs, cùm ipſa vi
E ſiuæ potentiæ traiectio dirigatur obiectu manus prætẽtæ. Quarè & ſupercilia ſimul quidem
aciem dirigunt oculi, & eadem opera ſudorem ex immodico labore contractum non quidẽ
ſinunt influere oculis, nec illis proinde eſſe impedimento. Hac ſanè gratia quaſi muro quo-
piam communiunt oculos ſupercilia. Quis vſquam vinitor pulchrè adeò & omni ex parte
poſſit ſuam excolere vineam aut ſupercilioſo colle eam circundare, vt à quoquam haud fa-
cile queat inuadi & neque lædi vlla incurſione torrentium è finitimis locis alluẽtium, per-
inde atque dominus ſepimento ſuperciliorum & quaſi propugnaculo præmuniit oculos?
Quàm iucunda gratáque ſpecie hunc nobis ab vna ſanè commiſſura circunduxit ambitum,
F qui lineariter conſertus naſo conuiſitur vtrinque partitus: ne quid negotij omnino aut mo- τῷ γεωργῷ.
leſtiæ adire cogatur agricola per ſudoris defluuium hac illac decurrentis, neque is interim Perſiſtit in
manum amoliatur à vite, detergendo ſudori intentus, ſimul vt ſudor ipſe per ſuos deſtillet metaphora.
& effluat elices, per quos deriuandum iam olim ſtatuerat opifex, ad partes nimirum quàm
oculi ſunt, tantò minùs vtiles: ſimul etiam vt oculus ſibi congenitæ actionis munus effica-
citer obiret. Quòd ſi iis modò quæ clementiſſimi dei benignitas nobis indulſit, perge-
mus ediſſerere: totus vtique dies hic nos deficiet. Cæterum ex vno hoc vos reliquorum o-
mnium ipſi tranſſumite intelligentiam. Nos porrò neceſſaria profectione ad iter conten-
dentes comitemini precibus piiſque votis, quò ocyus vobis ſoſpites & integri reddamur, &
eorum quæ reſident explicanda, debitam exoluamus enarrationem, eius comite gratia qui

quæ circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ circa nos sunt, cuncta dispensauit, suáque solius gratia nos condidit. Ipsi gloria in G
secula, Amen.

HOMILIA SANCTI PATRIS BASILII Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi de Paradiso.

Plantauit deus Paradisum in Eden, ad orientis plagas: & posuit ibi hominem, quem formauit.)
Ad mentem aduocemus dignam hanc deo plantationem, nempe paradisum: vt
quæ nihil dedeceat incomparabilem & eximiam pulchritudinem talis ac tanti o- H
pificis. Superiore loco dictum est: Educat terra herbam fœni, & lignum fructiferum seminificans semen faciens fructum. Hic paradisus si quidem lignis consitus esset vniuerso orbi communibus: vtique in primigenia illa generatione contineretur, nec hæ arbores quæ præsenti loco commemorantur à deo in paradiso plantatæ, opus habuissent eximia hac & à cæteris selecta plantatione. Iam quidem tanquàm inter vtrasque discrimen sit, præter præinducta plantarum genera, scripturæ verbis docetur in paradiso arbores fuisse à deo præcipua quadam & peculiari diligentia constitutas. Nam quemadmodum
Collatio. hominem à cæteris animantibus discreta ac singulari dignatus est formatione: itidem & I
homini apparauit suáque condidit manu peramœnam ac delitiis omnifariam diffluentem mansionem, locum vtique omnem exuperantem creaturam, visenda pulchritudine suspiciendum & admirabilem, locum dico, prælustrem & spectatu dignissimum, & qui ob situs celsitudinem nulla sui partevllas admittit tenebras, nulla tenebrescit caligine, quippe quem exorientium siderum splendor irradiat & vndique suo lumine circunfundit. Retinet hic
ὡρῶν. peramœnam ac iucundissimam veris temperiem, lucidissimo collustratus & splendifluo
πνεύματος πνεύματος. aëre. Illic igitur plantauit deus paradisum, vbi nulla esset vis ventorum, nulla tempestatum intemperies, nulla grando, nulla fulmina, nullæ procellæ ac turbines, non contorta ac violenta fulgura, nulla hyemalis glacies, non veris humiditas, nec æstatis exæstuatio, nec au- K
tumni siccitas, sed temperata & pacifica inter se temporum consonantia, singulo quoque horum adornato propria amœnitate, cùm nec præcedens à sequente quicquam insidiarum metuere posset: dum neque verno decori subsequens æstas noceret: neque æstiui vel autumnales fructus præ senio defluerent. Nam ita locum hunc constituit, vt satis alioqui illum anni singulæ tempestates circunlustrarent, imò præcipuis illum suis facultatibus stipantia ac communientia conferrent singula tempora, vernale, quod habet delicatum & iucundum: æstiuũ esculenta in alimoniam: autumnale, hilaritatem: hyemale otium & quietem. Deinde vt terra esset pinguis, mollis, & verè fluens lacte ac melle, ad fertilitatem frugum accommoda, ac fertilissimis aquis irrigua, quæ profectò incredibilem quandam pulchritudinem exhiberent. Subtiles enim aquæ illæ ac perspicuę, & multum quidem iucunditatis spectantibus cõferũt, L
plus tamen vtilitatis. Prius igitur ipsum paradisi locum condidit capacem plantationũ dei. Deinde plantauit in illo omnifariam arborum pulchritudinem, quæ & gratissimæ essent aspectu, & iucundissimum sui exhiberent vsum. Quonam pacto patriam nostram conspectui tuo conspicuè proponere potero, vt te hinc ex isto reuocet exilio? Quòd si florulenta prata iucundissimum tibi præbent spectaculum: tantò hoc gratius velim animo imagineris. Rosa hic spinis est coniuncta, externa gratia molestiam obtegens, & tantũ non aperta nos voce
παραπτήγματι. contestans ac dicens: Quæ iucunda vobis sunt ô homines, tristibus permixta sunt. Nam verè in humanis bonis ita comparatum est, vt nullum eorum syncerum sit, sed confestim læ- M
titiæ & hilaritati conglutinetur mœstitia: coniugio viduitas: puerorum educationi cura & solicitudo: fœcunditati aborsus: vitæ splendori ignominia, prosperis successibus dispendia, delitiis satietas, sanitati infirmitas. Florida quidem est rosa, sed mihi tristitiam infligit. Nam quotiescunque florem hunc videro, peccati mei admoneor, propter quod terra, vt spinas ac tribulos proferret, condemnata est. Et hic quidem transitoria ac breuis momenti vernorum florum gratia adhuc desiderantes destituit. Nondum enim ab illorum collectione domum reuersi sumus, & ecce in ipsis adhuc manibus nostris constituti marcescunt: in paradiso verò florum splendor non est momentaneus, sed constantem habent iucunditatem, gratiosum & amabilem aspectum, nunquam desiturum oblectamentum, insatiabilem fragrantiam, &
colorum

A colorum elegantiam refulgentem. Non dissoluunt illos impetus ventorum, non flaccefaciunt neomeniæ, non glacies horrida cõgelat, nec solis inflammatio torrefacit, sed flatus quidam moderatus tenuem & iucundam respirationem adfert, leuiter illos ac placidè adflans, ac indomabilem tempori gratiam ipsorum constituens & conseruans. Et ipsarum quoque plantarum venustas talis est, quæ conditoris opificium & plantationem deceat, siue sint sarmentitiæ, siue fruticosæ, siue vnistirpes, siue multiramæ, siue alticomæ, siue vtrinque florentes, siue foliis deciduæ, siue perpetuò foliatæ, siue foliis perpetuò destitutæ, siue semper floridæ, vel frugiferæ sint, vel infrugiferæ, cùm vsui destinatæ ac necessitati, tum ad oblectamen tum conferentes, magnitudine ac venustate omnes eximiæ, opacæ ramis, vtrinq; floridæ co
B mis, fœcundæ fructibus, aliam atque aliam vtilitatem & oblectationem exhibentes. Nam quisque illarum fructus multum quidem habet elegãtiæ & gratiæ: plus verò vtilitatis quàm oblectationis. Quomodo tibi delitiarum illarum excellentiam repræsentabo? Si contulero cum præsentis seculi delitiis: contumeliam illis potiùs ex collatione attulero. Aut quam tibi vel ex imagine aliqua energiam ob oculos exponam? Omnia perfecta sunt, omnia tempestiua & matura, non paulatim accepto incremento adaucta. Non enim à flore ad absolutã maturitatẽ crescunt, sed proprio vigore naturæ illi effectus exoriuntur, non humanæ industriæ. Illic & auicularum omnigenũm sunt genera, quæ alarum flore, & natiua musica, admirabilem quandam per seipsas oblectationem offerunt spectantibus, ita vt per omnes sensus iu-
C cundè afficiant hominem, alia visu, alia auditu, alia tactu, quædam olfactu, aliqua gustu. Sunt illic & variorum animantium spectacula, quæ omnia sunt mansueta, omnia eorundẽ morum, quę omnia & audiunt inter se & loquuntur sensatè. Serpens tum non erat horrendus, sed mitis ac mansuetus, nec terribiliter in telluris superficie veluti natans reptabat, sed sublimis & erectus pedibus insistens ingrediebatur. Illic posuit hominẽ, quem formauerat. Alibi finxerat, illuc autem illum introduxit. Quemadmodũ & luminaria fecit deus, & postea in firmamento locauit, ita & hominem puluerem quidem finxit è terra, posuit autem in paradisum. Notandum verò, quòd non dictum est, quem fecerat, sed quem formauerat. Quem enim fecerat, secundum imaginem suam fecerat. Is autem corporalis nõ est. Et quod
D corporale non est, loco non circumscribitur. Nam comitatur quidem quod factum est figmentum, hoc est, anima fictum corpus, (Simul enim est, quod compositum est) peculiariter tamen corporum est locus. Anima vero comes & consectatrix corporis in loco est, propter habitum quem habet ad corpus, non sua ipsius natura, locis in corpore circumscripta. Quid igitur? An exhilaraui te commemorata paradisi amœnitate, vel tristem reddidi magis corruptibilium collatione? Nam omnino animus sublimis & excelsus, ac cœlestia sapiens, vtpote conuersationem habens in cœlis, & ad promissorum supernam dignitatem suspiciens, cogitauit & cupidè expectauit aliquid vt audiret eorum bonorum quæ nobis sunt promissa, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Si oculus
E non vidit, quis est, qui hæc enarret? Si auris non audiuit, quomodo tua excipiat? Si in cor hominis non ascenderunt, quomodo illa mens nostra capiet? Neque corporalia abiicimus & spiritualia requirimus. Quemadmodum enim in lege & sensibilia erant: sed exemplaria illa esse fecit spiritalium: ita & paradisum corporaliter quidem consideramus, per allegorias verò spiritaliter interpretamur. Plantauit igitur deus paradisum in Eden versus Orientis plagas. Nomina plantarum suppressa silentio sunt. Proditum verò memoriæ est quo sit loco plantata. In Eden inquit plantauit, hoc est, in delitiis. Nam Eden delicias significat. Num vocat delitias eas, quæ per os ingrediuntur & ventri traditæ sunt, & quarum finis secessus est? An eas quæ pereunt, delitias tradidit? An hæc est gratia illa à deo nobis data, saturitas ven-
F tris, & corporis lautitia, & animi diffusio voluptatem efficiens? Aut hoc vel dicere quidem pium est? Corpus enim abundè saginatum & anima illi immersa & ad peccandum promptuis facta compendium quoddam est ad lasciuiam & procacitatem, ac simul omnia ea quæ vetita sunt. Intelligemus igitur de delitiis deo dignis, vt & plantationem agriculturæ diuinæ competentem discamus. Quænam ergo delitię sanctis congruere poterunt? Delectare, inquit, in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quoniam infinita est virtutis pulchritudo, à multiformi sapientia initium ducens, propterea scriptum est, quòd plantauerit deus paradisum, non ad Orientem, sed ad plagas orientis. Nam vnaquæque planta à domino sata, propria luce ornata fulguris instar resplenduit. Illic sunt fluminis impetus, exhilarantis ciuitatem dei. Alibi torrens voluptatum nominatur, nutriens & prouehens spiritualium plan-
tarum

ἐκτὸς ἰσχνός. Accedit ad allegoriam. γνώμῃ. ἀσώματον, τόπῳ οὐ περιγράφῃ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tarum venustatem, qui in sequentibus dicitur fluuius egrediens ex Eden ad irrigandam paradisum. Suprà dictum est quòd creaturas reliquas priùs absoluerit, ac tum demum hominem in principatum ac dominatum introduxerit. Hic verò per contrariũ priùs formauit hominẽ, deindo plantauit paradisum. Huius sanè causa est illic quidem, vt in plenam domum induceret patrem familiàs, quem non inopem & indigum condiderat, postremò rerum largiretur copiam, hìc verò profectus ac felicitatis absolutionem largitus, alibi creatum primũ, tandem paradisi habitatorem constituit, vt cognita inter extrariam vitam & paradisi conuersationem, ex vtriusque collatione, differentia, cognoscas quidem pulchritudinis excellentiam, metuas vero & ruinæ iacturam. Vt verò intelligas plantationem manu dei competentem, recordare eorum quæ in euangelio discipulis à domino sunt dicta. Videlicet: vos estis palmites & pater meus agricola est, vtpote ab illo plantati. Ex illa plantatione sunt, qui in domo domini plantati sunt, & in atriis domini florent. Et iterum in propheta: Ego plantaui vineam fructiferam, totam veram. Et imitator Christi audet ac dicit: Cooperarij dei sumus. Dei agricultura estis. Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Et iustus assimilatur arbori plantatæ secus decursus aquarum, quæ fructum suum dabit in tẽpore suo, & foliũ eius non defluet. Et iustus sicut palma florebit. Et, Vineam ex Aegypto trãstulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. Conare ergo per huiusmodi dogmata paradisi acquirere intellectum, vt assequare diuinæ lucis auroram, in qua lux scientiæ oritur, vt intelligas, quomodo plantata sit paradisus delitiarum. Quòd si locum aliquem cogitaueris sanctorum capacem, in quo omnes, qui in terra bonis operibus resplenduerunt, gratia dei fruantur, & in vera ac spiritali iucunditate viuant, non aberraueris à decenti de paradiso similitudine. Illic itaque bonæ quædam virtutes radicatæ ac solidè confirmatæ sunt, ministræ sanctorum, quibus homo recens natus plurimóque ad perfectionem adiumento opus habẽs, traditus est. In quo loco cœtus sunt sanctorum, in quo lucis ortus, in quo animæ delitiæ, illic posuit deus hominem. Si carnalis es, habes descriptionem corporalis paradisi, & delicatissimam saturitatem. Si plurimi facis sensibilium rerum oblectationem, accelera ad illã, in qua delitiæ indesinentes submistrantur. Si spiritalis es, & sublimiora corporalibus delectationibus expetis: ascende animo ad pulchritudinem angelorum, cognosce in illis iustitiæ fructus, contemplare fluuium aquis dei refertum, cuius impetus ciuitatem dei lętificãt, cuius artifex ac conditor deus est. Ciuitatem illam prætерfluit fluuius ille dei, qui ex Eden originem trahit, & paradisum irrigat. His omnibus mente cognitis, glorifica deum, quoniã illum decet omnis gloria patrem scilicet, & filium & spiritum sanctum in seculorum secula, Amen.

ἀπίλεγος.

ἀγαθαὶ δυνάμεις.

συγγυμνασίας.

Sancti patris nostri Basilij Cæsa-

REAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI

Homilia in psalmum primum, ueriùs proœmium in psalmos omnes Dauidicos, Godefrido Tilmanno Cartusiæ Parisiensis monacho, interprete.

Præfatio in omnes psalmos. Collatio. Eccles. 10. a.

SCriptura omnis diuinitus inspirata, & vtilis, hac vna ratione à spiritu sancto conscripta astruitur: Vt ex ea haud secus atque è communi quapiam curandarum animarum officina, medelam suo quisque morbo salutarem & accommodam queat seligere. Medicina enim iuxta Ecclesiasten, sedabit magna delicta. Alia proinde nos ipsi prophetæ erudiunt, Historici perdocent alia, alia item instruit lex. Rursus alia commonendæ ecclesiæ species ex opere Prouerbiorum eruitur. At hic vnus psalmorum liber quiduis ex omnibus in se complectitur, quod vsui sit omnibus, futura certissimis præcinit oraculis, Historicam continet narrationem, leges sancit vitæ sanctiùs instituendæ, cuiq; agẽda præscribit & submonet. Vtq; semel omnia, liber hic bonæ omnis doctrinę vberrimum quoddam est & commune promptuarium, sua vnius prouida ac solerti cura veluti comminiscens

Dauidici psalterij laus.

Metaphoræ

A comminiscens & excogitans, quid cuiusque nostrum saluti maximopere conducat. Vulnera etenim animarum persanat, quantalibet vetustate occalluerint: vulneri recèns inflicto celerem citámque adfert emendationem. Diutino item morbo affectum pristinæ asserit sospitati, quod verò incolume est & integrum, tuetur interim ac seruat: denique omnem prorsus vitiosæ affectionis intemperiem quoad eius fieri potest, ab animis nostris reuellit ac submouet, quantiscunque modis per vitæ istius corruptam consuetudinem inualuerint, idque cum peramœna quadam deductione ac moderata iucunditate animorum, quæ & menti honestas inserat cogitationes. Nam quando spiritus sanctus nos vidit ægrè persuaderi ad complexum virtutis, ac proinde ad ineundam vitæ rectitudinem per hoc lentescere, quòd toti ad

Spiritus sancti inuẽtum est melodia. Cur inuẽta sit & quàm efficax.

B consectandam voluptatem propenderemus, quid fecit? Nimirum scripturæ suæ dogmatis ὁμοίωσιν. κακοσίτους. mistim insperstit concinnam istam numerorum modulationem, vt auribus permulctis ac delinitis melico vocum concentu, clàm ac velut aliud agẽtes sineremus in animos nostros irrepere eloquiorum vtilitatem, idq; pro more sapientis medici. Is enim pharmacum oblaturus austeriusculum quidem auersanti cibos nec probè concoquenti, subinde oras calicis prælinit melle. In hoc sanè excogitati sunt concinni isti concentus psalmorum, vt qui per ætatem pueri etiamdum sunt, aut certè morum maturitate nondum incanuerunt, dum in speciem concinunt ac modulantur, re ipsa animas erudiant suas. Neque enim è promiscua τῆς ἀληθείας plebe & iis qui ad scripturarum indaginem toti desident, vnus aliquis vnquàm facilè comperietur, qui hinc à nobis abiens præceptum vllum apostolicum aut propheticum memorię

C mandarit: psalmorum verò eloquia & domi cantillant omnes, & medio in foro secum circumferunt. Vt vnus aliquis feræ in morem peracri ira incanduerit: simul atque psalmus cœperit illius auribus incini, mox ex animo discussa feritate abit serenior. Psalmus, animarum est tranquillitas: arbiter ineundæ pacis, cuius annutu exundantes ac tumultuariæ cogitationes se contrahunt & conquiescunt. Animæ siquidem vim ad iram propendentem edulcat ac præmollit psalmus: cum contrà, freno temperantiæ coërceat eam, quæ ad effrenem lasciuiam deuergit. Psalmus amicitiæ est conciliator, vnio dissidentium, pacis inter hostes constabiliendæ sequester est psalmus. Quis enim inimicum deinceps censere eum possit, quo cũ vel vnicam ad deum vocem semel emiserit? Id itaque quod in bonis numeratur præstantissimum, psalmodia suppeditat, nempe charitatem: quæ quasi nodus quidam coũniendis & in

D vnum astringendis omnibus concordem hanc vocum excogitauit harmoniam, ad consonum chori vnius concentum populum coaptans. Psalmus est profligandis dæmonibus ac depellendis quoddam amuletum, Angelicæ tutelæ conciliator, scutum securitatis inter timores nocturnos, diurnorum requies laborum, infantium tutelaris protectio, consistẽtium in ætatis flore decus & ornamentum, senum solamen, denique mundus est mulieribus exornandis appositissimus. Psalmo sequestri & velut parario ipsæ incoluntur solitudines. Forenses strepitus moderatur psalmus ac temperat. Incipientibus erudiri primùm, elementaris est institutio psalmus, proficientibus augmentum, perfectis denique suffulciendis stabile firma-

E mentum. Vox est ecclesiæ psalmus. Hic dies festos illustriores reddit ac perfundit gaudio, quum tristitiam alioquin operetur, sed quæ secundum deum est è corde enim lapideo ciet lachrymas. Psalmus opus est angelorum, cœlestis illius Reipublicæ in commune proposita functio, spirituale thymiama. O inuentum sanequàm admirabile ac sapiens doctoris qui excogitauit, quo pacto vna eadémque opera ipsi melicos cantus emodularemur & doctrinã animæ salutarem condisceremus. Quæ enim numerosis modulis comprehensa ediscitur, fixiùs imprimitur animo. Ita enim natura comparatum videmus, vt vix tantillũ duret, quod γνώμη. inuitus didiceris: cum contrà id nescio quo pacto memoriæ insideat tenaciùs, quod cum

F peramœna quadam oblectatione & gratia irrepit atque illabitur animo. Quid porrò non hinc possis edoceri? non fortitudinis magnificentiam? non exactam seueritatem iustitiæ? nõ temperantiam vel ipso aspectu venerabilem? non absolutam perfectionem prudentiæ? non pœnitentiæ formulam? non modum patientię? non denique quicquid dicere possis de genere bonorum? In hoc sanè reconditus est perfectæ theologiæ thesaurus. Hic reperias de Christi in carnem aduẽtu oraculum, comminationem iudicij, resurrectionis spem, terrorem intentati supplicij, gloriæ promissionẽ, reuelationem mysteriorum. In psalmorum libro perin- ἐπιφώνημα de ac in amplissimo quopiam & communi promptuario nihil non bonorum reconditũ est. Liber cur psalterium. Proinde quum non vna sit species musicorum instrumẽtorum, ad id maluit propheta librũ hunc suum accommodare, quod psalterium dicitur: ob id (ita equidem arbitror) vt vel ipso nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomine gratiam in eo perſpicuè reſonantem ſubindicaret è ſupernis profluere à ſpiritu ſancto: quòd inter cætera ſolum hoc cauſas ducit ſonoris edendi è ſupernis. Nam in cithara lyraq; æs ab inferiore plectro pulſatum ſonum reddit. E diuerſo pſalterium ſupernè attactum cauſas ſortitur concinnæ illius ſuæ modulationis: vt hoc documento permoti tota animi contemplatione diſcamus quæ ſurſum ſunt, quærere, non item præcipites deuergere ac rapi ad obſcœnos carnis affectus per illicem voluptatem ſuauè ſonantis melodiæ. His adde & illud: Equidem reor altiſſima quadam & ſapienti ratione prophetam nobis ſubindicare voluiſſe per inſtrumenti iſtius ſtructuram, quòd quiſquis exactiore ſtudio & ad virtutis cõplexum commodiore animam ſuam compoſuerit: is tantò ſe eriget faciliùs ad cœleſtium meditationem bonorum. Reliquum proinde fuerit, vt quod ſit pſalmorum initium videamus. G H

Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum.)

Primi pſalmi interpretationem aggreditur à collatione. ὁλκὰς μυριοφόρου.

Anè qui architectonicæ artis ſunt periti, fundamenta ſubſternunt primùm futuræ moli ædificiorum in ſublime ſurrigendæ correſpondentia. Nec ſecus onerariam nauem & hanc numeroſæ multitudinis capacem facturi, carinam priùs compingunt & agglutinant tantam, quæ ſatis ſit tranſmittendo mercium vectorúmq; oneri. Quin & in animantium generatione cor quod natura præmolitur ac vice fundamenti præſtruit, ipſo etiamnum naturæ ductu conſtitutionem accipit æquabili proportione reſpõdentem ac futuro congruam animali: quò fit, vt corpore ſuis ipſius principiis omni ex parte I attemperato, ad ſuam quęq; animantium differentiæ promoueantur & emergant magnitudinem. Quod itaque ad domus molitionem eſt fundamentum, ad compingendam nauim carina, quod cor in conſtituendo animantis corpore eſt: vim nihilo diſparem meo quidem

Beatur vir. arbitratu obtinet circunciſum hoc ac breue proœmium ad vniuerſam ſupellectilem atque apparatum pſalmorum. Nam quando Dauid per operis totius progreſſum fuerat tam multa admoniturus, quibus obeundis operoſiſſimi quique labores, ſudoréſq; innumeri impendérent iis qui deſudaturi erant in legitimo pietatis agone, hæc præuertẽs, lucidiſſimis rationibus probat horum exitum fœlicem ac beatum fore: vt bonorum nobis repoſitorum ſpe inuitati nihil grauatim aut moleſtè quicquid occurret doloris aut triſtitiæ, perferamus. Sic enim & iter facientibus per aſperrima quæq; ac penè inacceſſa loca, tædiũ releuat laboris ſpes certò propoſita commodioris hoſpitij: vtq; maris periculo auſint ſe committere mercatores, facit cupiditas parandarum mercium: & agricolis imminuit ac ſuffuratur labores ſpes ſecuturæ fertilitatis. Eam ob rem qui noſtram omnium vitam in commune diſpenſat ac moderatur eximius doctor ſpiritus ille veritatis ſolerti ſapientia & artifici cõſilio initio ſtatim mercedem ob oculos ponit: vt laboribus dum in manibus ſunt veluti iam tranſmiſſis, tota mente ad bona quę in cœlis repoſita nobis ſunt auidiùs properemus. *Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum.)* Eſt ſanè quiddam, quod peculiari ac primaria acceptione beatitudinis prædicari debeat beatum, quod verè bonum eſt, hoc ipſum eſt deus. Quarè & Paulus memoriam L

Aduentum. facturus Chriſti, ait: Secundum manifeſtationem beati dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Reuera id denique beatum quod per ſe bonum eſt, ad quod reſpiciunt omnia, quod vniuerſa cupidè expetunt, natura immutabilis, Dominica dignitas, vita nulli obnoxia perturbationi, temperies totius expers mœroris ac triſtitiæ circa quam nulla conſpicitur vicaria alienatio, nulla eam attingit loci permutatio, fons ſcaturiẽs, luculenta & exundans charitas, thesaurus nunquàm exhauriendus: cuius rudes & amantiores mundi dum boni iſtius ignorant naturam, ſæpe quæ nullius ſunt momenti admirantur, & beatitudinis habent loco, vt diuitias, ſanitatem, vitæ ſplendorem, quorum nullum ipſa ſui natura æſtimandum eſt bonũ, non ſolùm quòd facilem habeant ad res contrarias conuerſionẽ, ſed & quòd poſſeſſores ſuos ni- M

† Téperãs. hilo meliores reddere valeant. Quis enim ob pecuniam iuſtus? quis ob corporis proſperã valetudinem prudẽs? † Contrà, hæc aſpicimus nec raro abutentibus cedere in fomitem & miniſterium peccati, Beatus igitur ille qui quæ plurimi ſunt habenda, poſſidet, quive eorũ particeps eſt quę nullis queunt modis cõuelli & auferri. Sed hunc quomodo cognoſcemus? Qui non abiit in conſilio impiorum. Ego vero priuſquam exponam, quid ſit, non abiiſſe in conſilio impiorum, quæſtionem vobis huius loci ſoluam. Cur propheta, inquis, virum duntaxat ſelegit, quem beatum prędicaret? num fœminas ab hac beatitudine excludit? Abſit. Nam vna

Vir nũ beatus & nõ fœmina. virtus viri & fœminæ eſt, quando par vtrique creatio, honórque ſimilis. Audi Geneſin: Fiat (inquit deus) homo: ad imaginem dei fecit illum: maſculum & fœminam fecit eos.

Quorum

A Quorum itaque natura vna, horum & actiões eædem. Quorum æquale opus, horum & merces eadem. Cur ergo viri facta mentione, mulierem tacuit? Quoniam ſatis eſſe exiſtimauit, quando eſt vna vtrique natura præcipuo ſexu vtrunque hominem ſignificare. Beatus igitur vir qui non abiit in conſilio impiorum. Conſidera verborum quæ ſit exacta comprehenſio, quoniam modo quælibet dictio ſententiis ſcatet & exuberat. Non dixit, qui non abit, ſed nõ abiit in conſilio impiorum. Nondum enim ille qui in vita eſt, beatus eſt prędicandus ob exitum incertum: ſed qui vices ſuæ functionis & vocationis ſemel abſoluerit, vitámque fine certo clauſerit, hic iam beatus tutò dici poterit. Cur igitur beati immaculati qui ambulant in lege domini? Non ènim ibi dicitur, qui ambulauerunt, ſed qui adhuc ambulant, beatos il- diciq; beat⁹ Ante obitũ nemo, ſupremáque funera debet.

B la ſcriptura pronuntiat, quoniam qui benefaciunt in ipſa laudantur actione: qui verò peccatum fugerunt, ſi ſemel atque iterum à malo fortè declinauerunt, non propterea laudandi ſunt, ſed qui omnino omni tempore vitare prorſus potuerint malitiæ experientiam. Ex qua ſanè ſerie ſermonis, altera nobis emerſit dubitatio: Cur eum qui ex virtute viuit non dicat beatum, ſed qui nihil mali admiſerit. Hac enim ratione, equus, bos, lapis, beati poterunt appellari. Quod enim inanimatum in via peccatorum ſtetit? aut quod expers rationis ſedit ſupra cathedram peſtilentiæ? Aliquantum ſi perſtiteris, ſolutionis medelam inuenies. Infert enim: *Sed in lege domini uoluntas eius.)* Diuinæ autem legis meditatio ei tantum qui particeps rationis eſt, conuenit. Nos verò & illud dicimus, quòd principium ad bonorum ap-

C prehenſionem ſeu emendationem vitæ, eſt à malis abſceſſio. Declina à malo (inquit) & fac bonum. Sapienter itaque & ſolerti conſilio nos ad virtutem introducere cupiens, fugam vitiorum initium fecit bonorum. Si enim ſtatim ea quæ ſunt perfecta tibi propoſuiſſet: ad ea fortè obeunda, fuiſſes cunctatior. Nunc verò ad faciliora captu te aſſuefacit, vt ad ea quæ ſequuntur, animo ſis præſentiore. Ego quippe pietatis exercitationem, ſcalæ à Iacob viſæ rectè Pietas. comparauerim: cuius pars terram attingebat, pars altera ipſi ſuperemines in cœlum vſque porrigebatur. Ex quo eos admonere opus eſt qui ad virtutem inſtituuntur primùm, vt primis admoueant gradibus veſtigium, & inde paulatim aſcendendo progrediendóque, ad comprehenſibilem humanæ naturæ altitudinem ſenſim ac paulatim promouentes perue-

D niant. Quemadmodum igitur in gradu ſcalari, prima eſt aſcenſio ab humo receſſus: ſic in exercitatione diuinæ conuerſationis principium profectus eſt diſceſſus à malo. Omnino au- Collatio. tem facilius longè eſt otiari ac quieſcere, quàm qualecunque opus facere. Verbi gratia: non occides, non mœchaberis, non furaberis. His omnibus otio tantum & immobilitate eſt opus. Atqui, diliges proximum tuum, ſicut teipſum: Et, vende ſubſtantiam tuam, & da pauperibus; Et ſi quis te adegerit ad miliare vnum, vade cum illo duo, actiones ſunt athletis competentes, ſtrenuo ac forti animo ad præſtandum opus habentes. Ex quo illius admirare ſapientiam, qui nos ad perfectionem per res faciliores & comprehenſu aptiores deducit. Tria verò nobis digna obſeruatione proponit: Nequando abierimus in conſilio impiorum: Non

E conſiſtendum in via peccatorum: Non ſedendum in cathedra peſtilentiæ. Rerum naturam ſecutus hunc dictis ordinem impoſuit. Primum enim conſilium inimus. Deinde conſilium firmamus. Poſtremò in iis quæ conſuluimus, permanemus. Ante omnia igitur ipſa puritas in mente noſtra conſiſtens prædicanda venit beata, quoniam radix earum quæ per corpus fiunt actionum, cogitatio ipſa ſiue conſultatio eſt in corde conquieſcens. Adulterium enim in anima voluptatum aſſectatoris primis accenditur flammis, atque ita corporis corruptionem operatur, vnde & dominus ait: Intus ſunt quæ coinquinant homines. Quoniam autem impietas propriè dicitur in deum peccatum, abſit vt de deo quicquam per incredulitatem dubitemus. Hoc nanque eſt abiiſſe in conſilio impiorum. Si in corde tecum dixeris: eſt

F ne deus, qui vniuerſa moderetur & gubernet? eſt ne deus ſingula diſpenſans? eſt ne iudicium? eſt ne retributio expectanda vnicuique, ſecundum quod geſſit? Cur ergo iuſti egent, peccatores in copia ſunt rerum: hi imbelli valetudine, illi firma ac forti: hi ignobiles, illi illuſtres ac celebres gloria? Quid enim? Num fortuito caſu fertur hic mundus, & vniuſcuiuſque vita euentuum caſibus temerè ſubiecta eſt. Quòd ſi iſta cogitaueris, iam in conſilium impiorum abiiſti. Beatus igitur qui nullam in animum induxit de deo ambiguitatem, qui circa præſentia non eſt lapſus in puſillanimitatem, ſed & futura expectat, qui nullam habuit incredulam ſuſpicionem de eo qui nos condidit. Beatus & ille qui in via peccatorum non ſtetit. Via enim vita dicitur, per quam quilibet natus properat ad finem. Quemadmodum Via, vita eſſe probatur ſimili. qui in nauigiis dormiunt, ſponte à vento in portum deducuntur, & ſi ne ſentiant quidem,

τὸ ἀκριβὲς μὴ ἀκριβείαν, ἀκριβῶς κατὰ λῆψιν.

Ad perfectionem cõtẽdẽti, ꝓponũtur tria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perpellente eos ac perurgente nauis cursu ad finem optati portus: sic & nos vitæ nostræ tem G
pore prætereunte, veluti quodam motu continuo & irrequieto, ad proprium quilibet ter-
minum occulto vitæ nostræ cursu properamus. Verbi gratia: Dormis? tempus prætercurrit
& elabitur: vigilas, & mente aliquid agis? vita etiam si non sentiamus, absumitur. Omnes e-
nim vnum currimus curriculum, ad propriam quisque metam tendentes. Quamobrem o-
mnes in via sumus? Atque ad hunc modum si de via hac senseris, viator eris in hac vita,
transibunt omnia, post tergum relinquentur omnia. Vidisti de via plantam, herbam, aquam
aut aliud quiduis non indignum spectatu? Nonnihil hinc decerpsisti oblectationis? Hæc in-
terim abs te defluxerunt. Rursus in lapides incidisti. In conualles, præcipitia, scopulos, ligná
ve acuminata, aut fortè in feras incurristi, reptilia, spinas, alia item permolesta? Hinc non- H
nihil contraxisti mœroris? Mox ista reliquisti. Talis est vita, quæ nec delectabilia, nec rursus
acerba & tristia diu retinet. Sed nec via hæc tua est, neque præsentia tua sunt. In viatoribus
primus vestigium mouit, & post eum alius, item alius insequitur. Considera parumper, num
res humanæ sint consimiles. Hodie terram coluisti? cras alter colet, & post eum alius. Vides
agros hos & domos sumptuosas? quot nomina iam vnumquodque horum permutauit? Di-
cebantur alicuius esse, & postea in alterius denominationem transierunt, & post illum rur-
sum ad alium, nunc quoque alterius esse dicuntur. Cur vita nostra non dicetur via: quæ mo-
dò hunc, modò alium sortitur continuò statum? Beatus ergo qui in via peccatorum non ste
tit. Hoc autem, non stetit, quid sibi vult? Quum in primæua adhuc consistimus ætate, non I
iam dicimur in malitia esse aut virtute. Ea enim ætas habitus vtriusque minimè est capax.
Postquàm autem ratio ad perfectum venit, tunc fit quod scriptum est: Adueniente manda-
to, peccatum reuixit, ego verò mortuus sum. Oriuntur enim prauæ ex carnis affectibus co-
gitationes animis nostris ingenitæ. Reuera nanque vbi mandatum venit, hoc est, cognitio
bonorum, si prauæ cogitationi non fueris dominatus, sed rationem permiseris ab affectio-
nibus captiuari, reuixit quidem peccatum: at mens morti succumbit, delictis mortificata.
Beatus igitur qui non stetit, hoc est, diu non est immoratus in via peccatorum, sed superio-
re ratione ad Rempublicam siue sodalitatem studiosam pietatis se recepit. Duę nanque sunt
inter se contrariæ viæ: vna quidem lata & ampla siue spatiosa, altera angusta & arcta. Toti- K
dem etiam duces, quorum vterque ad se viatorem arripere conatur. Via nanque illa facilis
& lata pronóque cursu decliuis ducem habet decipientem dæmonem malum, qui per volu
ptatem se sequentes ad perditionem trahit. Asperæ verò, accliui & arduæ angelus præsidet
bonus, qui per strenuos pro paranda virtute labores ad finem beatum sequaces suos dedu-
cit. Donec enim quilibet nostrum puer est in hac vita voluptatem persequens, nullam vitæ
futuræ rationem aut curam habet. Vir autem factus, post intelligentiæ perfectionem, quasi
diuisam sibi in vitium & virtutem vitam videt, & accuratè animæ oculos vtrinque voluen-
do, quæ ad amborum pertinent proprietatem, diiudicat. Nam & peccatorum vita omnia
præsentis sæculi iucunda esse declarat. At iustorum sola futuræ vitæ bona ostendit, & saluan L
dorum via quantò pulchriora profitetur esse & promittit futura: tantò laboriosiora præsen-
tia exhibet. At voluptatum sectatrix & intemperans vita, non eam quæ in futurum expecta
ri debeat, offert, sed præsentium rerum iucundã fruitionem. Anima igitur omnis quasi ver-
tigine ratiocinationum laborans & claudicans malè afficitur: dum electura virtutem, cogi
tat secularia, & ad præsentia respiciens, voluptatem virtuti præfert. Hic carnis oblectatio-
nem aspicit, ibi disciplinam: hic ebrietatem, ibi ieiunium: Hic intemperantiores risus, illic
vberem lachrymarum copiam: hic saltationem, ibi preces ad deum ac vota: hic tibias & mu
sicam, ibi luctus: hic libidines & amores, ibi virginitatem. Quoniam autem verè bonum ra-
tione cogitationéque comprehendi per fidem potest (procul enim semotum est boni illius M
domicilium, & oculus non vidit, & auris non audiuit.) Peccati verò oblectatio promptam
habet & per omnes fluentem sensus voluptatem: beatus proinde qui ab eius abstinens ille-
cebris, ad exitium minimè siuit se reuolui, sed per patientiam, salutis spem retinens: in am-
barum viarum electione non ea ingreditur, quæ ad peiora contendit. *Et in cathedra pestiꝛ-
lentiæ non sedit.)* An dicit cathedras, in quibus nostra conquiescere facimus corpora? Quæ-
nam est ligni ad peccatum collatio, vt ipse cathedram à peccatore præoccupatam, ceu exi-
tialem & noxiam debeam fugere? An putare debemus cathedram dici stabilem ac firmam
in iudicio prauo conuersationem? quæ nobis prorsus vitanda est, quòd diuturna exercitatio
peccatorum, præsertim studiò si fit & certa destinatione, animabus solet habitum ingignere

vix

Vię duæ ac duo duces.

ὑπισχνεῖται ὑπίσχεσθαι. γνώμη.

Syllogismꝰ

Cathedra pestilentiæ. ἡ μὴ περὶ λοιμικῆς.

A vix vnquam desiturum & egerrimè mobilem. Animæ enim morbus vbi vetustuit iam, ma-
li item exercitatio simul atque occalluit diuturnitate: vix vllam admittit medelam, aut cer-
tè immedicabilis fit prorsus: quùm in his, vt in plerisque aliis consuetudo mutetur & abeat
in naturam. Optandum igitur fuerit, vt ne attingamus quidem malum. Secundus proinde
erit nostræ nauigationis cursus, si à prima mox qualicunque experientia mali, quali à bestia
intentante plagam pestilentem ac virulentam refugerimus, iuxta quod à Salomone de leui
& improba muliere scriptum est: Ne applices oculum tuum ad eam, sed resilito: neu morê-
ris. Iam enim ipse quosdam noui, qui per ætatis teneræ florem ad obscœnas carnis affectio-
nes delapsi, per consuetudinem quoque mali istis immortui sunt peccatis. Quemadmodum Non immo
randum pec
catis docet à simili.
B enim sues qui in cœno sese obuoluunt, continuò sibi lutum augent, sic hi fœditatem ex volu
ptate singulis diebus affricant sibi & aspergunt. Beatitudinis igitur est nihil cogitasse, aut
proposito destinasse exequi, quod sit malum. Si autem per inimici insidias impietatis consi-
lia iniueris, in peccato noli persistere. Id demum si accidit, caue insideas malo. Ne igitur se-
deto in cathedra pestilentiæ. Sed quando intellexisti cathedram hìc, diuturnam in peccatis διαρκῆ πα-
ρέφραγμ.
significari moram: deinceps exquirendum tibi, quam nominatim dicat pestilentiam. Dicũt Collatio.
rerum huiusmodi periti pestem ea esse natura, vt si vnius hominis vel iumenti corpus attin
gat, ad quosque proximos quasi partitò serpit: vt vno contaminato, mox ad alium vis mor-
bi perueniat. Tales itaque sunt operarij iniquitatis: alius in alium suum transmittit morbũ,
proinde coægrotant, simul etiam pereunt. An non vides libidini meretriciæ addictos, quo- κατὰ διάδο
σιμ.
C modo in foro sedentes, ac eos qui sobriè castéque degunt, sugillantes, suæ ipsorum turpi-
tudinis facta adnumerant, studia quæque tenebrarum & ignominiæ dedecora: perinde ac
strenuè ea facinora & fortiter gesserint, commemorant? Hi demum pestilentiæ vocantur,
qui dum proprium morbum in omnes transfundere contendunt, multos gloriantur ac ge-
stiunt reddere sibi similes: vt per malorum communionem multorúmque societatem, pro-
priam diffugiant infamiam. Nam neque ignis arentem & susciendæ flammę idoneam na πνεύματος
ἐπιφόρου.
ctus materiam cohiberi potest, quo minùs vniuersam corripiat, maximè si contigerit vis Simile.
venti flammam prouehentis, neque possibile, peccatum quod in vno fuerit, ad vicinos om-
neis non transire, si spiritus ac ventus iniquitatis eum accenderit. Fornicationis enim spiri-
D tus non in vno tantum coërceri se patitur aut sisti: sed coæui statim eodem comprenduntur
morbo: Ganeæ, ebrietates, narrationes lasciuæ & obscœnæ turpitudinis, amica insuper vnà
potans huic arridet, illum iritat ac prouocat ad libidinem. Denique omnes ad idem incen-
dit peccatum. Num parua hæc pestilentia, aut modica est ista peccati diffusio? Quid autem,
si quis auarum imitatur, aut eum, qui potentia quadam politica & honoris specie fucatus
populis imperet, dux sit exercitus, deinde turpissimis affectibus contaminatus inueniatur:
nónne is pestem animo suo accepit, alterius malum quem imitatorem habet, proprium con
stituens? Res enim in vita magnæ atque illustres, vitas clarorum hominum ad se reducunt A simili mo
res accipiũ-
tur hero.
atque referunt: & milites plerumque ducibus assimilari solent: & in ciuitatibus populi eos
E imitantur qui potentia pollent. Prorsúsque postquam vnius morbus imitatione dignus mul
titudini existimatus fuerit, propriè & consentaneè pestilentia quædam animarum dicetur
in vita dominari. Vitæ namque splendor per nobilitatem malitiæ quæsitus, multos ad æmu-
lationem similem eorum qui proni ac lubrici sunt ad peccandum, trahit. Quoniam itaque
alius alium complet morum corruptela, iure tales animarum pestilentiæ in terris dicantur.
Ne igitur in cathedra pestilentiæ sederis, neu particeps consilij eorum fueris, qui suam cæte-
ris affricant corruptelam aut contagem pestilentem: vel saltem in malis non diu manseris
cõsiliis. Atqui sermo hic meus in ipsis adhuc versatur proœmiis, sed & multitudinem video
F modum excedere: adeò vt iam vobis promptum non sit plura excipere, nec item mihi di-
ctandi facultas suppetat, ob innatam vocis me destituentis debilitatem. Si autem quæ cœpi
dicere de vitandis ante omnia malis, dèque perfectione per bona opera consequenda, hoc
sermone non absolui: attamen hæc pauca benignis vestris nec ingratis auribus commendã-
tes, pollicemur deo suggerente nos reliqua completuros, modò ne vocis organo destitutus
silentium prorsus cogar subire. Dominus autem det nobis eorum quæ diximus mercedem:
vobis verò eorum quæ audistis fructum, per gratiam Christi ipsius, cui gloria, in secula se-
culorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA IN PSALMVM SEPTIMVM, DOMINE deus meus in te ſperaui.

Pſalmus ipſi Dauid, quem cecinit domino, pro uerbis Chuſi filij Iemini.

EA quæ in huius pſalmi titulo inſcribuntur, cum hiſtoria Regum, vbi de Dauide narratur, quadantenus non conuenire videntur. Illic enim Chuſi princeps quidem ſociorum Dauid, filius verò Arachi memoratur. Hic autem filius Hiemenei. Eſt enim nec hic neque alius aliquis filius Hiemenei ex his qui ibi apparent. Num fortè igitur quoniam per ſimulationem amicitiæ, vt tranſfuga is partes ſequutus Abſalonis, ac proinde conſilia alioqui commodiſſima Achitophelis viri vtique acerrimi & peritiſſimi ductandi exercitus, in irritando, ita ſtrenuam ac fortem operam nauauit Dauidi: idcirco filius Hiemenei eſt hic appellatus, id eſt filius dextræ? Illum enim cum conſuluiſſet nullum tempus intermittendum, ſed imparatum patrem ſtatim & ex inſidiis inuadendum, admitti non permiſit: vt induceret, inquit hiſtoria, dominus in Abſalonem omnia mala. Nam viſus eſt inferre Abſaloni cauſas, quàm Achitophel probabiliores diſtrahendæ pugnæ ac nectendæ moræ, eo ſanè animo, vt Dauidi tempus colligendi exercitus tribueret. Ex quo receptus gratúſque apud Abſalonem fuit dicentem: Bonum conſilium dedit Chuſi filius Arachi, longéque melius conſilio Achitophel. Dauidi amico interea per ſacerdotes Sadoch & Abiathar quæ inſtituta eſſent vt fierent, oſtendit, ac præcepit ne in Araboth deſerti caſtrametaretur, ſed vt tranſire maturaret. Quoniam itaque ob bonum conſilium dexter & accommodus eſt factus Dauidi, à præclaro eiuſmodi ac virili opere hoc indeptus eſt cognomentum. Hac itaque de cauſa filius Hiemenei, hoc eſt, filius dextræ eſt appellatus. Ipſa namque ſcripturæ conſuetudo, peiores à peccato magis cenſere, quàm à patribus ſolet: meliores verò filios ex aliqua inſigni & eis conueniente virtute. Quamobrem diabolum apoſtolus perditionis filium appellat. Niſi enim, inquit, reuelatus fuerit iniquus ille filius perditionis. Et Iudam dominus in euangelio filium perditionis vocauit: Nullus (inquit) periit niſi perditionis filius. Filios autem ſapientiæ eos vocat, qui in dei cognitione ſunt inſtituti & conformati: Iuſtificata eſt, inquit, ſapientia à filiis ſuis. Et ſi fuerit, inquit, ibi filius pacis. Non igitur mirum videri debet, ſi nunc corporalem eius tacendo patrem, dextræ filium potiſſimum ſocium Dauidis nominet, accepta decenti appellatione, ex ratione illuſtris ac præclari operis. *Domine deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac.*) Putatur vulgare quid eſſe, & quòd à quouis poſſit ſanè ac verè proferri illud, Domine deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac: Profecto non ſe ſic habet res. Qui namque in homine ſperat, aut ob aliud quiduis eorum quæ vitam hanc concernunt, animi pendet ac diſtrahitur, (verbi gratia: dum ſpem collocat in magiſtratu, in diuitiis & aliis quibuſlibet quæ apud plærоſque putantur clara eſſe ac ſplendida) is neutiquam legitimè dicere poteſt: Domine deus meus in te ſperaui. Præceptum eſt enim non oportere in principibus ſperare. Et rurſus: Maledictus homo, qui confidit in homine. Quemadmodum nec quicquam aliud, præter deum colere oportet: ſic nec in alio ſperare, quàm in deo omnium domino fas eſt. Spes mea, inquit Dauid, & † cantatio mea dominus. Sed quomodo primum ſeruari à perſequentibus, deinde liberari rogat? Puncti enim diſtinctio claram hic reddit orationem. *Saluum me fac*, inquit, *ex omnibus perſequentibus me.*) Deinde ſequitur: *Libera me nequando rapiat ut leo animam meam.*) Quæ igitur differentia inter ſeruari & liberari? Seruantur propriè debiles, liberantur vero ij qui in cuſtodia captiui retinentur. Propterea eum qui per ſe debilis eſt, alioqui in ſe retinet fidem: propria ad hoc moderatur ac dirigit fides, vt demum conſequatur ſalutem. Fides enim tua, inquit dominus, te ſaluam fecit. Et rurſus: Fiat tibi ſicuti credidiſti. Qui verò libertate donandus eſt, pretium aliunde pro ſe dependi expectat: Qui itaque ſub mortis pendet articulo, cognoſcens quemadmodum vnus eſt ſaluator, vnus item liberator ſiue redemptor, ait: In te ſperaui, ſaluum me fac ex debilitate: libera me item ex captiuitate. Exiſtimo autem quòd generoſi dei athletæ per omnem ſuam vitam cum inimicis inuiſibilibus, cùm colluctati ſatis ſuperque fuerint, poſtquàm omnes eorum ſubterfugerint inſectationes, prope vitæ finem conſtituti, à principe ſeculi huius examinãtur: vt ſi qua comperiantur retinere ex initis certaminibus vulnera, aut

Pro eoquod Hebræi proferunt כוש בן יְמִינִי Chus ben Iemini, Græci habent, χουσὶ τοῦ ἰαμινεί. ad eu modũ noia Hebraica ferè iteruertunt.

ἐν τοῖς βασιλείαις in regnorum libris, ita enim & Græci, pro quo Hebræi Malachim regũ non malachot regnorum.

יְמִינִי dexter ſiue dextra.

Memorabilis γνώμη.

Aggreditur ſuſcepti pſalmi interpretationem.

aliàs, Laudatio.

Saluum me fac, deinde libera.

γνώμη memorabilis.

A ra, aut ſi quas diſcolores notas ſiue impreſſiones peccati in his deprehenderint, diſtineantur. Quòd ſi nullo ſaucij vulnere, nec vlla aſperſi decolore macula peccati perinde ac inexpugnabiles ac liberi à Chriſto inuenientur, interquieturi ſuſcipiantur, ac refoueantur. Orat itaque de vita præſenti & futura. Serua me, inquit, hìc à perſequentibus me: libera verò me, tempore reddendæ rationis, nequãdo rapiat vt leo animam meam. Et hæc ex ipſo domino diſcere vtiq; poſſis circa paſſionis ſuæ horã dicente: Nunc princeps mundi huius venit, & in me non habebit quicquam. Sed is quidem qui nihil vnquam admiſit peccati, rectè dicit: In me non habebit quicquam. Homini autem abunde fuerit, ſi auſit dicere: Venit princeps mundi huius, & in me habet pauca & modica. Periculum itaque hæc pati fuerit, niſi nobiſcum liberantem nóſque ex his malis redimentem ac ſeruantem habeamus. Duobus autem propoſitis totidem ſequentia reſpondent. *Serua me ex multitudine perſequentium me & libera me, nequando rapiat, ac ſi non ſit qui liberet aut redimat. Domine deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam & comprehendat.*) Mos eſt ſcripturæ, retributionis nomen non ſolùm in præmium aliquod boni & mali accipere, ſed in actionum principio, vt, Retribue ſeruo tuo, pro tribue. Dare nanq; initium benefaciendi eſt. Reddere verò, menſuram iis quæ ſunt tributa æqualem circumſcribere. Retributio autem, alterum ferè dandi principium ac bonorum ſeu malorum in quoſdam cumulus quidam ac periodus collatorum. Arbitror autem, quando pro petitione quaſi repetitionem ponens oratio, retributionem requirit, quod talem demonſtret ſenſum: Prouidentię ac curæ debitum, quod ex natura parentes neceſſariò debent liberis, hoc mihi exhibeas peto. Debetur nanque liberis à parente ſecundum naturalis amoris affectum ſuſtentandæ vitę prouidentia ſiue prouentus. Parentum enim eſt, inquit, colligere ſiue theſaurum recondere liberis, vt præter hoc quod ad vitam illos genuerunt, etiam viuendi ſubſidia ſubminiſtrent. Ad hunc modum in ſcriptura, in primariis actionibus noſtris, redditionis ſeu vicariæ retributionis dictio vſurpari ſolet. Hic verò videtur confidenter dicere, quoniam non reddidi retribuentibus mihi mala, non reddidi ſimilia. Itaque ſi feci hoc, & ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Inanis autem ab inimicis ille decidit, qui ex gratiæ Chriſti plenitudine excidit. *Perſequatur* itaque *inimicus animam meam. Comprehendat & conculcet in terram uitam meam.*) Anima iuſti à conſenſu & affectione corporis diſparata, vitam habet cum Chriſto abſconditam in deo, vt dicere cum Apoſtolo valeat: Vivo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Item, Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo. Peccatoris autem & eius qui ſecundum carnem viuit anima, & corporeis voluptatibus inquinatur, in vitioſis carnis affectibus, perinde ac in luto quodam continuè volutatur: quam cõculcans inimicus magnopere commaculare, & veluti in puluerem redigere ac obruere contendit, irruens in iacentem, ac pedibus illum in terram proterens. Conculcet in terram, hoc eſt, in corpus, vitam videlicet prolapſi, & gloriam meam in puluerem deducat. Sanctorum enim, qui cum ſuperis conuerſantur, & ſibi theſauri ſempiterni bona theſaurizant, gloria in cœlo eſt. Terrenorum verò & ſecundum carnem viuentium gloria, in puluerẽ deduci dicitur. Qui enim ob terrenas diuitias gloriatur, & ab hominib⁹ captat ac venatur honorem breui tempore duraturũ, quiq; in exuberanti copia rerum corporaliũ ſpem habet, is profectò gloriam ſibi conciliat, non quæ ad cœlum aſpiret, ſed in puluere permanentem. *Exurge domine in ira tua.*) Myſterium reſurrectionis iam impleri Propheta orat, in peccati eorum condemnationem, vel in cruce exaltationem, quæ futura erat, poſtquàm prouecta ad vltimum terminum creuerit inimicorum malitia. Aut certè: *Exaltare in finibus inimicorum meorum.*) eiuſmodi ſenſum præfert: Quantũlibet in ſublime ſuccreuerit malitia, etiamſi per exuberantem copiam aut facultatem potentiæ in immenſum & infinitum ſe effuderit: potes quemadmodum bonus medicus depaſcentis vlceris terminos præoccupans, ſiſtere morbum latè vagantem ac ſerpentem, & eius continentem contagionem plagis tuæ diſciplinæ incidere. *Et exurge domine deus meus in præcepto, quod mandaſti.*) Poteſt item hic ſermo ad reſurrectionis myſterium referri: vt hortetur Propheta & obſecret iudicem, quatinus is exurgat in peccati omnis vltionem, & ad mandata perficienda quæ nobis pridem conſtituit. Poteſt etiam vſurpari ad rerum prophetæ, quæ tunc contingebant, conditionem ſtatúmve: & ita deum rogat, vt ad vindictam præcepti neglecti quod mandauit, exurgat. Præceptum autem erat hoc à deo præſcriptũ: Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã, quod filius ipſius trãſgreſſus erat. Ideo rogat, vt & eum ipſum corrigat atq; caſtiget, & exẽplũ multis ſit, quo admoniti reſipiſcant,

καινὸν ſcripturæ ſolennis.

δόσις, ἀπόδοσις, ἀντιπέδοσις.

τοῖς τέκνοις θησαυρίζειν, ἢ ἀπόδομα, ἢ ἀνταπόδομα.

κενὸς ἀποπίπτει.

Attẽde quo differat ſanctorum & iniquorum gloria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scant,neu cunctetur longanimiter ferendo:sed exurgat in ira,& exurgens proprium vindi- G
cet mandatum . Non enim, inquit, tam me vlciſceris, quàm præceptum tuum neglectum,
quod ipſe mandaſti. *Et ſynagoga populorum circundabit te.*) Liquet enim , quòd caſtigato v-
γνώμη. Nã pœna vnius metus multorum eſt. no improbo, multi conuertentur . Itaque malitiam iſtius puni , vt multa populorum ſyna-
goga te circundet,& propter hanc in altum regredere . Pro circundante te ac venerante ſy-
nagoga,quam poſſediſti per gratiæ condeſcenſionem in carnem,& legis nouæ diſpenſatio-
nem , regredere in altum gloriæ quam habuiſti ante mundi conſtitutionem. *Dominus iudi-*
ἀναγκαιότατος καὶ συνεκτικώτατος. Iudicium varie ſumit. *cat populos.*) Multis in locis ſcripturæ ſermo de iudicio interſperſus eſt, vt neceſſarius maxi-
mè & ad conſeruandam pietatis doctrinam opportuniſſimus apud eos qui in deum per Ie- H
ſum Chriſtum crediderunt. Quoniam tamen variis modis de iudicio ſermo inſcriptus eſt,
confuſionem his inſerere videbitur,qui minùs exactè varias iudicij acceptiones diſtinguunt.
Qui enim credit in me non iudicatur: qui non credit iam iudicatus eſt. Si vero qui non cre
Pſalm.1. dit,ſimilis eſt impio , quomodo dictum eſt : Non reſurrecturos eſſe impios in iudicio? Et ſi
credentes,filij dei ob fidem facti ſunt, ac propterea digni facti ſunt, qui & ipſi dij vocentur,
quomodo deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diiudicat? Sed videtur ali
quando iudicare pro,probare,in ſacris voluminibus accipi : quandoque vero pro condem-
nare.Quando probare ſignificat ait: Iudica me domine, quoniam ego in innocẽtia mea in-
greſſus ſum.Ibi enim ſubiungit,Proba me domine & tenta me . Quando verò condemnare
ſignificat:Si nos,inquit,ipſos iudicaremus,non vtique iudicaremur . Si enim nos ipſos per- I
ſcrutaremur,vtique condemnationi non ſubiiceremur. Rurſus dicit. Iudicio contendet do
minus aduerſus omnem carnem:hoc eſt,in exquirenda ratione eorum quę cuique dum vi-
ueret,acta ſunt , vniuſcuiuſque iudicio ſe ipſum ſubiiciet,& ſua præcepta peccatorum factis
opponet lucida vi demonſtrationum velut excuſans,& quòd in ſalutem iudicandorum quę
ſe decebant,cuncta fecerit:vt certò ſibi perſuadeant peccatores , quòd rei & obnoxij crimi-
ἑκόντες πρόσοιντο. nibus diuinum ſuſtineant iudicium,meritam pœnam ſponte ſubeant. Eſt & alia ſignificatio
ex hac voce iudicare,vt ait dominus:Regina auſtri exurget & condẽnabit generationẽ hãc.
Eos enim qui doctrinam diuinam auerſantur,quiq; à ſe amoliuntur ſtudia honeſti ac virtu-
tis & ſapientiæ dogmata plena bonæ eruditionis faſtidienter à ſe prorſus ablegarunt , eo- K
rum comparatione ſimul & collatione qui in generatione ſuorum Gentilium rerum bona-
rum ſtudio excelluerunt, grauiorem aſtruit daturos eſſe pœnam, eorũ gratia quę negle&im
tranſmiſerunt.Credo equidem non omnes ſimilem relaturos eſſe ſententiam ab æquiſſimo
illo iudice, quotquot hoc terreſtre corpus receperint: quòd externi iſti caſus qui cuique no-
ſtrum contingunt,non paruo diſcrimine à ſe diſſideant, quo fit, vt diſſimilem quiſque ſen-
tentiam ſit relaturus.Qui enim concurrunt caſus non à nobis quidem profecti, ſed vel inui
tos circunſtant,aut peccata noſtra degrauant,aut leuiora efficiunt.Fac ex ſuppoſitione ſcor-
tationem vocari in iudicium . Eſto vnus aliquis id peccati admiſerit, initio ætatis improbis
moribus innutritus. Sit item parẽtibus omni genere intemperantiæ contaminatis progna-
tus:ſit idem educatus in improba cõſuetudine flagitiorum,in ebrietate & comeſſatione,in- L
ter obſcœna & auditu fœda colloquia . Contrà alius aliquis aliquam multa nactus , quæ ip-
ſum inuitent ad quæq; longè optima conſectanda,vt ſunt,liberalis educatio,doctores, diui-
norum eloquiorum ſubinde repetita auditio, crebræ lectiones rerum ſalutarium , admoni-
tio parentum, enarrationes quæ ipſum forment & inſtituant ad componendam morũ gra-
uitatem & tuendam mordicus pudicitiam, ad moderatam ſumendæ alimoniæ temperiem.
Talis denique in ſimile quo alter deliquit , ſi delapſus fuerit peccatum : quonam pacto hic
poſita ratione vitæ prioris , non maiores longè , quam ille pœnas merito dare oportere exi-
ſtimabitur? Ille enim ob id ſolum culpabilis erit , quòd inditis & inſperſis menti ſalutaribus
occaſionibus non rectè vſus eſt : poſterior verò præter hoc etiam cum magnum ad ſalutem M
adiumentum habuerit,propter intemperantiam ac breuiſſimi temporis negligentiam & in-
curiam, ſeſe prodidit.Similiter autem & is qui in pietate mox à cunis educatus,& inter di-
μὴ πᾶσαν διαφθορὰν ἐκφυγὼν. uina dogmata conuerſatus omnem erroris vitauit peruerſitatem, inq; lege dei enutritus,
quæ omne peccatum traducit , & ad contraria prouocat : non ſimilem habebit idololatriæ
excuſationem,quam ille qui ex parentibus prophanis natus & exlegibus & à gentibus initio
idololatris edoctus eſt. *Dominus iudicat populos.*) aliter Iudæũ & aliter Scytham. Ille enim ac-
quieſcit legi & in deo gloriatur, & probat meliora.Inſtructus igitur per legem,& præter cõ-
mune donum intelligentiæ quum audiat ſuis auribus incini,& continenter erudiatur pro-

pheticis

A pheticis & legalibus ſcriptis,ſi deprehendetur quidpiam præter æquum admiſiſſe:longè grauioribus erit obnoxius peccatis . Scythæ autem Nomades agreſtibus & inhumanis educati moribus,rapinis ac prædis inter ſe aſſueti , iræ nulla temperantia indulgentes , lites denique omnes ferro dirimere prompti,& contentiones per ſanguinem ſoluere edocti, ſi quid fortè inter ſe humanitatis aut bonitatis communicauerint , nobis ob propriam virtutis & legis inſtitutionem , ſi quid fortè defecerimus , longè grauiorem præparant mulctam . *Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam , & ſecundum innocentiam meam ſuper me .*) Videbitur hic ſermo aliquid fortè iactabundum , & glorioſum , & ſimile aliquid orationi phariſæi ſeſe extollentis habere. Candidè tamen perſpicienti rem propheta noſter ab hoc vitioſo affectu
B procul omnino eſſe iudicabitur. *Iudica me domine*(inquit) *ſecundum iuſtitiam meam.*) Multa , inquit, de iuſtitia dicuntur , & perfectæ iuſtitiæ fines comprehenſu ſunt difficiles . Eſt enim & angelorum iuſtitia quædam quæ humanam ſuperat:ſi qua virtus eſt ſupra angelos, correſpõdentem habet magnitudini iuſtitiæ præſtantiam . Poſtremò ipſius dei iuſtitia omnem excedit intellectum,cùm ſit omni genitæ naturæ incomprehenſibilis atque inenarrabilis.Me igitur iudica domine ſecundum iuſtitiam meam : hoc eſt , hominibus tantum comprehenſibilem & poſſibilem his qui in carne viuunt. *Et ſecundum innocentiam meam ſuper me.*) Sic enim Innocentia Dauidisque maximè conſtat dicentis affectus longiſſimè à phariſæi arrogantia diſtare . Innocentiam enim ſuam nominat , perinde ac ſimplicitatem inexperientiamq; eorum quæ vtilia ſunt co-
C gnitu.Sicut in prouerbiis dicitur: innocens omni verbo credit. Quoniam itaque nos homines in multa delabimur incommoda ob inconſiderãtiam & inexperientiam, ſe apud deum excuſat,veniãq; orat vt aſſequatur ſuper innocentia.Ex hoc aũt palàm eſt, quòd ea quę dicta ſunt,humilitatem prophetæ magis quàm ſuperbiam præ ſe ferre videtur. Iudica me (inquit) ſecundum iuſtitiam meam,& Iudica me ſecundum innocentiam meam in me exiſtentem, id eſt ad librilem humanæ fragilitatis iuſtitiam meam appendens,ita me iudices . Simplici- παρεξετάζω. tatem enim cùm probè noueris morum meorum , non me vt verſatilem , neque vt circunſpectum in mundi negotiis , ſic peccantem me iudices. *Conſummetur nequitia peccatorum.*) His verbis orans verum ſe præcepti euangelici diſcipulum palàm oſtendit . Orat enim pro
D perſequentibus ſe:& ita orat, vt fine quopiam ac termino peccantium peccantium eorũ circumſcribatur iniquitas.Quemadmodum ſi quis oret pro iis qui corpore laborant,ac dicat: conſummetur obſecro laborantium morbus.Etenim ne inſtar cancri vicina quæq; depaſcentis,latiùs ſerpat Collatio. peccatum,orat vt ſiſtatur ac finem capiat, non item ſe latiùs effundat , hoc modo inimicos Metaphora diligens ac benigne facere iis qui ſe oderunt, cupiens eoq; precatur pro ſe perſequentibus. Et *diriges iuſtum.*) Rectus,iuſtus nominatur,& rectum cor quod bene facit.Quid igitur vult hic orando propheta?Orat enim vt qui iam rectus eſt dirigatur. Nihil dicet aliquis , obliquum aut obtortum,ſeu tranſuerſum,in recto erit.Sed profectò neceſſaria hæc pro iuſto petitio,vt rectum eius mentis propoſitum per directionem & manuductum dei regatur, ne præ fragi-
E litate quandoque veluti à canone veritatis nutando declinet,neque à veritatis inimico,peruerſis lædatur dogmatis . *Scrutans corda & renes deus iuſtè.*) Scriptura quandoquidem non δικαίως. raro cor accipit pro mẽte,& renes pro parte animæ concupiſcibili:& hic idipſum ſignificat, Cor pro mẽ te,renes pro cõcupiſcentia. quaſi dicat,Iudica me deus cùm ob dogmata,quæ de pietate retineo,tum ob motus affectuũ animi.Tu nanque corda & renes perſcrutaris . Scrutatio proprie eſt cum omnibus torturis ἔλεγμος. & argumentis inquiſitio,quæ à iudicibus adhibetur torturæ admotis,vt ſi cõſcij rerum ſunt Scrutatio quid. arcanarum quæ in quæſtionem poſitæ ſunt, vi tormentorum adacti eas priùs deliteſcẽtes in apertum conſtituant.Et quidem inquiretur in cogitationes noſtras,æquiſſimi iudicis exami ne prorſus infallibili.Ipſæ rurſus actiones in quæſtionem venient & expendentur.Nemo igitur huius veriſſimi iudicis præuertat ſibi ſumere vices,neque ante tempus iudicet, donec ve
F niat ipſe dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum , & manifeſtabit cõſilia cordium. Dum deus corda & renes ſcrutatur,ſuam oſtendit iuſtitiam. Tentatum eſt cor Abrahæ , an deum ex tota anima & ex toto corde diligeret, quando Iſaac filium iuſſus eſt in holocauſtum offerre:vt plenè oſtenderet, quàm filium ſupra deum non amaret . Probatus eſt & Iacob fratris inſidias paſſus: vt luce ipſa eniteſceret clarius ipſius fraternam charitatem nihilo imbecilliorem factam per tot tantáque Eſau peccata.Horum itaque corda ſcrutatione quadam ſunt examinata . Renes vero Ioſephi probati ſunt, quando inſaniente erga ſe laſciua domina, libidini turpiſſimæq; voluptati honeſtatem continentiæ prætulit . Ad hoc autem probatus eſt, vt ſpectatores diuini iudicij animaduerterẽt iure illi honorem maximum ex-

 hibitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

hibitum,quòd illius iam multis spectata documentis inuicta castitas præluxisset. *Auxilium meum à deo.*) Propriè in bellis ij qui eruptionem inimicorum sustinent, auxilium quærunt. Arg à simili

Hic verò inuisibiles Propheta sentiens inimicos, & instans sibi periculum ex inimicis vndique totius exercitus impressione in se irruentibus animaduertens, ait: Auxilium meum, non ex diuitiis,non ex vllo corporali subsidio, non item ex facultate quauis aut fortitudine qualicunque mea,at neque ex cognatione quantalibet humana, sed auxilium meum à deo. Quale autem mittat auxilium timentibus se dominus, alibi à psalmo didicimus dicente, Castrametabitur† angelus domini in circuitu timẽtium ipsum, & eripiet eos. Et alibi: Angelus eruit me. *Qui saluos facit rectos corde.*) Rectus corde is est,qui animum retinet neutrobi ver gentem,sic vt ne excedat,neque desit sibi:sed ad medium dirigitur virtutis. Nam quisquis à fortitudine deflectit, in timiditatẽ deuoluitur:contrà qui iusto plus se extẽdit,ad audaciam temeritatẽmque declinat. Quamobrem huiuscemodi homines scriptura obliquos & obtortos nominat,qui à virtutis medio ad excessum seu defectum tendunt. Quemadmodum enim obliqua linea fit,si nunc in curuum,nunc in conuexum eius rectitudo diffringatur siue obliquetur:sic item cor obliquum est, quod nunc per iactantiam arrogantiámque effertur, nunc per calamitates & dolores deiicitur. Ideo Ecclesiastes ait: Obliquum non dirigetur.

† al. Immittet se & medium interponet.

Cordis rectitudo in quo cõsistat

μὴ ὀργὴν ἐπάγων.

Deus iudex iustus,fortis & patiens,non irascetur per singulos dies.) Hoc videtur propheta inferre aduersum eos inuectus qui tum ob rerum euentus turbabantur,quasi suorum perturbationem cohibens,ne diffidant vniuersorum prouidentiæ,videntes inultum patrem super filij rebellione & Absalonis flagitium quod moliebatur,prosperos habere successus. Eorum itaque in cogitationibus stupiditatem & inconsiderantiam corrigens, ad hunc modum illos contestatus est,dicens:Deus iudex iustus, fortis & patiens, non irascetur per singulos dies. Nihil temerè fit,eorum quæ geruntur, sed cuilibet pro mẽsuræ suæ portione deus reddet,ad quam in hac vita actus suos præmensurauit. Quoniam igitur peccatum ego admisi,ex eo meritam recipio mercedem. Nolite itaque loqui aduersum deum iniustitiã, Deus enim iudex iustus. Neque tam abiectè de deo cogitate,vt existimetis ipsum ad vltionem sumendam impotentem esse. Nam fortis & potens est: Quę ergo causa,quòd non statim peccantibus pœnam infligit? Quoniã patiẽs est. Nõ irascitur per singulos dies. *Nisi conuersi fueritis,gladium suum uibrabit.*) Comminatorius sermo ad conuersionem inducens eos qui tardi sunt ad pœnitentiam. Non statim minatur vulnera,plagas,mortes,sed armorum vibrationem, veluti præparationem quandam ad vltionem intentat. Quemadmodum enim qui arma abstergunt ac polliunt, pugnæ mox ineundæ acrem affectum & alacritatem per hoc significant: sic & sermo hic dei motum ad vltionem ostendere volens,gladium illum vibrare dixit. *Arcum suum tetendit.*) Non aliquis neruus arcum dei tendit,sed potentia puniendi quandoque intensa, interdum verò remissa. Peccanti itaque minatur sententia hæc parata esse, quæ illi irrogatura sint pœnam, si à peccato non desistat. *Parata sunt enim in arcu uasa mortis.*) Vasa vero mortis,potentiæ sunt internecioni tradentes inimicos dei. *Sagittas suas ardentibus effecit.*) Quemadmodum enim ignem dominus non adamanti qui non liquescit igne,sed ardenti materię ceu sunt ligna, creauit: sic & sagittæ dei in animas quæ multum aridæ materiæ & ad interitum aptæ collegerunt,sunt effectæ. Illi itaque qui ignitas diaboli sagittas priùs receptas in se retinent,hi sunt qui demum dei sagittas excipiunt. Ideo dicit sagittas ipsius iam ardentibus effectas. Incendunt planè animam carnis amores, pecuniarum cupiditas, inflammata ira, exurens animam tristitia & tabefaciens,timores item alieni à dei timore. Qui verò nullis est eiusmodi inimicorum sagittis sauciatus, sed dei armaturam se induit: nullas hic vnquàm experietur aduersum se intendi lætales sagittas. *Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.*) Et quidem quod ad huius sententiæ ordinem attinet,confusaneus videtur esse dictionum contextus. Quoniam grauidę primùm quidem concipiunt, deinde parturiunt,postremò pariunt. Hìc parturigo primum sortitur locum,dein conceptio, demũ partus. Cæterùm ordo hic significantissimè explicat cordis conceptionem. Incontinentium enim appetitiones nullo coërcitæ freno rationis, & insanæ prorsus concupiscentiæ hominem veluti œstro quopiam extimulantes dictæ parturigines quędam sunt, quòd acrimoniam vehementissimi doloris in anima parere soleant. Secundum hunc ad malum prægestientem impetum quisquis non euadit superior malignis & ad malum persuadentibus consiliis, is iam concepit dolorem. idem vbi siuerit in corde conceptam malitiam in flammam erumpere per improbas & flagitiosas actiones, tum demum peperit iniquitatem. Videtur enim

γνώμη. τοῖς ἐκάστου μέτροις ἀντιμετρεῖ θεός.

βαθεῖαι τῆς ἀπὸ ὁμοίου ληφθείσης.

In arcu dei vasa mortis.

ὁμοίωσις ex cõparatione. πρὸς ἀφανισμόν.

παροξυσμοὶ καὶ πάθη μέσα.

A enim hæc dicere, quodammodo erubescens pater iniqui filij appellari: Non meus, inquit,filius hic, sed eius est patris,cui se per peccatum iure adoptionis contradidit,eóque secundum Ioannem:Qui facit peccatum,ex diabolo natus est. Ergo,Ecce parturiit ipsum per iniustitiam diabolus,& concepit ipsum:hoc est in penitissimos recessus sub intestina suæ affectionis viscera pertraxit,ipsumque gestauit diabolus in vtero. Denique eundem peperit, ipsius iniquitate palam traducta. Nam omnibus quidem Absalonis aduersus patrem rebellio manifesta fuit. *Lacum aperuit & effodit eum.*) Lacus nomen apud scripturam non admodum in bonam partem plerunque reperitur: sicut nec puteus in malam. Lacus enim est in quem Ioseph deiectus est à fratribus suis. Et cum cædes facta est à primogenito Pharaonis, B vsque ad primogenitum captiuæ quæ erat in lacu. Et in psalmis:Deputatus sum cum descẽdentibus in lacum. Et in Hieremia:Me fontem aquæ viuæ reliquerunt,& effoderunt sibi lacus pertusos & confractos,qui non poterunt aquam continere. Et in Daniele lacus leonum describitur,in quem ipse coniectus est Daniel. Puteum autem effoderunt Abraham & pueri siue serui Isaac:& ad puteum profectus refocillatus est Moses. Et mandatum à Solomone accipimus,vt aquam bibamus ex vasis nostris,& ex fonte puteorum nostrorum. Deniq; seruator noster apud puteum cum Samaritana de diuinis mysteriis est locutus. Causam verò cur lacus ad peiora,puteus verò ad meliora vsurpatur,hanc esse existimamus: quòd aqua in lacu extranea quodammodo, cadénsque è cœlo est:in puteis verò aquarum venæ velut aggestitia terra obrutæ sese produnt,priusquàm loca effodiantur,sublato vndique terræ cumulo qui aquas occulebat,aut quacunque tandem illis incumbente substantia submota, quæ aliud nihil est quàm terra. Et in animabus quoque fossa quędam est,in quam cadunt quę meliora sunt,ac deinde mutantur,& peruertuntur,quando quis honestarum rerum cogitationes incidentes ad peiora peruertit & ad ea quæ veritati sunt contraria nihil omnino curans habere honestè. At contrà puteos in anima inuenias,quum vitiis quæ integebant, vndique submotis affulget lux,fonsq; aquæ potabilis in sermone & doctrina. Idcirco cuilibet sibi puteum effodere necessarium est, vt mandatum supradictum cõseruet. Bibe aquam ex tuis vasis,& è fonte puteorum tuorum. Sic itaque nos filij censebimur effodientium puteos Abrahæ & Isaac & Iacob. Lacus minimè faciendus,ne in fossam incidamus,quemadmodum hic dicitur,nève audiamus ea quæ ab Hieremia scripta sunt in peccatorum probrum ac vituperationem:deo de ipsis dicente quorum pauloantè meminimus:Me fontem aquæ viuæ reliquerunt:& lacus pertusos sibi effoderunt,qui aquas continere non poterunt.

In Absalonẽ impium intendit.

Lacus & putei acceptio

Aqua lacustris quo differat à puteana.

IN PSALMVM DECIMVMQVARTVM,
Domine,quis habitabit in tabernaculo tuo.

E SErmone hoc volens propheta,perfectum virum nobis describere,eum qui sit beatitudinem assecuturus:ordine quodam & via meditationum suarum vtitur,& ab his quæ prima & magis attendenda videntur, principium orditur, *Domine quis incolet tabernaculum tuum.*) Incolatus enim diuersorium est hoc breue & habitatio temporaria,vitam nobis re ipsa subindicans minus constabilitam,sed deciduam ac trãsitoriam,ob spem hinc ad alteram tantò meliorem emigrandi. Sancti autem viri est,hanc vitam more hospitis transire,ac ad alteram properare. Ideo & Dauid de ipsa loquitur:Incola ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Incola item fuit Abraham, qui ne terræ quidem vestigium propriè possedit:sed vbi opus ei sepulchro fuit, id argento mercatus est. F Ex quo sanè scriptura demonstrat:quemadmodum in carne viuentem, incolam esse oporteat:migrantémque ex hac vita in locis propriis requiescere: quoniam in hac vita alienigenis cohabitat:terram verò corpus in sepulchro recipientem mercatus est. Beatus planè,qui iis quæ in terra sunt,non vt propriis se addixit, neque isti seculo tanquam naturali suæ patriæ acquieuit:quin potiùs grauatur, quòd incolatum hunc casum nouit esse à rebus potioribus,& quasi proscriptionis domicilium,vitam hanc incolit,perinde atque illi qui ob quępiam delicta coguntur iudicum calculis solum vertere relegati in exilium. Rarus inuentu est talis,qui præsentibus,non vt propriis vacet: diuitiarum vsum fluxum atque fragilem sciat: corporis valetudinem prosperam breui tempore duraturam,postremò humanæ gloriæ floridam fœlicitatem minimè firmam ac stabilem esse cognoscat. Quis ergo incolet tabernaculum

παροικία.

πάροικος καὶ παρεπίδημος. παράδειγμα.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tabernaculum dei cor pushumanũ βεβαίωσις ex collatiõe

culum tuum? Tabernaculum dei, hominis caro dicitur ad animæ habitationem à deo data. G Quis carni huic vt alienæ attenderit? Quemadmodum incolæ alienam terram mercede cõductam, ad voluntatem eius qui elocauit agrum, colunt: ita & nobis carnis cura iuxta condictum ac præscriptum traditur: vt eam demum decenter & officioſè excultam ſuo reddamus elocatori frugiferam. Si verò deo digna fuerit caro, reuera dei tabernaculum efficitur, iuxta eam manſionem, qua inhabitat ſanctos. Talis enim eſt eius, qui tabernaculum dei incolit: propterea dicit, Domine quis tuum tabernaculum incolet? Deinde profectus quidam & progreſſio ſequitur ad id tendens quod perfectius eſt. *Et quis requieſcet in monte ſancto tuo?*) Iudæus quidem vt qui terreſtria ſapit, quando montem audit, ad Sion ſtatim recurrit. Quis requieſcet in monte ſancto tuo? Ille qui carnem incoluit, in monte ſancto tuo requieſcet. Mons ille locum cœleſtem illuſtrem atque ſplendiflua luce conſpicuum ſignificat: de H quo apoſtolus ait: Appropinquaſtis ad montem Sion, ciuitatem dei viuentis, Hieruſalem cœleſtem: in qua feſtum ac celebritas angelorum eccleſia primogenitorum deſcriptorum in cœlis exiſtit. Poſtquàm pertranſiit hanc carnem aliquis, quam citra vitioſam vllam affectionem, & vt alienam incoluit, neque vt propriæ illi ſe admodum addixit: is tãdem quòd propria membra mortificauerit ſuper terram, & ſanctimoniam perfecerit, dignus eſt in monte ſancto requieſcere: quam vtique requiem pſalmiſta exoptans alibi ait: Pertranſibo in locum tabernaculi admirabilis. Et rurſus: Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum? Illic nos erga proximos dilectio pro ratione illius quæ in monte eſt quietis, ea item charitas quę I reſilit ex mammona iniquitatis, nos faciet interquieſcere. Facite, inquit, vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. De hac com

Quis & hæ ſitantis eſt, & interrogãtis.

moratione dominus etiam per modum precandi ait: Pater ſancte, da vt vbi ego ſum, & illi ſint. Rarus profectò, qui in corpore tantiſper dum eſt incola, in monte requieſcere mereatur. Propterea vt dubitans ait: Quis incolet? & quis requieſcet? Quemadmodum illud: Quis nouit ſenſum domini? Item illud: Quis annuntiabit vobis ignem illum ardentem? Quis annuntiabit vobis locum illum æternum? Rurſus illud: Quiſnam fidelis & prudens? Et Interrogatorium forte eſt illud quis, reſponſum exquirentis à domino ſancto, quo cum loquitur. Ad quem contrà diuina vox propoſitam diſſoluens quæſtionem, quid ait? *Qui ambulat ſine* K

Quo differat ingrediens immaculatus à faciẽte iuſtitiam.

macula & operatur iuſtitiam.) Si immaculatus eſt, & nullo bonorum operum deficiens, ſuámque attemperans vitam procul omni peccato, quo differt diſcerniculo ab eo qui facit iuſtitiam? An eundem ſenſum duplicibus verbis enuntiat cum dicit, Ambulans immaculatus & faciens iuſtitiam? Aut certè propriam quandam ſententiam vtrunque hoc dictum continet: vt ſit immaculatus ſecundum interiorem & arcanum hominem, in omni virtutis genere perfectè præparatus atque inſtructus: faciens autem iuſtitiam, qui ea quæ circa corporis

Argum. à ſimili. Deute 16. d

agibilia verſantur, in actiuo genere vitæ, rectè abſoluerit? Oportet enim non ſolùm ea quæ ſunt recta iuſtáque facere: ſed etiam iuſto rectóque animo facere, ſecundum illud: Rem iuſtam iuſtè proſequere, hoc eſt, cum ratione iuſtitiæ rem iuſtam abſolue. Idiotam contingit apparare aliquam medicinam aut curam, quæ opem ferat ægrotanti, non tamen hoc facit vt L medicus, cum artem non calleat, atque ideò artis finem minimè conſequitur. Ambulans itaque immaculatus, mente perfectus erit. Faciens autem iuſtitiam is eſt, qui ſecundum apoſtoli vocem, inconfuſibilis eſt domini operarius. Attende exactam dictionis vim. Non

γνῶμα.

dixit, qui ambulauit, ſed qui ambulat: neque qui fecit iuſtitiam, ſed qui facit. Nõ enim vnus actus perficit ſtudioſum virtutis operatorem, ſed per omnem vitam prorogari & extendi conuenit virtutis actiones. *Qui loquitur ueritatem in corde ſuo, & non egit dolum in lingua ſua.*) Rurſus & hæc ſimilitudinem quandam & ſocietatem inter ſe habere videntur: Loqui veritatem in corde, & non agere dolum in lingua ſua, qualem habent illa: Eſſe immaculatum & M facere iuſtitiam. Quemadmodum enim ibi & interioris hominis perfectionem, & in rebus agendis dexteritatem ſignificari oſtendimus: ſic & in hoc loco, quomodo id quod loquimur, ex cordis abundantia loquimur, velut ex emanante fonte intimi affectus. Priùs dixit: In corde veritatem, deinde in verbo ſimplicitatem quæ per linguam depromitur, ſignifica-

Veritatis acceptio duplex.

ἀλήθειαν ὑγιῆ

uit. Duo autem veritatis ſignificata inuenimus: Vnum quidem, earum rerum comprehenſionem, quæ beatam omnino vitam ſpectant. Alterum, cuiuſcunque tandem rei ad inſtituendam hanc vitam pertinentis ſanam cognitionem. Illam igitur veritatem ſalutis cooperatricem in corde exiſtentem hominis perfecti, oportet ſine dolo in omnibus proximo exhibere. In huius autem vitæ negotiis ſi forſan à veritate intercipietur virtutis ſtudioſus aut excidet,

A excidet, nihil illi ad ea quæ hìc dicuntur atque promittuntur erit impedimento. Quot enim ſtadia ſint terræ vel maris, quót ve in cœlo aſtra moueantur, & quantum alterum alteri celeritate præſtet: in his & ſimilibus veritatem ignorare, nihil profectò ad beatitudinem à deo pormiſſam conſequendam impedimenti adfert. Forſan ſententiola hæc, & tale aliquid nobis repræſentat, quod ea quæ de veritate ſunt, hoc eſt myſtica, loqui conuenit, non cum quolibet, ſed cum proximo, hoc eſt, non prodenda illa eſſe vulgo, ſed narranda iis qui myſteriis ſeu ſacramentis communicauerint. Si verò veritas eſt dominus noſter, impreſſam & quodammodo ſignatam hanc quiſque in corde ſuo veritatem retineamus: de qua loquentes in cordibus nobis ipſis, dolo ſermonem euangelij, dum illum proximo annuntiamus, ne in-

Dehac myſtica veritate habes nõ pauca apud Dionyſ. Areop. in myſ. theologia.

B uertamus. *Qui dolum non egit in lingua ſua.*) Multis adeò locis ſcripturæ dolus traducitur velut inimicus dei. Diſperdet (inquit) dominus omnia labia doloſa. Item dolus in corde operantium mala. Quandocunque enim quod bonum eſt, peioris commixtione adulteratur, dolus dicitur. Vt vinum dolum ſuſtinet, dum ei admiſcetur peius, vt ſi aqua illi prẽter modum temperiemque infundatur. Item aurum falſatur, dum cum argento & ære coit. Sic & veritas dolum patitur, quando qui malè audiunt ſermones ac reprobi inſerti fuerint & implexi ſanctis ſcripturæ eloquiis. *Nec fecit proximo ſuo malum.*) Quem hæc pſalmi particula proximum appellet, nemo dubitat eorum, qui audierunt euangelium, interrogante quodam ac dicente: Quiſnam eſt meus proximus? Cui dominus dixit parabolam illius, qui deſcendit ab

Attendite hæc prædicãtes lutherani, qui vnũ verbi diuini vertitis in abſinthiũ & fel amaricans.

Dolus quid ſit, finitur.

C Hieruſalem in Hierico: quem & interrogauit, quis horum tibi videtur fuiſſe proximus? & ille, qui fecit, inquit, miſericordiam cum illo. Docuit enim per hæc omnem hominem putandum eſſe proximum. Hoc autem mandatum obſeruatu difficile, multámque requirit diligentiam, vt nulla in re ſiue modica, ſiue maiori noceas proximo: vt ne verbo lædas, non quicquam auferas eorum quæ illius ſunt, neu vel optes illi malum, vt non denique omnino inuideas rebus eius lætis ac proſperis. *Et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.*) Dubia eſt dictio, vtrum ipſe nulla admiſerit quæ mereantur à proximis ſuis exprobrari, & hac de cauſa non acceperit ab ipſis opprobrium: an potiùs nullum proximorum ipſe vituperauerit, aut opprobrio affecerit eorum qui in vnum aliquod delictum prolapſi

Proximus.

D ſunt, aut corpore colluxati & mutili, aut in alio quopiam deprehenſi defectu carnis. Neque enim is qui peccat, probris venit inſectandus, vt ſcriptum eſt: Ne exprobres homini auertenti ſe à peccato. Nunquàm enim ad delinquentium vtilitatem nouimus eſſe à quopiam aſſumptum, Nam cùm apoſtolus in ſuis ad Timotheum diſcipulum inſtitutionibus permiſerit redargutionem ſiue reprehenſionem, obſecrationem ſimul & increpationem: nuſquàm tamen aſſumit opprobrium, quod fraternæ correctioni aduerſetur. Sanè reprehenſio ſiue co argutio videtur ſibi ſcopum aut finem præſtituere emendationem peccantis: contrà, opprobrium eius magis qui peccauit, ſpectat confuſionem. Paupertatem porrò, ignobilitatem generis, indocilitatem, aut certè corporis infirmam conditionem cuiquam dare probro, ho-

Argue, ait, obſecra, increpa.

E minis eſt rationis gratia abutentis & à virtutis ſtudio longiſſimè abhorrentis. Quæ enim γνῶμαι. nobis contingunt præter animi deſtinationem, hæc cenſentur inuoluntaria. Ob eiuſmodi proinde deminutiones ſiue defectus præter omnem noſtram voluntatem contingentes, cõuenit miſereri potiùs miſerè afflictorum, quàm vlla eos aſpergere contumelia. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.*) Magno prorſus ac præ- γνώμαι. ſtanti animo opus eſt, & qui in nullam ſe ſinat deflecti partem humanarũ rerum, quíque virili fortitudine præditus ad ſummum iam peruaſerit iuſtitiæ habitum, ſuum ius vt cuique pro dignitate diſpertiatur ac diſtribuat, & malignè agentes nouerit ad nihilum deducere, quantolibet magiſtratu iſti polleant, quantiſlibet differti opibus ſe venditent, ſint licet generis claritudine conſpicui atque illuſtres, quanlibet ſui nominis ſplendorem ſuſtollant ac

F celebrent, tantùm ſi in his deprehendatur vlla vitæ malignitas, hos inquam ad nihilum deducere, hoc eſt, ne tantilli quidem æſtimare, excelſi eſt prorſus ac præſtantis animi. Contrà verò, timentes dominum, vt hi pauperes ſint, ignobiles, idiotę ſermone, corpore debiles, hos gloria laudibúſque attollere & beatos exiſtimare addecet eum qui ſpirituali doctrina eruditus tales didicerit planè eſſe beatos. Beati enim, ait, omnes, qui timent dominum. Eiuſdem nanque bene inſtitutæ mentis fuerit, & agentem iniqua, quamuis clarum ac potentem nihilipendere, & timentem dominum glorificare, quamuis tenuem ac pauperis & deſpicabilis vitæ, nec quicquam externorum poſſidentem quæ nos inuitent ad illius commendationem. *Qui iurat proximo ſuo & non decipit.*) Quid hoc tandem eſt? Hìc iuramentum homini perfecto

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni perfecto inter eas virtutes, quæ illum decent, concedi videtur: in euangelio verò prorsus G
prohibetur. Quis incolet tabernaculum tuum, & quis requiescet in monte sancto tuo. Qui
iurat proximo suo, & non decipit. Illic vero: Ego autem dico vobis, ne iuretis omnino. Quid
igitur dicemus? Quod vbique dominus tàm in veteri, quàm in noua lege eandem habet
præceptionis considerationem. Cupit enim peccatorum effectibus occurrere, & à primis
initiis malignitatem exscindere. Vt enim vetus lex ait: Non mœchaberis. Dominus vero:
Non concupisces. Illa item: Non occides. Dominus perfectiora instituens: Non irascaris.
Sic itaque in hoc loco contentus abit propheta iuramento, quod iustum sit ac rectum. Do-
minus verò vel occasionem ipsam resecat periurij. Qui enim vel rectè iurat, fortè & is pos-
sit interdum falli: qui verò non iurat, periculum vitauit periurij. Nominat item propheta H
multis adeò locis iuramentum immutabilem firmámque rei ac propositi cuiuslibet confir-
mationem, vt est illud: Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Item, Iurauit dominus
& non pœnitebit eum. Non quòd deum ad testimonium dictorum fidémque dubietati fa-
ciendam induxerit, sed quòd is immutabili ac firmo decreto gratiam promissionis Dauidi
confirmauit. Sic & hìc dictum esse potest, illud, Qui iurat, proximo & non decipit, hoc est,
qui promissa affirmat proximo & non decipit, vt cum seruatoris dicto conueniat: Sit ser-
mo vester est est, non non. De eiusmodi rebus dum astruis & affirmas, annue: de his verò
quæ non ita se habent, & si omnes homines adhortarentur & obsecrarent, nunquam vllo
pacto inducaris, vt contra naturæ veritatem affirmes. Non facta est res? negatio sequatur: I
facta est? consensu firmetur. Citra vllam verborum implicationem ad aliud respiciens
ipsam per se veritatem studeto exprimere simplici ac nuda vsus assensione. Qui vero sic af-
firmanti minimè crediderit, ipse viderit: damnum sentiet incredulitatis. Turpe enim & o-
mnino stultum, sese vt fide indignum accusare, & ad iuramenti securitatem confugere.
Sunt autem quidam sermones, iuramentorum quidem figuras habentes, non tamen iura-
menta omnino existentes, sed remedia potiùs persuadendi, vt Ioseph Aegyptium familia-
rem sibi reddere cupiens, per sanitatem iurauit Pharaonis. Et apostolus charitatem suam
erga Corinthios ostendere volens, ait: Per gloriam vestri quam habeo in Christo Iesu do-
mino nostro. Non enim euangelicæ doctrinæ immoriger fuit & inobediens is cui concre- K
ditum erat euangelium, sed simplici sermone sub forma iuramenti reddito, gloriationem
quam in ipsis habebat, omnium sibi pretiosissimam esse hoc verborum tropo vsus osten-
dit. *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.*) Ad communionem & mutuam charita-
tem, & quod naturæ est consentaneum ac familiare sententia hæc nos exhortatur & inui-
tat. Homo enim animal politicum est & sociale. In communi verò conuictu & mutua
conuersatione, ad subleuandam alienam inopiam opus sit in alios liberali rerum largitio-
ne. Petenti nanque te, da. Vult te omnino erga petentes ob fraternam charitatem esse fa-
cilem, in simplicitate ad rationis tamen libellam, vt petentis te, appendas necessitatem.
Idque quo pacto scitè ac prudenter ab istis perfici debeat, qui sibi explendum pietatis sco- L
pum proposuerunt: didicimus ex apostolicorum actuum lectione. Quotquot enim, ait,
possessores agrorum & domorum erant: vendentes ea, ponebant pretia eorum quæ ven-
diderant, ad pedes Apostolorum. Distribuebatur autem vnicuique, prout opus erat.
Iam quando plerique horum vsum necessariorum prætergredientes rem emendicando par-
tam vertebant in occasionem mercimonij ac negotiationis, materiám ve fruendi obscœ-
nis & impuris deliciis: apud eos quibus pauperum cura erat concredita, fiebat pecunia-
rum collectio, vt illinc depromptæ in communes vsus pro cuiusque necessitate prudenter
ac scitè dispensarentur. Quemadmodum enim in morbo aliquo constitutis plerumque est
necessarius vini vsus, nec tamen est cuiusuis decernere posse & internosse exhibendi vini
tempus, mensuram qualitatém ve, ad eam enim rem opus sit medici consilio: sic & cir- M
ca necessariorum curam dispensatio non ab omnibus vtiliter tractari poterit. Multi e-
nim miserabilia membra sibi sponte componunt ad muliercularum deceptionem: vn-
de & mutilata corporis membra ac vlcera ad mercaturæ cuiusdam materiam, & oc-
casionem ostentant, quibus ista liberalitas inutilis est prorsus. Nam illis ea in occasio-
nem maliciæ vertitur & quæstum. Quamobrem horum latratum repellere oportet, pau-
cáque his dare. Eis verò qui misericordiam, & fraternam charitatem erga illos maximè ostè
dunt, qui patienter tribulationem ferre didicerunt, sanè illa à domino verba ad postremum
dicentur: Esuriui, & dedistis mihi bibere, & reliqua quæ sequuntur. Et, Qui vult abs te mu-
tuum

matth. 5.

ἀξίωμα. Collatio præceptorũ vtriusque legis.

Qui iurat, promittit ista biliter proximo suo.

γνώμη. Sermones figurati specié iuramenti præferũt, non tamen iuramenta.

οὐ παρέκυσε

Defit hic textus. Homo finitur.

Collatio.

τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάδελφον.

A tuum accipere, ne auerseris. Quod præceptum pendet ex priùs dictis. Nam & pauper qui hìc te petit: vtique mutuum ex te petit, illum tibi ostendens diuitem, qui in cœlis est, qui & tibi pro eo exoluet debitum. Qui enim pauperis miseretur, deo fœnerat. Fœnoris verò certa, fidéque digna sponsio regnum est cœlorum.

ἔχει τῶν προτέρων.

SERMO IN RELIQVA QVAE SVPER *eodem Psalmo dicenda restant, contra fœneratores.*

Ἡμιθεῖα πρὸς τὰ παρόντα ὑπηρετήσαμεν.

B Esterna die super psalmo decimoquarto sermonem apud vos habuimus, quem sub horæ spatio permissi non sumus absoluere: nunc autem vt certi debitores, reliqua quæ restabant libenter exoluturi venimus. Est enim reliquum breue quidem audi-tu, sic vt videri possit, & forte multos vestrum latuit, adeò vt putarint nihil de eo psalmo esse relictum. Scientes itaque vim magnam ad vitæ negotia breue hoc quod restat, habere: vtilitatem illius, quam adferet, si excutiatur, non esse prętereundam putauimus. Propheta enim perfectum planè hominem, eum qui ad vitam illam ascẽsurus sit nulla vnquàm exagitandam intemperie describens, inter eius præclarè ac fortiter facta, illud quoque annumerauit, vt argentum sine fœnore daret. Quod vtique vitium in plurimis scripturæ locis vi-tuperari videtur. Nam Ezechiel in maximis ponit malis fœnus, & plus, quàm sortem acci-pere: & lex illud luculenter prohibet dicens: Non fœnerabis fratri tuo & proximo tuo. Et rur-C sus ait: Fœnus super fœnus, & dolus super dolum, & de ciuitate in multitudine malorum de-prehensa quid ait psalmus? Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Idem quoque nunc tanquam characterem ac certam notam hominis perfecti propheta noster vsurpauit, dicẽs: Qui argentum suum non dedit ad vsuram. Enimuero inhumanitas est maxima, si is qui e-gestate premitur, mutuum ad vitæ subsidium quærat, dans verò minimè sorte contentus, ex miseri calamitate prouentus & opes sibi excogitet. Dominus enim palàm nobis præcepit: Ne vultum auertas ab eo, qui abs te mutuum petit. Auarus autem videns inopem necessita-te coactum ad genua sua supplicem procumbentem, ecquid non facientem quod abiectum D sit ac vile? quid non loquentem? non miseretur illius vt vt præter decorum se supplicem ex-hibeat, communem non cogitat naturam, humilibus supplicationibus nihil cedit: sed flecti nescius perstat & implacabilis, & nec precibus vincitur, nec lachrymis mollitur, sed negan-do perseuerat. Iurat insuper atque protestatur sese omninò carere pecunia, & quærere si quẽ ipse fœneratorem inueniat, ac mendacio fidem per iuramentum faciens, iniquę & inhumanæ mercaturæ impudens periurium addit. Postquàm verò conspicit miserum illum memi-nisse fœnoris fœturámque sortis vltrò offerentem, supercilium remittere ac subridere inci-pit: tunc demum amicitiæ paternæ memoriam illi refricat, & familiarem & amicum appel-lat. Videamus, inquit, sicubi relictum est nonnihil depositi argenti. Est enim amici hominis E depositum quoddam apud nos, vnde quæstum ille facit, grauéque fœnus nobis imposuit, & præscripsit. Nos verò ex hoc detrahemus, longéque minore tibi dabimus. Hac itaque com-mentitia simulatione ac blandis demulcendo verbis vbi ineseauit miserum, vbi etiam sibi eum obstrinxit literis super eo fœnore confectis, ad cumulum vrgentis inopiæ addit. Quid? Detracta viro libertate, illinc se proripit. Ille demum simul atque sese obnoxium reddidit fœ-nori, cui soluendo minimè sit idoneus: voluntariam seruitutem per omne vitæ tempus su-scepit. Pecunias dic mihi, & quæstum quæris ex inope? & si ille ditiorem te reddere potuis-set, quid apud tuas ianuas quæsiuisset? ad auxilium cum aduenerit, reperit hostem: auxiliare antidotum cùm quæsierit diligenter, in exitiale venenum incidit. Officium tuum fuerat, ho-F minis depressi egestatem consolari ac leniorem reddere. Tu contrà potius adauges, fructum ex homine destituto: veluti si quis medicus ad ægrotantes introgressus, loco reddendæ sani-tatis, id quod eis virium restabat, auferret. Et tu inopum calamitates materiam tibi consti-tuis augendi prouentus? vtq; coloni ad satorum augmentum imbres exoptant: sic tu inopi-am & publicam egestatem hominum, vt pecunia tibi succrescat, & fiat lucrosior, exquiris? An ignoras quòd maior tibi peccatorum exurgat aceruus, quàm sit accessus opum quem ex vsuris venaris? Nam qui mutuum quærit, grauatus rerum angustia quando respicit ad paupertatem, desperat de solutione: quando vero præsentem considerat egestatem, vsuræ se committit. Deinde hic quidem victus est, vt qui necessitati succubuit, Vsurarius verò illinc abit libellis ac vadibus communitus. Qui pecunias quidem accepit, primum splendidus &

totus

Fœneratoris versutiæ.

ἀκαμπτος καὶ ἀμείλικτος, καὶ ἀμείλιχος.

ἐπ' ἐργασίᾳ

δάγμα acre in auarum.

πόρος ἐπίζητεῖ παρὰ τὴν ἀπόρου.

A simili βεβαίωσις.

Universidad de Deusto
Biblioteca

totus prægestiens conspicitur ac solito illustrior,idq; commoditate interim suffultus æris a- G
lieni,ac immutationem vitæ declarans. Mensa indulgentior, vestis pretiosior , famuli illu-
striore habitu immutati,Adulatores, conuiuæ veluti vespæ ac fuci ędium innumeri concur
runt . Quando autem pecunia quidem decrescit , tempus verò progrediens secum adducit
auctam pecuniam fœneratitiam :nec iam illi affert noctes quietas,nec dies serenos,nõ solem
iucundum, sed execratur vitam , odit luces quę ad tempus constitutum tendunt,expauescit
menses tanquam vsurarum parentes: & si dormit, per insomnium fœneratorem videt ma-
lum capiti intentantem:& si vigilat, de fœnore continuò cogitat . Creditore simul & debi-
tore inter se congredientibus,vtrunque considerat dominus.Ille quidem vt canis prędæ in-
hians incursionem facit : hic contrà velut præda hianti expositа , illius exhorret occursum. H
A fœnore dando dehortatur. Nam huic adimit paupertas loquendi fiduciam . Vtrique in digitis summæ debitæ calculus
est,Huius in fœnoris fœtura gaudentis,alterius æris alieni continuò augescentis , calamita-
tem suspirantis.Bibe igitur miser ex tuis vasis aquam,vt ait Salomon,hoc est, proprias con-
sidera facultates ac subsidia vitæ . Non ad alienos fontes propera , sed ex proprij fontis sca-
turigine tibi vitæ solatia collige.Habes vasa ærea, vestes, iumenta , diuersi generis supelle-
ctilem,hæc vende:omnia denique perdere ac proiicere præstat,quàm libertatem.Sed me pu
det,inquit,hæc publicare.Quid ergo,vt paulò pòst alius abs te eadem in mediũ efferat, tuo-
rúmque bonorum auctionem faciat præconis voce publica,& in oculis tuis vili pretio ven-
dat?Ne ad alienas fores accedas.Reuera enim puteus alienus angustus.Melius est longè pau I
latim studio & exercitatione egestatem consolari,quàm vno simul tempore gestientem at-
que elatum alienis facultatibus paulò post omnibus simul apud te existentibus priuari.Si ha
bes vnde reddas,cur præsentem necessitatem eorum quæ habes,subsidiis non releuas? Si ve-
Quot mala in sumenda mutua pecunia. rò cunctaris exoluere & hæres dubius, malum malo curas. Ne recipias euertentem te fœne-
ratorem,neu te veluti prædam quandam exquiri ac vestigari patiare . Sumere mutuò initiũ
mendacij,ingratitudinis occasio, perfidiæ & periurij . Alia verba sunt quando sumis, & alia
quando vt reddas exigeris.Vtinam,inquis,hic primum te non accessissem:alioqui enim re-
perissem quibus subsidiis necessitati meæ consuluissem. An non pecuniam ne volenti quidẽ
mihi mutuò in ipsas manus obtrusisti ? Aurum erat subæratum & numisma adulterinum. K
Siue igitur amicus est,à quo vis mutuum accipere , caue ne amicitiam lædas:siue inimicus,
ne fias aduersario, & maleuolo subditus . Breui admodum tempore ex alienis honestatus &
gaudens,paulò post patrimonio euertêris.Pauper es nunc,sed liber:si acceperis ad vsurã mu
γνώμη à dissimili petita ὁ δανεισὴς λαμβάνων. tuum,primum quidem per hoc neque ditesces,sed & amittes libertatẽ.Autoratus enim fœ-
neratori & quodam modo stipendiarius seruus eris,ineuitabile ferens seruitium.Canes ac-
cipientes mansuescunt: fœnerator verò accipiens iritatur. Non enim conquiescit allatrans,
sed plura expetit.Si iuraueris,non credet: quæ in ædibus habes diligentiùs perscrutatur , tua
cõmercia negotiáque curiosiùs vestigat.Si quopiam è domuncula progredière, ad se te tra-
het,denique & euertet . Quòd si introcluseris te:en domui insistet tuæ,fores pulsitans.Quin L
vel vxore præsente,pudore te asperget,afficiet contumeliis vel coram amicis.In ipso foro gu
lã obtorto collo præfocabit.In festo,istius occursus inauspicatus est & malus.Adornat enim
tibi vitam,ne vita quidem ipsa viuibilem . Dixeris tu mihi, Vrget nec mediocris necessitas,
spe interim nulla alicunde affulgente prouentus pecuniarum. Quæ quæso vtilitas ex hodier
na dilatione?Rursus ad te paupertas vt velox cursor recurret,& ipsa necessitas cum auctario
aderit. Fœnus enim non omnimodam liberationem, sed paruam difficultati morã præbet.
Hodie patiamur ex egestate dura,& ne cunctemur in crastinum. Nam si nunc minimè acce
peris,simili modo fueris hodie,& reliquo deinceps tempore pauper.Si autem acceperis, lon
gè plus affligeris, fœnore paupertatem augente. Et nunc quidem nullus tibi probro dat pau
pertatem,quum malum sit minimè volũtarium:si autem fœnori fueris obnoxius, nemo erit M
qui te non stoliditatis condemnet. Non itaque malis nostris minimè voluntariis, vltroneũ
malum nobis accersamus ex nostra stultitia.Stultę nanque mentis est sese ex rebus præsen-
tibus nolle cohibere, sed incertæ spei se committendo, ea quæ sunt manifestum incommo-
φανερᾶς βλάβης καὶ ἀναστίεφη του. dum & ineuitabile præbitura,tentare.Iam consilio inito cogita,vnde exolues iis à quibus su
mis mutuo:an res vsui & exolutioni sufficiat,& si vsuras reputaueris,vnde ad tantã summã
pecunia multiplex colligetur, vt partim curare necessitatem,partim explere sortem , præter
hæc fœnori suppeditare valeat.Sed non ex his quæ accipis totum reddes mutuum,reddes au
tem aliunde?Illas igitur expectemus spes , ne vti pisces ad escam properantes , qui cum cibo
hamum

A hamum vorant,sic & nos cum pecunia vndique transfigamur à fœnore . Nullam paupertas ὁμοίωσις γνώμη. conciliat homini turpitudinem aut dedecus . Quid ergo nobisipsis opprobria ex ære alieno
comparamus ? Nemo vulnere vulnus curat . Nemo malis malo medetur,nec paupertas fœ-
nore corrigitur.Dives es?noli mutuò sumere.Pauper es?noli item sumere.Nam si nullius rei
es indigus,quid tibi cum fœnore?Si verò nihil habes,non iam mutuum repędes.Noli tuam
ipsius vitam seræ pœnitentiæ tradere,ne quando beatos existimes dies,qui fœnus præcesserũt.
Hoc enim vno pauperes à diuitibus differimus,quòd securi sumus,atque eos vigilantes con
tinuo,nos dormientes ridemus:præterea in magna quiete agentes,eos in magna rerum per-
turbatione constitutos ipsi aspicimus.Qui autem debet,& pauper est & curis anxius, ne no- ἀξίωμα.
B ctu quidem indulget somno, interdiu quoq; in somnis,secum omni tempore cogitat, quo-
nam modo sese his liberet curis, nunc quidem sua quanti sint, æstimando, nunc verò sum-
ptuosas domos,agrósue diuitum,seu vestes splendidas eorum quibus occurrit , vasa quoque
discumbentium pretiosa, secum admurmurat:Hęc si mea essent,diuenderem tanti & tanti,
mèque à fœnoris iugo quo obstringor,extricarem.Hæc ipsius cordi noctu insident,& inter-
diu illius mentem nihil dissimilia occupant.Si quis ianuam pulsauerit,statim debitor sub le
ctica latitat.Si velociter aliquis ad eum accurrit,huius cor perculit . Canis latrat?hic sudore
perfluit,& anxietate corripitur,conspicitque quo fugiat.Vbi verò tempus exolutioni præscri
ptum instat, secum reputat quo illum eludat mendacio , quo confícto prætextu depellat à
C se & ableget creditorem. Non solum autem te accipere cogita , sed & breui quod acceperis, πολυπλόκῳ legendum putem τοκυτόκῳ. exigendum.Quid te isti tam fœcundæ bestiæ adiungis?Lepores aiunt eius esse naturæ, vt si-
mul & pariant & nutriant, & superfœtent : Sic & fœneratoribus pecuniæ simul tempore &
dantur ad vsuram, & gignunt & superfœtant.Nondum enim in manus accepisti, & præsen-
tis mensis lucrum quæstúmve expostularis.Hęc rursus pecunia data fœnori alterum malum
eduxit,illud rursus aliud,denique malum hoc in infinitum serpit. Quamobrẽ genus hoc a-
uaritiæ hac appellatione τόκου, id est partus(vt existimo)ob multiplex mali germen,siue fœ Vt τόκος & partu & vsura,ita fœnus à fœtu. cunditatem nominatur.Vnde enim aliunde? aut fortè ob parturiginem ac mœrores anxios
qui in eorum mentibus gignuntur, qui grauati sunt fœnore?Sicut enim dolores parienti,sic
D tẽpus statutum debitori existit fœnus supra fœnus, malorum parẽtum mala soboles.Hi sanè
fœtus vsurarum rectè genimina viperarum dicantur . Viperas enim dicunt ventrem matris Vsura, fœt' viperinus. perrodendo nasci.Sic item fœnora debitorum domos absumẽdo nascuntur. Semina omnia
suo tempore nascuntur,animalia quoque tempore præstituto suos edunt fœtus. Fœnus verò
hodie nascitur?hodie parere incipit.Animalia item quæ cito pariunt, cito etiam à partu desi
stunt. Pecuniæ verò cum ab auiditate plus æquo habendi volucrem trahant originem, infi-
nitam accessionem tantò progredientem vlteriùs recipiunt.Vnumquodq; crescentium,vbi
ad iustæ sibiq; conuenientis staturæ magnitudinem peruênit, desinit augeri : argentum verò
auari omni tempore augescit.Animalia vbi suæ soboli cesserunt pariendi vices, non iam im
E prægnantur:fœnori tradentiũ pecuniæ aduentitias vndecunde alias pariunt & succedaneas,
veterèsque nouant.Ne tu mihi velis experiri,quid isthęc virium habeat prodigiosa bestia.Li
ber vides Solem ? Quid miser vitæ tibi libertatem inuides?nullus pugil sic aduersarij plagas
subterfugit,vt debitor creditoris occursum,ad columnas ac parietes caput occultãdo.Quo-
modo,inquis,nutriar?Habes manus,habes artem,fac aliquid vnde mercedem capias, mini-
sterium vnicuipiam exhibeto stipis emerendæ gratia.Multæ sunt excogitatæ parãdo victui
exercitationes,occasiones multę.Atqui vires non suppetunt ferendo labori idoneę?Ne cor-
rogare ac petere pigeat te ab opulentis possessoribus.Verũ turpe,inquis,rogare? Turpius ve-
rò accepto fœnore omnibus spoliari.Non omnino dando leges,hoc ego dico:sed ostendens
F omnia tibi tolerabiliora esse,quàm fœnore inuolui . Formica potest neq; rogans neq; mutuò ἰκάρι. accipiens,nutriri, & apes proprij nutrimenti reliquias regibus gratuitò cõdonãt, quibus nec
manus nec artes natura dedit:tu autem industrium animal,homo,vnam tãtũ ad vitæ vsum
viam reperire nescis? Quanquam videmus sæpe homines ad fœnus & mutuum confugien-
tes,non gratia vsus necessarij,cum pauperes minime fidé inueniant: sed vt se elocent ac tra
dant totos laxioribus impensis & profusioni opum prorsus infructuosæ , vt seruiliter se ad-
dicant muliebrium voluptatum illecebris.Et hæc quidem dixerit : Mihi opus est veste sum-
ptuosa & aurata,filiis paruis ornatu decenti seruis item floridis & variegatis vestibus,mensæ τραπεζίτης mensarius. ὁμοίωσις elegans. denique lauticia splendidiore.Qui talia vxori administrat,ad trapezitam venit: & hos quos
accipit nummos priusquàm vtatur alij reddit creditori , alium ex alio assumens dominum,
& semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

& semper continuatione sese iugiter obligando probrum paupertatis fugit. Et quemadmodum hydropici suspecti habentur de carnulenta obesitate, ita & iste diuitem se imaginatur semper accipiens, ac semper reddens & ex posterioribus priora soluens, denique fidem sibi ex continua versura conseruans. Et quemadmodum qui vtroque excernunt ventre id semper quod priùs insederat eiicientes si nondum perfecta purgatione cibum sumpserint alterum, rursus hunc vomere coguntur cum dolore & intestinorum lancinatione. Sic hi fœnus ex fœnore sumentes, priusquam priora purgentur secundum addentes, vbi aliquantum temporis fuerint in alienis deliciati, ad extremum rem domesticam amissam lugent. O quantos aliena bona perdiderunt? Quanti veluti in somno ditati, in ærumnas pœnásque maximas sese coniecerunt? Sed multi ex sumpto fœnore, inquis, diuites sunt facti. Plures ob hoc magis H puto se laqueis implicuerunt. Tu diuites factos respicis: eos verò qui sibi præfocarunt gulã, non numeras: qui mendicitatis probrum dedecúsve non ferentes, prius mortem adire implicito sibi laqueo præelegerunt, quàm probrosè viuere. Vidi ego miserabile spectaculũ, pueros ingenuos ob debita patris in forum pertrahi venui exponendos. Non habes pecuniam quam relinquas filiis, ne saltem eis generositatem auferas: vnam hanc ipsis conserua libertatis possessionem, veluti depositum, quod ipse à parentibus accepisti. Nemini aliquando paterna egestas probrosa fuit. Paternum verò debitum in carcerem ducit. Ne relinquas debitorum tabulas, vt execrationem paternam in filios & nepotes descendẽtem. Audite diuites, qualia pauperibus ob vestram inhumanitatem consulamus: videlicet, vt malint constanter I grauissima quæq; ferre, quàm calamitates quæ ex fœnore proueniunt, subire. Quòd si domino fide cohæreretis, quid his esset verbis opus? Quod autẽ domini consilium est? Mutuò date iis, à quibus accipere minimé speratis. Et quale, inquis, hoc mutuum, cui non reddendi spes coniuncta est? Intellige dicti efficacem vim, & legislatoris humanitatem admiraberis. Quando pauperi daturus es in domini gratiam, idem ipsum & donum & fœnus est. Donum quidem, quòd à paupere non speres te recepturum: mutuum verò siue fœnus ob domini munificam liberalitatem pro illo reddentis, qui parua quidem per pauperem cum acceperit, maxima pro ipsis retribuet. Qui enim pauperis miseretur, deo fœnerat. Non vis vniuersorũ dominum tibi ad exolutionem autoratum habere? Si quis in ciuitate diues tibi pro aliis spondeat, fideiussionem illius accipis: deum verò non admittis tanto se plura persoluturũ pauperum causa pollicentem? Da argẽtum domi nullo tuo vsu conditum, nulla ipsum grauando K accessione, cuius vnius gratia vtriq; bene consultum fuerit: tibi in primis securitas aderit custodiæ, accipienti verò ex vsu lucrum. Si autem & accessorium quæris, iis quæ à domino tibi tradentur, contentus esto. Ipse enim pro pauperibus fœnoris abs te commodati auctariũ reddet: ab eo qui verè in nos benignus est, benignitatem expecta. Quod enim accipis ex paupere, omne superat odij in homines exemplum. Ex calamitatibus pauperum quæstum facis, ex lachrymis argentũ tibi corradis, nudum strangulas, famelicũ cędis, misericordia nulla, nulla cogitatio subit mentẽ cognationis quę tibi intercedit cũ eo qui miserè affligitur, & quę hinc L accrescunt lucra, benignitatem vocas? Væh dicentibus amarum dulce, & inhumanitatẽ humanitatem appellantibus. Ne Samsonis quidem ænigmata talia erant, quæ conuiuis proposuit. A comedẽte exiit cibus, & à forti egressa est dulcedo, & ab inhumano exiit benignitas. Non colligunt è spinis vuas, nec à tribulis ficus, neque item à fœnore benignitatem. Omnis enim arbor marcida malos facit fructus. Parumper cõsidera. Hecatostologi & decatelogi,† nomina, vel ipso auditu incutientia horrorem, menstrui repetitores, veluti dęmones qui epilepticos faciunt, ac pauperes circa lunæ periodos inuadũt, iniqua prorsus mutui datio vtriq; dãti pariter & accipienti, huic quidem in pecunias, illi verò in ipsam animam damnum pœnamq; afferẽs. Agricola† enim accepta spica, semen rursus sub radice non scrutatur: Tu verò M fructus habes, nec desinis ipsam redituum sortem requirere. Sine terra plantas, sine satione metis, cum incertum sit cui congreges. Palàm is scitur qui ob vsuras extortas, se rigat lachrymis: at incertus, qui ex earum opulentia fructum sit decerpturus. Incertum enim, aliis ne sis relicturus istiusmodi opes, qui eis perfruantur, malo interim quod tibiipsi ex iniquitate collegisti, penes te vice thesauri depositò. Igitur à volente accipere mutuò ne vultum auertas, nec pecuniam tuam dederis ad vsuram, vt tam ex veteri, quàm noua lege quæ conducibilia sunt edoctus bona cum spe ad dominum hinc emigres bonorum factorum vsuras recepturus, In Christo Iesu domino, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

IN PSAL-

ὑπόλυπωσις commiseratione digna.

Consilium domini de dando mutuo.

Φιστότην ὑπευθυνον.

Pro ἰκῶ Vo lat. legit ὅτι-κοτ siue ὅτικο θι.

μισανθρωπίαν, φιλανθρωπίαν.

Νυδρον σα πρὸν.

†Publicani erant partẽ fœneratitiæ centesimam decimámve colligentes singulo quo que mense.

†Auaritiam reuincit τῆ ἀνομοιότε-

A

IN PSALMVM VICESIMVMOCTAVVM,

Afferte domino filij dei: In exitu seu consummatione tabernaculi, Psalmus Dauid.

PSalmus vicesimus octauus communem quidem inscriptionem habet. Psalmus enim inquit, Dauidi: habet proinde quiddam proprium. Additur enim ei: Exitus tabernaculi. Quid autem hoc est? Consideremus quis sit ille exitus, & quod tabernaculum, vt in sensu psalmi consistere valeamus. Quo ad historiam igitur, vide-
B tur sacerdotibus & leuitis ab opere se relaxãtibus hoc datum esse præceptum, vt eorum reminiscantur, quæ ad cultum dei præparare oportet. Exeuntes enim è tabernaculo, Psalmi istius verba protestantur & admonent quæcunque conueniat præparasse, quæ quidem habẽtes ad diem sequentem conuenirent: nimirum filios arietum. Item gloriã & honorem, gloriam nomini domini. Item quòd nusquam, nec alio quouis loco quàm in aula domini & in loco sanctificationis diuinum exercere cultum conueniat. Nostræ autem menti sublimiora contemplanti per magnificum & conuenientem diuinæ scripturę sensum familiarem nobis legem reddentem, illa succurrunt: vt hic nec aries ouium maritus accipi debet, neque item tabernaculum ex hac materia inanimata compactum habitaculum, neque exitus taberna-
C culi discessus à templo, sed tabernaculum quidem corpus hoc nostrum intelligatur, vt nos docuit Apostolus, dicens: Existentes in hoc tabernaculo ingemiscimus. Et rursus Psalmus: Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Exitus verò tabernaculi, discessus ab hac vita est, ad quem hic nos sermo præparari iubet, vt hæc quædam & alia rursus ad dominum afferamus, quando labor hic & quæstus præsens viaticum quoddam sunt ad futuram vitam. Quicunque hic gloriam & honorem domino per bona opera affert, is demum gloriam & honorem sibi ex iusti iudicis retributione thesaurizat. In multis tamen exemplaribus additum esse reperimus hoc, Afferte domino filij dei: Et quoniam non cuiusuis donum est domino deo acceptum, sed eius tantum, qui corde puro offert illud. Non enim castæ sunt pre-
D ces, nec accepta oblatio ex meretricis mercede. Et rursus Hieremias: Num vota, inquit, & sanctæ carnes auferent malitias tuas, aut per hæc purus eris? Ideo psalmus prius nos vult esse filios dei, deinde vltroneos accedere ad offerenda deo dona, non quælibet, sed quæ sint ab eo ordinata. Ante omnia dicito: Pater, deinde petes ea quæ ordine sequuntur. Scrutare verò teipsum ex cuiusmodi conuersatione ad deum accedas: expende, num dignus sis, qui deum sanctum voces patrem. Per vitæ enim sanctimoniam nobis peruius est ad eum sanctum ac familiaris aditus. Si sancti filius cupis esse, sanctitas te in filium adoptet. Afferte itaque domino, non omnes, neque ex omnibus, sed filij dei. Eximia quædam dona quæsiturus est, &
E hac gratia eximios eligit qui offerant. Etenim ne cogitationes tuas deiiciat in humum, neu te arietem faciat, nimirum quadrupes ratiõis expers ac balatile animal inquirere, quasi speres istius animalis victimatione deum placatum iri, ait: Afferte domino filij dei. Neque enim opus iam filio: vt filium offeras: sed si magnum quid est filius, & magnum quid & dignum filij charitate & paterna dignitate, illud quod offertur addecet esse. Filios itaque, dicit, arietum afferte, vt ipsi qui à vobis offeruntur, vbi filij sunt arietum, in filios dei mutentur. Aries enim animal imperium retinens, ac princeps viam præit ouibus ad edulem & pascuam pabulationem, ad aquarum peramœnam refocillationem, ad stabulum insuper & cauF las. Tales enim quidam ouilis Christi præsides sunt, præitantes gregi dominico se conferenti ad carpenda spiritualis doctrinæ florulenta & odoratissima pabula, qui sibi creditas oues rigent suppeditãte illis aquam viuam spiritu sancto & eas adolescere faciant, atque ad proferendos ex se fructus enutriant, qui viam præmonstrent ad requiem perennem contendentibus, easdémque ab insidiantium impostoris præmuniant ac tueantur. Horum igitur filios à dei filiis adduci vult domino sermo hic. Quòd si arietes hi sunt, qui reliquo gregi præmuniunt rectitudinis viam: vtique horum filij erunt, qui propensiore bonorum operum studio & exercitatione fuerint per præsulum doctrinam formati & instructi ad vitam secundum virtutem instituendam. *Afferte* igitur *domino filij dei, afferte domino filios arietum.*) Didicisti, quo cum edisserit hæc & loquitur propheta? Didicisti de quibus? Nunc docet quid. *Afferte domino*, inquit, *gloriam & honorem.*) Quomodò autem nos qui terra & cinis existimus, magno domino gloriam afferimus? quomodò & honorem? Gloriam quidem, per bona opera,

Tabernaculum pro corpore. Exitus tabernaculi, exitus vitæ.

γνώμη. μὴ εὐχαί nũ vota siue preces. Pater noster qui.

Nõ legitur in exẽplari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quum opera nostra splendore probitatis irradiarint hominum oculis, sic vt perspectis operibus nostris homines glorificent patrem nostrum, qui in cœlis est. Sanè per sobrietatem, pèrque sanctimoniam eos peculiariter contingentem, qui se ex professo obstrinxerunt tuendæ religioni, potest quis afferre gloriam deo, iuxta Pauli admonitionem dicentis: Glorificate deum in membris vestris. Hanc item gloriam dominus requirit ab iis qui in se credunt, & adoptionis gratia sunt dignati. Filius enim, inquit, glorificat patrem. Et: Si pater sum ego, vbi est gloria mea? Honorem affert deo is, qui secundum prouerbium, ex iustis laboribus & primitiis suæ iustitię eum honorat. Omnis item qui de diuinis pro decoro edisserit, sic vt nusquàm deerret aut excidat à recta notione, quæ de patre tenenda est, de diuinitate vnigeniti, & de spiritus sancti maiestate: sanè hic affert domino gloriã & honorem. Gloriam verò hanc intendit & auget qui rationes assignare potest, quarum gratia omnia creata sunt, & per quas continentur omnia & conseruantur ab ipsius prouidentia ad quæque minutissima pertingente, iuxta quas etiam rationes iudicio eius sistentur omnia, exacta eiusmodi dispensatione. Qui insuper dilucidis rationibus, citràque confusionem vllam per se potest contemplari singula: nec id solùm, sed & quæ fuerit contemplatus, eadem quoque potest & aliis exprimere, putà de dei bonitate, déque eius iusto iudicio: hic ille est, qui affert domino gloriam & honorem, nimirum vita vsus quæ huic suæ contemplationi concinnè respondeat. Istiusmodi enim viri lux coram hominibus verbo iuxtà ac opere elucescit, pèrque eam omnigenûm præclarè actorum celebritatem pater qui in cœlis est, glorificatur. Non is porrò affert domino gloriam & honorem, qui humanam hanc gloriam attonitus miratur: non item qui argentum in pretio habet, non qui corporis voluptates magni æstimat, non quisquis abhorrentia à pietate & dei cultu demiratur dogmata. Quemadmodum enim per bona opera domino afferimus gloriam: itidem ex contrario eam ipsam auferimus per malignitatis & nequitiæ opera. Quid enim dicit peccantibus? Nomen meum per vos blasphematur inter gentes. Et rursus apostolus: per præuaricationem legis deum inhonoras. Legislatori siquidem contumelia est despectio legum atque contemptus. Domus ni ritè gubernetur, nimirum in qua indignatio & clamor sint, cõtumelia item, risus, voluptas, prodigus ac profusior luxus, immundicia & ex consuetudine flagitiosa scortatio: eorum quæ fiunt ignominia atque turpitudo in eum regeruntur ac resiliunt, qui domui præsidet. Consentaneum igitur fuerit, ipsi vt intelligamus, quoniam deus quemadmodum per efficacem & bonam operationem glorificatur: sic & per malignam & flagitiosam inimicus. Quando enim sumens membra Christi, facio membra meretricis, tunc gloriam ab eo qui me seruat, ad eum transfero qui me perdit. Nam quicunque Christo non credit, gloriam incorruptibilis dei in imaginem corruptibilis hominis, & volucrum, & serpentum, & quadrupedum, quæ sunt in terra, commutat, vt ait apostolus. Quisquis colit creaturam ac veneratur præter creatorem: nõ deo, sed creaturis affert gloriam. Itaque creaturam dicens aliquid esse, dein procidit illi & adorat: suam ipse nouerit sortem cum qua ordinabitur. Cum timore igitur prouideamus, ne dum gloriam & exultationem afferimus diabolo per peccatum: ipsi cum eodem æternæ addicamur confusioni. Quòd enim peccatum in illius cedat gloriam, qui ad peccandum efficaciter nos promouet: per similitudinem hanc, quid mihi dicatur, expende: Duo inter se duces conserant pugnam seque adoriantur, vt quidem primùm agmen hoc ex altero retulerit victoriam, qui victori exercitui præest, nullo controuertente is ex hoste palmarem reportat gloriam. Siquando contraria acies præualuerit, ad illius quoque ordinis ducem victoriæ honos transfertur ac recidit. Sic & in tuis benefactis dominus est, qui laudatur. In his autem quæ perperam agis, aduersarius est. Nolim longiùs abs te cogites consistere hostes tuos, neque eminus oculos in duces quasi in scopum quendam intendito: tibiipsi tantùm attende, & omnem similitudinis veritatem inuenies. Quando enim mens cum affectu vitioso luctatur, si quidem intentis viribus & attentione solerti vicerit: de huiusmodi animi intemperie refert victricem palmam, Deúmque velut insigni corona redimit & condecorat. Contrà, siquando siueris te per lentescentem animi molliciem substerni voluptatum illecebris, iam in seruitutem abriperis & captiuitatem peccatorum, gloriam per hoc addens inimico, elationem, & superbiæ occasionem. *Adorate dominum in aula sancta eius.)* Post oblationem fructuum eorum quæ requiruntur, necessaria adoratio: quæ quidem non extra ecclesiam, sed in aula dei perficitur. Ne mihi priuatas istas aulas, neu synagogas excogitetis. Vna est aula sancta dei, in qua priùs Iudæorum synagoga constitit, sed postquam scelus in Christum admiserunt,

Huc adeste, qui excussa cuculla virgines Christo sacras retrahitis sub iugũ nuptia le, ô planè incestos & sacrilegos.

γνώμη ex cõtrariorum collatione.

ἐυκώμ elegãs

In aula sancta eius.

Legant hæc hæreticorũ synagogæ.

A ferunt, facta est illa eorum statio desolata. Idcirco dominus, & alias oues, inquit, habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, de illis loquens, qui ex gentibus prædestinati sunt in salutem, præter Iudæorum aulam proprium ouile propriámque aulam ostendit. Non itaque extra sanctam hanc aulam, sed in ipsa adorare deum licet. Quòd si quis ab iis qui ab ea alieni sunt, tractus atque illectus fuerit, intra hanc aulam desinet esse. Plures enim speciem orationis præferre videntur, qui tamen in hac aula non sunt propter mẽtis euagationem & distractionem quæ fit per inanes curas. Potes & aulam quoque cœlestem illam intelligere vitam. Idcirco plantati hic in domo domini, quæ est ecclesia dei viuentis, ibi in aulis domini dei nostri florebunt. Qui autem ventrem mundi gloriam seu argentum, vel aliud quod ex omnibus magis
B honorat, deum fecerit: non adorat dominum, neque in aula est sancta, & si dignus videatur qui intra sensiles istos aliorum conuentus admittatur. *Vox domini super aquas.)* Multis in locis nomen vocis positum liceat inuenire. Itaque vt intelligamus quæ sit vox domini, operæpretium fuerit pro viribus, ex sacra scriptura colligere, quæ de voce scripta sunt, vt illud est in oraculo Abrahæ reddito, statim facta est vox, dicẽs: Non erit hic hæres tuus. Et in Mose: Omnis populus videbat vocem & lampadas. Et apud Esaiam rursus: Vox dicentis, clama. Vox quidem apud nos est, vel aër percussus, aut certè quæ circa aërem fit, sensilis repręsentatio quædam, quam vult ille repræsentare & exprimere, qui pronuntiat. Quid igitur est vox domini? An percussio circa aërem intelligi debeat, vel aër ipse percussus ad aures eius pene-
C trans, ad quem fit vox? aut neutrum istorum est, sed alterius generis quædam concepta apprehensione eorum hominum, quos vult deus suam vocem audire, ita vt eiusmodi imaginatio iis seruet proportionem quæ sępenumero cõtingunt per insomnia. Quemadmodum enim non percusso aëre, quandam verborum & sonorum memoriam in phantasia per somnum accipimus, dum vocem non per auditum, sed per ipsum cor nostrum formatam haurimus, talem quandam oportet ex deo vocem putare inesse prophetis. *Vox domini super aquas.)* Quatenus quidem ad sensibile attinet, nubes simul atque differtæ aquis fuerint: inter sese colliduntur sonumque ædunt & strepitum ingentem. Vox domini, inquit, super aquas. Sicubi etiam sonitus aquarum diruptarum quibusdam obuersantibus & contranitentibus
D fit, & si mare ventis turbatum exæstuet, violentumq; murmur emittat: inanimata illa elemẽta vocem habent à domino, ostendente scriptura, quòd vniuersa creatura tantumnon clamans creatorem suum deprædicet. Et cum tonitrus ex nubibus obstrepit, nihil est aliud putandum, quàm quòd deus maiestatis intonuit, & quòd dominus est is qui per seipsum humidam continet naturam. *Dominus super aquas multas.)* Didicimus enim in mundi creatione aquam esse super cœlos. Aquam rursus abyssi, aliam rursus aquam, nempe congregationes maris. Quis igitur alius est, qui hæc continet, nec sinit ea iuxta suæ inclinationem naturæ sidere ac ferri deorsum: quàm dominus, qui nihil non pertingit, qui aquarum habet imperium: Forsan & secretiore modo vox domini super aquas erat, quando baptizato filio fa
E cta est supernè vox: Hic est filius meus dilectus. Tunc enim dominus super aquas erat multas, eas per baptismum sanctificans. Deus autem maiestatis & gloriæ magna testimonij sui voce supernè intonuit. Et super eos qui baptizantur, hæc à domino vox relicti elogij editur: Euntes in mundum vniuersum baptizate in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. *Vox domini super aquas.)* Fit autem tonitrus quando spiritus siccus & violentus in nubis concauitate relictus vehementi ac peracri impetu per concaua nubium impulsus circumuoluitur, exitum & eruptionem quærens. Nubes autem resistentes ex vehementi constrictione asperum illum sonitum ex incluſi spiritus vehemẽti affrictione siue collisione emittunt. Quoniam verò veluti bullæ tumefactæ ac vento explicatæ atque reseratæ amplius resistere ac retinere nequeunt, tunc violenter disruptæ ventumq; expirantes ad externam respirationem
F edunt tonitruum strepitus. Hoc ipsum assolet efficere & fulgur. Dominus itaque super aquas existens, & magnos strepitus tonitru faciens, in molli aëris natura tantam vocis magnitudinem parit. Potest etiam & ecclesiastico sermone tonitru ea doctrinæ traditio dici, quæ post baptisma intonante euangelij voce in eas transfunditur animas, quæ aspirant ad perfectionem. Quod autem tonitrus sit euangelium, ostendunt discipuli à domino per metaphoram, filij tonitrui appellati. Quamobrem non cuilibet vox tonitrui talis competit, sed si quis dignus fuerit rota nominari ei conueniet. Ait enim: Vox tonitrui in rota, si quis fuerit ad anteriora contendens veluti rota, modica sui parte terram attingens: & omninò talis, qualis erat ea de qua rota dixit Ezechiel: Vidi, & ecce rota sequens animalia quatuor,

Super aquas

Quomodo fit tonitrus.

Vox tonitrui in rota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domin⁹ super aquas. Aquæ spirituales, sancti doctores.

& aspectus rotarum & factura earum quasi species Tharsis. *Deus* ergo *maiestatis intonuit, dominus super aquas multas.*) Aquæ item sancti sunt, quoniam & ex eorum ventre flumina G
fluunt, hoc est, spiritualis doctrina animas irrigans audientium. Et rursus accipiunt aquam salientem in vitam æternam, quæ & in his qui eam rite acceperint, efficitur fons aquæ salientis in vitam æternam. Superistiusmodi ergo dominus aquas est. Reminiscere item Heliæ historiæ quando tribus annis & sex mensibus clausum est cœlum, & serenitate existente super verticem Carmeli, audiit Helias vocem aquarum multarum, paulò pòst tonitrus simul & aquæ insecutæ, ex nubibus fluentes. *Dominus* ergo *super aquas multas, uox domini in uirtute.*) Sicut in rota vox fit, sic in virtute vox domini consistit. Qui enim cuncta facere, ac tolerare prqualet in eo qui ipsum confortat, Christo: is est qui domini audit facitq; H
mandata. Vox igitur domini non in debili dissolutáque ac molli anima, sed in ea quæ

In magnificentia.

strenuè & viriliter quod bonum est, perficit. *Vox domini in magnificentia.*) Magnificentia virtus est, quæ circa res magnas decorè versatur. Qui igitur seruato decoro res magnas obit & conficit, talis magnifici nomenclaturam promeretur audire. Sanè anima cum à seruili prudentia carnis se asseruerit in libertatem, magnitudinémque ac dignitatem sibi conuenientem ex deo acceperit (modò quæ sibi suppetunt, consentiant) in hac fit vox domini. Qui igitur magnificas de deo cogitationes habent, sublimes item de rerum creatione rationes speculantur, huc etiam quatenus potuerunt, incubuere, vt bonitatem diuinæ prouidentiæ qualicunque intelligentia consequerentur: ad hoc, in faciendo sumptu I
minimè illiberales aut sordidi & in alleuanda fratrum necessitate munifici: ij demum sunt magnifici, in quibus vox domini sibi legit domicilium. Verè etenim magnificus, isthæc corporalia omnia nihili ducit, ne tantilli quidem ea faciens, collatione inuisibilium. Virum decenter magnificum nulla rerum fortuitarum circunstantia mœrore conficiet, constantiam ex eius animo calamitas prorsus nulla decutiet, nullá ve exturbabit intemperies. Non homunculorum improborum & despiciendorum peccata commouebunt. Non carnis impuritas humilem, & abiecto animo efficiet, cùm humilibus affectibus ac sordidis qui locum apud eum ob mentis sublimitatem non habent, minimè sit obnoxius. Dicitur & quædam dei magnificentia, quemadmodum illud: Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Qui igitur magnificè de deo sentientes, ipsius deprædicant gloriam: hi sunt qui & K

Vox domini confringẽtis cedros

magnificentiam domini subuehunt laudibus. *Vox domini confringentis cedros.*) Cedrus enim quandoque, vt reliquis quidem arboribus longeuitate præstantior & putrilagine superior, & odorata, & obumbrans tectorium præbere apta, apud sacra volumina laudatur. Quandoque verò vt infructuosa & flecti nescia, sicque impij, adimplens similitudinem in malam traducitur partem. Vidi impium (inquit propheta) exaltatum & eleuatum sicut cedros Libani: veluti & nunc accipitur, Vox domini confringentis cedros. Sicut enim in

Collatio elegans.

magnifica anima fit vox domini, sic etiam temere inflatos superbia tumidósque ob ea quæ in hac vita sublimia altá ve existimantur, vt sunt gloria, imperium, elegans corporis forma, vires ac robur, confringere deus dicitur. *Et confringet dominus cedros Libani.*) Qui e-

Cedri Libani.

nim se rebus ingerunt alienis, & per ea sibi conciliant & adscisunt superbiendi occasionẽ, L

Collatio.

hi sunt Libani cedri. Sicut enim cedri per se altæ cum sint, per hoc quoque quòd in sublimi quopiam monte prognatæ sunt, ob montanæ altitudinis accessionem tantò efficiuntur splendidiores & eminus spectandæ: sic qui istius mundi rebus planè deciduis & corruptiuis nituntur, cedri quidem sunt per mentis elationem ac fastum. Quin iidem appellari promerentur cedri Libani, quòd aliena subnixi altitudine intempestiuo gaudio diffundun tur, & à terra terrenisque rebus, quasi à vertice Libani subuecti in sublime, in superbiam eriguntur & insolescunt. Non autem omnes cedros confringit dominus, sed Libani tantum: quoniam Libanus est idololatriæ locus. Quæcunque igitur animæ aduersus dei scientiam extolluntur, ipsæ Libani cedri sunt, & dignæ quæ conterantur. Sunt autem quçdam cedri dei, quas arbustiuæ vites translatæ ex Aegypto operiunt, sicut in psalmis didicimus: Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros dei. Quoniam verò vnà cum M
aliis de Christo translationibus & vitis dominus noster dicitur: Ego sum (inquit) vitis, &

Christ⁹ trãslatiuè vitis.

vos palmites. Cedri dei sunt illi, qui hactenus quidem steriles & apti ad comburendum fuerunt, vbi verò sub velamen & integumentum Christi venerunt, illumq; veluti induti sunt, per ipsius gratiam, propriæ vitæ sterilitatem contegunt. Cedros ergo dei arbusta fructuosa circumplexa custodiunt. *Cedros autem Libani conteret dominus, & comminuet*

A *& tanquam uitulum Libanum.*) Reminiscere vituli apud Exodum, quem ad sectandam idololatriam efformarant, quem & comminutum dedit Moses potandum populo. Vituli itaq; illius modò totum Libanum & in ipso consuetudinem omnem idololatriæ inualescentem exterminabit. *Dilectus ut filius unicornium.*) Vnigenitus filius dans mundo vitam, quandoquidem sacrificium & oblationem sese pro nostris peccatis deo offert, etiam agnus dei nominatur, & ouis: Ecce agnus dei. Et rursus: Vt ouis ad occisionem ductus est. Quando verò punire vitia & potentiam generi humano incumbentem, efferatam illam, & exasperatam euertere oportet, tunc filius vnicornium nominatur. Vt in Iob didicimus, vnicornis, est animal insuperabili virtute, hominibus minimè subiectum aut obtemperans. Nõ enim loro ipsum

Vnicorniũ filius.

ἐπιφυομένην μονόκερως.

B aut vinculo ligabis, neque dormiet ad præsepe, & multa alia de ipsius animalis libertate & indocilitate ad parandum hominibus, in ea prophetiæ parte dicũtur. Obseruatum est autem quod in vtranque partem similitudine vnicornis scriptura vtitur: quandoq; enim laudatur, interdum verò vituperatur: Libera, inquit, ex gladio animam meam & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Populum seditiosum & bella promouentẽ detestans hoc dixit, qui passionis tempore domino rebellauit. Rursus: Exaltabitur (inquit) sicut vnicornis cornu meum. Videtur itaque propter vlciscendi alacritatem quæ isti inest animali, subinde trahi similitudo peiorem in partem. Ob sublimitatem verò cornu, & libertatem eius in bonã acci pi partem: & demum Cornu multis in locis sacri eloquij, pro gloria vsurpatum inuenimus,

Vnicornis acceptio anceps.

Cornu vt accipitur in sacris.

ὑπεραστισθὴς μὲν. Χριστὸς μονόκερως.

vt est illud: Exaltabit cornu populi sui. Et, Cornu eius exaltabitur in gloria. Vel pro virtute
C & fortitudine, vt, Protector meus & cornu salutis meæ. Christus verò virtus est dei: ideoque tanquam vnum habens cornu, videlicet vnam cum patre communem virtutem, vnicornis appellatur. *Vox domini intercidentis flammam ignis.*) Intercîdit enim ignis flammam, secundum historiam trium puerorum apud Babylonem, quando caminus supra cubitos xlix. sese effuderat, eosq; qui circunstabant, ambussit omnes. E diuerso eadem flamma dei præcepto intercisa in se recepit spirantem auram, nempe perquàm suauem ac iucundissimam respirationem atque refrigerationem pueris tribuens veluti sub vnius alicuius arboris peramabili vmbra, tranquillo ac requieto in statu constitutis. Facta est (inquit) flamma, veluti spiritus roris suaui spirans sibilo. Longè est admirabilius ignis naturam intercidi, quàm mare rubrũ
D in partes diuidi. Attamen domini vox ignis continenter sibi cohęrescentẽ atq; vnitã naturã intercîdit. Quanquã igitur indiuisibilis & insecabilis humanis sensibus videatur ignis, verũtamen ad præceptum domini interciditur ac diuiditur. Existimo autem quòd ignis ad supplicium diabolo & angelis eius paratus domini voce interciditur. Quoniã duo sunt in igne potissima, vstiua vis & illustratoria. Vis prior ignis acerrima quidem ad pœnas irrogandas, posita est his qui vstione sunt digni. Altera nempe splendiflui sui luminis diffusiua velut sortitò succedet iis, qui claritate perfruituri sunt gaudij perennis. Vox itaque domini intercidentis flammam ignis ac diuidentis, ita vt obscurus quidem sit ignis supplicij, vi verò cõ-

ἀλαμπὲς πῦρ κολάσεως ἄκαυσον φῶς ἀναπαύσεως.

E burendi careat lux illa refocillationis. *Vox domini concutientis desertum.*) Beneficij loco ita dispensatur deserto concussio illa à domino, vt permutata solitudine ea tellus inhabitetur, & posito sterilitatis probro, laudem multos pariendi filios recipiat. Multi enim filij sunt desertę magis, quàm illius quæ virum habet: & illa quæ aquarum spiritu referta est, quæ olim erat desolata, in stagna aquarum mutatur. *Et commouebit dominus desertum Cades.*) Non igitur omne desertum commouet, sed tantum Cades, hoc est sanctificationis. Cades enim sanctificatio interpretatur. *Vox domini præparans & perficiens ceruos.*) Pari ratione cum prioribus æstimanda sunt etiam ista de ceruorum absolutione dicta, quæ vox domini operatur. Quoniam talem hoc animal naturæ conditionem sortitum est, vt nullo veneno serpentis lædi

Esa. 54. a. קדש Sanctitas. dicitur & desertum Pharã Numero. 13. idem & desertum Sin per. ϒ.

F queat: cui remedio est siue purgationi si forte in id inciderit (quemadmodum aiunt qui talia obseruauerunt) vipera deuorata. Omnia verò venenum eiaculantia iniquis & aduersis virtutibus in sacro eloquio comparantur, dicente domino: Dedi vobis potestatem conculcandi serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici. Quin & Psalmus promittit prophetæ, quia Super aspidem & basiliscum ambulabis. Necessarium est, vt si quãdo audiamus nomen cerui in diuinis libris, id verbi in optimam trahamus similitudinem. Nam &, Montes excelsi ceruis. Et, Desiderat ceruus ad fontes aquarum: quando & iustus omnis in

καταρτιζομένη ἐλάφος. ἡ ἔλαφος.

ἔλαφος ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν ἢ τοῦ ἕλκειν τοὺς ὄφεις.

altissimis sibi deligit. conuersationem, destinatum siue scopum persequens ad brauium supernæ vocationis, & ad potabiles fontes recurrit, prima Theologiæ principia requirens. Trahit itẽ ceruus oris respiratione è cauis animalia venenata latentia, quæ vi spiritus sui ex ipsis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Collatiões. quoque lustris extrahit. Quemadmodum sanè & aquila dicitur sanctus, quod arrecto incedat ac sublimi animo & à terra longiùs distante. Sic & ouis dicitur sanctus, quia mãsuetus, ac sua dispertit in commune. Dicitur aries, quòd cæteris præsit: Columba, propter innocentiam. Itidem sanctus ceruus ob id dicitur, quòd aduersetur improbitati & nequitiæ: ideo Salomon ait: Ceruus amicitiæ, & pullus tuarum gratiarum tecum versetur, docens planè nos, prædictos hosce ceruos aptos ad theologiæ doctrinam esse. *Vox domini præparans ac perficiens ceruos.*) Quando igitur aliquem dei hominem perfectum & absolutum viderimus, vtilitatẽ ex eius congressu & conuersatione sectemur. Nam vbi cerui præsentia est, omnium ibi serpentium malitia fugatur. Odorem cerui nulla ferunt animalia venenata, quando vel ad suf-

Et reuelabit condensa. fitum cornu ceruini secedunt reptilia. *Et reuelabit condensa.*) Primùm vox domini omnibus concinnat & absoluit numeris ceruos, deinde reuelat condensa: hoc est, locos syluosos, & agresti ac infrugifera lignorum materia differtos & conspissatos, ad quos plerunque venenata animantia confugere solent. Quoniam igitur perfectus iam est ceruus per eam perfectionẽ quæ est à domino, iustus, qui illi assimilatur, reuelat condensa, vt nudi & omniũ oculis expositi prodantur, qui vitam nostram suis lædebant corruptelis. Et quoniam omne lignum non faciens fructum bonum inciditur à securi, & in ignem mittitur: necesse est, vt inhorrescentes & condensæ syluæ, animæ videlicet syluescentes, in quibus quasi feræ quędã, affectiones multiuariæ peccatorum illatebrant, à verbo dei, quod omni gladio ancipiti cæsim penetrat acutiùs, purgentur. Quoniam autem plures homines curis humanis aggrauati, veluti quandam terram spinis opertam, suas gerunt animas oneratas, vnde nec sinũt eas enutriri ad proferendam diuini verbi frugem: reuelat dominus condensa: hoc est, curarum existentium in vita deformitatem & fœditatem & incommodum aperit, vt loco qui de bonis ac malis est, veluti syluosis arboribus elucato & aperto non habeant homines, quo de agendis iudicia per insciti am peruertant. Multi nanque bona vbi laboriosa vident, mala existimant. Mala è diuerso ob insitam voluptatem, vt bona persequuntur. Ex quo infinitus occupat mortales error. Referũt enim naturam bonorum ligna fructifera, & omnes cedri quæ ad laudem accipiuntur. Malorum verò condensa, ne decipiantur qui aliquem in eis fructũ

In templo nõ inaniter fabulãdum. inuenire se putant, reuelat ac manifestat dei vox. *Et in templo eius omnes dicent gloriam.*) Audiant hæc psalmi verba & confusi suppudescãt ij, qui in tẽplo prolixissima intertexunt colloquia. Quid dicit psalmus? Qui in templo dei est, non maledicentiam, non vanitatem, ac ne obscœnis rebus differtos sermones pronuntiet, sed in templo eius quisque dicet gloriam. Assistunt verba describentes angeli, adest & dominus affectus intrantium considerans. Preces cuiuslibet deo manifestæ sunt. Alius ex affectu tantum orat, alius scitè ac prudenter cœlestia quærit: quidam perfunctoriè nec acri attentione summis labris verba loquitur: cor autem eius procul à deo est, & si etiam orat, carnis tamen prosperam valetudinem, corporis bona, insuper diuitias & gloriam quærit humanam. Oportet autem nihil horum commit-

Laus dei, opus angelorum. ἀφοσιωμένως. †Non habẽtur hæc in exemplari Græco. Locus sanè intelligẽd⁹. tere in templo, vt sermo dei docet: sed in templo eius quisq; dicet gloriam. Cœli enarrãt gloriam dei. Angelorum opus laudare deum: omnibus denique cœlestibus exercitibus vna hæc cura, gloriam transscribere creatori. †Reliquæ item creaturæ omnes, siue cœlestes, siue terrestres, seu rationales, siue rationis expertes, demúmque inanimatæ, seu voce siue gestis aut aliqua significatione summum omnium conditorem deum extollere ac prædicare videntur. Homines verò miserabiles relictis ędibus suis ad templum concurrunt, quasi emolumenti quicquam inde laturi, cum tamen nec accommodent aures verbis dei, nec suæ intelligant conditionem naturæ, nec peccato quopiam præoccupati mœrore afficiuntur, ac ne tum quidem contristantur, quum ad memoriam quæ admiserunt, recurrunt. Nullo corripiuntur diuini iudicij metu: adeò vt sibi arridentes, suásque prensantes dextras, domum orationis in locum vertant effusissimæ loquacitatis, minùs obtemperantes Psalmo huic contestanti ac dicenti: In templo eius omnes dicent gloriã. Tu autẽ non solùm non dicis, sed alteri cuipiam impedimento es: eúmque tibi vni reddis attentum, dum obstrepero tuo clamore obtundis & exuperas personantem spiritus sancti doctrinam. Vide ne quũ hinc emigraris, loco mercedis recipiendæ pro diuinis laudibus: vnà cum iis qui nomen dei execrantur & blasphemis vocibus incessunt, condemneris. Psalmum habes, Prophetas, Euangelica præcepta, Apostolorum prædicationes. Lingua psallat, mens sensum eorum quæ dicta sunt, scrutetur: vt psallas spiritu, psallas item & mente. Non enim gloria deus indiget, sed vult te dignum reddi, qui olim laudem & gloriam promerearis. Quod enim seminat homo, hoc & metet. Semina

diuinæ

A diuinæ laudis & gloriæ sementem: vt coronas, honores laudésque in regno cœlorum metas. Hæc itaque per digressionẽ à nobis non quidem ab re neque inutiliter sint dicta de eo quod hic dictum est: In templo eius quisque dicat gloriam, ob hoc, quòd quidam in templo dei nullo vnquàm fine se totos effundunt in futiles & aniles nugas ac proinde nullo suo fructu illud ingrediuntur, atque adeo vtinam frustra tãtùm subirent templum, non etiam magno suo incommodo. *Dominus diluuium inhabitare faciat.*) Diluuium aquæ inundatio, omne subiectum delentis, omne item quod prius sordium colluuie squalebat, repurgantis. Baptismi itaque gratiam diluuium nominat, quo fit vt anima peccatis abluta & purgata excusso à se veteri homine, domicilium deinceps fiat accommodum deo in spiritu. Meæ huic exposi- ἐν παρεκβάσει.

B tioni concinnunt ea quæ in psalmo tricesimoprimo conscripta sunt. Postquam enim dixit. Delictum meum cognitum tibi feci, & peccatum siue iniustitiam meam non abscondi. & item hoc: Pro hac orabit ad te omnis sanctus: sequitur: Veruntamen in diluuio aquarum multarũ ad eum non appropinquabunt. Non enim deinceps peccata appropinquant ei, qui iam accepit baptisma in remissionem peccatorum, per aquam & spiritum sanctum. Huic sententiæ cognatum & affine quiddam in Micheæ prophetia inuenitur: Quia volens misericordiam est. Conuertet se, & miserebitur nostri. Demerget peccata nostra, & proiicientur in profundum maris, & sedebit dominus rex in æternum. Splendenti nanque animæ statim post diluuium baptismi deus insidens, veluti thronum eam sibi constituit & efficit. τὴν ἀνομίαμ ἐγνώρισα.

C *Dominus fortitudinem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.*) A peccatore populo dominus robustum auferet & robustam: è diuerso populo iustitiam sedulò operanti suggerit vires & robur. Ideo dicitur: Omni habenti dabitur. Iam quisquis animum confirmauit ad efficacem perfectionem bonorum operum, is vtique dei benedictione efficitur dignus. Inter porrò benedictionis diuinæ species pax perfectissima esse videtur, quum status sit mentem procul intemperie omni constabiliens: adeò vt pacificus vir hoc insigni tanquam propriis notis internosci possit, si quidem sedatis est & peramœnis moribus: contrà, qui adhuc compugnantium affectionum fatigatur intemperie, is nondum effectus particeps est diuinæ illius pacis, quam dominus suis dedit discipulis, quæ cum omnem exuperet sensum, vtique illorum præmuniet & tuebitur animas qui se ea præstiterint dignos. Hanc denique Apostolus apprecatur ecclesiis, dicens: Gratia vobis & pax adimpleatur. Sanè optandum sit, vt post exantlatum & legitimè toleratum vitæ istius agonem, post prudentiam carnis in seruitutem redactam, quæ aduersus deum inimicitias exercet, anima in tranquillam & ab omni turbela dissitam stationem recepta, promereamur appellari filij pacis, ac diuinæ illius benedictionis effici participes, In Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Enantiosis ex collatiõe

D

DIVI BASILII HOMILIA IN EVNDEM *psalmum: Adorate dominum in aula sancta eius.*

E

EVm addecet adorare dominum, non qui extra sanctam eius aulam, sed qui intra eam sit cõstitutus: Hoc est, quisquis debet deo offerre synceræ adorationis cultum, ne egrediatur aut abalienet se ab ecclesiæ cœtu, ne sit autor nouandæ vllius peruersæ congregationis aut schismatis aduersus ecclesiam concitandi. Neque enim conuenit. Quemadmodum autem se adornat quis & instruit domum domini, dei templum vt sit: ita & aulam eius siue atrium vndique potest cingere, seipsum quasi muro quopiam com- Audi Luthere cum tuis asseclis. Anima & tẽplũ est dei & aula eius.

F muniens vita, sermone, diuinis cogitationibus, in seipso adorans deum, sufficientem in se cũ habeat & idoneam occasionem exhibendæ ei culturæ, cùm ex structura corporis, tum ex moderanda dispositione virium animæ. Iam verò & dominus de Iudæorum atrio & ouili loquutus, dixit, Et alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili, ostendens nimirum & aliud quoddam ouile, verè sanctum esse, in quod congregandæ sint oues Christi, *ij* videlicet, qui ex gentibus ad salutem sunt prædestinati, hoc est, Ecclesiam hanc, in qua veri adoratores adorant in spiritu & veritate. Nemo verò eorum, qui aliud quid præter deum, honore diuino colit, deum adorare potest in atrio sancto eius. Deos autem constituunt, alij ventrem, Quorum, inquit, deus venter est, alij argentum, qui videlicet auaritiæ, quæ idolorum seruitus est, addicti sunt. Et quisque sanè, quod omnium potissimum colit, illi gloriam assignat diuinã. ἀξίωμα.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Talis autem non est in atrio sancto, neque adorat deum, etiã si à sensibili conuentu videatur G
Vox domini. separari non posse. *Vox domini super aquas.*) Operæpretium est, vt intelligamus quid sit vox
domini quoad fieri potest, adducere ex diuina scriptura quæ de voce sunt scripta. In Genesi
itaque verbum domini ad Abraham conscriptum inuenimus. Ego, inquit, protector tuus
sum, merces tua multa. Et respondit Abraham, Domine quid dabis mihi? Ego verò morior
sine liberis: Et post pauca. Et statim facta est vox ad ipsum. Rursus in Exodo, Stent parati in
tertium diem. Et quando cœperint audiri voces, & tubæ, & nubes, ascendent illi in montem.
Et post decalogum, Omnis verò populus videbat vocem ac lampadas, & vocem tubæ. In E-
Vox finitur saia quoque scriptum est, Vox dicentis, clama. Est itaque vox percussio aëris, aut species
illa circa aërem, quam exprimere vult qui vocem emittit. Qui per carnis organa inter se ser H
mocinantur, verberantes aërem, & velut impressionem quandam ac speciem imprimentes
aëri, vocem vi spiritus ad aures vsque illius impellunt, ad quem loquuntur. Vox verò domi-
ni alterius est generis, propterea quòd imaginatione cum illis agit quos vult audire vocem
suam, ita vt analogiam imaginatio ista habeat cum ea quæ in somnis accidit. Illic nanque
sensus eorum quæ dicuntur non per aures verberato extrinsecus aëre apprehenditur, sed
mens ipsa intellecta excepit, quæ in memoria eorum quæ considerata sunt, permanere solẽt.
Facta est itaque vox ad Abraham, quoniam aures habebat, quibus præcepta dei audire po-
terat, arcano modo insonante illi voluntate diuina. Vox verò illa, quæ ad populum facta est,
visio erat, hoc est, cognoscibilis & omnibus intellectu comprehensibilis. Non enim colore
aliquo colorata erat & circunscripta erat vox ista, vt ore prolata vox percipi posset oculis, I
sed videbat populus vocem: propterea quòd præceptum domini lucidum est illuminans ocu
los, neque vlla inest iis quæ dicuntur obscuritas. Et Esaiæ quoque facta est vox dei, præcipiẽs
ac dicens, clama, quod idem est atque, mẽs prophetæ à potentia, quæ illi indita est à deo, in-
struebatur. *Vox domini super aquas.*) Quæ vox? Super quas aquas? Dictum hoc vt propheticũ
sumendum est. Memor esto Ioannis, qui cum interrogatus esset à Iudæis, Tu quis es? Quod
responsum dabimus his, qui miserunt nos? respondit, Ego vox clamantis in deserto. Est ergo
Ioannes vox domini, Angelus à deo missus ante faciem domini, ad parandum domino po-
pulũ perfectum. Ipsa itaque vox dei erat super aquas in Iordane, in quo baptizabat Ioannes K
prædicans baptisma pœnitẽtiæ. Et non in Iordane tantum, sed & in Enon prope Salem. Mul
tum enim illic aquarum erat. Vox igitur domini super aquas, Ioannes est baptizans. Illic &
deus maiestatis intonuit. Venit enim vox è cœlo dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo
mihi bene complacui. Tunc & dominus super aquas multas erat, cum ad Ioannis vsque ba-
ptisma sese demittere dignabatur, vt vniuersam legis iustitiam adimpleret. *Vox domini in*
ἐπὶ τοῦ βαπ- *uirtute.*) Aufert enim infirmitates populi per baptismum pœnitentiæ, per ipsum in aqua ba-
τίσματος. ptizans ad pœnitentiam. Illud in virtute, vox est dicens, Pœnitemini: appropinquauit enim
regnum cœlorum. Et facite fructus dignos pœnitentiæ. Aut fortè vox in virtute erat, qua
domino verè potenti ac forti Ioannes testimonium dabat dicens, Ego baptizo in aqua: qui L
verò post me venit, fortior me est. Ipsa itaque vox virtuti testimonium dabat. *Vox domini*
in magnificentia.) Quando magnifica mysteria Ioannes de Iesu prædicabat dicens, Vidi spi-
ritum sanctum sicut columbam descendentem ac manentem super eum. Et iterum, Quoniã
de plenitudine ipsius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sublimes nanque sunt istę aquę,
& magnitudinem gloriæ vnigeniti exprimentes. Eoq; vox domini erat in magnificentia.
Magnificum verò & illud erat quod dicebat Ioannes: Deum nemo vidit vnquam. Vni-
genitus filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit. Multa & alia magnificè de domi-
no loquutus deprehenditur, vtpote, Non potest homo accipere quicquam: nisi sit illi
datum è cœlo. Magnificum & hoc erat quod dicebat, Qui è supernis venit, super o- M
mnes est. Et illud, Qui testimonium ipsius accepit, is signauit, quòd deus verax sit.
Quem enim deus misit, is verba dei loquitur. Et illud, Qui credit in filium, habet
vitam æternam. Et quæcunque sunt alia huiusmodi. Nihil igitur humile, aut quod absit
à decoro, sed omnia magnificè, cum excellenti amplitudine de domino dicta sunt, quæ
decenter à Ioanne illi sunt adscripta. Hac ratione dictum est, Vox domini in magni-
ficentia. Vox domini confringentis cedros. Potest hoc de eo exponi, quòd parans domi-
no populum perfectum, impietatésque illas, quæ contra cognitionem dei eriguntur
& in sublime extolluntur, conterens & demolitus, obliqua redegit in viam rectam.
Qui nanque omnem collem, & quemuis mõtem humiliabat, is certè, & cedros confringe-
bat,

A bat, & omnia ad aduentum domini complanans exæquabat, dum sublime, exaltatum, &
nesciens humiliari cor populi ad pœnitentiam deducebat. Quam præparationem populi
aduentu suo dominus excipiens, aduersarias potestates, cedros libani tropicè dictas, confre-
git. Oportet nanque regnare dominum, donec ponat inimicos sub pedes suos, & cedros i-
stas, comminuat, & tanquam vitulum Libanum. Quid est autem vitulus? de Libano dicunt
quod simulacrorum cultores, vitulorum imagunculas, quas sibi in libano fingunt, sicque eas ὡς τὴν μό-
admouebant igni. Itaque hoc sensu aduersarias potestates propheta meritò ad internecio- χον λίβανον
nem vsque delendas esse dicit. Aut vitulus est, qui in monte Libano per ignem liquefit, se-
cundum quod dictum est, Sicut liquefit cera à facie ignis, sic peribunt peccatores. Atque ita
B intelligere possumus, quid sit confringi cedros illas, & quid comminui Libanum, ducem
hunc sublimium cedrorum. Comminutus aliquando est & vitulus ille in Exodo, per Aa-
ronem factus, quem olim effinxit populus cùm deserto deo ad idololatriam se auertisset,
quem correptum Moses minutatim confregit, & in aquas coniecit. Ad hunc modum domi
nus totum Libanum, hoc est, primarium malitiæ principatum, comminuit, sicut vitulus ille
per Mosen comminutus est. Et comminuit eas velut vitulum, Libanum. *Et dilectus sicut fi-*
lius unicornium.) Post sublatas aduersarias potestates, declarabitur & conspicua demum e-
rit dilectio erga dominum, & potentia ipsius illustris erit, nemine aduersariorum amplius
existente, qui illam obscuret. Propterea dicit, post istam comminutionem, dilectus erit sicut
C filius vnicornium. Est autem vnicornis, animal imperiosum, homini non subditum, nullis
viribus domabile, perpetuò in solitudinibus agens, vno cornu securum. Quapropter & insu
perabilis domini natura vnicorni assimilata est, cum propterea quòd omnibus dominatur,
tum quòd vnum habeat suiipsius principium, nempe patrem. Caput nanque Christi deus
est. *Vox domini intercidentis flammam ignis.*) Peccatum quod ignis instar Israëlem deua-
stabat, Ioannes intercidebat dicens, Pœnitemini, appropinquauit enim regnum cœlorum.
Flammam itaque affectionum quæ ex peccato animabus mortalium innascitur, intercidit,
dum Iudæis de sempiterno igne disseruit, iudiciiq; diuini vehementiam expositi dicens, Cu
ius ventilabrum in manu domini, & repurgabit aream suam, & triticum quidem reponet in
D horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili. Flammam itaq; illam intercidit, vbi ter-
ribilia ista populo ob oculos exposuit. *Et concutiet dominus desertum Cades.*) Erat enim Io-
annes, baptizans in deserto. Desertum igitur illud concussit, per accursum vndique adfluen
tium populorum, quod quidem desertum propter eorum qui illuc veniebant pœnitentiam,
sanctum est appellatum. Cades enim, si interpreteris, sanctum dicitur. Vox ista domini ab-
soluit ceruas, animas videlicet sanctas, quæ sublimia sunt quærentes, quæ & serpentes absu-
munt, & in sublimibus montibus commorantur. Istæ itaque nobis sint animæ magnificæ,
ad fastigium cœlestis conuersationis ex imo fundo leues & erectæ contendẽtes, quibus cum
E aduersariis potestatibus, quemadmodum ceruis cum serpentibus, bellum est. Quin *Et reue-*
lat condensa.) Vt in apertum prodeant & fiant manifesti serpentes qui sub inumbratione dẽ
sarum & syluestrium arborum delitescebant: quò ad lucem educti minore negotio à ceruis
consumantur. Fortasse quisquis arcana quępiam vitia coarguit, is reuelat condensa. Hoc est,
in apertum producit latentia in sylueſtri hac natura peccata, quæ serpentes dicuntur, pro-
pter voluptatis picturatam varietatem. Reuelabit autem ea in illa die, in quo manifesta fa-
ciet, abscondita tenebrarum, & consilia cordium ipsorum. Forsan & de Ioanne potest intel-
ligi, qui cum esset vox domini, per ænigma Israëli ad hunc modum loquutus est, Iam enim
securis ad radicem arborum posita est. Omnis itaque arbor, non faciens fructum bonum,
exciditur & in ignem coniicitur, atque ita & ipse reuelabat condensa, hoc est, fructuum inu-
F tilitatem eorum manifestabat. Est enim condensum, sylua infrugifera. Huius declarata no
xia sterilitate, ad competentem illos fertilitatem prouocabat dicens, Facite dignos fructus
pœnitẽtiæ, ex quibus omnibus vnus est effectus, vt templum domini ædificetur, in quo quis-
quis constitutus fuerit, verè potest gloriam afferre domino. Sed *Et diluuium inhabitat do-*
minus.) Per baptismum nanque in animabus sanctificatorum habitatio domino paratur. A-
blutam igitur à peccatorum sorde animam inhabitat deus. Quapropter dicitur inhabitare
diluuium. Quod enim remissionem peccatorum, quæ ex baptismate est diluuium vocaue-
rit, ex tricesimo primo quoque psalmo didicimus, vbi dicit, Veruntamen in diluuio aqua-
rum multarum ad ipsum non appropinquabunt. Peccatorum nanque delicta, in redemptio-
ne ea quæ per baptismum fit, appropinquare amplius non permittentur. *Et sedebit domi-*
nus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus, rex in æternum.) Præter hæc omnia suppetet nobis & concedetur hoc, vt agnoscamus G domini principatum super omnem creaturam, qui dat virtutem populo suo, vt deuicto ma ligno, benedictionem accipiamus quæ datur à domino in pace, iis qui se illo dignos præstiterint. Ipsi sit gloria in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM VIGESIMVMNONVM PSALMUS Cantici in dedicatione innouatæ domus Dauid, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me.

H

Psalterium. Psalmue.

PSalterium quidem instrumentum cùm sit musicum ad concinendos deo nostro hymnos concinnatum, figuratè tamen structura est corporis. Psalmus verò ipsæ actiones sunt corporis, quas veluti debitas exoluimus in gloriam dei, quum tic decorè ad præscriptum verbi dei nos ipsos componimus, vt nihil conficiamus quod in ipso corporis motu appareat inconcinnum. Canticum est, quodcunque contemplatione simplici theologicáque comprenditur. Psalmus itaque, sermo est musicus, quando concinnè aptéque secundum harmoniæ rationem ad organum pulsatur. Canticum verò vox est concinna quæ cum harmonica modulatione redditur sine organi sono & concentu. Itaque quoniam hic inscriptio talis est, Psalmus cantici, putamus significari, quod contemplationē I ordine sequatur actio. Hic igitur psalmus cantici, vt inscriptus est, dedicatæ aut innouatæ domus rationes continet aliquot. Et videtur, quod ad historicum siue corporalem attinet sensum, temporibus Salomonis erecto iam perquàm celebri templo fuisse ad melicam psalterij modulationem accommodatus & decantatus. Sensus vero spiritualis humanitatem à deo verbo assumptam significat, & dedicationem domus ipsius recens & mirabili modo cō structæ, indicat inscriptio. Multa enim inuenimus in hoc psalmo ex persona domini pronuntiata. Aut forte domum intelligere conuenit ædificatam à Christo ecclesiam, vt & Paulus ad Timotheum scribit. Vt scias quomodo oporteat in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viuentis. Dedicatio verò ecclesiæ, existimanda est renouatio mentis per spiritum K sanctum facta, singulis quibusque corpus ecclesiæ Christi complentibus. Est autem diuina & musica harmonia, comprendens aliquos sermones non qui aures demulceant, sed malignos spiritus qui animas noxæ & læsioni vndelibet expositas perturbant, cohibentes atque mitigantes. *Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, & non lætificasti inimicos meos super me.)* Quomodo is qui in altissimis habitat, exaltatur ab iis qui humilem sortiti locum sunt? Si enim deus in cœlo sursum, & tu in terra deorsum, quonam pacto deum queas exaltare? Quid igitur hisce verbis pollicetur propheta? An quòd fortè ab his dicitur exaltari, qui magna, & quæ deum nihil dedeceant, intellectu & cogitatione apprehendunt? & vitam omnem ad exaltat: qui viam ingreditur huic oppositam, quod nefas quidem sit dicere, quantum hic L deum in seipso humiliet. Omnem autem rebus nostris conuenientem statum, deo tribuere quodammodo videmur. Idcirco dormitantibus nobis & pigrè agentibus dormire dicitur deus, suis nos vigiliis suáve inspectione indignos iudicans. Si quando autem ex somno detrimētum sentimus, dicimus: Surge, quare obdormis domine? Item non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël. Et quidam alij veluti dei oculos à se auocant per eorum quæ gerunt, turpitudinem obscœnam. Indigna enim dei oculis sunt. Idem mox vbi per pœnitentiam resipuerint, dicūt: Cur faciem tuam auertis? Hos præter, sunt & alij, qui expuncta è mente & exclusa dei memoria, deum reddunt velut obliuiscentem suiipsorum, qui & di- M cunt: Quarè obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ? In summa: qualia iuxta hominum affectus de deo dicuntur, illa faciunt ipsi homines, talem sibi constituentes deum, qualem quisque seipsum priùs adornat & instituit. *Exaltabo te* itaque *domine, quoniam suscepisti me, & non delectasti inimicos meos super me.)* Nihil humile, nihil terrenum mihi in vita feciſti. Et vnde facultas mihi suppetet te exaltandi? Quoniam tu me præueniens susceپisti. Signatè dixit susceپisti me, hoc est, subleuasti me & extulisti, superiorémque me reddidisti his qui in me cooriuntur & insurgunt: veluti si quis puerum quendam imperitum natandi, manu sublimem supra aquas ducat. Qui igitur dei auxilio in sublime tollit oculos à ruina, is demū per animi gratitudinē deum se pollicetur exaltaturum bonis actionibus. Aut velut

Canticum.

Dedicatio siue innouatio ecclesiæ.

Aggressio enarratiōis. καὶ ὄυκ ἐυφρανας. Qui possit deus ab homine exaltari.

Deo etiam humana quadantenus assignāt scripturæ.

ἀνθρωποπάθως.

A velut si quis quendam palęstritem debilem à ruinæ periculo liberet, ac superiorem collu- βεβαίωσις à simili.
ctatore constituat: huic quidem insperatæ victoriæ occasionem præbet, illi vero speratæ palmæ Collatio altera.
lætitiā aufert. Non enim quæ sanctis infligūtur tribulationes probationis gratia, nostris inui
sibilibus inimicis lætitiam pariunt: sed quando fessi desperamus, & nostræ cogitationes in
angustiam rediguntur, delassatis nobis propter adflictionum assiduitatem, tunc demum ex-
hilarescunt lætanturq́; plaudunt & insultant miseris: velut cum Iob actum est, amisit posses- παράδειγ-
siones, filiis est orbatus, tabo & vermibus eius caro scaturiebat. Nondum hæc aduersario lę- μα.
titiam generabāt. Si verò per animi mollitiem ad hæc tot laboriosa execrabile aliquod ver-
bum, vt vxor incitauerat, dixisset: tunc super eum inimici gauisi essent. Idcirco nec in Paulo
B sitiente, esuriente nudo, colaphis cæso, laborante, quoquo versus peregrinante, aduersarius
est lætatus. Res potiùs in diuersum abibat, nam conterebatur, cum eum videret tam hilariter atque constanter hæc perpeti certamina, vt idem quoq; cótemptim diceret: Quis nos separabit à charitate Christi? *Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me.)* Beatus qui pro- γνώμη.
priam plagam quam internè habet, nouit: vt medico accedenti dicere valeat: Sana me domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Et, Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. Hìc quidem gratias reddit ob illatam sibi medicinam: Domine, inquit, deus meus. Non omnium deus est deus, sed eorum propriè qui charitate sunt ei
coniuncti, vt deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Si enim omnium esset deus, non vtique
C seiunctim illis testimonium reddidisset quasi aliquid eximium. Et Iacob dicebat, Auxiliatus est tibi deus meus. Et Thomas rursus vbi certò didicit resurrectionem, dominum complexus ait: Dominus meus & deus meus. Est itaque vox ista, domine deus meus plena affe- Domine deus meus.
ctu fiduciæ, & conueniens statui prophetico. *Clamaui ad te & sanasti me.)* Nihil medium, nul
lumq́; interuallum fuit, inter meam vocem & tuam gratiam: sed simul atque clamaui & sanitas prodiit. Etiam te adhuc loquente dicam: Ecce adsum. Magna itaque loqui oportet ad
deum orantem, vt vel ocyùs exoriatur sanitas. *Domine eduxisti ab inferno animam meam.)*
De hac sanitate deo gratias agit, Nam quando morbo affectus ad infernum descendit: inde
per illius virtutem qui pro nobis pugnauit, contra eum qui imperium supra mortem habuit
D est reductus. *Saluasti me à descendentibus in lacum.)* Sæpenumero laci nominantur subter- Lacus.
raneę fossæ custodię captiuorum siue vinctorum accommodatę: sic in Exodo dicitur: A primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in lacu. Sed & Hieremiam
in lacum iniecerunt. Et Ioseph fratres præ inuidia in lacum aqua carētem miserunt, aut cer
tè concluserunt. Vna quælibet igitur actio aut ad inferiora nos per peccatum grauando de- Actio omnis aut degrauat, aut alleuat ad deum.
ducit, vel habiles ad deum accedendi, ad superiora tollit. Seruasti itaque me priùs in vita exi
stentem iniqua: à descendentibus in tenebrosum & frigore perstrictum locum separando.
Ideo ait: Suscepisti me: hoc est, me ne deorsum abriperer, ad vitā reduxisti, ne qua inimicis
daretur occasio lætitiæ aduersum me. Quod igitur alibi ait, Qui perficit pedes meos tan-
quàm cerui, & super excelsa statuens me: hic reditum ad excelsa, liberationem à lacu susce-
E ptionémque appellat. *Psallite domino sancti eius.)* Non si quis psalmi verba ore proferat, hic Attende qui synceriter psallant domino.
mox domino psallit: sed quicunque corde puro enuntiat psalmodiam, & quicunq; sunt sancti erga deum, iustitiam seruantes, hi demum domino psallere rhythmis spiritualibus cōcin
no & consentaneo ordine poterunt. Quotquot verò in fornicationis cogitatione perstant, γνώμη.
qui furtum, qui dolum & mendacium in corde occulunt, psallere quidem putātur, re autem
vera non psallunt. Sanctum enim ad psalmos concinendos sermo hic inuitat. Nō potest ar-
bor mala bonos edere fructus, neque item cor malum vitæ verba rectè proferre. Facite itaq; γνώμη.
arborem bonam, & fructus ex ea bonos. Repurgate corda vt in spiritu fructificetis, & possitis sanctificati prudenter psallere domino. *Et confitemini memoriæ sanctitatis eius.)* Non di-
F xit, confitemini sanctitati eius, sed memoriæ sanctitatis eius: hoc est, gratias agite. Confessio Confessio gratiarum actio.
nanq; in hoc loco pro gratiarum actione accipitur. Gratias itaque agite, quoniam in memoria sanctitatis eius estis: qui quum priùs fuissetis in profundo malitię, & carnis impuritate cō
taminati, veneratis tum in obliuionem sanctitatis eius qui vos creauit. In propitiationem er
go remissionēm ve eorū quæ admisistis, confitemini de his quæ à vobis non rectè priùs nec Asserit peccatorum cōfessionem.
sobriè facta sunt. *Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius.)* Priùs triste quid
dixit, nempe iram in indignatione dei. Deinde rem lætiorē, vitam scilicet in voluntate eius.
Videtur tautologia esse, hoc est idem dicere apud eos, qui non queunt eorum quæ indicantur, attingere exactam intelligentiam. Quod propheta iram in indignatione dei esse dicit,
quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

θυμὸς & ὀργὴ quo differant. παράδειγμα.

quasi ira & indignatio idem sint, cum tamen plurimum differant. Thymos enim iudicium est ad infligendum talia & talia commerito. Ira verò labor supplicium q; quod cuiq; pro modo mensurá ve iniustitię imponitur à iudice iusto. Quod dico, exemplo colliquescet magis. Medicus vbi signo quopiam deprehendit partem corporis aliquam inflammatione affectam & sanie refertam, iudicat incisionem necessariam esse faciendam malè affecto, hoc itaque, thymon sacrum nominat eloquium. Post verò medici iudicium ac sententiam afferendi re medij, venitur ad rem, & ea exequenda quæ sunt visa & iudicata: hoc est, ad ferrum incidẽs, & dolorem ei qui inciditur inferens, hæc demum ira dei dicta est. Venito igitur ad psalmi

Ira in indignatione eius, pœna & iusto dei iudicio. ἐνεργείτω. καὶ δικαιοκρισίας. κανὼν scripturæ.

propositum, & facilè sententiæ consequentiam inuenies. *Quoniam ira in indignatione eius.)* Pœna secundum iustum dei iudicium, vita verò in voluntate eius. Quid ergo dicit? Quòd hoc vult deus: hoc est, vt omnes eius vitæ participes sint. Circunstantiæ verò pœnarum non ipsius voluntate fiunt, sed pro merito eorum qui peccauerunt, inferuntur. Vitam itaque deus cuique propria voluntate tribuit. Iram vero sibi quisque thesaurizat in die iræ & reuelationis & iusti iudicij dei. Mos est sacri eloquij, si quando tristia lætáque commemorat, tristia lætis in ordine præponere: fruitio enim boni efficitur iucundior, tristibus iam exactis. Beneficium pœna est posterius. Percutiam & ego sanabo. Ego, inquit, occidam, & ego viuere faciam. Ipse dolorem inuehit, & idem rursus in gradum restituit. Percussit, & manus eius sanauerunt. Quæ nos afflictant, præcurrunt, quò maiore cum constantia multiplicem gratiam nobis collatam conseruemus, quòd inflicta nobis mala pressiùs tueantur consecutam gratiam. *Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.)* Reminiscere temporis dominicæ passionis, & sermonis significationem qui ponitur hic, facilè reperies. Ad vesperum demoratus est fletus discipulis domini, quando in cruce pendentem conspexerunt: & ad matutinum lætitia, quando post resurrectionem cum gaudio cucurrerunt, inter se bonos afferẽ

μακαρίως πλαύσαντες δόγμα catholicum.

tes nuntios, quemadmodum viderint dominum. Vel fortè in vniuersum, Vespera seculum hoc dicitur, in quo qui ad suam beatitudinem plorauerint, adueniente posteà matutino cõsolabuntur. Beati, inquit, qui lugent, quoniam consolationem accipient: beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt. Quicunque igitur dies seculi huius in consummatione iam existentis & ad occasum tendentis, in plorandis peccatis exegerint, hi demum verè illo matutino adueniente gaudebunt. Qui enim seminant in lachrymis, in exultatione metent nimirum in seculo illo futuro. *Ego autem dixi, in abundantia mea non mouebor in æternum.)* Quemadmodum

Confirmat inductione scripturæ. βεβαίωσις ità à simili.

ciuitatis est abundantia, vænalium rerum in foro copia: itémque regionem abundare dicimus quæ multis referta fructibus existit: sic & animæ quædam est abundantia, quæ omnigena specie bonorum operum est referta, quæ primùm quidem industrio ac solerti labore percolitur, posteà verò cœlestium imbrium frequenti irrigatione saginata fructum tricesimum, sexagesimum, centesimum reddere, ac benedictionem assequi valet dicentem, Benedicta horrea tua & reliquiæ tuæ. Qui enim suam intelligit constantiam, multa cum confidentia dicet & affirmabit se non passurum, Vt ab aduersario in errorem mittatur,

Decor & formositudo. Virtutes. 4. in quib' cõsistant.

quasi ager plenus cui benedixit dominus. *Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem.)* Qui tempus in inquirenda virtutum ratione consumpserunt, quasdam dixere virtutes ipsa sua contemplatione consistere, quasdam verò sine contemplatione: vtpote prudentiam quidem ex contemplationibus in cognitione bonorum ac malorum: Temperantiam vero, esse eligibilium & fugiendorum, Iustitiam eorum quæ distribuenda sint, quæ non sint, Fortitudinem, eorum quæ grauia sunt, quæ non sunt: Pulchritudinem verò & fortitudinem non esse contemplatrices virtutes, posteriores illis quæ sunt ex contemplatione. Nam secundum commensurationem & harmoniam earum contemplationum quæ sunt animæ, quidam sapientum intellexerunt pulchritudinem: fortitudinem vero secundum efficaciam earum virtutum, quæ ex contemplationibus suggeruntur. Verum vt decor animæ accedat, & efficaciter perfectiua eorum quæ necessaria sunt, potentia, diuina est opus gratia. Vt igitur suprà dixit: Quoniam vita in voluntate eius: sic nunc deum in reddendis gratiis exaltat dicens, In voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Pulcher quidem eram secundum naturam: debilis autem factus, ob peccatum per insidias serpentis admissum, perij. Pulchritudini ergo meæ, quam ex te in prima creatione accepi, addidisti virtutem eorum quæ me addecent effectiuam. Pulchra nanque omnis est anima, quæ in symmetria propriarum virtutum conspicitur. Pulchritudo autem vera, ac proinde amabilissima, quam sola mens omni contagione expurgata

Pulchritudo animę & naturæ.

A gata possit contemplari, circa diuinam ac beatam consistit naturam. Sanè qui in eius micantissimum fulgorem & inexhaustam gratiam, mentem pressiùs intenderit, nonnihil hinc beneficij in se deriuat & transsumit, quasi si à quapiam tinctura, florulentum splendorem illinendæ faciei suæ desumpserit. Vnde & Moses simul atque particeps factus est eximiæ illius pulchritudinis ex familiari cum deo congressu, glorificatam habuit faciem. Qui igitur intelligit hanc sibi suppetere virtutem, in istiusmodi vocem erumpit minimè ingratam collatori: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Quemadmodum vero decor atque fortitudo contemplationis expertes, posteriores ac sequaces sunt illis virtutibus quæ ex contemplatione sunt: sic contraria quædam vitia citra contemplationem, turpitudo &

B debilitas apparent. Quid enim turpius aut intempestiuius anima perturbationibus obnoxia? Vide, quæso, parumper iratum, eiúsque ferociam & acerbitatem. Considera mœstum atque ὑποτύπωσις tristem, quanta sit in eo humilitas deiectióque animi. Prætereà eum qui à libidine aut gula superatur, vel terroribus consternatur: quisnam vel sustineat aspicere? cum palàm sit, animi affectus corporis statum atque aspectum penetrare solere. Velut itaque vestigia quædam pulchritudinis animæ in sancti hominis statu apparent: sic contrà in reliquis fœditas quædam. ἐνομοίωσις. Prouidendum itaque nobis omni studio vt hanc habeamus pulchritudinem, vt sponsus dei verbum nos excipiens dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Auertisti*

C autem *faciem tuam, & factus sum conturbatus.)* Donec enim, inquit, contemplationis tuæ radij mihi affulserunt, in statu firmo atque tranquillo egi. Postquàm verò auertisti faciem tuã, in multa pertubatione & tumultu deprensa est anima mea: Auertere autem faciem suam dicitur deus, quum tempore afflictionis tentationibus expositos videtur deseruisse, vt fortitudo certantis cognoscatur. Si igitur pax ea quæ superat omnem sensum, custodierit corda nostra, facilè cõfusaneam omnem affectum intemperiem ac turbelam effugere possumus. Iam quando diuinæ voluntati auersio opponitur, pulchritudini verò & decori & virtuti perturbatio: animæ contingent perturbatio, deformitas, simul & infirma conditio. Et hæc vtiq; infirmitas ex eo contingit animæ, quòd se à deo abalienarit. Oremus itaque semper, nobis vt affulgeat facies dei, quatinus in sancto ac decenti statu persistamus, requieti, mites, modisq;

D omnibus tranquilli & exprompti ad omne opus bonum. Paratus sum, inquit, & non sum turbatus: *Ad te domine clamabo, & ad deum meum precabor.)* Sæpe de clamore ad dominum dictum est, quòd clamor sit eius tantum qui magna & cœlestia desiderat. Si quis autem parua & terrena à deo petierit, parua is & humili comperietur vsus voce, non ad sublime, nec ad ipsius dei aures perueniente. *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Cur, inquit, clamaui, & quæ te dominum ac deum meum rogaui? Quid mihi opus, inquit, carnis oblectatione, aut sanguinis multitudine, quum sim eas amissurus in communi corporis resolutione: sed potiùs meum corpus castigo, & in seruitutem redigo: ne fortè ex valetudine nimis prospera, & sanguinis copioso feruore, occasio peccati mihi corpulentia existat. Ne

E igitur tuę carni obsequare indulgentiùs aut colas eã geniali balneo, somno, plumis ac mollibus cubilibus, semper hoc verbum quasi elogium quoddã repetẽs: Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Quid quæso tantopere adornas foueásque, quod paulopòst est interiturum? Quid teipsum saginas & carnibus grauas? An ignoras, quantò pinguius tuum tibi corpus, tanto grauiorem animæ tuæ carcerem constituis? *Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit ueritatem tuam?)* Quomodo terrestris homo ac carneus confitebitur tibi deo? Quomodo item annũtiabit veritatem is, qui disciplinis nullam dedit operam, & in tanta carnis mole suam ipsius mentem oppressam tenet? Iure itaque meam extenuo ac macero carnem, nec meo sanguini parco, qui in carnem coagulari solet, ne mihi vel ad confessionem vel ad veritatis cognitionem sit impedimento. *Audiuit dominus & misertus est mei.)*

γνώμη cum eleganti metaphora.

F Postquam narrauit quæ fuerint quę ipse ad dominum clamauit, statim diuinum sentiens auxilium, nos ad petenda similia prouocat: Audiuit, inquit, dominus & misertus est mei. *Dominus factus est adiutor meus.)* Oremus ergo & nos, clamemúsque clamore spirituali petẽtes magna, non carnis studio addicti. (Qui enim in carne sunt, deo placere nõ possunt) vt & nos exaudiat deus, nostram debilitatem miseratus: & nos diuino freti auxilio, dicamus,

γνώμη.

Conuertisti planctum meum in gaudium mihi.) Non enim cuilibet animæ gaudiũ à deo ingignitur: sed ei, quæ peccatum suum vehementi luctu & assidua lamentatione plorauerit, veluti si seipsum mortuum lugeat, qui sanè fletus postremò in gaudium reuertitur. Quòd autem sit laudabilis quidam luctus, ostendunt pueri, vt ait euangelium, in foro sedentes atque dicentes:

Laudabilis luctus.

Al Carmen de Sanguine

Universidad de Deusto
Biblioteca

centes:Lamentati sumus vobis, & non ploraſtis: tibia cecinimus vobis & non ſaltaſtis. Est G
Propheta quiuis ſactus τροπικῶς tibia, eſt. autem tibia inſtrumentum muſicum,quo vtimur ad melodiam reddendam flatu cooperante:ex quo exiſtimo quemuis ſanctum prophetam figuratè, tibiam nominari, ob motum à ſancto prouenientem ſpiritu.Ideo dicit:Inflauimus tibiam,& non ſaltaſtis.Prophetici enim ſermones nos ad actionem ſanctæ prophetiæ conſentaneam & concinentem adhortantur, quæ hic dicitur ſaltatio quædam.Sed & lamentantur nobis prophetæ,ad luctum nos prouocantes,vt ſimul ad conſenſionem & cognitionem peccatorum noſtrorum delati ex propheticis ſermonibus,noſtrum lugeamus exitium,laboribus multis & ęrumnis noſtram carnem affligendo.Ei ſanè qui talis eſt,lugubris veſtis diſrumpitur, quam ſibi circumpoſuerat ſuum lugens peccatum.Huic tandem circumponitur amictus lætitiæ & pallium ſalutis, ſplendida H
Pro σωτηρίου lego σωτηρίας. hæc & nuptialia indumenta, quibus ſi quis fuerit ornatus, non excludetur aditu nuptialis thalami. *Scidiſti ſaccum meum,ac circundediſti me lætitia.*) Saccus ad pœnitentiam facit, quum ſit humilitatis ſignum. Olim nanque patres in ſacco & cinere ſedentes, pœnitentiam egerunt. Quoniam Apoſtolus reuelata facie in eandem imaginem transformatur à gloria in gloriam: datam ſibi à domino gratiam,propriam dicit gloriam. *Vt cantet tibi gloria mea.*)
Saccus,pœnitētię ſymbolum. In ſacco & cinere. Gloria iuſti,ſpiritus qui in eo eſt.Quicunque ſpiritu pſallit,dicat:Vt cantet tibi gloria mea, *Et non compungar.*) Non ampliùs, inquit,faciam digna compūctione,vt iam non compungatur cor per dimiſſi peccati memoriam. *Domine deus meus in æternum confitebor tibi.*) hoc eſt, gratias agam:quoniamquidem ex pœnitentia mihi veniam dediſti,& ad gloriam me reduxiſti ſubmoto peccatorum probro.Ideo in perpetuum confitebor tibi. Quod enim tantum eſſe poſſit temporis interuallum,quo me tantorum beneficiorum tuorum obliuio capiat? I

IN PSALMVM XXXII. EXVLTATE
iuſti in domino,rectos decet laudatio.

EXultationis vox ſolenni conſuetudine ſcripturæ exprimit animæ ſtatum apprimè quàm alacrem ac feſtiuum,& ingenti circunfuſum gaudio, ob ea quæ lætitia ac iucunditate digna ſunt. *Exultate itaq; iuſti in domino.*) Non quando rem proſperam domi habetis, non item quando corpori bene fuerit, non cum ager fructibus omnigenis refertus eſt:ſed quòd dominum habetis,tali inſignem pulchritudine,tali præditum bonitate,tali denique ſapientia præcellentem.Sufficiat vobis ea lętitia,quę in ipſo eſt.Videtur autem propheta hic ob aliquam rē maximè gratam quam aſſecutus ſit,in domino exultare.Ideo iuſtos adhortatur iſtam ſentire dignitatem, quòd talis domini ſerui eſſe meruerint, & exultare in illius famulitio ac ſeruitute cum gaudio inenarrabili & tripudiis cordis, velut per numinis aſpirationem ſubſilientis ac ſenſum diuinæ dilectionis. Si quando tuo cordi quaſi lux quædam illapſa multam de ſe deus cogitationem atque intelligentiam pepe rit,tuámque mirum in modum illuſtrauit animam, vt in eius amorem magnopere venias: res verò mundi iſtius & corporis vt vilia deſpicias ex illa breui & obſcura ſimilitudine,omnem iuſtorum ſtatum facilè noſſe poteris, quo illi æquabiliter nec interciſe in deo lętitiam ſunt aſſequuti.Tibi autem diuina diſpenſatione quandoque, nec admodum ſæpe contingit gaudium,vt per breuem deguſtationem admonearis,quibus bonis ſis priuatus. Iuſto autem quòd in ipſo inſideat inhabitętque ſpiritus perpes ſuppetit ei diuina cœleſtiſq; lætitia. Inter prȩcipuos verē ſpiritus fructus charitas,gaudiū,pax numerātur. *Exultate igitur iuſti in domino.*) Quaſi locus quidam iuſtorum capax eſt dominus:in quo qui eſt,neceſſe ſit prorſus, vt lætetur & gaudeat.Fit viciſſim & iuſtus domino locus,cū illum in ſeſe recipit. Nam & qui peccat,locum dat diabolo,vt qui non obtemperat dicenti:Nolite locum dare diabolo. Itēmque M
Eccleſiaſtici:Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcendat,ne locum tuum dimiſeris. In ipſo itaque domino cum ſimus, quoad licet,ipſius mirabilia ſpeculemur,atque ita ex eorum contemplatione lætitiam noſtris cordibus comparemus. *Rectos decet collaudatio.*) Quemad-
ὁμοίωσις. Rectos decet collau. modum enim pedi obtorto atque obliquo, calceus rectus non admodum probè aptatur: ſic obtortis cordibus diuina laus minimè cōuenit. Quamobrem exiſtimo dæmonum ori vt de ſeruatore indignè loquenti,ad eum manifeſtandum ablatam fuiſſe poteſtatem. Et Pythonē
ἔργον σκολιὸν καὶ στραγγαλιῶδες. increpat Paulus,vt ne ab impuro ſanctus commendetur. Tale quid & peccatori dicit deus: Quare tu enarras iuſtitias meas?Conemur igitur omni ſtudio, opus omne obliquum,ac detortum

A tortum à rectitudine vitare: mentémque noſtram vt rectam regulam & animæ iudicium corrigamus:vt nobis exiſtentibus rectis, dei laus concredatur deo ipſi offerenda. Quemadmodum enim ſerpens qui ad peccatum nobis incentor fuit,obliquus dicitur,& in ſerpentem draconem obliquum, dei enſis inducitur, propterea quòd multas ſpiras ac inuolucra in itinere facit.Serpentis nanque tractus inæqualiter per humum ſerpit: prioribus partibus aliter ac illis quæ ſequuntur motis,& rurſus poſtremis aduerſus priores procedere conantibus.Itaque qui ſerpentem imitatur, obliquam, inæqualem, & contrarietate refertam ſuam re ipſa exprimet vitam.Qui è diuerſo domini dei veſtigia ſequitur,rectas ſemitas,recta item pedum veſtigia faciet:quoniam rectus dominus deus noſter, & rectitudinem ſiue æquitatem
ἐλιλίσεις καὶ ἐκτροπάς.
B vidit vultus eius. Si duæ regulæ, altera alteri admoueatur, pulchrè conueniet vtriuſque rectitudini.Si verò obtortum iuxta regulam rectam ponatur lignum, incongruum & procul à proportione recti reperitur. Quoniam itaque recta eſt dei laus,recto opus eſt corde, vt ei laus dei congruat atque conueniat.Quod ſi nemo dominum Ieſum niſi in ſpiritu ſancto dicere valet,quomodo laudem referes,ſpiritum in tuis viſceribus rectum renouatúmque non habens? *Confitemini domino in cithara,in pſalterio decem chordarum pſallite illi.*) In cithara primùm confiteri domino oportet,hoc eſt,actiones corporales congruè reddere. Quoniam enim in corpore peccauimus,quando membra noſtra ſerua peccati ad iniquitatem præbuimus:corpore item confitebimur,eodem in peccati diſſolutionem vtentes organo.Maledixiſti:benedicas.Circumueniſti proximum in negotio:redde.In ebrietatem incidiſti:ieiuna.Arroganter & ſuperbè egiſti: humiliare.Inuidiſti: obſecra. Occidiſti:tu teſtimonio tuomet profitere
In cithara confitendū domino:deī in pſalterio. Contraria contrariis curantur.
C te reum,aut certè per confeſſionem, tuum ipſius corpus affligito quaſi contra te redditurus teſtimonium.Tunc demum poſt confeſſionem dignus fueris qui deo pſallas,in decachordo pſalterio.Priùs enim corporis actiones corrigere oportet, vt decenter ac congruè eas perficere poſſis iuxta præſcriptum diuini verbi, ac ſic tandem ad intelligibilium contemplationem aſcendere.Pſalterium fortaſſe mens ipſa dicta eſt,quæ ſuperna quærit,ex eo, quòd ſtructura organi huius à parte ſuperiore ſonandi potentiam accepit.Opera igitur corporis, velu
Pſallere.
ti infernè deo confitentur:quę verò per mentem annuntiantur myſteria,è ſupernis occaſionem habent, propterea quòd mens per ſpiritum ſanctum ſonandi accipit facultatem. Qui
D enim omnia mandata reſpicit,ac veluti concentum & ſymphoniam quandam peregerit: is demum in decachordo pſalterio deo pſallit. Decachordum appellat, quo decem mandata generatim in prima legis promulgatione ſunt conſcripta. *Cantate domino canticum nouum.*) hoc eſt non in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus deum adorate. Qui legem non iam interpretatur iuxta literę corpus,ſed eam iuxta ſenſum ſpiritualem cæteris facit innoteſcere: hic canticum nouum cantat.Veteris enim illius teſtamenti litera quaſi ſenio confecta exoleuit & pertranſiit:nouum verò & veluti renouatum dominicæ doctrinæ canticum nos excepit,quæ quaſi Aquilę iuuentutem noſtram renouat, vbi hunc externum hominem corruperimus,& iidem de die in diem innouamur.Sanè quiſquis ad anteriora ſe extendit, ſeipſo
Decachordum. Cantate cāticū nouum
E iunior perpetuò redditur.Atque ita qui ſeipſo ſemper iunior fit, recentiùs quoque canticum deo canit.Recentius aũt eò dicitur, vel quòd ſit præter conſuetudinem admirabile,nec priùs auditum,vel certè quòd nunc primum in lucem prodierit. Siue igitur admirabilem & omnem excedentem naturam incarnationem domini narraueris, recentius vtique ac nouum concinis canticum,ſiue regenerationem quoque ac renouationem vniuerſi orbis per peccatum antiquati,poſtremò reſurrectionis myſteria mundo nuntiaueris, ſic quoq; canis recens ac nouũ canticũ. *Bene pſallite ei in uociferatione.*) Audite mandatũ.Bene pſallite,hoc eſt,mente indiuulſa nec aliò quoquàm diſtracta,ſed affectu ſyncero.*In uociferatione pſallite.*)Quaſi enim
F boni quidam milites parta iam de hoſtibus victoria,victoriæ autori referte hymnos.Confidite,inquit,ego vici mundum.Quiſnam hominum aduerſus diabolum bellum gerere poſſit,niſi ad imperatoris noſtri protectionem ſimul & virtutem confugientes,illinc in hoſtem noſtrum petita à fide quæ in Chriſtum eſt, iacula contorqueamus, & ſagittis configamus? *Bene pſallite in uociferatione.*) Eſt autem vociferatio vox quædam inarticulata, quum in bello addenſati milites & inter ſe conſtipati conſonè ſibi acclamant. In vno igitur concentu, eadémque animorum conſpiratione & vnione charitatis pſallite. Quid demũ oportet pſallentes dicere? *Quia rectum eſt uerbum domini.*) Hac de cauſa priùs rectos corde ad laudem euocat: quoniam hoc quod eſt laudandum dei verbum, in principio erat apud deũ exiſtens deus.Rectus itaque pater,rectus filius.*Et omnia opera eius in fide* Quid eſt quod dicit? Opus cœ
Vociferatio
Opera omnia in fide.
lum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lũ,opus terra,opus mare & aër,denique animata & inanimata,rationis participantia & eius G
expertia omnia.Quomodo autem in fide omnia?Quænam in inanimatis fides?quæ ité bru-
tis,quæ fides in lapide,quæ in cane?Nec inanimatũ,neq; brutũ aliquod in fide.Hic autẽ nihil
excipit,omnia cõprehendit,dicens:Cũcta opera eius in fide. Quod ergo opus dicit?Si cœlũ,
inquit,contẽplêre,ipsiusq; ordinẽ consideraueris,fidei tibi dux est.Per id nanque artifex tibi
ostẽdit.Si terræ ornatus & distinctionẽ variã inspexeris,rursus per hãc tibi erga deũ augescit
fides.Nõ enim carneis istis oculis edocti deum,in ipsum credidimus: sed discursiua vi men
tis per hæc quæ videmus,inuisibilem conspicimus.Omnia ergo opera eius in fide : & si lapi-
dem didiceris , quandam habet demonstrationem virtutis eius qui se lapidem creauit : & si
formicã, & si culicem, & si apem dixeris. Sæpe nanque in minimis conditoris sapiẽtia solet H
apparere. Nam qui cœlũ expãdit,& immensa pelagi spatia diffudit,is est qui tenuissimũ apis
aculeum veluti fistulam quandam excauauit,vt per illam venenum effundat . Omnia igitur
opera eius in fide. Nihil tibi omnino sit infidelitatis occasio. Caue dicas , temere factum est
hoc,& sponte hoc prouenit.Nihil enim inordinatũ,nihil non præfinitum, nihil accidit fru-
stra, nihil temerè fertur. Nec malum vllum euentum, aut malam dixeris horam.Hæ nanq;
ineruditorum ac disciplinam christianam ignorantium voces sunt.Nonne duo passeres asse
væneunt,& vnus ex eis absque dei voluntate non cadet?Quot capilli capitis ? & vnus ex eis
non est apud deum obliuioni . Vides igitur diuinum oculum , quomodo neque minutissi-
marum rerum quicquam considerationem ipsius effugiat? *Diligit misericordiam & iudicium. Mi*
sericordia domini plena est terra.) Si per se iudicium dei satis esset, ac seuerè & præcisè pro meri I
tis eorum quæ gessimus,nobis rependeret,quæ nobis spes reliqua esset? quis ex omnibus sal-
uus fieret ? Nunc autem diligit misericordiam & iudicium velut assistrice constituta sibi
misericordia,& regio iudicij prælata throno.Sic quemlibet in iudicium adducit, Si iniqui-
tates obseruaueris domine,domine quis sustinebit ? Neque enim misericordia sine iudicio,
neque iudicium sine misericordia. Ante iudicium misericordiam diligit , & post eam præ-
rogatam ad iudicium venit . Hæc enim inter se coniuncta sunt , misericordia cum iudicio:
ne misericordia sola supinitatem & lentorẽ animabus ingeneret: neu iudicium si per se con
sideretur,in eisdem desperationem operetur.Vult tui misereri iudex , téque miserationibus K
suis complecti, si modò post admissa humilem te factum & contritum , & malefacta pluri-
mùm deplorantem inueniet. Insuper si quæ clam cæteris & in arcano designasti , prodideris
& euulgaris fratri citra pudorem vllum.Si fratrem oraueris , vt laboranti tibi auxilietur ad
procurandam medelam.Si demum miserabilem prorsus te viderit , abundè tibi misericor-
diam suam impendet.Contrà,si cor tuum impœnitens,sensu superbum,discredentem futu-
ro seculo,nullóque iudicij timore correptum conspexerit,tunc in te iudicium diligit,perin-
de atque medicus placidus & amans hominum priùs fomentitiis infusionibus & mollifi-
catiuis delinimentis tumores ac tubera exiccare contendit: vbi autem viderit extuberascen
tem eam molem,nec quicquam remittere ex tnmore,sed reiecta misericordia & cura mol- L
liore,vsum deligit ferri.Diligit igitur misericordiam in iis,quos præteritorum pœnitet: Di-
ligit item iudicium in iis,qui duro sunt corde.Tale est quod etiam Esaias ad deũ dicit : Mi-
sericordia tua ad mensuram.Nam & ille misericordiam cum iudicio exhibet,qui in ponde-
re,numero & mẽsura admetitur cuiusq; merita & appendit. *Misericordia domini plena est terra.*)
In hoc loco misericordia à iudicio disiungitur. Nam terram tantum dei misericordia refer-
tam dicit,iudicio in tempus definitũ reseruato. Hic profecto misericordia sine iudicio præ-
rogatur : non enim venit vt mundum iudicet,sed vt seruet. Illic verò non est iudicium sine
misericordia,quoniam nequit homo mũdo corde ac liber omninò à sorde peccati reperiri,
etiam si vnius diei tempore supra terram vixerit. Quãobrem si quis videat quotidie malitiã M
inualescentem ac depascentẽ homines,& fragile genus hominum mille mortibus delicto-
rum gratia dignum,tantò admirabitur magis diuitias bonitatis diuinæ,tolerãtiæ & lõganimitatis.Nos igitur dum in terra sumus,dei misericordia opus habemus. Qui autem in cœlo
sunt,digni potiùs qui beati prædicentur quàm miserabiles. Vel fortè nos terrã appellat pro-
pter condemnationem peccati,quod illud audimus à domino: Terra es & in terram reuer-
têris.Referti sumus miserationibus dei . Cum enim nos mortui essemus peccatis & delictis,
misertus deus , conuiuificauit nos Christo. *Verbo domini cœli firmati sunt , & spiritu oris eius*
omnis uirtus eorum .) Vbi sunt qui spiritum floccifaciunt ? vbi qui illum separant à
creatrice dei potentia ? vbi qui à patris ac filij coniunctione illum dirimunt & exsecant?

Audiant

Δόγμα catholicum.

γνώμη.

Fortuitum nihil. In Genethliacos.

Misericordia & iudicium.

γνώμη memorabilis.

Astruit confessionem auricularẽ.

Simile.

Misericordia in pondere.

Tempus miserendi.

Verbo domini cœli firmati.

A Audiant psalmum dicentem:Verbo domini cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis vir
tus eorum.Non enim hic verbum simplex , aut communis hæc loquutio ex nominibus &
dictionibus consistens existimãda est.Neque item hic spiritus est vapor in aëra diffusus:sed
& verbum in principio consistens apud deum,& Spiritus sanctus , qui hanc propriè sorti-
tus est appellationẽ.Vt igitur verbum opifex cœlum firmauit,sic & spiritus sanctus ex deo,
qui ex patre procedit:hoc est, qui ex ore ipsius est , ne externum aliquid & creaturam esse i-
psum iudices,sed tanquam ex deo subsistentem glorifices,vniuersas semel in illum contulit
virtutes.Spiritu itaque sancto firmata est omnis virtus cœlestis,hoc est, firmitatem, solidi-
tatem ac confirmationem in sanctitate & omni virtute,quæ sacras deceat potestates,ex Spi
B ritus sancti auxilio habent.Hic itaque spiritus quidem oris sui scribitur . Inueniemus autem
alibi verbum quoque oris eius dictum,vt intelligatur saluator noster, & Spiritus sanctus e-
ius ex patre.Quoniam igitur verbum quidem domini ipse quidem saluator, & spiritus oris
eius Spiritus sanctus est,vterque cœlum ac terram & omnes virtutes in eis concreauit.Hac
igitur de causa dictum est,verbo domini cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis virtus
eorum.Nihil enim sanctum est citra Spiritus sancti præsentiam.Angelos nanque initio vt
essent,verbum opifex omnium condidit:sanctificationem verò simul impendit ipsis Spiri-
tus sanctus. Non enim in infantili statura sunt creati,deinde paulatim exercitati atque per-
fecti,sic spiritus susceptione digni sunt habiti, sed in prima constitutione , & quasi quadam
C conspersione suæ substantiæ simul infusam habuere sanctitatem . Quapropter & ad malitiã
difficilè se poterant transmouere nimirum in sibi indulta sanctitate quasi tinctura quadam
confirmati penè momento,stabilitatémque ad virtutem dono spiritus sancti adepti. *Con*
gregans sicut utrem aquas maris,ponens in thesauris abyssos.) Non dixit,congregans sicut in vtre,
sed sicut vtrem.Vtris naturam mihi vel nunc expẽde.Nunc pellis illa coriacea inflatur qui-
dem,quum distenta fuerit spiritus introclusi agitatione:nunc verò contrahitur,mox vbi fla
tus quo turgescebat distentus, abierit in auram . Sic item mare quando turget ac feruet, &
spiritibus insurgit efferatum atque tumens,quandoque verò dum est tranquillum,in humi-
litatem se contrahit.Quemadmodum igitur vtrem contrahit,sic aquas maris humiles red-
D dit dominus. Reperitur & in quibusdam exemplaribus,in vtre.Quo fermè modo ad an-
tiquam nos remittit historiam,quando mare rubrum nullo ipsum diducente aut retinente,
intra sese retraxit & constitit:& quasi in vtre quodam,diuino iussu ligatum fluere ac diffun
di illud non sinente. *Ponens*,inquit,*in thesauris abyssos.*) Communi sententiæ congruere ma
gis videbatur si dixisset:Ponens in abyssis thesauros:hoc est,in mysterio & arcano suas diui
tias continens.Nunc autem quasi quædam pretiosa,digna diuinis thesauris abyssos dicit es-
se.Nõ satis scio,an ipsæ rationes quæ de diuino sunt iudicio arcanæ quidem illæ,nec vlli hu
manæ menti comprehensibiles hic vocentur abyssi:propterea quòd rationes hæ diuinæ tan
tum cognitioni reseruatæ sunt, quibus singula dispensantur . Quòd enim iudicia singulo-
rum abyssus vocata sint,in alio psalmo didicimus,qui dicit:Iudicia tua abyssus multa.Si igi
E tur quæris cur peccatoris vita prorogetur,iusti verò incolatus huius dies abbreuientur:qua-
re iniustus prosperetur,iustus affligatur:cur vnus aliquis pusio ante ætatis perfectionẽ hinc
auferatur:vnde sint bella , vnde naufragia , vnde terræmotus, siccitates, imbres immodici,
cur quæ hominibus sunt exitialia,deus creauit , cur hic seruus , ille liber:cur hic ditescit , il-
le paupereſcit? Deinde multa est in peccatis , multa etiam in rectè factis differentia . Et
hæc quidem fœmina lenoni vendita , per vim quodammodo in peccato retinetur : illa
autem quæ abinitio heram nacta est bonam , in virginitate nutrita est , cur hæc bene-
ficio affecta est , illa verò condemnata . Et quæ sit in singulos quosque à iudice retri-
F butio . Hæc sanè omnia , vbi inciderint menti tuæ, fac memineris , quia iudicia dei sunt
abyssus . Et , quòd in diuinis recondita sunt & incluſa thesauris , nec quibusuis facilè
comprehensibilia . Et credenti quidem ex deo promissio est: Dabo tibi thesauros absconditos & inuisibiles.Nos vbi habebimur digni cognitione ea , qua perspicitur deus facie ad
faciem:tunc in thesauris dei eas abyssos contemplabimur. De vtribus verò si quæ in sacris
voluminibus dicuntur,collegeris:propiùs pertinges ad propheticæ sententiæ intelligẽtiam.
Vtres noui in euangelio nominantur,qui de die in diem vitæ genus renouant,& vinum no
uum de vera vite capiunt.Qui verò veterem hominem nondum deposuerunt,vtres sunt ve
teres,quibus neutiquàm commodè credi possit infusio vini noui. Nemo enim mittit vinũ
nouum in vtres veteres,ne vinum effundatur,& illi vtres prorsus dispereãt:nulla iam venia

h digni,si

Idẽ Auguſt. in illud: In principio erat verbum fusius.

Spiritusoris dei,deus.

Pro spiritu sãcto aduersus Ariũ,Macedonium & cęt.

Abyssi.

κρίματα σου.

Collatio.

Vtres noui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

digni,si bonum ac nouum effundant merum.Igitur in vtres nouos vinum nouum est mit- G
tendum.Nouum insuper & spirituale vinum, vt quod Spiritu sancto efferuescit, nimirum
veritatis intelligentiam nondum exoleſcentem vetustate erroris mittere conuenit in homi
nem nouum, qui quod perpetuò domini nostri Iesu Christi mortificationem in corpore
fert suo,iure nouus dici possit vter. *Timeat dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur o-*
Timor do- *mnes inhabitantes orbem.)* Iam quando timor domini initium est sapientiæ, qui terrena sapi-
mini. unt,per timorem erudiantur.Timor enim quasi quidam introductorius necessariò ad pie-
ἀρχὴ διοδίτους princi pium sensus tatem condiscendam assumitur . Charitas verò à timore instructiuo exercitatos suscipiens
perficere solet.Terræ igitur vniuersæ timorem præcipit hic sermo.Commoueantur autem,
inquit,omnes inhabitantes orbem : hoc est , omnis motus siue ex mente siue ex corpore a- H
ctum perficiens , ab hominibus perficiatur iuxta præscriptum diuinæ voluntatis . Sic enim
intelligo illud,Commoueantur ab eo: videlicet vt nec oculus,nec manus præter dei volun-
tatem moueantur.Sed ne cor quidem ea quæ deo displicent,excogitet. Nec ab vlla prorsus
alia causa moueantur:neque ipsos quiduis aliud moueat,nisi dei timor. *Quoniam ipse dixit*
& facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.) Ad duo præcedentia duo alia subiecit:Timeat o-
mnis terra,& commoueantur omnes inhabitantes orbem.Hæc præmissa sunt.Illis ista sub-
iecit.Ipse dixit & facta sunt:ipse mandauit & creata sunt.Quandoquidem homo ex terreno
corpore & anima corpus inhabitante compositus est,terra quidem iure dicitur,ex terra for-
matus.Inhabitans autem orbem anima vocabitur,diuersorium & habitationem in corpore I
sortita.Concinnè igitur ad terram illud retulit,ipse dixit & facta sunt.Ad figmentum qui-
dem nostrum terrestre pertinet quod dicit,& facta sunt:ad imaginem verò dei illud & crea
ta sunt.Quoniam verò in sacris voluminibus creatio pro transmutatione in potiorem so-
Creatio siue let accipi partem,vt est illud:Si qua in Christo noua creatura.Item illud:Vt duos crearet in
creatura. vnum nouum hominem:Forsan illud quidem,facta sunt,dicitur de prima hominis produ-
Differentia ctione ad essentiam:hoc verò,Creata sunt, de secunda per Christi gratiam regeneratione.
inter creare Quantum itaque dei mandatum à simplici differt verbo,tantum creatio à generatione di-
& facere. stat. *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia*
principum.Consilium autem domini in æternum manet.) Expositio est hæc præcedentis, quomodo K
deus in se credentes creauerit ex eo quòd populorum stulta dissipat consilia,quæ circa ido-
lolatriam & vniuersam vanitatem habuerunt . Et reprobat consilia principum . Possunt &
ad dominicæ crucis referri tempus , quando illi quidem regem gloriæ supplicio se afficere
putarunt:ille contrà,per crucis dispensationem humanum genus renouauit.In resurrectio-
ne nanque consilium gentium dissipatum,Pilati & militum & reliquorum , quotquot circa
crucem talia peregerunt . Improbata sunt autem consilia principum , pontificum videlicet
& scribarum,& regum populi . Resurrectio nanque omne malignitatis istorum artificium
dissoluit.Si verò singulas scripturæ historias relegeris,quæ deus aduersus.Gentes à fide alie-
nas peregit,facilè inuenies etiam iuxta corporalis literæ sensum,quod iam dictum est,mul- L
tam habere vim.Quando enim Ioram filius Achab regnauit apud Israël,tunc rex Syriæ fi-
lius Ader multa virtute & graui manu instructo exercitu Samariam obsedit,ad eámque cõ
τέταρτον κάβον. pulit famem,vt asini caput,tunc quinquaginta siclis argenti,& quarta pars sextarij fimi co-
lumbini quinque argenti drachmis emerentur.Itaque vt Elisæi promissio impleretur, dissi-
pata sunt consilia Syriæ,vt illi relictis tentoriis suis & omni opulenta admodum supellecti-
le,fugerint tantam relinquentes copiam Samariæ obsessæ , vt mensura similæ sicli , & duæ
mensuræ hordei sicli vno venirent . Sic igitur dominus nouit gentium consilia dissipare.
Quomodo autem improbet consilia siue ratiocinationes principum,in historia Achitophel
didicimus , quando id in votis habens Dauid dominum orauit : Dissipa obsecro consilium M
Βάγμα Ca- Achitophel.Quando itaque aliquem arrogantius magna minantem audieris, & omnige-
tholicum. nûm afflictionum incommoda impacturum se tibi promittentem:respice continuò in do-
minum dissipantem consilia gentium,& populorum cogitationes improbantem. *Consiliũ*
verò domini in æternum permanet, cogitationes cordis eius in generationẽ & generationem.) Nonne
vides gentium dogmata,vanam hanc philosophiam,quàm subtiles & ingenio eximij circa
adinuentiones dogmatum, cùm in rationalibus speculationibus, tum in moralibus præce-
ptionibus ac physiologiis quibusdam,& dogmatis aliis,quæ epoptica mysteria appellantur?
Quomodò dissipata sunt & cassa omnia,& sola nunc euangelij veritas omnem orbis rem-
publicam occupauit? Multa nanque in hominum cordibus consilia , sed domini consilium
præualuit.

A præualuit.Et necessarium est,si consilium dei stabile ac firmum consistere in animis nostris
debeat, vt primùm humanæ cogitationes in nobis dissipentur . Quemadmodum enim , in μεβαίωσις à
cera scripturus quidlibet,eam priùs interlinit inductis literis , dein quas vult imprimit for- simili.
mas:sic item cor nostrum quod diuina sit lucidè & perspicuè susceptorum eloquia , purum
priùs liberúmque omnis contrariæ cogitationis reddi oportebit. *Cogitationes cordis eius*
in generationem & generationem.) Sanè populi electi duo quum sint,duóque ipsis contradita
testamenta per illud, Cogitationes cordis eius in generationem & generationem , possunt
vtique per bis nominatam generationem intelligi & duæ dei cogitationes . Vna quidem,
per quam prius accepimus testamentum:altera verò,quæ nouam salutarémque Christi no-
B bis gratuitò contulit doctrinam. *Beata gens cuius est dominus deus eius, populus quem ele-*
git in hæreditatem sibi.) Nemo beatum dicit Iudæorum populum , sed eum populum qui
ex omnibus melior electus est. Nos autem sumus gens cuius est dominus deus noster , nos
item populus quem elegit in hæreditatem sibi.Gens quidem,quia ex multis congregati su-
mus nationibus:populus verò,quia in locum abiecti populi vocati sumus. Et quoniam mul
ti vocati , pauci verò electi : beatum dicit , non vocatum, sed electum. Beatus igitur quem
elegit . Quæ autem beatitudinis causa? Nimirum expectata bonorum æternorum hæredi-
tas: Aut fortè quia iuxta apostolum , postquàm plenitudo gentium ingredietur , tunc o-
mnis Israël seruabitur . Primùm multitudinem gentium beatam dicit : Deinde Israëlem,
C qui postremò seruabitur . Seruabitur autem non omnis , sed solùm reliquiæ , quæ erunt se-
cundum electionem gratiæ . Ideo dicit : Populus quem elegit in hæreditatem sibi. *De cœ-* Prospicere
lo prospexit dominus , vidit omnes filios hominum de præparato habitaculo suo.) Eos qui in propria dei & descẽ
manent animæ dignitate , & naturæ congruentia faciunt , cœlitus , hoc est , supernè aspi- dere de cœ
cit deus . Eos verò qui ad extremum flagitiorum prolapsi sunt , secus inuisit , nempe des- lo.
cendendo . Clamor , inquit, Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est , & peccata eo-
rum magna nimis . Descendam itaque & videbo , an secundum clamorem qui ad me ve-
nit , perfecerint . Et rursus : Descendit videre ciuitatem , quam ædificauerunt filij homi-
num . Hic autem ait : De cœlo prospexit dominus , vidit omnes filios hominum . Consi-
D dera è sublimi despectantem . Considera è cœlo res mortalium introspicientem. Quocun-
que tandem perges , quodcunque demum efficies opus, siue in tenebris siue in diei luce dei
oculum superintendentem habes . *Ex præparato habitaculo suo.)* Non aperiuntur portæ,
non contrahuntur cortinæ . Paratum est continuò ad quiduis spectandum dei habitacu-
lum , omnes aspicit filios hominum, ne vnus quidem ipsius fugere conspectum possit,non
tenebræ,non parietes, quemquàm possint occulere , oculis dei nihil obstaculi , nullum op-
panditur velamen . Tantúmque abest vt vnumquenque non videat, vt etiam corda con-
templetur & introspiciat , quæ ipse finxit citra vllam admistionem ad malitiam inclinan-
tem . Cor enim finxit opifex hominum deus ad suam ipsius imaginem, simplex quidem il-
E lud . Ipsi demum id reddidimus multiuarium & ad omne genus vitiorum versatile , ipsum
permiscendo affectibus carnis , corrupta in illo imagine dei , & quam habebat simplicitate
& synceritate sibi vbique simili . Quoniam igitur cordium est conditor deus , propterea o-
mnia nostra opera intelligit , opera quidem dicimus etiam & verba & cogitationes, vtque
semel , vniuersam motionem hominis : qualiitem affectu , quo ve proposito mouemur:an
hominibus magis quam dei mandatis placere studeamus & obsequi , solus videt , qui in-
telligit omnia opera nostra . Quapropter & de quouis verbo otioso rationem dabimus . Et
ne poculi quidem aquæ frigidæ mercedem perdemus , quando opera nostra dominus in-
telligit . *Non seruatur rex per multam uirtutem.)* Non exercitus militaris , quantauis mu-
F nitio,non ciuitatum mœnia , non peditum phalanx , non equestris turma , non naualis mu
niminis præparatio regi salutem parit.Dominus enim reges constituit & destituit siue trans- κύριος καθι-
fert : & nulla est potestas nisi à deo constituta . Seruatur ergo rex non per multam virtu- σᾶ κοὐ μεθι-
tem , sed per diuinam gratiam, vt & hic verus sit ille apostolicus sermo : Gratia estis salua- σᾶ βασιλεῖς
ti . Sicut nec villicus tantum ob diligentiam agriculturæ prouentus ex agricolatione:quan ὁμοίωσις.
tum ob augentem terræ fructus deum assequitur . Neque enim qui plantat est aliquid : nec
qui irrigat , sed deus qui incrementum præstat . Si ergo cor regis in manu dei : non per ar-
matam militarem potentiam , sed deo suppeditante præsidium & velut manum protenden
te seruatur . In manu autem dei non quilibet , sed qui regis appellatione dignus fuerit.
Quidam autem regnum definierunt legitimam esse præfecturam , vel supra omnes princi- Legitima fi-
nitio regni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Nam qui, ne verbum quidem in exemplari.

patum peccato minimè obnoxium. † Nam qui sui compos imperiosúsque est, rectè vocari G
rex poterit. *Et gigas non seruabitur in multitudine uirtutis suæ.)* Gigantem dicit eum quis-
quis natura compos est virium, ac robore corporis præstanti vtitur. Neque igitur rex ex ar-
mis auxilium habet, quod ad salutem tuendam sufficiat: neque item fortis sibi ad omnia
sufficere idoneus est. Infirma nanque & inualida sunt cuncta humana, vni dei potentiæ
comparata. Quocirca mundi infirma elegit deus, vt fortia confundat & suppudefaciat.
Et, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, vt destruas inimicum & vltorem.
Dei nanque gratia in pueris & rerum humanarum rudibúsdum ipso opere maxime elu-
ceſcit. *Fallax equus ad salutem: in multitudine autem uirtutis suæ non seruabitur.)* Iectus est &
excluſus ab vsu sanctorum equus. Sed neque Israël in obeundis bellis quanlibet prosperè se
gesserit, videtur vsus aliquando equestri potentatu. Nec sanctorum aliquis priuatim equo H
vti pulchrum existimauit. Pharao equestri vsus exercitu, & Sennacherib superbus equo-
rum multitudine narrantur. Quamobrem Pharaonis equum & ascensorem deus deiecit in
mare, & Sennacherib milites dormitauerunt qui ascenderunt equos. Et lex per Mosen pro-
mulgata de regibus hæc sancit: Non multiplicabit sibi equum. *In multitudine uirtutis suæ nõ
seruabitur.)* Quando enim infirmor, ait Paulus, tunc potens sum. Virium nanque corpo-
ris multitudo saluti spiritus est impedimento. *Ecce oculi domini super metuentes eum.)* Et ali-
bi dictum est: Oculi domini super iustos: hic verò super metuentes eum. Quando nos ad
dominum respexerimus inque ipsum oculi nostri rectà collinearint, vt dicere possimus il- I
lud: Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sic oculi nostri ad domi-
num deum nostrum. Tunc videlicet ad nostri curam & considerationem oculum domini
trahimus. *Et in eos qui sperant super misericordia eius.)* Humilitatem eorum qui domino ser
uiunt exprimit. Quomodò, inquit, aliquis super eius misericordia sperat? Is videlicet qui
non his nititur quæ preclarè ac fortiter gessit, neque item se sperat ex operibus iustificatum
iri: sed tantùm in dei misericordia spem collocat. Quum enim illud secum reputarit: Ecce
dominus, & merces eius parata reddere vnicuique secundum opera eius: & secum recogi-
tauerit opera sua mala, adeóque & supplicium timet, & minas dei perhorresçit. Ad hoc ve
rò, ne absorbeatur à tristitia, spe bona subnixus, ad miserationes & benignitatem dei res- K
picit, sperátque liberandam animam suam à morte atque pascendam à deo in fame. Anima
nostra sustinet dominũ, quoniã adiutor & protector noster est. Exhortationem habet ad
patientiam hic sermo, vt si quando contingat ab vno aliquo tribulantium nos diuexari, per
hoc interim ne sinamus nos diuelli, neu secedamus à charitate dei quæ est in Christo Iesu:
sed collectis animæ viribus obuia quęq; aduersa perpetiamur credentes non defuturũ à deo
auxilium. *Quoniam in ipso lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus.)* Hocsanè
concinit iis, quæ in psalmi principio dicit: Exultate iusti in domino. Et, in ipso lætabitur cor
nostrum. In eandem quoque sententiam mihi videtur Apostolus dixisse hoc: In his omni-
bus superamus per eum qui nos dilexit. Item illud, Non solùm autem, sed & gloriamur in
tribulationibus. Quum enim dixisset hic psalmista: Anima nostra sustinet dominum: vt L
declararet se nulla vi adactum aut oppressum afflictionibus suam ostentare velle patientiã,
sed cum omni gaudio suscipere erumnas & incommoda pro nomine domini: Non solùm
inquit, sustinemus, sed in ipso lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus.
Nobis satis est quòd Christiani vocamur, vt inimicorum omnem impressionem insultus o-
mnes effugiamus. Dei sanctum dicitur esse nomen, non eò prorsus quòd in syllabis vim ha-
beat sanctificatiuam, sed quòd omnis dei proprietas & eorum intelligentia quæ ipsi emine-
tissimè adesse contemplamur, sancta est & ab omni impuritate seiuncta. *Fiat domine miseri-
cordia tua super nos, quemadmodum sperauimus in te.)* Vides, quàm scitè ac prudenter orauerit?
proprium affectum admensus est administrationi miserationum dei. Tantum, inquit, fiat M
misericordia tua super nos, quantam in te coniecimus spem prœueniendo. Spes enim nostra
omnis huc respicit, nempe in requiem tuam: vt transformato corpore humilitatis nostræ,
hoc ipsum cognoscamus conforme factum corpori claritatis & gloriæ, in Christo Iesu do-
mino nostro, cui gloria & imperium in secula, Amen.

γνώμη. Equus sanctis nõ fuit in vsu. Israel nõ legitur vsus equestri exercitu. Confirmat τῷ παραδείγματι. γνώμη.

Quis in misericordia domini sperare dicitur

Nomen dei quomodo sanctum.

A

IN PSALMVM XXXIII. BENEDICAM

dominum, Psalmus Dauid quando immutauit faciem suam coram Abimelech, qui dimisit ipsum & abiit.

Psalmi huius intelligentia ad duo argumenta nos trahit. Quæ enim in Nobe ciui-
tate sacerdotũ gessit Dauid, videntur affinia esse & cognata huic inscriptioni. Rur-
sus & quæ in Geth apud Achis regem alienigenarum. Nam mutauit faciem suam
tunc, cum Abimelech sacerdoti loqueretur, celans quidem fugam suam, regio au-
B tẽ se inseruire mandato simulans eiúsque sedulò implendi satagere, quando & panes propo-
sitionis accepit, & gladium Goliath. Rursus faciem immutauit suam in medio deprehensus
hostium, sentirétque illos inter se vindictæ inhiantes dicere (Nam serui Achis, inquit, inter se
dicebant): Nonne hic est Dauid rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes: Saul
percussit mille, & Dauid decem milia? Timuit autem Dauid, inquit, mutauitque faciem suã
ante illorum oculos. Quo igitur pacto titulus Abimelech nominat, cum historia Achis re-
gem Gethçorum dicat, talem nos varietatis rationem, quę per traditiones ad nos vsq; per-
uénit, tenemus: Reges alienigenarum communi nomine Abimelech vocabantur, proprium
verò quilibet habebat quo appellabatur, sicuti & in Romano imperio liceat intueri, Cæsares
C in commune dici palàm est & Augustos, alia verò habuisse etiam hos liquet nomina sanè
propria. Talis fuit & apud Aegyptios Pharaonum nomenclatura. Nam & ætate Ioseph, rex
Pharao dicebatur, quique secundum hunc, ad regnum sublimatus est generatione quarta,
tempore Mosis itidem Pharao. Sed & Salomonis tẽpore Pharao dicebatur. Accepit, inquit,
filiam Pharaonis & Hieremię prophetæ tempore similiter alius: sic & Abimelech tempori-
bus Abraham legitur fuisse: rursus tempore Isaac, & nunc demum sub Dauid Abimelech
memoratur. De temporibus nanque Abrahæ legitur, quòd Abimelech & Ochozath pronu-
bus eius & Phicol princeps militiæ eius, ad Abraham † dixerint: Ini fœdus nobiscũ. Et iterũ
D de Isaac. Erat autem multum temporis ibi. Quum autem prospexisset Abimelech rex Phili-
stinorum per fenestram, vidit ludentem Isaac cum Rebecca. Ita & hic temporibus Dauid
in superscriptione psalmi Abimelech tanquam commune regni nomen dictum est. Achis
vero propriè illi additum ab ipsius natiuitate est nomen, vt traditum est in historia. Coram
illo igitur faciem suam Dauid mutauit manibus seruorum, delatus velut mente motus &
interstrepens ad ciuitatis portas. Defluebant, inquit, saliuæ eius in barbã: ita vt diceret Achis
ad seruos suos: Quare adduxistis eum ad me? Opúsne habeo istis Epilepticis, vt introduce-
retis eum & coram me comitiali morbo corriperetur? Atque ita dimissus abiit inde, & ser-
uatus est in speluncam Odollam. Igitur tanquam ex magno periculo liberatus hanc gratia-
rum actionem refert suo liberatori deo dicens: *Benedicam dominum in omni tempore.)* Ereptus
E ex morte sibi veluti terminos vitæ præscribit, suámque ipsius animam instruit ac format ad
exactiorem viuendi formulam, vt nullum ei tempus prętereat, quin deum laudet, ac ma-
gnarum iuxtà ac minimarum rerum initia causásque in eum referat. Non existimabo, in-
quit, mea quicquam fieri diligentia, nec casu id contingere, sed in omni tempore benedicã
dominum, non solùm in rebus vitæ secundis, sed etiam aduersis. Hinc edoctus Paulus ait:
Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Viden' quanta fuerit vi-
ri istius charitas. Ad hanc malorum continentem & succedaneam seriem, nihilo se habebat
morosius. Quum patriæ finibus exul vertere solum cogeretur, neque hoc modò, sed & co-
gnatis ac domesticé notis opibúsque semel spoliatus. His adde per necessitatem in manus
hostiles contraditus, vt parum abfuerit, quin minutim & in frusta ab his concisus sit, ne sic
F quidem secum dixit: Quousque tandem continens hæc & succedanea malorum series pro-
gredietur? Nihil per huiusce afflictionis diuturnam prorogationem fastidientior fiebat aut
animo deiectior: vt qui probè nosset, quia tribulatio patientiam operatur, patientia proba-
tionem, probatio spem. Reuera enim tribulationes edulia quædam sunt & exercitatio gym-
nico certamini mirè conducentia, & ad patris gloriam suum agonisten promouentia, is mo
dò si legitimè ad omnium tolerantiam. putà, siquando incessimur maledictis, nos contrà be
nedicimus conuiciatori, quum blasphemantem obsecramus, attriti laboribus ac oppressi gra
tias agimus, in afflictione positi exultamus quasi gloria affecti. Nihil minus christianum de-
cet, quàm vt rebus suis prosperè cadentibus benedicat deo: contra, tristiore quapiam cala-

 mitate

אבימ sic cit, pro quo Græci corruptè ἀγχοῦς. Abimelech nomen generale regũ alienigenarum.

אב־מלך Pater meus, rex.

אחוזת possessio visio. † λέγων dicẽs tantũ in exemplari.

פיכל os omnium.

ἐπιλήπτος comitiali morbo laborans.

προσαὶ lege τροφαὶ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitate afflictus laudes reticeat dei: quando tunc quoque gratiæ vberiores agendæ veniunt, G
vt qui planè nouerit quia quem diligit, erudit & castigat: Flagellat autem omnem filium
quem recipit. *Semper laus eius in ore meo.*) Videtur rem impossibilem polliceri propheta: quo-
modo enim semper dei laus in ore hominis potest esse? quando enim ea depromit consueta
& ad corporis necessitatem respicientia colloquia, vtique non iam in ore habet dei laudem:
quando item dormit, penitus silet. Bibens quoque aut comedens quomodò ore concinit lau-
Os arcanum mentis. dem dei? Ad hoc dicimus os esse quoddam spirituale & intellectu præditum hominis istius
interni, nempe mẽtis, quo nutritur, quisquis particeps diuini fit verbi, qui panis de cœlo de-
scendit. De hoc ore propheta etiam loquitur: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Hoc item
nos dominus adhortatur dilatatum habere oportere, ad luculentam copiosam ciborum ve- H
ritatis susceptionem. Dilata, inquit, os tuum, & implebo illud. Sanè cogitatio quæ de deo est
semel impressa & velut sigillo obsignata in præcipua animæ parte, nimirum in mente, potest
laus dei rectè appellari, semper in anima existens. Potest item iuxta apostolicam adhortatio-
nem vir quiuis bonarum studiosus cuncta facere ad dei gloriam, ita vt facta dictáque ipsius
omnia, omnisque spiritualis operatio vim laudis habeant. Siue enim bibat iustus, siue edat,
omnia ad dei gloriam facit. Talis etiam cum dormit, cor vigilat, Iuxta verbum dicentis in
Iusti cogitatio & actio omnis, laus dei est. Cantico canticorum: Ego dormio, & cor meum vigilat. Quasi enim tenor quidã soni semel
γνώμη. æditi ac diutius auribus insonãtis sunt illæ quæ per somnũ recurrunt imaginationes cõceptæ
interdiu cogitatiõis. *In domino laudabitur anima mea.*) Nullo, inquit, meã industriã, per quã à peri I
culis sim seruatus, laudet. Nõ enim in vlla hominis aut potẽtia, aut sapiẽtia, sed in gratia dei
cõsistit salus. Nõ glorietur, inquit, diues in diuitiis suis, neq; sapiẽs in sapiẽtia sua, neq; fortis in
fortitudine sua: sed in hoc glorietur qui gloriatur, quòd intelligit & cognoscit dominũ deũ
suum. Vides quomodò Apostolus cooperarios euangelij laudet? Qui est, inquit, conseruus
& minister vester in domino. Si quis autem ob corporis elegantiam decúsque aut ob acce-
ptam à parentibus claritatẽ generis laudatur, non in domino laudatur anima eius, sed quis-
quis talis est, in magna constituitur vanitate. Non enim artes illæ quæ mediæ sunt & indiffe
rentis naturæ verã habẽt laudẽ. Gubernatores, aut medici, aut oratores, aut architecti ciuita
tes ædificãtes, vel pyramides seu labyrinthos, quíq; sumptu ingenti substructiones ædificiorũ K
apparant, ædiúmue superbam molem. Nam qui ob eiusmodi laudantur, non in domino su-
am habent animam. Satis est nobis ad omnem dignitatem & nostri existimationem talis
A simili. domini seruos censeri. Etenim qui regi cuipiam subseruit, nonne tandem is sibi mirè place-
bit, quòd in ordinem ascitus sit tãti istius famulitij? Qui verò in seruorum dei dignationem
venerit, aliunde laudem exquiret? ac si ad omnis excellentiam gloriæ & nobilitatis hæc ap-
pellatio non satis esset. *In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur.*) Quoniam
sine bello, inquit, mea salus parta est ex sola oris mutatione, diuino auxilio deceptis inimi-
Audiant mãsueti. cis: audiant mansueti, quoniam possibile & iis est qui sunt quieti, trophæum excitare, & mi-
nimè pugnantes, victores declarari. Lætentur itaque qui meo exemplo ad complexum man L
suetudinis sunt confirmati. Iam quando quæ mansuetudinis sunt, perfeci: Memento domi-
Mansuetudinis laus. ne Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Maxima omnium virtutum mansuetudo. eóque in
beatitudinum numerum relata est: Beati, inquit, mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Il-
la enim terra cœlestis Hierusalem, non est bellatorum spolium, sed longanimiter & mãsue-
tè omnia tolerantium sperata hæreditas. Idem enim valet, audiant mansueti, & audiãt Chri
sti discipuli: Vult forsan miraculum diuinę istius erga se beneficentiæ in nos more prophe-
tico deriuari. Audiant, qui multis pòst generationibus futuri sunt Christi discipuli. Hos nan
que mãsuetos nominauit, quibus dominus ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis cor-
de. Qui enim sedatis sunt & compositis moribus, nempe ab omni affectu vitioso liberi, adeò M
vt nullum reliquerint in animabus suis perturbationi locum, hi demum mansueti appellan
Mansuetus vere quis. tur, eóque Moses præter cæteros homines mansuetus fuisse probatur scripturæ elogio.
Magnificate dominum mecum.) Conuenientem chorum propheta in domini laudem sibi assu-
mit. Nemo turbulentus, nemo obstreperus aut tumultuarius, non qui carnalium affectionũ
œstro extimulat animam, mistim se mihi adiungat: sed vos tantum mansueti, qui stabilita-
tem firmitatémque animi consequuti estis, simúlque torporem & somnolentam dormita-
tionem à vobis ipsi excussistis, quo sensus vestri ad ea quæ addecent, alacriores sint & eui-
gilent, qui tales estis magnificate dominum mecum. Magnificat autem dominum is, qui
magno mentis proposito celsóque animo & erecto pro pietate tentationes tolerat: deinde
verò

A verò is etiam qui nec mediocri intellectu & sublimiore animi speculatione rerum conditarum multimodam magnitudinem considerat, vt ex earum magnitudine iuxtà ac pulchritudine, tantarum rerum opificem contempletur. Quantò enim magis in sublimitatem rationum, quibus omnia constant & omnia reguntur, sese attollet: tantò magis dei magnificẽtiam conspiciet, & quantum in se virium habet, is magnificat dominum. Quoniam itaque non vna mens, nec vnius hominis meditatio, neque ad breue tempus satis est ad miraculorum dei comprehensionem: omnes simul mãsuetos ad huius obeundæ actionis societatem
B inuitans assumit. Oportet enim otium ab omni tumultu exteriore agere liberrimum prorsus, & intra cordis arcana perinde ac in intimo quopiam ineundæ consultationis recessu, tranquilla quiete perfrui eum, qui cupiet velut è vestigiis persequi contemplationẽ veritatis. Audisne prophetam confitentem peccatum? quid ait? Turbatus à furore oculus meus. Non solùm autem furor siue ira, sed concupiscentia & timor & inuidia oculum animæ conturγνώμη. Collatio. bant. Et in vniuersum perturbationes omnes, & immoderati motus aciẽ perspicacitatémque animi confundunt & exturbant. Et quemadmodum oculis turbidis visibilia exactè deprehendere non valemus, sic corde turbato nemini conceditur incumbere veritatis cognitioni. Secedere igitur opus fuerit ab istius mundi rebus, & neque per oculos neque per aures aut alios sensus, alienas in animam cogitationes introducere. Quæ enim ex superbia carnis coC oriuntur aduersus animam & insurgunt bella, internum hominem complent obstrepero prorsus & irrequieto tumultu, nec vnquam concilianda seditione. *Exquisiui dominum, & exaudiuit me.*) Hæc, inquit, audiant mansueti, quòd ego tempore illo apprimè difficili & perplexo, quando furor Philistinorum qui eorum meminerant, quæ illis priùs intulissem mala, Nimirũ cæ- so Goliath. aduersus me motus est, omnisque manus contra me armata est, cæterum ego nudus & iner mis, paratus ad omnem ignominiam, & supplicium inimicis patebam, tũc nec ob timorem mentem confudi meam aut consternatus sum, non item à me excussi de deo cogitationem, non denique salutem propriam desperaui, sed exquisiui dominum. Non enim quęsiui tantum simplici quadam breuique spe, sed exquisiui. Plus enim exprimit exquirendi emphasis, Emphasis est in ἐξιχνίασα ad ἐξιχνίασα, vt ἐρευνα & ἐξερεύνησις. quàm quęrendi verbum, quemadmodum amplius quiddam indicat perscrutatio, quàm scruD tatio. Defecerunt perscrutãtes perscrutationes. Multam igitur quietem ac animi tranquillitatem per verbum exquisitionis nobis sermo hic repræsentat. *Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.*) Omnis iusti vita in afflictionibus posita est, nempe, angusta & arcta via. Et, Multæ tribulationes iustorũ. Idcirco & Apostolus ait: In oĩbº tribulati. Itẽ: Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ. Liberat aũt ex tribulatione sanctos suos deus, quos haud quidẽ citra probationẽ sinit vitam transigere, sed & idem ipsis largitur patientiæ virtutem. Si enim tribulatio patientiam operatur, patientia probationem: qui tribulationem detrectat, probatione sese priuat. Quemadmodum nullus sine aduersario triumCollatio. phat aut coronatur: sic neque probatus pronuntiari nisi per adflictiones potest. Ex omnibus
E ergo tribulationibus liberauit me. Non sinens me anxietate opprimi, sed cũ tentatione exitum præbens, vt valeam sustinere. *Accedite ad deum, & illuminamini, & facies uestræ non confundentur.*) Hos qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, hortatur ad dominum venire, ac radiis diuinitatis propinquare: vt ex ipsius propinquitate, illustrati veritate, in seipsos recipiant per gratiam ipsius dei illustrationem. Quemadmodum enim sensibile hoc lumen non omnibus similiter exoritur: sed habentibus oculos & vigilantibus, his item qui nullo interstite impedimento prohibentur, quin frui possint claritate solis primùm aduentantis, sic & iustitiæ Sol verum lumen, quod illuminat omnem venientem in hunc mundum, non omnibus suum splendorem præbet, sed his qui viuendi formulam nihil ipso indignam exigunt. Lux, inquit, orta est, non peccatori, sed iusto. Vt enim ortus est Sol, sed non vespertilionibus, nec
F aliis animalibus quæ noctu prodeunt pabulatum: sic & lux, sua quidem natura splendiflua est ac vi prædita illuminandi, non tamen omnes claritatis participes existunt. Sic & omnis qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt eius opera non manifestentur. Accedite igitur ad ipsum, & illuminemini, & facies vestræ non confundentur. Beatus, qui in die iu ἐπιφώνημα iudicij terror. sti iudicij quando venerit dominus ad illuminandum abscondita tenebrarum, & manifestandum consilia cordium, ausus erit sub luce illa redargutionum consistere, quique illinc se recipiet nullo dedecore aspersus, vt qui conscientiam deprehendetur habere nulla sorde contaminatam improbandi operis. Qui verò malè fecerint, in probrum & confusionem resurgent: in seipsis turpitudinem & formas eorum quæ peccarunt, conspicientes impressas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erit certè confusionis eiusmodi impressio istis tanto plus horrori, quàm vel ipsæ tenebræ G
aut ignis æternus, quod in ea æternum victuri sunt peccatores, semper ob oculos versantes
vestigia illa peccati in carne admissi, quasi notæ cuiuspiam tinctæ nec vlla aspergine eluibi-
lis, in memoria animæ perpetuò duraturæ. Paucorum enim est ad veram lucem accedere &
manifestari velle, & vultu haud pudefacto ab ista examinatione discedere. *Hic pauper cla-*
mauit, & dominus exaudiuit eum.) Non semper laudabilis paupertas, sed quæ iuxta consilium
euangelicum libera voluntate susceptа perficitur. Quàm multis non suppetit oppulentia fa-
cultatum, qui animi destinatione ac proposito sunt auarissimi? Tales ad salutem non ino-
pia rerum prouehit, sed condemnat voluntas. Non igitur qui eget omnino beatus est præ-
dicandus, sed qui omnibus orbis thesauris mandatũ Christi potius existimat. Hos & domi- H
nus beatos dicit. Beati, inquit, pauperes spiritu, non qui pauperes sunt, hoc est inopes: sed qui
δόγμα. paupertatem certa animi destinatione prælegerunt. Nihil enim eorum quæ præter volun-
tatem contingunt, astruẽdum est esse beatum. eóque virtus omnis internosci solet & distin-
gui omnium maximè hæc paupertas velut charactere quopiam, si à voluntate proficiscitur.
Hic itaque pauper clamauit, voce demonstratiua ad pauperem secundum deum, esurien-
tem & sitientem, & nudum, te inuitat, mentem vt conuertas tuam. Hic, inquit, pauper, quasi
Arbitror su perfluere hic σχεδὸν. digito ostendens. Hic discipulus Christi. Potest hic sermo & ad Christum referri, qui cum
natura dives esset, propterea quòd omnia quæ patris sunt, ipsius sunt: propter nos pauper fa-
ctus est, vt nos eius paupertate diuites essemus. Omnis enim actionis quę nos ad beatam vi I
tam perducit, autor ipse primus dñs fuit, sese discentibus exemplũ præbens. Ad eas recurre,
quas beatitudines nominauit, his singulis sedulò expensis inuenies sui sermonis doctrinam
Beatitudi-num exem-pla in Chri-sto. ipso anteuertisse opere. Beati mites. Quonam igitur modo hanc mansuetudinem didiceri-
mus? Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Beati pacifici. Quis nobis pacis bonum
ostendet? Ipse pacificus qui pacem fecit & conciliauit duos in vnum nouum hominem, &
pacificauit per sanguinem crucis suæ omnia, siue in cœlo siue in terris sunt. Beati pauperes.
Ipse pauper vixit, seque assumpta seruili forma exinaniuit, vt nos omnes ex eius plenitudine
gratiam pro gratia accipiamus. Si quis itaque à sancto ac benigno spiritu ductus, nihil de se
magnum sentiens, sed humilians sese, vt alios exaltet: spiritu clamet, magna sibi apprecatus K
& orans: nihil quod parum sit decorum, sed nec sordidum quid ore depromat aut vile, ni-
mirum nihil terrestris aut mundanæ rei resipiens, huius profecto clamor exaudietur. Audi-
tionis igitur finis quisnam est? Ex omnibus tribulationibus liberari, nec vllo horum saucia-
ri: sic vt neutrobi sinas inflecti te, nec addici miseræ seruituti carnis sese efferentis. Quis igi-
tur modus per quem pauper liberatur? *Immittet se* siue interseret *angelus domini in circuitu*
timentium eum, & eripiet eos.) Ipse quem dicat pauperem, interpretatus est, nempe timen-
tem deum. Quoniam qui timet, in ordine adhuc serui est. Charitate autem perfectus ad fi
lij deinceps dignitatem accedit. Ideo & seruus & pauper dicitur is, qui nihil proprium ha-
γνῶμαι. bet, filius autem iam dives est ob paternam hæreditatem. Castrametabitur ergo siue immit L
tet se medium angelus domini in circuitu timentium eum. Omni nanque in Christum cre-
Simile ele-gans. denti angelus assistit, nisi illum à nobis per improbas actiones profligauerimus. Velut enim
fumus apes fugat, & fœdus odor columbas expellit: sic angelum vitæ nostræ custodem, abi-
git multa lachrymarum aspergine dignum ac graueolens peccatum. Si enim in anima tua
ea quæ sunt digna angelica custodia habueris, mens item in te sibi opulentum fixerit domi-
cilium per multimodam veritatis contemplationem, pérque præclara opera, quæ secundum
virtutem gesseris, tibi adfuerit, necesse iam sit, vt te propter, tutores præsidialésque custodes
qui tibi adsistant, collocet deus. Consídera igitur quanta sit angelorum natura: quoniam v-
niuerso exercitui & castris numerosæ hominum multitudinis vnus assimilatur angelus.
Ob magnitudinem itaque eius qui te custodit, castra tibi munitionésque præbet deus: pro- M
pter verò angeli virtutem veluti circumuallat te vndique securitate, quæ est per illum.
Hoc nanque, in circuitu, significat. Sicut enim muri ciuitatis circumducti omni ex par-
te abarcent propulsantue hostiles insultus: sic & angelus te præmunit à fronte & à ter-
go custodit, & nihil vtrinque incustoditum relinquit. Propterea inquit: Cadent à late-
re tuo mille, & decem millia à dexteris tuis, ad te autem non appropinquabit, neu pla-
Gustato & videte. ὁμοιώμασ. ga quidem ab vllo tibi infligetur inimicorum. Quoniam angelis suis mandauit de te.
Deinde sequitur: *Gustate & uidete quoniam suauis est dominus.*) Multis in locis obseruaui-
mus, quòd animæ vires iisdem appellantur nomenclaturis, quibus membra externa vocan-
tur:

A tur. Quoniam verò dominus noster verus est panis, & eius caro verus cibus: necesse vt vo- ἐγγίνωδ, nó ἐγγ.ζ.ωδ Simile.
luptas lætitiæ panis per gustum spiritualem in nobis gignatur. Sicuti mellis natura vires su
as haudquaquàm tam adeò exerit ac repræsentat inexpertis sermone, quàm ipso sensu gu-
stus: sic nec verbi cœlestis suauitas humanæ doctrinæ verbis tradi euidenter potest. Non e-
nim nisi veritatis dogmata diutino examine probauerimus: poterimus vnquàm nostrapte
experientia domini suauitatem intelligere. Gustate autem dixit, & non ad plenum satiemi-
ni: quoniam nunc ex parte cognoscimus, & per speculum & ænigma veritatem videmus.
Veniet autem quandoque tempus, quando huiuscemodi suauitatis arrhabo & qualiscunque
gustus ad perfectam pertinget fruitionem. Quemadmodum enim ij qui affecto sunt stoma-
B cho & fastidienter cibos admittunt, eosque respuunt, à medicis curantur ab eiusmodi stoma
chi morositate, per hoc quòd illi appetentiam iritant & promouent vno aliquo ciborum
apparatu, quaquidem aromatum confectione sensus ipse gustus se ad ampliora sumenda di
latet & extendat: sic & in verbo veritatis, ipsa nos experientia ad insatiabile nullo non tem-
pore prouocauerit desiderium. Idcirco ait: Gustate, vt beati sitis, semper esurientes sitientés-
que iustitiam. *Beatus uir qui sperat in eum.*) Quisquis continenti desiderio verbi dei se accẽ-
derit, in nulla re alia spem collocabit, quàm in domino. *Timete dominũ omnes sancti eius, quo-*
niam non est inopia timentibus eum.) Nisi timor, instituendæ vitæ nostræ rudimenta iaciat: im- Timoris laus.
possibile fuerit castitatem sanctimoniámque legitimè obseruari. Confige, inquit, timore tuo
carnes meas. Nam quemadmodum qui corporis membra habent clauis transfixa, ad actio- ὁμοίωσις.
C nem quanlibet immobilia ea retinent: sic ij quorum animam occupauit dei timor, omnem
prorsus importunam peccati & obstreperam occasionem vitant. Timenti itaque non est in-
opia, hoc est, nulla ad complectendam virtutem defit facultas, quum per timorem ab inde-
cora omni & absurda actione reuocatur & impeditur, sed perfectus est nullo bonorũ quod
humanæ conueniat naturæ, destitutus. Vt enim perfectus corpore non est, qui vna quauis Pro ἐν κυρίῳ lego & inter pretor, ἐν σώματι.
parte spoliatur, eorum quæ necessaria sunt, sed est imperfectus secundum eam quæ defit, par-
tem, itidem & qui contemptim & supinè afficitur circa vnum aliquod mandatorum, per id
quod defit ei, censetur imperfectus. Contrà, qui hunc in se recepit perfectum timorem, ni-
hilque non veretur, tuendæ pietatis gratia, in nullum prolabetur peccatum, per hoc quod ni
D hil contemptim transilit. Nullius rei hic inopiam experietur, quòd ad omnia obeunda ei ti
mor abundè præsto est. *Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur*
omni bono.) Hic nos ædificet sermo ad corporis substantiam contemnendam, diuitiarum Diuites e-guerunt.
inconstantiam nos edocens. Opes enim dominos sæpe mutant, quemadmodum vndæ à vẽ
tis exagitatę huc illuc perfluunt. Vel diuitem fortè dicit Israëlem populum, quorum, & ado
ptio, & dei cultus, & promissiones, ex quibus denique patres. Hi enim ob peccatum in do-
minum admissum eguerunt. Qui autem illorum vice dominum inquisierunt, non minuen
tur omni bono. Eguerunt autem & esurierunt? Postquam enim panem vitæ interfecerunt,
venit super eos panis fames: & quando fonti aquæ viuæ moliti insidias sunt, venit super eos
E sitis, Illos atrox sitis supplicium inuasit: fames verò non sensibilis istius panis neque sitis a-
quæ, sed fames audiendi verbum domini. Eguerunt itaque & esurierunt. Contrà, qui ex gen-
tibus mox vt didicerunt exquirere dominum, non minuentur omni bono. Deus bonum il
lud est suis omnibus numeris perfectum, quo non minuentur, quotquot ipsum exquirunt.
Ne mihi nescio quis ineruditus asserens pro indifferenti habendam rationem boni & mali,
bonum eum nominet, qui hac perfruitur temporaria voluptate, & quæ simul cum corporis
putrilagine euanescit & abit. Qui enim hasce diuitias aut quantęlibet dignitatis prærogati-
uas hocce corruptiuum corpus spectantes in boni alicuius ordine constituit: is venerabile
F ac sanctum & deo soli conueniens nomen ad res fragiles & nullius momenti traducit, si-
mulque ad extremum reuoluetur & incidet in omnium atrocissimam & difficillimam con
trarietatem. Vel enim apostolos dicet, propterea quòd dominum non inquisierunt, corpo-
ralibus bonis destitutos esse: vel scripturam ipsam culpabit, astruentem nullo bono destitui
eos qui dominum exquirunt. Verùm sancti dominum exquisiuerũt, & quæsiti domini per-
ceptione non sunt imminuti, neque repositorum in sempiterna fruitione bonorum thesau-
ro priuati sunt. De illis enim bonis dici propriè possit illud: Omni bono. Oblectatio nanque γνώμη.
corporeæ voluptatis plus doloris habet, quàm iucunditatis Nuptiæ enim sæpe steriles sunt,
viduitates continent & stupra. Agricultura sterilitatem, mercatura naufragia, diuitiæ insi-
dias patiuntur. Sed & delitiæ, & satietas, & continens voluptatum fruitio multos ac varios
secum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀμικόπῳ καὶ μόχθῳ.

secum trahunt morbos, ac affectionum varia genera. Paulus sanè & dominum inquirebat, G
& nihil ei bonorum defuit: quanquàm quis corporis ipsius diuexationes ad numerum re-
uocet? Ter flagellis cæsus, semel lapidatus, ter naufragium passus, nocte & die in profundo
maris fuit, in itineribus sæpe, in labore & molestissima defatigatione, in necessitatibus sæpi-
us, vsque ad extremam horam & esuriens & colaphizatus & sitiens & nudus. Quonam mo-
do bonis corporis non est diminutus? Mihi mentem tuam attolle ad veri illius boni con-
templationem, quò concordem & sibi concinentem scripturæ sententiam queas agnosce-
re, vt & scripturæ mentem deprehendas, nec te protrudas in vllam sententiæ istius am-
biguitatem. Venite filij, audite me. Timorem domini docebo vos. Vox est magistri suos in-
timo complectentis affectu, atque ad condiscendam disciplinam paterna commiseratione H
eosdem inuitantis. Etenim qui doctori se dedidit in discipulum, illius est spiritualis fi-
lius. Quicunque enim ab aliquo ad excolendam pietatem formulâq; institutionem mu-
tuatur, is velut conformatur, & in lucem educitur, quemadmodum & mulier præ-
gnans, quæ in vtero formatos gestat infantes. Vnde Paulus omnem Galatarum eccle-
siam ex prima collapsam disciplina, & veluti abortiuam iam rursus resumens, atque Chri-
stum in illis reformans, filios appellat: & quoniam cum dolore & anxietate illorum lapsus
resarciebat & ad viæ rectitudinem reuocabat: hos se dicebat animo quidem parturire, per
id innuens quem ob miserè collapsos concepisset mœrorem. Filioli mei, quos iterum partu-
rio, donec formetur Christus in vobis. Igitur venite filij, audite me. Quid tandem nos pater I
hic spiritualis docturus est? Timorem, inquit, domini docebo vos. Quoniam suprà iussit ti-
mere dominum, & ex timore lucrum proueniens ostendit, dicendo: Quoniam non est
inopia timentibus eum: nunc demum doctrinam aliquam nobis diuini huius tradit timo-
ris. Quòd enim sanitate opus sit, cuiusuis vel idiotæ fuerit dicere: quomodo autem sanita-
tem illam oporteat indipisci sibique eam conciliare, ei propriè competit, qui medicinę peri-
tus est? Non enim quiuis timor bonus est aut salutaris. Est enim quidam hostilis timor quę
Multiplex timor. propheta deprecatur ac petit, vt ne animæ inseratur suæ, dicens: A timore inimici eripe ani-
mam meam. Hostilis enim hic timor nobis ingignit mortis timorẽ, atq; vt toti contraha-
mur pauore ad fastum personæ eminentis, persuadet. Quomodo ergo hæc metuens, marty-
rij tempore poterit, vsque ad mortem aduersus peccatum resistere, & domino qui pro no- K
bis mortuus est & resurrexit satisfacere? Et qui Dæmonum imaginatione facilè consterna-
tur & expauescit, hostilem in se timorem habet. Omnino autem timor huiusce modi pertur
batio nimirũ animæ esse videtur prognata ex infidelitate. Nam qui deum vt adiutorem for
tissimum credit sibi adesse, nullius vim se inuadentis pertimescit, nec facilè commouetur.
Timor verò salutaris & qui sanctitatis operatorius est: timor item qui studio acquiritur, nõ
Timendi iudicij cõmonitio. ἐπαίν. qui per affectionem imprimitur animæ, vis enarrem qualis sit? Si quando te senseris ad vnũ
aliquod cieri ac prosilire peccatum, mihi ad mentem reuoca formidabile illud nec vlli mor
talium tolerabile Christi iudicium, in quo quidem præsidet iudex in alto & sublimi thro-
no. Astabit porrò creatura omnis prætrepida & intremiscens ad ipsius gloriosum & illustrẽ L
aduentum. Eò singuli quique sistentur, de his examinandi quæ quisque gessit in viuis. Dein
de eos qui multa perperam in vita admiserunt, horrendi quidam ac tristes circunstabunt
angeli, ignem paratum contuentes, ignem exspirantes, propter propositi amarulentiam, vul
tum præferentes nocti assimilem, præ mœrore atque hominum odio. Subin conspicient ba
rathrum in imum patens tenebras impermeabiles quidem illas, igném que obscurum, caus-
ticas quidem vires habentem, luce verò destitutum. Inde vermium innumerabilium genus
venenosum ac carniuorum, esitans quidem semper, nec tamen se exatians, intolerabiles do
lores morsibus infligens. Postremò omnium durissimam pœnam, probrum illud & verecun
diam sempiternam. Hæc tu time, & eiusmodi timore eruditus quasi freno quopiam abarce M
animam & inhibe ad vitiosam cõcupiscentiam propendentem. Hunc itaque domini timo-
rem nos pater ille se recepit esse docturum, nec vtcunque aut qualescunque docturum, sed
eos qui destinato consilio constituant exaudire docentem, nec ita sint in peccata prolapsi
longiùs, sed qui de salute propria soliciti, ad eius properant doctrinam: non inquam, hospi-
tes & peregrinos à fide vtriusque testamenti, sed qui per baptismum & adoptionem dei sunt
facti domestici. Propterea inquit: Venite, hoc est, per benefacta mihi vos reddite propinquos
filij, per regenerationem digni habiti, qui filij esletis. Audite vos qui aures cordis patentes
habetis, timorem domini docebo vos, hunc quem pauloantè vobis descripsi. *Quis est ho-*
mo qui

A *mo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos?)* Si quis, inquit, vult vitam, non communem
hanc quam viuunt & bruta, sed quæ prorsus vera est vita nec vlla interciditur morte. Nunc
enim ait Apostolus, mortui estis & vita nostra abscondita est cum Christo in deo. Quum
autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. Igitur ve-
ra vita Christus est, & nostra in ipso conuersatio vera est vita. Similiter autem & dies qui-
dam sunt boni quos propheta in hac proponit pollicitatione. *Quis est homo qui ult uitam, di-*
ligit dies uidere bonos?) Seculi autem huius dies mali sunt: quoniam & hoc seculum, mundi Dies boni & mali qui sũt
quum sit mensura, de quo dictum est, quòd mundus totus in maligno sit positus, naturæ as-
similatur mundi, quem dimetitur. Partes huius temporis sunt dies ipsi: propterea dicit apo-
B stolus: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Iacob item: Dies, inquit, annorum
meorum pauci admodum, & mali sunt. Igitur nunc quidem in vita non sumus, sed in mor
te. Idcirco optabat Paulus dicens: Quis me liberabit à corpore mortis huius? Alia autem est
quædam vita, ad quam nos hic psalmus vocat. Nunc quidam dies nostri mali sunt: qui-
dam alij boni, quos nulla intercidit nox. Erit enim deus ipsorum lux perpetua, splendore
inquam eos suæ gloriæ illustrans. Ne itaque quum bonos audiueris dies, hanc vitam putes
prophetam polliceri. Quos enim Sol hic sensibilis peragit, decidui sunt & dispereunt. Ni-
hil verò corruptibile illi, qui perpetuus est, competens fuerit donum: Nam si anima im-
mortalis est, immortales item eius gratiæ sunt. Et præterit figura huius mundi. Si autem ad
C legem te conuertis, & hæc vmbram futurorum habet bonorum: intellige quædam sabbata Lex vet' spi
delicata sanctáque & ex perpetuis diebus, Neomenias, festa demum ita intellige, vt decet ritualiter
legem spiritalem. *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.)* Si quidem intelligẽda.
vis in diebus esse bonis, si diligis vitam: fac, obserues mandata vitæ. Qui me diligit, inquit, Primum mã
mandata mea seruabit. Primum autem mandatum est, prohibere linguam suam à malo, & datum cohi
cauere ne labia tua loquantur dolum. Peccatum quod per linguam admittitur, omnium bere linguã
ferè propensissimum, sed & idem multiforme. Iratus es? mox lingua occurrit. Concupis-
cẽtia teneris? Habes & hic linguam ante omnia quasi lenam & conciliatricem, quæ coo-
peretur peccato, quæ per simulationem proximis imponat. Est tibi lingua quoque vice
D scuti ad iniquitatem, cum non ex corde loquitur, sed ea promit quæ ad fraudem & impo-
sturam faciunt. Denique quid opus commemorare, quæ per linguam peccentur? Vita no-
stra referta est linguæ delictis: Turpiloquio, vrbanitate, stultiloquio & quæ non conueni-
unt, detractione, otioso sermone, periurio, falsis testimoniis. Hæc mala omnia, & adhuc il-
lis plura sunt linguæ opera. Qui verò aduersus dei gloriam os aperiunt, & iniquitatem in
excelsum loquuntur, alió ne aliquo quàm linguę organo impietatem suam perficiunt? Quo-
niam igitur ex tuis verbis iustificaberis & ex verbis tuis condemnaberis, prohibe linguam
tuam à malo, nec vana mendacíque lingua iram tibi thesaurizabis. Prohibe item labia ne
loquantur dolum, hoc est, quæ tibi instrumenta sunt data administrando sermoni, fac va-
E care à praua operatione. Est autem dolus maleficium occultum proximo oblatum sub prę- Dolus quid.
textu & simulatione rei melioris. *Declina à malo & fac bonum. Inquire pacem & persequere* δολεραὶ δὲ εἰσὶν αἱ παραινέσεις κατὰ τὴν ἀγωγήν.
eam.) Elementa sunt hæc monitionum ad pietatem ἰσαγογικα: quibus exactissimè instrui-
mur linguam cohibere, à dolosis consiliis atque insidiis clancularijs abstinere, declinare à
malo. Non enim ad iam perfectum attinet abstinentia mali, sed ei qui primis dum eruditur
ad virtutem rudimentis conuenit, se vt subducat à mali occasione, vtque ab improba
vitæ consuetudine quasi à via mala exemptus ita demum aggredi possit bonorum operum
actionem. Impossibile nanque eum assequi & attingere quod bonum est, qui non priùs de-
sciuerit ac prorsus declinarit à malo: sicuti nec cuiquam possibile sit, sanitatem vt recupe-
ret, ni prius à se depulerit morbum: vel vt quis recalescat, ni prorsum excusserit perfrigera-
F tionem. Neque enim hæc simul consistere possunt. Atque adeò quisquis cupit vitæ probita- Pax inquirẽ
tem complecti, ei conuenit se vt liberet ab omni communione malorum. *Inquire pacem &* da.
persequere eam.) De hac dixit dominus: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis:
non quomodo mundus dat pacem, ego do vobis. Inquire igitur domini pacem & persequa-
re eam. Persequeris autem non aliter, quàm destinato studio currens, & enitens ad brauium
supernæ vocationis Dei. Illic enim supra pax vera est. Etenim quandiu huic astricti sumus
carni, multis admodum obnoxij vinculis sumus, quæ nobis turbas cieant. Inquire pacem,
nimirum solutionem à tumultuariis mundi istius curis: para tibi mentem tranquillam, sta-
tumque animæ vnum aliquem inquire, qui sit ab omni fluctuatione ac turbela curarum se-
iunctus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

iunctus,in quo nulla agitêris vitiosæ affectionis intemperie, à quo nullis sinas te auelli ac di G
strahi sectarum opinionibus quanlibet verisimili ementitis persuasione prolicientium te &
inuitantium ad consensionem,vt pacem illam dei tibi concilies,omnem prorsus exuperan
tem sensum, córque tuum custodientem. Qui pacem quærit, Christum inquirit: quoniam
ipse est pax nostra,qui duos in vnum hominem nouum constituit,faciens pacem,& per san
guinem crucis suæ,siue quæ in cœlo,siue quæ in terris sunt,pacificans. *Oculi domini super iu-*
Oculi domini. *stos, & aures eius in preces eorum.)* Quemadmodum sancti corpus sunt Christi, & membra
Collatio elegans. ex membro:& posuit deus in ecclesia quosdam vt oculos, quosdam vt linguas, nonnullos
vt aures,alios item manuum,alios pedum qui rationem obtinerent:sic & sanctæ spirituales
virtutes circa cœlestem versantes locum, aliquæ oculi dicuntur, quòd curam susceperint H
nos interuisendi, curáque nostri omnium illis concredita sit: nonnullæ aures, vt quæ no-
stras excipiunt preces. Hic igitur eam virtutem quæ nos contemplatur & explorat oculos
dixit & aures. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Quoniam omnis
iusti actio,digna est quam deus videat ac spectet,verbum item omne,quum à iusto nihil o-
tiosè dicatur,efficax est & mirè operatorium:ideo semper inspici iustum, sempérque exau-
Vultus domini. diri sermo hic astruit. *Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eo-*
rum.) Vultum quidem dici existimo domini aduêtum ad iudicium,qui omni cum liber-
tate continget nulli non horrorem incussurus.Ideo oculi quidem domini ac si eminus ad-
huc nos inspectent,dicti hic sunt iustum intueri: ipsius autem vultum se demonstraturum I
esse, vt omnem de terra exterminet & intercipiat memoriam improbitatis. Nolim mihi
mente concipias nescio quem dei vultum corporali specie effigiatum. Absurdum alioqui
videbitur & abhorrens à ratione quod scriptura dixit, seorsim quidē oculos domini affulgentes iustis:vultum verò seorsim in improbos minaciter intendentem: cum nec oculi sine vultu,nec item vultus oculorum sit expers. Homo igitur non videbit dei faciem & viuet: cum interim angeli eorum, qui sunt in ecclesia pusilli, continuò faciem patris eorum qui in cœlis est,aspiciant.Ideo nunc quidem nos capaces esse ac idoneos ad speculationem glorioſæ illius & illustrissimæ apparitionis,ob carnis debilitatem nos circundantem,impossibile est.Angeli verò quod nullum habeant assimile carni nostræ velamentum, nihil impe K
diuntur,quominùs iugiter ac summa cum propensione faciem contemplentur diuinæ maiestatis.Itaque & nobis postquam filij resurrectionis erimus,tunc itidem habebimur digni, qui deum internoscamus facie'ad faciem.Tunc sanè iusti censebuntur non indigni qui exul
Clamor iustorum. tent & lætentur in conspectu diuini vultus:contra, peccatores iudicio illi sistentur, in quo quidem iusta dei sententia peccatum omne exterminabitur. *Clamauerunt iusti, & dominus*
exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.) Iustorum clamor spiritualis in occulto & penitiore cordis recessu delitescens, vim obtinet exertæ & altiloquæ vocis, vt quæ ad ipsas dei aures pertingere potest. Qui enim magna petit cœlestiáque bona sibi aprecatus,hic demum clamat,& perceptibilem ad deum transmittit orationem. Clamaue- L
runt itaque iusti nihil ignobile aut sordidum,nihil terrenum, nihil humile vel reiectitium inquisiuerunt: propterea ipsorum vocem susceptt dominus,& ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos:non tantùm à rebus molestis & interturbantibus eos liberans, quantum victores eorum quæ contingunt constituens. *Propè est dominus iis qui tribulato sunt cor-*
Prope est dominus. *de, & humiles spiritu seruabit.)* Sua ipsius bonitate dominus prope est omnibus: contrà, nos ipsos per peccatum longius auellimus. Ecce, inquit, qui elongant se abs te,peribunt. Propterea Moses deo propinquare dicitur:& siquis alius ei comperitur assimilis,hic per fortia facta & probas actiones deo se proximum facit. Hic sermo palam aduentus domini ad iudicium prophetiam complectitur ac proinde concinit præcedenti. Ibi nanque dicebatur: M
Vultus domini super facientes mala: hoc est, manifestatio ipsius ad iudicium, aduentúsque ad demolitionem totius iniquitatis fiet. Hic verò: Propè est dominus iis qui
Pro tribulato, Aug. cū aliis legit qui cōtriuerunt cor vel cōtrito sunt corde. συνῖ τετριμένοις καρδίαν. tribulato sunt corde, Aduentum domini primum quo venit in carnem prænuntiat propinquantem iam, nec longè remotum. Quod quidem ex simili ferè sententia Esaiæ credibile tibi fiat: Spiritus domini super me, cuius gratia vnxit me: euangelizare pauperibus misit me, sanare tribulatos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum. Iam quando medicus mittebatur contritis corde. Propè, inquit, est dominus vobis, dico humilibus, & qui per contritionem fastum & animi elationem expunxistis à vobis: propè adest, iamiam vos adfecturus gaudio & ad longanimitatem deductus

A ductus: Contritio cordis demolitio est, & suppressio humanarum cogitationum. Qui- Contritio cordis quę.
cunque enim præsentia despexerit,seque verbo dei addixerit, & suam ipsius mentem iis con κανών.
tradiderit intelligendis quæ supra hominem & longè diuiniora sunt, hic demum est qui tri Humilitas iustorum & peccatorum
bulato siue contrito est corde.Idq; sacrificium obtulit,quod minimè cōtemnitur apud eum,
qui cor contritum & humiliatum non despiciet. Propè est dominus iis qui tribulato sunt
corde,& humiles spiritu seruabit.Qui enim nihil habet fastus, aut elationis,neque ob vllam
rerum humanarum prærogatiuam insolescit aut sibi placet, hic denique tribulato est corde
& humilis spiritu: Est quidem humilis, & qui secus peccati viam ambulat, quòd peccatum
omnium maximè humiliare hominem consueuerit ac vilem reddere: iuxta quam dicendi
B formulam dicimus eam esse humiliatam,quæ corrupta est & florem perdidit virginalis san
ctimoniæ.Sic Amnon teste scriptura,vi iniecta in Thamar humiliauit eam.Quicunq; igitur
tumorē & animi elationem perdiderunt ad terram vsque deiecti, suo huc eos adigente pec-
cato,ac propemodum adæquati solo,perinde atque serpens solet erepere, isti ingrediuntur
oculis in humum depressis,quod se surrigere & attollere in gradum pristinum nulla iam ex
parte possint:tales humiliati quidem sunt,non tamen spiritu. Non enim laudabilis est illo-
rum humilitas. Qui vero per spiritus sancti gratiam sese vltronei per humilitatem subster-
nunt & inferioribus subiiciunt, cum Apostolo dictitantes, omnium se seruos omniúmque περίψημα
peripsema in hunc vsque diem.& rursus: Vt mundi purgamenta facti sumus: qui spirituali ærumētum scobs,sterquilinium.
vtentes humilitate cunctorum se faciunt postremos, vt omnium primi in regno cœlorum
C appareant:hos inter beatos ducit dominus dicens:Beati pauperes spiritu. *Multæ tribulatio-*
nes iustorum, & ex omnibus his liberauit eos dominus.) In omnibus, inquit Apostolus, tribu-
lati, sed non angustiati. Ideo dominus discipulis suis dicit, In mundo pressuram habebi-
tis,sed confidite,ego vici mundum.Ex quo si quandoque in morbis, in corporis mutilatio-
ne,orbitatibus,plagis,ignobilitate,omni denique rerum inopia & egestate, iustos homines
constitutos videris,reminiscere verbi huius quod Multæ sint tribulationes iustorum, & ex
omnibus liberet eos dominus. Qui autem dixerit quòd virum planè iustum tribulatio non Tribulatio iustū decet.
deceat,nihil aliud dicit, quàm athletæ non conuenire aduersarium. Athleta enim minimè
certans,quas habebit occasiones sibi coronas comparandi? Iam verò quater in hoc Psalmo
D dicitur,quemadmodum quos liberare voluerit dominus, à tribulatione liberet. Primū qui-
dē:Exquisiui dominū & exaudiuit me,& ex omnibus tribulatiōibus meis eripuit me: Secun
dò:Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum,& ex omnibus tribulationibus eius ser
uauit eum.Tertiò:Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulatio-
nibus eorum seruauit eos.Postremò:Multæ tribulationes iustorum, & ex omnibus his libe- Ossa iustorū
rabit eos dominus. *Custodit dominus omnia ossa eorum,unum ex his non conteretur.)* Nosne oportet
tandem istius dictionis natiuæ significationi immanere & intelligētia passim omnibus ob-
uia esse contentos;mox vt se auribus nostris insinuauit illapsaue est, nimirum quòd hæc iu-
storum ossa quæ fulcimenta quædam sunt carni constabiliendæ nequaquàm conterentur,
E ob indultam illis tuendis à domino custodiam? Vtrum rursus viuentis iusti & in vita dun-
taxat consistentis ossa hęc ab omni illæsa confractione conseruabuntur: an etiam iusti cor-
poreis vinculis dissoluti ossa nullā sint habitura confractionis occasionem? Atqui doctrice
experientia didicimus ossa iustorum, qui pro tuendo reddendôque fidei christianæ elogio
seipsos tradiderunt omnigenûm afflictionum subeundis suppliciis, multimoda collisione
esse confracta.Iam enim ipsorum aliquot persecutores crura diffregerunt, nec rarò & ma-
nus & capita transfixerunt clauis. At enim quis controuertere ausit non hosce omnes fuisse
iustissimos,qui inter martyrij agones victrici morte sunt perfuncti? An fortè vt homo,ani-
ma & mens humana dicitur: sic & membra ipsius animæ æquiuocè ad ea quæ sunt carnis
F nominantur. Subinde enim sic sacrum eloquium interioris hominis membra memorat, ὁμωνυμία frequens in sacris eloquiis.
vt cum dicit: Sapientis oculi in capite ipsius, hoc est prouidentia circumspectióque occulta
sapientis. Oculos rursum dicit similiter tam carnis quàm animæ, non solum in iam citato
loco,sed & in eo,quo dicit, Præceptum domini lucidum esse & illuminans oculos. Ad eos
item qui aures quas requirebat,non habebant, quid ait? Surdi audite,& cæci aspicite.Et,Os
meum aperui,& attraxi spiritum.Et,Dentes peccatorum contriuisti.Dicta sanè sunt hęc om
nia & ad ea referuntur quæ spiritualem subministrāt alimoniam,sermonémue intelligentiæ
spiritualis.Tale est & illud:Ventrem meum doleo.Et pes iusti non impinget. Istæc enim o-
mnia ad hominem interiorem referuntur. Sed iuxta consimilem rationem,ossa quædam di
ci possint

Universidad de Deusto
Biblioteca

ci possint eius qui interior est & arcanus, hominis, quibus tanquàm ligamentis connexiua G
vis & harmonia concors virium animæ conseruantur. Et quemadmodum ossa ingenita sibi vi præteneram carnis molliciem suffulciunt & pressius contrahunt: itidem sunt in ecclesia quidam, qui possint sua ipsorum constanti firmitudine debilium suffulcire ac ferre imbecillitatem. Et sicuti ossa inter se connectuntur secundum commissuras articulorum, & hæ consertiones neruis firmantur & ligamentis quæ ossibus adhærescunt. Idem prorsus contigerit, si charitatis pacisque colligatio in ecclesia dei veluti cognationem quandam conficiet spiritualium ossium & in vnum conspirantem. De eiusmodi ossibus à concordi partiũ harmonia emotis solutisue & quasi à commissuris suis & artubus eluxatis propheta inquit: Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Et quidem ossa hæc si qua interim turbela, si qua con H
quassatio occupauerit, orans ait: Sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Vbi verò propriam seruauerint harmoniam à domino custodita, ait: Ne vnum quidem ex his conteretur. Quum sanè digna sunt, quę in deum transcribant gloriam ac referant, inquit: Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? Vidisti itaque ossium naturam ratione prędditorum: Sed & hoc forsan ecclesia dicere poterit, Omnia ossa mea dicent, secundum resurrectionis mysterium, inquit enim scriptura: Hæc dicit dominus ossibus his. Ecce ego fero in vos spiritum vitæ, & dabo super vos neruos, & reducam super vos carnes & viuetis & cognoscetis quòd ego sum dominus. Hæc itaque ossa vbi receperint vitam, gratias ei à quo fuerint excitata, referent ac dicent: Domine, quis similis est tui? I
Perspecta & exquisita ratione additur & hoc: Mors peccatorum pessima, quoniam est quædam iustorum mors naturâ non mala, sed bona. Qui enim commortui sunt Christo, in bona sunt morte. Et qui peccato mortui sunt, bonam ac salutarem mortem sunt mortui. *Mors autem peccatorum mala est.)* Excipit enim illos supplicium, quemadmodum diuitem illum, qui
ὑφαινόμενον λαμπρῶς. induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè. *Et qui oderunt iustum, delinquent.)* Qui quòd in delictis viuant, iustum habent odio, tanquam qui à regula rectissima, à iusti moribus sic isti redarguuntur comparatione melioris. Ex quo enim in peccatis vitam transmittunt suam, veriti ne coarguantur, oderunt iustum. Rursus per id in iustos conceptum odium, se implicant peccatis & obuoluunt. Multæ enim occasiones sunt, ob quas iustus K
soleat odio haberi. Libertas illa dicendi inter coarguendum: Oderunt enim redarguentem in porta: & sanctum abominantur sermonem. Præterea ambitio primas obtinendi partes, & imperij cupiditas multos mouit, vt meliores se insectentur, odióq; habeant. Vsuenit etiam vt propter ignorantiam verborum iusti, & quod ignoratur quis sit iustus, odio habeantur iusti. Mors peccatorum pessima: vel omnem vitam mortem appellat, ex Pauli sententia, qui
Mors peccatorũ pessima. carnem hanc, mortem vocat, dicens: Quis me liberabit à corpore mortis huius. Qui autem hoc corpore abutuntur, & omnium scelerum ministerium atque instrumentum id faciunt,
Atten. incesti & obscœni Lutherani. malam omnino sibi præparant mortem. *Redimet dominus animas seruorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eo.)* Nam quando qui ab inimico premebantur dura captiuita- L
te, hi demum clementer ab ea asserti sunt domino vt seruiant, qui & horum animas pretioso suo redimet sanguine. Quò fit, vt eorum qui in ipsum suam spem proiiciunt, nemo ob delicta sit olim torturis illis subiiciendus. Nam ipsi gloria & imperium, cum patre, & sanctissimo, bono ac viuificante spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM XXXVII. DOCTRINA CONFESSIONIS. *Psalmus Dauid in recordationem, Domine ne in furore tuo arguas me.*

M

VErba scripturę diuinitus inspiratæ ante Christi tribunal statuentur. Is enim dixit: Arguam te, & statuam ante faciem tuam, peccata tua. Itaque his quæ nobis per scripturam dicuntur, mente peruigili necesse sit vt intendamus, atque adeò tota animi contentione enitamur opere ipso explere domini mandata, quando prorsus nos fugiat, quo die, quáue hora venturus sit dominus noster. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.)* His verbis atque syllabis sextus quoque psalmus consimiliter huic orditur. Quin & reliqua psalmi illius sexti his sunt confinia quæ in iam proposito continentur. Siquidem in sexto dicebat sua ipsius ossa esse humiliata, inq; gemitu suo animam laborasse:

A rasse. Adiecit insuper, dicens: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo, & quæ istis sunt coniuncta. Similia illis & quæ in præsenti psalmo habentur, vbi dicitur: Non est sanitas in carne mea, & non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Et quæ istis subiunguntur per totum psalmum, quibus suam deflet miseriam. Hac enim locutione idem est vsus, quando dixit: Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar: nisi quòd inscriptio sexti talis est: In finem in hymnis pro octaua psalmus Dauid. In hoc verò nihil horum, sed hoc tantum dictum est: Psalmus Dauid in recordationem. Titulus in recordationem.
Hæc sanè additio ad recordationem, ad inscriptionem psalmo sexto præscriptam nos re-
B mittit: adeò vt præsentia intelligamus esse quoque in finem & in hymnis super octaua. Illorum enim omnium hæc adiectio: In recordationem, repræsentatiua est. Verùm quoniam in psalmi sexti enarratione, quæ se obiter offerebant, diximus ad psalmi inscriptionem pertinentia, vel nunc tandem nos recipiamus ad eorum recordationem. Videtur autem mihi Da- Scripsit igitur Bas. in. 6 psalmũ forsan in totũ psalterium.
uid inter plures egregios psalmos, delicta confessus, propriè ac destinato secreuisse præsentem. In recordationem, vt semper eum in ore ferret: & eodem vteretur qui vicem suppleret
cantici ad animæ suæ medelam. Supplicationem igitur deo transmittit, per quam auertit quidem iram omnibus peccantibus impendentem. Placat autem bonum dominum his eminentissimæ confessionis vocibus, dicens: Domine ne in furore tuo arguas me. Reprehen-
C sionem quidem non deprecatur: sed ne cum furore arguatur. Et per illud, Neque in ira tua ὁμοίωσις.
corripias me, non detrectat corripi, sed precatur citra dei iram corripi: Veluti si quis medico qui paratus sit per ferrum & cauterium & amara remedia auxiliũ ferre, in cura morbi alicuius dicat: Ne quæso per ignem, neu per ferrum & incisiones, sed per lenia ac mitiora pharmaca curaueris. Talis enim non medelam abnuit omnino, sed laborem dolorémque remedij detrectat. Sæpe autem dictum est, quomodo ira & furor dei, quum in scripturis diuinitus Ira & furor dei.
inspiratis nominantur, non affectus significent, quum diuinitas ab omni prorsus perturba- παιδὸς τὸ δοῦλος ἀκόλουθος τοῦ θεοῦ
tione sit aliena, sed metaphoricè, hoc est, translatiuè istiusmodi consuerit vsurpare scripturæ
locutio, sicut & oculos dei, & aures, & manus, & digitos, & pedes, & cætera membra: itaque
D quidem vt cum hominibus loquens, vtiliter accõmodat, vt audientium debilitati obsequũdet scriptura, ita & peccatoribus pœnas ex dei iudicio illatas, quoniam patientibus durę sunt tristes ac permolestæ, velut ex ira & furore inductas figurat. Hoc docet Apostolus quoq; dicens: Secundum autem duritiem tuam & impœnitẽs cor tuum, thesaurizas tibi iram in die
iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua. Vt si quis impen- Arg. à simili
dentes ex legis præscripto homicidæ pœnas, iram & furorem nominet, non hoc ideo facit quòd lex irascatur & furiat, sed quòd qui punitur legis supplicium, iram esse putet. Iam verò Dei ira & furor dæmones dicti.
& qui pœnas contra impios administrant mali dæmones, & famulantes deo virtutes ira fu- ἀπροσκόλυπτον
rorq; nominatæ sunt. Sic item dicitur in sermone decem plagarum contra Aegyptios: Immi-
E sit in eos iram & indignationem, & immissionem per angelos malos. Sic dextra dicuntur dei ea, quæ per dextras & bonas virtutes dignis administrantur. Supplicat itaque Dauid, ne per malas virtutes arguatur, néue per immissionem malorum angelorum corripiatur: sed per sermones potius salutares & disciplinas vtiles. Alioqui implorat supplex, ne in diem iræ & reuelationis & iusti iudicij dei reseruetur: sese paratum dicens, in hac vita ante mortem pœnas dare peccatorum: quem animi sui scopum attingens assequutus est. Sanè illũ pœnas luisse palàm est, per ea quæ ante obitum legitur passus. Quin & ipse sibi pœnas infligebat, omnigenis se substernens suppliciis, quę his confessionis suæ modulis complectitur. *Quoniam*
sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea à facie iræ
F *tuæ. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.)* Magnus ille athleta Iob, omnis generis tentationes quum sustinuisset, non ignorabat vnde ipsi hæc euenirent. Ideo dicebat: Sagittæ tuæ domine in corpore meo sunt, quarum furor meũ exhausit sanguinem. Dauid verò non corpore quemadmodum Iob afflictus, sed animam habens lethali vulnere transfixam, non dicit cum Iob, Sagittę tuæ in corpore meo sunt, sed, sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Et confirmasti super me manum tuam. Iob etiam manus domini meminit dicens: Manus domini est, quæ tetigit me. Et diabolus ait domino: Mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet: & rursus mitte manum tuam, & tange carnes eius, & ossa eius. Sed alia quædam erat manus, & aliæ sagittæ quæ carnem ipsius corporeámque substantiam contingebant. Hic ve- Sagittæ.
rò, quoniam Dauid secundum animam ægrotabat, alias in se sagittas cecidisse significat

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficat,& aliam manum se attigisse:Ego vero has esse spirituales sagittas arbitror, magis verò ipsa dei verba quæ ipsius animam veluti lancinarent ac vulnus infligerent, conscientiam quoque ipsam excruciarent & castigarent.Vir enim hic tantus quum esset, tótque à deo munera consequutus . Huic tamen dedecori & obscœno operi se permisit. Fortè ipsum etiam diabolum,nequissimive sagittas ignitas, quæ ad vitiosos animi affectus atque illices amores ipsum incenderant ad concupiscendam Vrię vxorem , hic significat . De quibus Apostolus docet,dicēs:Sumite armaturā dei,vt possitis omnia tela ignea nequissimi extinguere.Quoniā verò inermis inuentus Dauid, telis huiuscemodi ignitis minimè restitit , iure in anima vulneratus,& concupiscentia veluti clauo quodam confixus est. Quemadmodum Iob diaboli tela,vlcera corpori inflicta,quoniam ex permissione dei factum erat,sagittas domini nominauit,dicēs: Sagittæ domini in corpore meo, quarum impetus & indignatio meum ebibit sanguinem.Sic non absimile vero videtur hic Dauid sagittas domini dixisse : quoniam deo permittente vires suæ militiæ aduersarius exacuerat & promouerat, vt discereț non temere proferre:Non mouebor in ęternum.Quoniam enim gratia domini confortatus & inualescēs plurimū aliqn, nescio quid magnū de seipso sentire cœperat:ita vt arrogātiusculè loqueretur ac diceret:Ego aūt dixi in abūdātia, nō mouebor in seculū. Huius rei gratia meritò traditus tētatori est,qui vbi animā eius attigit,grauiore dispēdio affecit eū q̄ Iob.Sermones verò qui iustū dei iudiciū,sępe cōmemorāt,& irę peccātibꝰ imminētis doctrina(quod vtrūq; quibusuis est sagittis acutius) punctim incidunt, sauciant & veluti quibusdam aculeatis stimulis ipsam interscindunt conscientiam.Sanè ad eum modum asserere possis Dauidem istis quidem sacris & dei permissu immissis telis interpunctum, consentaneè ac merito deprecatum esse eam coargutionem quæ per furorem,& quæ per iram dei fit correptionem: *Ne in furore tuo*(inquit)*arguas me,neque in ira tua corripias me.* Quāobrē? *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.*) Sagittæ enim abs te venientes,quum præuerterint iram & furorem tuum,sat torquēt me ac puniunt,& sufficienter castigant , quare supplex petit, vt ne alteram experiatur iram aut indignationem.Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, vel secundum Symmachi æditionem , peruenerunt ad me. *Et confirmasti super me manum tuam.*) Manum autem domini ipsum ferientem,eam intellige quæ à Iob declarata est . Omnem nanque domum Dauid , & fundamentis domini manus concussit,quum in irā exarsit aduersus primogenitum quidem filiorum eius Amnonem ob obscœnum amorem quo is sororem deperibat , Absalonē quoque ira incendisset aduersus fratrem vt eum occideret.Deinde & ipsum Absalonē excitauit, vt aduersus patrem rebellis cooriretur & insurgeret . Reliquæ item calamitates per historiæ seriem expressæ eius sunt manus quæ & hìc declarata est . Manus tua tetigit me per calamitates alterius sibi succedētes. Supplico igitur,inquit,ne alio furore arguar : néue peiori correpiar ira.Nec solùm per hæc,sed etiam per adiuncta his,quæ deinceps docet,dicens: *Non est sanitas ossibus meis à facie peccatorum meorum.*) Ego,inquit, quum præuerterim, nec expectauerim,vt vnus aliquis externè quidem hoc meum corpus puniret inflicto quopiam vlcere pessimo,ipse ex me malui pœnam vltricem peccatorum expetere, carnémque meam,per quam peccatum illud admissum est , pœnis tradidi , me puniendo , multísque modis castigando. Quod quidem per alios palàm facit sermones:Humiliaui in ieiunio animam meam,& caro mea immutata est propter oleum.Item,Oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.Et:Lauabo per singulas noctes lectum meum , lachrymis meis stratū meum rigabo. Sic itaque & nunc ait: *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ.*) Pro ira autem Aquila & Symmachus concorditer interpretati sunt.A facie fremitus tui.Sufficiebat,inquit,mihi is fremitus qui editur per tuas & quidē augustissimas scripturas, & per prophetam Nathan comminatio.Ideo à facie fremitus tui meipsum ita castigaui, vt afflixerim meam carnem vehementer, & ossa mea pacem à facie peccatorum meorū non habeāt, pro quo Symmachus,propter peccata mea,interpretatur. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus sum usque in finem ualde.*) Quoniam, ait , hæc à me perpetrata sunt , ob hæc miser factus sum & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar . Per hæc autem exprimit ea quæ passus est , & quemadmodum ipse sese castigauerit , non vnum in se tantum accusans peccatum , sed aceruatim multa,& tanta,vt ea non siuerit in intimo animæ recessu occuli , neu intra corpus delitescere,sed ipsum supergressa sint,adeò vt omnibus iam manifesta sint.Ipse igitur suiipsius accusator

βέλη λογικά.

παράδειγμα ex collatiõe

καθίκω μὲν καθικνῶνται attigerunt vel attingunt.

Symmachꝰ & Aquila.

ἕως τέλους σφόδρα.

A accusator primus erat in principio sermonis,& coram omnibus seipsum accusat , vt & in ipso impleatur illud:Iustus accusator est sui ipsius,præueniens quencunque hominem accusatorem:ipse quidem sese condemnauit,ora verò inimicorum omnia sic oppilauit, vt aliud nihil reliqui iam haberent , quod aduersus eum obiicerent.Docet item nos hic sermo vt ne nostra ipsorum mala obtegamus:& ne patiamur vt quasi quoddam atramentum aut putrilago,peccata in imum animæ fundum sidant & comprimantur,quæ veluti cauterio notam inurant conscientiæ,quemadmodum in febre : quæ si intro altiùs ve serpat,morbum longè validiorem facit:Si verò in apertum se promouerit,spem remissionis veluti indice promittit.Sic & animæ contingit.Et aliud etiam quid Dauid in seipso expertus docet,dum ait:Et
B sicut onus graue grauatę sunt super me. Ipsius enim conscientiam ea quæ ausus fuerat admittere,grauabant adeò, vt ob animi generositatem & gratitudinem illa ferre non posset. Qui enim inexorabilis & obduratus fuerit , secundum duriciam suam & impœnitens cor, thesaurizat sibi iram in die iræ adiungens peccatum peccato , & propria adaugens mala. Etenim peccator quum in profundum malorum venerit,contemnit.Contra,qui probæ est mentis,si interim vel semel per diaboli surreptionem offenderit,eius conscientia maximopere grauatur,vt quod admisit tacere aut occultare nequeat.Ex abundantia enim cordis os loquitur.Ex quo minimè ferens propheta silentium,quæ se premerent mala, euulgauit dicens:Et sicut onus graue grauatæ sunt super me.Palam est autem,quoniam iniquitates meę,
C & rursus: *Putruerunt cicatrices meæ , à facie insipientiæ meæ.*) Insipientiam,stultum suum factum nominat,ab insipientia procedens.Omne enim peccatum per stultitiam fit:virtus autem quoniam ipsa prudentia est,quæcunque secundum ipsam fiunt , laude ac virtute digna declarat.Sed & ea quæ per prudentiam fiunt,sanitatem animæ gignunt .Imprudentia verò & vulnera & cicatrices operatur . Qui igitur in peccatis perseuerant , inque eis consistentes gaudent & se oblectant ac deliciantur , nihilo dissimiles porcis sunt sese in volutabro luti prouoluentibus.Qui verò semel quidem lapsus,dein ad se collectis viribus rediit,eius quod admisit immundiciam quasi rem grauissimè olentem atque fœdam abominatur.Tale igitur
D quid se passum esse Dauid,conscientiæ sanitate resipiscens fatetur dicens: Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.Quoniam igitur supergressæ sunt iniquitates multiplicatæ,ita vt capite superiores factæ grauatæ sint super me,& putruerunt & corruptæ sunt:huius rei gratia curans meipsum,miser factus sum & incuruatus vsque in finem: & non ad vnum diem,neque ad breuē horam,sed tota die contristatus ingrediebar : aut secundum Symmachi interpretationem,tristis ambulabam:non cōtemnens quæ admisi:neque quasi rex elati animi,quòd nullius subessem iudicio , magis verò præ timore ac fremitu tuo,tota die contristatus ingrediebar. *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus , & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum ualde , rugiebam à gemitu cordis mei . Domine ante te omne desiderium meum , & gemitus meus à te non est absconditus.*) Pro eo, quod dicitur : Lumbi
E mei impleti sunt illusionibus,Aquila interpretatur:Impleta sunt latera mea ignominia. Ob hæc itaque in memoriam cum venisset eius turpissimi facti , & pars animæ sensitiua doleret,hæc dixit: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Sed cur putruerint, addit , dicens: *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus.*) Vel si mauis dicere: Latera mea ignominia:Innuit ex hoc,turpis facti speciem.Deinde suas refocillans ac resarciens vires,ait:Non est sanitas in carne mea: Quandoquidem lumbi mei impleti sunt illu-
F sionibus.Ideo ait ad eorum pœnitentiam quæ nequiter gessi,progressus , meam carnem castigo plectóque,eóque dico:Non est sanitas in carne mea,vt possit quandoque correctus dicere:Etiam si exterior homo noster corrumpatur,interior tamen renouatur de die in diem, vt apostolus dicebat.Superiùs dicebat: Non est sanitas in carne mea . Deinde subdit : Afflictus sum & humiliatus sum valde.Hoc enim paulòantè aliter expressit his verbis: Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem . Proprium est hominum prudentium , ob ea quæ peccando admiserint præsumpta quapiam cogitatione aut surreptione inimici,non se efferre,sed pudore aspergi potiùs & erubescere & veluti stimulis conscientiam pertundere,seque gerere submissius atque humiliari . Dauid igitur post hæc ait : Rugiebam à gemitu cordis mei. Vel secundum Aquilam , fremebam à fremitu cordis mei . Non vt multis manifestus fiam,ore tantum fateor,sed corde ipso clausis oculis tibi soli respicienti arcana,mecum ipse rugiens,ostendo meos gemitus . Non enim multis verbis mihi opus ad confessionem , ad quam & cordis mei suspiria , & ex animæ penetralibus imis ad te deum meum transmissi

Mala nõ esse velanda.

γνῶμαι ex contrariis.

A facie insipiẽtiæ meæ. γνώμη.

Collatio.

ὁμοίως

λαγόνες.

ἀνακτώμενος.

ναυσὶν memorabilis.

Confessio cordis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

queſtus ſatis exiſtunt.Sed & deſiderium meum de mea ipſius ſalute coram te deus meus ho G
neſtum ac bonum videri poteſt. Neque enim coram te erat deſiderium meum, tunc quum eſſem malorum eiuſmodi cupientior. Nunc verò quando cuncta facio humiliatus ac lugẽs ex gemitu cordis mei,téque deum ſeruatorem ac medicum adipiſci deſidero,ante te eſt deſiderium meum. Et gemituũ meorum cauſam tu minimè ignoras. Nôſti enim quòd ſuſpiria tuam decentia benignitatem ad te emitto:quoniam non mortem ſed pœnitentiam peccatoris expetis: eóque dico: *Et gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longè ſteterunt, & uim faciebant qui quærebant animam meam.Et qui inquirebant mala mihi:locuti ſunt uanitates, & dolos tota die* H *meditabantur.)* Quum priùs indicauerit in inſcriptione,quòd vtique ea ſibi fuerit ad recordationem,meritò reputat & reuocat ad memoriam quæ multò antè ſibi accidiſſent. Docet autem in quibus fuerit,cum incideret in peccatum.Cuius gratia omnem quoque hanc confeſſionem edit,dicens:Miſer factus ſum & curuatus ſum,& contriſtatus ingrediebar,& humiliatus ſum,ac rugiebam à gemitu cordis mei.Ad hæc omnia deueni. Quoniam enim tẽpore aliquo cor meum conturbatum eſt, & dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.Tempore enim,inquit,peccati,pars animæ rationis particeps haud modicam ſuſtinebat perturbationem prauo cõfuſa affectu,& tenebris ab eo qui peccati fuit impulſor obducta:adeò vt in inſipientiam inciderit.Ideo ſuperiùs dicit,Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.Conturbatum itaque cor eius: I
quoniam in inſipientia fuerat,& à virtute prudentiæ exciderat. Opera enim inſipientiæ fecit,tunc verò dereliquit eum virtus eius.Non enim id temporis poterat dicere.Omnia poſſum,in eo qui me† potentem facit,J videlicet Chriſto,ab affectu concupiſcentiæ victus viribuſque animæ deſtitutus.In his enim qui probé & ſecundum virtutem agunt,ſpiritus admodum promptus eſt,caro autem infirma.In his verò qui vincuntur à vitiis caro quidem, ex contrario ſe effert & inualeſcit viribus, anima infirma eſt & debilis. Tunc igitur (ait) quum peccaui, cor meum conturbatum eſt, & dereliquit me virtus mea, & aliud quiddam perplexum & graue circa me euenit. Lumen enim oculorum meorum (hoc ſanè erat K
propheticus ſpiritus, ipſius animæ aſpectum illuſtrans) & ipſum non erat mecum. Reliquerat enim eum, & ſe ab ipſo ſubduxerat, quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubiecto peccatis. Sanctus enim diſciplinæ, dolum fugiet ſpiritus,& auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu.Hic igitur ſanctus ſpiritus ſimul vt ab illo ſeceſſerat,reliquit eum deſolatum,poſt eius cordis turbationem & debilitationem virium animæ ipſius. Tunc enim & lumen oculorum ipſum deſolatum orbúmque reliquit:Quin & illi qui priùs erant amici & proximi eius & omni tempore cum eo ſimul vixerant ipſo deſerto longiùs ab eo reſtiterunt:non iam cum illo volentes viuere, deflentes interim,vt par erat,amici calamitatem. Qui autem illi erant,niſi qui in prioribus L
bonis eius gaudebant,angeli videlicet boni & miniſtri dei ſuper hominum ſalute gaudere aſſueti.Nam & ſuper peccatore pœnitente gaudium in cœlis oritur:& immittet angelus domini in circuitu timentium ipſum.Et hi igitur ſunt omnes Dauidis amici, qui tempore ipſius peccati ſeſe auertentes diſceſſerunt,non tamen eum omnino deſeruerunt. Longè verò ſtantes vehementer dolebant:quòd & ipſemet docet,dicens:Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt:& qui iuxta me erant,de longè ſteterunt. Quibus procul factis à me quidam alij qui peccato cooperati fuerant,prope me conſtiteruntvim faciebant,animæ inſuper meæ illudentes.Ideo ſubdit:Et vim faciebant quærentes mala mihi, loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditati ſunt. Hi enim quum non ita pridem M
ſitiſſent meum ſanguinem, optaſſentque tanto iam tempore meam ſpectare ruinam, velut occaſionem nacti,cum viderent quod me mea virtus deſeruiſſet,ſeque ſubtraxiſſet à me lumen oculorum meorum,& quòd amici mei,& qui vicini antea fuerant, à longè ſtetiſſent, hi facto mox inſultu animæ meæ vim attulerunt:& velut ij qui ſuapte ſponte ad malignitatem propendent, vanitates ſunt locuti, ſermone vanos ac futiles animæ meæ ſuggerentes, ſed & doloſa blandicia demulcentes ac voluptate me decipientes, & quaſi prætenta quadã illecebra rerum in ſpeciem bonarum ineſcabant prolicientes me ad peccatum. Ideo ſubdit:
Et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.) Poſtquam enim

διανοητικὸν

† ſiue cõfortat. Δόγμα ex contrariis.

ὑπόστασιν.

A enim qui meam quærebant animam inuenerunt eam,dein inuentæ illuſerunt,malis inſuper meis inſultabant ſuis ſubſannantes cachinnis.Adhæc tota die vanitates loquebantur. Inſuper cum me deſertum ab amicis conſpicerem,verecundiæ plenus non potui quicquam dicere:ideo quaſi ſurdus non audiebam.Sed ille ego qui quondam vir fueram dicendi peritiſſimus & præſenti ſapientia ſermonis inſtructiſſimus,factus ſum quaſi ſurdus,& ſicut mutus non aperiens os ſuum.Nullus,inquit,mihi ſermo ad excuſationem ſuppetebat, quo reſpondere poſſem.Non habebam quæ inimicis depromerem,ſemel ab eis victus: ſed eram veluti homo non audiens, nec habens in ore ſuo redargutiones. Arguebar ipſe & non redarguebam,nec fidutiam loquendi habebam verecundia coopertus. *Quoniam in te domine ſperaui,*
B *tu exaudies me deus meus. Quoniam dixi: Ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.)* Quæ verò mihi contigerunt,hæc ſunt,ideo factus ſum ſicut ſurdus non audiens,& ſicut mutus non aperiens os ſuum:& ſicut homo non habens in ore ſuo redargutiones.Idcirco nihil aduerſus inimicos dicebam, vti ab eis ſuperatus:non tamen ob hanc calamitatem,ſpem à me abieci. Quin potiùs meum ipſius collegi denuo animum,quum à peccato perinde ac à morte deſiliiſſem confeſſionis medicina meum ipſe vlcus curans. Iam tandem meas haſce cicatrices quæ per inſipientiam meam ad putrilaginem ſunt promotæ,cupio magnopere curari,ideóque in te domine ſperaui:Non propriæ confiſus virtuti: nec aliam vllam præter te ſpem ante oculos mihi ponens,ea quæ ſunt
C ſanitatis mihi præſcripſi.Quoniam ergo ſperaui domine:ſpes verò non confundit,propterea exaudi.Nam,volens miſericordiam tu es:&,non vis mortem peccatoris, ſed ipſius pœnitentiam:quapropter ſperaui in te:ſupplex oro vt tuum aſſequar auxilium. Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei.Nõdum enim omnino gauiſi ſunt. Supergaudebunt autem, niſi tuam aſſequar miſericordiam. Sed vt ne ſupergaudeãt mihi inimici mei: qui iam priùs dum commouerentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt, ad te confugi, & dico: Non confundar in æternum,neque irrideant me inimici mei.Et rurſus dico:Ad te domine clamabo,ne ſileas à me,& aſſimilabor deſcendentibus in lacum:& reliqua quæ in aliis pſalmis dicta mihi ſunt,præcipuè in ſupplicatione colligens meipſum,peto vt præſens abs te conſe-
D quar auxilium.Etiam ſi maximè commoueri meos contigit pedes quo tempore cor meum conturbatum eſt,& dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum non erat mecum:ne ſic tamen in eoſdem errores reuolutus ſum prorſus, nec talem dedi ruinam, qualem deficientes à fide ſolent:quoniam eodem illo tempore quo pedes mei commoti, & aduerſus me magna locuti ſunt inimici mei,vt ne immodica complosione manuum mihi inſultarent, ad te deum tanquam ad ſalutis portum confugi, quique perturbationes animæ hominibus alioqui incurabiles poſſis ac ſoleas curare. *Quoniam ego in flagella paratus ſum, &* *dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.*
Et ab initio quidem dixit: Ne in furore tuo arguas me:nunc ait: Quoniam ego in flagella
E paratus ſum.Iram ergo ac furorẽ quidem deprecatur,paratum verò ad flagella ſe dicit. Nouit enim, quòd quem diligit deus, caſtigat:Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Quamobrem generoſè tulit flagella,quæ per calamitates alias aliis ſuccedentes poſt peccatum ei euenerunt,quas regnorum complectitur hiſtoria.Et dolor meus contra me eſt ſemper.Multi enim priorum peccatorum obliuione capiuntur, nullam eorum habentes rationem:imo & contemnentes,quaſi nulla de his expetenda olim ſit vltio. Contra,quiſquis ob oculos habet iugiter illud dei tribunal, ſibíque certa fide perſuaſit, quòd coram tribunali Chriſti omnibus ſit comparendum: vt referat vnuſquiſque,quæ per corpus hoc geſſit, ſiue bonum,ſiue malum,in anxietate continuò conſiſtebat: & hunc animæ ſuæ dolorem ſanare meditans,ipſe ſeſe per confeſſionem deo accuſat.Ideo ait:Et dolor meus contra me eſt ſem
F per.Quoniam iniquitatem meam ego annunciabo,& cogitabo pro peccato meo.Sanè voces iſtiuſmodi animæ ſunt prorſus fidelis,& quæ ſibi certiſſimè perſuaſerit iudicium dei futurum. *Inimici autem mei uiuunt, & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè. Qui retribuebant mihi mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus, ne diſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum domine deus meus ſalutis meæ.)* Omnium inimicorum ſuorum reminiſcitur, qui ſe ad peccatum traxerunt. Orat, ſupplicátque domino,ne à ſe diſcedat.Videbat enim aduerſarios etiam nunc ſe circunſtantes,ſeque adorientes,nec priore aduerſus eum audaci congreſſu contentos,eóque prætrepidus,ne iterum in eoſdem relaberetur, prouidè admodum ait: Inimici autem mei viuunt.

τῇ παρούσῃ σοφίᾳ σεσοφισμένος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim sunt mortui, neque vbi semel in me quiduis moliti sunt, sic abierunt. Propterea G
scriptum est: Ne beatum dixeris virum ante ipsius mortem. Viuunt, sed quotidie inualescunt plures contra me existentes: multiplicati sunt enim qui me oderunt, qui retribuunt mala pro bonis, qui nondum desinunt me calumniari, mihique detrahere bonam salutarémque viam persequenti, animæ meæ saluti inuidentes. Huius rei gratia oro obsecróque, ne derelinquas me domine. Neque enim solus possim aduersus tot hostes resistere. Tu igitur deus meus, ne discesseris à me, potiùs mihi ades auxilio, meæque custos salutis, Amen.

IN PSALMVM QVADRAGESIMVMQVARTVM, *in finem pro iis qui immutabuntur, filiis Core ad intellectum, Canticum pro dilecto. Eructauit cor meum uerbum bonum.* H

Videtur & hic quidem psalmus perfectionem quandam humanæ vitæ simúlque vtilitatem iis, qui ad præstitutum sibi finem secundum virtutem viuere statuerunt, tribuere. Proficientes enim doctrina opus habent quę illos ad perfectionem promoueat, quam & hic exhibet psalmus inscriptionem habens: In finem pro iis qui mutabuntur. Tectè verò dixit, pro hominibus. Nos enim præter omneis creaturas rationis participes, maximè alterationib⁹ ac mutationibus singulis ferè horis obnoxij sumus. I
Neque enim corpore, neque mente iidem continuò similésque nobis existimus. Sed corpus quidem nostrum semper fluxum ac deciduum ex assidua redditur motione & immutatione. Aut enim à pumila & exili statura prouehitur ad maiorem, aut à perfecta iam ad minorem contrahitur. Non enim idem est puer ad ludum præceptoremque iens, & probè se ad
παιδίον, παῖς, ἔφηβος, ἀνήρ, γέρας. percipiendas artes & disciplinas habens, ac ille qui nuper est natus infans. Alius rursus ab hoc irrefragabiliter est ephebus puber siue adolescens, qui iuuenilibus aptari iam potest. Respectu item huius alius vir factus, & magnitudine & robore corporis & rationis complemento. Cum verò ad summum ætatis vigorem statúmque peruenerit, rursus paulatim K
incipit se subtrahere ad id quod est minutius, habitu corporis sensim clámque nobis defluTitulus psalmi. ente ac eiusdem neruis sese contrahentibus, donec per senectutem incuruatus vltimam virHomo, non item angel⁹ mutabilis. rium subtractionem sustineat. Nos ergo ij sumus qui mutamur. Et profectò sapienter nos homines hic psalmus per hanc vocem insinuauit. Non enim angeli mutationem patiuntur. Nullus enim apud illos puer, neque adolescens, neque senex, sed in quo ab initio creati sunt statu, in hoc perpetuò remanent, seruata simplici & eadem immutabili propriæ naturæ substantia. Nos autem mutamur, quod quidem secundum corpus ostendimus: secundum verò animam & interiorem hominem continuò etiam, vnà cum accidentariis rerum euentibus sententias mutamus. Alij nanque sumus, lætitia & gaudio perfusi, dúmque res cunctæ ad vitam hanc expetendæ proueniunt secundiore flatu. Alij calamitatis tempore, & si quid L
contra nostrum acciderit votum. Mutamur item in iracundia, statum quendam ferinum sumentes. Mutamur & in concupiscentiis instar brutorum per vitæ voluptatem effecti. Equi insanientes in fœminas facti sunt, inquit, erga vxorem proximi insaniendo. Vir dolosus vulpeculæ similis redditur, quemadmodum Herodes. Impudens verò canis appellatur, sicuti Nabal Carmelius. Viden', quàm variegata sit ac multiformis nostra immutatio? Admirare igitur eum, qui commodè adeò & conuenienter hanc nobis appellationem coaptauit. Quarè vnus aliquis interpretum pulchrè ac sagaci coniectura mihi videtur vsus, dum
Pro liliis. sententiam scripturæ eandem siue sensum aliis verbis expressit. Nam pro eo quod est, pro M
his qui immutabuntur, dixit pro liliis, florem videlicet præter omnes alios citò pereuntem dignum putauit, qui naturæ humanæ labili ac deciduæ fragilitati comparetur. Quoniam verò in futurum tempus hæc vox deuergit & inclinatur (dicitur enim pro mutandis, velut hac mutatione aliquando tandem nobis apparitura) consideremus, ne fortè resurrectionis nobis rationem modúmque innuat, in qua mutatio nobis dabitur, mutatio inquam in melius, vt quæ spiritualis erit. Seminatur, inquit Apostolus, in corruptione, surget in incorruptione. Vides immutationem? Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Vidés ne mutationem hanc?

Ea porrò

A Ea porrò fiet, quum omnis nobiscum immutabitur corporalis creatura. Etenim cœli quoque ipsi vt vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabit eos deus, & mutabũtur. Tunc & sol erit septuplo maior, vt ait Esaias: & Luna tanta erit, qua nunc est Sol amplitudine. Quãdo enim verò non omnibus eloquia dei scripta sunt, sed habentibus aures secundũ interiorem hominẽ inscriptionem huic indidit psalmo: Pro his qui immutabuntur iis videlicet (ita enim arbitror) qui sui ipsorum sedulò gerunt curam, quique per exercitia religionis maiore semper incremento virtutum promouent. Hæc ipsa est longè optima immutatio, quam nobis prærogat ac largitur dextera domini, qua beatus quoque Dauid cohonestatus est, quando degustatis virtutum bonis ad anteriora se extendit. Quid enim inquit? Hæc est
B mutatio dextræ altissimi. Quare is qui ad virtutis complexum proficit, nunquã non immutatur. Quãdo enim, inquit, eram paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Et iterum cũ vir factus esset, non constitit in certa aliqua operatione, sed oblitus eorum quæ à tergo erãt, & ad anteriora se extendens, ad destinatum scopum persequutus est ad brauium supernę vocationis dei. Mutatio igitur vera ac propria, interioris est hominis, qui de die in diem renouatur. Quoniam verò propheta noster in hoc psalmo nuntiaturus erat ea quæ de dilecto Cur filius Core inscriptus Psalm⁹ canticum ꝓ dilecto.
C sunt, qui dispẽsationem incarnationis pro nobis hic videlicet suscepit, pro his qui se dignos tanto hoc beneficio reddiderint, dicit se edidisse filiis Core hoc Canticum. Canticum enim est, non psalmus, quoniam nuda voce sine assonantis musici instrumenti harmonia, cum vocis alioqui concinna modulatione emittitur. Sanè Canticum pro dilecto. Tibine hunc ego enarrem, quem hic dicat scriptura dilectum, an verius ipse sermoni meo anteuertis probè conscius, nempe eius ex euangelio vocis memor? Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Dilectus enim patri quasi vnigenitus, creaturæ autem omni quasi pater humanus & bonus præses. Idem autem natura est & dilectum bonum. Ideo rectè quidam bonum esse definierunt, quod omnia expetunt. Non enim cuiusuis est ad charitatis vsque progredi posse ac prouehi perfectionem & eum quiuisse agnoscere, qui verè est dilectus, sed eius qui veterem hominem contaminatum concupiscentiis fallacibus & subdolis exutus, nouum fuerit indu
D tus, renouatum ad agnitionem secundum creatoris imaginem. Quoniam qui pecuniam amat, & circa corruptiuam ac deciduam corporis pulchritudinem stupore corripitur, & præsentem gloriolã tãti adeò æstimat, simul & potẽtia dilecti ad ea quę nihil minus conueniebat, insumpta, is planè cæcutit ad istius verissimè dilecti contemplationem. Ideo dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua. Hoc autem quod Ex omni, dicit, diuisionem in alia nullam admittit. Quantum enim dilectionis in hęc inferiora insumpseris, tantum necesse sit vt ei adimas quod totum est: eó- Amici dei pauci.
E que pauci ex omnibus amici dei appellati sunt, quemadmodum scriptum est Mosen fuisse amicum. Et, vt Ioannes: Amicus enim sponsi (inquit) stans gaudio gaudet: hoc est, qui stabilem atque immobilem in Christum charitatem retinet, hic dignus est ipsius amicitia. Idcirco discipulis iam perfectis dominus ait: Non iam dico vos seruos, sed amicos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Viri igitur perfecti est eum nosse, qui verè est dilectus. Re enim vera soli amici dei & inter se mutuiter sunt sancti. Nemo enim improborum aut stultorum amicus est. Nam amicitiæ probitas in prauum nequaquam cadit affectum: quoniam nihil turpe aut inconcinnum in amicitiæ concordiam venire potest. Malum enim non so- γνῶμαι.
lum bono est repugnans & contrarium, sed & ipsum sibi. Sed iam progrediamur ad excutienda psalmi huius verba. E*ructauit cor meum uerbum bonum.*) Nonnulli existimauere ex patris Aggressio enarratiõis Persona huius psalmi.
F persona hæc dici, de verbo existente apud eum in principio: quod velut ex bono corde ait, & ex ipsis visceribus processit, & ex bono corde bonum verbũ prodiit. Mihi autem ad prophetę personã referẽda esse videntur. Nam quæ deinceps hanc consequuntur sententiam, non iam secundum analogiam eduliorum similiter explanant nobis de patre narrationem. Neque enim de sua ipsius lingua diceret pater: Lingua mea calamus scribę velociter scribentis: speciosus forma præ filiis hominum. Non enim pulchritudinis excellentiam ex comparatione γραμματέως ὀξυγράφου.
ad homines habet. Procedens ait: Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Non dixit, vnxi te ego deus, sed vnxit te deus, vt per hoc declararet aliam à patre esse personam, quæ hæc edisserit. Quæ porrò alia esse possit, quàm ipsius prophetæ qui in se cùm recepisset efficacem vim & operatoriam spiritus sancti, ait: E*ructauit cor meum uerbum bonum.*) Quum eru- Finitio ructus siue eructationis.
ctatio siue ructus flatus sit arcanus quidem ille & occultus, qui erumpẽtibus bullulis sursum

Universidad de Deusto
Biblioteca

λογικὴ τροφή. Verbum bonum.

versus difflatur & expirat per sumpti alimenti feruorem, isq; nutritus viuo illo pane qui de G
cœlo descendit, & dat vitam mundo, & plenè exatiatus omni verbo quod procedit ex ore
dei secundum consuetam scripturæ tropologiam: anima sanè sacris educata disciplinis con
uenientem & accommodatam sumptis eduliis emittit eructationem. Quoniam ergo spiri-
tualis erat optimáque nutritio, verbum bonum propheta eructauit. Bonus nanque homo ex
bono cordis sui thesauro bonum profert. Quæramus itaque & nos ex verbo cibum ad exa-
tiandas nostras animas. Iustus enim, inquit, comedens explebit animam suam, vt quibus nu

Atten. hæc Lutherani.

trimur, non quodcunque verbum, sed bonum remittamus. Improbus verò quum improban
dis dogmatibus sit enutritus, ex corde eructat improbatę prorsus verbum doctrinæ. Vidésne
tu, qualia eructat os impudens hęreticorum? quàm perplexa & graueolentem spirantia me- H
phitim? Planè non hæc mediocrem arguunt morbum quendam in imo secessu pectoris de-
litescere. Nam malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum. Prouide igitur, te
obsecro, ne sic tu auribus prurias, vt eos tibiipsi coacerues magistros, qui imis viscerum tuo-
rum fibris morbum inserant & admoliantur, conciliéntve tibi verba prauam doctrinam e-
ructantia, gratia quorum die illo iudicij sententiam aduersum te damnationis merito tuo
excipias. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. *Dico ego opera*
mea regi.) Vt psalmi huius intelligentiam ad personam transscribamus prophetæ, maximo-
pere inuitat nos ac prolicit verbum hoc: Dico ego opera mea regi: hoc est, Confitebor iudi-
ci, accusatori futuro anteuertens, quæ ipse admiserim referens. Ipsi enim mandatum accepi- I
mus, quod habet: Dic tu prim⁹ iniquitates tuas, vt iustificeris. *Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis.)* Sicut enim calamus instrumentum est delineandæ scripturæ accommodum,
ipsum manu viri periti promouente ad eorum quæ scribenda sunt charactères exprimẽdos:
sic & lingua iusti spiritu sancto eam mouente, cordibus credentium verba inscribit vitæ æ-
ternæ, tincta quidem non atramento, sed spiritu dei viuentis. Scriba igitur spiritus sanctus
quoniã sapiens est, & omnes docens. Velociter scribens. Velox enim mẽtis motus est. Inscri-
bit autem nobis spiritus sanctus, non in tabulis lapideis, sed tabulis cordis nostri carneis.
Verùm iuxta proportionem latitudinis cordis plura vel pauciora inscribit cordibus sanctus
ille spiritus, aut manifesta omnibus, vel certè obscuriora pro modulo apparatus, quo quisq; K
expurgauit cordis domicilium. Ob celeritatem verò eorum quæ sunt scripta, denique ple-
nus orbis terrarum euangelio factus est. Quæ sequitur proximè sententia visa mihi est aliun
de sumere principium, nec hactenus dictis debere connecti, sed confœderanda sequentibus.
Illud enim. Speciosus forma, ad dominum referri dicíve puto, secundum personæ apostro-

κατ' ἀποστροφήν. Speciosus forma.

phen. *Speciosus forma præ filiis hominum. Diffusa est gratia in labiis tuis.)* Vt ita sentiamus, nos eò
inuitat tam Aquila quàm Symmachus. Ille quidem, quãdo dixit pulchritudine eximia per-
ornatus es præ filiis hominum. Symmachus verò: Pulchritudine pulcher es præ filiis homi-
num. Speciosum igitur forma dominum appellat, quum aciem mentis pressiùs intendisset
in eius diuinitatem. Non enim carnis pulchritudinem laudat. Nam scribitur: Vidimus ip- L
sum, & non habebat speciem neque formam, sed eius species ignominiæ & dedecoris plena
fuit. Palàm itaque est quòd propheta hic inspecta claritate filij & illinc resilientis splendoris
irradiatione copiosè circunfusus, animámque habẽs hac tanta pulchritudine perculsam atq;
perstrictam, ad diuinum amorem spiritualis illius pulchritudinis promotus est, quæ vbi se-
mel humanæ affulsit animæ, cætera omnia quæ eatenus diligebantur, turpia esse conspiciun-
tur & reiectitia. eóque Paulus simul vt vidit hunc speciosum forma, omnia duxit stercora
esse, vt Christum lucrifaceret. Nam qui externi sunt & alieni à verbo veritatis, nominatim
dicunt stultitiam esse euangelij prædicationem, humilem & in speciem abiectam sacri elo-
quij phrasin nihili ducentes. Nos contrà, qui gloriamur in cruce Christi, quibus palàm facta M
sunt per spiritum omnia, quæ à deo nobis sunt data, non quidem in doctis humanæ sapien-
tię verbis, nouimus diuitem esse gratiam, quæ à deo nobis est in sermonibus Christi effusa.
Quamobrem breui tempore in vniuersum propè terrarum orbem hæc permanauit prædica-
tio: quòd diues admodum, luculenta & confertim locuples gratia in eos effusa est euangelij
præcones, quos scriptura nominauit labia Christi. Quapropter in contemptibilibus dictiun
culis multam vim persuadendi, imò & pertrahendi habet euangelij prædicatio, adeò vt eius
dogmatis nulla ratiocinatione conuellendis siue mutãdis perdomita sit anima omnis, & per
gratiam in inconcussa Christi fide confirmata. Vnde & ait Apostolus: Per quem accepimus
gratiam & apostolatum ad obediendum fidei. Et rursus: Abundantius illis laboraui, nõ ego,
sed

A sed dei gratia quæ mecum est. *Diffusa est gratia in labiis tuis, hac de causa benedixit te deus in-*
æternum.) Scriptum est in euangelio, quia admirabantur super verbis gratiæ, quæ ex eius
ore procedebant. Quamobrem manifestè psalmus multitudinem gratiæ verborum domini
nostri Iesu Christi ostendere volens, Diffusa est gratia in labiis tuis, ait, propter exuberantem
copiam gratiæ, quæ est in sermone. Benedixit te deus in æternum. Manifestum quòd ad hu-
manitatem ista referre oporteat, secundum quod & sapientia, & ætate, & gratia proficiebat.
Secundum hanc etiam num humanitatem liquet intelligi oportere prærogatam ei gratiã,
ceu præmium heroicorum operum. Simile autẽ est & huic: Dilexisti iustitiam, & odisti ini-
quitatem: quapropter vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Cui si-
B mile est & hoc quod Paulus scribit ad Philippenses: Humiliauit seipsum vsque ad mortem,
mortem autem crucis: propter quod deus exaltauit illum. Ex quo palàm est quòd hæc de ser-
uatore vt homine dicuntur, aut quòd ecclesia corpus est domini, & ipse caput ecclesiæ: quẽ-
admodum interpretati sumus labia esse Christi eos, qui diuini verbi sunt ministri, sicut Pau
lus in se Christum habens loquentem, & si quis illi virtute assimilis fuerit. Sic demum reli-
qua corporis Christi membra quotquot ad vnum credimus. Si quis ergo datam ecclesiæ be-
nedictionem ad dominum retulerit, is vtique neutiquàm errauerit: Benedixit te deus: hoc
est, membra tua & corpus tuum refersit bonis suis in seculum, hoc est in infinitum. *Accinge-*
re gladio tuo super femur tuum potentißime. Specie tua & pulchritudine tua.) Putamus sanè & hoc ad
C dei verbum tropicè referri, vt carni coniũgatur, quod est efficax magis & penetrabilius om
ni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq;
& medullarum, discretor cogitationum & intentionum cordis. Quoniam femur signum
est eius humanæ genealogiæ, ipsæ (inquit scriptura) egredientes animæ ex femore Iacob. Vt
itaque vita, & via, & panis, & vitis, & vera lux, & aliis eiusmodi sexcentis dominus noster
Iesus Christus nominatur: sic & gladius diuidens partem animæ affectibus seruientem, &
motus concupiscentiæ mortificans. Deinde quoniam deus verbum carnis debilitati sese cõ-
iuncturus erat, pulchrè additur, potentissime: quoniam maximæ potentiæ demõstrationem
habet, posse deum in natura esse humana. Nam cœli & terræ constitutio, maris & aëris & ma
D ximorum elementorum generatio, & si quid supra mundum intelligitur, & si quid subtus
terras vsquam reperitur, non hæc vsqueadeò euidenter exprimunt diuini verbi potentiam
quantum dispensatio assumptæ carnis, & ad humilitatem vsque debilitatémque nostram
suscipiendam condescensio. *Specie tua & pulchritudine tua.)* Species à pulchritudine differt.
Id enim speciosum dicitur, quod accommodum & necessarium proprio vigori tempus ex-
pleuit, vt frumentum id tandem dicitur speciosum, quod maturum & ad messem est para-
tum. Speciosus insuper vitis fructus qui ad sui perfectionem, per reuolutionem annui tem-
poris maturè concoctus est, & esui accommodus. Pulchritudo autem consistit in concin-
na membrorum compositione, ex se efflorescentem gratiam obtinens. Accingere igitur gla
E dio super femur tuum potentissime, specie tua, hoc est, plenitudine temporis opportuni, &
pulchritudine tua, id est, contemplabili tua & intelligibili diuinitate. Illa demum vera pul-
chritudo est, quæ cognitionem omnem, omnèmque supergreditur potentiam, vt quam sola
possis mente contemplari. Nouerunt autem ipsius pulchritudinem eius discipuli, quibus se-
orsim à turba parabolas soluit. Viderunt & huius pulchritudinem Petrus & filij tonitrui, in
monte fulgentem supra solis splendorem, & exordia ipsius glorioſi aduentus oculis comprẽ
dere digni sunt habiti. *Intende* (inquit) *& prospere, procede, & regna.)* Hoc est, hominum curã
per carnis dispensationem aggressus, diligentiam impende constantem, perennem nec ali-
quando desituram. Hæc enim & viam, & cursum prædicationi præbebit, & neminem non
tuo subiget imperio. Nec id nouè dictum nobis videri debet, quòd imperatiuè dicit: Prospe-
F rè procede siue prosperè progreditor, ob scripturæ consuetudinem hoc modo figurantis ea
quæ optantur. Nam & imperatiuè dicitur: Fiat voluntas tua, pro vtinam fieret: & Aduenìat
regnum tuum, pro vtinam adueniret. *Propter ueritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & de-*
ducet te mirabiliter dextera tua.) Rursus hic sermo figuratus est, perinde ac dominus hæc ca-
piat mercedis loco, nempe prosperè procedere, regnare propter veritatem, & mansuetudi-
nem, & iustitiam. Oportet enim sic intelligere, quòd quia res humanæ interuersæ sunt men-
dacio, vt seras veritatem, regna in hominibus peccato subiectis: vt cum tu sis ipsa veritas &
mansuetudo, omnes exemplo tuo ad mansuetudinem & bonitatem reducãtur. Ideo domi-
nus dicebat: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Quin & istius mansuetudinis ar-

Diffusa est gratia in labiis tuis.

Accingere gladio. δυνατὸ ὁ potens.

τῆς κατὰ τὴν γένεσιν ἐνεργείας.

τὸ ὡραῖον. τὸ κάλλος.

 gumentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gumentum re ipsa exhibebat. Nam contumelia lacessitus tacebat, flagellis cæsus sustinebat. G
Et deducet te mirabiliter dextera tua.) Non columna nubis, non ignis illustratio, sed ipsa tua de-
Sagittæ acutæ. xtera. Sagittæ tuæ acutę potētissimæ. Sagittæ potentis acutæ sunt sermones solerter & ingenioſe excogitati audientium corda pertingentes, animásque probè sensatas ferientes atque
sauciantes. Verba nanque sapientium stimuli sunt boum. Ex quo Psalmista cupiens quando-
que à dolosis hominibus suæ ætatis & generationis liberari contra dolosam linguam, sagit-
Carbones desolatorij. tas potentis acutas in remedium exquirit. Quærit item carbones sibi adesse desolatorios, Vt
quorum corda ob duriciem callosam spirituales sagittę non contingant, his paratum sit sup
plicium, quod carbones desolatorios appellauit. Quicunque enim se priuarunt dei prę sentia,
his carbonum desolatoriorum apparatus necessarius est. Nunc igitur sagittæ tuæ acutæ. His
sagittis quæ fidem amplexatæ sunt animæ, sauciantur, & quæ summa in deum exarserunt H
charitate, simúlque cum sponsa illa dicunt: Vulnerata charitate ego sum. Inexplicabilis pro-
fecto ac ineffabilis verbi pulchritudo & sapientiæ species & forma dei in ipsius imagine.
Beati, qui contemplatione inardescunt veræ illius pulchritudinis. Hi enim quasi eidem ad-
stricti sint vinculis charitatis, cœlestem illum & planè beatum amantes amorem, domesti-
corum obliuiscuntur & amicorum, imò familię quanlibet opulentæ. His in obliuionem ve-
nit corporis alendi necessitas, putà edendi & bibendi, solo liquescentibus diuino planè &
sincero amore. Intelligere item possis sagittas acutas eos qui ad spargendum per vniuersum
orbem semen euangelij missi sunt. Hi quòd se exacuissent, fulgebant operibus iustitiæ, & I
subtiliter in eorum irrepebant animas quos erudiebant ad fidem. Hæ igitur sagittæ in pri-
mis quaquauersum emissæ populos se vt Christi iugo substernerent, præparabant. Et qui-
dem meo arbitratu sermonis istius ordo per hyperbaton consentaneè magis ad præcedentia
restituitur, is vt sit sensus: Intende, procede & regna, & deducet te mirabiliter dextera tua,
& populi sub te cadent, propterea quòd sagittæ tuæ acutæ sunt in corde inimicorum regis.
Nullas deo aduersarius, aut contumax, aut superbus, sub deo cadit, vel ei se subigit, nisi illi
qui fidei obedientiam susceperunt. Sagittæ nanque in corda cadentes quandoque inimico-
rum regis, trahunt eos ad veritatis desiderium, & ad ipsum dominum, vt inimici dei exi-
stentes eidem per doctrinam concilientur. *Sedes tua deus in seculum seculi, uirga directionis, uirga* K
*regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ parti-
cipibus tuis.*) Quoniam verò circa humanitatem multa versando dixit, nunc sermonem ad
altitudinem gloriæ vnigeniti conuertit, Sedes tua deus in seculum seculi: hoc est, regnum
tuum vltra secula se porrigit, éstque intelligentia omni multò antiquius. Et pulchrè admo-
Virga multiplex. dum post populorum subiectionem, regni dei magnificentiam concelebrat. Virga dire-
ctionis virga regni tui. Idcirco ei propriam reddidit appellationem, deo luculenter ex-
presso. Sedes tua deus. Instructiua est admodum virga dei, eruditénsq; non obliqua, aut per-
uersa, sed recta infert iudicia. Ideo virga directionis, virga regni ipsius nominatur. Si enim
dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: visitabo in vir-
ga iniquitates eorum. Vidésne iustum dei iudicium, quo non in omnes sine discrimine, sed L
tantum in peccatorem vtitur? Sed & ipsa etiam consolationis dicitur virga. Virga enim tua
(inquit) & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Est & virga contritionis. Reges eos in virga
ferrea, & tanquā vas figuli confringes eos. Conteruntur autem terrea ac lutea ad eorum be-
neficium, quos deus regit ac dirigit secundum quod & in carnis perditionem traduntur, vt
Vnctio Christi. spiritus seruetur. *Propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.*) Quoniam ve-
rò chrisma typicū, hoc est vnctionem figuratam, & typicos pontifices ac reges figurare opor
tuit: caro autem domini vero chrismate vncta est, nimirū super eam aduenientе spiritu san-
Oleum exultationis. cto, quod quidem exultationis oleum vocatur. Vnctus est autē præ participibus suis: hoc est, M
supra omneis homines Christi participes existentes, quoniā illis quidem particularis quædā
tributa est spiritus communicatio: super verò filium dei sanctus spiritus, vt ait Ioannes, vbi
descēdit, mansit super ipsum. Pulchrè autē exultationis oleū spiritus appellatur. Nanq; vnus
hic inter fructus numeratur, quos in nobis operatur ac gignit spiritus sanctus, nempe gau-
dium. Quoniam verò mixtus est de seruatore sermo, propter & diuinitatis naturam &
incarnationis dispensationem, rursus in humanitatem à deo assumptam respiciens, ait.
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, pro eo quod est: Reliqui quidem homines labore
& exercitatione, & attentione sæpenumero assequuntur amorem honesti ac probitatis, &
malitiæ totius detestationem: tibi autem naturalis est ad boni prosecutionem proprietas, &
ad

A ad iniquitatis fugam perquàm familiaris alienatio. Et quidem nobis non arduum adeò sit
& difficile amorem recuperasse iustitiæ, modò id ardenti affectu expetamus, simul & odium
iniquitatis. Omnem enim ad vtriusque consecutionem, Deus impartiuit vtiliter potētiam
animæ rationali, vt amandi, ita & habendi odio: vt præduce ratione directi virtutem qui-
dem amemus, odio verò habeamus iniquitatem. Licet enim & odio quandoque laudabili-
ter vti. Dicitur enim: Nonne qui oderunt te domine, odi. Et, Perfecto odio oderam illos. Mortis Christi & resurrectionis mysterium.
*Myrrha & gutta & casia à uestimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ re-
gum in honore tuo.*) Descendens paulatim consequenter propheticus sermo ac priùs ea quæ
extrema sunt dispensationis carnis explicans omnia, intento & acri contuitu spiritus san-
B cti promouentis ipsum & eidem arcana mysteria reuelantis, venit ad passionem. Myrrha Myrrha.
(inquit) & gutta, & casia à vestimentis tuis. Myrrha quidem quòd sepulturæ signum sit, E- σμκτὴ.
uangelista Ioannes nos quoque docuit, dicens Ioseph ab Arimathea eum cum myrrha &
aloë tumulasse. Gutta verò & ipsa myrrhæ species est tenuissima. Ex hoc enim aromate con Gutta.
tuso atque expresso omne quod hæsit liquidum, in guttam separatur: reliquum quod restat
crassius, myrrha appellatur. Itaque Christi quidem suauè fragrans odor myrrham ob pas-
sionem spirat: Guttam verò quòd non immobilis nec otiosus aut inefficax in sepulchro
permanserit tribus illis diebus ac noctibus: sed in infernum descenderit, gratia dispensa-
tionis circa resurrectionem absoluendæ, vt quæ de seipso erant oracula prophetarum, vni-
uersa expleret. Casiam demum spirat, quæ cortex tenuissimus est & odoratus, ligneum Casia.
C obtendens calamum. An verius passionem crucis susceptam in beneficium omnis creaturę,
altius nobis ac sapienter hic sermo per casiæ nomen innuit. Habes ergo myrrham ob sepul-
turam, guttam ob descensionem ad infernum, quòd omnis gutta ad inferiora delabitur. Ca-
siam verò ob carnis circa lignum dispensationem. Ex hac denique caussa delectauerunt, in-
quit, te filiæ regum in honore tuo. Filiæ quidem regum, quænam aliæ fuerint, quàm ge- Filiæ regū.
nerosæ ac magnæ regiæque animæ, quæ ob hanc ad humanam carnem assumendam con-
descensionē, agnito Christo, ipsum exhilararūt in honore, in vera fide, ac charitate perfecta,
ipsius diuinitatem gloria & honore prosequentes. Aromata verò hæc non vtique parca ma-
nu asserit interspersa esse vestimentis Christi (hæc sanè est horum verborum parabola & ap
D paratus dogmatum) sed ab vniuersis amplissimarum ædium structuris ipsa eidem offerri.
Κάρηϛ enim, id est, domus siue ædes amplissimæ molis dicuntur, & hæ elephantino, hoc est,
eburneo apparatu substructæ. Per has equidem arbitror delineari prædiuitem illam & mirè
opulentam Christi erga mundum charitatem, idque docente propheta. *Astitit regina à dex-* Domus eburnea.
tr is tuis in uestitu deaurato circundata uarietate.) De ecclesia iam edisserit de qua in Canti-
cis didicimus, quòd vna sit perfecta Christi columba, quæ in dextrum Christi locum eos ac
cipit, qui continenti exercitio bonorum operum toti redduntur Ecclesiæ cognobiles. Nam
& hos ab improbis disparat ac secernit ecclesia, perinde vt assolet pastor oues dispescere ab
hœdis. Assistit itaque regina nempe anima sponsali verbo cooptata, nullius iam peccati op-
E pressa tyrannide, sed in partem admissa regni Christi, à dextris inquàm, astat saluatoris, in
vestitu deaurato, hoc est, in dogmatibus spirituali intelligentia subtextis & variegatis flori-
bus interstinctis, sese grauiter componens & adornans religiosè. Quòd enim non vniformia sunt quæque dogmata, sed horum species multiuariæ ac multimodæ sunt, vt quæ in se
recipiunt sermones & complectuntur morales, & physicos, epopticos item qui de spectan-
dis ceremonialibus mysteriis sunt conscripti, ob hoc vestem sponsæ indicat scriptura varie-
tate picturatam. *Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum
patris tui, & concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum.*)
Inuitat ecclesiam & exhortatur, mandata vt audiat simul & obseruet, ipsáque appellatione Ecclesia filia dei.
F sibi eam adsciscit in familiaritatem, dum filiam appellat, ac si per charitatem genuisset eam.
Audi filia & vide. Docet ipsam simplicem nudámque mentem ad contemplationem gerere
ex eo quod ait, vide. Consydera & perpende (ait) creationem, vt ordine naturæ adiuta, sic ad
creatoris contemplationem altiùs ascendas. Deinde flectens collum iactantiæ fastu subla-
tum, inclina, inquit, aurem tuam, ne curras ad externas fabulas. Quin suscipe potiùs vocis
humilitatem, quæ in euangelico conspicitur esse sermone. Inclina aurem tuam ad hāc præ-
ceptionem, vt planè obliuiscaris improbatæ illius consuetudinis, & efficiare particeps spi-
ritualis doctrinæ, eóque obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Omnis qui pecca-
tum admittit, ex patre diabolo est. Abiice (inquit) dæmonum doctrinam, obliuiscere impu-
ri illius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri illius sacrificij,nocturnæ choreæ,fabularum denique ad libidinem & omne genus incon G
tinentiæ animas incendentium,& hac gratia te meam ipsius filiam appellaui, vt eum odio
prosequare parentem,qui priùs quàm accerserem te,ad perditionem genuerat. Si enim per
obliuionem maculas veterum præceptorum deleueris,proprium recipies decorem, & dele
ctabilis & sponso & regi apparebis. *Quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum.)*
Officium obedientiæ necessarium manifestat, ex eo quod ait: Ipse est dominus deus tuus.
Adorabit autem ipsum omnis creatura,quoniam in nomine Iesu Christi omne genu flecte
tur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. *Et filiæ Tyri in muneribus uultum tuum depre-*
cabuntur, omnes diuites plebis.) Videtur summa idololatria in Chananæa regione perpetra-
ta fuisse.Metropolis autem Chanaan Tyrus.Adhortans igitur sermo hic & erudiens eccle- H
siam ad complexum obedientiæ inquit:Filia Tyri cum muneribus aliquando veniet,& vul
tum tuum adorabunt diuites populi,supplicabunt tibi cum muneribus. Non dixit, te ado-
Christ⁹ vultus,qui adoratur, nō ecclesia quæ supplicat. rabunt cum muneribus,sed vultum tuum.Ecclesia nanque non adoratur,sed Christus eccle
siæ caput, quem προσωπον personam siue vultum nominauit scriptura. *Omnis gloriafi-*
liæ regis abintus in fimbris deauratis circundata uarietate. Adducentur regi uirgines post eam.)
Postquam anima improbandis expurgata veteris malitiæ doctrinis obedientiam exhibuit
sanę & salutari doctrinę,vbi oblita iam est populi sui & domus patris sui,narrat ea quę sunt
de ipsa spiritus sanctus, & quoniam intimam eius puritatem vidit: Omnis (inquit) gloria
filiæ regis ab intus,hoc est,gloria sponsæ Christi quæ deinceps in filiam regis est adoptata, I
intus est.Hortatur planè hic sermo ad ecclesiasticæ gloriæ mysteria intrinsecus prendenda,
quòd decor & pulchritudo sponsæ introclusa sit & recondita. Qui enim se probè adornat
ei quidem qui videt in occulto, nempe patri, supplexque eum orat, nihilque non moli-
tur boni operis, non vt spectetur ab hominibus, sed vt solius dei oculis mereatur inno-
tescere: hic gloriam omnem perinde ac filia regis condidit intus. Quin & fimbriæ aureæ,
quibus tota est circumamicta anima talis & variegata, vtique in intimis sunt repositæ. Ne
tu quicquàm quæras in externo isto auro aut variegato corporis amicto,magis cultum quę-
dam mihi hic insinuari intellige,qui dignus sit cohonestare ac redimire hominem, qui ad
sui conditoris imaginem creatus est, iuxta verbum apostoli: Exuti veterem hominem & K
induti nouum,qui renouatur ad agnitionem secūdum imaginem sui conditoris. Et qui in-
duit se viscera misericordiæ, bonitatem, humilitatem, longanimitatem, mansuetudinem:
talis interiore amiculo redimitus est, & secundum interiorem hominem probè adornatus
& excultus.Paulus item monet: Induite dominum Iesum, non secundum exteriorem ho-
minem, sed mens nostra dei memoria circūamiciatur. Puto enim spiritualem pertexi tunc
ὁμοίωσις. vestem, quum operatio comes attexitur verbo doctrinæ. Quemadmodum enim pallium
tegendo corpori tunc detexitur,dum subtegmen innectitur stamini: sic vbi verbum primas
in ordiendo obtinuerit,si mox actiones verbo consentaneæ attexentur, tunc exornandæ a-
nimæ decentissimus & plurimum habens honestatis amictus confici possit,animæ inquam, L
Fimbriæ aureæ, secundum virtutem & verbo & opere suam absoluenti vitam.Quæ enim à limbo eiusmodi
dependent fimbriæ,spirituales sunt:eóque astruuntur esse aureæ. Quoniam sanè sermo ve-
ritatis ipsum opus excellit, quasi fimbria quædam est à textura ad actionem ex abundanti
annexa. Sequuntur autem sponsam domini animæ quædam quæ semen alienorum dog-
matum minimè susceperunt,& hæ quidem regi adducētur sponsam sectantes.Audiant hæc
quæ virginitatē domino vouerunt,quòd virgines regi adducentur,virgines planè quæ pro-
ximæ sunt ecclesiæ,nempe ponè ipsam assectantes,nusquàm aberrantes ab ecclesiastica dis-
Adducētur regi virgines. ciplina.Hæ porrò virgines in lætitia & exultatione adducentur, ducentur in templum re-
gis.Non quæ virginitatis voto se substrauerunt vi adactæ,non item quæ ex tristitia aut ne-
cessitate vitæ virginalis sanctimoniam susceperunt:sed quæ in lætitia & exultatione gaudēt M
Virginum dona. & se exhilarant tali officio perficiundæ virtutis addictæ:hæ demum adducentur regi, & ad-
ducentur,non in vnum plebeium & vulgarem locum,sed in templum regis. Vasa nanque
sacerdotalia quæ humanus vsus non commaculauit,in sancta sanctorum adducentur, & ad
adyta accedendi potestatem habebunt,vbi contaminati pedes non ambulabunt.Quantæ sit
prærogatiuæ in templum regis adduci,Propheta pro seipso orans ostendit. Vnam petij à do
mino,hanc requiram: vt habitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam
Pro patrib⁹ tuis nati filij iucunditatem domini,& visitem templum sanctum eius. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij,*
constitues eos principes super omnem terram.) Quoniam verò supra præcepit, vt anima populi
sui &

A sui & domus patris obliuiscereturvt obedientiæ virtus muneretur:pro patribus filios accipit tanta dignitate pollentes, vt eos principes super omnem terram constituat. Qui sunt igitur ecclesiæ filij?Hi sanè qui euangelij sunt filij qui vniuersæ terræ imperitarunt. In omnem (inquit) terram exiuit sonus eorum, & constituti supra duodecim thronos iudicabunt duodecim tribus Israël.Si quis autem sponsæ patres accipiat patriarchas,ne sic quidem hæc de Apostolis sententia propterea reiicitur.Nam pro illis nati sunt sponsæ filij per Christum, opera facientes Abraham:& ideo æquali cum patriarchis honore digni censentur, quod hi quoque eadem gesserunt,quæ & illi ob quæ patres magno & præcellenti honore digni sunt habiti.Principes verò vniuersæ terræ sunt sancti,ob familiarem & propriam ad bonum in- Principes terræ.
B clinationem,quando natiua illa naturæ indoles ad bonum propendens, ipsis prærogatiuam adscisçit & conciliat principatus,sicuti præbuit Iacob supra Esau potestatem: Esto (inquit) dominus fratris tui.Igitur pares honore patribus facti,& per virtutis exercitationem supra Confirmat τῷ παραδέγματι. omnes prærogatiuam dignitatem adepti: hi demum filij sponsæ Christi sunt, & à propria matre principes super omnem terram constituuntur. *Memor ero nominis tui in omni genera-*
tione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in seculum & in seculum seculi.) Ad superiùs dicta omnia,dictum est & hoc velut ex persona ecclesiæ:Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione.Quæ porrò hæc memoria est ecclesiæ? vtique populorum confessio.
C

IN PSALMVM QVADRAGESIMVMquintum, *In finem pro filiis Core pro arcanis psalmus: Deus noster refugium.*

D PRopheticum oraculum hic mihi videtur psalmus complecti de iis quæ sunt ad finem:quem finem cùm vidisset Paulus,ait:Deinde finis quando tradiderit regnum deo & patri. Vel, quoniam actiones nostræ nunc ad finem nos quælibet sibi proprium ducunt. Bona quidem ad beatitudinem, improba verò ad æternam damnationem. Consilia verò quæ in hoc psalmo à spiritu sancto traduntur, ad bonum perducunt finem eos qui facilè sinunt persuaderi & obtemperant.Hac itaque de causa inscriptus est:In finem,perinde ac huius psalmi doctrina omnis ad beatum referatur humanæ vitæ finem. Pro filiis autem Core hic dictus est psalmus, quos spiritus sanctus non diuidit: quòd velut vna anima, & vna voce, cum omni inter se concordia propheticos deprompserint sermones, sic vt nihil vnus aliquis eorum præter reliquos prophetarit, sed gratia prophetiæ vnicuilibet eorum ex æquo distributa est, quòd ad prosequenda quæ optima sunt, æ- Titulus in finem.
quali affectu inter ipsos conueniret.Pro arcanis hic dictus est psalmus, hoc est, pro his quæ Pro arcanis.
E neutiquàm euulganda sunt & prodenda, quòd rationem contineant secretorum in mysterio retinendorum:† ad quæ vbi promoueris,facilè noueris,] non cuiusuis è vulgo esse diuina hæc acie mentis introspicere & contemplari mysteria, sed eius & solius qui ad hæc di- † Non habē tur in Græco.
serte enarranda concinnum fieri possit organum, adeò vt eius anima vicem supplens psalterij à Spiritu sancto in ea efficaciter operante possit moueri. *Deus noster refugium & uir-*
tus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos ualde.) Homo omnis ob sibi adiacentem &
F inolitam suapte natura debilitatem, tot adeò rebus in se irruentibus mœroris, periculi & laboris perquàm plenis non mediocri eget auxilio. Hic tot cinctus se circunstantibus calamitatum procellis, refugium inquirit, ac veluti in asylum quoddam & tutiorem se recipiens locum,aut certè ad montis cuiuspiam præacutum verticem valido ac forti circumseptum muro,hostilem incursum veritus defugit.Itidem & hic suffugit ad deum,ipsum sibi ducens vnicam esse requiem, tantisper dum in eo permaneat. Nam quòd ad deum re- Ob diaboli insidias vnicum refugium deus.
fugium verè pateat, in confesso est omnibus. Inimicus ille noster plurimum interspersit confusanei erroris circa eius electionem à quo speremus seruari nos posse. Nanque dum insidiatur veluti hostis, eis rursum quibus texuit insidias, subdolus imponit, suggeres ad se tanquàm ad tutelarem & fidum custodem profugiant, idque adeò vt duplici malo circunfundantur, nimirum vt vel vim sibi inferentes capiantur, vel certè fraude clancularia circunuenti dispereant. Idcirco increduli ad dæmones confugiunt, qui diaboli instigatione mente confusi, veri dei notitia sunt priuati. Imo & qui deum norunt, circa rerum

discretionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

discretionem omninò errant, dum quæ per imprudentiam vsui sibi futura confidunt, po- G
stulant, quædam interim petunt veluti bona quæ identidem nihil sibi allatura commodi
vel tandem experiuntur. Vitant alij quædam vt noxia, quæ fuerant aliquando sibi non me-
diocriter profutura. Verbi gratia: Aegrotat quis? Is perplexam morbi fugiens molestiam,
orat sibi restitui sanitatem. Amisit pecunias? ob eam iacturam acerrimo angitur dolore.
Est enim morbus sæpenumerò vtilis vt qui peccantem castiget: & rursus sanitas noxia, cum
peccati instrumentum se possidenti fuerit. Sic & pecunia iam quibusdam ministra est fa-
cta luxuriæ: contrà, paupertas multos eorum qui malè sunt instituti, ad sobrietatem redu-
xit. Nec itaque fugias quæ non oportet: neque item confugias ad quem non oportet, sed
vnum tibi tantum vitabile sit peccatum, & vnum in malis refugium deus. Nolite confi- H
dere in principibus, nec in incerto diuitiarum gloriemini. Nec superbite ob corporis vi-
res, nec denique humanæ gloriæ claritatem sequamini. Nihil horum ad salutem confert.
Temporaria omnia & momento decidua, impostura & fraudis plena omnia: vnum tan-
tum refugium deus. Maledictus enim homo qui confidit in homine, aut in aliquo rerum
humanarum sperat. Ergo deus noster refugium & virtus. Illi enim, qui vt Apostolus dice-
re valet: omnia possum in Christo qui me confortat, virtus est deus. Multorum igitur est
dicere: Deus noster refugium. Itemque: Domine refugium factus es nobis: Sed eodem
quo propheta noster testatur, affectu præditum esse, nimisquàm paucorum est. Pauci ad- I
modum sunt qui non admirantes humana præsidia, vt qui ex ipso deo toti pendeant, ad
ipsum respirent, spem omnem suam atque fiduciam in ipso collocantes. Res quidem istæ
accidentariæ nobis sunt argumento. Etenim quum tribulatione quapiam afflictamur, ad
omnia potius, quàm ad ipsum deum nostrum recurrimus. Vnus tibi pusio ægrotat? qua-
quauersum circunfers oculos requirens incantatorem, aut certè eum qui superuacaneos va
nósque characteres seu figuras puerorum innocentium collo circunliget, vel ad postre-
mum ad medicum venis, & medicinas eo interim contemptim omisso qui restituere po-
test sospitati. Si fortè insomnium te solicitat, ad somniorum coniectorem properas. Si
quem timueris inimicum, patronum vnum aliquem tibi ex hominibus deligis. Et vt com K
pendio dicam, in quacunque necessitate imminente deprehenderis: verbo tantum te o-
stendis deum refugium habere, re autem ipsa ex inutilibus vanisque rebus auxilium adsci-
cere. Est autem iusto verum auxilium deus. Quasi enim vnus aliquis imperator exercitus
armis promittentibus generositatem animi instructus nullo non tempore paratus, auxi-
lium opèm ve vt ferat fatiscèti ac destitutæ viribus parti: sic & deus adiutor noster & omni
militāti, cōtra omnes diaboli insidias, ministros spiritus in salutem indigentium emittens.
Apprehendit autem tribulatio iustum omnem, ob vitę studium. Quicunque enim per viam
angustam & arctam declinata lata & spatiosa via, ambulauerit, à tribulationibus inuenitur.
Propheta nāque valde rem ad viuum descripsit, inquiens: In tribulationibus quæ inuenerūt
nos nimis, Quasi enim animalia viuam animam spirantia apprehēdunt nos tribulationes, L
exercentes nos ad patientiam, & per patiētiam probationē, & per probationem spem, quare
(& Apostolus ait) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et rur
sus: Multæ tribulationes iustorum. Sed generosi vir animi qui nihil turbatus tētationem ex
tribulatione prouenientem sustinuit, dicet: In his omnibus superuicimus per eum, qui dile-
xit nos. Ac tantum abest vt defatigetur aut mœrore vllo intabescat in tribulatione constitu
tus, vt occasionem gloriandi ex malorum multitudine sumat cum Paulo, dicens: Non solū
autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Sequitur deinde: *Ob hoc non timebimus, dum
turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.*) Magnum ostendit in Christo confi-
dentiæ firmamentum propheta noster. Quoniā & si omnia sursum deorsum prouoluantur, M
& terra turbata inuertatur, & montes propriam deserentes sedem in medium transferantur
mare, non timebimus: quum & deum refugium, & virtutem, & auxilium habeamus in tri-
bulationibus, quæ inuenerunt nos valdè. Cuiusnam cor impauidum adeò & interritum est,
cuius tam quietæ cogitationes, nec quicquam habentes turbelæ, vt in tanta confusione po-
sito vacet sic attentam mentem ad deum surrigere, nec interim vllo rerum eiusmodi e-
uentu ob spem in deum solidè coniectam percellatur? Nos autem hominis iram non su-
stinemus, non canem aut aliquam aliam bestiam incurrentem, non denique in rebus duris
ad deum adiutorem nostrum respicimus, sed stupidi attonitique ad nosipsos conuertimur.
Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ ipsorum.) Dixit de telluris conturbatione & montiū translatione.

Dicit

Quibus refugium non est deus.

ῥήματι μὲν, οὐ ἔργῳ δὲ.

Tribulatio iustum inuenit.

ἐμβύσσος.

μεταφορά.

A Dicit etiam de maris commotione & euersione, déque montibus in medium maris caden-
tibus. Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ ipsorum, videlicet marium. Montes ipsi in aquis plu-
rimam excitant commotionem, non quidem in mari tanquàm naturali positura cōstituti,
sed propria agitatione multum violentæ quassationis in aquis promouentes. Quum terra
conturbabitur, & aquæ marium sonabunt & è profundo pelagi ebullient, montes quoque
transferentur, & per exuperantem domini potentiam multā sustinebunt turbationem: tunc
quoque fuerit intrepidum cor nostrum, quòd securas firmásque in deum spes habeat. *Tur-
bati sunt montes in fortitudine ipsius.*) Potes & sensum huius dicti tropicè interpretari, montes
appellans eos qui ob suā potentiam virésque insolescunt sibiq; placent, dei magnitudinem
B vimq; ignorantes, sese contra dei scientiam extollentes. Deinde superatos ab his qui cū vir-
tute efficaci & sapientia verbum dei annuntiant, qui mox vt suam intelligunt inopiam, ti-
more dei percelluntur, seq; humiliter substernunt dei potentiæ. Vel fortè principes seculi hu
ius ac patres perditę sapientiæ montes dicuntur conturbati in Christi fortitudine, quam ip-
se in agone quo decertauit per crucem contra eum qui potestatem mortis habebat, ostendit,
& veluti generosus quispiam athletes exutus vestibus, principatus ac potestates vicit, osten-
tuíque illos habuit confidenter, atque in ligno de illis triumphauit. *Fluminis impetus lætificant* Fluminis
ciuitatem dei.) Salsæ enim aquæ vehementer à ventis perturbatæ ac commotæ sonuerunt, impetus.
& conturbatæ sunt. Fluminis autem impetus sine strepitu ac leniter procedentes, & illis qui
digni sunt ipsarum susceptione affluentes, ciuitatem dei lætificant. Et nunc quoque iustus
C viuentem bibit aquam: posteà verò copiosiùs bibet, municeps factus & adscriptus ciuitati
dei. Sed nunc per speculum & in ænigmate bibit, ob breuem diuinarum contemplationum
comprehensionem: tunc autem simul inundantem fluuium excepturus est, qui quaquauer- Ciuitas dei.
sum valeat distagnare & alluere ciuitatem dei. Quis porrò fuerit fluuius iste dei alius, quàm
spiritus sanctus, qui cordibus se dignis inserit eorum qui in Christum crediderunt? Qui cre
dit, inquit, in me, fluuij ex eius ventre fluent. Et rursus: Si quis biberit ex hac aqua quam do,
fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Hic itaque fluuius omnem dei ciuitatem læ
tificat. Vel etiam significat ecclesiam eorum qui cœlestem ducunt conuersationem, vel om-
nem creaturam intellectu præditam à cœlestibus vsque ad animas humanas, ciuitatem in-
D telligere oportet, sancti spiritus inundatione lętificatam. Definiūt enim quidam ciuitatem,
congregationem constabilitam & legibus administratam. Hæc enim tradita ciuitatis defi- Ciuitatis
nitio illi quæ sursum est Hierusalem cœlesti ciuitati maximè conuenit. Nam & ibi primo- finitio.
genitorum ac descriptorum in cœlis congregatio, & ob immutabilem sanctorum vitam, &
secūdum legem cœlestem gubernatam stabilis quidem ac perpetua est. Ordinem verò illius
& omnem ornatum perdidicisse, naturæ non est humanæ. Ibi nanque sunt quæ oculus non
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ deus præparauit diligentibus
se, præterquàm quia & myriades sunt ibi angelorum, & sanctorum & conuentus festiui, &
primogenitorum ecclesia descriptorum in cœlis. De hac itaque Dauid loquitur: Glorioſa di
E cta sunt de te ciuitas dei. Illi planè ciuitati pollicetur, per Esaiam deus: Ponam te exultatio-
nem æternam, lætitiam generationum generationibus, & non erit contritio neque miseria
in terminis tuis, sed vocabuntur salutare muri tui. Oculis igitur animæ in sublime arrectis
pręut dignum est supernis rebus intendere, quære quæ sunt ciuitatis dei. Quis enim vnus
mortalium dignum aliquid illa beatitudine vnquam mente concipere potuit, quam lætifi-
cat quidem fluuius dei: artifex autem & opifex est ipse deus? *Sanctificauit enim tabernaculum suū* Tabernacu
altißimus.) Carnem fortè dicit deiferam sanctificatam per naturæ diuinæ immediatam vnio- lum dei.
nem. Ex quo intelliges tabernaculum altissimi aduentum siue manifestationem dei, quæ est σάρκα θεο-
F per carnem. *Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eam deus manè diluculò.*) Et quoniam φόρον.
deus in medio suæ ciuitatis est, eam stabilitate donauit: auxilium in primo quoq; lucis exor-
tu, præbens. Siue igitur illi quæ sursum est Hierusalem, siue ecclesiæ quæ infra est, ciuitatis
nomen cohæserit aut conueniet hoc. *Sanctificauit in illa sibi tabernaculum suum altissimus.*) Et per
hoc tabernaculum, quod fixit & certè habitauit deus, in medio illius fuit, donans illi tantum
roboris, ne commoueatur: In medio autem ciuitatis est deus, æquales vndiquaque emittens
radios, ad fines vsque orbis vniuersi. Sic enim dei iustitia conseruatur dum is omni- Diluculum.
bus eandem bonitatis suæ dispertit mensuram. *Adiuuabit eam deus manè diluculò.*) Sol e-
nim iste sensilis matutinum tempus apud nos facit, quando supra nostrum horizon-
tem eminuerit illustris & conspicuus. Matutinum autem in anima iustitiæ Sol perficit

in ortu

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ortu lucis ſpiritalis, edens diem apud eum qui ipſum recepit. In nocte autem nos ho- G
mines ſumus, tantiſper dum ignorantiæ tenebris obuoluimur. Poſtquàm verò exerta mente
& adaperta gloriæ ſplendorẽ exceperimus, & luce illa nunquàm occaſura circunfuſi fuerimus atque illuſtrati: tunc adiuuabit eam deus mane diluculo. Poſtquam filij lucis facti erimus, & nox à nobis præceſſerit, dies appropinquauerit, tunc demũ dei auxilio digni erimus.
Adiuuabit ergo ciuitatem deus, per proprium ortum & manifeſtationem lucem ipſi inducens matutinam. Ecce enim homo, dicit Propheta, oriens nomen ipſi. Quibus igitur lux oritur ſpiritualis tenebris iniquitatis & ignorantiæ diſcuſſis, matutinum his fit: quoniam lux
in mundum venit, vt in ipſa ambulans non offendat. Auxilium nanque ipſius matutinum
præbet tempus. Vel fortè quoniam diluculo reſurrectio futura erat: Adiuuabit eam deus ma H
ne diluculo, hoc eſt, victoriam contra mortem die tertia matutina confecit. *Conturbatæ ſunt*
διάψαλμα. *gentes, inclinata ſunt regna: dedit uocem ſuam altiſſimus, commota eſt terra.)* Cogita aliquam ciuitatem ab inimicorum inſidiis appetitam eam oppugnantium, quam eatenus quidem variæ
nationes regesq; permulti qui & ſceptra ſortiti ſint in ſingulas quaſque gentes, obuallent &
circunſideant. Dein fac ducem vnum viribus inexpugnabilem, inopino occurſu conſpici
ſuppetias vrbi circunſeſſæ laturum, qui obſidionem ſoluat, & coactam gentium factionem
diſſipet, in fugam denique reges conuertat: ſola vocis potentia clamoréque exerto eorum
corda perterreat. Quantum igitur par eſt credere excitari tumultuariæ conturbationis per
hoſce populos regésque profligatos & in fugam dilapſos? Quãtum ſtrepitum ſonúmve red- I
di nec facilè deſiturum ex tumultuaria illorum fuga putãdum eſt? Omnis tum locus iis qui
præ timore in fugam adacti ſunt, completur: adeò vt & non mediocris vbique concitetur
tumultus in ciuitatibus ac vicis, qui fugatos exceperint. Tale itaque auxilium, talémque defenſionem exprimit proueniſſe à ſaluatore ciuitati dei per id quod dicit: *Conturbatæ ſunt gentes, inclinata ſunt regna, dedit uocem ſuam altiſſimus, commota eſt terra. Dominus uirtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter deus Iacob.)* Nouerat carnem deum ſuſcepturum, nouerat ex virgine ſancta edendum Emmanuël: quod nominis ſi interpreteris, ſonat nobiſcum deus: & hac de cauſa prophetícè exerta voce clamat: Dominus virtutum nobiſcum: oſtendens planè hunc eſſe qui
ſanctis prophetis ac patriarchis apparuit. Adiutor noſter, inquit: Nõ alius deº præter eũ qui à K
prophetis traditus eſt, ſed deus Iacob qui in oraculo illo ad famulum ſuum reddito, dixit:
Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob. *Venite & uidete opera dei, quæ poſuit prodigia*
ἀφώνους. *ſuper terram, auferens bella uſque ad fines terræ.)* Sanè ſermo hic eos qui procul ſunt à verbo veritatis inuitat, propiùs ſe admoueant agnoſcendę veritati, dicens: Venite & videte. Nam
quemadmodum corporis oculis accidit, ſemotiora interualla eorum quæ ſe conſpicua offerunt, apprehenſionem reddunt obſcuram & vix apparentem: contrà, propior acceſſio ſpecu
lantis agnitionem rerum viſibilium exhibet tanto expreſſiorem. Idem contingit & in multimoda mentis contemplatione. Qui per bona opera ſeſe deo familiarem ac propinquum
non reddit, ipſius dei opera puris mentis oculis videre neutiquàm poteſt. Idcirco venite & L
appropinquate prius, dein videte opera domini ſanequàm prodigioſa & admiranda, quorũ
gratia gẽtes terrore priùs & ecſtaſi perculſæ, ex hoſtibus & ſeditioſis ad otium & quietẽ redactæ ſunt. Venite filij audite me. Et, Venite omnes qui laboratis, & onerati eſtis. Patris eſt
hæc vox paſſis vlnis ad ſe inuitantis eatenus rebelles. Qui igitur vocationem audiuerit &
appropinquauerit, & ſe præcipienti coniũxerit, videbit eum qui cuncta per crucem, ſiue quæ
Arcum conteret. in terra, ſiue quæ in cœlo, pacificauit. *Arcum conteret & confringet arma, ſcuta comburet igni.)*
Vides pacificationem domini virtutum? Habet nanque ſecum inuiſibiles illas virtutes numeroſi delectus angelorum. Vides fortitudinem ſimul & humanitatem ſummi ducis virtutum, qui quum dominus ſit omnium, & omneis angelicæ militiæ turmas ſecum habeat,
nullum tamen inimicorum vulnerare, nullum deiicere attingerève ſuſtinet: ſed arcus conte M
rit, arma & ſcuta comburit igni. Arcum quidem conterit, vt non iam impoſterum ignita
tela per eos excutiantur. Arma verò confringit, quibus cominus pugnamus, vt nequeant ij
qui propè ſunt inſidias patientes vulnera recipere. Et ſcuta comburet igni: aduerſarios nudans ſuis munimentis, & omnia in beneficium inimicorum faciens. *Vacate & uidete, quoniam ego ſum deus.)* Quatenus enim iis rebus vacamus, quæ alienæ ſunt à deo, dei notitiam recipere nequaquam valemus. Quis enim eorum quæ mundi ſunt, ſolicitus, ſèque immergens
multimodę diſtractioni carnis, attendere poſſit verbis dei, ſatisve facere tot tantarúmque
contemplationum exactæ comprehenſioni? Nónne vides quòd in ſpinas delapſum verbum,
à ſpinis

A à ſpinis ſuffocatur? Spinæ nanque carnis voluptates & diuitiæ & curę ſunt huius ſeculi. Extra
hæc omnia conſtitutum eſſe, opus ſit eum qui cognitionem dei deſiderat, debétque ab omnibus perturbationibus atque affectibus vitioſis vacare, ſic demum dei ſcientiam apprendere. Quomodo enim animam tot adeò quæ ipſam præoccuparint, diſtractionibus cogitationum oppreſſam, dei cognitio cogitatióque penetrabit? Nouit hoc & Pharao propriũ eſſe hoc
liberiore otio fruentium, vt deum inquirant. Atque ideo opprobrabat Iſraëli, dicẽs, Vacatis,
otioſi eſtis, ac ideo dicitis dominum deum noſtrum adorabimus. Ipſa igitur vacatio, bona
vacanti atque vtilis, quietam ad ſalutarium doctrinarum generãs ſuſceptionem: mala verò
vacatio Athenienſium, qui nulli rei vacabant alij, quàm vt noui quidpiam aut dicerent, aut Athenienſes notati.
B certè audirent, quod genus otij vel hodie imitantur quidam, inerti otio vitam elocãtes ſuã.
Talis enim vacatio immundis ſpiritibus eſt amica. Ait Chriſtus: Quum exierit ſpiritus immundus ab homine. Dein dicit: Reuertar in locum vnde exiui, & reuerſus inuenit domum
illam vacantem & ſcopis mundatam. Abſit igitur fratres, vt nos per huiuſcemodi vacationem, aditum aduerſario præbeamus: ſed domui mentis noſtræ vacemus, vt in nobis Chriſtum per ſpiritum promereamur habere inhabitantem. Igitur poſtquam nobis agitatis ab
hoſtibus pacem dilargitus eſt, tunc dicit: Vacate à miſerè vos diſtrahentibus inimicis, vt in
quiete & ſilẽtio verba veritatis contẽplari poſſitis. Idcirco dominus aliàs dicit: Qui nõ renũ
tiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vacemus itaque ab opere nup-
tiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vacemus itaque ab opere nup-
C tiali, vt orationi vacemus. Vacemus item à ſtudio diuitiarum, à cupiditate item inanis glo-
riolæ, à voluptatum vſu, ab inuidia & omni demum in proximum noſtrum malignitate,
vt anima noſtra in tranquillo ac requieto ſtatu conſiſtente, nec vlla vitioſæ affectionis turbela eam agitante, in ea tanquam in ſpeculo irradiatio & affulgentia dei pura ſit, nec vlla πάντας ἐλκύσω.
obſcuretur caligine. *Exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.)* Palàm hæc de propria paſſione dicit dominus, vt eſt in euangelio ſcriptum. Et ego quum exaltatus fuero, traham omnia Collatio.
ad me ipſum: & vt Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ſic exaltari oportet filium hominis
ſuper terram. Quoniam igitur humanæ ſalutis gratia ſuſtollendus in crucem erat & exaltandus, & pro vniuerſa terra exaltationem erat ſuſcepturus, propterea dicit, *Exaltabor in gen-*
D *tibus, exaltabor in terra. Dominus uirtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter deus Iacob.)* Præſentia diuini auxilij mirè exhilaratus bis eandẽ vocem exclamauit. Dominus virtutum nobiſcũ. Hæc quaſi Pro ἐπαγωνιζόμενος lego ἐπαλλόμενος
inſultãs inimico, & prægeſtiens dicit, ob luculentã & abſolutã in ſaluatorẽ animarũ noſtrarũ fiduciam, vt qui domini præſidio fretus conſideret ſibi nihil mali euenturum. Si enim deus
pro nobis, quis contra nos? Qui enim Iacob victoriam dedit, & paulopòſt eundem Iſraël vocitauit, hic demum eſt ſuſceptor noſter & patronus tutelaris, ipſe pro nobis pugnat. Nos verò quieſcamus, quoniam ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum, vt in vnum nouum hominem duos condat.

E IN PSALMVM XLVIII. IN FINEM *filiis Core: Audite hæc omnes gentes.*

NOnnulli ex iis qui extra fidem ſunt, de humano fine varia opinati diuerſas inter ſe
ſententias attulerunt. Aliqui enim palàm dixere ſcientiam eſſe finem, quidam verò actiuæ vitæ efficacem & operatoriam exercitationem, alij in hoc conſtituerunt,
ſi vitã hanc & corpus in varios & differẽtes vſus diſpertiare. Nonnulli beſtiis propiores, voluptatem eſſe dictauerunt. Nobis verò finis cuius gratia cũcta facimus, & ad quem
omni ſtudio properamus, beata eſt in futuro ſeculo vita, quam deo ſeruiendo conſequimur.
F Atque adeò hoc vno fine non queat ne natura quidem rationis particeps comminiſci aut
excogitare præſtantiorem. Ad hunc & apoſtolus excitat, dicens: Deinde in finem, quum tra- Titulus in finem.
diderit regnum deo & patri. Hunc & Sophonias adducit, & ex dei perſona loquens: Quoniam iudicium meum eſt in congregationes gentium, vt ſuſcipiam reges, & vt effundam ſu
per ipſos iram meam. In igne enim zeli mei conſumetur omnis terra: quoniam tunc cõuertam ſuper populos multos linguam in ipſius generationem, vt omnes inuocent nomen domini, vt ipſi ſub vno iugo ſeruiant. Ad hunc igitur finem puto referri debere, quicquid commodæ & vtilis doctrinæ pſalmi continent hanc habentes inſcriptionem. Huic itidem ſenſui
concinunt & aſtipulantur, qui quoſdam inſcripſerunt, Ad victoriam, ſiue epinicium, id
pro parta victoria carmen aut dies celeber, aut victori. Poſtquam enim abſorpta eſt mors in In victoriã.
victoria,

Universidad de Deusto
Biblioteca

victoria,& ab eo cõsumpta est qui dixit:Ego vici mundum,& vbi omnia à Christo sunt vicG
cta,& in nomine ipsius omne genu flectetur,cœlestium,terrestrium & infernorum:iure spiritus sanctus in odis triumphalibus, hæc nobis proposita præcinet & acclamabit. *Audite hæc omnes gentes,auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique & terrigenæ & filij hominum, simul in unum diues & pauper.*) Auditorium maximum habet, qui omnes gentes conuocat
Vocatio miranda. ad audiendum psalmum, & omnes eos qui suo complent orbem incolatu. Trahit autem, vt existimo,terrigenas & filios hominum & diuites & pauperes & sublimi hac atque exerta prædicatione quosuis ad audiendum conuocat.Quæ tandem specula vniuersæ terræ tantum
Προ τελικωτης σοφιας. lego τυλικωτης ικκλησιας. supereminet, vt ex ea cunctæ videri gentes è sublimi arce,& vniuersus orbis oculis lustrari possit? Quis adeò exerta ac præpotẽti voce prædituS præco,qui inclamare queat, quòd à tam H
multis auribus exaudiatur? Quis locus adeò capax est vt recipere queat tantam ad concionẽ aduentantium turbam? Quantus deniq; & quali præditus sapientia esse debet doctor,vt doctrinam excogitet & inueniat tanto cœtu nihil indignam.Parumper expecta, & discES quæ ordine sequuntur,ex æquo respondere promissis.Qui enim concionatur, & ad exaudiẽdam concionem in vnum aduocat omnes,Paracletus est nimirum spiritus ille veritatis, per prophetas & apostolos eos congregans qui salutem consequuturi sunt,quorum quia in omnem terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum.Idcirco audite,inquit,omnes gentes,& omnes qui habitatis orbem. Quare & ecclesia collectitia quidem est, & in vnum corpus veluti coagmentata è nationibus cuiusuis tandem instituti ac moris, vt nemo extra I
Tria vocatorũ genera hanc vtilitatem relinquatur.Tria enim sunt vocatorum coniugata, in quibus omne hominum comprenditur genus:Gentes & qui habitant orbem.Deinde terrigenæ & filij hominũ. Postremò diuites & pauperes. Quem sanè extra hoc auditorium dimisit?Alieni enim à fide per gentes vocati sunt,qui in ecclesia sunt habitantes orbem.Terrigenæ verò sunt qui terre-
Filij,non habet exẽplar Græcum. na sapiunt, ac voluntatem carnis mordicus retinent & complectuntur.Filij hominũ suprà dictis longe honestiores,qui diligentiam quandam & exercitationem rationis habent, prius enim homini competit, capax vt sit rationis. Diuites autem ac pauperes suam vtrique illinc sortiuntur nulli non cognobilem proprietatem, nempe eam, qua alteri quidem necessariarum rerum possessione superabundent alteri contrà,in earum inopia sint constituti. K
Ψυτη ικκλησια. Vocatorum ordo triplex. Quoniam autem animarum medicus non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam:primum in vocatione ordinauit, quod in qualibet congregatione reprehensione erat dignius & damnatione.Omnium qui orbem terræ habitabant,Gentes erant pessimæ, attamen quod ad vocationem attinet, cæteris prælatæ sunt honore: vt qui malè habebant,præ aliis vtilitatem à medico promanantem ad se transsumerent. Rursus terrigenæ ante filios hominum in ordinem selecti sunt,& diuites ante pauperes,quòd illi ad damnationem occasionem longè propensiorem haberent, & ad salutem promerendam non mediocrem difficultatem,eóque ante vocati sunt, quàm pauperes. Eius moris est nostri medici benignitas, vt infirmioribus suæ medelæ impartiat commoditatem.Simul verò istius vocationis contu L
bernium sociale,conciliat inter tam varios & sancit pacem,vt quotquot eatenus studiis inter se pugnantibus digladiati essent, iidem per ecclesiam recõciliati ad mutuam charitatem assuefierent. Noscat enim diues quia æquali cum paupere vocatus est honore ac præconio insonante. *Simul in unum*, inquit, *diues & pauper.*) Relicto fastigio diues, quo pauperes, excellis,& fastu illo qui oritur ex diuitiis,ita demũ ecclesiam dei ingreditor. Neque igitur diues pauperem despiciat, neque item pauper supercilioSam potentiam opulenter agentium formidet aut vereatur:neu filij hominum terrigenas paruipendant, nec rursus terrigenæ ab illis abarceant se aut separent. Præterea gentes se mutua consuetudine iis confœderent, qui habitant orbem. Et habitantes orbem non dedignentur peregrinos testamentorum per charitatem suscipere. *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.*) Quoniam, vt ait Apostolus,corde creditur ad iustitiam,ore autem fit confessio ad salutem: & amborum efficiẽtia perfectionem declarat.Idcirco vtraque hic sermo in vnum complexus est, cum efficacem oris actionem,tum cordis meditationem. Nam si quis bonum priùs non haM
buerit in corde reconditum, quomodò per os thesaurum proferet, quem intus non habet? Quòd si quæ in cordis arcano bona habet,nolit in apertum sermone expromere, huic illud dicetur: Sapientia occulta & thesaurus absconditus, quæ vtilitas in vtroque? Quamobrẽ ad vtriusq; vsum os meum loquetur sapientiam:ad nostrum verò ipsorum profectum cor meditetur prudentiam. *Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.*)

Adhuc

A Adhuc propheta personam suam commendat, ne sui sermones facilè in contẽptum veniãt, quasi humana inuentione prolati. Quæ,inquit,à spiritu sancto didici,ea vobis nuntio: nihil meum,nihil humanum dico. Sed postquam auditor sum factus propositionum spiritus,in mysterio tradentis nobis dei sapientiam,aperio vobis & manifesto propositionem. Aperio autem non aliter quàm per psalterium. Est enim psalterium instrumentum musicum, cum harmonia sonos reddens adaptatos ad vocalem melodiam. Psalterium itaque† rationale tunc aperitur maximè, quando actiones humanæ sermonibus respondentes inter se concordia quadam & harmonia conueniunt.Ille igitur spirituale est psalterium,qui fecit & docuit.Hic profectò in psalmis aperit propositionem,propriæ possibilitatem doctrinæ propo-
B nens suo ipsius exemplo.Igitur qui nullius rei inconcinnè aut quæ sit dissentanea rationi sibi malè consciUS est,is confidenter loquetur quæ sequuntur. *Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circundabit me.*) Malã iudicij diẽ dicit,de qua dicitur:Dies domini immedicabilis in omnes gẽtes:in qua propheta hoc teste quemlibet propria cõsilia circundabũt. Tunc itaque quia nihil iniquum in vitæ huius via admisi,malam diem non timebo. Non me peccatorum quæ admiserim vestigia circundabunt, neque me tacita accusatione aliqua facta reprehensionem afferentia condemnabunt.Nemo quidem alius accusator sistetur,quam propria facta qua gesta sunt forma vnumquodque adsistens,ceu sunt,adulterium,furtum,fornicatio:cum ipsa nocte,cùm modo,cum propriis notis formam peccati designantibus,vtq;
C semel finiam,vnum quodque proprio insignitum charactere producetur,sui omnibus expressam suggerens & euidentem memoriam.Me igitur peccatorum vestigia haud circundabunt.Quoniam inclinaui in parabolam aurem meam, & aperui in psalterio propositionem meam. † Calcaneum in sacris voluminibus in malam partem pro mente contaminata ac vitiosa capi solet.] *Qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.*) Prophetæ sermo ad duas est personas,& ad terrigenas,& ad diuites.Illos enim alloquitur,eorum de se stultam existimationem demoliri cupiens,quam ob corporis vires conceperant:hos verò ob luculentam possessionum opulentiã intumescentes volens imminuere. Vos, inquit, qui de vestra virtute præsumitis,(hi enim terrigenæ corporis viribus supra
D modum confidentes,satis sibi esse humanam naturam putant ad ea quæ cupiunt perficienda)& vos,inquit,qui etiam in incerto diuitiarum spem posuistis,audite:pretio vobis redemptionis est opus,vt asseramini in libertatem, qua insidiis diaboli superati quondam priuati fuistis:qui captiuos vos retinens non priùs à sua tyrannide abire liberos sinet, quàm aliquo conuenienti persuasus redemptionis pretio permutare velit.Pretium autem hoc non similis esse generis oportet iis qui detinentur,sed modo mensurá ve præstantius,siquidem ex iugo seruitutis volet captiuos emittere.Quamobrem frater nos nequaquam redimere valet. Nullus enim homo persuadere diabolo possit,vt eum missum faciat quem semel in seruitutem redegerit.Nam is qui de propriis peccatis nõ est idoneus aliquo munere placare deum,
E quomodo pro alio id facere tentabit? Quid enim adeò magnum in hoc seculo quis possideat,vt dignam habere animæ valeat commutationem? propterea quòd illa ad creatoris est imaginem facta.Quæ autem quamlibet molesta afflictio & labor præsentis seculi sufficere poterit ad parandum humanæ animæ futuri illius seculi viaticum? Hæc vt simpliciter intelligimus,ita enarrauimus.Etiam si quis in hac vita sibi potens videatur,si possessionum multitudine munitus fuerit,hoc planè sermone admonetur demittere inaniter de se conceptã existimationem & humiliatum viuere sub potenti manu dei, non item spem suam ponere in opinione de robore corporis præsumpta,neque in multitudine diuitiarum gloriari. Potest sanè id ad aliquanto sublimiorem sensum prouehi, vt eos qui de potentia sua præsu-
F munt,& in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, intelligamus vtrunque de animæ viribus,quæ ipsæ neutiquàm per se sufficere possint ad parandam salutem.Nam vt inter filios hominum quis detur esse perfectus, is si dei sapientia destituitur: nihili talis æstimandus venit,quantanlibet ex mundi sapientia sibi pepererit speculatiuæ scientiæ copiam,& diuitias quasdam vndelibet corraserit cognitionis.Qui talis est,audiat rei veritatem,nimirũ quia anima omnis humana maligno seruitutis iugo communis omnium inimici succubuit & libertate quam à suo creatore acceperat, priuata, abducta in captiuitatem est per peccatum.Omni autem captiuo,opus pretio ad libertatem recuperandam. Neque igitur fratrem suum alius quiuis frater redimere poterit, neque vnusquisPiam seipsum: quòd redemptor tantò esse debet captiuo & iam seruiente præstantior. Sed & ne in vniuersum quidem ho-

† rationale, vel verbale.

Dies mala iudicij.

Sua cuiusq; conscientia, in iudicio accusatrix.

Calcaneum &c. Non habentur in Græco.

Humanum genus à puro homine redimi non potuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo erga deum ea præditus facultate est, vt ipsum placet pro peccatore, quum & ipse sit peccati reus. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei: iustificati gratis ipsius gratia per redemptionem quæ est in Christo Iesu domino nostro. *Non dabit ergo deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ.)* Neque enim fratrem in redemptionem quærit, sed vnum aliquem qui nostram exuperet naturam. Non item hominem nudum, sed hominem deum Iesum Christum, qui solus pro nobis omnibus, deo propitiationem dare potest, quòd ipsum deus placationem in eius sanguine per fidem elegerit. Frater erat Israël Moses, non tamen ipsum redimere valuit. Quomodo si tantus vir non potuit, alius è vulgo quiuis poterit? Quamobrem illud quidem pronuntiat: Frater non redimet: hoc verò per interrogationem cum grauitate infert: Redimet homo? Moses enim non à peccato populum liberauit, sed dei aduersus peccatum mitigauit promotam indignationem, placationem verò dare deo ne pro seipso quidem, vt qui ipse in peccato esset, potuit. Nam & ipse post tanta taliáque prodigia & signa quæ vidit, illam emisit vocem per quam certò discere volebat, nimirum subdubitans. Audite me rebelles & increduli: Num ex hac petra vobis aquam educemus? Ob hoc itaque verbum dixit dominus ad Mosen & Aaron: Quia non credidistis mihi, vt me sanctificaretis coram Israël, non introducetis synagogam hanc in terram, quam illis dedi. Non dabit ergo deo propiciationem pro seipso. Quid enim vsquàm tanti est momenti quod homo poterit dare pro redemptione animæ suæ? Inuentum tamen vnum est pro omnibus simul hominibus dignum pretium, nempe sanctus & omni pretio superior pretiosus sanguis domini nostri Iesu Christi, quem pro nobis omnibus effudit: quamobrem pretio sumus empti. Si igitur frater non redimit, redimet homo? Si enim homo nos redimere nequit, qui redemit homo non est? Noli igitur quia dominus in carnis similitudine ad nos venit & nobiscum est versatus, eum tantummodo hominem existimare illius diuinæ virtutis ac potentiæ ignarus, qui opus non habuit sese sua causa deo offerre, neque suam ipsius animam redimere, cum peccatum nullum admiserit, nec dolus sit in eius ore inuentus. Redimere seipsum nullus idoneus, nisi veniat is qui conuertat captiuitatem populi, non pretio quidem aut donis, vt in Esaia scriptum est, sed suo sanguine, qui non fratres nos existentes, sed inimicos ob peccatum factos, (neque item homo nudus sed deus) post libertatem nobis gratuito concessam fratres nos suos appellat. Annuntiabo enim (inquit Dauid) nomen tuum fratribus meis. Itaque qui nos redemit, si eius consideraris naturam, nec frater est, neque homo. Si verò ipsius in nos per gratiam, condescensionem expenderis, & fratres nos nominat, & ad humanitatem vsque descendit: qui pro orbe toto, non autem pro se propitiationem dedit. Non enim opus habet propitiatione, sed ipse est propitiando patri placatio. Talis enim nobis pontifex conueniebat, sanctus, innocens, immaculatus, segregatus à peccatoribus, & sublimior cœlis factus: qui non haberet quotidie necessitatem, sicut pontifices illi, priùs pro suis peccatis sacrificia offerre, deinde pro populi ignorantiis. Post hæc dicit: *Et laborauit in æternum & uiuet in finem.)* Nam ille qui vera est vita, & virtus, nec vllo vnquam labore ea fatiscit natura, laborauit in hoc seculo, quando fessus ex itinere ad fontem sedebat. *Qui non uidebit interitum quando uidebit insipientes morientes.)* Non enim dabit sanctum suum pater videre corruptionem, quum ij qui vanam iactant sapientiam, moriantur. Si autem vis & de hominibus iustis hæc intelligere, reminiscere Iob dicentis: Homo natus est labori. Item Apostoli de se testantis: Abundantius omnibus illis laboraui. Et rursus: In laboribus abundantius. Qui igitur in hoc mundo laborauit, hic viuet in finem: Qui verò in deliciis & omni genere vitæ solutioris degit, præ teneritudine ac mollicie purpuram & byssum induit, seque quotidianis epulis lautioribus & splendidis oblectat, laborum pro paranda virtute fugitans, nec sustinuit in hoc seculo vlla lassitudine defetisci, is nec in futuro illo viuet: sed semotius & ex longiore interuallo vitam videbit in camini flamma cruciatus. Qui verò pro virtute innumeris agonibus desudarit, & vt eam assequeretur, multis laboribus tortus nimisquàm est & examinatus, hic inquam est, qui viuet in finem. Quàm multa in afflictione passus est Lazarus pauper? quàm multis laboribus attritus Iob contra aduersarium certando: Qui enim certando delassati fuerint, ait, illic recreabuntur: eóque dominus istos ad requiem inuitat, qui labore lassescunt, sunt ve onerati. Quomodo qui benefaciendo insudauerint, non onerati dicent, quum propheta dicat: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, Venientes autem venièt cum exultatione tollentes manipulos suos, vbere fructu plenos, qui & his rependentur pro proportione eorum quæ quis-

Qui viuet in æternum.

ὡῶς ὄυμ lege ὡῶς οὐ.

quæ quisque seuerit. Onerati itaque dicuntur, qui quòd in benedictionibus seminarint, & metent cum lætitia sempiterna, quos spiritualium fructuum manipulos sibi reposuerint. Qui igitur per deum redemptus est, qui se dedit propitiationem pro eo qui redemptus est: is quidem in hoc seculo laborauit, at labore perfunctus viuet in finem. Planè hic non videbit interitum, quum viderit sapientes morientes. Qui angustam & sudoribus plenam viam præleni & solutiore elegerit, is æternam corruptionem non videbit, nimirum afflictionem illam perpetuò duraturam, die visitationis dei, quum ad pœnas abripientur qui dei sermonibus fidem non commodarint, sed post vani cordis sui desideria abierint. Sapientes porrò dicit veteratoria versutiæ & impostura insignes: de quibus Hieremias ait, Sapientes sunt, vt faciant mala: bene autem facere nescierunt. Vel certè sapiētes dicit discipulos principum huius seculi qui abolentur, qui dicentes se esse sapientes stulti facti sunt: quoniam sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Quamobrem quum stultos reddat hæc sapientia, ideo astruit perditurum esse sapientiam sapientium, & reprobaturum prudentiam prudentum. Persuasiones igitur falsi nominis scientiæ qui eas exceperint, occasionem suggerunt mortis, quam quidem mortem non videbit redemptus ab eo cui placuit vt per stultitiam prædicationis saluos faciat credentes, vt inquit Paulus. Deinde ait: Simul insipiens & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra illorum domus eorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris. Supra vno nomine generali sapientes appellauit, quos nunc subdiuidens insipientes siue imprudentes & item amentes. Liquet sapientes quidem eos secundum ipsorum opinionem, hoc nomine vsum dixisse, quemadmodum deos nominat non natura, sed eorum consuetudinem secutus qui decepti sunt: atque ita sapientes nunc stultos & insipientes dixit. Non multo sanè negotio possis tecum comminisci, quo discerniculo distinguatur ἄφρων imprudens siue insipiens, ἀπὸ τοῦ ἀνοήτου ab amente seu demente, hoc est ἀπὸ τοῦ μωροῦ à stulto. Imprudens enim siue insipiens dicitur is qui priuatus prudentia minus solers est aut perspicax ad obeunda cōmunis vitæ istius officia. Itaque eos vocat consuetudo prudentes siue sapientes qui incommoda & noxia ab vtilibus in rebus humanæ vitæ discernere nouerint, iuxta id quod est in euangelio dictum. Quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Non enim absolutè prudentiores, sed secundum conuersationem & consuetudinem vitæ huius qua in carne agitur. Hi nanque dispensatores aut villici iniquitatis dicūtur, quòd prudenter consulant dispensandis suæ ipsorum vitæ commodis. Iuxta hanc acceptionem, serpentes quoq; prudentes sunt siue sapientes, quòd sibi adornent & instruant cauernosas latebras, atque inter pericula modis omnibus vitant capitis plagam. Atqui ἄνους demens siue stultus dicitur, qui his destituitur quorum cognitio mentem hominis præcipuè adornat, vt sunt dei patris notitia, item verbi quod in principio erat apud deum assumptio, & à sancto spiritu illuminatio procedens: quam sanè sensatam mentem habent, qui possunt cum Paulo dicere: Nos mentem siue sensum Christi habemus. Sacri nanque eloquij inualuit consuetudo, vt vicissim ac promiscuè his vtatur verbis ἄφρων καὶ ἄνους, vt quum ἄθεον impium & qui deū esse neget, eum dicit ἄφρονα insipientem in illo: Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Et contrà, quod vitæ nocet ἀνόητον, stultum vocat: Quemadmodum Apostolus de iis qui in cō cupiscentias incidunt stultas & nociuas. Atque adeò insipiens & stultus ad vnum communem finem, hoc est, perditionem deuergunt. E diuerso possit quis ἄφρονα insipientem eum dicere stultum, vt qui gentiliter viuit: ἄνουν contra pro insipiente, vt qui Iudaicè, secundum nudam tantum legis obseruationem, vitam instituit. ἄφρον nanque stulto scilicet dixit deus (quoniam is deum esse animo minimè putabat) ἄφρον stultè hac nocte animam tuam auferent. Contra ἄνους insipiens, qui secundum carnem est Israël nominatus, vt ait propheta: Erat Ephrem sicut columba insipiēs: Aegyptum inuocabat, & ad Assyrios ibat. His planè per suam ipsorum inscientiam elisis simul & confractis, nos alienigenæ diuitias ipsorum hæreditate capimus. Nostra nanque sunt mandata, nostri prophetæ, nostri patriarchæ qui à seculo iustificuerunt, nobis diuitias suas reliquerunt, qui in sua stultitia perierunt. Horum itaque domus nempe insipientis ac stulti, sepulchra sunt in æternum. Quorum enim vita mortuis operibus nimirum omni ex parte peccatis differta est, horum sepulchra sunt habitationes inæternum. Mortuus nanque ratione peccati, non in domo sed in sepulchro ob animā mortuam habitat. Domum verò Iacob habitat atque colit neutiquam subdolis moribus decolor sed simplex. De quo scribitur: Erat homo minimè fucatus ac bonus, habitans domum.

Attendite quo differāt ἄφρων καὶ ἄνους siue ἄνους.

Attendite' scripturę cō suetudinem

ἀπαγωγή.

Sepulchrū inhabitans.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἄπλαστος καὶ ἀγαθός. Translatiua γνώμη.

Sepulchrum ergo colit qui est omnino iniquus, nec ab operibus mortuis fundamentum pœ G nitentiæ substernit sibi, sed similis sepulchro dealbato efficitur, quod forinsecus quidem cõ spicuum apparet, Intrinsecus verò mortuorum ossibus & omni immundicia refertum est. Quamobrem talis loquens non os aperit, verbo dei sed sepulchrum habet apertum, suum ipsius guttur. Si quis itaque in Christum credens, non actiones exerit, quæ suæ sint consentaneæ fidei, is quòd improbatis opinionibus intenderit, is quòd scripturæ sensum interpolans ac torquens accipit, in petra sibi incidit monumentum. *Tabernacula eorum in generatione & generatione.*) Hoc est, sepulchra, domus illorum sunt in seculum. Deinde declarans de quibus intelligat sepulchris, vt ostendat, quòd de corporibus dicat, quæ propter iniquitatem animæ præmortuæ inhabitant: Addidit ipsis tabernacula eorum in generatione & gene H ratione, secundum consuetudinem per quam humana corpora dici solent tabernacula. Hi enim vocauerunt nomina sua in terris. Non enim impij nomen in libro viuentium scribitur, neque numeratur cum ecclesia primogenitorum qui in cœlo numerantur, sed in terra ipsorum remanent nomina: quoniam hanc perfunctoriam breuique tempore duraturam

Nomina in terra manẽtia.

æstimauerunt vitam præ tabernaculis æternis. Nonne vides eos qui fora & gymnasia in ciui tatibus ædificarunt, muros excitarunt, aquæductus adornarunt: quo pacto eorum nomina hisce sint indita ædificiis terrenis? Iam verò & sua ipsorum nomina inusserunt equorum armentis, cõmenti modum quo in longum vitæ suæ tempus sui memoriam nominis prorogarent. Quin & in sepulchris insculpserunt sua ipsorum nomina, monumentis ad propriæ o- I stentationem magnificentiæ. Hi sunt qui terrena, præsentisque temporis gloriam sapiunt, ac per hominum ora volitare tantum student: atque ista satis esse ad felicitatem putant. Quòd si nonnullos videris ob falsi nominis scientiam sibi maximopere placere, seque cõsensu nefario dedere improbatis dogmatibus & pro christianorum nomine, ab vno aliquo qui hæresiarchæ fuerunt, sibi nomenclaturam adsciscere, puta à Marcione aut Valentino, aut ab vno aliquo eorum qui hac tempestate ex ignotis priùs emerserunt tandem: velim noueris hos nomina sua vocasse in terris, vt qui sese addixerint hominibus pestili corruptelæ expositis nihilque resipientibus quàm terrena hæc. *Et homo quum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hæc uia illorum scandalum ipsis, post ea in ore suo* K *complacebunt.*) Magna res homo, & pretiosum quid vir misericors ait Salomon. Prorsus homo ex sua naturali constitutione quiddam sortitus est maximi æstimandum. Quid enim eorum quæ in terra conspiciuntur, aliud ad imaginem creatoris factum est: Cuinam alij po testas data est, & imperium super omnia terrestria aquatiliáque & aëria animalia cõcessum? Paulominus ab angelis subsedit diminutus propter hãc ad terrenum corpus coũnitionem. Sanè hominem fecit ex terra deus: & ministros suos flammam ignis. Atqui hominibus vis inest, qua creatorem suum & opificem agnoscere possint & intelligere. Insufflauit enim in faciem: hoc est, partem aliquam propriæ gratiæ apposuit homini, vt per hanc sibi impressam similitudinem, eum cui similis est, agnosceret. Attamen in tanto quum esset honore, vt qui L ad sui conditoris imaginem esset creatus, honore prælatus cœlo, Soli, & vniuerso stellarum choro: † Quod enim cœlorum dictum est imago esse dei altissimi? Quamnam imaginem sui seruat Sol creatoris? Quid luna? Quid tandem reliquæ omnes stellæ? Planè inanimata hæc quidem ac materialia corpora sortita sunt, sanequàm pellucida quidem, at nulla prædita mente, nullæ insunt voluntariæ motiones, non libertas arbitrij illis adest, sed necessitati sibi impositæ seruiunt, per quam semper circa eadem versantur nusquam à præscripta sibi lege euariando. Atqui homo eam qua omnibus his prælatus est, dignitatem honorẽ ve non intellexit, sed dei quem sequi debuerat, factus desertor ac refuga creatoris cui conueniebat assimilari, in seruitutem prolapsus est & concidit affectionum carnis. Compara- M tus est iumentis insipientibus & similis factus est illis: nunc quidem dum perinde ac equus vsque ad insaniam deperit fœminas, vxori adhinniens proximi, nunc rursus quasi lupus rapax, ex insidiis dum appetit aliena, nonnunquàm vulpis malitiosæ astutiæ assimilatur per dolum aduersus fratrem concinnatum. Fuit reuera exuperans quædam magnitudo amentiæ istius & pecuinæ absurditatis à ratione prorsus abhorrentis, quòd ne sensérit quidem initio suæ creationis, ad imaginem sui conditoris factum se esse, & neque cogitarit quot quantáque in sui vnius gratiam dispensata sint mysteria. Et si quidem horum contemplatione sustinuisset suam ipsius agnoscere dignitatem. Atqui horum adeò immemor omnium fuit, vt spoliatus imagine cœlestis sibi imaginem hominis

Attende: quàm eximia, quãque excellẽs res sit homo, sed si se hominẽ agnoscat.

Hiulca est sentẽtia hęc his expleri potest † nec sic quidem sibi prærogatam dignitatem intellexit homo] vt mox sequatur: Quod enĩ. ὅτι μὲν οὖν εἶπεν.

induerit

A induerit terreni. Neu tandem is continenter hæreret peccato, ipsius redimendi causa, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, seque vsque adeò humiliauit, vt factus sit obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quòd si primę illius tuæ generationis es immemor, ex depenso tui redimendi gratia pretio, qualencunque tuæ dignitatis arripe notitiam. Quanti id sit pretij, quo permutatus es videto, tuámque adeò agnosce dignitatem. Pretio sane haudquaquàm aspernabili emptus es. Noli proinde seruire peccato, tuam potiùs intellige dignitatem, vt ne assimileris iumentis insipientibus. *Hæc uia eorum, scandalum ipsis.*) Qui nostra omnia moderatur ac dispensat deus nobis per malitiæ viam incedentibus occurrit offen
B dicula obiiciens quæ nos à peccato remorentur & abarceant, vt à vita pecuina & rationis experte auocati, posteà in ore nostro complaceamus. Id sanè fiet, quum corde crediderimus ad iustitiam, ore item confessi fuerimus ad salutem. Persecutor erat Paulus, depopulabatur ac vastabat Christi ecclesiam, prono ad explendam iniquitatem cursu vires exerebat. Posteà in ore suo complacuit, dum per synagogas annuntiaret, quoniam hic est Christus. † Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Bestiis & iumentis insipientibus comparatos, velut oues intellectu simul & viribus ad se defendendum carentes, rapiens inimicus in suam ipsius munitionem adduxit, ac morti depascendos tradidit. Pauit hominem enim mors ab Adã vsq; ad Mosis politicam administrationẽ, donec verus pastor venit qui animam suam
C pro ouibus posuit, atque adeo eas secum excitatas & ex inferni carcere eductas diluculo suæ resurrectionis tradidit iustis, hoc est, sanctis angelis eas vt pascerent & refouerent. *Et dominabuntur eorum recti in matutino.*) Cuilibet enim fidelium est angelus assistens, & adiunctus patrem qui est in cœlo, videre dignus. Hi nanque videlicet recti dominabuntur eis qui sunt ex amarissima liberati seruitute, & dominabuntur in matutino constitutis, id est ad lucis exortum subtergressis. Quàm scitè & solerter pertexta sit horum series verborum velim vt consideres. Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipiẽtibus. Qui ex sua ipsius primogenia conditione rem obtinuit maximi æstimandam per peccatum in ipso habitans non sentit aut agnoscit seipsum: is comparatus es iumẽtis. Dein idem quòd
D à verbo dei abalienarit se, degenerauit in brutum expers rationis, quem perinde ac erraticã ouem sine pastore abripuit inimicus & in inferni coniecit carcerem, mortique tradidit deplorandum. Hac sanè gratia illinc exemptus propheta & ab maligno pastore liberatus dicit: Dominus pascit me, non amplius mors sed vita, non item ruina sed resurrectio, non etiam mendacium sed veritas. *Et auxilium eorum ueterascet in inferno.*) Aut sanè dicit hoc de morte vt quæ cum sua omni auxiliari copia non potuerit eos sustinere, quos pascebat, propter eum qui imperium habens mortis ipsam demoliebatur ac dissoluebat. Et quidem horum morti addictorum auxilium omne tam vetustate accisum erat, quàm attritum infirmitate. Iam tunc deprehendetur & colliquescet auxilium hominum, qui cum mentem habeant suo me-
E rito seductam ac delusam, ob diuitias, gloriam, aut quempiam potentatum tantopere sibi placent & insolescunt. In inferno veterascet, nimirum deprehensa eorum imbecillitate. Aut fortè iustorum auxilium quòs redemit dominus, ad infernum vsque protendetur. Nondum enim acceperant promissiones, quòd deus de nobis melius aliquid prouidisset: vt ne sine nobis consummarentur, pollicitationibus priùs acceptis. *Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me.*) Palàm vaticinatur Christi ad infernum descensionem, qui vna Heb. 11. g.
cum aliis prophetæ ipsius animam sit liberaturus, vt ibi nequaquam remaneat. *Ne timueris quum diues factus fuerit homo, uel cum multiplicata fuerit gloria domus eius.*) Necessaria est & ista prędicatio iis qui orbem inhabitant, terrigenisque & filiis hominum, diuitibus simul & pauperibus: Ne timueris cum diues factus fuerit homo. Si quando videris, inquit, iniustum quiF dem opulescentem, iustum verò paupereścentem, nihil id tibi terroris incutiat, neu animo consternêre quasi tandem nusquam sit prouidẽtia dei quæ interuisat nostra & exploret: subdubitans nuncubi fortè diuina illa rerum conditarum ac prouida inspectio haud dum adusque terræ confinia pertingat, adeò vt nostra contempletur. Si enim vlla esset prouidentia, profectò cuilibet propria traderet, vt iusti & ij qui diuitiis vti sciunt opibus affluerent: in paupertatẽ vero venirent improbi, vt ne ipsis opulentia suppeteret, instrumentũ suæ improbitatis exercẽde accommodũ. Iam quando non pauci gentilium ac terrigenum, qui talia sapiunt, & ob inæqualitatem apparentem diuisionis rerum quæ in vita versantur, sine prouidentia mundum esse arbitrantur: hos cõpellat hic sermo, sistens ac mitigans illorum ineruditam commotionem, quos ipso statim initio inuitarat ad suę auscultationem doctrinæ. An

† hæc desyderantur in Græco exemplari.

Sui cuique est angelus.

ἐκ τῆς τετρεπτότητος δουλείας. ἀνεκτολήμφωτὸς ὑπελθόντων.

ἢ μήποτε.

 fortè

Universidad de Deusto
Biblioteca

fortè ad ſolam pauperis perſonam ſe conuertens ait:Noli timere quando diues factus fuerit G
homo. Hi enim maximè conſolatione indigẽt,vt ne vereantur ſe eminẽtiores.Nulla enim,
inquit,vtilitas eſt diuiti morienti quum is non queat ſecum auferre diuitias,qui hoc tantum
ex illarum poſſeſſione lucratur, quòd anima ipſius in vita hac ab adulatoribus prædicatur
beata.Mox vt illi moriendum fuerit,non hanc omnem opulentiam ſumet,ait. Vix veſtem
ſumet,quæ pudenda tegat.Idq; fiet,ſi ſeruis placuerit,qui illum ad ſepeliendum obtegunt &
componunt.Abunde illi ſatisfiet,ſi parum terræ ſortiatur, ſi tamen per eos licebit qui funus
curant:qui hanc illi non tam charitate quàm verecundia quadam communis naturæ permo
ti tribuent:nec ipſi gratificantes,ſed humanitatem verentes. Ne eſto circa præſentia hæc pu-
ſillo aut deiectiore animo,quin potiùs vitã illam mihi opperitor beatã prorſus,nec vllo fine H
claudẽdam.Videbis enim tunc demũ quemadmodum bona de cauſa iuſto paupertas,ignobilitas,ablatio delitiarum obueniant. Neque ſuper iis quę bona nunc putantur animo turberis,quaſi non ordine rectèque diuiſa.Audies enim quomodo diuiti dicetur: Recepiſti bona tua in vita tua:& pauperi ſimiliter: Quoniam accepiſti mala in vita tua. Quarè conſentaneum rationi eſt, vt hic quidem conſolatione perfruatur: ille verò intabeſcat dolore.
Confitebitur tibi quum benefeceris ei.) De terreno loquitur homine, & eo qui tantùm bona eſſe exiſtimat quæ primas obtinent in dignitate in hac vita, diuitias, ſanitatem, potentiam. De hoc dicit quoniam confitetur deo, quum beneficio quopiam affectus fuerit: is contrà quapiam preſſus calamitate,omne genus blaſphemiæ in deum effundit.Propheta relicto paupere deum compellat iam & alloquitur, accuſans abuſum diuitiarum, & quòd diues in opulentia ſua tantum deo gratias agit, ſi qua interim inamœna ac parum lęta ingruerint, non iam idem perſeuerat.Tale enim eſt illud quod à diabolo obiicitur,aduerſum Iob,quia neutiquam gratis coleret deum,ſed pietatis mercedem diuitias haberet,& reliqua. Idcirco vt vi I
ri virtutẽ deus oſtenderet,eũ omnibus quæ poſſederat ſpoliauit, vt ipſius hominis erga deũ
παράδειγμα memorabile gratitudo in omnibus clarior appareret. *Introibis uſque in progenies patrum ipſius.*)Exiſtimo hoc
eum dicere de peccatore,quòd hunc deus eatenus nouit,quia & is patrum conſuetudini permiſſus eſt & traditus,propria vero ſapiendi virtute nihil plus poſſidet, neu quicquam addit
ſibiipſi ad veritatis agnitionem.Tantum igitur aderit tibi deus,inquit,& tantus ineſt illi de K
te intellectus, quantus fuit in generatione patrum ipſius. Hic planè mentis vacuitatem &
ſocordiam ingentem indicat diuitis illius,affectúmque prorſus ad terrena propendentem,
& ad carnis conſectandas illecebras exprimit amorem eius qui inter diuitias ac delicias volutatur,& proinde mentem habet curis temporariæ iſtius vitæ præfocatam. Idcirco vſque
Μεταφορά. *in æternum non uidebit lumen.)* Qui enim à cæcis ſe duci permiſerunt magiſtris, ſeſe lucis vſu
priuauerunt.Habet item hic locus talem quendam ſenſum:Introibis vſque in progeniem pa
Atten.hæc Lutherani. trum ipſius:hoc eſt,non ſolùm eos,qui in mala vitæ conuerſatione, & paternis quidem dogmatis,alienis tamen à pietate,deprehendentur,vindicabis: ſed & autores prauorum dogmatum inquires.Et hoc eſt quod dicit:Introibis vſque in progenies patrum ipſius.Nõ enim L
ſolùm is qui prauas de deo opiniones habet reus eſt, imò potiũs is qui cæteris ad perditionem præiuit viam. Eiuſmodi enim qui malitiam hanc à progenitoribus ſuccedaneam exceperunt, eam pertinacius tuentur ac ſi ineluibilem, quod diutina ſit corroborata conſuetudine.Vſq; in æternum non videbit lumen.Mittuntur enim ad tenebras exteriores,vbi erit fletus & ſtridor dentium. Quod & iuſto dei iudicio ſuſtinebunt, propterea quod lucem in hac vita malitiæ dediti odio habuerunt. *Homo in honore exiſtens non intellexit,comparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis.)* Vox apprimè miſerabilis.Homo paulò minùs diminutus ab angelis: De quo item Salomon ait: Magna res homo & valde pretioſa,vir miſericors. Is demum quod propriam dignitatem, nullo ſenſu percepit, ſed obſcœnæ carnis affectibus ſe ſubſtrauit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. M

Hęc epigraphe nõ extat in exemplaribus Græco.

IN PSALMVM LIX. IN FINEM PRO IIS qui mutabuntur,in tituli inſcriptione ipſi Dauid,in doctrinam quum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Soba,& conuertit Ioab,& percuſſit Edom in ualle Salinarum duodecim milia,Deus repuliſti nos & deſtruxiſti.

EGo fratres quum veſtram ad audiẽdum alacritatem intueor, meámque ipſius vim ad dicendum expendo exilem & infirmam: ſubit animum ſimilitudo puſionis cuiuſpiam qui per ætatulam aliquouſque promouerit, nondum tamen ablactatus is eſt, ſed

A eſt, ſed matris papillam diuexat turbulenter ac diſtrahit per ægrotationem priùs reſiccatam:
cui mater etiam ſi ſciat ſe exiccatos habere lactis fontes,diſtracta tamen & manibus puerilibus vellicata vbera qualiacunque præbet: non vt infantem nutriat, potiùs vt puerilem eiulatum ſedet:Itaque & ſi per diutinam hanc ac multiuariam corpuſculi ęgrotationem noſtrę
inaruerint viriculæ, expromptæ nihilominus ſunt ac vobis expoſitæ, non quidem vt digno
vos aut precij vllius edulio lautiore refoueant, veriùs vt veſtris erga me votis quadantenus
ſatisfiat.Huic enim eximię charitati veſtræ factum ſatis putauero, ſi veſtrum in me deſiderium dabitur vel voce ſola mitigare poſſe. Erudiatur igitur eccleſia dei, diſcátque quòd pau
lò antè dicebamus:Da nobis auxilium ex tribulatione,quia vana ſalus hominis. Forſan iſta
B pſalmi ſententia omnem valetudinis excuſationem mihi tollit: ſiquidem tribulatio diuini
auxilij conciliatrix eſt & pararia,non item debilitatis occaſio. †Quod autem ad hũc attinet
pſalmum.┘Qui ſanè ob peccata repulſi ſunt,dein iidem rurſus admiſſi ac recepti,his tempeſtiuum ſit,vt dicant: *Deus repuliſti nos,& deſtruxiſti nos:iratus es,& miſertus es nobis.*) Magis autem poſtquàm ordine incidimus in pſalmi ſententiam & intellectum, agè expoſitionem illius mediocriter attingamus. Hiſtoria præſentis pſalmi ad verbum ſecũdum inſcriptionem
nuſpiam ad hoc vſque tempus inuenitur in hiſtoriis ſcripturæ diuinitus inſpiratæ poſita.Nã
in libro Regum ſecundo aliqua ferè huic ſimilia & æquipollentia diligenter inquirentibus βασιλειῶν Regnorum
inuenientur,in quo ſcribitur:Et percuſſit Dauid Adadezer filium Roob regem Saba, quan- Ἀδραζὰρ corruptè, vt
C do profectus eſt vt manum ſuam ſiue poteſtatem extenderet ſuper fluuium Euphraten. Et ferè ſolent
præoccupauit Dauid ipſius mille currus,& ſeptem milia equitum, & viginti milia virorum Græci, pro
peditum,& diſperdidit omnes currus,& reliquit ex eius centum currus. Et paulo pòſt dicit: Adadæzar
Et regnauit Dauid ſuper Iſraël,& erat faciens iudicium & iuſtitiam,& Ioab filius Saruiæ ſu- cap. 8.
per exercitum erat.Et paulo pòſt ait:Miſerunt filij Ammon, & ſtipendio conduxerunt Sy- 2.Regum.
rum Rhoam,& Syrum Soba,viginti milia virorum, & nouit Ioab factum hoc eſſe aduer- & Rehob
ſus ſe & paratum prælium à fronte,& à tergo,& elegit ex omnibus filiis Iſraël, & duxit exer ῥααβ. Pro Syrum
citum aduerſus Syrum, & viderunt ſerui Adadezer, quòd dilaberentur & caderent à facie συρίαν vtro
D Iſraël & vltrò ad Iſraël transfugerunt,eiſq; ſeruierunt.Vtique deprehendimus pſalmi inſcri- que loco.
ptionem aſtipulari & concinere huius hiſtoriæ progreſſioni, præterquam quòd iſtius inſcriptionis in columna inciſæ & deſcriptæ tempus quo Dauid ob illuſtria & præclarè geſta facinora bellorum ſeipſo clarior euaſerat ac ſplendidior. Non itaque indignum quęſtione vi- Quæſtio.
detur, qua ratione à luctu & lamentis ordiatur pſalmum, quum conueniſſet præſultanti ac
prægeſtienti animo eſſe ob res præclarè geſtas. At enim celebrantium feſtiuitatem aliæ ſunt
voces,alię contrà in mœrore conſtitutorum.Sanè Epinicia,odæ videlicet pro parta victoria
concinnatæ argumentum ſunt popularis ac publicæ celebritatis, non militibus ſolum, ſed
colonis & mercatoribus ac manuariis opificibus,& demum omnibus qui ſunt bonorum pa
cis participes.Quomodo igitur,inquit, Deus repuliſti nos ac deſtruxiſti nos? Atqui ſuſcepe-
E rat illos data iam victoria.Quomodo autem deſtruxit,quos tanto ſucceſſu rerum auxit,tradens eis & arma & currus & equos & ſubditos,& regionem tributariam ac vectigalem,Arabiam omnem, Phœnicen, Meſopotamiam? Dignum profectò ſcire hoc,ne aliquam verba
ingratitudinem habeant. Qui enim priùs Adadezer regem Soba euertit,cœpitq; mille currus & ſeptem millia equitum ac viginti millia peditum: rurſusq; regem Syriæ ſuppetias ferentem in ſeruitutem redegit,ac tributarium conſtituit: & vno temporis momento viginti
millia ipſius exercitus interfecit, & tertia victoria filios Ammõ, qui prope ciuitatis portam
bellum inſtituerant per Ioab militię principem ſtrauit, qui in duas partes exercitu diducto
hos à fronte, illos à tergo adortus, mancipauit ſeruituti ac ſubegit:quo is pacto inter tot ta-
F liáque illuſtria belli facinora, verba promit triſtitiæ ac mœroris vſque adeò plena? dicens:
Deus repuliſti nos,& deſtruxiſti nos iratus es,& miſertus es nobis? Sed tempus tituli huius Solutio.
erat in rebus bene geſtis.Vis autem ſcriptorum in finem habet relationem:finem autem dicit id quod in conſummatione ſeculorum euenturum eſt.Quapropter & iis qui immutabuntur pſalmum inſcriptum eſſe dicit.Liceat autem de omni omnino humano genere id intelligere,eo quòd ad omnes perueniat huius pſalmi vtilitas,qui & mutati & mutandi iure dici poſſunt, quum non eundem corporis habitum ſeruent,nec in eadem animi ſententia ſeu
propoſito ſemper eodem viuant,ſed corpore quidem ſecundum ætatis varietatem mutati,
mente item aliis aliisq; propoſitis iuxta rerum contingentium multiuariam alterationem
immutãtur,& alij ſumus pueri,alij ephebi,ſiue puberes, & alij quũ in virilem euaſimus æta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem,& vbi conſenuimus omnino immutamur.Et alij quidem in lætiore rerum ſtatu, alij ité G
ex aliis efficimur vſi aſperiore temporum euétu.Alij dum ægrotamus, & alij dum valemus.
Alij in nuptiis, alij in luctu conſtituti . Vel quia non pro mutatis ſed mutandis pſalmus hic
dictus eſt, atque ita vox eiuſmodi prophetiæ ſignificationem habet : propterea quòd quum
inclinet in tempus futurum,conuenientius eſt vt immutandos eos intelligamus,qui huma-
næ vanitatis conſuetudine relicta,iuxta exactam diſciplinam euangelicæ regulæ fuerant vi-
tam ſuam moderaturi . Non itaque Iudæis pſalmus eſt ſcriptus , ſed nobis immutandis,qui
cultum plurium deorum in pietatem, ac idolorum ſuperſtitioné in eius qui nos fecit,agni-
tionem mutauimus . Item pro voluptate inconceſſa & illegitima legitimam eligimus tem-
perantiam,pro tibiarum inani modulatione ac tripudiis & ebrietate,pſalmum, ieiunium, & H
orationem ſuſcepimus.Nobis ergo qui pſalmum hunc fuiſſe ſcriptum dixerit, nõ aberraue-
rit à ſcopo veritatis.Ideo noſtra ſunt diuina hæc oracula, & in eccleſia dei tanquàm dona di
uinitus emiſſa , in vnoquóque conuentu releguntur, perinde ac animabus alendis à ſpiritu
In titulum. ſancto adminiſtrata quædam alimonia . Quin & pſalmus hic inſcriptus eſt , vt in columna
ſcribatur,hoc eſt, vt ne otioſus ſis & ſupinus illius auditor,neque ad eũ modum quo ea quæ
corruptibili materiæ inſcribuntur, celerem accipiunt lituram & interlinuntur facilè : ita il-
lum menti tuæ breui memoria inſculpas,& poſteà confundi abolerique ſinas,ſed animę tuæ
tãquàm columnæ inſculptum,hoc eſt,immotum ac fixum per omne tempus memoriæ tuæ
inditum habeas . Si verò nos Iudæus ex his ſcriptis vt alienos excluſerit, ex iiſdem item & I
nos ipſum refellemus,declarantes vocationem Iudæorum ac gentilium miſcellaneam eſſe
& promiſcuam , quæ & diſtantia congregat , & quæ longè ſunt conuocat,multos denique
vnum per fidem quæ in Chriſtum facit.Meus eſt,inquit,Galaad,& meus eſt Manaſſes & E-
phraim,& Iudam aſſumpſit,quibus accenſuit & Moab . Quin & interminatur aſcẽſurum ſe
eſſe vſque in Idumæam . Denique ſimul omnium ſubiectionem futurámque obedientiam
annuntiat,dicens:Mihi alienigenæ ſubditi ſunt.Deus igitur repuliſti nos. Eos nanque qui ſe
συσήματα procul abs te ſecundum peccatorum portionem,faciunt,repuliſti:noſtrę iniquitatis magni-
τῆς πονηρίας tudinem deſtruxiſti per imbecillitatem nobis benefaciens.Iratus es,quoniam natura filij irę
eramus,ſpe ac deo in hoc mundo penitus carentes . Miſertus es nobis, quando vnigenitum K
tuum pro peccatis noſtris propitiationem propoſuiſti , vt per eius ſanguinem redemptionẽ
inueniamus . Nos autem tua beneficia minimè cognouiſſemus,niſi vino compũctionis nos
Vinum com punctionis, verbum dei. potaſſes . Vinum appellat verbum , quo cor obduratum ad facultatem ſentiendi ducitur.
Dediſti metuentibus te ſignificationem,ut fugiant à facie arcus.) Moſes enim Iſraëlitarum poſtes ouil
lo ſanguine obſignauit:tu autem nobis ſignificationem,ipſum agni immaculati proq; pecca
Ezechielis ſignũ. ת to mundi immolati ſanguinem, dediſti. Et Ezechiel in frontibus facierum datum eſſe ſig-
num,dicit:Ambulate,inquit,poſt ipſum,& percutite,ne parcite,neque miſeremini:Seniorẽ
& iuuenem,& infantem,& virginem,& mulieres ad internetionem vſq; interficite. Ad om
nes autem in quibus eſt ſignum, non appropinquate. *Deus locutus eſt in ſancto ſuo , lætabor &*
partibor Sicimam.) Sicima præcipuum eſt prædium,quod Iacob dedit filio Ioſeph,typum ge- L
rit veteris illius teſtamenti,quod ſoli Iſraël viſum eſt dari. Eximium itaq; & inſigne illud te
ſtamentum,& hęreditatem populi hanc in diuiſionem deducam,& communem faciam re-
liquis.Diuiſo enim teſtamento in omnes,& eius communi vtilitate in cunctos homines be
neficio affectos à deo publicata,tunc conualles tabernaculorum metietur:hoc eſt,orbis vni-
uerſus quaſi ſortibus quibuſdam habitationibus per loca ſingula diuidetur. Tunc demum di
ſtantia coniunget autor ille pacis,ſiue quæ in terrâ , ſiue quæ in cœlo , & intermedio pariete
Galaad Ma- naſſes Moab maceriæ colliſa & diffracta ex duobus vnum conſtituet. *Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes.*)
Nepos eſt Manaſſæ Galaad,vt planè oſtendat patriarcharum ſeriem ex deo prouenientẽ, ex M
quibus Chriſtus ſecundũ humanitatẽ deſcendit. *Et Ephraim ſuſceptio capitis mei, Iuda rex meus.*)
Lebes. Abſciſſas connectit per concordiam partes. *Moab lebes ſpei meæ.*) Aut lebetẽ lauacri ait vnus
aliquis interpretum,aut lebetem ſecuritatis,hoc eſt reiectitius homo,cui interdictum ſit in-
tentatis minis vt ne ingrediatur in eccleſiam dñi. Non intrabit enim Moabites & Ammo-
nites vſq; in tertiam & ad decimam vſque generationem,& demum in tempus perpetuum.
Nihilominus quoniam baptiſma remiſſionem habet peccatorum , & ad ſecuritatem con-
ciliat debitores , redemptionem quæ eſt per baptiſmum & conciliationem cum deo ſigni-
In Idumæã extendam calceamẽtũ. ficans, dicit: Moab lebes eſt lauacri , vel lebes ſecuritatis. Omnes enim alienigenæ iugo
Chriſti colla ſubdiderunt ad legis chriſtianæ obedientiam . Idcirco in Idumæam vſque ex-
tendet

A tendet calceamentum . Diuinitatis autem calceamentum eſt caro deum ferens , per quam
deſcendit ad homines.Ob hanc itaque ſpem propheta beatum prædicans tempus aduentus
dominici ait: *Quis deducet me in ciuitatem munitionis?*) Eccleſiam fortè ſignificat,ciuitatem
quidem , propterea quòd ciuitas collectio populi eſt per legum legitimam obſeruationem
cohabitantis:munitionis verò,ob fidei complexum ipſos communientis . Quare vnus qui-
dam interpretum hanc ſententiæ particulam ſignificantiſſimè reddidit:In ciuitatem vndi- εἰς πόλιν
quaque munitam.Sanè quis det,vt hoc eximium & ſingulare contempler ſpectaculum,deũ περιοχῆς.
nempe inter homines populariter congrediẽtem?Eſt enim id quod & idem dixit dominus:
Multi prophetæ & iuſti deſiderauerunt videre,quæ vos videtis:& non viderunt. *Da nobis*
B *auxilium è tribulatione.*) Ne à qualicunque robore noſtro aut fortitudine quæramus auxi-
lium,non à corporis habitudine proſpera.A nulla,inquam,re,quæ quanlibet apud homines
præſtans ſit & eximia,dignum eſt vt ab ea depoſcas tibi impartiri veluti redemptionem.Nõ
in exuperantia pecuniarum collocanda tibi ſpes eſt,non in mole robuſti corporis aut ſubli-
mitate gloriæ ſita eſt victoriæ obtinendæ ſpes:ſed per immodicam tribulationem dominus
ipſum exquirentibus gratuitum largitur auxilium.Talis erat & Paulus dum miro quodam
modo in tribulationibus gloriaretur,ſibique magnopere placeret vel afflicto.Quarè meritò
dicebat : Quando infirmor , tunc potens ſum. Da igitur nobis auxilium è tribulatione, Tribulatio-
quoniam tribulatio patientiam operatur,patientia probationem:probatio ſpem:ſpes autem nis bona.
non confundit.Vides quò te tribulatio tandem deducat?Ad ſpem quæ non confundit.Ae-
C grotas?gaude:quoniam quem diligit deus caſtigat . Pauper es?lætare:quoniam Lazari bona
te excipient.Ob Chriſti nomen quapiam afficeris ignominia?beatus es:quoniam id tibi inu
ſtum dedecoris in angeli gloriam mutabitur . Itaque fratres , noſmet tentationis tempore
hac vna fiducia confirmemus,vt ne ad euanidas hominum ſpes confugiamus , neque inde
auxilia nobis venemur , ſed in lachrymis,& ſuſpiriis , & ſedula oratione,ac vigiliis acribus Νόημα.
& intentis vota precéſque effundamus.Is enim auxilium è tribulatione ſuſcipit,qui deſpecto
humano auxilio , eius tantum qui nos ſaluos reddere poteſt , ſpe firma munitur,in Chriſto
Ieſu domino noſtro,cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

D

IN PSALMVM SEXAGESIMVM PRIMUM *in finem pro Idithum pſalmus Dauidi, Nonne deo ſubiecta eſt anima.*

DVos eſſe omninò pſalmos nouimus.Inſcriptionem pro Idithum habentes: triceſi-
mum octauum,& hunc qui eſt in manibus,& quidem iſtius conſcriptionis auto-
rem putamus eſſe Dauid , Ipſi verò conſecratam ad ipſius vſum , ad temperandos
animæ affectus regendóſque,& ad melicum ac ſuauè ſonantem coram populo con
E centum, per quem ipſe quoque deus glorificabatur , & eorum mores qui modulatam hanc
& concordem harmoniam audiebant,emendabantur.Erat autem Idithum ſacrorum pſal- Principio. c.
morum cantor , vt hiſtoria Paralipomenon nobis teſtatur, dicens: Et cum ipſis Hæman & 17. primi Pa
Idithum,tubæque & cymbala ad reſonandum,& organa canticorum dei . Et paulò pòſt ait: ralipo. apud
Et principes exercitus conſtituerunt exercitus ad opera,filios Aſaph,& Hęman,& Idithum 70.legis: καὶ
circunciſo verborum compendio perſonãtes,cum cymbalis,& organis,& tympanis.De pa- ἔστησε Δαβὶδ
tientia igitur vterque pſalmus plurimum pertractat & ediſſerit,per quam animæ iracundia ὁ βασιλεὺς
percitæ perturbatio contrahit ſe ac reprimit.Porrò eliminata omni ſuperbia,rite quis virtu- καὶ οἱ ἄρχον-
tẽ humilitatis aſſequetur.Impoſſibile enim ſit eum qui nõ ſibi perſuaſit ſe omniũ opera in- τες τῆς δυ-
F digere omniúmque eſſe ſe nouiſſimum,poſſe aliquando aut dum inceſſitur quopiam conui νάμεως.
tio,peruincere iram , aut per longanimẽ patientiam euincere tentationes in afflictione po- Scopus pſal
ſitum.Qui enim ad ſummũ vſque peruaſit veræ humilitatis,dum maledicitur,per hoc quòd mi huius.
priùs ſibi probè conſcius fuit propriæ vilitatis,nõ iam animo commouebitur,probroſis ver
bis ignominiæ laceſſitus.Quin potiùs ſi audierit paupertatem ſibi probro dari, is pauperem
ſe mox agnoſcet,omniumque ſe eſſe indigum,imò domino ſuppeditante inopem eſſe quo-
tidiani viatici.Si ignobilem dici ſe perceperit & ex obſcuræ familiæ viro prognatũ, iam an-
teuertit cordi vt perſuaderet ſuo ſe ex luto genitum.Ob id illic quidem † Pſalmo trigeſimo
octauo,quem ſupra ſimilem ferè habere dixi,ait:Dixi,cuſtodiam vias meas, & enarrat fa-
ctioſam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctiosam peccatoris aduersum se conspirationem atque instantiam ac propriam in toleran G
do constantiam. Ait enim: Dum consisteret peccator aduersum me, obmutui & surdus fa-
ctus sum, & humiliatus sum, & silui à bonis. Deinde in processu ait: Veruntamen vniuersa
vanitas omnis homo viuens. Deinde, Thesaurizat & ignorat, cui congregabit ea. In præsen
te autem psalmo interrogatiuè, ac si enim opponens animæ suæ secum loquitur & edisserit,
idque liquet ex priùs mihi dictorum serie. Ne enim superbiæ carnis se substernens anima
ad varios iræ ac mœroris impetus irritetur: cur, inquit, prauorum affectuum animam facio
seruam, quum ipsi à suo creatore deo concreditus est principatus, quo regere debeat ac mo-
derari corpus affectionésque corporis omnes. Hi igitur affectus animi imperio veniunt co-
ërcendi, sed & deo seruiendum est. Atqui impossibile sit animam à peccato simul & à deo re H
gi. Conuenit potius, vt ipsa malitiæ quidem dominetur, Domino autem vniuersorum se
subiiciat. Idcirco inuectus in eum qui tentationum intemperiem inducit, multámque ad-
uersus eum promouet & excit malorum turbam, studiumque omne suum in hoc condicit,
vt spiritum de gradu & constantia deiiciens miseræ addicat seruituti, ipsúmque substernat
carni, & quasi qui conatum maligni frustra excogitatũ aduersus se coarguat, hæc tãdem ait:
Quid me seruire cogis iis quibus fas non est? Mihi dominus est quem verum noui regem.

Nonne deo subiecta erit anima mea? Ab ipso enim salutare meum.) Causam dicit cur subigi do-
mino contendat: quoniam ex deo salutare est. Proprium autem conditoris est, eorum quæ
fecit curam gerere vti seruentur. Vel ab ipso salutare est. Quoniam propheticè præuidens fu I
turam esse Dominicæ incarnationis gratiam, hoc dicit, quòd deo seruire & ipsum amare o-
porteat, qui tantum beneficium in genus humanum prior contulerit, vt proprio non peper
cerit filio, sed pro omnibus illũ tradiderit. Salutare enim mos est scripturæ nominare Chri-
Salutare dei Christus. stum dei, sicut & alibi Simeõ ait: Nunc dimittis seruum tuum domine, quia viderunt ocu-
li mei salutare tuum. Subdamur itaque deo, quoniam ex ipso salutare. Quid autem sit salu-
tare, declarat. Non est nuda quædam aut leuis actio vnam aliquam nobis suppeditans gra-
tiam, qua ab infirmitate liberemur ac temperatam corporis habitudinem indipiscamur.
Cæterum quid est salutare? *Ipse etenim deus meus, & saluator meus, susceptor meus, non mouebor* K
amplius.) Deus noster est, ex deo filius, idem & saluator humani generis est nostram cor-
roborans debilitatem, ac nostram corrigẽs per multimodas tentationum salebras inolitam
Δόγμα animis fluctuationem. Non mouebor ampliùs, inquit. Fluctuationem sui confitetur animi,
humanum morem secutus per dictionem, Ampliùs. Impossibile nanque est in hominis ani-
ma aliquam à tentationum flatibus non excitari commotionem. Sanè quidem ait: Tantis-
per dum exigui sunt momenti & eadem in pauco numero quæ admittimus peccata, leniter
ac sensim aliquousque mouemur, perinde assolent tenellæ dum plantæ hac illac motitari,
susurrio impulsæ auræ leniter ac placidè aspirantis. Mox vbi plura accesserint grauioráq; pec
cata: iuxta proportionem coalescentis peccati intendi solet & animæ agitatio. Et hi quidem
amplius, illi autem tanta adeò vehementia, vt velut ab radice euersi auellantur, quum spiri L
tuales illæ nequitiæ acriore impetu quàm vllus eualeat turbo, velut radices reuulserint ab a-
nima atque abruperint, quibus ipsa per fidem erga deum subnixa est. Ait ergo: Ego vt homo
commotus sum, ampliùs autem non commouebor, quoniam dextra manu saluatoris fir-
mabor. *Quousque irruitis in hominem, interficitis uniuersi uos tanquam parieti inclinato & ma-*
ceriæ depulsæ!) Rursus cum malignis diaboli ministris dimicat hic sermo, accusatque ex
ipsis procedentium insidiarum magnitudinem: quoniam homo quidem animal est debile,
vos autem irruitis. Nec contenti prima irruptione, secũdam ac tertiam inuehitis, donec sic
τοῖχος lego non τάχος. Metaphorá prophetæ inductam exprimit. animam prolapsi subuertatis, vt assimilis sit parieti inclinato & maceriæ depulsæ. Paries e-
nim tantisper dum rectitudinem cõseruat sui status & posituræ, solidus stat ac firmus: mox
vbi in alterutram inclinat partem, prorsus necesse sit, dissolutus vt concidat. Et quidem pon M
dera vnita quæ sint & agglutinata post inclinationem eriguntur: verum quæ ex pluribus cõ
texuntur & coalescunt particulis, vbi in vnam aliquam partem se reclinarint non iam ad-
mittunt correctionem. Declarat igitur, quòd homo naturę cum sit compositæ, siueritque idẽ
se reclinari à peccato, prorsus necesse sit vt ea soluatur natura, quò ab eodem artifice, qui il-
lam initiò exædificarat, restaurata securitatem, nec vllo vnquàm fini intercipiendam recipe
ret, quæ nec vllis hostium pateret insidiis prolicientium ad secundam ruinam. Dei enim a-
gricultura, inquit Apostolus, dei ædificatio estis. Aedificationem hanc conquassauit inimi-
cus: creator verò noster fracturas ipsius reparauit. Atque ita necessaria quidem est ruina pro-
pter

A pter peccatum: at eximiæ est prærogatiuæ resurrectio propter immortalitatem. *Veruntamẽ*
pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.)
Pretium hominis sanguis Christi est. Pretio, inquit, empti estis, nolite fieri serui hominum.
Hoc itaque pretium cogitauerunt inutile nobis reddere, qui semel liberatos in seruitutẽ rur
sus nos admoliuntur retrahere malignissimi milites diaboli. *Cucurri in siti.)* Peruicacem
& intentam vim dęmonum nos ex insidiis appetentium dicit, impressionem suo excursu
aduersum nos facientium, quòd nostram cupientissimè sitiant deperditionem. Ore suo bene Ore benedi centes, corde maledi centes.
dicebant, & corde suo maledicebant. Multi nanque sunt qui pro bonis prauas comprobant
actiones, † & vitia virtutibus vicinis honestare contendunt. ⌋ Nam scurrilia loquentem, vr
B banum ac lepidum: turpiloquum verò politicum: amarulentum & iracundum, neutiquam
contemnendum prædicant: parcum verò ac minimè liberalem, vt sobrium dispensatorem
commendant: prodigum quoque vt liberalem: libidinosum & lasciuum, vt voluptuarium
& animi solutioris virum. Vtq; semel omnia, vitium omne palliant adumbrata nomencla-
tura è vicino subiectæ virtuti. Tales sanè ore quidem benedicunt, corde autem maledicunt
ac deuouent. In verborum nanque benedictione omnem execrationem vitæ suæ inducunt, Attendite Lutherani pseudochri stiani.
ac reos æternæ damnationi, ob ea quæ approbant, sese constituunt. Rursus autem propheta
animam alloquitur, obedientiam quam deo debeat, epitasi adaugens. *Veruntamen*, inquit,
deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.) Magnitudinem tentationum osten-
C dit, & illud Apostoli dicit: Fidelis est deus, qui nõ sinet nos tentari supra id quod possumus
sustinere. Ab ipso enim patiẽtia mea, in deo salutare meum & gloria mea, deus auxilij mei, &
spes mea in deo est. Beatus qui non intemperanter exultat aut gloriatur ob vllam rerum vi
tæ istius quanlibet excellentium, sed deum sibi præstituens suam ipsius gloriam, in Christo
prægestit & exultat, qui secundum Apostolum dicere potest, Mihi absit gloriari, nisi in cru-
ce Christi. Nunc autem multi ob dotes aliquot corporis popularem gloriam venantur, vt
qui circa gymnicos agonas se exercuerũt, aut vt semel in summo vegetæ ætatis incremen-
to consistunt. Nec rursus pauci bellicam fortitudinem decernunt esse virtutem, suorúm-
que contribulum cædem eximiæ virtutis habent loco. Quæ enim præmia ac trophæa in
D bellis operæ gnauiter nauatæ ab imperatore & ciuitatibus eriguntur, ea pro magnitudine cæ
dis conficiuntur. Alij hoc nomine gloriantur, quòd ciuitates mœnibus cinxerint. Rursus
alij ex apparatu vario aquęductuum aut gymnasiorum magnifica substructione venantur
gloriam. Ille suas opes in eos insumens, qui feras in theatris conficiunt, & vanis populorum
plausibus exultans, propriis inflatur laudibus, & sibi magnoperè placens gloriam in proprio
dedecore collocat: qui etiam in celebrioribus vrbis locis, vitium suum tabulis ostentat inscri
ptum. Alius ob diuitias gloriatur, alius item quòd rhetor sit acerrimus, nec à quoquàm di-
cendi copia superetur, aut quòd mundanæ istius sapientiæ experientissimus sit: quorum om-
nium gloriæ misereri potiùs conuenit: cum interim eos prædicare possis beatos qui deum
E præstituunt sibiipsis solidam gloriam. Si enim vnus aliquis reperitur qui fastus assumat, &
superbiat quòd terreni regis sit seruus, maximóque apud eum in honore haberis, quantò ma
gis officij fuerit tui, vt magna tibi ipsi polliceare, ac sublimem putes quòd regis ęterni mini
ster appellaris, ab ipso accitus ad summam familiaritatem, accepto spiritu promissionis, vt
illo insigni ornatus declareris filius esse dei? Conscius ergo propheta in seipso vtilitatis eius
quam adfert, syncera in deum spes ad imitationem exempli sui populum prouocat, dicens:
Sperate in eum omnis congregatio populorum, effundite coram illo corda vestra. Impossi-
bile est vt capaces diuinæ gratiæ reddamur, nisi perturbationes & vitia nostras animas pos Argum. à simili. Collatio altera.
sidentia priùs eiiciamus. Vidi ego iam medicos non priùs medicinas salutares dare, quàm
vomitu materiam illam morbi causam euacuassent, quam ex malo diætæ genere homines
F intemperantes sibiipsis creauerãt. Sed & vas quod humore quopiam odoris tetri & graue-
olentis præoccupatum fuerit atque imbutum, ni id elueris diligẽter, odorati cuiuspiam vn-
guenti influxum neutiquàm potuerit recipere. Opus itaque ea quæ priùs insunt, effundere,
vt eorum fiat capax, quæ immittere constituisti. *Veruntamen uani filij hominum.)* Nouit
enim non omneis suo præcepto obtemperaturos, nec spem in deum recepturos, sed in re-
bus vitæ vanis atque fragilibus fidutiam habentes. Idcirco dicit: Veruntamen vani filij ho-
minum, mendaces filij hominum. Cur vani? Quoniam mendaces. Vbi maximè eorum de-
prenditur mendacium? In stateris, ait, iniquitatis. Qualibus stateris? Non enim omnes ho- Mendaces filij hominũ in stateris.
mines præfecti sunt ponderibus appendendis: non omnes item lanarum aut carnium ven-
ditores

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditores sunt, vel aurifabrinam aut argentariam exercent: vel omninò circa ea versantur in G
quibus mercatores libris aut ponderibus permutare seu diuendere solent. Sed & plurimi me
chanici ad suas operas lancibus aut stateris nihil habent opus. Multi nauticam artem exer-
cent, multi circa iudicia ac magistratus versantur: apud quos mendacium quidem est, do-
lus verò aut fraus per libram non exercetur. Quid igitur est quod dicit? Quoniam cuilibet
Cuique no-strum insita esse statera. nostrum intus statera quædam est à conditore omnium apparata, per quam rerum natu-
ram possis probè discernere. Posui, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem, bonum
& malum, duas inter se contrarias naturas: has tu apud tuum tribunal & iudicium exa-
mina, ac diligenter expende, quid vtilius tibi sit. An momentaneam parúmque duratu-
ram eligere voluptatem, per quam mortem apprehendas æternam, an in virtutis exerci- H
tatione afflictionem malle, qua perpetuas consequaris delitias. Mendaces ergo homines
corrupta habentes animæ iudicia. Quos & propheta miseros prædicat, dicens: Væh di-
centibus tenebras lucem, & lucem tenebras: amarum dulce, & dulce amarum. Mihi, in-
Δός μοι τὴν σύμφορον ἀφὶ λαβοῦ τὴν ἄν quis, præsentia dentur, quis nouit futura? Malè libram expendis, mala pro bonis eligens,
ρίσου. Chrysost. in Psal. 48. vana veris anteponens, momentanea perpetuis potiora ducens, tranſitoriam denique vo-
luptatem pro lætitia nunquam desitura ac perpeti præligens. Mendaces ergo homines in
stateris iniquitatis. Iniuria afficiunt præcipuè quidem seipsos, deinde verò proximos.
Nam quum in propriis factis malè sibi consulant, malo sunt etiam proximis exemplo.
Nec enim die illo iudicij tibi licuerit, dicere quia nescium quid esset bonum. Tibi nanque I
propria datur libra, quæ sufficiens discrimen boni ac mali demonstrat. Corporea nanque
pondera in libræ lancibus probamus: quæ verò ad instituendã vitam eligenda veniunt, per
liberum arbitriũ discernimus, quod & stateram nominauit, quòd momentum æquale ad
vtranlibet possit capere. *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere.)* Supra
nanque dixit: Sperate in eum omnis congregatio populorum. Nouit in obtemperando
desidiam, & pronuntiauit: Veruntamen vani filij hominum. Rursus prohibet nos spera-
ὁμοίωσις elegans. re in iniquitate. Nam qui diuitias ex iniquitate coactas ad vires atque potentiam facere
putauerit, similis est ægroto qui in summo ac redundanti morbi statu bonam esse habitu-
dinem existimat. Nolite sperare in iniquitate. Hęc enim opulentia impedimento tibi est K
ad efficacem operationem. Et rapinas nolite concupiscere, vt ne aliena concupiscamus
ἐὰν ῥέῃ. admonet. *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.)* Si aliquem opulentum videris, noli
propterea beatum in vita existimare. Si tibi multæ vndique quasi ex copiosissimis fonti-
bus adfluxerint opes, noli luculentam illarum recipere copiam. Diuitiæ si affluant: Mihi
cum admiratione hanc suspicito vocem. Fluxa est diuitiarum natura, suos possessores tor-
rente præpido ocyus prætercurrit, alios alio modo apta mutare dominos. Quemadmo-
dum fluuius ex alto ruens loco, ita subitò extuberat, vt stantes in ripa quandoque attin-
Collatio. gat: simul verò vbi attigit, mox secedit: sic & opum lubrica decliuitas perniciſſimam ex-
hibet & prolapsiore leuissimam sui præsentiam, aliud ex alio natum permutare. Hodie L
huius est ager, cras erit alterius, & paulò pòst ad alium perueniet. Respice parumper ad
ciuitatis domos, quot nomina ex eo tempore quo fuerunt ædificatæ, sortitæ sunt, aliter
ab aliis atque aliis appellatæ possessoribus: & aurum è manibus habentis se fluens semper
ad alium transfertur, & ab illo ad alium. Magis enim aquam manu circumplexam reti-
nere continenter possis, quàm diuitias conseruare tibiipsi. Illud itaque: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, † te admonet ‡, vt ne animo erga illas afficiaris, sed vsum tan-
tum sume necessarium. Non denique tanquam bonorum vnum aliquod eas ardentius af-
fectans aut habens miraculi loco, sed ipsarum vsum administrationem ve quasi instrumen
tum ad virtutem amplectere. Deinde dictis omnibus sententiam infert, non iam ex pro-
priis verbis, sed quam ab ipso deo audiuit. *Semel*, inquit, *locutus est deus, duo hæc audi-* M
ui.) Nemo per hoc turbetur aut obstupescat ad hoc quod dicitur quasi paradoxum sit, quo-
modo semel deus locutus fuerit: Propheta verò duo audiuerit. Possibile nanque est ali-
quem semel locutum fuisse, & inter ea quæ is locutus est, plura esse dicta. Homo enim si
quis fortè cum alio quopiam semel congrediatur, de multis disseret, poteritque qui eius
audiuerit verba dicere: Semel quidem me alloquutus est, & plura verò dixit. Simi-
le hoc est quod propheta dicit: Semel mihi deus apparuit, Duæ autem res sunt, quas
mihi dixit. Non autem ait: Vnum locutus est deus, duo autem hæc audiui: sic enim
pugnantia secum videretur habere sermo. Quæ sanè hæc duo sunt, quæ audiuit?

Quoniam

A *Quoniam potestas dei, & tibi domine misericordia.)* Quoniam tu potens, inquit, in iudicio,
& idem misericors. Quamobrem nolite sperare in iniquitate, nec diuitiis cor apponite
neu amplexemini vanitatem, non denique vobiscum circunferatis corruptam eam animæ
vestræ vim indultam, quæ boni maliq; discretiua est & arbitra: sed scientes quòd potens est
dominus noster, eius timete fortitudinem, at ne sic quidem, vt desperetis de eius erga nos be
nignitate. Sanequàm bonus ad hoc quidem, vt ne quid iniusti operemur, in hoc porrò vt ne
qui semel in peccatum prolapsus est, de spe animum deiiciat, vtilis apprimè est consequẽdæ
spes misericordiæ. Potestas enim dei siue potentia aut imperium est & ab ipso misericordia: Nempe κρά-
quoniam tu reddes vnicuique secundum opera sua. Qua enim mensura proximos metiemi τος.
B ni, & eadem remetietur vobis. Afflixisti fratrem? par recipe: rapuisti ea quæ sunt egeno-
rum? pugnósne tuos infregisti in pauperes? eos conuitiis aspersisti, ac pudore? vnumquem-
piam calumniatus es? Proximísne imposuisti adornato mendacio? insidiatus es alienis nu-
ptiis? Peierasti? Terminos quos posuerunt patres tui, ésne transgressus? orphanorum posses-
siones inuasisti? viduas tribulatione quapiam exagitasti? denique vitæ huius voluptatem bo
nis futuris à deo tibi promissis potiorem habuisti, recipe his æquam mensuram. Qualia
nanque quisque seminat, talia & metet. Quin & si quid bonorum abs te gestum fuerit, illis
multo plura recipies munera. *Quoniam tu reddes cuique iuxta opera sua.* Si huius itaque senten
tiæ per omnem vitam memineris, multa poteris peccata vitare: In Christo Iesu domino no
C stro, cui gloria sit & imperium cum sempiterno patre & sanctissimo, ac viuificante spiritu
nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CENTESIMVM DECIMVM-quartum. Dilexi quoniam exaudiet dominus.

D AM inde abusque nocte media, quum hoc dicatum martyribus templum subieritis
ipsorum martyrum deum hymnidicis laudibus placabilem vobis reddẽtes ac pro-
pitium, interim tamen non destitistis ad hanc vsque diei horam, nostrum opperiri
ad vos aduentum. Quarè vobis parata merces est, quòd honorem erga martyres, Venerabi-
cultum item dei somno & quieti prętuleritis. Atque adeò opus si fuerit vobis vt causam affe martyrũ
ramus moræ istius nectendæ excusatricem, nostræq; absentiæ diuturnioris, hanc vnam fuis-
se dicemus: quòd pro dispensatione nobis concredita ecclesiam alteram dei huic nihilo di-
sparem sedulò curauimus non mediocri à vobis disiunctam spatio: in hoc obeundo mune-
re, bonam partem insumpsimus huiusce diei. Quoniam itaq; dedit dominus, vt & debitam
illis liturgiam expleuerim, nec proinde vestræ desim charitati, mecum vnà & vos rependi-
te tam benefico largitori gratiarum actionem, qui hanc quam ipsi nihil obscurè videtis no-
E stri corporis fragilitatem, inuisibili suæ manus virtute erexit & constabiliuit. Quocirca vt
ne animos vestros discruciem prolixiori tædio, transmittentes partem multò maximam,
mox vbi pauca ex eo quem vobis concini deprehendimus, psalmo disseruerimus, proq; vi-
rium tenuitate famelicas animas vestras verbo pauerimus consolatorio, ita ad agendã alen
di corporis curam quemlibet vestrum missum faciemus. Quid istud tandem, quod vobis
canebatur? *Dilexi, quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ.)* Non cuiusuis est dicere: Di
lexi, sed perfecti tantùm, & eius qui seruitutis timorem prætergrediens, in adoptionis spi-
ritu constituitur. Nó quem diligebat apponit, quòd is vel indictus facilè intelligatur, deum
nempe vniuersorum insinuat se dicere. Quod etiim propriè amabile est, deus est. Amabile
nanque aut si mauis, per se diligibile, id esse definiunt, quod omnia expetunt. Bonum au- τὸ κυρίως
F tem deus & primum ac perfectissimum bonorum. Ipsum itaque dilexi nempe deum, om- ἀγαπητόν.
nium quæ expetenda mihi veniunt supremum, cuius vnius gratia in me recepi hasce affli-
ctiones cum gaudio tolerandas. Hæ porrò cuiusmodi sint, paulo pòst enarrat? Dolores vide-
licet mortis: pericula inferni, tribulationem, & dolorem: quæ omnia ob amorem in deum, &
ob spem repositam iis qui ob pietatem ęrumnas afflictionèsque sustinent, amabilia ipsi appa
ruere. Hosce enim agones libera animi electione, non item inuitus siue vlla vi adactus su-
stinui, ait: sed ardore mentis quodam & affectu laboriosa hæc susceпi, vt possim dicere: Quo
niam propter te mortificamur tota die. Ac videntur ista verbis Apostoli æquiualere, & eo-
dẽ à propheta affectu dici quo ab Apostolo: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribula-

tio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio,an angustia?an persecutio?an fames?an nuditas?an periculum? an gladius? Dilexi igitur G
hæc omnia sciens quod hæc ego tolerem ac sustineam vitæ discrimina pro tuenda pieta-
te,mei huius certaminis spectatore & arbitro præmiorum vniuersorum domino. *Quoniam*
exaudiet dominus uocem precationis meæ.) Sic enim & quilibet nostrum potest quicquid in per-
ficiundis mandatis molestam & operosiorem operam requirit, transigere, quum velut vni-
uersorum spectatori deo vitæ ordinem spectandũ exhibuerit. *Quia inclinauit aurem suam mihi.*)
Inclinauit(inquit)non vt corpus aliquod aut aures in deo cogites, quas ad vocis humilitatẽ
inclinet,quod facere solemus erga eos qui submissè loquũtur, propè admouẽdo aures, vt ex
propinquo sensu excipiamusid quod quis loquit̃.Sed inclinauit,inquit,vt meam ipsius infir
mitatẽ declararet. Ad me enim in humũ deiectũ sua erga nos benignitate se demisit.Verbi H
gratia:Aegrotanti alicui,& ex multa debilitate loqui clarè nequeũti human⁹aliquis medic⁹,
auribus suis propiùs admotis ęgroto,edisci quæ sint necessaria laboranti. Inclinauit itaque
A simili βε- βαίωσις. aurem suam mihi. Diuinus nanque auditus voce non indiget ad sensum. Nouit enim ex
cordis motu quæsita hominum ac vota. An non audis quemadmodum Moses nihil loquẽs,
sed dominũ interpellãs suspiriis nulla voce expressis,ex ipso audiuerit dicente: Quid clamas
γνώμη. ad me?Nouit item deus sanguinẽ audire iustorũ,cui nec lingua adsit,nec vox aërem pene-
trans.Operum item iustorum præsentia,maxima est apud deum vox. *Et in diebus meis inuo-*
cabo.)Nos autem quum vel vna orauerimus die vel hora vna breuem aliquam super pecca-
tis nostris tristitiam passi,securitatem nobis promittimus, perinde ac quidpiam confeciſſe-
mus quod ex æquo responderet diluendæ nostræ omni malitiæ:at hic sanctus confessionem I
κατὰ ῥοῦν. se omni vitæ suæ tempori commensuratam ostensurum dicit: In omnibus, inquit, diebus
meis inuocabo.Deinde ne putes quòd in rebus huius vitæ secundis, & ei admodum bene ce
dentibus nomen domini tantum inuocet:narrat calamitatum magnitudinem,in quibus cõ
stitutus nequaquam nominis dei sit oblitus. *Circundederunt me* (inquit) *dolores mortis, pericula*
ἐι ὠδῖνες, parturi- gines. *inferni inuenerunt me.*) Dolores propriè de parturientibus dicuntur, quando ad tumorẽ ven-
ter insurgens extrà fœtum pellit: deinde partes illæ genitales diuexatæ & circum prodeuntẽ
ex vtero fœtum distentæ conuulsionibus ac fibrarum contractionibus, acutissimos dolores
μεταφορά. & vehementes cruciatus parientibus gignunt. Transtulit autem dolores partus ad mortis
pœnas circa animal in animæ & corporis diuisione instantes. Nihil igitur mediocre se pas- K
sum esse dicit,sed vsque ad ipsos mortis dolores fuisse tentatum, & ad periculum vsque de-
scensus ad inferos deductum.Num hæc semel tulit de quibus gloriatur? An eadem quidem
γνώμη. sæpe ac inuitus.Nihil autẽ eorum quæ inuiti subimus,laudabile est.Sed videte,quæso,athle-
tæ huius magnanimitatem.Postquam enim circundederunt me dolores mortis & pericula
inferni inuenerunt me,tantùm abfui,vt inter hasce tentationes conciderem animo, vt mul
tò pluribus perferendis me voluntarium obtulerim:vt tribulationem & dolorem haud in-
uitus inueni,ita ab illis haud sum inuitus apprehensus:In iis quidem quæ retrò mihi conti-
gerunt,pericula inferni inuenerunt me.Hìc verò tribulationem & dolorẽ ego inueni.Quo- L
niam enim illic imperterritus inuentus sum, & animo infracto aduersum ea, quæ tentator
inuexit,vt luculentã ac prædiuitem meam erga deum charitatem declararem: tribulationi
tribulationem, & dolori dolorem adieci, non quòd ipse confiderem meamet virtute posse
tot obluctari ac resistere doloribus, sed quia nomen domini inuocaui.Simile & huic illud
Apostoli dicentis:In his omnibus superamus siue superuincimus propter eum, qui dilexit
νικᾶ καὶ ὑπερ νικᾷ. nos. Vincit enim is qui necessitate quapiam illatis non cedit aut frangitur: at superuincit,
qui vel sua sponte ad se quoque accersit dolores præmolestos & acres, quo suæ edat specimẽ
patientiæ.Qui autem vsque ad mortem in aliquo peccato constitutus fuerit,dicat: Circun-
dederunt me dolores mortis.Omnis enim,ait scriptura,qui facit peccatum, ex diabolo na- M
tus est.Quum enim,ait,essem operarius peccati,iam à morte gestabar in vtero,tum quoque
à periculis inferni sum inuentus.Quomodo ergo meipsum curaui? Postquàm videlicet tri-
bulationem & dolorem inueni per pœnitentiam. Mihi enim ipsi afflictionem ex pœniten-
Pro ἀνάγκην lege ὀδύνην. tiæ fonte prodeuntem excogitaui, quæ magnitudini responderet admissi per me peccati,vt
maiore cum fiducia nomen domini inuocarem. Quæ autem erant quæ dixi? *O domine li-*
Ferè misericordia in sacris scripturis comes additur iustitiæ. *bera animam meam.*) In hac enim captiuitate detineor. Tu pro me redemptionis præmium
tribue, & libera animam meam. *Misericors dominus & iustus.*) Vbique scriptura miseratio-
nibus dei iustitiam coniungit,nos planè erudiens quemadmodum nec misericordia dei si-
ne iudicio,neque iudicium sine misericordia sit: sed cum misereturetiam cum iudicio mi-

serationes

A serationes suas iis qui digni sunt admensuret,& cum iudicat,commensuratum quoque no-
stræ infirmitati iudicium inferat, benignitatis erga nos affectu potiùs,quàm æqui compen-
satione nos plectens. *Et deus noster miseretur.*) Misericordia animi affectio est erga eos qui Misericor-
immeritò & indignis modis adfliguntur,ab illis procedens qui compassione afficiuntur.Mi dia quid.
seramur eos qui ex magnis diuitiis in extremam inciderunt paupertatem. Item eum qui ex A simi. arg.
optima corporis habitudine in vltimam debilitatẽ deiectus est. Similiter eius miseremur, misericor-
qui cùm ob corporis elegantiam ac decus formæ prægestiret, fœdissima quadam affectione diæ erga
illius decor deperiit & corruptus est. Quoniam itaque & nos quãdoque in paradisi statione nos diuinæ.
nobilitati eramus, & ob ruinam posteà inglorij & humiles facti sumus,deus noster misera-
B tur nos,animaduertens quales ex qualibus facti simus. Idcirco & Adam misericordiæ vice
reuocabat,dicens:Adam vbi es?Non enim qui cuncta nouerat,quærebat edoceri:quin id vo
lebat potiùs vt ille secum recogitaret,qualis ex quali factus esset. Vbi es? Quasi dicat:In quã Adã vbi es?
incidisti ex tanta sublimitate ruinam? *Custodiens paruulos dominus,humiliatus sum,& seruauit me.*) ἔσωσέ με.
Siue ad naturalem rationem hoc referas, non vtique humana constitisset natura, si non qui
pusiones sunt admodum & adhuc infantes,à domino custodirentur. Quonam enim modo
ij qui in vulua concepti sunt fœtus, & nutriri & moueri possent,in tã angustis præsertim lo-
cis prẹter vllam motionis libertatẽ constituti,sed & in tenebrosis & humidis custodiis clau-
si vitam habentes:præterea nec respirare,nec hominum vitam viuere valentes,sed more pi-
scium in humidis natantes,nisi custodia dei seruarentur? Quomodo rursus & elapsi in hunc
C locum minimè consuetum,& ex calore vuluæ in aërem hunc perfrigerati vel breui admo-
dum tempore durarent,nisi à deo conseruarentur? Custodiens ergo paruulos dominus, hu-
miliatus sum, & seruauit me. Aut certè ad hunc intelligere possis sensum dictum hoc:
Quoniam conuersus sum, & factus sum paruulus, accepique regnum cœlorum vt
paruulus, ac per innocentiæ studium meipsum deieci ad paruulorum humilitatem:
Custodiens paruulos dominus,quoniam humiliatus sum,seruauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam,
quia dominus benefecit tibi.) Bonus athleta sermonem exhortatorium siue consolatorium si-
bi ipsi accommodat & adhibet more Pauli dicentis:Bonum certamen certaui,cursum con-
summaui:in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.Hæc sibi propheta dicit: Iam quando
D plenum vitę istius abundè explesti cursum, reliquum est vt in requiem tuam conuertaris,
quoniam dominus benefecit tibi.Manet enim requies sempiterna illos,qui in hac vita legi-
timè certauerint:non tanquam debitum operibus redditũ, sed ob munificentissimi dei gra-
tiam,in quo sperauerunt,exhibita.Deinde priùs quàm bona futura enarret,quemadmodum
à rebus mundi duris & permolestis euaserit, explicans, super iis gratias agit animarum libe-
ratori,qui se de magna & ineuitabili passionum seruitute eduxit.Quæ porrò sunt hæc? *Quo-*
niam eripuit animam meam à morte,& oculos meos à lachrymis,& pedes meos à lapsu.) Futuram illam Collatio fu-
requiem describit collatione eorum quæ hic fuerat passus.Hic enim,inquit,circundederunt turæ vitę &
E me dolores mortis:ibi verò eripuit animam meam à morte.Hic oculi mei per afflictionem præsentis
& vitæ molestias varias lachrymas effundunt: ibi verò nulla lachryma pupillis oculorum viri iusti.
tenebras offundit eorum,qui iugi pulchritudinis nulli explicandæ diuinæ maiestatis exhila-
rescunt & collætantur contemplatione. Abstulit enim deus omnem lachrymam ab omni ἀπὸ παντὸς
facie.Hic item magnum prolabendi periculum. Ideo Paulus ait: Qui existimat se stare:vi- προσώπου.
deat ne cadat.Ibi verò solidi ac stabiles gressus,vita nulli iam vicarię permutationi obnoxia,
non item periculum in peccatum prolabendi:neque enim insolescit ibi carnis rebellio con-
tumax,non vlla fœmina ad peccati prolapsionem ibi cooperatur: quoniam in resurrectione
nec mas nec fœmina erit,sed vna quædam omnibus & vniformis vitæ ratio his qui suo com
F placent domino & habitant in regione viuorum.Mundus hic contrà & mortalis est ipse, &
morientium regio.Quoniam enim visibilium substantia composita est:omne verò compo-
situm dissolui est aptum. Nos qui in mundo sumus, quum simus partes mundi, necessariè
efficimur consortes naturæ vniuersi. Idcirco priùs quàm anima per mortem à corpore sepa
retur,morimur sæpe homines.Id dictũ vt ne paradoxum tibi videatur nimirũ præter omniũ
opinionem, considera parumper rei veritatem. In tribus enim annorum hebdomadis tres
ætatis ac vitæ alterationes permutationésque natus est sustinere homo,& per singulas anno
rum hebdomadas proprius quilibet terminus præterita circũscribit,ac conspicuã præbet mu
tationem.Puelli ætas dentium abiectione primam explet hebdomadam.Pueri,qui deinceps
ad excipiendas disciplinas accommodatur, præcisus terminus extenditur ad pubertatem.

Ephebi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ephebi vero siue puberis ætas ad annum vsque primum & vicesimum se porrigit: Cœperit G
vt vestire genas lanugine prima & eas adornare, ea ætas in nihilum abit clàm adolescente in
virum transeunte. Si quãdo igitur videris virum iam quidem posuisse ac finisse accessionem
crescendi iuxta ætatem, iamq; maturitate ratiocinationum esse confirmatum, ac ne vllum
quidem vestigium adolescentiæ præ se ferentem: nunquid non in ipso reputabis præterita
iam omnia morte esse prærepta? Senex rursus in aliam formam & animi affectum permu-
tatione adaptatus, alius sine dubio à primis ætatibus apparet. Ex quo vita hominum per mul
tas mortes consueuit expleri, non solum in ætatis mutatione, sed etiam in animarum ruinis
ad peccata. Vbi verò nec corporis, neque animi est mutatio: (Neq; enim vlla est cogitatio-
num deprauatio aut sententiæ semel conceptæ permutatio, quum nulla accidentariæ cala- H
mitatis illic instabilitas constantiam auferat, aut tranquillissimam serenitatem cogitatio-
num) reuera illic consistit regio viuentium, quippe qui sibiipsis similes semper sint, in qua a-
nimo prægestienti prænuntiat maximopere vniuersorum deo se esse complaciturum, vtqui
nulla illic externæ rei cogitatione speret mentem suam deinceps interpellandam, mox vt ad
scopum pertigerit veræ illius, angelis quoque nihilo disparis seruitutis. Contendimus, in-
quit, siue præsentes in corpore, siue à corpore peregrinantes placere illi. Ea, inquam, viuen-
tium beata regio, in qua non nox, non somnus mortis imitatio quædam, non cibus aut po-
tus humanæ infirmitatis præsidia, non præterea morbus, non dolor, aut medicina, vel iudi-
cia, seu mercatus: non artes, non pecunia malorum origo, bellorum materia, inimicitiæ ra- I
dix: sed regio viuentium, non morientium ob peccatum, sed veram vitam viuentium in
Christo Iesu. Cui gloria & imperium in æterna secula, Amen.

IN PSALMVM CENTESIMVM DECIMVMQVINTVM.

Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.) Sacrorum quæ de deo sunt, eloquiorum prædux esto fides. Fides pla K
Fidei virt⁹. nè, non item demonstratio. Fides inquàm animam inuitans imò & persuadens ad
consensionem præ cunctis rationalibus methodis. Neque enim fides geometricis
nititur probationibus, quas necessitates vocitant: sed animis nostris se insinuat efficaci
operatione spiritus sancti. In nomine domini Iesu Christi Nazareni surge & ambula.
Hanc vocem per spiritum dicto ocyus efficacia operis consecuta est. Ex eo nãque stupendo
miraculo, his qui viderant necessariè excepta est de diuina vnigeniti natura, fides. Dic tu,
quæso, vtra res ad assentiendum fidei efficacior, & quæ magis vrgeat? propositionúmne im-
plexi nexus ordine consequentiæ secum attrahentes conclusionem, an verùs tantum illud
miraculum omnium oculis conspicuum, omnêmque exuperans quantiuis hominis virtutẽ? L
Atqui ne nunc etiam eiusmodi miracula multis probantur, neque ipsius sancti spiritus ope-
ra fidem apud plerosque conciliant sermoni qui de deo est: magis verò nescio quæ demon-
strationes artifici ingenio detornatæ spem omnem suam collocantes in sermone persuasi-
bili mundanæ istius sapientiæ, non item in præpotenti & eadem luculenta admodum spiri-
tus sancti reuelatione, quam per eos qui suam omnẽ fiduciam in simplicitate cordis in deũ
proiecerunt citra anxiam & curiosam disceptationem, in gratiam multorum salutis expri-
mit. Atq; ô vtinam mihi vni contingat credere dignè vt & in sensu meo quinq; verba loqui
promerear præcellenti huic & magnæ dei ecclesiæ. Nolim interea quisquam nostrũ hunc ser
monem subsannet, hoc nomine, quòd auditores proliciamus & adhortemur fidem vt com M
modent, & assensum his quæ à nobis citra vllam demonstrationem dicuntur: quum neces-
se sit cuiusque disciplinæ principia nulla prorsus præuia demonstratione aut disquisitione tra-
di discenturientibus. Fieri enim neutiquàm potest, vt qui circa principia disciplinarum ve-
litantur contentiosius, ad finem aliquando via & ordine prouehantur aut pertingant. Istius
sentẽtiæ documentũ tibi liceat mutuari ab externis disciplinis. Geometriæ enim artem tra-
denti ni tu prima eius principia concesseris, impossibile demum fuerit vllam vt possit ex
eis consectaneam elicere conclusionem. Iam Arithmetices qui primis & elementaribus ru-
dimentis renititur, vtique hac sua intercessione viam intercipit sibi ne ad vlteriora progre-
diatur. Sunt & medicis suæ professionis medicæ principia nullam desiderantia probationẽ.

Vtq;

A Vtque semel finiam, in quocunque tandem humanarum artium exercitio, (id modò via &
ordine ad præstitutum sibi progrediatur finem) impossibile sit primarum propositionum
inquirere demonstrationes. Imò necesse est, vt quum admiseris earum artium quæ certa ra-
tione nituntur, principia vt confessa, nec proinde vllam requirentia demonstratiuam pro-
bationem, id demum inspicias quicquid ex præsuppositis ordine consequitur. Nihilo secius
& theologiæ mysterium requirit assensum nulla præuia inquisitione nitentem. Sane ait A-
postolus: Credere enim oportet, quia deus est, non item in quæstionem vocare aut contro-
uersim opponere illud: Quid est deus? Atque adeò in vniuersum, fides si substantia earum
est quæ sperantur, rerum, & eorum quæ non videntur, argumentum: ne mihi tu anxius con
B tendas videre iam, quæ longiore sepositæ sunt interuallo, neu quę speras te olim consecutu-
rum, in ambiguam reuoces dubiám ve partem, quòd ad ea nondum potueris certa notione
pertingere. Hæc igitur mihi de fide dicta sunto in eorũ commonitionẽ, qui verbis cõsueuere
velitaribus digladiari, spêmq; cõstituũt in futilium verborũ volubilitate. Hic proinde qui in
manibus est psalmus meo arbitratu ordine admodũ cõsentaneo sensui psalmi superioris. Di
xit enim ibi: Placebo dño in regione viuorũ. Quoniã igitur nõ de regione edisserit quæ pos
sit oculis cerni, perinde atq; eam perspicuè nouerit, reddit causam superioris suę distinctio-
nis de rebus non vnicuilibet compertis, dicens: Credidi, quia regio est quædam viuentium:
propter quod locutus sum, quoniam placebo in ipsa domino. Anima nisi adiuta fidei præ-
sidio, si se ad dicendum de eiusmodi regione contulerit: prorsus aliud nihil quàm nugabi-
C tur, dum sermonem promouerit nullo solidiore subiecto subnixum. Fides itaque orationis
est sanæ ac prudentis, sed ea quæ fixiùs insedit cordi loquentis. Subin infert formulam, quã
sequuti possimus perfectionem assequi fidei operatoriæ necessariam, dicens: *Ego autem hu-
miliatus sum nimis.*) Nisi enim quis mentem, intellectúm ve suum modestæ humilitati sub-
strauerit, adeò vt ad Apostoli imitationem secum dicat: fratres ego non me arbitror appre-
hendisse, sed superfluè ad apprehendendam dei substantiam mentem sustollit, & propriæ co
gitationi admetitur arcana nullius creaturæ viribus attingibilia: adde, quòd is tantum esse
deum existimat, quantum esse ipse sua secum ratiocinatione assequi potuit, sensúmque suum
D prorsus vniuersorum mensuram constituit: is neutiquàm rectà reputat, quantò sit procliuius
mare vniuersum exiguæ manus cauo admetiri, quàm vt mens humana inenarrabilem illam
dei maiestatem queat vlla circunscriptione complecti. Eiusmodi frustra inflatus ac proprij
sensus vanitate se efferẽs haud quaquàm possit cum propheta dicere: Credidi, propter quod
locutus sum. Quid ita? Nam quod continenti ordine sequitur, inferre minimè potest, nem-
pe illud: Ego autem humiliatus sum nimis. Vitam enim traducit suam inani superbiæ & ia-
ctantiæ fastu tumidus, supraque modum sibi placet verbis inanibus & euanidis garriẽs, cùm
interim in se habeat nihil quod solidæ sit & constantis fidei. Secundum hæc propheta non
suam ipsius modò exiguitatem agnoscit, sed & reliquam omnem hominum naturam sibi
congenerem & comparticipem ad humilem sui ac modestam cognitionem reuocat, dicẽs:
E *Ego enim dixi*, ait, *in excessu meo: omnis homo mendax.*) Quisquis non à fide, sed à seipso mu- Médax quis
tuatus auxiliarem verborum vim, ad dicendum profilit, ad veritatis apprehensionem su-
pellectile nitens atque apparatu humanæ eloquentiæ, mendax est, à veritate cum lon- Excessus
gissimo se abarceat ac deerret interstitio. In excessu verò consistentem se hunc dixisse ser- prophetæ.
monem astruit. Excessus hic quis tandem est? Vtrúm ne propheta quidem, vndiquaque hu-
manam contemplatus naturam & exacto mentis libramine perscrutatus nuncubi vlla inter
homines splendesceret lux veritatis, quum hanc nisi diuina ope infusam, nequiuisset vlla in
sede nanciscì, per eam rem vsque adeò stupendam & admirabilem veluti numine afflatus,
exerta voce subiecit: Omnis homo mendax. An verìùs sic: Equidem in ea ecstasi, quam in cõ
F spectũ Achis adductus confinxi simulans morbo me correptum comitiali aut percitum fu
rore: simul atque intellexi me eò esse deuolutum necessitatis, vt declinandi periculi gratia
ab hostibus impendentis cogerer aduersum meam ipsius conscientiam mentiri, & ea con-
fingere quæ nihil minùs erant: tunc sanè dixi, quia omnis homo mendax, etiam si non de-
stinata animi electione ad id confugerim mendacium, at neque vt proximorum cuiquam
obessem, quin ad hanc simulatitiam prorsus & ementitam temporarij furoris speciem me παραλογισ-
adegerũt causæ aliquot calamitatum, quibus vndique cingebar. Ne sic quidem propheta per μὸς καὶ πε-
hanc sententiam à se abit diuersus, vti sophistarum quidam adnituntur ipsum coarguere, ριτροπὴ.
dum prophetam hunc astruunt circuitu erroneo aut digressione in suummet recidisse elen

l chum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

σωρευτὴς.

chum. Argutãtur enim: Si enim homo omnis, mẽdax: eſt autẽ homo Dauid, eſt ergo & ipſe G
mendax. Quòd ſi mendax, non iam his commodanda venit fides, de quibus pronuntiat. Cõ
trà, ſermo hic ſi verus non eſt, neque omnis homo mendax: Vtique ſinemus ipſum Dauid à
culpa mendacij immunem abire ac liberum. Quòd ſi non mentitur, credamus neceſſe eſt ei,
de quibus pronuntiat. Quin & credentes ipſi, rurſum relabemur vago circumactu in neceſ-
ſitatem non credẽdi: adeò vt ſi verum eſt, quod profert, ſuum ipſius diſſoluit ſermonem, ho
mo quum ſit ſimul & mẽdax. Quòd ſi mentitur, iam ex ſe habet, quo promereatur apud ne-
minem fidem inuenire. Quis enim fidem commodet mendacium proferenti? Quamobrem
quum ſemel omnem hominem aſſeruerit eſſe mendacem, neceſſe ſit mentiri Dauid, vt ſuũ
conſtituat & confirmet ſermonem: aut certè, ſi verum dicit, ſuam ipſe quam pronuntiauit, H
diſſoluit ſententiam. Sed hæc quidem aliud planè nihil, quàm nugæ ludẽtium & eorum qui
apud imperitos mirè ſibi placent, gloriolam captantes iſtiuſmodi contortis & verſatilibus
Qui hic ho- mines. argutiolis. Neque enim ad eum ſe habet modum veritas. Homines enim dicuntur hic, qui
totos ſe adhuc occupant humanis iſtis affectibus. Nam qui hiſce carnis perturbationibus e-
uaſit ſuperior, perque illimem ac ſynceram mentis perfectionem ad angelicæ puritatis con
ſcendit ſtatum: ſi quando continget de rebus vt diſſerat quæ humanitus fiunt, nimirum is
Dij eſtis. Filius altiſſimi. intelligi debet ab reliquorum cenſu exemptus. Mẽdacij enim expers eſt qui dixit: Ego dixi,
Dij eſtis & filij excelſi omnes. Vos autem ſicut homines moriminì. Dij eſtis, eiuſmodi appel
latio ſi cui alij, prorſus nec indecorè ipſi competit Dauid. Etenim & is filius eſt altiſſimi, qui I
ſtudio exercendæ virtutis deo ſe familiarem reddidit & amicum, neque hic iam vt homo
γνώμη. moritur, in ſe quum habeat viuentem deum. Ait ergo: Ego dixi in exceſſu meo, Omnis ho-
mo mendax. Audiant hoc, qui ſenſus cum habeãt permiſtim inſertos & affixos carnis per-
καρδίας καταπεπωρωμένης τοῦ θεοῦ. turbationibus, audent alioqui mentem ſic impuram ſuſtollere: ad rerum cœleſtium ſpecula
tionem atque tractationem, quorum cogitationes & altitudinem cordis ipſorum impoten-
ter ſe aduerſus deum extollentis illorum in commune propoſitum eſſe debet omnium, qui
pro pietate tuenda concertant. *Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam.*) Hic vbi ad memoriæ ſenſum reuocauit innumera erga ſe dei dona, quòd
quum non extitiſſet priùs, conditus ſit: quòd præter corporis formationem, ratione inſigni- K
tus ſit & cohoneſtatus: in qua ferre etiamnum poſſit ſupercœleſtis illius imaginem. Sub hæc
quum mentis aciem extuliſſet ad diſpenſationem carnis, in qua redimendis omnibus nobis
in pretium dominus ſe tradidit. Horum contemplatione anxius & quid agat neſcius inqui-
rit, num quod è ſuo omni peculio donum queat nanciſci tanta domini munificẽtia non vſ-
quequaque indignum. Ait itaque: Quid retribuam domino? non vtique victimas, non incẽ-
ſum holocauſtorum, non vllam aliam ſupplicationem præſcripto legalis culturæ indictam.
Calix ſalu- taris. Quid igitur? Vitam omnem meam: eòque dicit: Calicem ſalutaris accipiam, appellatione ca
licis tolerantiam ſubindicans ſudorẽmque certaminum in gratiam tuendæ pietatis, ſimúl-
que pertinacem conatum quo ad mortem vſque aduerſus peccatum reſiſtimus. Hic planè L
calix fuerit quem & in euangelicis literis inducitur ſaluator docuiſſe: Pater ſi poſſibile eſt,
tranſeat à me calix iſte. Rurſus idem diſcipulis: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus
ſum? Mortem vtique declarabat, quam pro mundi ſalute ſuſcepit. Ob id dicit: Calicem ſalu-
taris accipiam: hoc eſt, ſitienter & cupidè contendo ad perfectionem per martyrium: animæ
nimirum corporiſque requiem ducens, non item dolores, quæ pro pietate decertaturus to-
lerabat ſupplicia. Ait itaque: Meipſum domino offeram in ſacrificium & oblationem, quum
cætera omnia exiſtimem munifici adeò benefactoris dignitate lõgè eſſe inferiora. Haſce ego
promiſſiones vel teſte omni populo nihil detrectem perſoluere. *Vota enim mea reddam in conſpectu omnis populi eius.*) His accedit adhortatio, qua docentur auditores, vt ne mor- M
tem exhorreant. Ait enim: *Pretioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius.*) Nihil eſt, ait
quòd cunctemini ò homines illuſtre hoc & honeſtum adire certamen, neu mortem perhor
rete. Neque enim ea eſt corruptio, ſed vitæ occaſio: non omnimoda deletio, ſed ad honorem
Collatio. pretij ingentis tranſcenſio. Sanè lapilli quidam floridis interſperſi & ſublucentes coloribus
nominari ſolẽt pretioſi ab iſtis diuitiarum helluonibus: re autem vera, pretioſa eſt mors ſan
ctorum eius, quum videlicet anima pervitę iſtius curriculum expurgata, ab omni eluuie &
inquinamẽto carnis emancipata ac libertati reddita, nullam in ſe retinẽs maculam aut ru-
gam, duris pro pietate agonibus iam exãtlatis probata, inſignita corona iuſtitiæ, perque hęc
omnia admirabili decore virtutis interlucens domino ſuo, atque omnium iudici ſe præſen-

tarit

A tarit lapide omni pretioſo longè rutilantior, dei munere eam indepta claritatem, quo nam
pacto non cenſeri debeat pretioſa hominis iſtius mors in conſpectu domini? Exitus itaque
ſanctorum virorum è vitæ iſtius ſtadio ne lugeamus, imò fletu magis proſequẽda venit ipſa
natiuitas & ex vtero in hanc vitam progreſſio. Iſte enim in mundum ingreſſus noſter per
ignominiam fit ſordentis eluuiei ac fœdi odoris, & quorum ne proſpectum quidem vllus
eorum qui nos in viuis præierit, facilè toleret. Naturæ etenim neceſſitas per eiuſmodi præ-
ſcripſit nobis & ſanxit carnalis generationis ingreſſum: contrà, exitus atque hinc emigratio
pretioſa eſt & illuſtris, neque interim omnium talis eſt, ſed eorum quivitam hanc ſuam ſan
ctè & iuſtè traduxerunt. Itaque pretioſa eſt mors, non item pretioſa natiuitas. Nam teſte A-
B poſtolo, Seminatur in ignobilitate, ſurgit in gloria: ſeminatur in corruptione, ſurgit in in-
corruptione. Mihi ſanè confer mortem cum natiuitate, eúmq; deſinito lugere, qui huic igno
bilitati ſubducitur. Pro legis Iudaicæ ritu, ſi qui moriebantur, horum morticina habebantur
abominationi: contrà, mors ſi cuipiam irrogatur pro Chriſti nomine, pretioſæ cenſentur re
liquiæ ſanctorum eius. In priori lege dicebatur ſacerdotibus & Nazaræis illud: Non conta-
minabitur ſuper vllo mortuo. Et, Si quis tetigerit cadauer, immundus erit. Et hoc, Lauabit
veſtimenta ſua. Nunc è diuerſo, Martyris oſſa quiſquis attigerit, ob gratiam corpori inſiden
tem ſit quadantenus ſanctificationis particeps. Quarè pretioſa eſt in cõſpectu domini mors
ſanctorum eius. Iſthæc igitur reiectitia ac viliſſima ne quæſo, rebus præferatis tantò potioris
C pretij: neu improbatæ fidei permutatores eſtote, deciduam hanc & corruptioni obnoxiam
vitam illi incorruptæ præponendo ac ſtatui perquàm fœlici. Etenim vt nihil dicam de paſ-
ſionibus ignominię, quibus ſe ſubſternũt plurimi eorum quivoluptates ſtudioſius conſectã-
tur, ipſæ etiam corporis neceſſitates in mulctam pœnamque irrogatæ generoſam ac virilem
animæ conſtantiam deflectentes, eam veluti illiberali ac miſeræ mancipant ſeruituti detra-
hentes illam ad vile carnis miniſterium. Vbi porrò ſeruitus, ibi nihil obſcuræ ſibi ſedem figit
ignominia. Vitanda igitur eiuſmodi vita, quam comitari ignominia conſueuit. Ait igitur:
Sanè nihil quod eximium ſit, ipſe facio memet attribuens tibi domino. Seruus ſiquidem
quum ſim tuus: ita tuam tibi retulero poſſeſſionem. Prorſus ſeruire debet creatori, quicquid
D vſpiam eſt creatum. Quo fit, vt non libera modò electione voluntatis tuus ſim ſeruus, ſed &
natura. Filius enim ſum ancillæ tuæ, quam infantiliter adhuc & in ætate admodum puellari
agentem abduxit inimicus, & è tua ſeruitute abiunctam vile fecit eſſe peccati mancipium.
Atqui conſtitutum mihi ad te priſtinum dominũ reuerti & poſtliminio me recipere, quan-
do vel nunc demum agnoſco veterem illam ſeruitutem. *Dirupiſti uincula mea.*) Ex quo
enim peccati vinculis me exemiſti mox à tuo in infernum deſcenſu, & exoluta hominum
numeroſiſſima multitudine quæ illic mortis adſtricta vinculis, nec alio quoquam pacto ef-
fugiendis inferni carceribus detinebantur, reliquum iam eſt, vt tanti non immemor bene-
ficij tibi ſacrificem, non quadrupedia fiſſungula & ruminantia, nõ volatilia quæ mũda ſint,
E aut oleo permiſtam ſimilaginem & ſubactam, non item prælucidum ac tranſparens thus, σμιδαλιῳ ἀναπεποιημένην, ἀπεσφυραμένην, Heſych.
non item illud ſuauè fragrans compoſitionis thymiama. (Hæc enim è tellure deprompta
tibi domino offeruntur.) decoram potiùs laudationem perfectè exoluam, quæ peculiaris mi
hi ſupereſt poſſeſſio meique cordis fœtus, ex ipſo perinde atque è quopiam altari illam ſacri-
ficabo è penu mentis nimirum meæ depromptam. Et ſacrificabo tibi hoſtiam laudis innu-
meris anteponendam holocauſtomatibus, tibi inquam, nullius indigo, ſed vſquequaq; per-
fecto deo, qui neutiquàm requiris offerri tibi corporalia eiuſmodi ſacrificia, quibus quò quiſ
que eſt opulentior, hoc abundat magis: ſed eam repetis confeſſionem, quæ ex affectu & cor-
de nihil fucato proficiſcitur, quæ quidem ex æquo ſe liberaliter impertit omnibus, tantùm
F ſi velint. Ipſe equidem ſacrificans tibi laudem, non quaſi qui erubeſcam clàm fugitans im-
piorum querelas & in latebris deliteſcens ſacrificabo, ſed publicum exhibebo tibi ſacrificiũ,
aſſumpto mecum vniuerſo populo tuæ adorationis conſorte futuro. Locus porrò iſtius ſa-
crificij nobis declarabitur, nempe media regio ac proinde omnibus maximè conſpicua ipſi-
us Hieruſalem. Audite, qui eccleſiam relinquitis & in publicis domibus verſati, miſeras fa-
citis corporis pretioſi ſciſſuras: audite, inquam, quòd vota precéſque perſoluere oporteat in
medio Hieruſalem, hoc eſt, eccleſiæ dei. Neque enim iuxta veterem cultus diuini ritum,
ſuam cuique aram figere liceat & ſtatuere: ſed altare vnum conſtituentibus ſacrificium of-
ferre deſignatum eſt & oſtenſum. Tu contrà, aram erigis ex aduerſo altaris tibi à patribus,
ſuperque illam alienum incendis ignem, ne ſic quidem admonitus veterum exemplo reſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piscis? Ad hoc, homines mente corruptos adscisis in contubernium, quorum conuictu te- G
ipsum inquinas ac defœdas. A talium pestilenti imitatione vos abarcete populus domini,
neu sinatis vos auelli ab eorum parte qui saluantur, perseuerantes in fide, opere explentes
mandata domini, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homiliarum decem & septem beati patris Basilij, in psalmos
selectiores hic esto finis.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS ORNATISSIMO
uiro, D. Ioanni Cholero præposito Curiensi. S. D. H

NE semper accipias à nobis epistolas steriles atque ἀδιώρθους, mittimus duas homilias de laudibus ieiunij, quod nunc magna ex parte sublatum è uita Christianorum & uidemus & dolemus. Dices has ante fuisse uersas: fateor, nimirum à Raphahele Volaterrano. Sed ob id ipsum hoc operæ sumpsi, quo declararem, quantum sit periculum quorumlibet uersioni fidere, quantóque rectius sit ex ipsis haurire fontibus. Demiraberis ipse sat scio, si utriusque nostrum translationem cum græcis contuleris. Nam id ut cuiuis in promptu sit, prouisum est ædito græce Basilio. Posterior homilia mihi non uidetur Basilij, sed studiosi cuiuspiam sese ad prioris æmulationem exercentis. Equidem non pugnabo, si quis diuersum sentiat, arbitror tamen eruditos, si propius admouerint oculos, meæ sententiæ subscripturos. Probo genus exercitationis, at eorum fucos non probo, qui notha ac degenerantia summorum uirorum titulis obtrudunt orbi. Impostura hanc & in Athanasij, & in eloquentissimi cuiusque scriptis deprehendimus. Ab hac audacia saltem Basilij magni diuinitas debuit absterrere. Quanquam in hoc autore parcius est peccatum. Adiecimus & Hieronem Xenophonticum, cui admouimus δεύτερας φροντίδας. Bene uale. Datum apud Friburgum Brisgoiæ. Anno à Christo nato M D XXXII. I

HOMILIA DIVI BASILII DE LAVdibus ieiunij, Erasmo Roterodamo interprete. K

aliâs, tuba. Psalm. 80. Τὰ ἀναγνώσματα. Esaiæ. 1.

CLANGITE, inquit, in initiis mẽsium, buccina, †in insigni die solennitatis uestræ. Hæc quidem iussio est prophetica. At nobis festum quod reliquos antecellit dies, quauis tuba uocalius, & quouis instrumento musico significantius indicant recitatæ scripturæ. Nam ex Esaia didicimus ieiuniorum gratiam, qui vt Iudaicum ieiunãdi modum detestatus est, ita verum ieiunium nobis demonstrauit: Nolite ad cõ- L

Matth. 6. tentiones ac lites ieiunare, sed dissolue omne uinculum iniquitatis. Et dominus: Nolite fieri tristes, sed laua faciem tuam. Sic igitur animis affecti simus, quemadmodum sumus edocti, ac dies instantes haudquaquam tristi animo, sed alacri affectu excipiamus, sic vti decet sanctos. Nemo deiectæ mentis coronatur, nemo mœrens trophæum statuit. Noli tristis esse, dum curaris. Absurdum fuerit, si ob cibos subtractos contristemur, ac non potius super animæ sanitate lætemur, sique videamur plus tribuere uoluptati ventris, quàm curæ mentis. Satietas enim in ventrem defert delectationem, sed ieiunium in animam subuehit lucrum. Sis hilari animo, quod tibi à medico datum est pharmacum efficax abolendo peccato. Quemadmodum enim uermes qui in puerorum intestinis germinant, pharmacis quibusdam uehementer a- M
cribus, & amaris excutiuntur, ita peccatum in intimis secessibus habitans, extinguit, enecátque simul atq; in animam superuenerit ieiunium, ob hoc ipsum suo dignum nomine, quod inedia purget animæ uiscera. Vnge caput tuum, & faciem laua. Ad reconditiorem sensum te uocat sermo dei. Qui alios ungebat, unctus est, qui lauabat, ablutus est. Verba præcepti fac ad interna membra accommodes. Animam à peccatis abluе, vnge caput vnguento sancto, vt consortium habeas cum Christo, qui nomen habet ab unctione, atque ita demum accedito ad ieiunium. Noli obscurare faciem tuam more hypocritarum. Obscuratur facies, quum internus affectus externa specie uelut incrustamento inducto tegitur, ac mendacio,

γνώμη cum metapho.

ἐπὶ βρωμάτων ὑπαλλαγῆ.

Elegans similе.

νῆσις quasi νήστις. Etymolog.

Vt animę facies obscuratur.

A dacio, ceu uelo obtento cælatur. Siquidem hypocrita dicitur histrio, qui in theatro personam sustinet alienam, sæpe heri, quum sit seruus: aut regis quum sit priuatus. Itidem in hac uita plerique uitam suam uelut è proscenio ad ostentationem componunt, aliud in corde gerentes, aliud in specie hominum oculis præ se ferentes. Noli igitur obscurare faciem. Qualis es, talis appare, ne teipsum transfigures in habitum tristem ac tetricum, hinc laudem ac gloriam aucupans, si uideare sobrius ac temperans. Neque enim ulla utilitas benignitatis, cui tuba præcinit, neque fructus ullus ieiunij, quod ad publicam fit ostentationem. Nam quæ geruntur ad præsentem ostentationem, ea nequaquam porrigunt fructum in seculum uenturum, sed ad hominum laudem detorquent. Proin hilariter accurre ad ie- Hypocrita quis.

B iunij donum. Vetus donum est ieiunium, quod non veteraſcit nec seneſcit, sed vsque renouatur, sed perpetuo uigore pubescit. Putas me ieiunij antiquitatem à legis initio supputare? Etiam ipsa lege antiquius est ieiunium. Mane paulisper & comperies verum esse quod dixi. Caue existimes diem propitiationis, qui designatus Israëlitis erat mense septimo, decimo die mensis, fuisse ieiunandi principium. Ades huc, ac per historiam decurrens, uestiga ieiunij antiquitatem. Neque enim recens inuentum est, sed pretiosus thesaurus à maioribus repositus ac traditus. Quicquid uetustate præcellit, idem uenerabile est. Reuerere igitur ieiunij caniciem. Tam uetus est, vt simul cum homine condito γνώμη. Ieiunium non recens inuentum. γνώμη.

C cœperit, in paradiso præscriptum est. Primum illud præceptum accepit Adam, ne de lignо scientiæ boni ac mali ederet. Hoc autem uerbum non edetis, ieiunij & abstinentiæ lex est. Si à ligno ieiunasset Eua, nequaquam hoc nunc ieiunio opus haberemus. Neque enim qui valent egent medico, sed qui male habent. In morbum incidimus per peccatum, sanemur per pœnitentiam. Sed pœnitentia sine ieiunio ociosa & infrugifera est. Maledicta terra, spinas & tribulos progignet tibi. In tristitia uiuere iussus es, non indulgere deliciis. Per ieiunium satisfacito deo. Quin & ipsa quondam in paradiso uita ieiunij simulacrum est, non ob id modo quòd homo angelorum ritu uiuens, dum pauciſſimis contentus est, similitudinem cum illis assequitur, uerum etiam, quod quæcunque post hominum cogitatio commenta est, ea nondum erant excogitata in paradiso degentibus, nondum uini Ab exemplo Euæ. Pœnitẽtiam necessariò comitatur ieiunium. γνῶμαι.

D potatio, nondum pecudum mactatio, non alia quæcunque perturbant mentem humanam. Quoniam non ieiunauimus exulamus è paradiso. Ieiunemus igitur, vt ad illum postliminio reuertamur. An non vides, quomodo Lazarus per ieiunium ingressus est paradisum? Noli imitari Euæ inobedientiam, noli rursus serpentem adhibere in consilium, qui dum gratificatur carni, cibum suggessit. Ne causeris corporis infirmam valetudinem, ne dixeris te ieiunium ferre non posse. Neque enim mihi istas excusationes profers, sed iuxta prouerbium, scienti loqueris, nimirum deo quem nihil fugit. Age dic mihi, ieiunare non potes, & potes expleri eduliis, potes conficere corpus escarum pondere? Atqui infirmis, nõ variam ciborum copiam, sed inediam & abstinentiam à medicis solere præscribi scio. Qui fit igitur, vt cum Lazari ieiunium, quanti meriti.

E ista possis, illa te non posse causeris? Vtrum ventri facilius est, tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum grauatum iacere? imò ne iacere quidem, sed crebro huc & huc verti, distentum ac gementem? Nisi fortè simul dicturus es illud, quod naucleri facilius seruant nauim sarcinis onustam, quàm eam quæ ad cursum expedita est ac leuis. Nam oneris magnitudine grauatam, quanuis exiguus fluctus adoriens demergit: Contrà, quæ modicis sarcinis temperata est, facilè suffert vndarum impetum, eo quod nulla res impediat eam quo minus fluctum in altum surgentem superet. Eundem ad modum & hominum corpora, assi dua expletione degrauata, facilè à morbis demerguntur. Cæterum quæ facili, leuique vtuntur alimonia, non modo malum, quòd à morbo imminente expectabatur, veluti tempestatis assultum effugiunt, verum etiam præsentem iam ægritudinem, veluti turbinem quẽdam Confirmat eleganti τῇ ὁμοιώσει.

F coorientem discutiunt. Videlicet iuxta tuam sententiam laboriosius erit quiescere quàm currere, & ociosum esse quàm luctari, siquidem iudicas congruentius esse infirmos deliciis expleri, quàm parco, tenuiq; vti victu. Nam naturæ vis, quæ dispensat alimoniam animantium corporibus, temperatum ac parcum victum facile concoquit, & in corporis quod alitur, substantiam vertit. At eadem vbi sumptuosos variosq; cibos complexa est, nec deinde ad conficiendam eduliorum portionem pares vires habet, diuersa gignit morborum genera. Sed iam ad historiam se nostra recipiat oratio, ieiunij antiquitatem percurrens, & quantopere omnes sancti perinde quasi hæreditatem à maioribus traditam, ieiunium obseruarint, patrésque suis quique liberis tradiderint, vnde & in nos perpetua quadam successionis Abstinẽt maiorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuorum exẽplo accepta, Ieiunij laus ab exemplo

serie hæc deuenit possessio. Non erat in paradiso vinum, non erat pecudum mactatio, non G carnium esus: Post diluuium cœpit vinum, post diluuium cœptum est vesci quibuslibet, æquè atque ante, terræ frugibus. Posteaquàm desperata est perfectio, tum denique concessa est fruitio. Porrò tum nullam fuisse vini experientiam, argumento est Noë, qui nesciebat vini vsum. Nondum enim in vitam hominum irruperat, nondum mortalium vsu assiduo terebatur. Itaque quum ille nec alium quenquam eo liquore vtentem vidisset, nec ipse esset expertus, incautus incidit in noxam, quam vinum adferre solet. Plantarat enim Noë vineam, bibitq; de fructu eius, & inebriatus est, non quidem eo, quòd vinolentus esset, sed quòd ob imperitiam ignoraret modice sumẽdum esse. Itaque inuentum bibendi vinum recentius est paradiso, adeo vetusta est ieiunij dignitas. Quin & Mosen cognouimus per ieiunium pene- H trasse in montem. Neque enim id ausus fuisset, fumãte montis cacumine, neque sustinuisset ingredi in nubem, nisi fuisset obarmatus ieiunio. Per ieiunium legem accepit digito dei scriptam in tabulis, atque in summo quidem monte ieiunium legem impetrauit, in imo vero montis, luxus & ingluuies ad idololatriam dementauit. Sedit enim populus vt ederet ac biberet, & surrexit ad ludendum. Quod famulus quadraginta dies ieiunus assidue versans cũ deo, deprecansq; confecerat, id vnica temulentia reddidit irritum, infrugiferumq;. Nam tabulas, quas ieiunium impetrarat conscriptas digito dei, ebrietas comminuit, dum propheta iudicat indignum, si populus ebrius legem acciperet à deo. In vnico temporis momento po- I pulus ille, qui maximis prodigiis dei cognitionem acceperat, per luxum ad insaniam idola Aegyptiorum more colendi deuolutus est. Hæc vtraq; inter se componito, hinc quomodo ieiunium adiungat deo, illinc quomodo luxus salutem verterit in exitium. Descende, ac via qua cœpisti ad inferiora perge. Quæ res Esau alienauit à deo, fratriq; in seruitutem tradidit, nisi vnicum edulium, cuius gratia vendidit ius primogeniti? Iam Samuelem nónne deprecatio cum ieiunio coniuncta donauit matri? Quæ res fortissimum virum Sampsonem inexpugnabilem reddidit. An non ieiunium? Cum ieiunio in vtero matris conceptus est, cum ieiunio educatus est, ieiunio in virum adoleuit, quod ieiunium angelus matri indixerat. Quic quid proficiscitur è vinea, ne edat, vinumq; & siceram ne bibat. Ieiunium prophetas genE- K rat, potentibus addit robur. Ieiunium legum latoribus subministrat sapientiam, bona animę custodia, corpori tutus conuictor, armatura fortiter belligerãtibus, athletis exercitium. Hoc tentationes depellit, hoc vngit ad pietatem, vigiliæ familiaris comes, sobrietatis architectus. In bellis addit fortitudinem, in pace docet quietem. Nazaræum sanctificat, sacerdotem reddit sacris idoneum. Neque enim fieri potest, vt is absque ieiunio sanctum ministerium cum fiducia peragat, non tantum in mystico horum temporum veróque cultu, verum etiam in eo qui iuxta legem in figuris peragebatur. Ieiunium Heliam magni illius miraculi spectatorem fecit, qui quum quadraginta dierum ieiunio repurgasset animam, ita demum in spelunca, quę est in Choreb, promeruit videre dominum quatenus quidem homini videre datum L est. Ieiunans viduæ filium suum restituit, aduersus ipsam etiam mortem robustus factus per ieiunium. Vox ab ore ieiuno proficiscens, populo transgressori clausit cœlum, annos tres ac menses sex. Vt enim indomitum obstinatorum, duráque ceruice deo rebellium cor emolliret, voluit & seipsum ea calamitate cum cæteris condemnare. Propterea viuit dominus, si erit aqua super terram, nisi per os meum. Et adegit omnem populum ad ieiunium, ingrauescente fame, videlicet vt malitiam, quam è delitiis vitáque dissoluta contraxerant, abstinentia corrigerent. Heliseus autem cuiusmodi victu est vsus? Quomodo apud Sunamitidem hospitio refocillatus est? Quomodo ipse prophetas excepit? Nónne agrestia holera ac farinæ pauxillum hospitalitatis munus expleuerunt? Quo tempore calamitate simul cum herbis sumpta, periclitabantur qui gustarant, ni ieiunatoris prece veneni vis diluta fuisset. Atq; vt semel omnia dicam, reperies quotquot fuere sancti, omnes per ieiunium ad vitam deo. dig- M nam fuisse institutos. Est lapis quidam eius naturæ, quem hinc Amianton Græci vocant, vt inquinari non possit. Hic ab igni non vincitur, sed impositus igni videtur igneścere, & in prunam verti, rursum exemptus igni, perinde quasi fuisset aqua candidatus, apparet purior. Huiuscemodi erant trium illorum puerorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio consequuta, vt nulla vi possent inquinari. Siquidem in vehementi fornacis flamma quasi natura fuissent aurei, ita apparuerunt noxia vi ignis superiores. Quin & auro potentiores declarati sunt. Neque enim illos liquefecit ignis, sed integros, illibatósque seruauit. Atqui nihil est, quod illam tum flammam sustinere potuisset, quam naphthe, pix, & sarmenta sic alebãt, vt ad

Nubé γνόφου caliginem.

Esau ingluuies ἐβεβήλωσε.

Samuel.

Sampson. ἄνευ οἴνου ἁγνίσας

Ieiunij ἐγκώμιον.

Helias.

Τῆς τολύπης

ἀλίμυρδα βρέχω.

ἀμίαντον. Dioscor. 5. ca. 147.

Trium puerorum abstinentia.

Tertia collatio.

A vt ad quadraginta nouem cubitos diffunderetur, at in circuitum dispersa, plurimos Chaldæos absumpserit. Hoc igitur tantum incendium pueri cum ieiunio ingressi conculcarunt, liquidum ac roscidum aërem in igni tam vehementi respirantes. Neque enim ignis vel pilos illorum ausus est attingere, eò quòd à ieiunio essent aliti. Porrò Daniel vir desideriorũ, quum tres hebdomadas panem non edisset, nec vinum bibisset, demissus in lacum, etiam Nec vinum, οὔθ' ὕδωρ μὴ, leones ieiunare docuit. Neque enim leones dentes in illum impingere valuerunt, perinde nec aquam. quasi è lapide, aut ferro, aut alia quapiam rigidiore materia concretus fuisset. Adeò quemadmodum tinctura ferrum indurescit, ita ieiunium pij viri corpus durauerat, ac leonibus Daniel. βαφὴ σιδήρου tinctura ferri. insuperabile reddiderat: Neque enim aduersus sanctum os aperuerunt. Ieiunium restinxit B vim ignis, obturauit ora leonum. Ieiunium preces nostras subuehit in cœlum, dum illis alarum vice fit, quo sursum ferantur. Ieiunium familiarum est incrementum, sanitatis mater, iuuentutis pædagogus, ornamentum senibus, bonus comes viatori, tutus conuictor coniugatis. Non suspicatur quenquam insidias struere coniugio maritus, conspiciens vxori familiare ieiunium. Non contabescit vxor zelotypia cernens maritum amplecti ieiunium. Quis rem familiarem diminuit in ieiunio? Recense hodie domus supellectilem, ac postea denuo numera, nihil ob ieiunium deesse comperies in rebus domesticis. Nullum animal deplorat mortem, nusquam sanguis, nusquam flagitatio aduersus animantia, ab implacabili ventre veniens. Cessat machæra coquorum, mensa contenta est sponte nascentibus. Sabbatum Iu- C dæis erat traditum, vt quiescat inquit, iumentum & famulus tuus. Sit ieiunium famulis requies à perpetuis laboribus, qui tibi per totum annum inseruiunt. Dato respirationem coquo tuo, da ocium mensarum apparatori, quiescat manus pocillatoris, sit aliquãdo respiratio variorum bellariorum ac cupediarum architecto. Conquiescat tandem ipsa domus ab infinitis tumultibus, à fumo, à nidore, ab his qui sursum deorsum cursitant, ac ventri velut imperiosę dominæ ministrant. Prorsus etiam tributorum exactores sibi obnoxiis paulisper concedunt libertatem. Det aliquantum vacationis & venter, det inquam, concedat nobis quinque dierum inducias, qui semper alioqui flagitat, nec vnquam desinit, dum quod accepit hodie, cras obliuiscitur. Quum fuerit expletus, tum de temperantia philosophatur, vbi discussit tu- Ecce inter pocula quę- D morem, placitorum illorum obliuiscitur. Ieiunium non nouit fœnoris incrementum, non runt, &c. Persius. olet vsuras ieiunantis mensa, non præfocat orphanum ieiunatoris filium æs alienum à patre A simili. conflatum, quod serpentium ritu circumuolutum strangulat hæredem. Quanquam & alias Collatio elegans. ieiunium occasionem adfert ad hilaritatem. Nam quemadmodum sitis efficit, vt iucundus ὥσπερ ἀπὸ δήμου. sit potus, & sicut fames præcedens, epulas facit suaues, ita & eduliorum sumptionẽ ieiunium condit atque edulcat. Dum enim se medium interponit, ac deliciarum perpetuum vsum interrumpit, efficit vt quum ad sumptionem intermissam reditur, ea tibi sit tanquam noua iucundior. Proinde si vis tibi mensam apparare suauem, adhibe ex ieiunio vicissitudinem. At tu dum nimium deliciis addictus es, non sentis, quòd tibi delicias reddis insipidas, ac præ E voluptatum amore voluptatem perdis. Nihil enim tam est appetendum, quin abeat in fastidium, si perpetuo fruare. At quæ raro contingunt, his anide fruimur. Sic & qui condidit nos deus sapienter & illud procurauit, vt quæ nobis ad vsum vitę largitus est, gratiam apud nos obtineant ipsa vicissitudine. An non vides solem esse lætiorem post noctem? ac vigiliam esse iucundiorem post somnum? & sanitatem esse desiderabiliorem diuersa expertis? Itidem & cibus gratior est post ieiunium, idq; pariter & diuitibus, quibus mensa est opipara, & tenuibus parabili faciliq; victu vtentibus. Terreat te diuitis exemplum, quem vita in deliciis acta Ab exẽplo epulonis. tradidit incendio. Non enim ob crimen iniustitiæ, sed ob vitæ molliciem exustus est in camino ardente. Proin vt hoc incendium extinguamus, aqua opus est. Adde, quòd non solum ad venturi seculi fugienda mala, & assequenda bona, vtile est ieiunium, sed hic interim ipsi Attende singula. F carni conducibilius est. Siquidem habitudo corporis extremè bona, sensim mutatur, & in diuersum recidit: nimirum succumbente natura, nec valente corpulentiæ pondus sustinere. Vide ne qui nunc aquam respuis, in posterum exemplo diuitis illius, stillam aquæ concupiscas. Nemo per aquę potum lapsus est in crapulam, nulli caput vnquam doluit, aqua grauatum. Nullus eguit alienis pedibus cum aquæ potu familiaritatem habens. Nullum sui pedes destituerunt, nullæ manus factæ sunt inutiles, quæ aqua irrigantur. Nam concoctionis vitium, quod viuentes in deliciis necessario comitatur, acres morbos gignit, in hominũ corporibus ieiunantis color venerabilis est, non inuerecundo rubore floridus, sed sobrio pallore decoratus, oculi placidi, compositus incessus, vultus cordatus, nec intemperanti risu di-

γνώμη ex contrariis. Collatio ex contrariis.

stortus,concinnus sermo,purum cor.Reuoca in memoriam quotquot ab orbe condito fue- G
re sancti,quibus dignus non erat mundus, qui circumibant in pellibus ouium & caprarum,
egentes,pressi,afflicti,illorum imitare vitam,si modo illorum cupis assequi partem.Quæ res
Lazaro quietem parauit in sinu Abrahæ?Nónne ieiunium?Porrò Ioānis Baptistæ vita, quid
Metaphora. aliud erat,quàm vnicum ac perpetuum ieiunium? qui non habebat lectum, non arua, non
θὴν ἀνέστη aratorem(vt ait Hesiodus)bouem,non triticum,non pistorem, denique nō aliud quicquàm
nō surrexit. eorum quæ ad victum pertinent. Ideoque inter natos mulierum non extitit quisquam ma-
ior Ioanne Baptista.Paulum quum alia, tum præcipuè ieiunium quod super afflictionibus
suis glorians recenset,in tertium cœlum subuexit . Porrò qui caput est omnium quos com-
memorauimus , dominus noster , non prius in carne,quam pro nobis adsumpserat,diaboli H
insultus excepit,quàm eam ieiunio communisset,simul & nos erudiens,vt nosmet aduersus
tentatoris conflictus exemplo palæstritarum vngamus,& exerceamus. Et vide quàm mira-
biliter ille tentatori per esuritionem prębuit ansam.Alioqui propter diuinæ naturæ sublimi-
tatem non patebat ad illum aditus diabolo, nisi se per esuritionem ad humanā imbecillitatē
submisisset.Attamen cū rediens ascenderet in cœlum cibum gustauit,quo fidem faceret na-
turale verúmque corpus esse, quòd excitatum erat à morte . At tu supra modum saginandi
teipsum,carnęque onerandi,nullum finem facis,rursus dum mentem nulla salutarium ac vi
Collatio. uificorum dogmatum alimonia pastā sinis extabescere,nulla tibi cura est. An ignoras quòd
perinde atque in acie hinc atq; hinc instructa ad conflictum , qui alteri parti fert suppetias, I
facit vt altera vincatur,ita qui carni sese adiungit,expugnat spiritum,& qui stat à spiritu,car
nem in seruitutem redigit:Hæc enim sibi inuicem aduersantur . Proinde si cupis mentem
reddere validam, fac carnem domes ieiunio. Hoc enim est quod ait Apostolus,quòd quātū
externus homo corrumpitur,tantum internus renouatur.Item illud : Quum infirmor tunc
potens sum.Itáne non contemnes istas escas , quæ corrumpuntur: itáne non te capiet illius
mensæ desiderium, quæ est in regno cœlorum , quam prorsus hic ieiunando tibi præpara-
bis . An ignoras quòd immoderata expletione, tibiipsi pinguem paras vermem , conscien-
tiæ carnificem ac discruciatorem . Quis enim in splendidis epulis , perpetuisque deliciis
γνώμην con particeps factus est vllius doni spiritualis?Moses dum alteram accepit legem, altero ieiunio K
firmat exē- opus habuit . Nisi apud Niniuitas simul cum hominibus ieiunassent & bruta animantia,
plo. haudquaquam effugissent subuersionem quam deus per Ionam fuerat comminatus . Quo-
rum membra ceciderunt in deserto ? Nónne eorum qui esum carnium flagitabant? At illi
donec erant contenti manna, & aqua de petra fluente, superabant Aegyptios, per mare fe-
cerunt iter , non erat infirmus in tribubus eorum . Cæterùm postea quam recordati sunt
carnium, ac lebetum : posteaquàm concupiscentia reuersi sunt in Aegyptum , non vide-
runt terram repromissam . Non metuis exemplum ? non horres edacitatem? ne fortè te à
bonis quæ speramus excludat . Ac ne Daniel quidem ille sapiens visiones videre meruisset
nisi ieiunio reddidisset animam limpidiorem. Siquidem ē copiosiore pastu ceu fumosi qui- L
dam vapores exhalantur , qui lucem sancti spiritus in hominis mentem irradiantem , quasi
densa nubes interueniens , intercipiunt . Quod si angelorum quoque cibus est vllus , pa-
nis est , quemadmodum ait propheta , panem angelorum comedit homo . Non carnes,
non vinum, non denique quæcunque alia quæ ventri seruientibus ingenti studio apparan-
tur. Ieiunium armatura est ad confligendum cum impiis spiritibus . Nam hoc genus non
eiicitur nisi per deprecationem ac ieiunium . Tam multa bona proueniunt è ieiunio . E di-
uerso satietas lasciuiæ initium est : protinus enim vnà cum deliciis , ebrietate,& omni ge-
nere conditis bellariis,irrumpit omnis forma pecuinæ intēperantiæ. Hinc equi insanientes
in fœminas , fiunt homines ob œstrum ac furorem quem in animo gignunt deliciæ . A
temulentis orta est naturæ inuersio, dum in masculino sexu fœmininum,in fœminino ma- M
sculinum quærunt.Ieiunium vero etiam in vsu coniugij modum temperantiámque docet,
ac voluptatum lege concessarum immodicum vsum castigans , parit concors ocium , vt
perseuerent in precatione . Caue tamen ne ieiunij vtilitatem sola escarum abstinentia me-
Ieiunium tiaris.Verum enim ieiunium est ab omnibus vitiis esse alienum.Solue omne vinculum ini-
verum. quitatis, condona proximo, si quid dolet animo , remitte illi debita. Nolite ad contentio-
nes ac lites ieiunare. Carnes non edis ? sed comedis fratrem tuum . A vino abstines , sed ab
iniuriis tibi non temperas . Expectas vesperam , vt cibum capias , sed diem totum absumis
Antitheses. apud tribunalia. Væ his qui ebrij sunt , non à vino. Ira, mentis est temulentia,eámque à so-
brietate

A brietate excutit,haud aliter quàm vinum.Quin & dolor temulentia est sensum hominis o-
bruens ac demergens.Rursus alia temulentia metus est,quoties ad ea fertur,ad quæ non o-
portet. Siquidem à timore inimici inquit,erue animam meam . In summa, quiuis affectus
dimouens animum à statu suo,meritò dicitur ebrietas.Considera mihi hominem ira percī-
tum,quàm temulentus sit eo morbo.Non est sui compos, non nouit semetipsum, non no- Ex ebrieta-
uit qui adsunt,sed velut in pugna nocturna,tentat omnia,impingit in omnia,inconsidera- te rursus pu-
ta loquitur,non potest cohiberi,conuiciatur,cædit,minatur, deierat, vociferatur, clamore gnata mala.
disrumpitur.Fugito istam temulentiam,sed ne illam quidem quæ ex vino nascitur, admit-
te.Noli te ad largiorem vini potionem aquæ potu præparare . Ne te ad ieiunij mysteria in-
B troducat ebrietas.Non est per temulentiam aditus ad ieiunium,quemadmodum nec ad iu- ἐναντίωσις.
stitiam iter est per fraudationem , nec ad sobrietatem per lasciuiam,nec(vt summatim di-
cam) per maliciam ad virtutem.Aliud ostium est ad ieiunium.Ebrietas ad lasciuiam indu-
cit,ad ieiunium frugalitas.Athleta ante certamen exercetur,ieiunator ad ieiunandum tem
perantia præparatur.Ne velut vlcisćens ieiunij dies,neu veluti fucum facturus legis autori,
in hos quinque dies crapulæ thesaurum reponito.Stulte siquidem facis,si corpus quidem cō- ὡς τετραμέ-
ficis,nec tamen solatium esuritioni admoues . Ista infida penui cella est,in pertusum hauris νου πίθου ἀν-
dolium.Fit enim vt vinum perfluat ad suam recurrens viam,peccatum verò maneat in do τλεῖς.
lio.Famulus profugit ab hero verberante:tu verò non recedis à vino,quod quotidie cōtun Argumen-
C dit caput tuum.Modus vtendi vino optimus est,corporis necessitas.Quod si fines prętergre tum à con-
dieris,postridie venies capitis grauedine affectus,oscitans,vertigine laborans, putrefactum trariis.
obolens vinum,omnia tibi circumferri,omnia circumuolui videbuntur. Ebrietas vt som- A simili ar-
num adfert mortis germanum,ita vigiliam habet somniis adsimilem.An ignoras quem es gumentum.
hospitio excepturus?Nimirum illum qui nobis ita pollicitus est : Ego & pater veniemus, & Eucharistia.
mansionem apud eum faciemus. Quur igitur prius recipis temulentiam,ac domino ingres-
sum præcludis? Quur permittis vt hostis munimenta tua prior occupet ? Ebrietas non reci-
pit dominum,ebrietas spiritum sanctum propellit.Fumus quidē abigit apes,dona verò spi-
ritualia fugat luxus.Ieiunium ciuitatis est ornamentum, fori tranquillitas,domorum pax,
D incolumitas facultatum.Vis ieiunij videre dignitatem?Cōfer mihi hodierni diei vesperam
cum vespera crastini,conspicies ciuitatem è tumultu ac tempestate mutatam in profundam
tranquillitatem.Vtinam autem & hodiernus dies crastino similis sit , quod ad sobrietatem
attinet,& crastinus dies hodiernum æquet hilaritate.Cæterum qui nos perduxit ad hunc tē
poris recursum dominus,præstet nobis tanquam certatoribus,vt per hos dies,quibus ad cer
tamen euocamur , robur ac neruos continentiæ declaremus , quo præparemur & ad illum
diem,qui coronas distribuit pro meritis,vt recordemur nūc quidem salutiferæ afflictionis,
in futuro verò seculo præmij reponendi pro his quæ gessimus in hac vita , in iusto iudicio
Christi ipsius,quoniam illi gloria in secula,Amen.
E

DE IEIVNIO ORATIO SECVNDA,
Eodem interprete.

EXhortamini,inquit scriptura , sacerdotes populum loquimini ad aures Hierusalē Esaiæ.40
Ea vis est orationis,vt & studiosis possit impetum intendere,& ignauis ac segnibus Exhortatio
excitare promptitudinem. Hanc ob causam duces quum milites in acie statuunt, à simili pe-
exhortatoriis orationibus ante conflictum vti solent,Tantámque vim habet ea ex- tita.
F hortatio,vt compluribus etiam mortis contēptum frequēter adferat.Similiter qui athletis,
exercēdis,puerisq; ad huiusmodi certamina instituendis præfecti sunt,si qñ in stadiis certa-
turos producunt,hortandi gratia multa disserunt,de necessario tolerandis laboribus,déque
coronis.Adeóque multis persuadent,vt dum victoriæ gloriam ambiunt,corpora sua cōtem
nant.Proinde mihi quoque,qui Christi milites ad prælium cum inuisibilibus hostibus gerē
dum in aciem digero,athletásque pietatis ad iustitiæ coronas per temperantiam instruo,o-
pus est oratione exhortatoria.Quid igitur est quod dico fratres?Nempe quod his qui belli-
cis in rebus exercentur,quique in palæstris luctando desudant, conuenit, vt copia ciborum
reddant seipsos corpulentos & obesos,videlicet quo validioribus neruis labores queant ca-
pessere.Contrà verò,quibus non est colluctatio aduersus sanguinem & carnem , sed aduer-
sus prin-

ὁμοίωσις elegans.

Attende ieiunij quanta sit virtus.

Aduaum omnes ieiunabant.

ἐξέλασις, quo nomine dictus Demosthenes.

γνώμη.

† huius mũdi τῆς κόσμου ἀνομοίωσις.

Inter carnẽ & spiritum perpes agon

sus principatus,aduersus potestates, aduersus mundi dominos tenebrarum harum,aduersus G spirituales malitias,hos oportet per sobrietatem ac ieiunium ad certamen exerceri. Etenim quemadmodum oleum oblinit athletam,ita ieiunium robur addit ei qui ad pietatem exercet sese.Itaque quantum subtraxeris carni,tanto reddes animam habitudine spirituali nitidiorem.Nam robur aduersus inuisibiles hostes non superat corporis distensione, sed fortitudine spiritus,& erga afflictiones tolerantia. Ita ieiunium per omne quidem tempus vtile est,iis qui illud sponte suscipiunt (Neque enim assultus dæmonum quicquam audet aduersus ieiunantem,ac vitæ nostræ custodes angeli diligentius adsunt iis, qui ieiunio purgatam habent animam) sed multo magis hoc tempore,quo per vniuersum terrarum orbem vndique denunciatur ieiunij præconium.Nec vlla est insula, nec vlla terra continens, non ciui- H tas,non gens vlla,non extremus mundi angulus,vbi non sit auditum ieiunij edictum.Quin & exercitus,& viatores,& nautæ,& negociatores,omnes pariter audiunt edictum, & summo gaudio excipiunt. Ne quis igitur semet excludat à numero ieiunantium, in quo omne hominum genus,omnis ætas,omnes dignitatum formæ censentur. Angeli sunt,qui in singulis ecclesiis describunt ac recensent ieiunantium capita.Vide ne ob breuem edendi voluptatem, simul & priueris angeli recensione, & teipsum apud eum qui recensuit exercitum, obnoxium facias desertoris crimini.Leuius periculum est,si quis rhipsaspis appelletur,quòd in acie clypeum abiecerit,quam si magnam illam armaturam ieiunium videatur proiecisse. Dies es? Ne ieiunium afferas contumelia: afficies autem, si graueris illud ad mensæ tuæ I consortium admittere,néve nullo tuæ domus honore dignatum dimittas, quum illa interim præ delicijs ac voluptate suauiter agat,ne quando te reum peragat apud eum qui de ieiunio legem tulit,fiátque, vt ex condemnatione ad longe maiorem inediam adigaris, siue ex aduersa valetudine corporis,siue ex alio quopiam tristi casu.Contrà qui pauper est,ne simulatione ac subsannatione vtatur erga ieiunium,quum illud iam olim habeat, & domus, & vitæ socium.Porrò mulieribus quam est naturale respirare,tam est conueniens ieiunium. Pueri veluti plantæ lætiores,aqua ieiunij irrigantur,senibus leuem reddit laborem, iam olim contracta cum ieiunio familiaritas.Siquidem labores quibus diutino vsu assueueris,minus offendunt,si inciderint in exercitatum. Iam viatoribus expeditus itineris comes est ie- K iunium. Quemadmodum enim luxus cogit illos onustos incedere, nimirum ea quibus se ingurgitarunt circunferentes, sic ieiunium eos & leues reddit & expeditos. Et postea quum, posteaquam exercitui castra metata sunt, militibus commeatus suppeditetur, non ad delicias, sed ad necessitatem, an non multo magis nobis, qui aduersus hostes inuisibiles prodimus in prælium, ac post eos deuictos ad supernam patriam festinamus, conueniet, tanquam in castris degentibus, necessarijs esse contentos? Suffer afflictionem,vt bonum decet militem, certa legitime, vt coroneris, illud reputans, quod quicunque certat, in omnibus sibi temperat. Sed quod mihi modo inter dicendum venit in mentem, indi- gnum est quod prætereatur,videlicet,quod huiusmodi † militibus,iuxta laborum modum, L augetur obsonium. Contrà inter spirituales cataphractos, ij qui minus habent alimoniæ plus habent honoris, quemadmodum & galeæ nostræ ex diametro dissident à natura corruptibili. Harum enim materia ferrum est, nostræ verò ex spe salutifera constant. Itidem illis scutum è ligno ac tergore bubulo confectum est,nostrum verò munimentum fides est. Rursum nos thorace iustitiæ obarmamur,illi tunicam ansis contextam circunferunt. Præterea nobis adest gladius spiritus ad defensionem,illi ferro defenduntur.Ex his perspicuum est,quòd non iisdem cibarijs nos quibus illi vegetamur virésque colligimus,sed nos pietatis dogmata corroborant,illis ad parandas vires expletione ventris est opus.Quoniam igitur temporis circulus,dies hos vehementer optabiles nobis reduxit,omnes eos tanquam ve M teres nutricios Iubentes & hilares excipiamus, per quos ecclesia nos ad pietatem educat. Proinde ieiunaturus,noli tristis esse Iudæorum exemplo,sed iuxta doctrinam euangelicam teipsum hilarem & alacrem præbe,neque lugeas ventris inediam, sed animæ potius gratulare spiritualibus epulis fruenti.Scis quòd caro concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnem.Itaque quum hæc sibi inuicem aduersentur,subtrahamus carni volùptatem, augeamus animæ robur, vt per ieiunium collectis viribus ad superandas concupiscentias, coronis abstinentiæ repositis cingamur. Iam igitur teipsum exhibeas dignum ieiunio cum primis venerabili,ne hodierna temulentia crastinam temperantiam corrumpas.Improbum istuc consilium est, praua cogitatio est,ita dicentium,quoniam nobis quinque dierum ieiunium

γνώμη.

A nium indictum est,hodie nosipsos temulentia obruamus. Nemo pudicam vxorem legitimè ducturus,antè scorta & concubinas inducit in ædes.Neque enim coniunx legitima patitur conuictum cótuberniúmque domesticum, stupro corruptarum. Proinde ne quum expectatur ieiunium,prius introducas ebrietatem,quæ est scortum publicum, quæ est impudentiæ mater,quæ risu gaudet,quę insanit,quę ad omnem dedecoris speciem facilis ac procliuis est. Neque enim ieiunium & precatio introibunt in animam temulentia marcidam. Ieiunantem intra sacrorum cancellos recipit dominus: at luxu crapuláque plenum veluti prophanum & à sacris alienum nequaquam admittit.Etenim si cras venias vinum obolens, idque cruditate corruptum ac putrefactum,quomodo tibi crapulam pro ieiunio sim impu- B taturus?Neque enim illud cogita, quòd merum tibi recens infusum non est, sed quòd à vino purus non es,hoc reputa.In vtro te ordine collocabo? Inter ebrios, an inter ieiunantes? Præterita vinolentia te sibi asserit.Præsens inedia ieiunium testificatur.Anceps es & contro uersum temulentiæ veluti mancipium,nec illa abs te abstinebit manuum iniectionem,idq; optimo iure:quippe quæ manifesta seruitutis argumenta proferat,odorem vini velut in lagena residentem.Hic protinus primus ieiunij dies tibi reprobus fuerit, ob temulentiæ reliquias in te repositas.Quorum autem primitiæ reiiciuntur, haud dubium quin in his totum quoque sit reiiciendum. Ebrij regnum dei non possidebunt. Si temulentus accedis ad ieiunium,quid vtilitatis aufers?Nam si te ebrietas excludit à regno cœlorum,quis deinceps è ie- C iunio fructus?An non vides,quod qui in domandis equis,qui ad certamina aluntur,peritissimi sunt,quum instat certaminis dies,eos inedia præparant: tu contrà studio temetipsum saturitate reddis obesum.Adeò ventris studio bruta etiam animalia præcurris.Venter onustus,non solum ad cursum,sed ne ad somnum quidem accommodus est, eò quod distento ciborum copia, non datur quiescere, sed cogitur subinde semet nunc in dextrum nunc in lævum latus vertere. Ieiunium seruat paruulos,sobrium reddit iuuenem, venerabilem facit senem. Venerabilior enim est canicies ieiunio decorata. Ieiunium fœminis ornatus est congruentissimus,ætate ac robore vigentibus pro freno est.Ieiunium matrimonij custodia est,virginitatis nutritius.Atque hæc quidem commoda adfert priuatim ieiunium, in singu- D lis ædibus in quibus colitur.At publice quomodo vitam nostram gubernat?Totam semel ciuitatem, totúmque populum ad tranquillitatem componit, consopit clamores, sedat lites, conuitijs imponit silentium.Cuius magistri interuentus puerorum strepitus tam subito cõpescit, quàm ieiunium obiter exoriens ciuitatis tumultus coercet? Quis comessator prodiit in ieiunio? Quis vnquam chorus lasciuiens à ieiunio constitutus est? Teneri risus, cantiones meretriciæ, insanæ saltationes subito diffugiunt è ciuitate, à ieiunio tanquam ab austero quopiam iudice in exilium actæ. Quod si omnes ieiunium ad res gerendas in consilium adhiberent, nihil obstaret, quo minus per vniuersum terrarum orbem pax esset, videlicet nec gentibus inter se conflictantibus, nec exercitibus inter se impressionem facien- E tibus. Ne arma quidem cuderentur, si ieiunium rerum potiretur, nec forensium controuersiarum strepitus esset, neque quisquam habitaret in carceribus. In summa nec deserta haberent latrones, nec respublicæ sycophantas, nec mare piratas. Si omnes essent ieiunij discipuli, prorsus non audiretur, vt ait beatus Iob, vox exactoris, nec vita nostra tot suspiriis, tot mœroribus esset differta, si ieiunium vitam nostram gubernaret. Perspicuum est enim, quòd omnes doceret, non tantum in eduliis temperantiam, verum etiam ab auaritia & rapinis, denique ab omni vitio prorsus abhorrere, & immunem esse.Quibus extirpatis, nihil vetaret quo minus & nos in alta pace animorúmque tranquillitate vitam nostram transmitteremus. Nunc verò qui vt ieiunium reiiciunt, ita delicias tanquam in his sita sit vitæ fœlicitas, expetunt, non tantum infinitum illud vitiorum examen induxerunt, F verum & sua ipsorum corpora perdunt vitiántque luxu. Obserua mihi vultuum discrimentum eorum qui hodie sub vesperam conspicientur, tum eorum qui cras apparebunt. Hodie tument, rubore suffusi, sudore tenui rorantes, oculi humentes, præcipites, atque ob nebulam intus è stomacho exhalantem, exacte cernendi facultate priuati. Crastino verò die videbis eosdem vultus compositos, graues, colore naturali recepto, toto habitu præsentem animum præ se ferentes, omnibus sensibus integris, vtpote quorum naturalibus actionibus nulla intus causa tenebras offundit. Ieiunium similitudo est hominum cum angelis, iustorum contubernalis, vitæ sobrietas. Per ieiunium Moses factus est legislator,ieiunij fructus est Samuel. Ieiunans Anna, deum deprecata est, Adonai domine deus omnipotens,

ἐμφισβητήσιμος.

ἀνομοίωσις.

καταπίῃς pro καταπιαίνεις Erasmus & Volater. legisse videntur.

ὑπερπίμπλιαι.

ὥσπερ ὑπὸ δικαστῇ ἀυστηρῷ.

προσπετεῖς procaces petulantes.

τὸ ἀκριβὲς acumine sensus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nipotens, si respiciens respexeris ad ancillam tuam, dederisq; mihi prolem masculinam, da G
bo illam in conspectu tuo donum. Vinum & siceram non bibet, vsque ad diem obitus sui.
Ieiunium magnum illum Sampsonem educauit, idque quàm diu viro adfuit, singulis con-
flictibus milleni hostes prostrati sunt, vrbium portæ subrutæ sunt, leones robur manuum il-
lius non sustinuerunt. At simul atque ebrietas ac scortatio corripuit hominem, captus est ab
hostibus, atque exoculatus, pro ludo expositus est pueris alienigenarum. Helias cum ieiu-
nasset, clausit cœlum tres annos, ac menses sex. Etenim cum videret multam insolétiam na-
sci è satietate, necesse erat illos per famem inuitos ad ieiuniũ adigere. Eoq; peccata illorum
iam in immẽsum excurrentia cohibuit, dum ieiunio, velut vstione aut sectione, progressum
ad maiora mala interrumpit. Excipite hoc pauperes contubernale vobis ac mensæ socium. H
Excipite serui, vt respirationem à perpetuis seruitij laboribus. Excipite diuites, quod no-
xæ è luxu contractæ medeatur, quodq; vicissitudine & nouitate vobis iucundiora reddat, ea
quæ nunc ob assuetudinem fastidiuntur. Excipite male valentes sanitatis matrem. Qui bo-
Doctrina Hippocratis & Galeni. na estis habitudine, excipite bonæ habitudinis custodem. Interroga medicos, ac dicent ti-
bi, nihil esse periculosius habitudine corporis, extreme bona, Eoque qui peritissimi sunt ar
tis, per ieiunium detrahunt redundantia, ne vis naturæ pondere corpulentiæ fracta suc-
cumbat. Studiosè quidam inediam detractis superuacuis, locum faciunt virtuti nutritiuæ
ad nouam alteram alituram, ac de integro faciendum corporis incrementum. Adeo in o-
mni serio negocio, in omni corporis habitu ieiunij præsto est vtilitas, ac pariter omnia con I
decorat, domos, fora, noctes, dies, ciuitates, deserta. Quum igitur nobis tot modis suam
honestatem largiatur, hilariter illud iuxta domini præceptum excipiamus, non tristes sicut
hypocritæ, sed mentis hilaritatem absque fuco præ nobis ferentes. Quanquam non arbi-
tror mihi perinde opus esse, vt vos ad ieiunium exhorter, atque vt dehorter ne quis hodie
in vitium ebrietatis incidat. Nam ieiunium quidem pleriq; partim ob consuetudinem, par-
tim ob pudorem inter ipsos mutuum suscipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam vino-
A simili' βε- βαίωσις. lenti non aliter quàm paternam hæreditatem mordicus tenent. Quemadmodum enim qui
longinquam profectionem adornant, componunt sarcinas & commeatum parant, ita non-
nulli vecordes hodie aduersus quinq; dierum ieiunium vino indulgent. Quis est vsque adeo K
vesanus, vt priusquàm bibere incipiat, ebriorum more deliret? An nescitis quòd venter
Ventris epi theta. non seruat depositum? Venter conciliator est pessimæ fidei, penu incustoditum, in quod
quum multa reposueris, noxam quidem retinet, at non seruat deposita. Vide ne tibi quoque
si cras veneris cum ebrietate, dicta sint ea, quæ sunt ex Esaia recitata. Non istud ieiunium
elegi dicit dominus. Quid misces ea quæ misceri non possunt? Quod consortium temu-
lentiæ cum ieiunio? Quæ societas vinolentiæ cum abstinentia? Quis consensus templo dei
cum idolis? Templum enim dei sunt, in quibus habitat spiritus dei. Contrà templum ido-
lorum sunt, qui per ebrietatem, vilem ac plebeiam admittunt intemperantiam. Hodiernus
dies vestibulum est ieiunij, quo profecto qui in vestibulo prophanatur, indignus est qui ad L
sancta introeat. Nullus seruus cupiens hero suo reconciliari, hostem illius patronum ac re-
conciliatorem adhibet. Ebrietas inimica est deo, ieiunium pœnitentiæ initium est, itaque si
cupis per confessionem reuerti ad deum, fugito temulentiam, ne magis etiam abs te deum
alienet. Attamen ad hoc, vt laudem promereatur ieiunium, non est per se satis temperare
à cibis, sed ieiunium ieiunemus acceptabile, deo gratum. Verum ieiunium est à vitiis im-
Ieiunium q̃ verum sit. munem esse, continentia linguæ, iræ cohibitio, concupiscentiarum amputatio, obtrecta-
tionis, mendacij, periurij. Ab his abstinere verum est ieiunium. In his igitur honestum ac
bonum est ieiunium. Cæterum deliciemur erga dominum, in meditatione spiritualium e-
loquiorum, inq; suscipiendis salutaribus præceptis, denique in cunctis dogmatibus, quibus M
emendantur animi nostri. Rursus ab interno mentis ieiunio caueamus, quod & propheta
deprecatur: Num fame occides domine animas iustorum? Ac rursus: Non vidi iustum deser
tum, nec semen eius quærens panem. Nec enim loquitur de panibus sensibilibus, qui noue-
rat filios patriarchæ Iacob, panũ inopia coactos descendisse in Aegyptum, sed de spirituali
loquitur alimonia, qua interior noster homo perficitur. Ne veniat in nos ieiunium quod
deus comminatur Iudæis: Ecce enim dies venient dicit dominus, & inducam in terram fa-
mem, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi verbum domini: quam ideo
immisit iustus iudex, quòd perspiceret eorum mentẽ verorum dogmatum penuria macre-
scere, externum verò hominem supra modum pingue scere, & obesum fieri. Per omnes igi-
tur hosce

A tur hosce sequentes dies conuiuio excipiat nos spiritus sanctus, matutinis simul & vesperti- ἐσπερινοῖς εὐφροσύ-
nis epulis, ne quis sua sponte seipsum fraudet hoc epulo spirituali. Omnes participes simus νοις.
sobrij calicis, quem ipsa sapientia temperauit, ac nobis apposuit ex æquo, quatenus cuiq; da-
tum est, exhauriendum. Miscuit enim craterem suum, occidit hostias suas, hoc est, per-
fectorum cibum, qui per habitum, sensus habent exercitatos, ad discernendum à malo bo-
num. Quibus affatim expleti, reperiamur & illo digni conuiuio, quod exhibebitur in sponsi
thalamo, per Christum Iesum dominum nostrum, cui gloria & imperium in secula, Amen.

B

HOMILIA BEATI PATRIS BASILIJ *in illud Moseos, Attende tibiipsi, Godefrido Tilmanno Cartuſ. interprete.*

QVi nos condidit deus, in hoc impertiuit sermonis vsum: vt alius alij sui cordis ar-
cana reuelet, cómunisq; naturæ intuitu suo quisq; proximo ex abstrusissimo recessu
pectoris, quasi ex intimo quopiam conclaui sua cõsilia cogitationésque depromat. μεταφορά.
Si enim ipsi viueremus anima omnium oculis conspicua & nuda: inter nos mox
C conueniret per mutuam cogitationum intelligentiam. Nunc quando anima carnis adoper-
ta velamine multiuarias comminiscitur secum ac versat cogitationes: & verbis opus habet
& nominibus, vt quæ in reconditiore mentis secessu delitescunt, in apricum euulget. Mens ὁμοίωσις elegans.
igitur nostra mox vbi vocem apprehenderit cuiuspiam rei significatiuam, perinde ac traie-
ctitia quadam nauicula, sermone ipso præteruehitur, qui simul vt traiecit aërem, è loquentis
ore ad aurem vsque transmittitur audientis. Quòd si tranquillam contiget internanciſci
altámque quietem: ac si placido succedat portui & ab inclementia maris sepositio nauis, ita
sermo in discipulorum se insinuat aures & appellit. E diuerso si quis à parte auditorum, tu- ἐγκαλομι-
D multus quasi procella quædam asperior contrà aspirarit: medio in aëre dissolutus sermo, ve- ζεται.
luti naufragio absorptus pessum ibit. Nunc igitur sermoni huic tranquillum facite, studio Perstat in metaphora.
placidæ taciturnitatis. In eo enim aliquid forsan cõspicietur vtile, nec indignum quod hinc
vobiscum exportetis. Veritatis sermo captu est apprimè difficilis, aures minimè attentas prę
terlabitur facilè ac fugit. Ita enim spiritus sanctus suum moderatus est ac dispẽsauit sermo-
nem, vt contractus sit & breuis: quo fit, vt verborum compendio multa explicet, ac proinde
propter concisam breuitatem facilè memoria tenetur. Est etenim eius sermonis virtus na- Sermonis diuini quis sit genius.
tiua hæc, vt quæ significantur, non occultet obscuritate, nihilq; complectatur quod superua-
caneum sit, aut vanum, vel certè circumfluat vllis rebus frustraneis. cuiusmodi sanè est no-
bis recèns lectus ex Moseos libris, cuius item vos memores esse prorsus mihi ipsi persuadeo,
E qui studiosi estis, nisi forsan ob cõcisam breuitatem ipsa vox aures vestras prætercurrit. Hoc
se habet modo sententia: *Attende tibiipsi, nequando fiat uerbum occultum in corde tuo, iniquitas.)*
Facilè admodum labimur in peccata, quæ vel cogitatione admittuntur, eóque qui finxit si-
gillatim corda nostra probè conscius maximam peccatorum partem solere perfici subitario
& acri illo motu propositi aut cogitationis impræuisæ, principem illam animæ puritatem ὧν τῇ ὁρμῇ τῆς κατὰ προθεσιν. Mentis puritatem seruandã esse vel in primis. ὁμοίωσις.
quæ præcipua in parte eius consistit, nobis edixit retinendam atque tuendam. Qua enim par
te alacriores ad peccandum sumus & toti eò propendemus, tantò illam æstimauit dignã esse
maiore diligentia & prouida cautione. Vt enim quique rei medicæ experientissimi imbecil-
F liora corpora multò ante morbum prẽmuniunt præseruatiuis & salutaribus monitis: itidem
& ille prouidus communisq; curator ac verax cum primis animarum medicus, qua nos vi-
dit parte ad peccatum longè esse propensiores, hanc anteuertit, vt fortiore quopiam anti-
doto præseruatorio communiret. Quæ etenim corpore perficiuntur actiones, tempus desi-
derant, non qualecunque sed opportunum, labores item & cooperarios, reliquum denique
commeatum siue impensam. E diuerso animæ motiones conficiuntur nulla temporis mo-
ra: vt nihil fatigeris aut lassescas, peraguntur: constant nullo tuo negotio aut molestia: illis
obeundis nullum non idoneum est, nullum intempestiuum tempus. Et quidem alicubi inue
nire sit, qui cum fastu ingrediatur & arrecto supercilio insoleſcat authoritate fretus, idem
alioqui externè fucatam speciem præferat moderatę mentis, desideatque subinde illorum
intermedius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

intermedius,qui ipsum virtutis nomine deprædicent beatum,cum is interim interiore men G
tis cursu abit ad peccati locum in retrusissimo illo cordis motu & agitatione. Quæ studio
consectatur & expetit,sola iam vidit imaginatione, visus est & vnius alicuius secum com-
minisci & effigiare congressum familiarem, planè indecorum. Vtq; semel omnia, quum is
intra arcanam illam cordis officinam,euidentem sibi & confessam voluptatem depinxerit,
peccatum iam illud intestinum operatus est nullius licet testimonio probabile, nempe om-
nibus eatenus ignotũ,tantisper dum veniat,qui reuelabit occulta tenebrarũ,& manifestabit
consilia cordium.Prouide igitur & obserua, nequando verbum occultum in corde tuo effi-
ciatur delictum.Qui enim in mulierem oculum defixerit ad concupiscendũ eam, iam mœ-
chatus est in corde suo. Quò fit,vt actiones quidè corporis, à non paucis intercidantur: qui H
autem destinato voluntatis proposito peccat, vna cum præpete & celeri agitatione cogita-
tionum peccatum iam expleuit.Vbi igitur ad peccandum procliuior via est, ibi cautio pręr-
rogata est celerior.Palàm enim ac de scripto contestatur Moses, nequando verbum occultũ
in corde tuo efficiatur peccatum.Magis verò ad ipsum sermonis recurramus exordium.Ait:
Attende tibiipsi.) Quoduis tandè animal ad cõseruandam propriæ substãtiæ naturã subsidia
accepit ab omniũ opifice deo sibi inserta familiariter. Quin &,(si tamen studio propensiore
ediscere voles)partem multò maximam brutorum deprehendere possis id habere citra do-
ctrinam vllam,vt noxia fugitẽt & auersentur: è diuerso ad ea naturæ quodam ductu festinè
rapiuntur,quæ suo vsui sperant profutura.eóque nos erudiens deus,præceptũ hoc momenti
haudquaquàm mediocris præscripsit, vt quod illis naturæ beneficio, nobis idem vel suffra- I
gio rationis fieri contingat:quódque citra operam præceptoris vel à brutis ipsis fit,id ipsum
à nobis perficiatur per attentionem & assiduam rationis considerationem, & vt solerter ac
strenuè subsidia quæ nobis deus indulsit,conseruemus,auersemur quidem peccatum, vt assò
lent bruta venenatum pabulum, iustitiam verò assectemur, velut illa herbas edules conse-
ctantur.Attende igitur tibiipsi, quò discernere possis quiduis noxium à salubri.Sanè attẽtio
Attentio duplex,corporis &animę. duplex cùm sit (Est enim harum prior qua iis fixè intendimus oculis corporis quæ visibilia
Attende tibiipsi. sunt: est & altera, qua per vim animæ intellectilem pressiùs attenti incumbimus contem-
plationi rerum inuisibilium.)si quidem præceptum hoc in oculorum actione astruemus esse K
situm:in vestigio deprehendemus nullo id pacto perfici posse.Quî enim possit vnus aliquis
collustrare se totum & omni ex parte deprehendere oculo corporis?At ne ipse quidem ocu-
lus in seipsum vi visiua vtitur,non ad verticem vsque pertingit capitis, terga non videt aut
scapulas,non totam ipsam faciem, non denique in intestina parte reconditorum viscerum
dispositionem. Impium proinde sit asserere præcepta spiritus sancti impossibilia esse obser-
uatu.Relinquitur itaque, vt præceptum id de spirituali mentis actione esse sancitum inter-
pretemur. *Attende* igitur *tibiipsi.*)hoc est, teipsum omni ex parte collustra & circunspice, ani
ἀκοίμητον ὄμμα. mæ oculum ad solertem tuiipsius custodiam,habeto peruigilem & insomnem. Per medios
ingrederis laqueos,ab inimico occultati laquei nullo non loco defixi sunt. Circunspice igi- L
δορκὰς dama caprea, ἀπὸ τῆς δέρκεσθαι. tur & lustrato omnia,quò è laqueis seruere Dorcadis instar,& vt auis ex insidiis. Neq; enim
laqueo prehendi possit Dorcas,quòd visus sit acerrimi, cognomen nimirum sortita ab acu-
mine sui visus.Auis porrò siquidem sibi attenderit, in sublime elata leuitate pennulæ altior
redditur aucupum insidiis.Prouide igitur, ne brutis animantibus ad attẽtam tui custodiam
conspiciare deterior, nequando irretitus laqueis & captus, præda efficiaris diaboli,vinculis
ipsius adstrictus & ad illius voluntatem abductus. *Attende* ergo *tibiipsi.*)hoc est,non tuis,non
iis item quæ circa te sunt, sed tibiipsi & soli attendito.Ipsi enim nos & aliud sumus,& aliud
Nos, anima sum' & mes Nostra,corpus & sensoria corporis. Circa nos,facultates. nostra sunt, aliud itẽ quæ circa nos cõsistuntur.Sanè sumus nos & anima & aïæ mẽs,quate-
nus ad cõditoris nostri imaginem sumus facti.Nostrum autem corpus est, & qui per ipsum M
suum munus obeunt,sensus.Circa nos porrò sunt pecuniæ,artes, & reliqua vitæ supellex at-
que apparatus:Quid igitur proposita præscribit sententia?Attende,non carni, at neque im-
modico studio cõsecteris eius commoditatem,putà sanitatem, venustam pulchritudinem,
multiuariam voluptatum fruitionem & oblectationem, non longæuitatem, neq; pecunias,
neu gloriam & dignitatis amplitudinem admirere. At ne tu quæcunque tandem vitæ istius
temporariæ subsidia tibi suppeditant vberiùs, tanti esse duxeris,vt præ horum studio & an-
xia solicitudine,præcipuam vitæ tuæ portionem aspernere & negligas: quin attende potiùs
tibiipsi, hoc est, animæ tuæ, hanc adornato, huius attentam gerito curam,adeò vt omnem
sorditiem quam ex nequitia contraxit,sedula cum attentione ab ea submoueas & amoliaris:
nec

A nec minore studio, notam omnem turpitudinis & dedecoris improbitate malitiæ illi inu-
stam fac obliteres & expurges,atque ita demum contendito eam elegantia omni quæ ex vir
tute proficiscatur,exornare ac perpolire.In examen teipsum aduoca,quis ipse sis. Tuam ip- γνῶθι σαυτὸν φύσιν.
sius naturam fac,vt noueris.Nam corpus quidem mortale,anima verò immortalis est. Sci- Vita duplex
to duplicem nobis propositam esse vitam. Carni quidem propria est vita citato admodum
cursu prætercurrens:quæ autem congener animæ est & cognata,nullam admittit circunscri
ptionem. Attende igitur tibiipsi, vt ne his quæ moritura sunt,quasi sempiternis bonis fixiùs
adhærescas:neu aspernere sempiterna tanquàm aliquando sint desitura. Carnem despicito,
decidua enim est & labilis: curæ sit tibi anima, res enim immortalis. Omni cum diligentia
B tibiipsi intentus esto,vt quod commodum vtrique est & vtile,noueris dispertiri. Carni qui-
dem alimoniam & integumenta:animæ verò dogmata pietatis, non ineiuilem viuendi ca-
nonem, exercitationem virtutis, improbarum affectionum emendationem. Caue, corpus περὶ πᾶν ὄχλον τῶν σαρκῶν, circa multitudinem carniũ.
pinguiore opimes sagina;neu studium impẽderis comparandæ corpori carnulentiæ. Quum
enim concupiscat caro aduersus spiritum, spiritus verò aduersus carnem,hęc porrò inter se
pugnant & aduersantur:prouideto,ne fortè dum plus æquo indulges carni,peiori vires sug- βεβαίωσις à simili.
geras quibus inualescat.Nam quemadmodum in staterarum momentis contingit, vnam si
degrauaris lancem,velis nolis illi oppositam tantò reddes leuiorem:consimilem in modum
assolet in corpore & anima contingere.Vnius exuberans copia necesse est,vt alterum immi
nuat & illi addat inopiam.Corpore etenim cupediis ac lautitiis meliusculè habito & carnu-
C lenta obesitate degrauato, necesse est mentem ad cognatas sibi actiones tanto reddi minus
strenuam atque eneruem prorsus.E diuerso,anima si commode habet,pèrque continentem
bonarum rerum meditationem ad magnitudinem surrigitur iustam ac se decentem, con- Attende tibi & infirmis & valentibus vtile.
sequi videtur per hoc intabescere & eliquari eius corporis habitudinem. Hoc ipsum proin- Collatio medici corporalis cum spirituali.
de præceptum cùm infirmis est vtile,tum maximè congruit valentibus robore. Infirmitate
enim laborantes adhortantur medici, sibiipsis vt attendant,neu quiduis negligant concer-
nentium medelam ac sospitatem. Nihilo secius sermo salutaris istius mandati,nempe ani-
marum nostrarum medicus miserè affectam noxa lethalis peccati persanat animam exiguo
D hoc auxiliari antidoto.Itaque attende tibiipsi, vt pro delicti proportione hinc quoque mu-
tueris ex admota tibi medela,valetudinis instaurãdæ subsidium. Magnum est & graue pec-
catum:multa opus habes confessione, lachrymis amarulentis, peracri contentione vigilia-
rum,indiuulso & continenti ieiunio.Leuis est nec intoleranda offensio? Huic quoque exæ-
quetur pœnitentia.Tantum hoc est:Attende tibiipsi:vt internosse possis,rectène,an secus va
leas.Plerosque enim,quum alioqui ęgrotent non mediocri morbo,nec medicabili, contin-
git per nimiam sui incogitantiam nescire hoc ipsum: quia ægrotant. Sanè ex hoc mandato
non leue est,quod decerpitur emolumentum, vel istis quoque qui ad obeunda quæuis mu-
nia robore præualent.Itaque hoc idem & sanat ægrotos & sanis robur confirmat ac perficit.
E Quisque enim nostrum qui hac sententia erudimur, administer est vnius earum actionum
quæ iuxta euangelij doctrinam in classes distinctæ nobis sunt & dispositæ.In magna etenim
& illustri familia,in hac nempe ecclesia non vasa modò conuisuntur omnigenæ speciei,au-
rea,argentea,lignea & testacea. Sunt insuper & artes omnigenæ exercitationis.Habet enim
domus hæc,quæ ecclesia viuentis est dei,venatores,viatores,architectos, ædificatores, agri-
colas,pastores, athletas,milites.Hisce omnibus breue hoc verbum nihil indecorè possit ac-
commodari, singulo cuique ingerens & exactam operis obeundi cognitionem & ad id ab-
soluendum studium propensæ voluntatis.Venator es à domino emissus,qui dixit: Ecce ego
mitto multos venatores,& venabuntur eos supra omnem montem? Attende igitur multa
F cum diligentia,ne fortè fugiat te præda,vt efferatos per improbitatem,verbo veritatis con-
uictos saluatori offeras. Viator es ei assimilis qui orabat:Gressus meos dirige?Attende tibi-
ipsi,ne qua exorbites, neu ad dexteram deflexeris aut sinistram, progreditor via regia. Ar-
chitectus solido tutóue in loco iaciat & collocet fidei fundamentũ, quod est Iesus Christus.
Aedificator quo pacto ædificet,videat,vt ne ligna,non fœnum,neque calamum: sed aurum,
argentum,lapides pretiosos.Pastor es?attende,ne quid te prætereat eorum quæ ad obeũdum
munus istud pastorale attinent.Hæc porrò,quæ tandem sunt?Palabundum pecus & erraticũ
conuertito:quod conquassatum est & contritum,colligato:quod ægrotum,sanato. Agrico-
lationisne professor? Ficum, infructuosa si est,circunfodito, illiq; ingerito quæ conductura
noueris ad edendos fructus.Miles?collabora euangelio, milita bonam militiam contra spi-
ritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritus nequitiæ,aduersum vitiosas carnis affectiones, induitor omnem armaturam dei. Vt G
probes te ei,sisq; gratiosus duci tuo qui huic te militiæ adlegit: prouide vt nullis implicere
vitæ istius negotiosis & perplexis curis. Athleta es? attende tibiipsi,ne quam ex legibus athle
tico agoni præscriptis inueniare transgressus. Nam, nemo coronatur,nisi qui legitimè cer-
tauerit. Imitare Paulum & cursu contendentem, & in palæstra colluctantem, & in agone
pugilari decertantem. Vt strenuus pugil ipse habeto animæ oculũ nusquàm euariantem, sed
attentum ac peruigilem. Præmuni ac tuere passis manibus partes, quarum plaga lethalis sit.
In aduersarium immotum oculum intendito fixiùs. In stadiario cursu, qui tibi præcurrunt,
in eos te extendens fac assequaris: sic currito, vt præuertas. In luctamine,repugna inuisibili-
bus aduersariis. Per vitæ istius curriculum,talis vt perseueres,hæc sancit sententia,nimirum H
animo vt sis non supino aut concidente sed arrecto, non dormiturienti, sed peruigili ac so-
brio, quique multa cum vigilantia præsens sit & norit sibi præesse. Cupientem me singula
percensere hic me deficiet dies, cum eorum munia qui euangelio Christi cooperantur: tum
etiam vim præcepti istius vt in omnes omnium ordines natiuam suam vim non incongruè
exerat. *Attende*,inquam,*tibiipsi*. Sobrius esto,præsenti consilio præditus,tenax sis obseruáns-
que præsentium,futuri prouidus: vt ne quod iam suppetit quidem,& in ære tuo est, per socor
dem & ignauam segniciem à te excutias, at neque eorum quæ non sunt, nec futura forsan
sunt,quasi in manibus sint,horum certò tibi promittas fruitionem. Hæc ne animi ægritudo
solet istis adolescentibus natura irrepere, vt per mentis leuitatem se iam tenere putent quæ I
vel spe sola præsumpserunt? Hi enim si quando otium internanciscuntur vel solitudinis,
vel quietis nocturnæ: imaginationes cõminiscuntur & secum effigiant rerum quæ nusquàm
sunt. Abeunt in omnia præcipites & diuagantur per facilem mentis inconstãtiam. Pro com
perto sibi proponunt vitæ splendorem,claras & illustres nuptias,fœcunditatem prolis, lon-
gæuam senectutem,à nemine non exhibẽdum honorem. At interim nulla in re quum spem
sistant: ad ea progressi quæ in hominibus habentur præstantissima, maiorem in modum in-
tumescunt. Aedes possident luculentas sanè & ingenti amplitudine effusas. Has simul vt o-
mni varia & eadem pretiosa supellectile referserunt, tanto cingunt terræ ambitu, quantum
vanissima istorum cogitatione ab vniuersa creatura rescindi possit & disiungi. Rursus co- K
piam omnem commeatus illinc resilientem suis inanibus includunt horreis. Vniuersæ huic
opulentiæ pecora addunt,famulitium ingens, seruorum gregem numerosum & qui mo-
dum excedat,ciuiles principatus,præfecturas gentium,militarem præturam,bella, trophæa,
ipsum denique regnum. Hæc vbi omnia secum commenti sunt inanissimis figmentis, (tan-
ta est istorum amentia) se credunt frui speratis, quasi iam præsentibus & ad pedes repositis.
Otiosæ prorsus & cessantis animæ propria est hæc ægritudo, cernere insomnia vigili corpo-
re. Hanc igitur remissæ mentis laxationem ac tumorem cogitationum deprimens sermo
hic,& quasi freno quopiam propellens instabilitatem animi, denuntiat præceptum hoc tibi
magnum vtique & sapientiæ plenum: Tibiipsi attẽde,vt ne ea tibi pollicearis, quæ nusquàm L
consistunt: sed quæ suppetunt, hæc digere in vsus tuos tibi profutura. Quin & ipse equidem
arbitror legislatorem, cum magnopere cuperet illam turbulentam affectionem quę in con-
suetudinem iam abierat,ex animis hominum remoliri & eximere, hac voluisse vti monitio-
ne. Nam quando cuique est procliuius aliena curare negotia, quàm quæ sua ipsorum sunt,
dispicere & expendere: ne quid eiusmodi nobis accideret: Desine, ait, Vnius alicuius ma-
la explorare & inquirere curiosius, néue inerti & otiosa cogitatione vaces vestigandis alio-
rum morbis, potiùs tibiipsi attende, hoc est,oculo animæ in se reflexo, teipsum explora &
inquire solertiùs. Sunt enim nec pauci, qui iuxta dominicum verbum, in oculo fratris vel
festucam animaduertunt, in proprio ne etiam perspiciunt trabem. Caue igitur cesses
aliquando solerti examine excutere tuam ipsius conscientiam, num ad præscriptum M
istius mandati canonem vitæ tuæ tenor progrediatur: at ne externa quidem ista cir-
cunspicito, nuncubi occasionem internanciscí queas reprehensionis vni alicui intendendæ,
exemplum imitatus superbi illius & arrogantis pharisæi qui surrecta ceruice suo se ore iu-
stum prædicans, publicanum pro abiecto habebat ac vili. Quin teipsum potiùs percun-
ctari ne cesses & discutere, num qua in re deliqueris per intimos conceptus animi, num la-
basçens lingua mentis considerationi anteuerterit, an inconsultò aut temere quidpiam ad-
miseris in operibus istiusmodi manuariis. Quòd si te in vita hac deprehenderis deliquisse
plurimùm, (Sanè deprehendes prorsus,homo cùm sis) nihil addubites depromere publica-
ni orationem

τρίχοσσα, καλαίοντα, πυκτέυοντα. βλίμμα ἀμετιώρητον. Attende tibiipsi.

γνώμη.

A ni orationem: Deus propitius esto mihi peccatori. Attende igitur tibiipsi. Hoc verbum splen
dido ac fœlici rerum successu vtenti, pérque tuam omnem vitam, quanlibet secundo flumi-
ne nauiget, præsentiam sui aliquando exhibebit commodam & vtilem, quasi probus quidã
consiliarius suggerens menti humanarum rerum memoriam. Quin etiam si quando cala-
mitatum pondere deprimeris, ínque tempore cordi tuo incinuerit verbum hoc: neque ad
inanem iactantiam per fastum sines te sustolli, nec contrà ad degenerem & ignauum animi
mœrorem spe abiecta concides. Luxu profusiore diuitiarum insolescis? tibi vni mirè places
ob auitæ gentis claritudinem? immodico gaudio subsilis, ob patriæ celebritatem, ob elegan-
tiam decús ve corporis, denique ob honores ab omni omnium gradu tibi exhibitos? Atten-
B de tibiipsi, mortalis enim tu, quippe terra es, & in terrã abibis. Qui inter eos numerati sunt,
quos præ te splendor consimilis & opum & dignitatum exornabat: hos tu mihi circunspice
diligenter. Vbi iam dic, qui ciuitatum magistratus amplissimos capessebant? Vbi nam inex-
pugnabiles illi atque inuicti rhetores? Vbi item qui præclarè adeò statuerunt ac bene meriti
sunt de publicis istis conuentibus? Quò abierunt illustres Hippotrophi? vbi duces sunt exer
cituum? vbi satrapæ? Denique tyranni quo concesserunt? Non omnia puluis? non sunt in fa-
bulam versa omnia? Memoria vitæ istorum in quàm paucis ossibus retinetur? In horum se-
pulchra deflecte parumper oculos. Posse ne te speras discernere inter famulum & dominum
inter pauperem & diuitem? Discerne si qua suppetit vis discernendi inter vinctum & eum
C à quo vinctus erat, Regem, inter robustũ & debilem, inter eleganti quondam forma prędi-
tum & deformem. Memor igitur naturæ, nequãdo eleuere in superbiam. Fueris vtique tui-
ipsius memor, si tibiipsi attenderis. Rursus vnus aliquis, degener es? & inglorius? è pauperi-
bus pauper? Domo ac ciuitate extorrem agis vitam? Viribús ne corporis destitutus? victus
insuper quotidiani indigus? Horum metu intremiscis, qui pro potestate agunt? nullius non
occursum subuereris per vitæ tenuitatem tuæ? (Scriptura enim teste, pauper non fert com-
minationem.) Ne tu proinde desponderis animum, neu spem à te omnem bonam excusse-
ris, quòd nihil suppetit eorum quæ in vita expetuntur. Mihi potiùs animum fac reuoces ad
eorum contemplationem bonorum, quæ iam in te collata à deo sunt & subministrata: tum
D ea tecum meditere quæ in futurum reposita tibi sunt certa illius & sequestri promissione.
Primùm quidem, homo es solus sanè à deo formatus ex omni animantium genere. Num
nam id abunde tibi suffecerit ad summam animi oblectationem, (modò rem tecum sobriè
reputes) quod dei manibus formatus sis, eius qui vniuersa condidit? Adde, quia ad imagi-
nem fact⁹ tui creatoris, potes ad honorem Angelicæ dignitati nihilo disparem sursum per-
tingere ac prouehi, per vitæ rectitudinem & probitatem. Animam sortitus es intellectili
mente præditam, cuius solerti cogitatione deum agnoscis, rerum indolem naturámque ra-
tiocinando deprehendis, hinc suauissimum præcerpis sapientiæ fructum. Tibi vni seruiunt,
tuæq; mancipata sunt ditioni animantia quæcunque tandem vsquam sunt, terrestria, naturę
E vt sint cicuris & mansuetæ aut certè agrestis, quæ in aquis degunt omnia, quæcunque item
hunc aëra circumuolitant. Tuúm ne inuentum sunt artes vniuersæ? Nonne ciuitates ipse
condidisti? Quascunque vitæ huic transigendæ commoditates, quæq; rursus conducunt de-
liciarum fruitioni, an non tu excogitasti? Non maria præduce ratione tibi peruia reddidisti?
Nonne terra pariter & mare vitæ isti tuæ subsidia administrant? Non aër, cœlum, denique
chorus astrorum omnis suum tibi ostentant ordinem? Quid igitur pusillo es animo? Num
quod neutiquam suppetit equus argenteo freno adornatus? Atqui solem habes toto die cur
su pernicissimo tibi præradiantem, facémque micantissimam præferentem. Non habes ar-
genti auríque scintillantem splendorem? Verùm lunam habes, quæ suo te circunfundat &
F illustret radiosissimo lumine. Non datur currum inauratum conscendere? At certè pedes ti
bi sunt, domesticum ac familiare vehiculum, tibíque ipsi congenitum. Quid igitur est, cur
istos deprædices beatos: qui crumenam quidem graui ære differtam possidet, sed iidem alie-
nis, non suis ingrediuntur pedibus? Non dormis lectica exceptus elephantino ebore confe
cta? Quin terram habes tantò pretiosiorem multo ebore: dulcem insuper præ illa requiem ca
pessis, somnum quoque velocem & curę omnis liberum. Non sub contignatione & laquea-
ribus aureis datur conquiescere? Atqui cœlo tegeris, ingenti nec cuiquam explicabili pulchri
tudine stellarum circum irradiãti. Quæ quidem hactenus humana sunt: quæ verò deinceps,
tantò sunt his augustiora. Deus propter te, inter homines versatus est, sua dona Spiritus san
ctus dispertitò largitus est, dissoluta mors est & abolita, prærogata spes resurrectionis, Præ-
m cepta

καταξέμ, prouerbialis est metaphora. Attende tibiipsi.

ἱπποτρόφοι

οὐ πάντα νόμις, οὐ πάντα μύθος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cepta dei promulgata sunt quę vitam perficiant tuam,& quorum obseruatione tibi ad deum G
properāti iter aperitur,paratum cœlorum regnum,coronæ iustitiæ ei paratæ qui labores pro
paranda virtute minimè defugerit . Si quidem tibiipsi attenderis , & hæc & his multò am-
pliora circa teipsum deprehēdes:& quidem frui licuerit præsentibus, neque interim per re-
rum inopiam angéris animo.Quocunque tandem in loco ob oculos mentis tuę obuersabi-
tur præceptum hoc,non mediocri auxilio futurum tibi est. Sit hoc exempli gratia : vicit ne
Attende tibiipsi. ira rationis vim:Iracundiæ flamma accēsus in verba erumpis prorsus indecora,& ad actio-
nes prosilis sęuas ac beluinæ feritati consimiles?Si attenderis tibiipsi,incandescentem iram
Collatio. coërcebis haud secus ac pullum pessimè morigerum atque effrenem plaga rationis quasi fla
gro quopiam perurgens,linguam rursus cohibebis,manuum iniectu haudquaquàm in eum H
inuolabis,qui te promouit ad iram.E diuerso,animám ne tuam quasi œstro quopiam obscœ
næ & improbæ concupiscentiæ exagitantes , in omnes omnino impetus incontinentiæ atq;
lasciuiæ intrudunt?Sanè si attenderis tibiipsi , memor præsentem hanc illecebram voluptā-
tis occursuram tibi atque in finem conuertendam amaritudinis plenum , & quia titillatrix
hæc affectio quæ se nunc corpori nostro inserit,è voluptate prognata,hæc inquam venena-
tum vermem gignet , nos in geenna perpetuò cruciaturum , carnisque accensio mater fiet
ignis æterni,mox in exilium relegatę abs te se proripient voluptates,admirabilisque interna
quædam tranquillitas & quies animam tuam circunfundet,ac si aduentante pudica quapiā
hera ancillarum lasciuientium interquiescat & sedetur tumultus.Attende igitur tibiipsi , & I
scito vnam quidem animæ vim rationalem esse & intellectilem,alteram verò affectib⁹ ob-
noxiam simul & expertem rationis.Illi quidem vt imperet,prærogatum est naturæ benefi-
cio:huic,morem vt gerat rationi,seque ab ea persuaderi sinat.Nunquàm igitur siueris men
tem abductam in captiuitatem seruam istarum affectionum fieri,neu rursus permiseris ho-
sce turbulentos affectus cooriri aduersus rationem , vt ne sibi vindicent animæ imperium.
βοηθος ad dei cognitionem manuducens. Exacta enim ac diligens tuiipsius consideratio viam tibi præstruet sufficientem prorsus &
idoneam ad cognitionem dei.Si enim attenderis tibiipsi,omnium quæ sunt,nullo apparatu
opus fuerit,quo adiutus velut per vestigia agnoscas tuum conditorem.In teipso etenim,tan K
quàm mundo quodam distinctè adornato licet exiguo contemplari licebit eximiam condi
toris tui & incomparabilem sapientiam. Contemplatione tuæ tibi inexistentis animæ,in-
corporeæ mihi cogita deum esse incorporeum.Deum inquam,intellige nullo circunscriptū
loco,quando nec tua mens præcisam habet in loco conuersationem,etiamsi in loco est, per
colligationem ad corpus.Nihil est quod dubites credere deum esse inuisibilem, mox vt tuā
ipsius cognoris animam,cùm ne ipsa quidem possit corporeis apprehendi oculis . Nullo e-
nim picturata est colore,nullo tecta schemate,nullo comprehensa est corporeo charactere:
tantùm ex suismet actionibus internoscitur.Itaque de deo nullam per oculos aucuperis co-
gnitionem:sed vni mentis iudicio fide permissa,sensu tantùm spirituali ipsum apprehendi-
to.Hunc admirare artificem, quo is pacto, efficacem vim animæ tuæ veluti compage quā-
dam astrinxerit corpori , sic vt ad extremas vsque particulas eius permeans , vimque suam L
dispertiens,membra ipsa plurimum licet à se dissita in vnam adducat concordem & sociam
conspirationem . Hìc tu mihi velim contempleris , quænam animæ sit ea vis qua assentitur
carni:quæ item à carne consensio ad animam resultans.Considera,quo nam modo ab ani-
ma in se vitam corriuet corpus:contrà,vt dolores à corpore in se anima excipiat. Tecum re
puta,qualésnam sint apothecæ,in quibus condit omnem disciplinarum prouentum.Qua fit
id ratione , vt præconceptarum rerum cognitioni succedentium & adiectitiarum accessio
nullam offundat caliginem: quin potiùs vtrarumque memoriæ principi animæ parti semel
insertæ conseruantur inconfusæ & in suas quæque classes distributæ , ac si columnæ insculp- M
tæ essent ęreę.Quò rursus pacto carnis succūbēs obscœnis affectibus decus perdit nitorémque propriæ pulchritudinis:cùm è diuerso eadē dedecore expurgata malitiæ omnis virtutis
exercitatione ad sui cōditoris similitudinem postliminiò se recipit . Secūdum hanc de ani-
ma cōtemplationem, (si modò cōsentaneum videtur) attende,quàm solers & artifex sit tui
corporis constitutio.Demirare tu, quid ita corporis hoc domicilium decorum apprime &
elegans animæ rationali procreauerit longè optimus artifex.In animantibus cæteris,solum
te efformauit rectitudine staturæ eminentem : vt vel doctrice corporis effigiatione condi-
scas quia è cœlesti propinquitate tua pendeat vita.Reliquum genus omne quadrupedātum
prono vultu terram spectat,oculis in ventrem depressis:vni homini prærogatum est,vt ex-

passo

A passo sit surrectó ve cœlum versus vultu : idque eò factum, ne ventri, neu ventris illecebris
ad vitium prolicientibus indulgeret , sed tota animi alacritate sursum versus promoueret
gressum.Adde,quòd opifex summo in loco quum posuisset caput,in eo ipso solidè collocā-
uit sensuum organa,eorum qui præeminent.Illic visus,auditus,gustus,odoratus . His qua-
tuor sedem finitimam præscripsit:sic tamen in angustum retracti loculum sunt, vt vicini nó
remorentur actionem,aut ei sint impedimento . Et quidem oculi præcelsam illam occupa-
runt arcem speculationi destinatam:nequa partium corporis liberum sibi adimeret prospe-
ctum aut inumbraret,quin vt in directum potiùs è superiore loco & eminētiore aciem in-
tendant sub tenui integumento superciliorum desidentes.Auditus apertura è diuerso,neu-
B tiquàm se in directum exporrigit , sed retorto meatu & anfractuoso sonos siue strepitus in
aëre editos apprehendit.(Id quod quis inficietur summæ esse sapientiæ?)vt vox quidem ci-
tra impedimentum penetret , aut veriùs insonet , circum concauos anfractus auris refra-
cta.Eorum proinde quæ intercidunt externè, nihil esse impedimento possit sensui . Linguæ
insuper condiscito naturam.Vt est mollicula,versatilis,& ad quemlibet vsum sermonis de-
promendi,multiuaria mouendi agitatione sufficiens?Dentes porrò mihi expende,vt orga-
na sint quidem expromendæ voci accommoda.Tuendæ linguæ septum opponūt sanequàm
validum.Adde,quòd administri alimoniæ sunt , dum hi frustillatim illam concīdunt , isti
concisam & dissectam minutim deterunt.Ad hunc sanè modum , nullam nō corporis par-
C ticulam percurrens consentanea ac decenti ratiocinatione doceris,vt attractio aëris per pul
monem,calorem in corde conseruet, organa concoctioni accommoda , sulcos canalès ve
eliciendo sanguini idoneos.Per hæc vtique omnia contemplari licuerit imperuestigabilem
eius qui te condidit,sapientiam,adeò vt cum propheta ipse tu possis dicere : Mirabilis facta
est scientia tua ex me . Attende itaque tibi , vt attendas deo : cui gloria in secula seculo-
rum, Amen.

HOMILIA EIVSDEM BEATI PATRIS
Basilij de gratiarum actione , Godefrido Tilmanno interprete.

D

AVdistis verba Apostoli, quibus dum prudēter & disertè Thessalonicenses alloqui-
tur,per ea ipsa interim viuendi legem sancit præscribit ve vniuerso hominum ge-
neri & ætati consentaneam.Doctrina etenim ipsi abundè suppetebat ad eos passim
omnes,quibus cum versabatur , seque illi offerebant in fide erudiendos: quæ verò
ex eiusmodi doctrina resiliebat vtilitas, ad omnem omnium instituendam vitam se transfundit.Ait ergo Apostolus: *Semper gaudete , sine intermißione orate , in omnibus gratias agite.*)
E Sanè quid indicet istiusmodi gaudium,quíd ve ad nos ex eo redeat emolumenti,qui rursus
possīs indiuulsam orationem rite perficere,& in omnibus gratiarum actionē exoluere deo:
nos quatenus sinent viriculæ nostræ,non ita multò pòst explicabimus.Quę porrò ab obuiis
inimicis obiici nobis solent,hanc traducentibus legislationem tanquàm obseruatu impossi
bilem,necesse sit priore loco,distinctè ea vt excutiamus.Dicunt hi:Quæ tandem ista est vir
tus,si tantisper dum hic viuis,per diffusionem animi teipsum gaudio ac lætitia noctu & in-
terdiu exhilares?Ex contrario,quinam id perfici possit,innumeris malis nos inopinè obsidē
tibus,quæ vel grauem & permolestum animo inferant mœrorem?Quisquis enim sic affligi-
tur,minùs gaudere potest,minús ve animo esse tranquillo ac requieto,quàm vt is qui refri-
gitur in sartagine ac torretur,non doleat:aut certè vt is non tangatur angore animi,qui pū-
F ctim cæditur stimulorum aculeis.An fortè vnus aliquis vestrum nos hic circūstantiū, quòd
hac laboret infirmitate secum ratiocinandi,sitq; circa obseruationem mandatorum dei cun
ctatior,causabitur & prætexet excusationes in peccatis,vt conetur dicam impingere legisla-
tori quasi impossibilia factu sancienti,secúmq; admurmuret:Qui possim perpeti gaudio gau
dere,cùm nullæ sint in me sitæ rationes gaudij?Foris enim sunt,non item in animo,quæ lę-
titiam homini conciliare solent,ceu sunt:amici præsentia,diuturna congressio cum paren-
tibus,si quas opes aut pecunias repereris,honores ab hominib⁹ exhibiti,redintegratio sani-
tatis ex aduersa & permolesta valetudine,in reliquum vitæ totius dextima sors, domus bo-
norum omnium copia exuberans,mensa omnigenis differta dapibus,cōtubernales promo-

παντὶ τῷ βίῳ.

Semper gaudete.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uendæ lætitiæ accommodi,festiuæ nouitatis cuiuſpiam auditiones ac ſpectacula ad excitan G
dam voluptatis illecebram ſpectantia, domeſticorum ſanitas quibus familiariſſimè vteris,
& quæ ipſis ſupereſt vitæ proſperrima conditio.Neq; enim quæ caſu quopiam nobis ſolùm
infligunt dolorem,permoleſta videntur & triſtia:ſed & quę amicos diſcruciant atq; affines.
Quarè perpes iſtud gaudium & animi diffuſa iucunditas ex his omnibus vt confletur,neceſ
ſe ſit.His adde,ſiquando dabitur videre ruinas inimicorum,plagas inſidiantibus nobis infli
ctas,retributionem his exolutam qui te beneficio quopiam affecerunt.Vtq; cuncta compen-
dio perſtringam,ſi nihil adſit incommodi aut moleſtiæ,nihil item expectetur prorſus affu-
turum,quod alicunde turbulentam intemperiem vitę noſtræ aſciſcat:tũc animæ illi ſe citra
vllum negotium gaudium inſinuabit & accedet.Qua igitur ratione nobis id præcepti præ- H
ſcriptum eſt,quod vt legitimè perficiatur,neutiquam in noſtro poſitum eſt arbitrio:quãdo
Sine intermiſſione orate. id iam mihi prenarrata conſequi videturveluti eorum appendix?Rurſus quî potero ſine in-
termiſſione orare,quum per multiuariam corporis neceſſitatem vndiq; ad ſe reuocantẽ ani-
mæ cõceptus,ne ad duas quidem ſimul cogitationes ſinat ſe mẽs partiri & diduci?Atq; adeò
imperatum mihi eſt,gratias vt agam in omnibus.Torturæ ne admotus agam gratias?Num
ſcutica vel flagro conciſus?In rota expaſſus?expunctione oculorum miſerè affectus?Ob pla-
gam ab oſore mihi infenſo ignominioſè irrogatam?frigoris immodici perſtrictus & conge
laſcens rigore?Præfocatus fame?Liberis ſemel orbatus?aut ipſa etiam ſpoliatus vxore? Caſu
repentini naufragij,opum copia exutus?Quum in piratas inciderim mari,aut terra quoq; cõ I
tinenti incurrerim in prædones?Vulneribus ſaucius?appetitus calumniis? toto orbe vagus?
Deniq; in carceris retentus domicilio?Hæc atq; his tantò plura iſti cõnectunt & veluti in fa
ſcem compingunt in ſuggillationem legiſlatoris,arbitrati ſe iuſtam excuſationem accurare
ſuiſmet peccatis,dum calumniam comminiſcuntur & adornant aduerſum ea quę legis præ-
ſcripto nobis præcepta ſunt,tanquàm impoſſibilia factu ſint.Sanè quid ad hæc dicimus? Ni
mirum ad longè iſtis diuerſa oculos ſuſtuliſſe Apoſtolum,vt qui animas noſtras humi repẽ
tes conaretur è terra ſurrigere in ſublime,& ad cœleſtis vitæ traducere conuerſationem. Iſti
magnanimem legiſlatoris prudentiam haudquaquam aſſequẽtes,circa terram & carnis de-
ſideria,dum exemplo vermium lacuſtri cœno ſe aduolutantium,in obſcœnis affectibus cor K
poris acquieſcunt,interim ex nobis repetunt,poſſint ne apoſtolica hæc præcepta à quoquam
Ad hoc gaudium quem inuitet Apoſtolus. mortalium legitimè perfici.Atqui ad iſtud perpes gaudium nõ vnum quemlibet inuitat a-
poſtolus,ſed qui ſibi eſſet aſſimilis,non iam viuẽs in carne,ſed viuẽtem in ſe ſic habẽs Chri-
ſtum,ac ſi iam illi ſummo bonorũ faſtigio mutua cohæreſceret vnione,per quam nullo pa-
cto intemperiis carnis quanlibet interturbantibus aſſentiretur:ſed etſi minutim cõciſa caro
fuerit,continuæ iſtius vnionis in affecta permaneat corporis parte,quum rei triſtitiam inge
rentis partitio non queat pertingere ad intellectilem vſq; animæ portionem.Si enim mem-
bra quæ ſunt ſuper terram,mortificauimus iuxta Apoſtoli admonitionem,ſi circunferimus
in corpore mortificationem Ieſu:plaga corporis mortificati neceſſe ſit,vt ad animã vſq; nõ L
penetret à corporis vnione ademptam & abſolutam.Ignominiæ quæuis rerumq; detrimẽta,
ac domeſticorum mortes non iam ad iſtius mentem aſcendent:non item generoſam illam
celſitudinem talis animæ eò deflectent,vt vel ſic ad conſenſum corporis affecti ſe demittat.
Etenim quotquot in perplexas rerum difficultates deuoluti ſunt, ſi eadẽ cum ſtudioſo & a-
mante virtutis ſentirent,nihil moleſtiæ aut mœroris cuiquàm exhiberẽt, quum ne ipſi qui-
dem quæ ſibi contingunt,calamitates moleſtè ferant. Quòd ſi ſecundum carnem vixerint,
ne ſic vni cuipiam fuerint moleſti,habebuntur alioqui omnium iudicio miſerabiles & com
ploratione digniſſimi,non adeò quod in eas calamitates inciderunt,quàm quòd ea delege-
rint,quæ non conueniebat. Anima,quæ ſemel ſe modis omnibus deſiderio aſtrinxit ſui con M
Dogma. ditoris,iamq; inſueuit oblectare ſe tantæ illius pulchritudinis contemplatione: prorſus non
ſinet vehemẽs illud gaudium,animiq; ſui iucundiſſimã diffuſionem intercipi aut immuta-
ri per multiplicem & ſuccedaneam carnalium affectionũ mutationem, quin ea potiùs quæ
aliis mœrorem afferunt & triſtitiam,in cumulum ſibi vertet & acceſſionẽ lætitiæ,cuiuſmo-
di erat Apoſtolus,dum ſibi probè admodum complacet in infirmitatibus,in tribulationib⁹,
in perſecutionib⁹,in neceſſitatibus,egeſtatem ſuam in gloriam & exultationem permutãs.
In fame,ait,& ſiti,in frigore & nuditate,in perſecutionibus & anguſtiis.Ob quæ alij ægerri
mè ſeipſos ferunt,vitamq; deſpondent ſuam,horum gratia Paulus ſibi quàm optimè placet
& gaudio diffunditur.Illi igitur Apoſtolicæ ſententiæ rudes, minusq; intelligentes per eam

inuitari

A inuitari nos ad complexum euangelicæ vitæ,eò impudentiæ & temeritatis profiliũt, vt in-
cuſare auſint Paulum,quaſi is nobis pręſcribat factu impoſſibilia.Atqui erudiantur & diſcãt
tot adeò nobis proponi cauſas parãdi iſtius gaudij prorſus rationi cõſentaneas, idq; ſola dei
munifica liberalitate.Quũ nõ eſſem⁹,vt eſſem⁹,ipſe fecit.Sum⁹ proinde ad noſtri cõditoris Dei erga homi nem beneficia.
facti imaginẽ.Mẽte pariter & ratione inſignimur,quo vtroq; humanę cõditio naturæ perfi-
citur,& vtriuſq; ſuffragio ſubnixi deũ cognouim⁹,multiuariã pulchritudinẽ rerũ artifici ſo-
lertia conditarum edocti, per eas quaſi literas quaſdã eximiam dei & ſingularẽ circa omnia
prouidentiam pariter & ſapientiam legendo agnoſcimus.Boni à malo diſcernendi facultа-
te prædiți ſumus:quod conducibile eſt, vt eligamus,quod perniciоſum vt auerſemur ac vi-
B temus,ipſa nos edocuit natura. Per peccatum alieni à deo effecti, in gratiam rurſum per v-
nigeniti ſanguinem ſumus reuocati,& ſeruituti ignominioſæ exempti . Spes inſuper reſur-
rectionis,fruitio multiplex angelicorum bonorum,Regnum cœleſte,repromiſſa bona,men
tis rationiſq; vim omnem exuperantia. Quînam non conueniat hæc cenſere cauſas ſugge-
rere nobis gaudij nunquam deſituri ac perpetis lætitiæ abunde ſufficientes atque idoneas:
magisverò eum qui ſit ventris ſtudio addictior,cuius aures iugi tibiarum modulatione de-
mulceantur,in lectulo præmolli ſecubans ſe in vtrumlibet latus motitet ac deſtertat , talem
putare in vita meritò gaudere?Ego contrà , cenſuerim quidem iſtis conuenire potiùs , vt ab
eis luctuoſo planctu complorentur , qui ſanæ ſunt mentis compotes : eos è diuerſo dixerim
C beatos,qui æquanimiter ferunt præſentis vitæ incommoda certa ſpe ſeculi illius futuri,quiq;
præſentia æternis permutant , etiamſi media in flamma degant, qui deo coüniti ſunt exem-
plo trium puerorum iuxta Babylonem , quamlibet vnà cum leonibus in carcere detinean-
tur,quanuis ab immani ceto abſorpti ſint,hos à nobis liceat fœlices prædicari ac beatos, eóſ-
que viuere gaudio perfuſos,non quidem præſentium contuitu angore contractos,magis au
tem ſpe nixos eorum quæ in futurum repoſita nobis ſunt , mirabili iucunditate recreatos.
Equidem ipſe arbitror agoniſten ſtrenuum ſemel qui ſe exuerit in ſtadium tuendæ pietatis
produturus,pectore generoſo ferre oportere plagas ab aduerſario colluctatore inflictas , ſpe
adductum gloriæ,ex coronis ſibi obuenturæ. Etenim in gymnicis agonibus,quotquot priùs
D inſueuerunt tolerandis laboribus palæſtricis , neutiquam contrahuntur animo aut mœrent
ad irrogatæ plagæ dolorem:magis verò aduerſarios adoriuntur cominus congreſſuri,vt qui
nihili ducunt mox adeundos labores,tanto flagrant deſiderio obtinendi celebris præconij.
Itidem & amanti virtutis vt nonnihil acerbi caſus aut aſperioris incommodi obortum fue
rit: eius tamen gaudium nulla poſſit interpolare triſtitiæ nubes , quòd tribulatio patientiam
operatur,patientia autem probationem,†probatio verò ſpem. Spes denique non confundit.
Eapropter alio item loco ab eodem iubemur, in tribulatione patientes vt ſimus,& ſpe gau-
dentes.Spes ſanè eſt,quæ gaudium illud,contubernalem efficit cohabitantem animæ gene- Spes.
roſæ & ad excolendam virtutem ſolicitæ . Idem alioquin Apoſtolus præſcribit & nobis vt
E vnà cum flentibus & ipſi fleamus.Quin Galatis ſcribens flebat ſuper inimicis crucis Chriſti.
Quid tandem opus ſit commemorare Hieremiam flentem , Ezechielem ex dei imperio in
literas tranſmittentem threnos,lamentationes videlicet principum, multos inſuper ſancto-
rum cernere liceat ingemiſcentes.Hei mihi mater,vt quid me peperiſti?Et,Hei mihi, periit
piùs è terra:& qui benefaciat,in hominibus non eſt.Et,Hei mihi,quia factus ſum ſicut colli-
gens ſtipulam in meſſe.Vtq; compendio omnia,iuſtorum voces perſcrutator : ſicubi depre-
henderis vocem depromentes inamœnam ac mœroris indicem, tibi perſuadeto hos omnes
ingemuiſſe mundi iſtius & eius quæ in eo eſt,vitæ miſeriis . Heu mihi,quia incolatus meus
prolongatus eſt.Deſiderium enim illi eſt diſſolui & cum Chriſto eſſe. Huius ſanè incolatus
protelationem grauatim fert & ægro animo,perinde ac expectati illius gaudij impedimen-
F tum. Quin ipſe Dauid in ſuis Canticis ad nos vſque tranſmiſit lamentationem ſuper a-
mico Ionathan,in qua quidem ſuum eadem opera luxit inimicum:Doleo ſuper te frater mi
Ionatha.Et,Filiæ Hieruſalem lugete ſuper Saul . Nanque hunc, vt immortuum peccato lu-
get:Ionathan verò vt indiuiduum vitæ ſuæ ſodalem.Quid attinet cætera percenſere? quan-
do ipſe etiam dominus lachrymas ſuper Lazarum fudit,& ſuper Hieruſalem.Sed & lugen-
tes beatos idem prædicat pariter & flentes . Obiecerit quiſpiam: Quonam pacto hæc conci-
nunt apoſtolicæ ſententiæ , Semper gaudete ? Lachrymæ enim & gaudium haudquaquam Quæ ſit lachrymarũ origo.
ſortiũtur originem ex iiſdem principiis.Lachrymæ etenim exoriri aſſolẽt ex impetu quodã
& impreſſione minùs præuiſa ac ſi illata eſſet plaga,qua percelleretur anima & contrahere-

m iij tur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gaudium quid.

tur, compresso & coangustato spiritu circa cor. Gaudium autem exultatio est quędam veluti subsilientis animæ & se diffundentis, quòd ex sententia aliquid obuenerit. Per hæc liquet circa corpus ipsa etiam symptomata diuersa esse. Ipsa enim moles corporis in quapiam tristitia affectis suppalleſcit liuetque, vtpote perfrigerata. In hilaritate & gaudio constitutis diuersa conspicitur corporis habitudo: efflorescit enim & subrubro colore aspergitur, sic vt dicas animam propemodum subsilire, & iucunditate effusam velle ad exteriora ista erumpere. Sanè ad hęc ipsi dicere possimus sanctorum lamenta lachrymásque prosilire à feruore charitatis, qua toti erga deum flagrant. Oculis enim cordis in eum indiuulsè coniectis, quem diligunt, lætitiam sibi illinc accumulant: dúmque moderantur & regunt quæ ad conseruos suos attinent, in peccatis deprehensos lugent, & eosdem fusis lachrymis reuocant ad melio- H

βεβαίωσις à simili ducta.

rem vitæ frugem. Vt enim qui consistunt in litore, eorum indolescunt vicem qui marinis fluctibus immerguntur, neque interim vllam adeunt iacturam propriæ securitatis ob anxiã qua periclitantibus condolent, cogitationem: itidem & qui vltroneo mœrore se afficiunt ob peccata proximorum, haudquaquàm per id lætitiam exinaniũt suam, veriùs auctiorem eam & cumulatiorem reddunt, vt qui perfrui męrentur domini sui gaudio ob lachrymas in gratiam fratris effusas. Quocirca, Beati qui flent. Et, Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur, & ipsi ridebunt. Risum porrò dicit hic non obstreperum sonum, qui efferuescente sanguine editur per genas: sed sinceram prorsus hilaritatem nulliusq; immistam fermento tri- I
stitiæ. Apostolus igitur vt cum flentibus & ipsi fleamus, permittit, quòd eiusmodi lachrymæ sint seminium quoddam ac fœnus, quibus æternum illud gaudium increscit quotidie & cumulatur. Ascensu mentis & intelligentię mihi nunc in cœlum subuehitor, illic fac contempleris admirabilem illam angelorum distinctionem statúmue. Aliáne vlla eos addecet vitæ conditio, quàm vt perpete gaudio iugiq; lætitia se exsatient hoc nomine, quòd digni habiti sint, qui adstent deo, & gloriæ sui conditoris inenarrabili pulchritudine perfruantur? Vt igitur beatæ illius vitæ imaginem quadantenus conemur exprimere, iussit nos gaudere semper Apostolus. Ad illud proinde, quia dominus super Lazarum fleuit & super ciuitatem, respon-

δυ τούτῳ διάμενος.

deri possit: quòd idem & comedit & bibit nihil alioqui horum indigus, sed præscriptam tibi relinquens mensuram statámque regulam, ad quam componere debeas animæ tuæ necessarias affectiones. Itaque ad eum modum illachrymatus est, vt querulos nimiúmque amantes luctuosæ lamentationis ad moderatam flendi temperiem reuocaret, immoderato dolore à se excusso & sordida deiectione animi. Si etenim aliud aliquid occurret, vt ad lachrymas adhibita temperie rationis veniendum tibi sit: id quidem conueniet fieri perpensis primùm circunstantiis, quibus de causis, quantum item, quando & quomodo. Nam quòd dominicæ illæ lachrymæ neutiquàm ex perturbatione & ægritudine affectus prosilirent, quin nobis potiùs erudiendis eas profundebat, ex eius colliquescit sententia: Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum. Quis vestrum amicum dormientem lamentatur aut luget, quem sperat aliquantò post expergefactum iri? Lazare veni foras: & ecce mortuus, L
à morte rediuiuus fit. Ligatus quoque ambulabat. Admirare miraculum in miraculo. Pedes institis habebat inuinctos, nec interim à motu prohibebatur. Aderat enim vis quædam superior remorantibus vinculis. Qua igitur ratione qui tanta hæc fuerat facturus, id quod euenit iudicasset meritò lachrymis esse prosequendum? An non hinc liquet ipsum veluti cõ niuendo se nostræ infirmitati vbique attemperantem, voluisse istos affectus qui vitari non queunt, adstringere & circumplecti intra moderatam quandam temperiem & certos limites? Nimirum inclementiam quidem quæ nullius tangitur commiseratione, declinans ceu feram immanem: studium verò affectati doloris & immoderatam lamentationem velut rem ingenerosam excludens ac vitans. eóque per hoc quòd amico illachrymatur, verè ex- M
pressit sortitum se esse humanæ communionem naturæ, simulq; nos exemit periculo, ne in alterutram excessus vitiosi partem inclinaremus, videlicet vt ne ad istos affectus molliter propenderemus, neu sinens nos citra doloris sensum præfractos esse ac stupidos, si qua vrgerent tristia aut acerba. Sanè quemadmodum in se dominus suscepit famem, vt primùm digesta illi fuerat sumptę alimoniæ soliditas: in se item recepit & sitim, mox vbi in eius corpore quem sumpserat, consumptus liquor est: delassatus idem est, musculis neruisq; prolixi-

ὁν θεότητος δαμαζομένης.

tate itineris se protendẽtibus, non quidem diuina in ipso maiestate edomita aut quicquam patiente, sed corpore symptomata naturæ consentanea excipiente. Ad eundem modum sustinuit & lachrymas, nimirum permittens accidere assumptæ carni, quod ei erat naturale.

Lachrymari

Lachrymarum ratio physica.

A Lachrymari proinde contingit, quum particulæ cerebri concauæ euaporationibus ex tristitia collectis differtæ, quasi per elices quosdam, canalẽsue, per meatus oculorum pondus eius collectitij humoris egerunt. Vnde & post rerum minus lætarum inopinam nec expectatam delationem, mox se in aures insinuant sonitus quidam & vertiginosæ reuolutiones tenebrarúmque ob oculos effusio, ac proinde caput obuerti videtur vi vaporum, quos sursum versus remittit calor qui se in imas partes retraxit. Ad hoc, ita equidem reor, quia quemadmodum nubilus aër, & addensatus in guttarum aspergines, sic & vaporum crassamentum in lachrymas resoluitur: hinc quoque mœrentibus & in luctu constitutis clàm erepens nonnihil lætitiæ & iucunditatis oboritur, per fletum exinanito eo, quod degrauabat caput. Hu-

βεβαίωσις à simili.

B ius meæ rationis veritatem constabilit rerum quæ fiunt doctrix experientia. Ipsi enim nouimus non paucos calamitatibus deploratis vtique, nec curabilibus obuallatos vi ne destillarent lachrymis, sibi temperasse. Hi quidem in varios & immedicabiles affectus inciderũt, ceu sunt: Apoplexia & paralysis. Alij verò in mortem prorsus collapsi sunt, ac si fulcimento quopiam debili niterentur, subtritis eorum viribus & diffractis immodico pondere tristitiæ. Nanque quod cernere possis in flamma, quæ introclusione suffocatur, proprij fumi, qui cùm liberè egredi non queat, implexam flammam suo opprimit ambitu: haud secus isti con-

Confirmat collatione. ἐγκράτειας καὶ ἀυταρκείας ὄρος.

C tingere asseuerant in ea facultate, quæ in animali dispensat vitalem actionem ac moderatur, nimirum intabescere & extingui vehementiore acrimonia doloris, nulla illi ad exteriora perspiratione concessa. Nolimi itaque, isti in patrocinium sui affectus quo se dolore im modico conficiunt, mihi opponant domini lachrymas. Sicut enim cibus quem dominus edebat, adeò nobis nullam præbet expetendæ voluptatis aut suauioris edulij occasionem, vt formula potiùs sit léxue & ea suprema, ad quam collineantes, temperantiæ frugalitatisq; modum seruare debemus: itidem & eius lachrymæ non quasi præscripta quædam lex sunt nobis, vt lugeamus & lamentemur: sed in hoc expositæ, vt modus quidam decentissimus & regula absoluta nobis sint, ad quam grauiter & honestè intra limites naturæ nos persistere conuenit, & quæ tristitiam ac mœrorem inducunt, perferre. Neque igitur aut mulieribus, aut viris permittit decori & honestatis ratio, vt vel luctum studio affectent, vel immodicis

μεταφορά.

D se conficiant lachrymis: tantùm sinuntur rebus minus lætis & tristibus esse quadantenus tristes ac mœsti, lenes item & nonnullas fundere lachrymas, idq; silentio, citra vllum frendorem, eiulatum, vestium cæsuram, neu puluere aspergant capita, neque alio quouis pacto indecorè se gerant eorum exemplum imitati, qui rudes prorsus sunt humanarum rerum. Eũ enim qui in officina diuinæ & cœlestis doctrinæ animam expurgauit suam, conuenit confirmatum esse & præmunitum ratione à recto nusquam aberrante, quasi tutissimo quopiam muro ac proinde virili animo & constanti eiusmodi violentas impressiones atque assultus perturbationum à se depellere: non item vt animo deiectiore fortuitisq; casibus succumbente, ac si in deiectiore quopiam & declini loco desidens excipiat turbulentam eam affectuũ

Collatio.

E intemperiem vndelibet affluẽtem. Ingenerosę prorsus, nec virilis animæ & quæ parum constanti spe innitatur deo est ad eum modum aduersis frangi, rebúsque parum lætis succumbere. Vt enim vermes plurimùm innasci solent tenerioribus lignis: haud secus angor iste deiectioris animi in eos hominum se insinuat, qui molliore sunt, nec constanti ingenio. Nonne Iob adamantino corde erat? Non impacta ipsi erant ex lapide viscera? momẽto tem-

ὁμοίωσις.

παράδειγμα

poris, vna & eadem plaga obtriti liberi decem conciderunt in delectabili & perquàm amœna domo. Quo potissimùm tempore se mutuiter oblectabant, hoc in istos geniale illud domicilium decussit diabolus. Mensam liberorum madentem sanguine ac permistam contemplatus est. Liberos vidit, haud vno quidem prognatos tempore, at vnum communémque sortitos vitæ exitum. Non eiulauit, non sibi diuulsit comam, vocem ingenerosam nullam

Iob memorabile apophthegma.

F emisit, magis verò celebrem illam & omnium ore decantatam gratiarum actionem deprompsit: Dominus dedit, dominus abstulit. Sicut domino placuit, ita & factum est. Sit nomen domini benedictum. Nullóne hic vrebatur sensu doloris? Id quînam potuit fieri? Nam & hic de seipso dicit: Ego fleui super omni afflicto. Id de se proferens, êstne mentitus? Atqui scripturæ veritas hoc illi astruit testimonium ab ipso stans, quia præter cęteras virtutes verax fuit. Ait enim: Homo irreprehensibilis, iustus, pius, verax. Tu è diuerso cantilenis nescio quibus abuteris ad ciendum in auditorum animis lamentabilem mœrorem: dásque in hoc nõ segnem operam, qui carminibus querulis anima tua illiquetur & intabescat. Ac ve-

Odæ tragicorum.

luti personæ simulatitiæ fictio ad tragœdos peculiariter pertinet, simul & scæna omnis qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum ad theatrum prodeunt ſpectandi: ita & tu quidem non indecorum eſſe exiſtimas,ſi G
habitus ipſe conſentaneus lugenti ſit & concolor, veſtis vt ſit fuſca atráve, ſqualens coma,
tenebris adoperta domus, fœda ſordicie ac puluere, ipſe cantus inſuauis & inamœnus, a-
lens ſemper mœroris vulnus animæ impreſſum,iugiterq; nouans.Hæc tu iſtis facienda per-
mitte,quibus ſpes ſeculi venturi nulla eſt.Nam & de his qui in Chriſto obdormierunt,edo
ctus es,quia corpus quidem hoc ſeminatur in corruptione,ſurget incorruptibile:ſeminatur
in infirmitate, ſurget in virtute: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Qua
igitur fles gratia? An quia immutandus eſt mortuo & innouandus habitus? Atqui mihi vi-
de,vt ne teipſum lugeas,quaſi per illius mortem, auxiliari quodam ſubſidio tuæ ipſius vitæ
ſis deſtitutus.Ait enim pſalmographus:Bonum eſt ſperare in domino,quàm ſperare in ho- H
mine. Neu illius ſortem lamentere querulus, quaſi indigna quædam paſſus ſit. Aliquantò
enim pòſt, è cœlo clangens tuba eundem expergefactura à ſomno eſt:ipſúmque videbis tri
bunali Chriſti adſtantem.Viles igitur haſce,nec quicquam habentes viro erudito dignum
mittito voces:Heu inopina,nec priùs expectata mala.Illam item:Quis hæc putaſſet aliquan
do contingere debuiſſe? Rurſus hanc: Quando expectaſſem chariſſimum hoc caput à me
debuiſſe terra tegi? Sanè hæc ſi contingat audire nos áb vno aliquo proferri, ſuppudeſcere
nos conuenit & aſpergi rubore,qui ex memoria rerum cum præteritarum,tum ex præſen-
tium doctrice experientia edocti ſumus naturalium eiuſmodi affectionum vices neceſſa-
rias.Si quę igitur mortes intempeſtiuæ inciderint,aut vllæ aliæ fortuitæ rerum vices & ad- I
uerſæ inſperatò contingere ſolitæ, nulla nos vnquàm conſternatione debent percellere,
neutiquàm exterrere, qui à puerili ætate ſumus eruditi ſermone pietatis. Exempli gratia:
Erat mihi filius & is adoleſcens,facultatúmque mearum hæres vnicus,ſolamen ſenectæ,ge
neris mei decus & gloria, coæuorum flos, columen & firmamentum familiæ, in ea conſi-
ſtebat ætate quæ nulli non gratioſa eſt maximè & apprimè amabilis. Is è vita ſublatus mihi
periit: terra denique & puluis factus eſt. Is inquam qui paulò antè iucunda auditu depro-
mebat,oculis ſui genitoris ſpectaculum factus iucundiſſimum.Quid mihi faciendum cen-
ſetis? Veſtémne diſrumpam? totáne humo patiar me volutari? deum querula voce obteſta-
bor? fortuitum hunc caſum indignè & iniquo feram animo? Méne his qui adſunt,exhibere K
debeam talem,cuiuſmodi eſſe ſolet vnus aliquis è pueris, qui inter plagarum impreſſionę,
vocem quantam maximam poteſt,edit & eiulat, trepidat & intremiſcit? An perpenſa po-
tiùs eorum quæ fiunt, neceſſitate, (quum mortis lex nemini vitabilis, per omnem ætatem
æquis graſſetur paſſibus, diſſoluátque ac demoliatur ſuccedaneo ordine quæ compoſita ſunt
omnia.)ob id quod contigit nihil deſignabo operis quod alienum ſit & abhorrens ab auita
indole? Sed neque patiar me ab integritate mentis dimoueri, quaſi qui præceps abierim ſu-
bitario hoc & inopino vulnere deiectus, iampridem probè inſtitutus, quia mortalis qui e-
ram,filium haberem morti itidem obnoxium, quódque nihil in humanis rebus conſiſtens
ſit & duret ſtabiliter, neque quicquam rei peculiaris conſueuerit vſquequaque perſiſtere a- L
pud ſuum poſſeſſorem. Quin & ampliſſimæ quondam vrbes, nominis quoque ſplendore
præcelebres,quum ob luculentam ædificiorum molem, tum propter robur virésque inco-
larum, denique præcellentes reliqua omni rerum exuberanti opulentia per regionem,pér-
que forum, in ſolis nunc dirutis & ruinoſis ruderibus inſignia præferunt exoletæ illius &
veteris ſuæ amplitudinis atque authoritatis.Nauis inſuper creberrimè ſeruata & maris exẽ-
pta periculis,cùm decies quidem milies veloci nauigatione permenſa ſit æquor, onera verò
mercium præteruexit negotiatoribus nulli numeranda, vno tandem aſſultu aſpirantium
ventorum peſſum iit ac ſuppreſſa demum eſt.Atque adeò plerunque accidit,vt exercitus ip
ſi poſt partas in conflictu ex hoſte victorias, calculo iſtius dextimæ proſperitatis in diuer- M
ſum verſo,miſerabile prorſus ſint facti ſpectaculum,& fabula vulgi. Gentes porrò aliquot
integræ,inſulæ item ad eximiam vſque ac præeminentem potentiam progreſſæ, poſt multa
ſibi terra mariq; erecta trophæa,poſt opes cõfertim aggeſtas & cumulatas ex hoſtium exu-
uiis manubiiſue, vel tempore tandem attritæ ſunt & abſumptæ,aut certè in captiuitatem
abductæ pretio libertatis miſerabilem mercati ſunt ſeruitutem. Vtque compendio abſol-
uam, quodcunque poſſis afferre, quod in maximis, nec vlli tolerandis malis numerari
debeat: nullum vſpiam reperias, cuius non in ſuperioris æui hominibus anteuerte-
rit exemplum. Sanè quemadmodum rerum grauium pondera appendendo libræ mo-
ὁμοίωσις· elegans. mentis diſcernimus, vtq; de auro putúm ne ſit & excoctum, an ſecus, experimentum ca-
pimus

A pimus affrictu lapidis:itidem & memoria repetentes menſuram modumque rerum nobis à Is lapis χρυ-
domino præſcriptum,nulla in re à temperie & moderata ſobrietate excidere potuerimus.Si σίτις dicit.
quid igitur vnquàm eorum quæ nolis & præter animi ſententiam inciderit tibi: maximè
quidem aduigila inſtruendę & adornandæ menti,nequam intemperiem aut turbellam ſinat
illabi.Haſce enim quę tibi inſtant & vrgent calamitates,placidiore animo ferre poteris,fu-
turorum ſpe bona ſubnixus.Sicut enim qui minus acri ſunt oculorum acie, eos auocant à Confirmat
contuitu rerum prænitentium & nimiſquàm ſplendidarum, dein refocillandos defigunt in δόγμα præ-
flores & quæq; viridantia.Conſimili ratione nihil minùs neceſſe ſit,quàm vt anima contin- cedens feſti
ter vacet rei per ſe triſtis ſpeculationi,aut ſe addicat & aſſentiatur præſentibus,quæ moleſta ua ſimilitu-
B ſint & plena mœroris:quin debet potiùs oculum obuertere ad eorum contemplationem,quę dine.
verè bona ſunt.Ita demum aſſequeris tu vt ſemper gaudeas,ſi vitæ quidem tuæ inſtitutũ ra- Semper gau
tióve omnis deum collineet ac ſpectet,ſpes verò retributionis quę permoleſta ſunt vitę iſti- dete.
us & triſtia,leuiora efficiat. Affecit te aliquis ignominia? Quin tu ad eam ſuſpice gloriam,
quæ repoſita in cœlis eſt,tibi paranda merito patientiæ.Iacturam rerum tuarum adiiſti? Imo
oculos imprime fixius illis cœleſtibus diuitiis & theſauro incomparabili,quem tibi ipſi pre-
tio bonorum operum ſepoſuiſti.Patrió ne ſolo excluſus es? At patriam habes, cœleſtem illã
Hieruſalem.Periit tibi filius? Sed angelos habes quibuſcum in circuitu diuini illius throni
tripudies lætitia ſempiterna exhilarandus.Ad eum modum ſi iis quæ præſentem tibi ſugge-
C runt moleſtiam,oppoſueris quæ affutura ſperantur bona:animam vtique tuam ſeruabis ab
omni anxietate & intemperie turbationis longiſſimè ſubmotam,ad quod nos inuitat ſan- Semper gau
ctio legis Apoſtolicæ.Nulla quanlibet ſplendida ac luculenta rerum humanarum conditio dete.
animæ tuæ ingerat gaudium, quod immoderatum ſit: nullæ res afflictiuæ aut triſtes illam
deiiciant de gradu ſuæ celſitudinis & maturæ grauitatis, mœrore aut calamitate contractã.
E diuerſo ni priùs ad formulam iſtius doctrinæ compoſueris teipſum atque erudieris circa
ea quæ vitæ tuæ ordinem concernunt: vitam ipſam nullo vnquàm tempore exigere potue- ζωὴν ἀνώμο-
ris fluctuationis & turbellæ prorſus liberam.Contrà,canon ille præſcriptus nullo tuo nego να καὶ ἀτάρ-
tio rite perficietur,ſi quaſi contubernalis quidam penes te continenter hæſerit Apoſtolicum ραχον.
D mandatum,quo admoneris,ſemper vt gaudeas.Id quod fiet ſanè,ſi carnis quidem tumultu-
antem & obſtreperam intemperiem auerſere,animæ verò adſciſcas lætitiam & iucunditatẽ
ſe nihil indignam:ſi præſentis & momentaneæ voluptatis ſenſum tranſgreſſus, mentis tuæ
conceptum protenderis ad ſpem vſque indubiam bonorum quæ æternũ duratura ſunt,quo-
rum vel ſola imaginatio abunde ſufficiat ad animam continenti iucunditate explendam,ac
proinde in cordibus noſtris gaudium perpes & exultatio angelicorum ſpirituum ſibi deli-
get domicilium,In Chriſto Ieſu domino noſtro,cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

HOMILIA EIVSDEM BEATI PATRIS

E *Baſilij, In martyrem Iulittam, itémque in ea quæ dicenda re-*
ſederant de gratiarum actione ſub finem Homiliæ ſu-
perioris,Godefrido Tilmanno interprete.

QVæ de beata Martyre prædicatio ſe offert vobis depromendã,huiuſce eſt cauſa cõ-
gregationis.Hunc enim diem vobis indiximus celebriter agẽdum,quippe qui me-
moriam nouat magni illius certaminis,quod in muliebri quidem corpore, gene-
roſo alioqui animo & pluſquàm virili deſudatum, omni admiratione ſtupore ve
F perculit,cùm illos qui & ipſi præſentes ſpectarunt decertantem, tum eos qui auditu perce-
pturi ſunt in poſterum referentibus his qui re ipſa tanti iſtius agonis periculum fecerunt.
Beatiſſima igitur mulier Iulitta, (ſi tamen decori ratio permittit eam vocari mulierem,quę
heroica animi fortitudine ſupergreſſa eſt infirmam naturæ muliebris conditionem) cuius
vnius magnanimitate & conſtantia maximopere crediderim conſternatum eſſe & percul-
ſum communem humani generis aduerſarium, nimirum indigniſſimè ferentem à mulie-
ribus ſibi præripi palmam victoriæ, quippe qui conſuerit magnificas illas voces expromere
impotenti ſuperbia inſoleſcens,ſe ſcilicet concuſſurum vniuerſum terrarum orbem & quaſi
nidum,comprehenſurum ac velut oua derelicta è medio ſublaturum, vrbéſque adducturũ
in ſolitudinẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

in solitudinem, cùm iste interim generosæ huius mulieris virtute tantò cõspicitur inferior, G quam quo primùm tempore solicitabatur, à Christo vt deficeret, adnisus est elidere argumentis & conuincere inconstantiæ, quasi quæ per naturæ infirmitatem minus posset continenter pietatem erga deum tueri seruarêve, hanc denique inuenit doctrice experientia conditione naturæ fortiorem, vt quæ aduersarij terriculaméta tantò eluserit magis, risuq; prosequuta est, quantò ille eam sperabat se iisdem perterrefacturum. Formulam enim hæc, litẽm ve iucidiariam intenderat vnicuipiam ex primoribus ciuitatis, viro qui fraude & violenta impressione vndeuis extortas opes sibi vni vendicarat, per rapinam & prædam confertim corraserat diuitias. Hic terræ plurimum circunciderat, neque non agros, villas, pecora ac famulos Iulittæ interceperat, denique cùm omnem reliquam supellectilem apprimè opu H lentam, & eam mulieri ademptam ad se transduxisset, forensia iudicia celeri occupatione præuertit, vt corrũperet subornatis aliquot calumniatoribus, testibúsque falsis, simul & causæ cardinem reponens in illiberali & sordida largitione, planè corruptela iudicum. Dies status decidendę isti causæ vt aduenit, en tibi præco ex nomine quemq; ciebat iam adornatis & assidentibus aduocatis. Cumq; hæc cœpisset instruere iudicem de impotenti tyrannide hominis, esset que enarratura formulam modúm ve quo initio possederit primùm, simul etiã edoctura diuturni temporis prolixitudine suam confirmari ditionem, ad hæc quum iam miserum in modum deploraret violentam viri & inexplebilem auaritiam in occupandis alienis, ille tum in aream fori progressus ait: Isthæc actio eiusmodi est, cui nulla quantiuis tẽ- I poris præscriptio suffragari debeat. Neque enim fas sit quiduis nobiscum habere commune eos qui hactenus minimè coluerunt deos imperatorum, ni priùs Christi fidem eiurarint. Prætori in speciem videbatur is in medium proponere, quæ essent iuri consentanea, quæ ve maximopere conducerent. Iubetur mox afferri thus, prunas item, Secundum hæc, percunctantur iudices eiurare ne velit Christum, an secus. Eam quidem & legibus & legum suffragiis perfrui posse, abiuret modò Christum. Quòd si fixius adhæresceret fidei, nullum iam sibi relinqui vsum neque fori, neque legum, at ne reliquæ quidem Reipublicæ, quippe quę iuxta sanctionem legis per eius temporis imperatores latæ, notam infamiæ incurrisset. Illa quid secundum hæc? Illici ne studio capiebatur recuperandarum opum? Num quod sibi nouerat K vsui fore, neglectim transmisit, obtinendæ controuersiæ causa aduersus sibi iniurium? Periculo à iudicibus impendente cõsternata animo est & exterrita? Sanè nihil minus. Quin ait, ipsa potiùs valeat vita, ipsæ pessum eant fortuitæ facultates: at ne ipsum corpus mihi priùs supersit, quàm in deum creatorem meum vlla impia vox mihi ex ore egeratur. Eiusmodi suis sermonibus quò videbat exasperari prætorem infensius & acrioris iræ æstu aduersum se fucendi: hoc deo vberiores exoluebat gratias, quòd dum ob corruptiuas facultates controvertit raptori ac delitigat, visa sit sibiipsi sancire bonorum cœlestium possessionem: terram quidem perspiciebat sibi adimi, vt possideret paradisum: addici infamiæ, digna vt haberetur corona gloriæ: corpus per contumeliam concidi flagris, vita quoque hac temporaria spoliari, L compos vt esset beatæ illius spei, sanctorum omnium choris allecta in cœlestis regni gaudio. Denique dum interrogatur crebriùs, nec aliam redderet vocem contestans ancillam se esse Christi, quin & eos execraretur, qui inuitarent & hortarentur ad abiurandam fidem: tum iudex ille iniquitatis non eam modò amplissimis illis opibus quæ præter iustitiæ legumq; sanctiones illi ademptæ fuerant, priuauit, sed & multam ei dixit, vita vt priuaretur suo quidem arbitratu, atrociter addicens eam igni. Hæc porrò nullam ad rem earum quæ interim dum viuitur, oblectare nos assolent, visa est festinè adeò excurrere, atque ad destinatam sibi flammam concita perrexit, facie, habitu, ipsis quæ depromebat, verbis, alacritate insuper effloresccente palam indicans quod in animo delitescebat, profusissimum gaudium. M Mulieres quotquot sibi adstabant proximè, obsecrabat, ne ad tolerandos pro tuenda christiana religione labores, animos sinerent remollescere: neu causificarentur aut prætexerent infirmam fœmineæ naturæ conditionem: eadem quippe massa qua & viri, & ipsæ constamus, dicebat. Ad imaginem dei perinde ac isti, & nos conditæ sumus. Est sanè mulier ab opifice creata peræque ac vir capax virtutis. Quid enim miri est? An non consanguineæ & ipsæ sumus viris per omnia? Non enim ad constituendam mulierem sola est assumpta caro, sed & os ex ossibus: quò fit, vt & ipsæ domino nihil minus ac viri redhibere debeamus firmitatem fidei atque constantiam, necnon in aduersis patientiam. His dictis, in lignorum struem accensam insiluit, quę perinde ac thalamus splendore coruscus, corpus sanctæ Iulittæ circum-

πρόταστς.

A tæ circumplexa, animam quidem in cœlestem illam destinauit regionem, & quæ illius meritis congruebat, requiem: corpus autem honore præcipuo venerabile asseruauit affinibus & cognatis incolume nec vlla sui parte læsum, quod sanè in ornatissimo primarij templi vrbis totius vestibulo conditum, loco quidem adfert venerabilem sanctimoniam, nec minùs qui eò loci conueniunt, efficit sanctiores: terra porrò istius beatæ aduentu aquam emisit quæ suapte natura nulli nõ nostrum gratiosissima esse debeat, adeò vt martyr hæc imaginem pientissimæ referat matris, dum nutricis in morem totius incolas vrbis alit suauiter, perinde ac lacte quopiam in communes vsus affatim scaturiente. Hanc ipsam in nos benignè contulit martyr gratiam, quam olim suis Ierichuntinis Elisæus impartiuit, dum salsilaginem na

προτεμενίσματα, πρωτόλεια ναοῦ, Hesychius.

B turæ communis aquarum loci istius circunquaq; finitimi benedictione permutauit in saporem dulcem planè, deliciosum & perquàm suauem. Viri ne, quæso, siueritis tuendæ religioni vos cõspici mulieribus inferiores: mulieres ab hoc proposito vobis exemplo ne descieritis, quin citra prætextum omnem cohæresccite pressius susceptæ semel huic pietati & reipsa facite periculum, hanc naturæ vestrę imminutionem nulli esse vobis impedimento, quò minus possitis cõficere quiduis operis boni. De hac martyre plura dicere parãtem reuocat, nec sinit diuturniorem trahere moram sermo, qui heri quidem mihi cœptus est, nec vsquequaq; absolutus. Ego proinde natura sic sum, vt permolestè feram quiduis minus perfectũ abire. Ima- Confirmat similibus.
C go enim media ex parte expressa si modò est, ingrata est spectatori. Viatori nihil profuerit quoquam iter capessere, si non id accuruauerit, vt ad terminum viæ sibi præscriptum initio, & ad stationem animo destinatam pertingat. Ex venatu propemodum cœpisti: peræquè est ac si nihil. In stadiis qui currunt vel vnico gradu posteriores, exciderunt, nec raro palma victoriæ spoliantur. Nos itaq; memores verborum Apostoli hesterno sermone inductorum, sperabamus quidem eorum sententiam perstringi posse, & in compendium contrahi, & ecce deprehensi sumus tantò his quæ dicta sunt, plura transmississe. Non igitur ab re factum iri putamus, si eorum quæ supersunt debitam exequemur enarrationem. Itaq; nobis ab Apostolo dicebatur: Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Et quidem de eo, quòd continenter gaudẽdum nobis sit, tametsi minùs quàm pro dignitate primæ isti-
D us partis argumenti totius, satisfecerim: at certè pro modulo virium videri possim satisfecisse. Proinde num indiuulsis precibus orare conueniat, id item præceptũ an à quoquam præstari opere ipso possit, si quidem exprompti ad audiẽdum & alacres à me & hoc vtrumq; cõtenditis, equidem ipse pro virili Apostolicæ huic sententiæ patrocinium feram ac tuebor.

Oratio est boni cuiusplam petitio, quę ad deum à piis effunditur. Sanè eiusmodi petitionem Oratio finitur.
neutiquam statuimus in sola verborũ precisione. Ipsi enim credimus deo nihil opus esse verbis, quibus cõmonefiat nostrę petitionis, magis verò dicimus eum perspicacissimè scire, quæ nobis ne petentibus etiam profutura sint. Quid ergo, quod ipsi dicimus? Nimirum, orationẽ non oportere nos plenè in syllabis constituere, quin potius ipsam suas vires pleniùs explicare explerę ve in animæ orantis libera electione ac proposito, simul & in actionibus quæ
E per omnem vitam intento studio perficiuntur ad prescriptum virtutis, iuxta Paulum: Siue comeditis, siue bibitis, siue quid facitis: omnia ad gloriam dei facite. Accumbens mensæ, ora: esitans panem, largitori gratiam rependito. Suffulciens firmánsque infirmas corporis vires vino, eius fac memineris qui hoc te dono impertiuit ad inferendam cordi tuo lætitiam & ad multiplicium infirmitatum non mediocre solamen. Nulla tibi est sumendi edulij necessitas? Caue, te prætereat eius memoria cuius liberali beneficio ventrem explesti. Tunicam indueris? gratias agito benigno datori. Amiciris pallio? fac, in te augescat intentior erga deum charitas, qui integumenta gratuitò largitus est hyemi æstatique accommoda,
F quibus & vita conseruetur, & obueletur turpitudo. Tibi ne dies expletus abiit? Illi referto gratiam, qui solem quidem nobis nihil tale commeritis indulsit in diurnæ operationis ministerium: ignem verò contulit illustrandæ nocti, vtque subseruiat reliquis vitæ commoditatibus. Ipsa rursus nox alias ad orationem suggerere possit conciliaré ve occasiones. Etenim si quando in cœlum suspexeris, quum in eximiam syderum pulchritudinem oculorum aciem defixeris pressius: horum visibilium supplica domino, vniuersorum longè optimo artifici procide deo & cole eum, qui cuncta hæc in sapientia condidit. Vbi omnigenûm animantium naturam in somnum resolutam ac depressam perspexeris: supplex procidens adora rursus eum qui nos nec cogitantes aut certè inuitos indulgentia soporis à continenti laborum assiduitate relaxat & alleuat, pérque exiguę quietis refocillationem vigorem addit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀπιχήματα τῶν μαθημάτων φροντίδων.

rem addit corpori, vireſque inſtaurat. Itaque ne tu mihi noctem, ceu peculiarem ac ſelectam temporis partem totam addixeris ſopori, neu patiare vitę totius medium nullo tuo vſu tibi præripi, dum ſtupido & inſenſili ſomno lenteſcis: quin tu potiùs ipſam tibi diſpertitor noctem in ſomnum atque orationem, imò ſomni ipſi pietatis exercendę meditationes quędam ſint. Quę enim nobis ſopore depreſſis ac ſolutis occurſant obuerſantúr ve imaginationes, conſuerunt neſcio quo pacto plurimum contingere, ceu extremus quidam tenor ſuſurri lenis aut ſoni editi, idque ex curis quas tecum agitaueris interdiu. Tantiſper enim dum viuitur, cuiuſmodi fuerint ſtudia exercitationéſque noſtrę, iſtiuſmodi neceſſe ſit inſomnia ſe dormientibus nobis ingerant. Sanè ad eum modum indiuulſe & continenter orauerís, non quidem ſi verbis modò orationem expleueris tuam: veriùs vbi omnis prorſus vitę tuę ratio atque inſtitutum diuinę te conformarit voluntati, ſic vt vita ipſa dici & eſſe promereatur continens quędam & indiuulſa oratio. Quin & his adnectit Paulus: In omnibus gratias agite.) Obiecerit aliquis: Quo id pacto fieri poſſit, vt anima ob incommoda & calamitates mœrens miſerè & ſenſu ipſo doloris acerrimi quaſi quibuſdam extimulata atque interpuncta aculeis, non lamentetur ac profundat lachrymas: ſed pro incommodis & quæ reuera nemo non deprecętur à ſeque recellat, pro his inquam, perinde ac pro bonis agat gratias? Si quæ mihi inimicus malè precatus eſt, contigerint: quî potero inter dira hæc & execranda conſiſtens gratias agere? Vt vnus aliquis puſio ſit intempeſta morte præreptus, hinc matrem ſuper amabili infantulo miſerè afflictam dolores ipſa parturigine tantò acerbiores conſauciant: quo hæc pacto poſitis lamentis poſſit aſſumere voces actionis gratiarum indices? Quæris quomodo? Si ſecum expenderit iſti quem ex ſe genuit, filio deum eſſe patrem multò præ coniuge germaniorem ac propiorem, quíque illo prudentius nouerit & tueri infantulum & eius vitam moderari. Quin igitur domino ſic prudenti permittimus, ſuas vt opes diſpertiatur, eáſque proprio diſpenſet arbitratu? ſed & ipſi permoleſtè ferimus ac ſi ſpoliemur propriis: morientibus inſuper condolemus quaſi affectis iniuria. Illud velim tecum reputes, nempe puerulum haudquaquam eſſe mortuum, verius tibi redditum: neque deſiit eſſe amicus, magis verò abiit peregre, viámque qua & nos ingredi neceſſe eſt, aliquantò anteuertit capeſſere. Dei mandatum indiuiduus tibi hæreat contubernalis, ad quæuis agenda vim rerum diſcretiuam, perinde ac præradiantem lucem ſplendorém ve iugiter tibi ſuggerens, quæ ſanè diſcernendi facultas eminus præoccupans animæ tuæ præcipuam adminiſtrationem, eámque in primis inſtruens & de vnaquaque re veris opinionibus accuratè præmuniens, non ſinet à quoquam incidentium euariare aut immutari: quin tu potiùs ſimul atque hiſce munimentis ante omnia præmunieris mentem, perinde ac quidam ſcopulus conterminus mari, incurſiones quaſque reflantium ventorum & aſſilientium fluctuum poteris tutò & inconcuſſè ſuſtinere. Quidni priùs aſſuefeciſti mentem, vt de mortali quæ mortali vitæ propria ſunt, cogitaret? Atqui inopinam filij nec præuiſam accepiſti mortem. Quid? quo primùm die nuntiatum tibi eſt natum eſſe filium, ſi quis te rogaſſet: id quod tibi natum eſt, cuiuſmodi eſſe cenſes, aut quale? quid tu tandem reſpondiſſes? Aliud ne aliquid, quàm quia homo eſt, quod natum eſt? Quòd ſi homo, vtique mortalis. Quid igitur inſolens aut admirabile, ſi qui mortalis erat, mortuus eſt? Solem hunc, vt oritur & idem occidit, non perſpicis? Lunam non vides augeſcere primum, dein deliquio deficere? Quin terram ipſam contueris nunc progerminantem, mox veluti marcore flacceſcentem? Quid eorum quæ circa nos ſunt, ſolidè conſiſtit? Quid vſpiam eſt, quod immotam ſortiatur & immutabilem naturam? Suſpice cœlum, ac deſpice terram: neutrum perenniter duraturum eſt. Ait enim dominus: Cœlum & terra tranſibunt. E cœlo ſydera ſident & collabentur, Sol obtenebraſcet, Luna non dabit lumen ſuum. Quid ergo admirabile videri debet, ſi nos qui portio qualiſcunque ſumus mundi, in eorum partem venimus, quæ propria ſunt & congenita mundo? Hæc tu diſpiciens, vbi te quoque adorietur aliquid eorum quæ cæteris communia ſunt, ferto id velut oculis conniuentibus, non quidem citra vllam affectionem aut ſenſum doloris, (Nam quæ tandem debetur merces ſtupidæ iſti & inſenſili indolentiæ?) ſed vel cum labore planè intenſo, nec vlli explicando angore animi ſuſferto tamen, haud diſſimilis generoſo cuipiam Athletæ, qui ſpecimen ſuæ fortitudinis ac virilis animi palàm exhibet, non aduerſarios cędendo ſolum, ſed & conſtanti ac generoſo pectore ferendo plagas ab illis inflictas. Vtque vnus aliquis gubernator ſapiens ſi eſt & inter

ritus, qui

δυκ ἐπαλῶς ἢ ἀναλθήτως.

Collationes

A ritus, qui nitẽs peritia nec mediocri rei nauticæ animum retinet ac ſeruat rectum, nulla depreſſum aut demerſũ anxietate & quauis procella inundãti ſuperiorẽ. Filij quãlibet amabilis priuatio, vel vxoris multò ſuauiſſimę, aut certè alteri⁹ cuiuſpiã ex iis quę maximè oĩm deamas, præreptio nihil acerbũ aut graue viro irrogabit ſolerti ac prouida mẽte prędito, rectãq; rationẽ habẽti vitę pręducẽ, nõ itẽ iſtud in eũ cadit, q pro vulgari cõſuetudine ingrediẽ. Permoleſtũ enim eſt & vix toleratu poſſibile vel ipſis brutis, auocari ac ſubmoueri à cõſuetudine. Equidẽ ipſe bouẽ vidi aliquãdo ad pręſepe illachrymantẽ ſibi cõpaſcuo & coniugi morte prærepto. Quin reliqua quoq; bruta videas cõſuetudinẽ tueri mordic⁹, cui ſemel inſueuerint. Tu porrò neutiquàm didiciſti ad eum viuere modum, neq; ita eruditus es. Amicitiam Consuetudinis vis quanta.

B alioqui cum vno aliquo inire per prolixam colloquij familiaritatem, diuturnámue conſuetudinem, nihil fuerit indecorum. Cæterùm dequeri ac lugere, quòd à te is ſeiungitur, quo cũ tibi interceſſerat diutina ac familiaris congreſſio, id abhorret prorſus à ratione. Sit hoc exempli gratia: Tibi velut ſortito obtigit pro vitæ conſuetudine vxor, omnimodam tibi exhibens vitæ voluptatem, promouendæ lætitiæ artifex, eorum conciliatrix quibus animum oblectes tuum, familiæ adaugens commoda, in mœrore conſiſtenti tibi plurimam moleſtiarum ac triſtitiæ partem adimens. Hæc tibi inopina morte intercepta eſt ac periit? Hac tu afflictione affectus ne effereris: caue, dixeris eorum quæ fiunt fortuitum eſſe & fatalem caſum, quaſi nemo moderandę huic mundiali machinæ pręſideat: neu tu mihi conſtituas ne- In Manichæos.

C ſcio quem malorum opificem, per immoderatam mœſtitudinem ex teipſo improbata dogmata comminiſcens. Chriſtianæ pietatis terminos ne tu tranſgrediaris. Quandoquidem duo fuiſtis prorſus in carne vna, multum promeretur veniæ, qui diſſectionem eiuſmodi & ſuæ cum compari coniugationis diremptionem proſequitur multo cum angore ac mœrore: at certè nihil tibi profuerit ob eam cauſam quiduis eorum quę te dedeceant aut verſare animo, aut loqui. Tecum reputes velim, quòd is qui nos formauit animámque indidit corpori deus, vnicuilibet animæ ſuum hic viuendi ſtatum rationémque præſtituit: & aliis quidem alios hinc emigrandi præſcripſit terminos. Hunc enim conſtituit diutiùs in carne permanere: illum contra corporeis vinculis decreuit ocyus exolui iuxta ſuæ ſapientiæ ac iuſtitiæ rationes nulli prorſus enarrabiles. Quemadmodum igitur eorum qui in carceres conii-

D ciuntur, hi quidem in afflictione carceralium vinculorum detinentur introcluſi diuturniore temporis mora: illi verò ab ea calamitate ſubmouentur celeriùs: ſic & animæ. Etenim hæ diſtinentur in præſenti vita diutiùs: aliæ minus, pro cuiuſque merito dignitatéue, iuxta diuinæ ſapientiæ profunditatem, ſic vt mens nulla hominum ea poſſit attingere, quæ de vno quoque noſtrum ipſe creator præuidit. Non audis dicentem Dauid: Educ de carcere animam meam? multiuarium angorem, moleſtiámve indicat. Non audiſti, vt ſancti eius exoluta anima eſt? Quid rurſus Simeon dominum noſtrum pio vlnarum aſtringens complexu, cuiuſmodi vocem emiſit? Nonne hanc: Nunc dimittis ſeruum tuum domine? Ei enim

E qui ad ſupernum & cœleſte domicilium feſtinus contendit, ſupplicio omni, omni carcere grauior eſt hæc inhabitatio corporis. Ne igitur quærito, vt conſtitutiones de animabus poſitæ ad tuas vnius votiuas delicias ſe accommodent & obſequantur: quin tu de iſtis quos mutua vitæ conſuetudo coniunxit, dein mors intercedens dirimit eoſdem, cogita conſimiles illis eſſe, qui eadem via aliquò dum proficiſcuntur, per continuam conflictationem ac moram, quadam deuinciuntur neceſſitudine. Hi ſimul atque percurſa via communi, eã apprehenderint, quæ deinceps multifida eſt & à communi diſſecta, iámque poſtulet neceſſitas alterum dirimi ab altero, non iam illi familiariter conflatæ conſuetudini acquieſcentes ea neglectim curant quæ priùs animo deſtinarant efficere: quin memoria potiùs repetentes

F cauſam initio promotam ad proprium quiſque viæ terminum recurrit. Quemadmodum igitur illis diuerſus quidem fuerat prefixus viæ ineundæ ſcopus, iſtos proinde inter eũdum contigit per colloquendi conſuetudinem mutua necti ac deuinciri familiaritate: idem vſu venit nuptiis aut alia quapiam ſocialis vitę conſertione deuinctis. Eſt nimirum ſua cuique prędituta meta viuendi. Sic igitur conſertos inter ſe & coũnitos neceſſe tandem fuerit, vt prędinitus cuique vitę finis diſparet atque diſſoluat. Sanè animi fuerit probè agnoſcentis, collatum in ſe beneficium, non ęgrè admodum angi aut diſcruciari ob hanc alterius ab altero diremptionem: ſed gratiam habere ei, qui tibi initiò ſtatim eiuſmodi conſortium velut ſortitò impertiuit. Tu contrà, ne vxore quidem ſuperſtite, aut filio, aut alio quicquid tandem id eſt, ob cuius abſentiam luctu nunc ac mœrore conficeris, nullam habebas gratiam

præſentiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

βεβαίωσις à simili

præsentię istorum collatori: potiùs dequerebaris, quòd quę optares, non suppeterent. Cohabitabas solitarię vxori? mox expostulabas, quòd pro voto non adessent liberi. Aderant filij? Dolebat quoniam minus abunde suppeterent luculentę opes: aut certè, quia perspiceres ex inimicis quosdam quotidiana rerum fœlicitate cumulari. Videto igitur, ne fortè ipsi causas præmoliamur nobis ipsis & connectamus: quibus fit, vt merito nostro rebus spoliemur in vita charissimis. Quum eæ adessent, ne sentiebamus quidem: vbi defluxerunt, flagranti vrimur earum desiderio. præsentibus enim quæ ex deo sunt, bonis perfruentes quum nullam rependamus largitori gratiarum actionem, vt sensum aliquem percipiamus ex iactura rei, necesse est ea vt spoliemur. Vt enim oculi quod iusto propiùs admotum est, non vident, sed opus habent moderata quadam interuallari distãtia: itidem animas minùs gratas videmus sensu attingi præreptæ gratiæ, dum priuatos se intelligunt prærogatiua bonorum. Acceptis enim vitæ istius commodis, erga benignum datorem ingrati, ne vnam quidem agnoscunt gratiam: vbi quid intercipi vident, id demum quod interceptum est, deprædicant. Atqui nemo nostrum se submouerit à gratiarum actione per vllam quantanlibet vitæ se circunstantem ærumnam, is modò ne ingratè velit quamq; gratiam sibi impertitam agnoscere ac percensere. Habet enim vniuscuiuslibet nostrum vita non pauca, nec indigna recognitione admodum iucunda & contemplatione: si tamen nonnunquam sustinuerimus id inspicere quod infra nos est, atque ita ex cõparatione ad id quod deterius est, bonum quod ipsi possidemus, quanti sit pretij, admetiamur & expendamus. Seruus es? Habes te vno deiectiorem. Quòd vno superior es, ne esto ingratus, quòd neutiquam addictus es pistrino, quia nullæ tibi infliguntur plagæ. At ne huic quidem causæ defuerint referendæ gratiarum actionis. Neque enim iectæ sunt ei compedes. Non vinculis astrictus est ligno. Nec vincto defit causa reponendæ gratiæ sufficiens, vel quia sinitur viuere. Quòd datur solem contueri, respirare aërem: ob hæc gratias agit. Nullo tuo merito plecteris? Gaudium tibi ingerat futurorũ spes. Iusto ne es supplicio addictus? Gratias itaque agito: quòd eorum quæ ausu temerario designasti, hic luis pœnas, vt ne lætalium peccatorum gratia æterno seruëris tradendus supplicio. Sanè hunc in modum licuerit ei qui gratus esse pergit, haud mediocrem gratiam pro præsentibus bonis benigno largitori exoluere, per omnem omnino vitam & vitæ exercitia omnia. Atqui hic nunc affectus accidit plerisque eorum qui implacidis moribus sunt & minimè gratis, vt bonum quidem quod adest, fastidiant & contemptim aspernentur: contrà quæ absunt, expetant cupidissimè. Neque enim istos censent præ se premi grauiore inopia: quo fit, vt nullam exoluant benefico datori deo gratiam, immo dum se componunt cum eo quod in aliis eminet êstque excellentius, reputantes quantò inferiores illis sint, perinde anguntur animo, verbisq; deprecantur & accusant suam sortem, ac si propriis spoliarentur. Seruus permolestè fert se non esse liberum. Educatus in libertate cruciatur, quia minimè patritius sit, neque ex spectabili illustrive claritudine generis prognatus, ac ne auos quidem qui se prærierint, possit septem enumerare, quíque in equorum gladiatorúmue nutricationẽ priuas impensas insumpserint. Quiritatur & ciulat genere illustris, quòd minimè efflorescit diuitiarum luxu profusiore. Mœret ac lamentatur diues se non esse ciuitatum ac gentium principem. Dux exercitus discrutiatur se non potiri regno. Dolet regi, quòd non in vniuersum totius sub sole orbis imperio præsidet. Aegrè illi est, quoniam gentes supersunt, quæ minimè eius agnoscunt imperium, nec ipsius se sceptris substernunt. Ex istiusmodi omnium lectione colligere liceat, nullam rependi actionem gratiarum liberali ac munifico collatori pro ingentibus beneficiis. Cæterùm expuncto à nobis eiusmodi ob hæc quæ minùs sunt in promptu commoda, doceamur pro his quæ adsunt gratiarum reddere actionem. Si quæ nos adorientur rerum apprimè tristium afflictiones inamœnæ, dicamus sapienti medico: In tribulatione parua disciplina & eruditio tua nobis. Dicamus: Bonum mihi, quod humiliasti me. Dicamus: quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Dicamus: Parumper ob peccata quę admisimus, sumus flagellati: Oremus dominũ: Castiga nos domine, veruntamen in iudicio & non in furore. Dum enim redarguimur, à domino corripimur, vt ne cum hoc mũdo damnemur. Si quando splendidior ac lętior arridet ratio & institutum vitę, illam depromamus Dauidis vocem: Quid retribuam domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Ex nihilo fecit vt essemus ac produxit. Cohonestauit dono rationis. Inuentum artium gratuitò contulit, quę adiumento sint nobis ad tuendam vitam. E terrę visceribus alimẽta eduxit. Nobis prȩrogauit in ministerium

Attẽde dei erga nos beneficia.

omnigenum

omnigenum pecus. Propter nos imbres, Sol, montana regio, atque item campestris nostri causa pulchrè exculta est, & ornata, veluti profugia quędam nobis apparans quibus ad montium vertices prouehamur. Propter nos amnes fluunt, discatent ac promanant fontium scatebrę, ad negotiandum nobis se adaperit mare nauigationi, è fodinis metallicis effodiuntur opes. Vndeuis affluit amœnitas exuberans deliciarum, omni nos obuallante creatura ac protegente, per luculentam ac prædiuitem erga nos beneficentissimi dei gratiam. Ecquid necesse sit qualiacunque hæc commemorare? Deus ipse nostrę saluti consulturus, inter homines conuersatus est: ob hanc deciduam & corruptelæ obnoxiam carnem, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. nimirum in omnes beneficentissimus cum ingratis inter captiuos, qui eos asserat libertati, Sol ipse iustitię eorum intermedius, qui sedent in tenebris. Venit ad crucem, istarum prorsus expers affectionum ad mortem, vita lux ipsa, dęsissimam Erebi penetrauit caliginem. Propter eos qui morti succubuerant, resurrectio. Adoptionis spiritus multiformis distributio charismatum multiplex coronarum promissio: alia insuper, quæ singula haudquaquam procliue sit reuocare ad numerum, quibus sanè omnibus illa prophetæ vox accommodari possit: Quid retribuemus domino, pro omnibus quę retribuit nobis? Etenim rursum magnificus dator haudquaquàm dict⁹ est tribuisse, sed retribuisse, ac si is non cœpisset prior in nos gratiam conferre, sed resolueret acceptam his qui priores contulissent. Quam enim pro accepta gratia rependis gratiarum actionem, in numerum refert & habet beneficij loco: qui quidem quum opes facultatésque suppeditarit, per pauperum manus te reposcit eleemosynam. Is tametsi aliud nihil accipit quàm quod suum est, solidam tamen ac synceram retribuit gratiam, ac si propria dedisses. Quid igitur retribuemus domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Non enim possum non inculcare hanc prophetæ eximij vocem, meritò hærentis velut in salebra ac circunspicientis suammet inopiam, quòd ad manum nihil retributione dignum occurrat, nihil quod aliqua ex parte respondeat magnificis adeò ac splendidis beneficiis, quæ quidem haudquaquam pertigerunt ad illam exuperantem promissorum prærogatiuam, quandoquidem istis tantò cumulatiora se olim daturum polliceatur: nempe, delicias paradisi, cœlestis regni gloriam, honores nihilo dispares angelis, cognitionem contemplationémue diuinæ maiestatis, quod vnum his qui se dignos præstiterint, in bonis habetur summum: idq; votis omnibus creatura omnis expetit, rationis capax, quo vtique bono perfrui olim licuerit, nobis ab omni vitiosa carnis affectione expurgatis. Dixerit quispiam: Charitas sanè quum prima numeretur & perfectissima in virtutum bonis, (Nam plenitudo legis charitas.) quinam possimus socialem affectum & flagrantem charitatem declarare erga proximos, quando primùm ingressi ad eos multiplici & acerba calamitate detentos, adeò non cum flentibus ipsis flemus, neque collachrymamur, vt etiam pro his quibus afficiuntur incommodis deo agamus gratias? Et quidem æquanimiter propriam perpeti afflictionem, & cum actione gratiarum, insigne præfert patientiæ ac fortitudinis: pro calamitate verò quæ vnicuipiam contigit, gratias agere deo, insultãtis est alienis malis & mœstitia affectos exacerbantis, quũ iubeat Apostolus, vt cum flentibus & ipsi fleamus. Ad hæc igitur quid nobis dicendum? Rursus ne reuocanda nobis ad memoriam sunt verba, quæ nobis præscribunt, ob quæ partim gaudendum, partim lugendum? Ait nanque: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. E diuerso: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed flete super filios vestros. Enimuero vt cum iustis quidem exultemus & collætemur sermo edicit diuinus: contra, cum iis qui per efficacem pœnitentiam amaras profundunt lachrymas, lugeamus ac lamentemur. Aut certè, & ipsi eos deploremus, qui sic citra vllum doloris sensum sunt affecti, vt ne intelligant quidem quàm inauspicatò eant se perditum. Eum porrò, qui ob hominum mortem fletus edit, cúmque lugentibus in querulas voces erumpit, minimè conuenit putare hoc dei implesse mandatum. Neque enim medicum laudauerim, qui quum debeat auxiliari ope occurrere ægrotantibus, vndique totus scatet morbis. Non item nauclerum ipse probauerim, qui quum artis gubernandi præsidio nixus debeat vtiliter vectoribus ac nautis præesse, confligere aduersus procellosam ventorum vim, effugere vndiuomas fluctuationes, insuper & spe bona arrigere animos vectorum immodico timore perstrictos: ipse interim fastidienter nauseat, nec minùs ac cæteri rei nauticæ rudes despondet animum. Planè nihilo dissimilis est his, qui mox vt ingreditur lugentium cœtum, nihil adeò in illos vtilitatis impertit suomet sermone, vt etiam ex aliorum communi afflictione in se gestus trahat indecoros. Vt enim ob fortuitas calamitates

Gratitudo quàm deo probetur.

Confirmat collationẽ.

lugentium

Universidad de Deusto
Biblioteca

lugentium contriſtemur, nemo negauerit conſentaneum eſſe rationi(ita enim fiet,vt tibi G
concilies familiarem congreſſum ac beneuolentiam miſerè afflictorum, ſi quidem minùs
exhibueris te hilarem ob eorum calamitates, nec neglexeris aliorum cruciatus ac dolores,)
at certè minus conuenit vt cum iſtis mœrore affectis decorum honeſtatémue tranſilias, ita
vt miſere affecto acclamites eiulans & collugeas,aut in cæteris quæ te dedeceant,iſtos imi-
tere ſiue cum æmuleris cuius oculis afflictionis magnitudo tenebras offudit: exempli gra-
tia,ſi te vnà cum iſtis introcludas & obſeres,ſi amicieris lugubri & pulla veſte atque humi
ſeſſites,ſi cæſariem impexam & intonſam geſtites. Hiſce enim rebus augeſcit potius &
βουβὼν tumor præſertim, dũ graſatur peſtis. intenditur calamitas,quàm mitigetur. Vides ne,vt bubonum ac ſpleniorum affectus, dum hi
quidem accedunt parti iam ſauciæ, illi autem febribus accreſcunt: dolori addunt non me- H
diocrem acceſſionem? Cæterùm manus tuas ſi dolenti membro ſuperduxeris leni attactu:
extuberationem vtique ſupprimes. Ne tu igitur promotam afflictionem atrociorem reddi-
deris tua vnius præſentia: neu concidas cum hoc iam collapſo. Prorſus enim is eſſe debet
γνώμη. ſuperior in humum deiecto, qui ſurrigere nititur iacentem. Nam ſi delapſus peræquè eſt: ni
hil minùs ac alter opus habet à quo ſubleuetur. At certè nihil præter decorum fuerit,ſi qui-
dem ob ea quæ contingunt, animus mordeatur moderato ſenſu doloris, aut rebus afflictis
ſilentio contriſtetur ac mœreat: ſic tamen vt ipſo vultu cogitationi reſpondente & mode-
ſtæ grauitatis pondus conſeruante,tui ſignifices pectoris afflictionem. Planè indecorum fu
erit,mox vt occœperis loqui,ſi ad obiurgationes proſilueris. Id enim perinde eſt,acſi inſul- I
tes & illudas miſerè proſtratis. Animæ enim angore & triſtitia afflictæ obiurgationes im-
portunæ ſunt: ſimulq; minùs accepti eiuſmodi ſermones quapiam perturbatione laboranti-
bus,nec vim vllam obtinent efficacem perſuadendi, ad eorum præſertim conſolationem,
ἐκβοῆσαι τῇ ὀλοφύρσει. A ſimili. qui ad concitandos in ſe humanos affectus modis omnibus ſeueriores ſunt. Quin tu ſimul
atque iſtos permiſeris inanes queſtus ac prorſus inefficaces effundere,vocéque exerta & paſ
ſis crinibus eiulare ac lamentari: iam vbi ſe ſenſus mali remiſerit & ſuppreſſerit, tum ſcitè
ac leniter licuerit eos compellare verbo conſolatorio. Etenim qui effrenes equorum pullos
edomandos accipiunt,non ſtatim initio freno ori iniecto natiuam illorum ferociam fran-
gunt aut inhibent & ſiſtunt:(Ad eum enim modum refractarij redduntur & retrogradi ac K
diſcunt dorſo ſuos excutere ſeſſores.)ſed primùm nonnihil obſecundant & indulgent illo-
rum ferocienti naturæ. Dein vbi viderint è proprio impetu feritatem iræ abſumptam: tunc
acceptos aliqua iam ex parte edomitos, arte moderatiores reddunt & quouis ſequaces. Ita
ſanè continget iuxta Salomonis ſententiam dicẽtis: Melius eſt ire ad domum luctus, quàm
ad domum conuiuij: ſi quis ſcitè & clementer vſum moderans ſui ſermonis, ſuam ægroto
impertire volet ſanitatem, non item alienæ triſtitiæ, ceu oculi lippientis particeps effici.
Flendum igitur nobis cum flentibus. Tu enim ſimul atque videris fratrem ob eorum quæ
admiſit,pœnitentiam ſe proluentem lachrymis,huic collugeto & condole: ita etenim tecũ
fiet,vt ex alienis malis caſtiges proprium. Qui enim pro peccato proximi,lachrymis ſtillat L
præferuidis: hoc ipſo quòd lapſum deflet fratris, ſummet à ſe profligauit morbum. Talis
erat, qui dicit: Deiectio ſiue defectio animi tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus
legem tuam. Fle igitur ſuper peccato. Peccatum animæ eſt ægritudo, peccatum mors eſt a-
nimæ alioqui immortalis,peccatum luctu eſt & implacabilibus lamentis dignum. Ob pec-
catum profluant effuſiſſimæ lachrymæ, neu deſinat ex imo pectoris receſſu iugiter proſi-
lire ſuſpirioſus gemitus. Flebat Paulus inimicos crucis Chriſti. Flebat & Hieremias interne
cionem pereuntis populi, qui ſanè quòd lachrymæ ſuapte natura profluentes non ſatis illi
eſſent ad planctus magnitudinem, cupidè expetebat ſibi infundi lachrymarum fontem &
extremum ſolitudinis diuerſorium, dicens: Et ſedebo & plorabo populum hunc dies mul-
tos, eos qui pereunt. Sanè iſtiuſmodi luctũ ac lachrymas deprædicat Apoſtoli ſententia & M
fœlices aſtruit,non etiam eas quæ ad ſemel conceptam animo triſtitiam ex oculis facilè erũ
punt & corriuantur,at neque eum ſtatim confirmat beatum,qui ſuapte natura per omnem
occaſionem propendet ad lamentandũ. Non ita dudum ipſe ego vidi quoſdam ex his, qui
ſtudio conſectandæ voluptatis ſunt addictiores. Hi inſigniter adeò conſueuerant genio in-
dulgere ac deliciis, vt ſi qua incidiſſet occaſio triſtitiæ, huius prætextu totos ſe ad crapulam
conuerterent & ebrietatem ſectandam, ſuæ interim iſtius intemperantiæ culpam conati
reddere leuiorẽ inductione verborum Salomonis: Date,ait, vinum his qui in triſtitia ſunt.
Eſt planè ſententia hæc prouerbialis non quæ impunem & liberam facultatem cuiquam tri

buat

A buat conſectandę ebrietatis,potiùs humanam vitam tuetur ac ſeruat. Vt enim omittam ſen
ſum ænigmatica alluſione inuolutum,qui quidem per vini nomenclaturam, iucunditatem
ſubindicat & lætitiam ſpiritualem, ipſe quoque ſenſus qui ad manum cuique eſt & vel vul
go cognitus curæ plurimum ac diligentiæ exigit,vt obſeruetur, ne videlicet qui iuſto grau-
iùs indulgent luctui ac proinde nullam admittunt conſolationem, vehementiore abſor-
pti acrimonia luctus ſumere negligant alimoniam corporis. Nam pane quidem hominis
mœrore affecti cor fulcitur ac firmatur: vino autem conſtabiliuntur & conſolidantur im-
minutæ & collapſæ corporis vires. Cæterum vini iuſto amantiores ac temulenti haudqua-
quam demulcent aut ſedant animo conceptum mœrorem,veriùs malum permutant malo βεβαίωσις ex collatione.
B & improbo quodam contractu ac permutatione exitiali pro corporis morbo morbum in ſe
recipiunt animæ,illorum exemplo,qui trutinæ momenta dum exæquant, tantum triſtitiæ
adimunt,quantum addunt ſtudio voluptatis. At certè ita quidem opinor vinum oportere
auxilio eſſe naturæ,nec permittere tantum infundi vini meracis,vt eo tanquam tenebrico-
ſa offuſione caliginis ratio obſcuretur. Neque enim mœror ille animi diſcutietur vnà cum
vino & effluet: ſed & animæ preſſiùs cohæreſcet & fiet auctius malum ebrietatis. Quòd ſi ra
tio ſupprimendæ triſtitiæ eſt medicus, vtique ebrietatem par fuerit cenſeri malorum eſſe
extremum,vt quę maximopere impedimento eſt,quominus ſanetur anima. Cæterum ex
his quæ mihi dicta in hoc ſunt ſermone, ſingula velim vt ad mentem reuoces: his enim ex-
penſis deprehendes Apoſtolicæ legis edictum & poſſe nos exequi & eius executionem ap-
C prime nobis futuram vſui atque emolumento. Primùm quidem dictum eſt, qui poſſis ſem-
per gaudere,nimirum præducem ſequutus rectam rationem,ſubin quo pacto ſine intermiſ-
ſione orandum tibi ſit, Tertio loco,vt omni in re agendæ veniant deo gratiæ. Denique qua
ratione,conſolari eos poſſis qui afflictantur,vt his omnibus perpolitus & ornatus, morum
integritati ac perfectioni reſtituaris,ſubſidium opémque ferente Spiritu ſancto per inhabi-
tantem gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

HOMILIA BASILII MAGNI IN DI-

Lucæ.12.c.

Ctum illud, ex euangelio ſecundum Lucam: Deſtruam hor-
rea mea, & maiora ædificabo: interim de aua-
ritia, Raphaele Volaterrano interprete.

D

DVplex eſt tentationum genus. Nam vel corda hominum, tanquam aurum in for- Tẽtatio duplex. Collatio.
nace,per patientiam afflictis rebus aduerſiſque probantur, quæ ipſorum coarguant
ac declarent probitatem: aut certè ipſa vitæ proſperitas ſæpenumero multis tenta-
tionis & experimenti loco eſt. Aequè enim durum videtur, in rerum difficultate
E minimè deiici,& infractum ſeruare animum,ac in fœlicitate non extolli ad irrogandam cõ Confirmat paradigmate. Metaphora.
tumeliam. Et quidem prioris exemplum magnus Iob inuictus athleta præ ſe tulit: qui om-
nem diaboli violentiam, veluti torrentis impetum inconcuſſo corde, firmóque propoſito
quum excepiſſet tanto maior tentationibus apparuit,quanto duriora illi vixque eluctabilia
ab hoſte viſa ſunt obiecta illi certamina. Earum verò tentationum exempla quæ ex lætiore
rerum ſucceſſu contingunt,cùm alia multa ſunt,tum huius nobis nunc lecti diuitis: qui o-
pes quidem ingentes habuit,in iisq; maximè ſpem collocauerat,dei benignitate ipſum abuſ
que initio tolerante,nec ob ingratitudinem morum condemnante, ſed continuò prioribus
diuitiis alias addente,ſi quo modo per copiæ ſatietatẽ animum eius ad liberalitatem ac mo-
res manſuetiores aliquando prouocaret. Hominis,inquit,diuitis vberes fructus ager attulit,
F & cogitabat intra ſe dicens, Quid faciam? deſtruã horrea mea & maiora ædificabo. Cur igi-
tur abundauit ager hominis,nihil boni ex copia facturi? Vt maior dei longanimitas appare
ret,quando vſque ad tales quoque eius bonitas extenderetur: qui pluit ſuper iuſtos & iniu-
ſtos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Talis verò bonitas dei maius colligit Attende dei benignitas cur vel in ingratos ſe vſque porrigat.
ſupplicium his qui peruerſè agunt. Huius itaque diuitis terræ per manus auaras cultæ, deus
imbres tribuit: ac ſolem, qui ſemina ad maturitatem ſui caloris fotu proueheret & multipli-
caret fruges per fertilitatem. Et talia ſunt,quæ deus largitur,terræ videlicet confert aptitudi
nem,aëris temperiem,ſeminum copiam, auxiliarem boum operam,& ſi qua ſunt alia, qui-
bus agricultura fœlicius promouetur. Hominis huius verò qualia ſunt? Mores amarulenti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in omne hominum genus odium,nulla in proximum liberalis collatio . Hæc miſer benefa- G
ctori rependit.Non communis meminit naturæ:nec quæ ſupererant,putauit egentibus di-
ſtribui oportere : nec vllam inibat rationem illius præcepti , Ne deſieris benefacere inopi.
Itémque Eleemoſynæ ac fides ne te deſerant.Item:Frange eſurienti panem tuum . Denique
prophetæ,omnéſque doctores clamantes nõ ſunt auditi.Sed horrea, multitudine fructuum
grauata dirumpebantur:cor autem eius parcum ac tenax minimè exaturatum eſt . Semper
enim antiquis noua ſupperaddens, & annuis prouentibus copiã augens,in hanc inextrica-
bilem incidit mentis inopiam ac perplexitatem,cùm nec vetera quidem propter auariciam
ſineret in vſus inopum cedere:nec item recentibus propter copiam locus eſſet:Idcirco vana
ἀνώνυτα τὰ βελύματα & inefficacia eius conſilia,curæq; perplexæ fuerunt.Quid faciam,inquit:Quis non miſerea- H
tur ſic miſerè curis obſeſſi?Ipſa fertilitate miſer erat ac timidulus.Miſerabilis præſentibus &
paratis bonis , miſerabilior ob ea quæ adhuc expectabat . Non enim prouentus annui frui-
tionem ei terra ferebat,ſed fletus & ſuſpiria:non fructuum copiam , ſed curas & dolores &
graues anxietates ſibi colligebat.Perequè enim ac egeſtate preſſi,miſer afflictatur , & eiulat.
An non talis modi edit vocem , cuiuſmodi ſolet qui anguſtia preſſus mendicat ? Quid fa-
ciam?Alimenta vnde ? vnde indumenta ? Hęc ſecum ſubmurmurat ac loquitur diues : cor
per hęc mœrore conficit & afflictat,dum eſtur anxia ſolicitudine. Cęteros enim quod aſſo-
let lętitia perfundere,id macerat ac liquefacit auarum.Ex his enim omnibus, quibus domi
pleniſſimè affluit,nihil decerpit gaudij: quin ipſę potius vndique affluentes diuitię & I
quarum diffuſionem non capiunt promptuaria,punctim eius extimulant animum ac lancinãt,
ne ad externos fortè vel tranſcurſim aſpiciens , in egenos cogatur nonnihil conferre ſub-
ſidij.Hęc iſtius animę miſera affectio mihi planè videtur nihilo diſſimilis voraci gulę hel-
luonum, qui ingluuie diſrumpi malint,quàm vt vel tantillum ex reliquis in inopes confe-
rant.Agnoſce ô homo eum qui dedit.Fac memineris tuiipſius,tu quis, quid item diſpenſes,
à quo acceperis,qua item gratia tam multis ſis prelatus.Dei optimi miniſter es,tuorum diſ-
penſator conſeruorum.Ne puta omnia ventri tuo prepararí:quę in manibus habes vt aliena
exiſtima:paruo te exhilarabunt tempore,deinde diffluentia præteribunt, quorum ratio abs
te acriter exigetur . Tu autem omnia ſimul portis & repagulis retines, intercluſa, iiſque ſi- K
gnaculis obſignatis & colligatis aduigilas anxius.Ex teipſo captas conſilium? Planè impru-
denti veteris conſiliario.Quid faciam?Parata tibi reſponſio fuerat: Eſurientium animas ex-
plebo,aperiam horrea,& omneis vocabo indigos:imitabor Ioſeph præconio exhibitæ ho-
minibus benignitatis celebrem:vocem emittam magnificam:Quicunque panibus egetis,ve
nite ad me ſinguli participes futuri quod ſatis fuerit,gratię à deo mihi collatę quaſi proſili-
entis è communibus fontium ſcatebris.At non tu talis.vnde enim tu qui rerum commodi-
tatem vſúmque inuides hominibus,improbóque tecum inito conſilio ſolicitus es,non quo-
pacto cuique ea quę neceſſaria ad vitam ſunt,diſpertiaris:ſed quonam modo omnibus ad te
retractis,omnes eorum priues vtilitate.Preſto erant,qui animam illius,è corpore exigerent, L
& ille cum anima de eſcis loquebatur.Eadem illa nocte auferẽda erat illi anima, & ille mul
torum annorum delitias ſibi ipſi imaginabatur.Permiſſum illi eſt,quiduis conſultandi, ani
mique ſui ſententiam exprimendi,vt competentem ſuo propoſito ſententiam acciperet. Ca
ue ne idem tibi quoque vſu veniat . Hoc nanque ideo ſcriptum eſt , vt ſimile quid vitemus.
Imitare ô homo , vel terram : vt illa fructus proferto , vt ne illa conſpiciaris eſſe deterior,
quę inanimis eſt.Sanè illa non in ſuum vſum aut commodum,ſed in tuum miniſtrare con
tendit . Tu autem quem debueras oſtendere beneficentiæ fructum , illum tibi ipſi congre-
gas ? Nam benefactorum gratiæ,in dantes reuertuntur . Dediſti eſurienti ? tibi conſuluiſti:
Simile. Quod dediſti,ad te cum auctario reuertetur.Quemadmodum enim frumentum in terram M
cadens , lucrum proiicienti parit:ſic & panis in eſurientem proiectus , multam in poſterum
tibi reddet vtilitatem.Sit agriculturæ tibi finis,initium ſementis cœleſtis.Seminate,inquit,
vobiſipſis in iuſtitia.Quid igitur te infelicem reddis?Quid afflictaris luto & lateribus diui-
tias claudere contendens?Melius nomen bonum,quàm diuitiæ multæ.Si autem diuitias ob
honorem inde prouenientem admiraris,conſidera quanto ad gloriam magis faciat multo-
rum filiorum parentem appellari,quàm mille ſtateres in marſupio repoſitos habere . Pecu-
niam enim hic vel nolens relinques:honorem verò ex benefactis ad dominum referes:quã-
do populus omnis communem iudicem circunſtans , te & nutritorem & in inopes benefi-
cum,& demum omnibus quæ ad humanitatem pertinent nominibus appellabunt . Nónne
vides

A vides quoſdam in theatris pancratiaſtas & mimos & cum feris certantes , quos ſpectare
quis abominetur,pro breuis temporis honore ac populi plauſu pecuniam prodigentes:tu au
tem tam parui es animi , vt ad ſumptus perpetuam tibi gloriam parituros cunctéris ? Deus
eſt,qui recipiet,& angeli collaudabunt,homines quotquot ab ipſa mundi creatione fuerũt,
beatum te prędicabunt?Præterea,gloria ſempiterna,corona iuſtitiæ, regnum cœlorum præ-
mia tibi ob harum rerum corruptibilium adminiſtrationem,erunt:quæ tu nihili ducis. Tan
to teneris rerum præſentium ſtudio,vt quæ ſpe præſumere debes,ne tanti quidem facias pre
illis.Agedum ergo,tuas opes in pauperum varios vſus diſpone ac diſpenſa , clarus & vene- συτοδοχεῖα.
rabilis ob ſumptus in egentes eſto.De te illud dicatur: Diſperſit dedit pauperibus,iuſtitia e- In annonæ
B ius manet in ſeculum.Ne graueris neceſſariis vſibus te benignum reddere.Ad horrea tua a- flagellatores.
perienda,noli annonæ caritatem expectare . Nam qui auget pretium annonæ, publicæ exe-
crationi obnoxius redditur.Famẽ ob aurum ne opperitor:noli ob vtilitatem priuatam,com
munem inediam affectare.Noli,inquam,inſtitor caupó ve humanarum fieri calamitatum:
ne per occaſionem cumulandarum opum , iram in te accerſas dei . Ne moleſtiam generes
vulneribus eorum,qui flagellis cęſi ſunt.Tu verò aurum tantum reſpicis,fratrem verò tuum
non aſpicis:& nummi quidem characterem ac genus cognoſcis,probum ab adulterino diſ-
cernis:fratris verò tui egeſtatem prorſus ne ſcire quidem vis.Auri renidens color te mirum
in modum oblectat:at quantus te ſequatur inopis gemitus,non cogitas? Quomodo tibi ob
C oculos proponam calamitates pauperis?Ille circunſpectis omnibus videt ſibi nihil ſuppete-
re auri,ſed ne ſperat quidem vnquam affuturum.Supellex porrò ac veſtimentum eiuſmodi
cuiuſmodi eſſe ſolent pauperis facultatulæ, nimirum pauculis obolis æſtimandæ.Quid igi-
tur?Ad liberos denique oculos reflectit,eos vt ad forum deductos exponat venui atque il-
linc qualecunque ſolamen inueniat impendentis fati.Expende,quæſo,hic certamen ex vna
parte inſtantis famis,ex altera paterni affectus cum altera miſerabilem mortem intentet,al-
ter verò vnà cum filiis mori perſuadeat.Ad hunc modum ſępenumero affectus,ſępe iterum
impeditus,tandem vrgente neceſſitate ineuitabili victus & coactus in id conſilij rapitur.Et
quæ hic conſultat pater?Quem primum liberorum vendam?Quem magis cupiet is, qui fru
D mentum commutat?Si primum:At ætatis honos me reprimit.Iuniorem ne?At me miſeret
æui calamitatis adhuc indocilis.Iſte apertas habet notas , quibus effigiem maiorum meorũ
exprimit.Ille aptus eſt ad diſciplinarum ſtudium . Heu ineluctabilem calamitatem . Quor- Φεῦ τῆς ἀμη
ſum euado?Quem nam iſtorum ęqdam & offendam?cuius nam beſtiæ ingenium aſſumam? χανίας.
Quomodo naturæ obliuiſcar?Iam ſi cunctos retinere adnitar,cunctos videbo calamitate fa
mis abſumi.Si vnum vendidero,quibus oculis reliquos aſpiciam,cum me iam illis videam
de mea erga ipſos fide ſuſpectum ? Quomodo domum inhabitabo qui mihi ipſi orbitatem
accerſiuerim? Quomodo ad menſam accedam , cuius ſumptus ex tali mercatura conſtant?
Tandem multis cum lachrymis , chariſſimum natorum vnum venditurus ad te venit . Tu
E propterea nihil tali calamitate inflecteris ? Nulla ſubit mentem naturæ communis ratio?
Quin & illum licet,fames premat : ludificas interim cauillis & comperendinator diſſimu-
las,diuturnioremque illi nectis & concinnas calamitatem.Quum ille ſua tibi viſcera pro a-
limoniæ pretio offerat,manus tua ex huiuſmodi calamitatibus facultatem & opes captans,
non ſolum non ſtupet,ſed & reluctaris quaſi nimium des,& vt multum lucreris minùs tum
dare conaris,vndique miſeri grauans incommoda . Non lacrymæ tibi extorquent miſeri-
cordiam,non ſuſpirium cor emollit : ſed inflexibilis & duricordius aurum reſpicis , aurum
imaginaris.Hoc tibi dormienti inſomnium, & vigilanti deſiderium . Quemadmodum e- Auaritię ad
nim per inſaniam mente moti res probè non vident,ſed pro morbi ſui ratione quæuis ima- inſaniã col-
ginantur:ſic anima tua ab auaritia poſſeſſa,cuncta aurum, cuncta argentum reſpicit,liben- latio.
F tius vides aurum quàm ſolem.Quæcunque vides,in aurum verti cupis,dáſque operam quo-
ad poſſis & liceat.Quid enim rerum non moliris mouéſque vnius auri gratia? Frumentum
tibi in aurum vertitur,vinum in aurum concreſcit , lanæ ipſæ tranſeunt in aurum. Omnis
mercatura,ſtudium omne tuum ac ſolertia cõciliat tibi ſuggeritque aurum.Quid?Seipſum
denique generat aurum,dum per fœnus tantò redditur auctius . Nec enim ſatietas aut finis
cupiditatis inuenitur.Sæpenumero pueris cibi iuſto appetentioribus quæ cupiunt maximè, Elegans col
affatim & ad ſaturitatem damus, ita, vt ex copia faſtidio capiantur : auarus autem non ita, latio ex con
ſed quantò plus accipit,tantò plura deſiderat.Diuitiæ ſi affluant (inquit pſal.) nolite cor ap- trariis.
ponere.Tu autem præter neceſſitatem affluentes retines,& exitus obſtruis . Deinde ſic coa- ἐκπνεύσῃ.

 ctæ ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctæ ac occlusæ,& quasi stagnantes,quid tibi faciunt? Rumpunt repagula violenter retentæ, G
redundantia destruunt horrea, promptuaria solo adæquant, ac si hostis alicunde irruperit.
Sed maiora, inquis, ædificabit: Incertum, an destructa velut per manus successori dabit.
Nam ipse velocius migrabit hinc abreptus,quàm illa iuxta auaritiæ ipsius cogitationem eri
gantur.Sed hic quidem dies finem congruum ac parem consiliis malis est assecutus. Vos
Metaphora. contra, optem à me vt persuadeamini, nempe vt portis omnibus patefactis promptuario-
rum diuitiis latissimè patentem transitum exhibeatis quasi latifundo fluuio frugiferam ter-
ram per mille irriguos elices riuosque clam ingredienti.Itidem & ipsi per multas vias opi-
bus ad pauperum domos aditum date.Nam & putei continuò exhausti,& copiosiore & pul
Simile. chriore admodum fluunt aqua,dimissi verò & quieti,facilè putent:Sic & opes conditæ qui- H
escentes ve, inutiles: motæ autem & translatæ publicum commodum & fructum pariunt,
quarum gratia ô quanta tibi laus ex iis qui beneficium acceperunt,proueniet? quam tu caue
contempseris.Quanta verò à iusto iudice merces? cui tu diffidere nolis. Exemplum itaque
accusati diuitis tibi vbique occurrat:qui quidem præsentia custodiens,& de futurorum spe
anxiè solicitus,& incertus,num esset victurus crastino,hodie peccãdo diem anteuertit cra-
stinum.Nondum ad hunc inops aduenit supplicaturus, & iam antea suam declarat ferita-
tem.Nondum collegit fructus,& iam auaritiæ iudicium & condemnationem accepit. Ter
ra quidem in ferẽdis ei fructibus officiosa fuit.Profundam in aruis segetẽ ostentabat,race-
mos in palmitibus plurimos tulit.Is verò illi pariter præbens oleam fructibus prægnantem I
acturgidã & ex genere nucum omni illi promittens omnimodam alimoniam, quum is in-
terim nulli commodus aut beneuolus esset,& sine fructu.Nondum habebat fructus,& illos
iam egenis inuidebat. Quanquam quot sunt periculis obnoxiæ fruges antequam domum
comportentur? Nam & grando sæpe elisit atque comminuit,& æstus ingens è mediis eripu
it manibus,& aqua intempestiua è nebulis fluens infrugi reddidit & inutiles fructus. Quin
tu ad dominum preces effundis,vt munus hoc tibi impertitum perfectum reddat? imo tute
anteuertis indignum efficere eorum susceptione,quæ tibi præministrata sunt. Clam loque-
ris tecum.At tua verba in cœlo examinantur:Quapropter & inde tibi respondetur.Quæ au K
tem dicit? Anima,inquit,habes reposita tibi multa bona:Comede,bibe,gaude.O verba stul-
tissima.O dementiam singularem.Nam si porcinam habuisses animam, quid aliud ipsi enũ
ἀφιδρὰν. ciare potuisses? Ità ne pecuinus tu ita bonorum animæ ignarus, eam vt exceptes carnalibus
epulis:& quæcunque alui secessus recipit,animæ destines. Si quidem illa virtutem habet, si
plena est bonis operibus,si dei gratiam sibi conciliauit ac familiariter asciuit, tum sanè mul
ta bona habet,tum lætari poterit bona lætitia.Iam quando terrena sapis,& deum habes vẽ-
trem,totus quoque caro effectus,vitiosis affectibus obsequeris, audi te dignam appellatio-
nem,quam tibi nullus hominum,sed ipse dominus indidit:Stulte, hac nocte animam tu-
am abs te repetent:Quæ autem præparasti cuius erunt? Superat æternam pœnam irrisio ista L
stultitiæ.Qui nanque paulo pòst abripiendus è vita & ad supplicium abducendus quale init
tacitus consilium? Destruam, horrea & maiora faciam, Isti ego sane dicerem, benefacis.
σιτοδοχεῖα λύε. Nam iniquitatis horrea proculdubio digna sunt,quæ diruantur.Euerte miser tuis ipse ma
nibus quod malè ædificasti.Solue horrea, vnde nullus vnquam solamen vllum consecutus
est.A fundamentis excidito auaritiæ custodem,dirue tectum,euerte muros,ostende soli fru
mentum quod cariem sitúm ve contraxit.Educ diutius illigatas hasce diuitias:produc in pu
blicum triumphum tenebris obsita domicilia Mammonæ.Destruam horrea mea & maiora
faciam. Vbi verò & ista frumento adimpleueris, quid quæso ampliùs cogitabis? an rursus
destrues & rursus ædificabis? Quid stultius quam laboribus nunquàm finiendis se conficere
ac summo cum studio ædificare,nec minore cura eadem demoliri? Habes si vis,apothecas, M
ventres pauperum,thesauriza tibi thesauros in cœlo. Quæ illic reconduntur,ea neutiquàm
depascuntur tineæ, nulla depopulatur caries aut erodit, nulli suppilant prædones. Dixeris:
Atqui tum in indigos dispartiar,quum horrea secunda compleuero.Longa tibi vitæ tempo
ra præfixisti:vide ne te illud tempus quod certo ac præstituto termino accelerare solet,fortè
corripiat.Et profectò vitam sibi hoc modo confidentiùs polliceri, non bonitatis sed mali-
tiæ est indicium.Vitam namque tibi polliceris,non vt posthac sis liberalior, aut tribuas: sed
vt instantem mendicum à te propulses.Iam quando suppetit, quid prohibet,quominùs li-
beraliter impartiare? Nonne inops adest? Non sunt plena horrea? non merces à domino pa-
rata? Non mandatum manifestum? Esuriens fame absumitur, nudus frigore rigescit. Qui

repetitur

A repetitur debitum,vinculis obtorto collo adstringitur:& tu eleemosynam in crastinum dif
fers? Audi Salomonem:Ne dicas,regressus reuertere & cras dabo.Ignoras enim quid sequẽs
pariet dies. Qualia præcepta contemnis, posteaquam auaritiæ aures reseraſti? Quantam τιτῖξιν.
te deo beneficentissimo gratiam habere,quàm hilarem esse te simul & in inopes munificum
atque liberalem oportebat,quòd non ipse pro foribus alienis cogeris obstreperus esse & que
rulus,sed tuas alij occupant? Nunc autem tristis es,& rogatu difficilis: occursus pauperum
vitas, ne fortè aliquid vel modicum è manibus coacto exeat. Vnam tantum nosti vocem:
Non habeo,non dabo: Nam & pauper ego quoque sum.Pauper es profectò pauper,& om-
nium egens bonorum.Pauper,inquam,charitate pauper,benignitate in indigos pauper, fi-
B de erga deum pauper, pauper æterna spe.Quamobrem frumenti quodcunque possides,tuos
fac fratres participes. Cras fortè marcescet. Hodie egenti da. Auaritiæ genus id pessimum
est,nolle ne ea quidem quæ facilè corrumpuntur,inopi dare. Dixeris: Cui facio iniuriam,
si mea retineo conseruóque? Quæ illa,dic mihi,tua? Vnde accepta hæc ad traducendam præ
sentem hanc vitam inuexisti? Perinde enim facis,ac si quis in theatro locum spectandi mox ὁμοίωσις.
vt anteuertit aliis arripere,cæteros abarceat ingressu, suo vnius vsui id adiudicans quod ad
omnium communem vsum proponitur.Tales & diuites existunt. Communia nanque quũ
priores obtinuerint,propria faciunt occupando.Nam si tãtum quisque vsurparet, quantum γνώμη.
ad propriæ necessitatis solatiũ faceret, superfluúmque egenti tribueret, nemo profectò esset
C dives,nemo item pauper.Nónne nudus ex vtero matris excidisti, nudúsque rursus reuer-
teris ad humum? Hæc tibi bona præsentia vnde? Si à casu dixeris,impius es, eum non agno-
scens qui te condidit neque ei qui dedit rependens gratiam. Quòd si ex deo te illa habere
fateris,dic mihi,quamobrem hęc sortitus es? Non enim iniustus est deus, qui ea quæ sunt
ad victum,inæqualiter nobis diuiserit.Cur tu dives es, ille pauper? Profectò non ob aliam
causam,nisi vt tu benignitatis ac fidelis administrationis mercedem accipias, ille verò pa-
tientiæ maximis præmiis honoretur. Tu vero insatiabilis auaritiæ lacertis omnia circum-
plexus,& tot homines illis priuans, neminem te lædere putas. Quis, quæso, est auarus? Ille
qui eo quod satis esse debet, non est contentus. Quis verò peculator? Ille qui ad se vnum
D transfert quæ singulorum sunt. Tu ergo non auarus? Non tu peculator,cum ea quæ ad di- λωποδύτης
spensandum distribuendúmque receperis, tibi propria facis? Num qui vestem diripuerit, Auarus à pe
spoliator nominabitur:qui autem nudum non texerit modò possit, alterius cuiusdam nomi culatore ni
nis appellatione dignus erit? Esurientis est panis quem tu retines:nudi est vestis quam in ar hil differt.
ca custodis? discalceati calceus qui apud te marcescit: egentis argentum quod tu terræ infos γνώμη ce-
sum possides.Quare tot iniurius es hominibus, quot poteras opem conferre. Pulcher, in- dro digna.
quis, sermo, sed pulchrius aurum. Vt accidit illis qui apud intemperantes de temperantia
disserunt:idem & nobis fit.Etenim illi,vbi intellexerint amicam suam explodi atq; traduci
illarum memores,vehementiore concupiscentia inflammantur. Sed quomodo ego tibi ob
E oculos ponam pauperis afflictationes,vt planè cognoscas ex quantis tibi suspiriis, & gemi-
tibus hunc corradis thesaurum.O quanto dignum precio tibi censebitur die iudicij verbum
illud,Venite benedicti patris mei, possidete regnum vobis paratum à constitutione mundi.
Esuriui enim & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere. Quanta rursus tre-
pidatio ac sudor,quantæ ob oculos tenebræ se tibi circunfundent condemnationem audien
ti? Ite maledicti in tenebras exteriores,paratas diabolo & angelis eius. Esuriui & mihi non
dedistis manducare:sitiui & non dedistis mihi bibere: nudus eram, & non operuistis me.
Non enim ibi rapax accusatur: sed qui substantiam non communicauerit, condemnatur.
Ego quidem,vos horum admonui quæ videbantur vtilia:quibus si obtemperaueritis, bona
quæ vobis promittuntur, proculdubio consequemini. Non audientibus verò & minæ inté
F tati supplicij iam scriptæ sunt atque paratę: quarum ego periculum vos euadere magnopere
cupio,ad meliorem transmutatos mentem, vt animæ vestræ redemptio sint propriæ diui-
tiæ,& ad bona cœlestia vobis parata perueniatis gratia & benignitate eius, qui quosuis vo-
cauit in regnum suum,cui gloria & imperium in æterna secula,Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA MAGNI BASILII AD EOS habita qui studio tenentur diteſcendi.

DE adoleſcente hoc qui dominum interrogauit, quidnam faciendo vitam haberet æternam, quæ dicta ſunt hodierno matutino, & eorum prorſus ſolers atque induſtrius auditor commeminit quæ diſcuſſa tunc ſunt & expẽſa. Et quidem primùm, quòd non idem eſt cum legiſperito, de quo apud Lucam ſcribitur. Hic enim tentator erat, ſimulatorias & ironiæ plenas proponens interrogationes. Iſte verò ſalubriter quidẽ interrogãs non fuit ſe perſuaderi. Non enim triſtis abiiſſet propter reſpõſa domini, ſi deſpiciendo interrogaſſet. Quãobrẽ eus animus varius mixtuſq; nobis indicatur, cũ ex ſermone H
ἀδιάτελον καὶ πάντη ἀπεγνωσμένον. partim laudabilis, partim miſer ac deſperans oſtendatur. Etenim noſſe verum magiſtrum, & phariſæorum iactantiam ac legiſperitorum arrogãtiam, ac ſcribarum turbam non fuiſſe imitatum: ſed ex ſolo & vero præceptore hoc intelligere voluiſſe, laude dignum cenſeo: deinde, & quod curandum ſibi putauit, quomodo vitam hæreditaret æternam, probabile & hoc eſt. Quòd vero ſeruatoris conſilio non paruit ac mœſtus abiit, hoc demum eius detegit mentem, quod non reſpexerit ad verum bonum, ſed ad id quod multis arridet: Nec item ſalutarem domini diſciplinam ſuo inſcribere cordi, aut omnino ſequi curaſſe: ſed triſtem inde diſceſſiſſe, ob eam ſolum cauſam, quòd diuitias nimium amaret: hoc inquam, eius morũ I
varietatem pugnantium arguit. Magiſtrum dicis, & quæ ſunt diſcipuli deſpicis. Bonum inſuper appellas, & ab eo monſtrata negligis. Atqui, qui bonus eſt, bona quoque docet ac tradit. Interrogas quidẽ de æterna futuraq; vita, & præſentis dulcedine vinctus teneri deprenderis. Sed quæſo, durúmne adeò, aut graue tibi verbum is proponit magiſter? Vende, inquit, quæ poſſides, & da pauperibus. Si propoſuiſſet aut agriculturæ labores, aut mercaturæ pericula, vel qualia qui pecuniis ſtudent tolerare ſolent, iure grauatus te poteras excuſare, ac conſilium deſpicere. Si verò facilis tibi via ſudoris laborisq; vacua, ad conſequendum æternæ vitæ hæreditatem oſtenditur, tanta ſalutis facilitate non gaudes, ſed dolens anxiusq; diſcedis: facis vt quicquid boni geſſeris, inutile parúmque tibi valiturum ſit. Si enim, vt ais, non K
occidiſti, non fuiſti mœchus, non fur, non teſtis falſus, cur reliquum ſtudium non addis, quo ſolo in die regnum poteris facilius peruenire? Nam ſi medicus membra tibi aliqua nõ recta, aut ex natura ſeu morbo diſtorta, ſe corrigere polliceretur, gauderes profectò. At cum ipſe animarum maximus medicus te in neceſſariis deficientem perfectum reddere cupiat, minimè gratiam ſuſcipis, ſed ingemis atque doles. A mandato nanque illo ſeruando palàm eſt quòd procul abſis, & in teipſo mentiri deprenderis: quod videlicet proximum ſicut teipſum diligas. Nam ecce præceptum illud quod à domino tibi propoſitum eſt, palàm te conuincit quod charitate deſtitutus ſis. Si enim teneris adhuc in annis (vt affirmas) fraternitatis charitatem, ac tantum præceptum cuſtodiſti, vt ea proximo quæ tibi ipſi reddideris, vn- L
de quæſo hæc diuitiarum copia? Cura nanque egenorum pecuniæ conſumptiua eſt, dum & modicum quisq; pro ſua neceſſitate capit, & reliqua in omnes alios diuiduntur, quorum quiſque ſuam portionem abſumit. Ex quo amans proximum ſicuti ſeipſum, nihil plus illo poſſidebit: at tu poſſeſſiones multas habere appares. Vnde nam hæ, niſi quòd propria commoda multorum commodis habes omnino potiora? Quo enim plus opibus creſcis, eo magis charitate deficis. Nam diu iam pecuniam aliis cõmunicare cogitaſſes, ſi proximos æquè ac te ipſum amaſſes. Nunc ea tibi magis inſita coniunctaq; quàm corporis membra videtur. Idcirco eius priuationem non ſecus horres quàm vitalium membrorum amputationem. Si nudum induiſſes, ſi eſurienti panem præbuiſſes, ſi hoſpiti tua ianua patuiſſet, ſi orphanorum M
pater extitiſſes, ſi denique te inopum & afflictorum miſericordia cepiſſet, quarum, quæſo, opum, gratia iam contriſtatus fuiſſes? Quomodo ægrè tuliſſes eorum quæ adhuc ſupereſſent erogationem, ſi iam olim cogitaſſes illa impendere egenis? In feſtis mercatibusq; nemo angitur ſua pro mercibus dare: quantoq; fuerint pretioſiores, tanto magis gaudet, vt quam accipiat præcellentiorem: at tu & aurum & poſſeſſiones diſtribuere, præterea lapidem & terrã pro æterna dare felicitate grauaris. Sed quo tendunt diuitiæ? vt pretioſa te veſte amicias? At duorum cubitorum tunica tibi ſatis eſt. Vnius, inquam, tunicæ commoditas, pro claris ac multis fuerit veſtibus. Vt lautius viuas? At panis vnus, idoneus eſt tenuem explere ventrem. Quid ergo priuari doles? Quæris gloriam? Si terrenam humilémque hanc deſpicere

poteris,

A poteris, longè potiorem ac clariorem tẽque in regnum cœlorum deducẽtem inuenies. Sed, inquis, fortunas ipſas tantum poſſidere voluptas eſt magna, & ſi nullum ex eis vſum capias. Quod itaque ſtultum ſit pecuniarum ſtudium, cuiuis liquet. Veruntamen mirum fortaſſe incredibiléque quod tibi ſum dicturus videbitur, tamen omni re certius. Diſtributę opes, vt ipſe teſtatur dominus, firmiores permanere: amatæ vero ac cupidius cuſtoditæ, auferri ſolent. Si aſſeruabis, non habebis. Si diſpergas, inuenies, vt ait propheta: Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Sed profecto non veſtium aut ciborum cauſa, multis affectantur opes: verum quædã eſt diaboli methodus ad ſuggerendas diuitibus mil- Opes ad põpã expetitę.
le ſumptuum inanium occaſiones: vt ea quæ ad ſuperflua & ad rem pertinentia non ſunt,
B pro neceſſariis ducantur. Ex quo ad ſumptum excogitationem nihil ſatis homines huiuſcemodi habent. Subſtantiam nanque in præſentem ac futurum vſum diducunt, primum ſibi, deinde filiis accumulant: rurſus eandem in ſumptus varios, pro ſtatu & ordine cuiuſlibet diuidunt. Sit, inquiũt, res partim in vſu, partim condita ſepoſitaq;. Item quæ in vſu eſt, neceſſitatis terminos tranſcẽdat. Iſta ſeruiat ſumptibus domeſticis, illa præſto ſit ad externas phãtaſias: vt iter facienti ornatus, equitatus, viaticum pro conditione fiant: Hæc domi permanenti vitam reddat ſplendidam & illuſtrem, ita vt mihi miraculum ſit quomodo tot inanes ſumptus excogitentur: innumeri inſtituuntur currus, quibus vel ſarcinę vel ipſi mortales vehantur, illiq; ære vel argento obtecti. Equi comparantur permulti, atque illi è maioribus ſuis generoſi, qualiter homines ſolent, æſtimati: quorum alij delicatos, per vrbem ad oC
ſtentationem circumuehunt: alij ad venationem, alij ad iter faciendum præparantur, frena, zonæ, frontalia, argentea omnia aureáque: inſuper tapeta purpurea, ipſos veluti ſponſos ornantia equos: mulorum quoque multitudo colore diſtincta: aurigæ illorum, ſucceſſores inuicem, qui præcedunt, & qui ſubſequuntur: ſeruorum infinitus numerus, ſumptibus eorum cunctis ac magnificentiæ ſuppeditans: curatores, promi, coloni: miniſtri cuiuſuis artis, ſiue neceſſariæ, ſiue voluptuariæ periti. Præterea coci, piſtores, pincernæ, venatores, fictores, piD
ctores: voluptatis omnimodæ commẽtatores. Camelorum greges partim ad onera, partim ad paſcua deſcripti. Equorum greges: Armenta boum, porcorum, ouium, horúmque paſtores: ac tellus non ſolum his omnibus paſtionibus ſufficiens, ſed prouentus reliquos amplificans. Balnea inſuper in ciuitate, balnea in agris. Domus omni marmorum genere coruſcantes, phrygio, laconico, theſſalico, è quibus alia hyeme calida, alia æſtate frigida eſſe oportet: pauimentum calculis ornatum variis: cameræ laquearíáque, & quicquid parietibus ſupereſt, auro picturáq; floribus decorata. Sic igitur in vſus mille ſuperuacuos diſtractæ opes etiam in terra conduntur, & in ſecretis arcanisq; cuſtodiuntur. Incertum eſt, inquis, quid futurum ſit. Neceſſitati, quæ nos quandoque vrgere poſſet, prouidendum eſt. At longè incertior defoſſi theſauri vſus: nec tamen pœna incerta quę tuorum morum manet inhumanitatem. Túne quando ad perdendum aurum omnem viam excogitaueris, quod ſupererit foE
dies atque abſcondes? Grauis profectò inſania. Primùm, in metallis aurum latitans omni diligentia in lucem proferre, ac ex humo recludere: deinde ſemel effoſſum rurſus in terra occultare. Nam quicunque hoc facis, profecto & cor ſimul fodere videris. Dicitur enim: Vbi theſaurus tuus ibi & cor tuum. Idcirco dei mandata triſtitiam iſtis adferunt: Nam vitam ſibi miſeram eſſe putant, niſi inutilibus ſumptibus occupentur. Et in ſumma, mihi eueniſſe huic aduleſcenti vel propinquis ipſius videtur, quod illi ſolet euenire qui iter facit, ciuitatis alicuius ſpectaculi videndi ſtudio, properátque vſque ad mœnia: ibi reperto diuerſorio requieſcit, modicúmque quod reſtat vię ob pigritiam atque deſidiam ire detrectat, ſimul & toleratum itineris laborem inanem reddens, & ſpectaculo bonorum, quæ videre poterat in Bona opera ſine beneficẽtia in pauperes non prodeſſe.
vrbe, excludens. Sic & huiuſcemodi ſunt homines, qui cætera quidem mandata obſeruant,
F ad bonorum vero ſuorum erogationem claudicant. Vidi ego multos ieiunantes, orantes, præteritorum pœnitentia ſuſpirantes, omnem denique ſine ſumptu pietatem oſtendentes, egentibus vero ne obolum quidem præbentes. Quid his cætera virtutum diligẽtia prodeſt? Non propterea regnum dei conſequentur. Idcirco inquit dominus: Difficilius eſt diuitem intrare in regnum cœlorum, quàm camelum per foramen acus. Hoc teſtimonium validũ. Quiteſtatur, verus: perſuaſi vero pauci. Et quomodo, inquis, viuam abiiciens omnia? quę forma, quod genus vitæ illius erit qui omnia vendit, omnibus ſeſe priuat? Ne me interroga dominicorum præceptorum ſententiam. Potuit ne legiſlator id quod fieri non poteſt, ſub lege comprendere? Tu vero cor tuum ſicut in trutina expendes, an ad vitam futuram ac ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram, seu præsentem inanémque inclinet. Neque enim secundum voluptatẽ, sed secundum G
necessariam dispensationem, diuitiarum vsum, siquidem prudenter iudicare voluerimus, æstimare conuenit, & non minus gaudere vbi illas erogaueritmus, quàm sicubi alienis priuati fuerimus, & non ægrè ferre, quasi propria amiserimus. Quid quæso grauaris? Quid doles quod audis: Vende quæ habes. Si enim, te in futurum seculum sequerentur, profectò præ illis pretiosioribus, quæ ibi reperies & hæc nihil penderes. Sed quando necesse semel est ea hic remanere, cur ex eorum actione non lucrifacis, maiora longè reperiendo? Nam si alacri lætóque animo das aurum vt equos possideas, cur id regno dei potius commutari suasus doles, petenti denegas & abnuis, mille sumptuum occasiones commemorando? Quid miser iudici respondebis. Parietes vestis, hominem non vestis? Equos phaleris or- H
nas, fratrem tuum laceris amictum pannis aspernaris? Frumentum retinendo perdis, esurientes non respicis? Aurum in terram condis, & oppressum non curas? Quid si vxorem insuper auaram habueris, duplex tibi morbus creuerit. Nugas hæc & delicias ardet, voluptatis illecebras tibi augebit, concupiscentiæ & superuacanei studij stimulum acuet. Circa margaritas, smaragdos, hyacinthos, aurum, eius cura continuò versatur. Hoc digitis aptat, illud vestibus intexit, malúmque viri per omnia probra exaggerat. Neque succisiua huic studio tempora, verum ordinaria noctes atque dies tradit. Mille insuper assentatores illius adsunt desideriis adducentes fullones, aurifices, vnguentarios, textores, discriminatores qui ex il-
lius imperiis nullo tempore virum respirare sinunt. Nullus item muliebri concupiscentiæ I
satis thesaurus, non si è fluminibus fluxerit: quandoquidem vnguentum exoticum ex barbaris ita quærunt, vt oleum è foro, & ex mari conchylia: purpuram, variosq; colorum flores, plusquam ex oue lanam habere contendunt. Præterea pretiosi lapides vndique petiti auro innectuntur. Alij ad ornandam ceruicem, alij collo adaptantur: alij zonas locupletant, alij manus pedesq; ornant. Gaudent auri cupidæ fœminæ manicis ligari, duntaxat ex auro sit vinculum. Vir igitur muliebrem sequens appetitum, quando animæ curam geret? Sicut enim debilia nauigia procellæ ac tempestates dispergunt atque inundant: sic praui vxorum affectus virorum debiles animas corrumpunt atque pessundant. Igitur ad hæc tot taliáque, distracta substantia, nugis ac variis voluptatum inuentionibus viro & vxore inter se certan K
tibus merito non vacabit, vt & aliorũ habeatur ratio, sed si audieris: Vẽde omnia & da pauperibus, vt vitam habeas æternam, mœstus abis. At si audieris: Da pecuniam muliebribus deliciis, lapidicidis, architectis tessellariis, pictoribus: gaudes, quasi rem pecunia pretiosiorem assequaris. Nónne vides hæc mœnia vetustate iam labefactata, quorũ reliquiæ tãquam scopuli quidam per vrbem totam apparent? Quot per ciuitatem pauperes, dum hæc excitabantur erant, qui ab incolentibus ob ędificandi studium negligebantur? Vbi, quæso, nunc tantus operum splendor & apparatus? Vbi & ille cui horum magnificentia studebatur? Nõne hæc dispersa, solo æquata & abolita, veluti puerorum ludicra, qui inter arenas turres ex-
citant, omnia perierunt: autor vero ob rerum vanarum studium ambitiosum, in inferno se- L
pultus est? Contende igitur animam habere magnam, ac locupletem. Muri vero parui vel magni eundem præstabunt vsum. Ego vero quando transeundo vnius alicuius inflati ac diuitis domum, conspicio variis stragulis ac ornamentis fulgentem, intelligo illum nil pretiosius quàm quod cernitur possidere: quandoquidem inanimata tanto studio ornare contendat, animam vero immortalem incultam habeat. Si sumptus non necessarios pensitamus, quot argenti tori mensæ item argenteæ, lecti eburnei, sellæ eburneæ, ita vt nequeant vllo modo ad pauperes penetrare diuitiæ, & quanquam ad tuas veniunt fores, miseram rogando vocem emittentes, tu tamen negas, affirmans rogantibus cunctis non posse sufficere. Et cum lingua deieres, manu periurus argueris. Licet enim illa taceat, mendacium ta- M
men tuum deprædicat, anulo quem in digito habes conspicua & illustris. Anulus, inquam, tuus quantum æris alieni posset exoluere? quot domus ob inopiam ruentes conseruare? Vna tantum tuorum vestium arcula totum populum frigore rigentem amicire posset. Verum sustines inexoratus abs te pauperem reiicere, nec metuis iudicis minas, ac ea quæ se ille pollicitus est hominibus huiusmodi redditurum. Non te miseret? misericordiam non inuenies. Non aperuisti domum tuam? à regno dei excluderis. Non dedisti panem? non vitam recipies æternam. Sed & pauperem teipsum dicis. Et ego tecum sentio. Pauper profectò est, qui multis indiget, Pauperes, inquam, insatiabilis concupiscentia reddit. Decem talentis totidem addere contendis, deinde viginti coactis etiam totidem.

In pompati cum mulier cularum cultum.

De Cęsarea loquit Cappadociæ in honorẽ Cæsaris instaurata.

Nec

A Nec solum crescendo non expletur, sed ardentior redditur appetitus. Velut ebriis occasio sitiendi est vini copia & augmentum: sic & qui repente ditatus est, plura possidens plura cõcupiscit, & dum perpetuò cumulum auget, morbum perpetuò nutrit. Studium nanque habendi, contrarios eorum voluntati agit effectus. Non enim tantum eos ob iam parta non exhilarat, verum ob ea quæ deesse videntur cupiditati, potius angit. Ex quo anima curis continuò premitur, dum alios superare cõtendunt: Oportebat illos gaudere, & gratos esse quòd tam multis sunt opulentiores, illi verò mœrent ac lugent quòd ab vno & altero opulentioribus vincuntur. Vbi ditiorem aliquem adæquârunt, mox & alterum à quo superantur, adequare student: & vbi istum quoque transierunt, erga alium vltrà adæquandum rapiuntur.
B Quemadmodum qui scalas vel gradus ascendentes, ad vlteriora progressuri, continuò ad gradum sequentem vestigium attollunt, nec prius quiescunt quàm summam attingant: sic & hi à rerum cupiditate non prius cessant, quàm in altum sublati sese à ruina firmos ac securos reddant. Conditor omnium deus seleucidem auem insatiabilem, ad hominum tamen beneficium constituit: Tu verò te sponte insatiabilem animo reddens, multis profectò damnum facis. Nam quęcunque oculis aspicit auarus, hæc concupiscit. Nec expletur oculus videndo, neque auarus accipiendo satiatur. Auarus (vt infernus) nunquam ait, satis est. Quandò miser iam partis vteris? Quando frueris, aut à curis habendi cessabis? Væh qui domui vicinam domum, & agrum agro coniungitis vt aliquid proximo auferatis. Tu verò,
C quid facis? Non innumera causaris, vt quæ proximi sunt auferatis? Domus, inquis, proximi ædes meas obscurat, turbas excitat, aut errones suscipit aut tale quid aliud quodcunq; prætexis, quò vexes & agites, vellas ac laceres vicinum, nec prius cessas, quam ille necessitate coactus aliò migret. Quam ob causam Nabuthas Israëlita occisus est? An non propter concupiscentiam Achab, vineam ipsius auferre volentis? Auarus in vrbe malus cohabitator est, malus est in agris. Nam mare terminos habet, nox item leges antiquas non egreditur. Solus auarus nullum circunscribit tempus, non terminum noscit, rerum successione nõ cedit: sed vim naturámque ignis imitando, omnia comprendit, omnia pascitur. Et veluti flumina ex paruis initiis exeuntia, deinde paulatim incrementum intolerabile in processu accipientia,
D impetu demum violento quicquid obiicitur secum trahunt: sic & ij qui in magnam prouehuntur potestatem, ex eo quòd iam aliquos oppresserunt, ad maiora continuò facinora maioréque iniurias progrediuntur, ac reliquos quos prius præterierant, per oppressos antea lædunt. Quamobrem potentiæ incrementum fit eis sceleris occasio maioris. Qui enim mala sub ipsis patiuntur, eisdem quoque auxilia ferre inuiti in aliorum iniurias coguntur. Ex quo mutua inter se incommoda infligunt. Quis vicinus, quis contubernalis aut cliens non trahitur? Nihil enim opum potentiæ resistit. Omnia tyrannidi cedunt: cuncta potentiam formidant. At pauper, quique iniuriam patitur multam habet rationem: si quid prius agat, ne quid pro his patiatur, aut ad iudiciũ trahatur, aut aliquo modo plectatur. Diues verò ac po-
E tentiæ fidens & audax vltrò lacessit: boues iungit, arat, serit, metit ea quæ ad ipsum minimè pertinent. Tu si resistis, verbera parata. Si quereris, lamentationum & accusationum tuarum quæstio fiet. In iudicium, in carcerem demum traheris. Calũniatores minimè deerunt, qui mortis periculum intentent. Denique vt te hac molestia liberes, libenter adhuc aliud dabis. Igitur ô miser parumper, quæso, à tuo scelere respira, & tuæ conscientiæ recessus aliquantulum perscrutare, tecúmque considera. Quis rebus huiuscemodi finis? quæ sors tuorum studiorum impudentiæ fuerit? Habes terræ partim aratro, partim arboribus vtilis tot iugera: præterea vineas, montes, campos, saltus, flumina, loca amœna. Quid ergo post hæc? Nonne telluris tres tantum cubiti te expectant? Nonne paruus lapis ad tui miseri corporis custodi-
F am satis erit? Cuius gratia laboras? aut pro quo contra ius fasque contendis? Quid manibus inanes stipulas metis? Sed vtinam tãtum inanes ac non igni perpetuo materiam. Nõ ex hac ebrietate quandoque resipisces? non mentis sanitatem recipies? non tibi ipsi restitueris? non ante oculos Iesu Christi iudicium tibi pones? Quomodo causam dicturus coram iusto iudice te defendes ab iis qui abs te lacessiti acriter instabunt? Quid, inquam, ages? aut quos aduocatos conduces? Quos adduces testes? Quomodo integerrimum corrumpes iudicem? cum nec orator tibi, neque verborum ad persuadendum facundia fuerit, quibus illi veritas occultari possit. Non te rursus adulatores, non pecunia, non dignitatis fastus sequentur. Ab amicis item, ab auxiliis desertus, sine aduocato, sine defensore, sine honore, tristis, pudefactus, dejectus, ac solus relinqueris. Nam quocũque oculos circumferes, vmbras vbique simulachráque

Universidad de Deusto
Biblioteca

que malorum aſpicies. Hinc orphanorum lacrymæ,illinc viduarum gemitus, aliunde oppreſſi abs te pauperes:ſerui quos lacerâſti,vulneribúſque affeciſti,vicini quos ad iram prouocâſti:cuncta hic te aduerſus cõſiſtent. Tuorum ſcelerum aceruus te comitabitur. Sicut enim vmbra corpus,ſic peccatum animam ſequitur,geſtorum imaginem manifeſtam referẽs. Idcirco illic negatio minimè valebit:ſed loquatur os licet impudenter,obturabitur tamen. Nã ipſa facta non quidem vocem emittentia,ſed qualia à nobis patrata fuere,vitæ teſtes erunt. Quonam pacto tibi ante oculos exponam horrenda illa quæ te manent? an fortè audias, an metuas? Recordare illius diei,in quo reuelabitur ira dei de cœlo:recordare glorioſi aduentus Chriſti,quando qui bene fecerunt in reſurrectionem vitæ,qui verò male,in reſurrectionem iudicij excitabuntur:tunc ſempiterna verecundia peccatoribus,& ignis aduerſarios voraturus aderit. Illa te grauent, non mandatum dominicum de bonis cedendis. Sed iamdudum non audis. Quibus ergo verbis te curabo? Quomodo loquar? Regnum dei non curas, gehennam non times: Quam animæ tuæ medicinam idoneam inueniam? Si enim horribilia non metuis:clara inſuper & pulchra deſpicis:diſputamus cum corde lapideo. Infelix homo, pecuniæ naturam aliquantulum inſpice. Quid attonitus aurum miraris? Lapis eſt, aurum lapis, argentum lapis,margarita,lapides ſunt chryſolitus,beryllus, achates,hyacinthus, amethyſtus,iaſpis:Hæc ſumma,hi flores opum magnarum. Hos partim,cum ſint clariſſimi,in tenebris abſcondis:partim in digitis micantibus,aliiſque in ornatibus circunfers. Dic queſo,quę vtilitas,digitos vertere lapillis coruſcantes atque oſtentare? Nonne erubeſcis, te lapillorum auidum oſtendens,quemadmodum prægnantes fœminæ ob malitiam interdum lapillos edunt? Tu item tanquam ipſorum helluo,ſardonychas,iaſpidas,amethyſtos omni ſtudio cõquiris. Quis pulchritudini formæq; fingendæ ſtudens vnam vitæ diem ſibi prorogare poterit? aut cui mors ob diuitias parcit? à quo morbus ob pecuniam abſtinet? Quouſque igitur opes erunt animarum laqueus,mortis hamus,peccati eſca? Quouſque diuitiæ erunt belli materia:per quas fabricantur arma,& enſes acuuntur? Propter opes inquam,propinqui cognati naturam negant,fratres inter ſe digladiantur,loca deſerta graſſatoribus referciuntur:mare piratis,ciuitates calumniatoribns complentur. Quis mendacij pater eſt? Quis falſæ accuſationis miniſter? quis periurij genitor? nonne diuitiæ ac circa diuitias ſtudium? Quid accidit vobis ô homines? quis ea quæ veſtra ſunt,ac in ſalutem veſtram conceſſa contra vos vertit? Ad ſubſidium vitæ non malorum incitamentum pecunia data eſt,animę redemptio eſt, non exitij occaſio. Sed,inquis,ob filios neceſſaria eſt. Plauſibilis eſt iſta auaritiæ excuſatio: liberos prætexitis,ac interea cordibus veſtris ſatisfacitis. Non ego inſontem accuſo filium: proprium habet dominum,propriúmque rectorem. Ex alio vitam accepit,non ex te ipſo vitæ ſubſidia expectat. An non & iis qui ſunt in connubio id euãgelicum ſcribitur? Si vis perfectus eſſe,vende omnia,& da pauperibus? Dic,quæſo,cum deum orâſti, vt pro fœcunditate cum precatus es vt fieres liberorum pater,addidiſti ne illud: Da liberos,vt cauſa ſint ne præceptis tuis obediam? Da mihi liberos ne veniam in regnum cœlorum? Præterea quis tibi ſpõſor de ipſorum fuerit voluntate ac ingenio, vt rectè datis relictíſque vtantur. Nam multis diuitiæ luxuriæ ſunt cauſa. An non audiſtis Eccleſiaſten dicentem? Vidi ſtultitiam multam & grauem. Diuitias in malum cuſtodientibus ipſas conuerti. Et rurſus: Relinquo ego homini poſt me,& quis nouit ſi ſapiens erit aut ſtultus? Conſidera itaque ne cum multis erumnis opes cumulatas peccatorum materiam aliis tradas,duplicíque plectaris poſtmodum pœna,& tuorum criminum cauſa,& aliorum quibus cauſam dederis. Nonne cunctis liberis cõiunctior eſt tibi anima tua? nonne omnium familiariſſima? Huic tu primas da partes diuitis hæreditatis,vitæ videlicet æternæ diuitem materiam,deinde filiis victũ diſtribue. Filij nanque quandoque domui paternæ minimè ſuccedentes,aliam ſibi conſtituunt:at anima abs te relicta neglectáque apud quem miſericordiam inueniet? Hactenus eos alloquutus ſum qui liberos habent. Qui verò liberis carent quàm parſimoniæ cauſam obiiciunt? Nolo,inquiunt vendere,nolo pauperibus dare ob vitæ neceſſarios vſus. Non ergo dominus tibi præceptor erit,nec euangelium formulam vitæ tibi dabit,ſed tu tibiipſi iura dices ac ſtatues. Cogita in quod incidas periculum. Si ita ſentis,vt quæ dominus neceſſaria nobis præſcripſit,tu vt impoſſibilia taxes,nihil aliud agis,quàm quòd te legem hanc ferente ſapientiorem dicis. Sed, inquis,ego quidem bonis dum vixero,frui volo:poſt mortem verò in teſtamento hæredes facultatum mearum ac dominos pauperes aſcribam. Heu miſer,tunc benignus ac liberalis hominibus eris,cum amplius inter homines non ages? cum te cadauer aſpiciam,tunc fratris amantem

amantem appellabo? Scilicet magna dignus eris liberalitatis laude,magnus tibi honor debebitur aut gratia,ſi in ſepulchro iacens,& in terram conuerſus,magnificus ac ſumptuoſus apparebis. Dic cuius mercedem temporis potiſſimum expoſces? vitæ ne an mortis? Nam ſi tempore,quod ad promerendum datur, in voluptatibus ac delitiis abſumpto pauperes nequaquam reſpexiſti,mortuus cuiuſnam actionis aut operis mercedem petiturus es. Oſtende opera,& tum primum mercedem repete. Nullus enim poſt mercatum ſolutum negotiatur:neque demum poſt certamina accedens coronatur:nec poſt bellum fortia gerit:nec item poſt vitam pietatis laudem præmium ve capiet. Atramento & tabulis pulchra opera & commendanda gerere ſtudes? Sed quis exitus tui tempus nuntiabit? Quis de mortis genere ſponſor? Quot videmus repentinò ac vi caſúve extingui,qui præ doloris & ſpiritus anguſtia ne vocẽ quidem emittere potuerunt? Quot etiam febris à ſenſu alienos fecit? Quid igitur tempus expectas? in quo ſæpe rationis tuæ compos nõ eris. Enimuero nox profunda,morbus grauis, nullus circà adiutor:Imò potius qui hæreditati inſidiatur,paratus aderit,omnia tantum quę ad eius faciant vſum adhortans,ac tua irritare conſilia quærens. Tunc tandem deſtitutum te videns tuam imprudentiam ac ſtultitiam grauiter ſuſpiriis damnare incipies. Cupies & eo tempore mandata dare,cum & lingua ſemiextincta ad loquendum,& manus ad ſcribendum inualida treméſque fuerit. Ex quo nec voce, nec item literis tuam oſtendere mentem valebis. Quòd ſi nihilominus contigerit, vt & verbo & ſcripto res tuæ palàm mandentur, vna tantum tranſpoſita litera,vnum non probè appoſitum ſignum,totam ſententiam mutare ac irritam facere valebit. Duo item aut tres improbi teſtes totam hæreditatem in alios conuertent. Quid igitur miſer teipſum decipis? nunc opibus in luxu viuendo abutens,ac tibi ea promittens,quorum poſtea dominus non eris,vt ex dictis patet? Prauum hoc eſt conſilium quod capis. Viuens,ais,bonis fruar:decedens, quæ animo conſtitui ordinatúque, faciam. Erras homo. Tunc Abraham tibi quoque dicet. Recepiſti bona in vita tua. Si arcta eſt via quæ ducit ad vitam,non te diuitiis oneratum ac opum ſarcinam ferentem excipiet. Geſtans diuitias tuas hinc egredieris. Non enim illas abieciſti vt iuſſus es. Cum viueres, vitæ æternæ teipſum prætuliſti: poſt mortem facies quod hoſtes ſolent. Etenim ne ille vel ille quem nolis, accipiat facultatem tuam,accipiat illam,inquies,dominus. Et iſtud quid vocabimus? Vindictam ne inimicorum, an proximi dilectionem? Lege teſtamentum tuum. Vellem,inquis,viuere ac frui bonis meis. Morti ergo non tibi ſit gratia. Si enim immortalis eſſes,nunquam mandatorum recordatus eſſes. Nolite errare. Non decipitur, non deridetur deus. Mortuum ad rem ſacram non offertur. Viuentem offert hoſtiam. Qui ex eis quæ ſuperſunt offert,ingratus eſt. Tu verò poſt vitam quæ morti ſuperſunt deo omnium præbitori tribuis? Si tu nobilem hoſpitem domi exciperes,ei ne menſæ reliquias apponeres? Quomodo ergo exiſtimas ex repotiis deum placari? Igitur vos alloquor diuites ac locupletes,reſpicite finem,à cupiditate deſiſtite. Si poſſidetis,non amate. Quantò amantior fueris, tantò plus eorum quæ ad te nihil pertinent,nihilque profutura ſunt,relinques. Volo tecum feras omnia,ne alienis relinquas. Ob rem relictam nihilo plus te ſerui honorabunt, ſed ſepulchrũ fortaſſè funeriſque ſumptus negligent hæredi placere ſtudentes, & noua quadam philoſophia dictitabunt: Quid cadauer nihil ſentiens multis impenſis honeſtare contendis? Nonne melius veſtem hanc pretioſam ſuperſtitibus vſui neceſſario ſeruare,quàm fruſtrà humi cum cadauere tabeſcere ſinere? Monumento item quid opus ſumptuoſo, aut quæ vtilitas inanis ſumptus? Oportet illa ad vitæ vſum ſuperſtitibus dare:talia dicent, tèque moroſitatis condemnabunt,& res tuas inuadentibus gratificabuntur. Itaque iſta præueniens teipſum ſepelito. Bonum ſepulchrum eſt pietas. Omnibus tuis ornatus hinc diſcede,fac ornent te tuę diuitiæ. Habe illas penes te. Crede optimè conſulenti,tèque amanti Ieſu Chriſto, qui ob noſtram ſalutem egere voluit,vt ex eius paupertate nos diuites eſſemus: qui etiam ſeſe pro nobis redimendis pretium obtulit. Aut illi vt ſapienti noſtrámque vtilitatem intuenti morem geramus,aut vt amantem nos feramus,aut vt erga benefactorem grati ſimus. Omninò verò quæ præcepta nobis ſunt faciamus,vt hæredes conſtituamur æternę vitæ in ipſo Chriſto, cui ſit gloria,&c.

Homilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA IN DIVITES, SVPER VERba illa Scripturæ: In fame & squalore. Quando per siccitatem Cæsareæ fames inualuit.

IEo rugiet, & quis non timebit: Dominus deus locutus est, & quis non prophetabit? Proœmium faciamus sermonis huius, initium & vatem Amos coadiutorem assumamus ad vsum eorum quæ dicenda proposuimus, qui & ipse olim talibus adflictionibus consuluit, quales nos hodie turbant, vt quid vtile nobis sit consilium ac sententiam nostram exponamus. Nam & ipse propheta in superiorum temporum calamitate maiorum pietatem populo deserente, ac legem & mandata negligente, & ad idolorum sese cultum impudentissimè conuertente, factus est pœnitentiæ præco, ad conuersionem illos adhortatus, & suppliciorum futurorum grauitatem minatus. Mihi quoque vtinam aliquo vsque zelo veteris historiæ liceat vti: exitum verò & excessum qui ob eorum peccatum secutus est, videre nequaquam contingat. Populus enim ille quemadmodum equus indomitus adhuc, durus, ac frenum mordens, minimèque mandatis obtemperans, nõ ad vtilia conuersus, sed è recta excedens via, ac contra aurigam contemptis habenis insultans, per abrupta & confragosa sese præcipitem dedit. Vnde dignam suæ contumaciæ pœnam meritò luit. Quod ne nobis eueniat oro atque obsecro filij charissimi, quos per euangelium genui, quós ve per manuum benedictionem quasi fasciis inuolui. Adsit auditus benignus, anima morigera, adhortationes syncerè admittens, obtemperans dicenti, quemadmodum cera manu obsignantis, vt per hoc vnum studium, & ego monitorum fructum lætitiam capiam, & vos resolutionis vestræ tempore mercedem factam adhortationem laudantes consequamini. Quid igitur est quòd sermo vult noster ostendere? Suspensas enim tenet animas iamdudum audire cupientes, quò se vertat, dum quod expectatur publicare contatur. Cœlum nũc fratres dilectissimi videmus solidum, nudum, ac sine nubibus serenitate sua & puritate nos contristans, quam antea iam desiderauimus, quando profundis coopertum nubibus & procellosos nos reddebat, & sole priuabat. Terra verò iam exiccata ad extremum aspectu est horrida, & ad agriculturam sterilis & infœcunda: deinde ob siccitatem scissa, hiatus patefecit maximos, vt in imis visceribus solis excipiat radios. Fontes plurimi & perennes nos deseruerunt. Fluminum quoque magnorum cursus desierunt. Minutissimi paruuli pedes illos permeant, & mulieres onustæ totos penetrant & transeunt, nostrorum multos potus quoque destituit, ac demum in magnam nos deus viuendi difficultatem constituit. Israëlitæ noui Mosen quærentes nouum, baculúmque illum prodigiorum productorem desiderant, vt rursus diruptæ petræ vsum sitienti populo præbeant: nubes quoque subitæ & admirabiles inauditum mannæ cibum mortalibus irrorent. Timendum sanè nobis, ne malorum exemplum in famis calamitate posteris nostris existamus. Vidi campos steriles, & arẽtia rura dudum sine fructibus, lacrymánsque mœstas edidi querelas, quòd pluuia nobis nulla data est: ex quo nec sata nascuntur, & eodem modo quo ea aratrum occultauit, permanent. Aut si fortè nata, statim tenera æstu sunt absumpta, adeò vt pulchrè illud euangelicum conuerti possit. Operarij quidem multi, messis verò pauca. Coloni per campos sedent manibus genua complexi, qui habitus lugentis est, & aruorum tristi aspectu conterriti suos boúmque labores perditum iri vehementer dolent ac lacrymantur. Mox tenues & aridos germinum calamos considerantes atque attrectantes ad natos & vxores sese vertunt, ac miseros edunt vlulatus, haud aliter quàm si eos ætate florida raptos efferrent. Dicatur igitur & ad nos ab ipso propheta, cuius paulò antè initio sermonis mentionem fecimus. Et ego, inquit, trium mensium pluuiam ante vindemiæ tempus à vobis prohibebo, & pluam super ciuitatem vnam, & super ciuitatem vnam non pluam. Et pars vna inundabitur, & pars altera, super quam non pluam, arescet. Conuenient duæ aut tres ciuitates vt bibant aquam, & non implebuntur, quoniam non conuersi estis ad me, ait dominus. Discamus igitur ex his verbis quod ob auersionem nostram ac negligentiam has nobis calamitates inflixit deus, non extinguere nos quærens, sed emendare castigaréque cupiens more piorum patrum erga desides & iuniores filios: qui irascuntur quidem & excitantur erga adolescentes suos, non mali aliquid eis facturi, sed officiosa castigatione ex ignauis diligentes reddituri, & ad officium deducturi. Aspicite, quæso, nunc, quemadmodum nostrorum pondus peccatorum anni temporumq;

A temporúmque naturas mutauerit, statutásque semel rerum formas in aliena temperamenta nouásque mixturas deduxerit. Hyems solitum humorem cum ficco non retinuit, sed in glaciem tota abiit, niuis & imbris penitus expers. Vernum tempus alteram quidem sui officij partem ostendit, caliditatem dico, humiditatem verò nullam illi coniunxit. Aestus verò immensus, & frigora naturæ leges prętereuntia, ac in nos damnúmque nostrum coniurata mortales ad victus vitæq; simul trahunt discrimina. Quę igitur fratres charissimi, huius tantæ confusionis contrarietatisq; causa, vnde talis rerum temporúmque nouatio vestigemus aliquantulum, mente rationéque vtentes diligenter pensitemus. An non est qui cuncta gubernet? An optimus opifex deus dispensationis suæ oblitus est? An virtutem ac potentiam
B suam amisit? Aut eadem quidem est adhuc potentia præditus, in austeritatẽ verò mutatus, excellentem suam erga nos bonitatem & prouidentiam in odium humani generis conuertit? Nemo profectò sapiens hoc dicet. Sed illæ potius sunt causæ, cur nobis consueta gubernatio sublata sit, quòd cum ex deo accipiamus, aliis non damus. Beneficentiam laudamus, nos hac carentes egentibus desumus. Serui existentes liberamur, & conseruos non miseramur. Esurientes nutrimur, inopibus alimenta negamus. Cum indeficientem promum ac thesaurarium deum habeamus, erga pauperes præparci ac tenaces sumus. Ouium gregem
C fœtura implet, ouibus verò nudos plures esse sinimus. Graues rerum apothecas & cellas habemus: his autem carentes nequaquam respicimus. Hac igitur de causa minatur nobis iustum dei iudicium. Hac de causa & deus omnipotens manum non aperit, quoniam fraternitatis charitatem occlusimus. Ob hoc & campi steriles, quoniã charitas friguit. Supplicantium vox frustra clamat, & in aëra euanescit ac dissipatur. Nam & nos rogantes minimè audimus. Sed quæso, quales sunt nostrę preces? qualis oratio? Viri præter paucos mercaturis vacant, vxores ipsorum ministræ ad officium mammonæ sunt. Pauci admodum mecum ad
D orandum relinquuntur, & hi tędio affecti oscitantésque, ac continuò huc illuc se vertentes: denique obseruantes quando his qui psalmos canit, versus expleat, vt tanquam è vinculis ac aliqua custodia è templo liberentur. Pueri autem parui quid ex hac calamitate publica degustant? qui libellos in scholis relinquentes, & nobiscum conclamantes, remissionem potius ac vacationem à discendi labore nostram communem tristitiam existimant, & cura se aliquantulum assiduitatéque studij leuari, & in libertatem venire propterea putãt. Adultorum verò hominum multitudo ac vulgus peccatis obnoxium per vrbem remissi ac temere discurrunt gaudentes & hilares: qui horum causam malorum in propriis gerunt animabus, calamitatemque hanc ipsi nobis excitant & causantur. Infantes postremò insontes & mini
mè sentientes ad confessionem in templo conueniunt, nec causam dant ipsi de rebus tristibus, neque rursus ab iis nos liberare valent, cum nullam facultatem notitiámque orandi deum habeant. Tu in medium prodi. Tu, inquam, peccatis oneratus humi procidens clama, suspira. Mitte infantes quæ dat ætas puerilia facere. Quamobrem accusatus ac reus absconderis, & eum qui culpa vacat in iudicium pro te statuis? Num illuditur iudex, quòd aliam
E subdititiorum more personam substituis? Oportet quidem illos adesse, sed tecum omnino, non solos. Nonne vides Niniuitas pœnitentes ac flentes, ob ea quæ ipsi admiserunt, ad lonę ex ceti ventre exeuntis exclamationes monitionésue: non solum infantes in medium attulisse, sed ipsos ante omnia in peccatis & delitiis constitutos, parentes vitam exuentes pristinam, ieiuniis & abstinentia sese afflictasse. Loco deinde auctarij & infantes addidisse, ac pati simul flerèque coëgisse, vt luctus omnem ætatem occuparet, & sensu præditam & sensu
F carentem: hanc coactam, illam voluntariam. Ex quo misericors deus ipsos fastus luxúmque ponentes, & humilia sentientes animaduertens, & minas remisit, & pœnas quas daturi erant, auertit, & loco calamitatis lætitiam hilaritatémque publicam tribuit. O tempestiuam pœnitentiam. O sapientem & officiosum luctum. Nam neque ratione carentia à tristitia immunia esse permiserunt, sed ipsa bruta ieiunare, ac questus edere coëgerunt. Vitulus enim à bucula separatus dulci caruit vbere. Agnus paruulus iam sub vlnis maternis non erat. Matres alia, alia fœtus stabula tenebant. Voces inter se miserabiles edebant, vicissimq; conclamabant. Nati sitientes vbera materna desiderabant. Matres verò naturali quadam pietate, misericordiáque commotæ natos mugitu vocitabant. Infantes vicissim sitientes & esurientes vehementissimo eiulatu propè rumpebantur. Grauidæ naturalibus doloribus stimulabantur, & hac ratione pœnitentiam illorum ad communem vitę doctrinam diuinus sermo scriptis mandauit. Senex apud illos lamentabatur, & caniciem suam vellicabat: adolescens & iuuenis

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iuuenis vehementius plorabat: pauper ingemiscebat: diues oblitus delitiarum, adflictionem illam castigationis loco exercebat. Rex ipse Niniuitarum splẽdorem ac gloriam suam in pudorem mutauit, purpura, coronáq; ac sceptro positis, saccum sumpsit, cinere caput inuoluit, throno relicto humi consedit: Peculiari ac regali relicta lautitia, vnà cum populo lamentabatur, quasi vnus è numero multorum factus: quoniam communem omnium dominum iratum conspexit. Hęc itaque erat seruorum sensatorum sapientia: talis erat peccatis obnoxiorum pœnitentia. Nos autem peccata velociter quidem promptóque animo admittimus, pigrè verò postmodum ac serò pœnitentiam agimus. Quisnam orans aut supplex lachrymam ex ore mittit, vt imbrem terris tempestiuum prouocet? Quis scelera relinquens sanctum Dauid imitatur, qui questubus ac lachrymis stratum rigauit? Quis hospitum lauit pedes, aut puluerem ex itinere adspersum absterſit, vt in hac siccitatis calamitate deum exorare valeat? Quis orphanum aliquem paruulum pauit, vt & nobis dominus frugem telluris aleret, velut orphanum ventorum intemperantia percussum? Quis viduæ victus difficultate afflictæ opitulatur, vt alimenta frugum necessaria recipiat? Scinde libellum çris alieni iniustum, vt sic peccatum soluatur. Dele grauissimorum fœnorum nomina, vt terra solitum tibi fœnus reddat. Aere nanque & auro, ac similibus fœcundis metallis præter naturam fœtus edentibus, iure germina, quę naturaliter pariunt, sterilia fiunt, & ad habitantium multam fructibus carent. Nunc igitur ij qui auaritiam tanto studio colunt, & opibus plus æquo inuigilant, ostẽdant nobis quid valeant ipsorum thesauri, quæ sit illorum vtilitas: siquidem supplicium hoc deus longius protracturus sit, quos omnes velociter auro quod cumulant, pallidiores videas: si pane qui ob paratam promptámque copiam heri ab illis & hodie contemni solet, careant. Fac enim ne veneat annona. Ne in apothecis frumentum sit. Quid tibi marsupium ære grauissimum proderit? nonne cum illo peribis? Nonne aurum tuum terra est & inutile lutum, cum corpore luto, & ipso sine vsu iacebit? Omnia possides, sed vno & hoc necessario cares, facultate videlicet teipsum nutriendi. Fac cum tuis opibus omnibus, vt vnam excites nubeculã, vt modicus imber è cœlo descendat, vt terra fructus coacta reddat. Solue, inquam, si potes, insolentibus tuis facultatibus hanc communem calamitatem. Forsan aduocabis aliquem piorũ, qui precibus, vt Helias Thesbites fecit, calamitatis huius molestiam tollat, qui sit homo inops, pallidulus, sine calceis, sine cubili, sine domo, tantum melota contectus: precibus ac supplicationibus pro cibo, continentia verò pro contubernali vtens. Quum in viri similis auxilium te sit opus incidere, nõne multo risu tot diuitiarum tuarum curas persequeris? Num aurum non conspues, & argentum vt stercus eiicies? quod antea omnipotens ac iucundissimum vocans humanis vsibus subuenire omninò putaueras? Sed scias illud cõtra te instare, tèque accusare, ac horum malorum causam dicere, eo quòd se possidens non rectè dispensaueris aut erogaueris, quòd esurientes præterieris, quòd afflictos non respexeris, quòd rogantes non sis miseratus. Per paucos enim mala ærumnæq; ad vniuersum populum sępe perueniunt, & vnius ob noxam tota quandoque gens euertitur. Achar sacrilegium admisit, ac totus est adflictus exercitus. Zambri cum scorto Madianitide cõcubuit, ac Israël pœnas dedit. Igitur filij charissimi, omnes priuatim ac publicè nostras conscientias examinemus, præsenti siccitate veluti pædagogo cuipiam, vnumquenq; nostrũ proprij delicti admonenti attendamus. Dicamus & nos sensatè cum beato Iob: Manus domini est, quæ tetigit me. Potissimum autem calamitatem hanc propriis peccatis adscribamus. Si verò & aliud adiungendum est, fit subinde, vt probationis gratia tales calamitates hominibus infligantur, vt per labores probentur, & de ipsorum fide ac constantia, siue sint diuites, siue pauperes, periculum fiat. Vtrique nanque per patientiam exactè probãtur, quod & hac tempestate potissimum declaratur. Hic si diues ex inope factus, liberalis, beneficus, misericors existat: ille si ex diuite pauper, æquo ferat animo, minimè deũ incuset. Ego nãq; non solum audiui, sed & per experientiam plurimos cognoui, qui donec in vita felices, ac in rerũ copia versantur, ventoq; nauigant secundo: & si non perfecto animo, mediocri saltem omnium datori gratias agerent. Si verò res cõmutentur, vt ex diuite fiat pauper, corporis robur corrumpatur morbo, gloriæ splendor vertatur in ignominiam, maximè tũc ingratos in autorẽ videri, deum verbis sacrilegis incusare, preces ac supplicationes negligere: & non vt domino patriq; castigati gratias agentes, sed vt aduersus debitorem quendã contumacem profanos questus edentes. Sed desine, desine quæso, talia mente cogitationéq; versare. Cumq; deum res insolitas præter naturam & anni tempora ostendentẽ videris, sic tecũ loquere,

loquere, sic existima. Num deest domino facultas fructus edendi, ac homines nutriendi? Quonam modo? Cum sit dominus cœli, ac totius dispositionis rerum & tempora, & anni tempestates dispenset, simulq; omnia gubernet, & quasi chorum quendam probè ordinatũ anni tempestates ita inter se mutua successione disposuerit ac determinauerit, vt varietate sua variis nostris ac differentibus vsibus subsidio sint, & iam pro temporis ratione humectetur tellus: Deinde succedat æstus, & postea frigus suam anni portionem obtineat, & postremò effecerit, vt & siccitatis vsu non careamus. Palàm igitur cum sit, inquis, eũ posse rebus adesse, eásque vti vult administrare, potentiæ bonitatem non esse coniunctam quis dubitet? Nec ista rationem habent. Quænam enim necessitas, si bonus non esset, eum ad creandum hominem impulisset? Quis, inquam, tam vehemens impulsor conditorẽ minimè volentem humum sumere, & ex luto tantam excitare pulchritudinem coëgit? Quis hominis formæ ad imaginem suam iam constitutæ rationem addere suasit, vt artium disciplinarũq; capax esset, & de rebus altissimis philosopharetur, quas sensibiliter nullo modo attingeret? Quin si deo insitam bonitatem rectè consideres, vel hoc tempore (quãquam duro) minimè deficientem videbis. Quis (dic mihi) prohibet hanc quam admiraris siccitatem, non potius esse orbis incendium ac conflagrationem? Solem insuper à via solita errantem, & terrenis propinquantem corporibus omnia cremare? Ignem deniq; de cœlo descendẽtem mortales omneis ob eorum scelera iure punire? Quamobrem te homo, te inquam, considera, tuamq; pensita conscientiam. Nec pueris sub pædagogo cõstitutis similis fias, qui castigatione irati scindunt libellos: patri verò consulenti ac cibum prohibenti vestem concerpunt, vel matris ora vnguibus petunt. Nam & nauclerum tempestas, & athletam stadium, & ducem pugna, magnanimum calamitas, Christianum verò tentatio probat & examinat. Res tristes animã vt ignis aurum arguunt. Pauper es? ne terrearis. Mœror nanq; plus æquo sumptus, peccatorum causa efficitur. Dum mente mœrore sepulta impossibilitatis vertigo, & desperatio suboritur, ex desperatione verò ingratitudo generatur. Sed spem firmã in deum retine. Etenim putas illum angustiam tuam non videre? Victum alimentúmque in manibus quidẽ habet, largitionem verò differre solet, vt constantiæ periculum faciat, & mentem mortaliũ videat an ingratis an scurris & parasitis similes sint. Illi nanq; donec in ore cibum habent, benedicunt, assentantur, admirantur: mensa verò parumper negata, quem paulò antè ob voluptatẽ veluti deum adorabant, maledictis tanquam saxis petunt atque lacerant. Ingredere aliquantulum vetus ac nouum testamentũ: in vtroq; sanè inuenies permultos diuersis nutritos dei prouidentia modis. Carmelus mons sublimis ac desertus Heliam item desertũ habuit, viaticum cibúsq; ei spes erat in deo. Et cum ita viueret, fame tamen extinctus non est, sed auiũ rapacissimi ac voracissimi corui cibum ei attulere: & qui alienas solebant escas inuadere, viro iustissimo ministri fuere: naturæ quoq; obliti in pane carnéque ei afferendis dominico præcepto paruerunt. Quòd aũt ista viro dei attulerint corui, ex sacra historia cognouimus. Lacus item Babylonius iuuenem habuit Israëlitam: captiuum quidem casu, animo verò ac proposito liberum. Ad hunc leones esurientes immissi præter naturã abstinuere. Pauit eum Abacuc ab angelo cum obsoniis longè deportatus: & ne vir sanctus inedia premeretur, tẽporis momento tandem veniendo penetrauit, quantum à Babylonia distat Iudęa. Quomodo rursus populus dei in deserto, præsente Mose, annis quadraginta vixit? Non erat ibi qui sereret, non qui araret, nec bos, nec area, non torcular, non cella penuaria, victum tantum inaratum insatumq; habuere. Aquas etiam non prius visas, sed pro tempore ad vsus erũpentes petra subministrauit. Desino singula dei prouidentiæ monumẽta connumerare, quibus sæpenumero paternum animum erga mortales demonstrauit. Te itaque hortor fili, hanc animo generoso calamitatem more Iob parumper sustine, ne à fluctibus ac tempestate subuertare. Nihil de virtutis præmio quam geris amittas. Vt pretiosum quoddam depositũ gratiarum actionem in anima tua custodias, & recipies tu quoq; duplicem illius iucunditatẽ. Reminiscere Apostolici dicti: In omnib⁹ deo gratias agite. Pauper es? alium videre licet omninò egentiorem. Tibi decem dierum frumentũ, illi vnius est. Tu bonus ac benignus quod tibi superest adiicias vbi deest. Ne verere ex paruo dare. Ne tuum commodum cõmuni præponas periculo. Si enim vnus tantum sit tibi panis, ad fores aũt rogator adsit, deprome illũ: Dãs verò manus in cœlũ tolle, dicq; miserabilia hæc & benigna verba: Vnũ hũc panẽ habeo, quẽ vides domine. Et occasio periculi est. Ast præceptum tuũ mihi propono, & de modicodo fratri esurienti. Da & tu domine periclitanti seruo tuo. Noui tuam bonitatem, tuę potentiæ

Helias à coruis pastus.

Daniel ab Abacuc.

Israelitæ in deserto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tię cõfido,quòd non diu tuã gratiam differes,sed breui quũ tibi placuerit affatim dona tuæ G
magnificentię patebũt.Quòd si ad hũc modũ feceris ac dixeris,nõ dubiũ quin panis hic quẽ
in hac dabis angustia agriculturæ semẽ ac copiã suppeditabit,multũq; tibi ex terra fœnoris
reddet arrabo cibi futuri misericordiæ cõciliator. Dic rursus illud Sidoniæ mulieris verbũ,
quod maximè huic proposito quadrat,opportunæ historiæ illius memor. Viuit dominus,q̃
hunc solũ in domo habeo,quẽ ego & filij mei edamus.Tu quoq; similiter olei lechitũ gratia
dei refertũ habebis,nec minº farinæ hydriã cõtinuò plenã,si ex eo quod habes dederis. Qui
enim dãdo diuinæ gratiæ confidunt,puteos imitantur, qui cõtinuò exhausti minimè defi-
ciũt,sed duplo copiosiores euadũt.Si eges,deo diuiti fac fœneres:crede inquã, illi, qui quod
afflicto datur,perpetuò quasi suæ personæ datũ amplectitur,& de suo reddit, dignus vbiq; fi H
deiussor,terra mariq; apertos habẽs thesauros. Quòd si nauigas,mutuum repetes.In medio
maris fortẽ cũ fœnore capies.Magnificus enim est in dãdo fœnore.Esurietis morbus, fames
inquã,miserabilis est adflictio.Humanarũ calamitatũ caput est fames,cuiusuis mortis gene
re durioré adferens finẽ.In aliis nanq; periculis vel ensis cuspide citò interibis,vel ignis im
petus breuiter vitã extinguit,aut ferarũ dẽtibus mẽbra statim discerpta intereunt,quę quidẽ
doloré morienti minimè protrahũt.At famis diuturnius malũ,ocius torquet, lentius tabe-
facit,sensim occidit.Naturalẽ nanq; humorẽ absumit,calorẽ refrigerat,inatã ac vegetã cor-
poris habitudinẽ deterit, vires paulatim debilitat, ossibus caro velut aranearũ tela cohæret.
Coloris flos sanguine deficiẽte refugit.Albedinis splẽdor è summo corpore discedit,& pal- I
lor ac liuor insurgit.Genua infirma ac per vim tracta conspiciuntur. Vox tenuis & imbecil
lis.Oculi infirmi in suis cauis,nõ secus thecis recõditi,quàm in putaminiº nucesvisuntur.
Ossa tm̃ pelle operta.Venter vacuus ac collapsus tumore, viscerũq; solita productiõe caret,
ac dorsi tantũ ossibus sustentatur & hæret.Igitur faciẽ hanc corporis miserã, qui conniuens
præterit,quali dignus erit pœna?Quod crudelitatis genº prosequi dicetur? Quomodo inter
immanissimas feras nõ cõnumerari vt execrandus ac hominũ interfector dignus erit? Qui
enim morbo periculoso , si liceat non occurrit, eadẽ qua ille qui sibiipsi manus infert,pœna
dãnabitur. Quid fames non cogit? Naturæ leges sæpe peruertere ac transgredi multis suа-
det,& hominũ corporibus vel propinquorũ vesci. Matrẽ quẽ peperit natũ,impulit in vẽtrẽ K
malè recõdere.Quã tragœdiã Iudaica cõmemorat historia,à Iosepho graui autore cõscrip-
ta,quãdo videlicet diræ calamitates Ierosolymitanos pœnas iustas propter impietatẽ in deũ
dãtes apprehẽderunt.Quantũ deniq; cæteræ antecellat charitati esurientem pascere, ex ipso
cõseruatore cõspice:qui quũ alia sæpe prætereat humana incõmoda,esuriẽtes respiciens: Mi
sericordia moueor,inquit,super turbã hanc.Idcirco in extremo iudicio vbi iustos alloquiẽ
ordine primus,& vt cæteris honoratior qui pauperẽ nutrit,accersitur. Qui panẽ adminis-
uit ante omneis promouetur,liberalis deniq; præ cæteris in vitã præmittitur. Ex altera verò
parte & illiberalis ante alios oẽs peccatores igni traditur.Quãobrẽ te fili tẽpus hoc ad paren
tẽ mãdatorũ omniũ vocat atq; expectat.Caue atq; cõsidera ne tãta diei festi & cõciliationis L
opportunitas te prætereat.Fluit enim tẽpus,nec morãtẽ aut incautũ expectat. Properãt dies
isti cũctabũdũ prætercurrẽtes.Atq; vt fluminis impetũ sistere nõ licet,nisi primis fluctibº re-
sistẽs obtẽperantẽ aquã reddideris:sic nec tẽpus suis coërcitũ angustiis retinere,neq; itẽ prę-
teritũ reuocare,nisi à frõte properãte occurrẽs in vsum cõuertas tuũ. Ideo tu quoq; charitatis
præceptũ tanquã aufugiẽs his tibi diebus ad tuã oblatũ salutẽ cõprende & adimple, captũq;
in vlnis asserua tuis.Da parua,vt magna recipias. Solue veteris culpæ reatũ per cibi cõmu-
nicationẽ.Sicut enim malè edẽdo,maleq; cibo vtẽdo Adã peccatũ incurrit:sic in fame labo
rãtibº per cibos opitulãdo à peccatis soluemur.Audite populi christiani atq; attendite: hæc
dicit dominus,nõ quidẽ per seipsum,sed per suos seruos vt instrumenta clamãs, ne nos qui M
rationis participes sumus,brutis crudeliores videamur.Illa nãq; terræ nascẽtibus,vt natura-
liter cõmunibus sine discrimine vtuntur. Nã & ouiũ greges vnũ & eundẽ pascuntur mõtẽ,
equorũ multitudo eundẽ cãpũ.Deniq; singula hoc modo inter se victum necessariũ mutuò
suppeditant.At nos contrà,quæ sunt communia propria facimus : quæ sunt multorum soli
possidemus . Vereamur atque imitemur Græcorum humanum viuendi modum . Apud
nonnullos illorum humana consuetudo vnam mensam , communem alimoniam , do-
mum vnam , frequentem prope populum constituit . Sed externa dimittamus , & tria il-
la millia epulo piscium à domino excepta præcipuè nobis succurrant . Denique cœtum
Christianorum primum illum æmulemur , quibus ab initio communia erant omnia , vi-

Pascere esurientem inter opera pietatis corporea primum.

Græcorum conuictus.

ta, anima

A ta,anima,concordia,mensa item communis,fraternitas indiscreta,charitas non ficta: multa simul corpora vnum faciens,diuersasque animas in vnam concilians voluntatem. Multa (si quæres) alia exempla vtriusque testamenti , quæ sunt ad fraternam dilectionem imitandam,reperies.Si senem esurientem videris,fac nutrias,vt Ioseph Iacob.Si inimico occurras adflicto parce iræ,ne expellas vindictæ cupidus,sed potius nutrias , vt ille quondam fratres à quibus venditus fuit.Quum in iuniorem incideris egentem,funde lacrymas,vt ille super Beniamin fratre senectutis filio . Quòd si forte te auaritia vt regina illa Aegyptia Ioseph, tentauerit,sciderit quoque tibi vestem,vt mandatum diuinum contemnas,vt se,aurum, ac res terrenas amantem contra domini tui præceptum amplectare,vbi cogitatio subierit præ-
B cepto domini repugnans,animúmque sobrium ad auaritiam impellens,&ad negligendam fraternam dilectionem cogens,atque ad se cohibens,rumpe & tu illius vestem, reique indi gnitate motus secede, Domino fidem serua , vt ille Putipharo seruauit . Necessaria cibaria vno anno distribue,vt idem per annos septem.Ne cuncta voluptati tribuas , nonnihil animæ tuæ reserua.Duásque tibi putas esse filias,mundanæ conuersationis prosperitatem & vitam cœlestem.Si meliori cuncta dare nolueris,diuide saltem ex æquo intemperanti filiæ & modestæ:ne videlicet præsentem vitam ita opibus ac delitiis affluentem reddas, vt alteram inopem , ac laceris opertam vestibus relinquas . Vt si te oporteat in conspectum dei nostri ac iudicis Iesu Christi,sponsæ formam ac vitam secundum virtutem habentem venire,noli
C sponsam inornatam sponso offerre:ne cõspiciens ille vultum auertat,despiciat, complexum neget.Sed eam decenti veste ornatam nuptiarum tempori seruabis,vt vnà cum cæteris pru dentibus virginibus charitatis perpetuum ignem , ac lampadą oleo continuo refertam habens,in thalamum recipiatur.Denique vt prophetica illa verba,quæ ad animam tota referri videntur,re atque actione laudabili roborentur:Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate . Audi filia, & vide,& inclina aurem tuam , & concupiscet rex decorem tuum . Hæc Psalmista de humani corporis forma loqui visus, ad animæ decorem rectius traducuntur.Siquidem ex singulis ecclesia diuersam in vnum cogit multitudinem.
D Tu prouide ne præsens ac futurum malè tractes , néve ob cupiditatem ac lucrum inhonestum quod futurum est prodas.Corpus nanque tuum tuæ vitæ notitiam relinquet.In aduen tu verò expectati iudicis tu te ab æterna gloria & multa bonorum fruitione excludes : proq; his ignem tibi perpetuum & pœnas nunquam desituras aperies.Noli putare hæc à me timoris gratia incutiendi more matris aut nutricis alicuius tibi instar inanium terriculamentorum dicta.Nam illæ plorantibus pueris formidanda & incondita quædam minari,vt à cœpta peruicacia desistant . Hæc filij charissimi , non fabula , sed vera narratio infallibili iam antea voce confirmata : quoniam (vt scitis) iota vnum aut vnus apex secundum euangelij
E sententiam non præteribit.Sed & corpus illud quod in loculis sepulchri corrumpitur , resurget : & anima per mortem exclusa corpus iterum inhabitabit . Omnium ratio gestorum diligenter examinata, facta quorumlibet clarè manifestabit , non externis instantibus , sed ipsa conscientia teste,ac palàm accusante:demum ita cuique,vt est meritus,à iusto iudice domino nostro Iesu Christo retribuetur,cui gloria & imperium in æterna secula,Amen.

QVOD DEVS NON EST AVctor malorum.

F PLures doctrinæ modi per psalmorum conditorem Dauid à sacro qui in illo operatus est spiritu,nobis innotuerunt.Nam aliquando animi sui perturbationes narrans propheta,& quemadmodum ea quæ euenerunt generose tulerit,ipsius exemplo patientiæ nobis præceptum clarissimum reliquit:vt quando ait : Quid multiplicati sunt,qui tribulant me domine?Quandoque verò dei bonitatem,& eius auxilij velocitatem,quod vere ipsum inquirentibus præbet,commendat dicens:Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitiæ meæ.Quæ sanè sententia illi similis est,quam alius propheta habet,dicens,Adhuc te loquente dicet:Ecce adsum.Hoc est,nondum vocare destiti,& finem inuocationis aures dei susceperunt . Rursus supplicationes simul & preces offerens deo , docet nos , quemadmodum fas sit in peccatis existentes deum placare Domine ne in furore tuo arguas me,neque in ira tua corripias me.In XII. autem psalmo longum tentationis certa-

o men osten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men ostendens, ait: Vsquequo obliuiſceris me domine in finem, vſquequo auertis faciem G
tuam à me. Et per totum pſalmum nos docet, ne deficiamus in adflictionibus, ſed expectemus bonitatem dei, ſciamúſque quòd ille prudenti quadam diſpenſatione adflictionibus nos dedat, & ſecundum proportionem vnius cuiuſque fidei, probationum inducat menſuram. Quoniam igitur dixit, vſquequo domine, obliuiſceris me in finẽ? vſquequo auertis faciem tuam à me? ſtatim ad malum eorum qui athei ſunt, trãſit: qui ſi quid calamitoſum acciderit, inſtantem in rebus aduerſis dolorem non ferentes, mox ſecum perplexi dubitant an ſit deus, an ſingula videat, vtrum cuiuſque meritis reſpondeat. Deinde vbi ſeipſos viderint in iis quæ nolunt diu detentos, prauum illud dogma intra ſe confirmant, & in ſuis cordibus ita decernunt: Non eſt deus. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Hoc itaque cum H
in animum induxerunt, certatim ad omne reliquum peccati genus ruunt. Si enim nullus eſt inſpector, ſi nullus qui pro meritis vitæ cuilibet tribuat, quid prohibet pauperem conculcare, orphanos necare, viduam & aduenam occidere, omne audax facinus tentare, impuris & abominandis affectibus, omnibus denique pecuinis cupiditatibus inquinari? Idcirco illud, quod talem impietatem quæ deum non eſſe dicit, conſequitur, ſubiungit: Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Impoſſibile nanque eſt à via iuſta aberrare eum qui in ſuo corde dei non obliuiſcitur. Vnde, quæſo, gentes traditæ ſunt in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniant, vt ait Paulus? Nonne, quoniam dixerunt, non eſt deus? Cur in paſſiones ignominiæ ceciderunt, vt fœminæ apud eos naturalem vſum mutauerint in I
eum qui eſt contra naturam, mares in mares turpitudinem operantes? Nonne quoniam mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem volucrum & quadrupedum & ſerpentium? Stultus igitur, & verè à ſenſu alienus eſt qui dixerit: Non eſt deus. Similis item huic eſt, nec quicquam in ſtultitia differt qui deum malorum cauſam eſſe dicit, párque priori ſcelus exiſtimauerit: quoniam ambo bonum deum ſimiliter negant. Alter quidem non eſſe omnino dicit: alter vero non bonum eſſe affirmat. Si enim eſt malorum cauſa, non bonus eſt. Si non bonus, neque deus: itaque vtrobique eſt negatio dei. Vnde, inquit ille, ſunt morbi, intempeſtiuæ mortes, internicies ciuitatum, naufragia, bella, peſtes? Hæc enim mala ſunt, inquit, & omnia dei opera. Itaq; quem aliũ poſſumus præter deum in euẽtibus omnib⁹ K
incuſare? Sed age, quando in vulgatã incidimus quæſtionem, ad aliquod confeſſum ac certum principium orationem adducentes problema hoc ſtudioſius tractemus, & planam & explicatam de ipſo enarrationem facere tentemus. Vnum quidem hoc habere in mentibus noſtris præſumptum oportet, quod, cum ſimus boni dei opificium, & ab illo conſtemus, omnia circa nos tam modica quam magna diſpenſante, nihil nobis accidat illo non volẽte, & quod nihil eorum quæ nobis accidunt malum ſit aut tale, vt melius illo aliquid excogitare queamus. Ex deo, inquiunt, ſunt mortes. Non malum omnino mors eſt, niſi quis malum dixerit peccatoris mortem. Propterea quòd per illam hinc liberati ad infernalia ſupplicia rapiuntur. Rurſus autem apud inferos, quæ ſunt mala, non deum cauſam habent, ſed L
noſipſos. Principium nanque ac radix peccati, in nobis eſt, & in noſtra poteſtate. Nam quibus ſi à malo abſtinuiſſent, nihil omnino graue pati licebat: Iidem ſi in peccatum per voluptatem ruant, quam rationem decentem adducere poterunt, ne ſibi ipſis cauſam pœnarum dediſſe dicantur? Malum igitur aliquod eſt ſecundum noſtrum ſenſum, aliud natura ipſa. Malum itaque natura ex nobis oritur, iniuſtitia, laſciuia, inconſiderantia, timiditas, inuidia, cædes, veneficia, aſtutia, fallacia, & reliqua huiuſmodi omnia, quæ animam ad dei imaginem factam ſolent inquinare, & ipſius pulchritudinem aliquo modo inficere. Rurſus malum dicimus quod triſte durúmque ſenſibus ſit noſtris, vt corporis morbum, plagas, egeſtatem, ignobilitatem, pecuniæ damna, domeſticorum amiſſiones: quorum quodlibet nobis à M
ſapientiſſimo & optimo domino ad vtilitatem inducitur. Diuitias quidem aufert iis qui male illis vtebantur, inſtrumentúmque illis iniuſtitiæ fuerant. Morbum inducit iis, quibus magis expedit membra habere impedita, & impetus ad peccandum tardiores. Mors venit, vbi finis adeſt vitæ iam expletæ, quem cuilibet ab initio fixit iuſtum dei iudicium, longè noſtram vtilitatem proſpicientis. Fames & ſiccitates & inundationes, communes quædam ſunt ciuitatum ac gentium plagæ, hominum peccata immodica punientes. Vt enim benefacit medicus etiam vbi corpori moleſtiam & dolorem infert (cum morbo nanque bellum gerit, non cum ægroto.) Sic & bonus deus ſalutem omnibus per caſtigationem ac pœnam diſtribuit. Tu vero nequaquàm medico iraſceris, ſi ex membris hæc incidat, illa vrat, alia à
corpore

Nihil malũ eorum quæ patimur.

De malo duplici.

A corpore omnino amputat: ſed & pecuniam illi numeras, & ſeruatorem vocas, quòd in parua corporis parte morbum curet, priuſquam ad totum corpus morbus perueniat. Quando ciuitatem videris propter inhabitantes concuſſam, aut nauigium vnà cum hominibus in mari diſſolui, contrà verum medicum & ſeruatorem blaſphemam linguam mouere noli dubitas: quum te intelligere oporteat, quòd ij morbi laborantium hominum ad curæ beneficentiam & vtilitatem aſſumuntur, qui & moderati ſunt & ſanabiles. Quando verò medicam curam ſuperat morbi malitia, neceſſaria eſt inutilis membri alienatio, ne morbi eius continuatio cætera corporis vitalia percurrat. Ex quo inciſionis aut inuſtionis non medicus eſt cauſa, ſed morbus. Sic item ciuitatum interitus ex nimia peccantium peruerſitate o-
B riginem habentes, deum ab omni querelæ cauſa liberant. At, inquis, ſi malorum non eſt cauſa deus, quomodo dicitur: Ego ſum qui paraui lumen, & feci tenebras: faciens pacem & creans mala? Et rurſus: Deſcẽderunt mala à domino ſuper portas Hieruſalem, & Non eſt malum in ciuitate quod deus non fecerit. Et in magno cantico Moſis: Videte quòd ego ſum, & non eſt deus, præter me. Ego interficiam, & viuere faciam: percutiam & ego ſanabo. Sed nihil horum apud eos qui rectè ſcripturæ ſenſum tenent, dei vt malorum autoris accuſationem habet. Qui enim dicit: Ego præparo lumen, & facio tenebras: creationis autorem ſeſe per hæc, non mali alicuius conditorem ſignificat. Ne igitur exiſtimes aliam lucis, aliam verò tenebrarum cauſam eſſe: ſeipſum dixit eorum quæ contraria inter ſe videntur, ſecundum
C creationem factorem & opificem eſſe: ne quæras alium ignis & alium aquæ, alium aëris & alium terræ opificem, quòd hæc ob qualitates contrarias inter ſe quodammodo pugnare videantur. Quod iam quidam ita eſſe ſentientes in plurium deorum opinionem venerunt. Facit autem pacem, & creat mala. Maximè quidem in te pacem facit, quando per bonam doctrinam tuam ſerenat ac tranquillat mentem, & affectus aduerſus animam inſurgentes conciliat. Creat autem mala, hoc eſt, tranſmutat ipſa, & in meliorem ſtatum exitúmque deducit, vt iam mala eſſe deſinant, bonique naturam accipiant. Cor mundum crea in me deus. Non dicit: Nunc crea, ſed in malitia inueteratum renoua: & vt duo creet, in vnum nouum hominem, non vt ex non exiſtente faciat, ſed vt non exiſtentes mutet atque renouet: & ſi
D qua in Chriſto noua creatura. Et rurſus Moſes: Nonne ipſe pater tuus qui poſſedit te, & fecit te, & creauit te? Clarè hic poſt facturam creatio conſtituta nos docet, creationis nomen ſæpenumero pro renouatione poſitum eſſe. Itaque pacem faciens: ſic pacem facit, ex eo quòd mala creat. Hoc eſt, ex eo quòd mala in meliorem reducit ſtatum. Deinde ſi pacem intellexeris eam ſecuritatem, quæ ſublatis bellis datur, & malum dicas labores, qui bellum gerentes ſequuntur, expeditiones extorres, vigilias, ſudores, vulnera, cædes, captas ciuitates, in ſeruitutem redactiones, miſerabilia captorum ſpectacula: denique quæcunque triſtia in bellis eueniunt: dico iuſto dei iudicio fieri aduerſus eos, qui digni ſunt ſupplicio, quod per bella infligitur. An tu non vis flagrâſſe Sodoma poſt impietates illas & flagitia? An non cecidiſſe
E Hieruſalem & templum deſolatum poſt horribilem in dominum crudelitatem? Fieri autem aliter iſta quomodo fas erat, niſi per Romanorum exercitum, quibus Iudæi propriæ ſalutis inimici dominum noſtrum tradiderunt? Ex quo quandoque mala ex bello iis qui digni ſunt iure infliguntur. Illud quoque conſidera: Ego interficiam, & ego viuere faciam. Percutiam, & ego ſanabo. Recipe verbum, ſi vis, ita vt ex ſententia promptum eſt. Timor enim ſimpliciores ædificat. Percutiam ego, & ſanabo. Et hoc ſeorſum conſiderare profuerit, vtpote quòd plaga timorem generet, ſanitas vero ad charitatem excitet. Licet attamen tibi altius de his quæ dicta ſunt ſentire. Ego interficiam, peccato videlicet, & viuere faciam, iuſtitiæ. Quantum enim exterior homo noſter corrumpitur, tantum interior renouatur. Non igitur alium interficit & alium viuificat: ſed eundem per ea quæ interficit viuificat. Itémque
F per eà quæ percutit ſanat, ſecundum prouerbium illud: Quoniam tu baculo ipſum percutiés, & animam eius ex morte liberabis. Caro igitur percutitur, vt anima ſanetur. Peccatum perimitur vt iuſtitia viuat. Illud autem quod ſuprà memorauimus: Deſcendunt à domino mala ſuper portas Hieruſalem, ex ſeipſo habet expoſitionem. Quæ mala? Sonitus curruum & equitum. Quando autem audiueris: Non eſt malum in ciuitate quod dominus non fecerit, intellige hic mali nomen vexationem ac calamitatem ſignificare, quam deus peccantibus ad delicta corrigenda infligit. Adflixi, inquit, & fame preſſi, vt benefaciam antequam per intemperantiam prorſus perdantur, & iniuſtitiam cohibui, quemadmodum flumen forti quodam ſolet obice & obſtaculo contineri. Hac itaque de cauſa ciuitatum ac gentium

Ego præparans lumen & faciens tenebras.

Poſſidens mala.

Universidad de Deusto
Biblioteca

morbi, siccitates aëris, terræ sterilitates, ac qui cuilibet in vita duri casus emergunt: quæ o- G
mnia ne malum vlterius progrediatur, efficiunt. Talia itaque mala à deo immittuntur ve-
ris ac natura ipsa malis resistentia. Huiusce modi nanque secundum corpus afflictiones &
externæ molestiæ ad peccati compescendam licentiam à domino excogitatæ sunt. Extin-
guit ergo deus malum, non est ex deo malum: quoniam & medicus morbum tollit, non
morbum corpori infligit. Ciuitatum verò interitus, terræmotus, inundationes, exercituum
clades, naufragia, & omnes denique calamitates illæ, quibus magna hominum multitudo
simul absumitur, siue ex terra, siue ex mari, ex aëre, ex igne, seu quacunque nascuntur causa
propter superstites ad sobrietatem reducendos eueniunt, ipso deo publicis pœnis publicam
Nihil malũ nisi peccatũ castigante iniquitatem. Malum itaque propriè peccatum, hac verè dignum appellatione à H
nostra voluntate pendet: propterea quòd in nobis situm est vel abstinere à malitia, vel ma-
lum committere. Reliqua verò quæ appellantur mala, partim ad exercendos dantur bonos,
& declarandam fortitudinem (quemadmodum Iob filiorum priuatio, totius substantiæ bre
ui tempore amissio, corporis plagæ ac cicatrices) partim vt medela eorum qui deliquerunt,
sicuti Dauidi accidit domus confusio, iniustæ cupiditatis pœnas danti. Rursus autem aliud
ex iusto dei iudicio malorum, hoc est, pœnarum genus prouenire cognouimus, ad homines
in vitium pronos prudentiores faciendos, vt Dathan & Abiron terra viuos deuorauit, bara
thris & hiatibus telluris subtus apertis. Nam hic quidem ipsi propterea nihilo meliores eua
serunt: (quomodo enim, quum ad infernum descenderint) attamen reliquos exemplo cau- I
tiores prudentioresque reddiderunt. Sic & Pharao vnà cum omni exercitu in mari periit.
Sic demum deleti sunt qui Palæstinam antea inhabitârunt. Ex quo quanquam dicit Aposto
lus vasa iræ apta in perditionem, ne facturam Pharaonis malam fuisse existimemus. Nam
Vasa quid per metaphoram significent. ita culpa iustius transferretur in ipsius conditorem. Sed vbicunque audieris vasa, intellige
quòd nostrum quilibet ad aliquem factus est vsum. Quemadmodum in magna domo vas
aliud est aureum, aliud argenteum, aliud testaceum, ligneum aliud. Huiusce modi ergo ma-
teriis voluntas cuiusque comparatur. Nam vas aureum is est, qui mente moribúsque sim-
plex ac sine dolo est. Argenteum item, qui illo paulò est inferior dignitatis ac pretij æstima-
tione. Testaceum est ac figulinum, qui terrestria sapit, & frangi conterique sit aptus. Ligne- K
um, qui per peccatum facilè sordet: & igni æterno materiam præbet. Sic etiam iræ vas est,
qui omnem in se diaboli operationem quasi vas quoddam suscepit, & propter fœtorem
quem habet ex corruptione ad nullum vsum aptari potest, sed dignus est qui pereat. Quam-
obrem quando iam ipsum Pharaonem conteri erat opus, sapiens animarum nostrarum re-
ctor vsque adeò illum sustinuit, vt clarum celebrèque omnibus exemplum esset, & aliis vti-
lis ob mala tolerata (quando ipse propter nimiam malitiam insanabilis erat) redderetur.
Obdurauit eum longanimitate, ac pœnæ dilatione ipsius intendens malum, vt ad extremũ
eius iniquitate ad summum glisscente, iustius super eum dei iudicium ostenderetur. Idcirco
plagas modicè quidem ab initio infligens, ac paulatim adaugens eius duritiem minimè fle L
xit, quin reperit eum & initio dei contemptorem, & illatas pòst pœnas ex consuetudine to-
lerantem. Et ne sic quidem morti illum tradidit, donec ipse sese præcipitem dedit, dum cor-
dis arrogantia fretus iter iustorum ausus est ingredi: ac existimauit quemadmodum popu-
lo dei, sic & sibi mare rubrum permeabile fore. Hæc itaque tu frater cognoscens, & apud te
mali species distinctas habens, nosce vnum omninò verè malum esse peccatum, cuius finis pe-
ditio est: & alterum apparens tantum malum sensibus afflictionem præbens, vim alioqui
boni habens: quemadmodum sunt calamitates & incommoda, quæ vim peccata coërcendi
habent, quorum fructus salus est animarum æterna. Desine diuinam incusare prouidentiã,
nec omninò velis deum substantiæ mali autorem putare, aut aliquam mali subsistentiam i- M
maginari. Non enim subsistit, velut animal iniquitas, neque ipsius essentiam enypostaton
statuere possumus. Nam malum boni priuatio est. Oculus creatus est, cæcitas ex oculorum
perditione prouenit. Ex quo nisi oculus corruptibilis fuisset naturæ, nunquam cæcitas suc-
cessum habuisset. Sic & malum in propria subsistentia non est, sed in animæ læsionibus gi-
gnitur. Non enim ingenitum est, vt impiorum est opinio, par conditione bonæ naturæ ma-
Contra Eunomium. lum ponentium. Nam si ambo sine principio & generatione priora sunt, ex quo nec facta.
Si autem omnia ex deo quomodo malum ex bono? Non enim turpe ab honesto, neque vi-
tium à virtute. Lege mundi creationem, & inuenies ibi cuncta bona, imò valde bona. Non
ergo malum cum bonis creatum est. Sed neque creatura intellectiua à deo facta cum ini-

quitate

A quitate commixta est. Si enim corporalia in seipsis malum simul creatum non habuerunt,
quomodo intelligibilia tantum & puritate ac sanctitate differentia communem cum malo
hypostasim habuissent? Sed est malum omninò, & ipsius palàm fit actus per omnem vitam
diffusus. Vnde igitur, inquies, habet essentiam, si neque sine principio est, neque factum est.
Interrogentur talia quærentes, Vnde morbus? vnde corporis læsiones? Non enim ingenitus
est morbus, neque item dei opus. Sed bene creata sunt animalia conuenienti eis præpara-
tione secundum naturam, & membris distincta in vitam prodierunt. In morbos verò secun
dum naturam ceciderunt à sanitate deficientes, vel ob malam diætam, seu ob aliquam aliã
causam, quæ corporibus accidere solet: corpus itaque deus fecit, morbum minimè fecit. Et
B animam similiter deus fecit, non autem peccatum. Vitio autem anima cõtaminata est de- Quomodo
generans ab eo quod ex natura facta est. Quod autem erat illi peculiare bonum? Quòd deũ peccatum ir
habebat assiduè coniunctum, illiq; per charitatẽ coadunata erat: qua excidens variis & mul repsit in a-
timodis se malis contaminauit. Vnde autem omninò mali capax est? Quoniam libero facta nimam.
est arbitrio, quod creaturæ rationis participi maximè conueniebat. Soluta enim hæc omni
necessitate, & vitam in sua potestate constitutam ex deo accipiens, propterea quòd ad ima-
ginem eius creata est. Bonum quidem intelligit, & iucunditatem illius nouit, potestatemq;
habet ac facultatem in boni contemplatione & spiritualium fruitione manendi, ac vitam
sibi connaturalem conseruandi. Habet autem & à bono deflectendi quandoque facultatem.
Hoc autem ei contingit quum beatæ oblectationis satietate affecta, & veluti veterno quo-
C dam grauata, ac è statu superiore delapsa, turpibus se carnis libidinibus immiscet. Erat ali-
quando Adam in sublimi non loco, sed arbitrio, quando statim anima sumpta in cœlum læ
tus aspexit, ex iis quæ vidit maximè gauisus, ac eum vehementer amans, à quo beneficium
tantum & æternæ vitæ fruitionem acceperat: qui paradisi interesse delitiis, & æquè cum an-
gelis & archangelis regnare ac viuere, & diuinæ vocis participem esse dederat. Cum his o-
mnibus per deum potiretur, statim rebus omnibus refertus, quasi præ satietate eluxurians
quod videbatur oculis delectabile intellectuali pulchritudini prætulit, & ventris saturitatẽ
spiritali delectatione potiorem habuit. Ex quo statim è paradiso pulsus, extra beatam illam
D fuit vitam. Non ergo ex aliqua necessitate, sed suapte temeritate malus est factus. Quapro-
pter & propter prauam voluntatem peccauit, propter peccatum verò mortuus est: stipendia
nanque peccati mors est. Quantum enim abstitit à vita, tantum morti propinquauit. Vita
nanque deus, vitæ verò priuatio mors. Itaque mortem sibi Adam ob discessum à deo para-
uit, secundum quod est scriptum: Ecce omnes elongantes abs te peribunt. Quamobrem sa-
nè apparet deum mortem nequaquam fecisse, sed nosmetipsos ex mente praua nobis ipsis
eam spõte attraximus, quam deus ob eas quas suprà narrauimus causas minimè prohibuit,
ne immortalem in nobis morbum conseruaret. Quemadmodum vas figulinum rimas ostẽ
dens, non prius igni ad perficiendum traditur, quàm à figulo reconcinnetur emendeturq;.
E Sed cur, inquis, huic vasi non insitum est vt peccare non possit, vt etiam nobis volentibus Cur de*pec
facultas peccandi desit? Quoniam, inquam, & tu seruos non quãdo vinctos in custodia reti candi facul
nes, benevolos esse tibi existimas, sed cum sponte omnia quæ erga te oportet, videris agere. tatem homi
Sic item deo eum puta fore amicum, non qui coactus, sed qui sponte sua virtuteq; illi obtẽ ni non eri-
perat. Virtus verò ex voluntate perficitur, non ex necessitate. Voluntas autem ab illis pẽdet puit.
quæ in nobis sunt sita. Quod verò in nobis situm est, voluntarium & spontaneum est. Qui
ergo factorem reprehendit, quòd non tales nos natura fecit, qui peccare nequeamus, nihil
aliud opinari videtur, quàm naturam ratione carentem ea quæ rationis est particeps esse po
tiorem: & illa quæ non mouentur, nec mente ducuntur iis quæ eligunt, iudicant, conferunt,
F omnino præstare. Hæc & si per transitum, attamen non ab re dicuntur, ne in profundũ ina-
nium cogitationum ruens, præterquam quòd quæ inquiris non assequeris, deum etiã amit-
tas. Desinamus ergo eum qui sapiens est velle corrigere. Desinamus, inquam, meliora quàm
deus fecerit indagare. Quòd si ob nostri ingenij debilitatem omnia dei consilia sigillatim
ratione attingere nequimus, illud attamen animis nostris infixũ ac in confesso sit, nihil ma
lum ab eo qui bonus est, fieri. Hinc consequenter alia quæstio de diabolo nascitur: Vnde dia A libertate
bolus sit, si non ex deo sunt mala. Quid igitur dicemus? Satis facilis est responsio. Eadem o- voluntatis
mnino ratio nobis ad istam quoque quæstionem satis erit, quam & de hominis iniquitate peccatum
suprà commemorauimus. Vnde enim iniquus est homo? Ex ipsius libera voluntate. Vnde prorepsit tã
malus diabolus? Ex eadem penitus causa. Habebat enim & ipse liberam vitam & insitam in angelum
quàm in ho
minem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi potestatem,aut deum sequendi,aut à bono discedendi.Gabriel angelus à deo iugiter ste G
tit:Satan item angelus ex ordine suo prorsus cecidit. Et illum propria voluntas in cœlo re-
tinuit,hūc verò volūtatis libertas cœlo deiecit.Poterat enim & ille à deo deficere,& iste nō
excidere. Sed illum insatiabilis dilectio dei seruauit: hunc à deo relictum esse ostendit per
peccatum alienatio. Malum igitur hoc tantum, à deo alienatio. Nam parua quidem oculi
conuersio,paruus nutus,vt solis particeps aliquis existat,vel in vmbra remaneat,facit.Nam
& illic in promptu est, vt suspiciens illustretur:auertens verò intuitum necessario in tene-
bris erit. Sic & diabolus malus deo aduersatur, non ex natura, sed mala voluntate habens
malitiam.Quæris igitur vnde illi sit contra nos bellum? Quoniam cum omnis ipse mali
promptuarium existeret, inuidiæ quoque morbum in se recepit,& inuidit nobis illatum ho H
norem,nec facilè tulit vitam in paradiso beatam ducere. Quamobrem dolis hominem ag
gressus, eadem ambitionis cupiditate, quam ipse ab initio habuit, velle similem esse deo,
hac rursus ad decipiendum nos vsus lignum ostendit, per cuius degustationem pollicitus
est hominem similem fore deo.Si comederitis,inquit, eritis veluti dij malum ac bonum co
gnoscentes.Non inimicus igitur nobis à deo constitutus est, sed ipse ex inuidia sese nobis
opposuit. Animaduertens enim se ex angelorum ordinibus expulsum, non tulit terrenam
creaturam ad angelorum dignitatem per virtutis profectum exaltari. Quoniam itaq; ini-
micus est factus,inimicitiam nobis deus erga illum indidit,vbi serpenti quo ille malus abu
sus fuerat, dixit, sed ita, vt minas ad Satanan referret:Inimicitiam ponam inter te & inter I
semen illius. Reuera nanque noxiæ sunt amicitię quæ cum malitia contrahuntur. Nam ea
est amicitiæ huius lex & vis,vt per similitudinem malitiam coniunctis indat.Quamobrem
rectè prouerbium dicit:Corrumpunt bonos mores colloquia praua.Quemadmodum enim
in pestilentibus locis sensim attractus aër latentem corporibus morbum iniicit: sic item in
praua consuetudine ac conuersatione maxima nobis mala hauriuntur, etiam si statim incō
modum non sentiatur.Idcirco nobis aduersus serpentem irreconciliabilis indita est inimi-
citia.Si autem instrumentum hoc tanto dignum odio est,quanto magis illi nos qui serpen
tem adegit,aduersari oportebit?Sed cur,inquis,lignum hoc in paradiso fuit, per quod nos K
diabolus tentaturus erat?Si enim deceptionis escam ac materiam non habuisset, quo nam
modo nos sibi obtemperando ad mortem deduxisset? Quoniam mandatum esse oportuit,
vt nostram erga deum probaret obedientiam. Ideo planta pulcherrimis fuit fructibus sca-
tens,vt in abstinentia voluptatis animi continentis virtutem ostendentes, patientiæ coro-
nam promereremur.Cibum autem non solū præcepti contumacia secuta est,sed etiam nu-
ditatis cognitio.Comederunt,inquit,& aperti sunt oculi eorum,cognouerunt; quòd nudi
essent.Oportebat enim se nudos minimè cognouisse,ne mens hominis ad eorum cupidita-
tem quæ deesse viderentur,traheretur. Amictum nanq; nuditatis defensionem solatiumq;
esse existimauit,& omninò per carnis curam ab obseruantia dei abstractus est. Cur, inquis, L
non statim eis ab initio amictus sunt præparati? Quoniam hæc nec naturalia esse, neq; ex ar
te decebat.Nam naturalia propria sunt brutorum,vt pennæ,setæ,pellium crassitudines, quę
& frigoribus resistunt,& æstus ferunt,in quibus nihil alterum ab altero distat,æquali omni-
bus natura existente.Homini autem secundum proportionem in deum charitatis præstan-
tior bonorum distributio conueniebat. Quæ verò ex arte sunt opera, negotium generant,
quod vt maximè homini noxium,vitandum erat.Quamobrem deus nos ad paradisi vitam
reuocans,ex animabus nostris curas euellere conatur,dicens: Nolite animæ vestræ cogita-
re quid edatis,aut corpori quid induamini.Neque itaque vestis ei ex natura, neque ex arte
conueniebat.Sed alia parata erant,si virtutem ostendisset homo, insignia quæ ex gratia dei
erant illum illustratura,vtpote fulgores quidam,quales sunt angelorum, qui omnem florū M
varietatem,omnem astrorum claritatem superarent. Hac igitur de causa non vestes ei sta-
tim præbitæ:quoniam virtutis præmia illi reposita erant, quæ consequi vis diabolicæ tenta-
tionis non permisit. Aduersarius igitur nobis est diabolus,ob antiquam ex eius insidiis rui-
nam,ita domino disponente,vt cum illo luctaremur. Itaque per obedientiam nos renoua-
uit,vt de inimico triumpharemus.Vtinam quidem non esset factus diabolus, sed in eo or-
dine quo ab initio constitutus fuit,remansisset. Postquam verò ab autore suo defecit, inimi
cus dei,inimicus item hominis ad ipsius imaginem constituti factus est. Nam ideo misan-
thropos existit,& ideo deo rebellis.Nos verò vt eius opus odio persequitur, vt eius imaginē
insectatur.Ille igitur sapiens & prouidentissimus rerum humanarum dispensator eius vti-
tur ad

Cur lignū vetitum posuerit deus in paradiso.

Cur deus Adę amictū nō dederit.

A tur ad nostram exercitationem malignitate, quemadmodum medicus viperæ veneno ad
salutarem medicamentorum præparationem.Sed quis nam erat diabolus? Ex quo ordine?
Ex qua dignitate?& vnde Satanas cognominatur? Satanas igitur quòd bono aduersetur,
appellatur. Id enim significat vox Hebræorum, sicut in libris Regum dicitur: Excitauit,
inquit,dominus Salomoni Satan,Ader regem Syrorum. Diabolus verò dicitur, quoniam
idē & in peccato nobis cooperatur, & accusator noster est. Gaudet ex interitu nostro,nosq;
eorum gratia quæ commissa sunt,traducit. Natura autem ipsius incorporea est secundum De natura
Apostolum,dicentem:Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,sed aduer diaboli.
B sus spiritalia nequitiæ.Dignitas verò ipsius principalis est. Aduersus enim principes & po-
testates,inquit,aduersus rectores tenebrarum harum. Locus autem principatus aër,sicut idē
memorat:Contra principatus & potestates aëris,spiritus qui operatur nunc in filios† inobe †Diffidētiæ
dientiæ. Idcirco & mundi princeps appellatur, quoniam circa terras est eius imperium,
quod & dominus ipse testatur:Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps mundi huius eii-
cietur foras. Et rursus: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quo-
niam autem dicitur de exercitu diaboli ab Apostolo: Spiritalia nequitiæ in cœlestibus: sci-
re oportet quod scriptura cœlum aërem solet appellare,vt est illud: Volatilia cœli. Et alibi:
Ascendunt vsque ad cœlos,hoc est,in aëris sublimitatem longè tolluntur.Ideo dominus Sa
tanan vidit vt fulgur de cœlo cadentem, hoc est ex proprio principatu ad ima ruentem, vt
C planè ab iis qui in Christo sperant conculcaretur. Dedit enim discipulis suis virtutem ser-
pentes ac scorpiones conculcandi, & contra omnem inimici potentiam. Quoniam itaque
ipsius impia tyrannis expulsa est, & locus hic terrestris ob salubrem eius passionem purga-
tus est,qui omnia quæ in cœlo sunt & in terris pacauit: deinceps nobis regnum cœlorum
nuntiatur,Ioanne dicente:Appropinquauit enim regnum cœlorum. Item domino vbique
euangelium regni prædicante, & antea clamantibus angelis: Gloria in excelsis deo, & in
terra pax. Sed & ingrediente Hierosolymam domino nostro collætantes Iudæi clama-
bant:Pax in cœlis,& gloria in altissimis.Denique mille sunt victoriæ huius voces,quæ vlti-
mam inimici euersionem testantur,vt iam nullum negotium aut certamen nobis relictum
sit ad superos conscendendi.Iam via facta est,impedimentis aduersarij sublatis, qui à bona
D nos via auertebat,& deinceps lætam continuationem habemus, & de ligno vitæ continuò
degustamus. Cuius nos esse participes ab initio per serpentis insidias non licuit.Ordinaue-
rat enim deus ardentem gladium,qui huius ligni vitę viam custodiret.Quem nos alacriter
sine impedimento prætereuntes,facile in bonorum omnium degustationem & fruitionem
ingrediamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in æterna secula,
Amen.

E

HOMILIA DE IRA.

QVemadmodum in medicorum præceptis quando appositè & ex artis ratione fiūt,
post experientiam vtilitas illorum potissimum ostendi solet: sic & in spiritualibus
monitionibus postquàm præcepta exitum testimoniis comprobatum ostende-
runt, tunc eorum vtilitas ad vitæ illorum qui admonentur correctionem & eru-
ditionem manifestatur. Audimus enim in Prouerbiis palàm scriptum esse: Ira sapientes Ira mala.
perdit. Audimus item apostolicum dictum: Ira & omnis indignatio & clamor à vobis
abscedat cum omni malitia.Et dominum dicentem:Si quis irascitur fratri suo temerè,reus
F erit iudicij.Igitur si quando nos hoc virium tentauerit, idq; non ex nobis, sed extrinsecus
instar inopinæ procellæ in nos irruens, tum potissimum diuinorum præceptorum admira-
bilem veritatem agnoscemus, dantes ipsi quidem locum iræ, tanquam exitum violen-
to cuidam torrenti, discentes tamen tacitè turpem eorum tumultuationem qui hoc ma-
lo tenentur, agnoscemus re ipsa verbi sacri dexteritatem: nempe quòd vir iratus fœ-
dus aspectu sit. Quando enim semel iræ perturbatio mentem præcipitans imperi-
um animæ sumpserit, hominem penitus in feram conuertit, nec hominem qui ra-
tionis sit compos esse sinit. Quod enim venenum virus emittentibus erit, hoc item
& furor animo irritatis ac perturbatis. Impetu feruntur, insiliunt, rabie vt canes afficiun-
tur,punguntur vt scorpij,mordent vt serpentes.Nouit & scriptura eos qui hoc vitio tenen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, ferarum appellatione vocare,quibus seſe ob peruersitatem similes ac familiares reddi- G
derunt. Nam & canes,& serpentes, & genimina viperarum, & his similia nominat.Qui e-
nim ad mutua inter se eiusdem generis parati sunt inferenda incommoda, iure feris ac ve-
nenatis ascribi possunt, quibus ex natura continuum aduersus homines odium inest.Effre-
nes linguæ, ora incustodita, incontinentes manus, contumeliæ, probra, accusationes, ver-
bera , & alia eiusmodi quæcunque quis enumerare poterit, iræ sunt ac furoris fructus . Ob
Irati sui im- iram ensis acuitur, mors homini ex homine venit, fratres inter se ignorantur , parentes ac
memores. liberi naturæ obliuiscuntur.Sed & ante omnia seipsos haud agnoscunt irati,deinde neque
quotquot habent necessarios. Quemadmodũ enim torrentes ad curua loca decurrentes se-
cum obuia quæque trahunt : sic & iratorum impetus violenti & instabiles omnia similiter
percurrunt atque obruunt.Non eis senectus venerabilis, non vitæ virtus,non generis pro- H
pinquitas,non acceptæ iam gratiæ , non denique quicquid aliud quamuis æstimandum in
honore est . Momentanea quædam insania est ira . Quin & maximum se in malum sæpius
coniiciunt , & studio vindicandi seipsos negligunt . Eorum nanque memoria quibus læsi
sunt, velut œstro quodam incitati,& animo exacerbato atque æstuanti non prius desinunt,
quàm incommodum aliquod infestanti infligant:vel ipsi (si id contingat) accipiant:quem-
admodum sæpe euenit,vt quæ per vim tentata sunt,plus accipiant incommodi quàm infe-
rant. Quis enim in ea se mala coniiceret , quæ ira feruidi homines quauis occasione voci-
ferantes & exasperati subeunt atque tolerant?Nam & omni fera venenata impudentius ru- I
unt, nec prius desistunt quàm aliquo magno malo & intolerabili,ira intumescente, æstuan
tem exatient animum.Neque enim ensis acies,neque ignis,neque horrendum aliquid,ani-
mum ira intumescentem ac furentem satis compescere valebit: non magis quàm à dæmo-
nibus detenti , à quibus irati nihil , nec forma, neque animi affectu differunt.Nam iis qui
ad vindictam anhelant , ita quidem circum præcordia sanguis feruet , quasi vi ignis ebul-
liat & exæstuet . Supernè vero accensa facie alio aspectu visendum exhibet iratum , eam
formam quæ omnibus consueta est & nota , quasi larua quadam , vt in scena fieri solet,
prorsus immutans:oculi consueti non apparent , sed ignei micantèsque dentes acuunt,ve-
luti sues grassantes: vultu sunt liuenti sanguine suffuso. Oris tumore increbescente venę ob K
turbati intra viscera spiritus angustiam disruptæ . Vox aspera & intensa , sermo inconstans
& confusus , ac temerè cadens,nec concinnè, nec significanter,ne ex parte quidem prola-
tus.Postquàm verò ira sicut flamma, sicca materia succensa iritantes inuasit , tunc nec ser-
mone dicenda,neque referenda videre licet spectacula.Manus quidem erectas etiam aduer
sus contribules,& per omnes corporis partes distractas: pedes extra omnem ordinem & ab
re certatim discurrentes , denique partes corporis omnes insaniæ instrumenta factas .Si aũt
pariter aliquem ex aduerso concurrentem inueniant , irámque mutuam inter se exerceant,
ea patiuntur quæ fas est eos pati, qui sub tali dæmone contendunt ac certant . Membro-
rum mutilationes , vulnera , mortes præmium pugnæ ferunt . Cepit qui primus manibus L
iniuriam intulit : alter vlciscitur : hic instat: ille non cedit : corpus obiter vulneribus peti-
tur . Ira verò facit vt dolor & incommodum minimè sentiantur . Non enim damna cor-
poris aut sensum curant , cum omni studio & omnibus viribus sint animo tantummodo
ad vlciscendum commoti & excitati.Ne fratres dilectissimi malum malo curate, neu con-
tendite inuicem calamitate mutua vincere.In rixa enim is inferior est,qui victor est,ac pec
catis longè grauior discedit.Noli ergo malam referre gratiam,neque mali mutui restitutor
esse.Contumeliam intulit iratus, vince, amouéque silentio malum.Tu autem contra facis,
qui velut vndam fluentem illius iram in cordis penetralia suscipiens , ventos imitaris con-
tra flatibus aduersis resistentes.Noli tuo aduersario pro magistro vti, nec quem odio prose M
quaris hunc æmulari,nec fieri veluti speculum irati velis,illius formam in teipso ostendẽs.
Rubicundus ille est ob irã,tu minimè ruborem præfers?Illi sanguinei oculi?tui quietè ac cũ
grauitate aspiciunt.Vox illi aspera?tibi mitis?Neque enim sic in locis desertis echo in ipsos
clamantes intempestiuè infringitur,sicut in hominem iniustum & contumeliosum contu
melia reuertitur.Immo sonus quidem illic idem redditur, contumelia verò augmẽtata re-
currit.Nam si inter litigantes fortè conuicia dicuntur,primus obscurũ hominem, & ex ob-
scuro venientem loco probrose vocat: alter vernam ex vernis regerit . Hic pauperem alter
mendicum.Hic indoctum,alter stupidum appellat.Denique sic durant donec conuitia sicu
ti sagittæ deficiunt . Deinde omni contumelia per linguam consumpta, ad manus veni-
tur &

A tur & pugnam.Ira nanque certamen excitat,certamen verò conuitium,conuitium verbera, Ira compes-
verbera demum vulnera,ex quibus & mortes sæpe sequuntur.Itaque iram ab initio vt mali cenda.
originem compescamus,ac ex animo nostro totis viribus extirpemus.Sic enim plurima ma
la veluti radice quadam & principio hac animi perturbatione existente,facilè excidere po-
terimus.Ille maledixit,tu benedicas.Verberauit,tu patere . Expuit, nihilque te existimauit,
tu cogita quemadmodum ex terra es,& in terram reuerteris . His nanque modis atque ra-
tionibus te confirmans,longè leuiora quàm re vera sint , inuenies tibi aduersarij facta iur-
giáque.Sic etiam talionem illi securius reddes,ostendésque quàm sis contumeliis inuulne-
rabilis,ac præclaram tibi patientiæ coronam comparabis, dum alterius insaniam , occasio-
B nem philosophiæ ac tuorum feceris meritorum.Quamobrem,si mihi credis,probra contu-
meliásque minimè curabis:obscurum te & inglorium vocauit nulliúsque æstimationis? ter-
ram te ac cinerem esse dicas.Nec tu melior es patre nostro Abraham,qui se eadem vocauit,
ignarum,pauperem,ignobilem nominauit . Tu vermem te dicas,& è stercore genus duce-
re,verba Dauid memorans. His etiam Mosis decus adde.Ille ab Aaron & Maria verbis pe-
titus probrosis,non ad deum aduersus illos interpellauit , sed pro eis orauit . Quorum tu,
dic mihi,cupis esse discipulus:beatorum ne hominum & deo gratorum, an eorum qui spi-
ritu referti sunt maligno?Quando enim verborum contumelia tentaris,illud existima, pe-
riculum de te fieri,an deo per patientiam adhæreas , seu per iram in aduersarij partes incli-
C nes.Da tempus cogitationibus,ad optimam eligendi partem opportunum . Nam è duobus
alterum proculdubio consequeris , aut inimicum tuæ mansuetudinis exemplo munitiorem
reddes,vel certè,si despexeris,acrius illum vindicabis.Quid enim aduersario durius esse po-
test,quàm te animum gerere contumeliis omnibus altiorem ? Noli tuam pessundare men-
tem.Nec ab eo qui te conuitiis & omni iniuria petit,comprendi patiare. Sine illum frustra
te allatrare,in seipso disrumpi.Sicut enim ille qui minimè sentientem aut curantem verbe-
rat,seipsum lædit & incommodo afficit,quòd nec inimicum plectere,nec animam irámque
exatiare se videat:sic & is qui contumelia in eum,qui nequaquam doleat,vtitur, perturbati
animi consolationem inuenire nullo modo poterit . Quin potius (quemadmodum dixi-
D mus) ardebit magis & animo æstuabit.Ex hac igitur conditione quale vterque vestrum no-
men assequatur videamus.Hic contumeliosus,tu magnanimus vocaberis.Hic iracundus &
durus,tu longanimis & mitis.Hunc quandoque pœnitebit horum quæ loquitur, te nunquã
benefacti aut virtutis pœnitebit . Quid plura ? Huic contumelia regnum cœlorum clausit,
quòd contumelioſi regnum dei non consequentur:tibi taciturnitas idem aperuit. Nam qui
sustinebit vsque in finem,hic saluus erit.Qui autem se vindicare,& par pari reddere, ac ma-
ledicenti resistere voluerit,quam,quæso,habebit excusationem? Quòd primus ille fuerit ac
prouocauerit?Sed qua venia dignum hoc?Non enim amicus in amicum , quamuis prouo-
cantem aut allicientem,peccati causam transferens,minus in iudicio condemnabitur.Ne-
E que enim victoriæ corona sine aduersariis contrapugnantibus,neu cædes sine hostibus.Au-
dis Dauid dicentem:Dum consisteret peccator aduersus me,non iritatus sum aut vltus,sed
surdus factus & humiliatus sum & silui à bonis.Tu autem ad iracundiam ob paruam contu
meliam concitaris:Imitaris verò vt bonum.Ecce iam vitium quod rependis ipse patras.An
in alienum malum diligenter inspicis,tuum verò nequaquam cognoscis?Si malum est con
tumelia,eius imitationem fuge.Non enim (vt suprà narraui) incepisse alium,ad excusatio-
nem sufficiet.Iustius quidem fuerit,vt arbitror,hinc intẽdi aduersum te querelam, eo quòd
ille exemplum sapientiæ prius non vidit:tu verò cum iratum turpiter se mouentem , & ri-
diculum & probrosum videris , eius vestigia quæris imitari clamando , succensendo , resi-
stendo . Et ad hunc modum fit,vt tu sis in culpa:apologiam verò habeat, qui primus rixam
F orsus est.Per ea enim quæ facis,& aduersarij culpas leuiores reddis,& teipsum condemnas.
Si enim malum est ira,cur malum id non euitas?Si venia dignum, cur irato succenses ? Ex
quo si secundus venisti ad iram,nihil te hoc iuuabit.Non enim in certaminibus palæstram
prius prouocans,sed qui superat,coronatur.Quamobrem non solum is qui facinus aliquod
graue prius tentauerit,sed qui mali ducis ad scelus fuerit exemplum imitatus,omnino mul
ctatur.Si enim te pauperem verè appellat,verum respuere nequaquam debes . Si mentitur,
quid ad te dicti vanitas?Sicut enim ad laudes tuas,si veritatem excedunt, efferri non debes:
ita nec ad probra in te non verè iactata,minimè dolere.Nonne vides, quemadmodum sa-
gittæ si duriora offendant,resultant ac excidunt:in mollibus verò & obedientibus facilè fi-
guntur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

guntur:ita & in contumeliis euenit: qui eis occurrit ac resistere quærit, illas in sese recipit: G
qui autem mansuetudine ac patientia armatus,ad eas excipiendas se præparauerit, omnino
excutiet ac euitabit.Quid miser angeris pauperis appellatione?Reminiscere quod quemad-
modum nudus in mundum venisti,nudus etiam egressurus es. Quid enim nudo pauperi-
us?Nihil profectò graue audisti,nisi tibi ipse quæ obiecta sunt agnoscas. Quis vnquam ob
paupertatem in carcerem ductus est? Nam egere non turpe quidem aut aliquod probrum
fuerit:sed paupertatem generosè non ferre.Memor sis domini nostri Iesu Christi: qui cum
diues esset,nostri gratia egere voluit.Si verò & stultus & indoctus appellaberis,reminiscere
eorum quæ à Iudæis iactata sunt in veram sapientiam:Samaritanus es,& dæmonium habes.
Si enim contra hæc maledicta irasceris, iam ea corroborâsti.Quidnam est ira stultius?Si ve H
ro quietus & immobilis persistas,pudorem maledicenti magnum intulisti,cum re ipsa pru-
dentiam modestiámque ostenderis.Alapa seu pugillo cæsus es?expuit aliquis in faciem? Ea-
dem & dominus est passus. Nec enim ab expuentibus aut cædentibus faciem auertit. Ca-
lumniam pateris?& dominus.Tua laceratur vestis?Et à domino quoque vestis per vim ex-
tracta,& super eam missæ sortes.Nondum condemnatus es,nondum cruci affixus. Multa ti
bi toleranda, vt ad eius imitationem peruenias. Talia igitur,& horum similia tibi succurr-
rant:mentisque tuæ impetum ac iram compescant.Similes nanque præparationes & animi
dispositiones,morsus cordis & impulsus facilè delebunt,& animi cogitationes in tranquil-
lum statum deducent.Hoc enim est quod Dauid ait:Paratus sum,& non sum turbatus. O- I
portet itaque motus animi insanos ac præcipites exemplo sanctorum, ac beatorum præce-
ptorum memoria cohibere: quomodo magnus Dauid, & qua mansuetudine iniquitatem
Semei tulerit,non enim iræ locum dedit,in deum causam transferens,quoniam dominus,
inquit,Semei mandauit vt maledicat Dauid.Quamobrem cum audiuisset se virum sangui
num & iniquum vocari,minimè succensuit,sed tolerando sese humilem reddidit, ac meri-
tam sibi infligi contumeliam putauit.Ex quo duo tibi ad custodiendam animi constantiam
Iræ antidotum. toleranda.Primum ne te rebus magnis parem dignúm ve iudices. Deinde neminem valde
infra tuam esse dignitatem ac æstimationem putabis. Sic enim animus nunquam ex iis quæ
nobis ex aduerso inferuntur,indignabitur,aut magnopere dolebit.Graue profectò eum qui K
beneficium receperit,præter quàm quòd ingratus animo sit, etiam maledictis dantem pe-
tere.Graue, inquam:Veruntamen hoc agenti grauius est malum quàm patienti. Ille male-
dicat:tu autem minimè mouearis.Gymnasium tibi quoddam & exercitatio ad philosophi-
am,verba illius sint. Si enim nihil moueris integer es animo ac sanus. Si verò aliquid ani-
mo pateris,saltem in te conde tristitiam. In me turbatum est cor meum (inquit Propheta)
hoc est,non extra perturbationem animi ostendi,sed veluti quandam intra littus abruptam
vndam retinui.Sedabis itaque mentem latrantem & exacerbatam.Tecum in tui cordis re-
cessu,rationis tribunal verebere:quemadmodum pueri immodestum aliquid agentes, viri
venerabilis præsentiam vereri solent. Quomodo igitur iræ incommoda fugiamus? si eam
nullo modo mentem rationém ve occupare sinamus? Quamobrem si forte in cogitatio- L
nem veniat aut cadat,eam ita retineamus,vt equum iugalem nobis ratione, vt freno quo-
dam obtemperantem,ac ordinem proprium nequaquam excedentem:& via ingredientem
qua à mentis recto consilio dirigitur.Est enim pars animi irascibilis, nobis ad multa virtu-
Iræ officio- sæ vtilitas. tis opera necessaria.Quando veluti miles quidam apud ducem arma sumens, paratus est ei-
us iussu auxilium præbere: sic iracundia rationi adiutrix contra peccatum fuerit. Neruus
est animæ quidam indignatio,fortitudinem constantiámque,ac robur ad res bene & ordi-
ne agendas præbens: quæ animam forte voluptate delinitam ac lasciuientem, veluti ferro
quodam cohibens austeriorem fortiorémque ex molli ac remissa reddit. Nec enim si con-
tra iniquitatem desit indignatio & ira satis eam odio quo decet persequi poteris.Quamob- M
rem sic existimo, æque circa diligendam virtutem studium habere, atque aduersus vitium
odium retinere oportere.Ad quod maximè vtilis indignatio: quoniam veluti canis pasto-
ri,sic ira rationi obediens,mitis quidem ac mansueta iuuantibus eam, & à ratione reuoca-
bilis erit. Nam canis ad vocem & aspectum alienum toruus & agrestis, etiam si palpari se
videat:notos verò,& amicè alloquentem timere admodum ac vereri videtur. Ira similiter
optima est,& commensurata iracundiæ,opitulatúrque animæ prudenti. Insuper cum insi-
diosis non facilè conciliatur, aut consuetudinem habet. Nullam denique beneuolentiam
erga ea quæ nocent,retinet:sed aduersus voluptatem insidiantem, veluti lupum quendam
allatrare

A allatrare continuò videtur.Sic itaque ex ira viris prudentibus vtilitas capitur. Sed & alia-
rum potentiarum quælibet,ex modo ea vtentis & eam possidentis, bona vel mala dicetur.
Vt animæ concupiscibilis parte si quis in corporis voluptatem, & impurissimas actiones a-
butetur,abominabilis profectò & nefarius fuerit.Si quis verò illam in die ac domini nostri
Iesu Christi charitatem,& sempiternorum bonorum desiderium conuertet,felix ac beatus.
Similiter & de parte rationali dicendum. Si recte quis hanc tractauerit,prudens erit & sa-
piens.Si verò contra mentis ac rationis acumine proximis incommodum pariat, vafer &
astutus,& malignus iure dicetur.Quamobrem fratres dilectissimi, nolite obsecro ea quæ à
summo deo, & omnium autore ad salutem concessa sunt, occasionem peccatorum nobis
B ipsis facere.Sic itaque ira quando oportet,& vt oportet ex ratione dispensata,fortitudinem
patientiámque ac constantiam parit:præter vero rectam rationem tractata,furor & insania
efficitur.Idcirco nos Psalmus admonet.Irascimini,& nolite peccare Ipse nanque dominus
in euangelio illum qui temere fratri iratus fuerit, reum iudicij facit. Illum vero qui tan-
quam pharmaco ad ea quæ oportet ira vtitur,minimè condemnat.Dicitur nanque,Ponam
inimicitiam inter te & serpentem.Et rursus:Hostes sitis Madianitis. Docentis verba sunt, Mosi irati exemplum.
vt ira veluti armis vtamur.Ideo Moses omnium hominum mansuetissimus,vituli idolola-
triam damnans, Leuitarum manus in cædem fratrum armauit. Vnusquisque, inquit, ve-
strum gladium ad latus teneat,& transite à porta in portam,& flectite per circuitum castro
C rum,& suum quisque fratrem interimat,& quilibet proximum suum.Et Paulo post ait Mo
ses:Vestras hodie manus deo consecrâstis, quilibet in filio suo & fratre suo, vt detur vobis
benedictio.Quid Phinees iustum reddidit?Nonne iusta contra fornicantes ira, qui alioqui Phinees zelus Samuel.
mitis ac mansuetus existens,post quam stuprum Zambri & scorti Madianitis palàm in po-
pulo vidit,adeóque impudenter admissum,vt nec tam turpe spectaculum occultari vellet:
minimè tam indignum facinus passus, ira vt oportebat vsus, protinus vtrumque trucida-
uit. Samuël autem Achab regem Amalech à Saule contra mandatum domini seruatum,
nonne iusta ira in medium trahens occidit. Sic itaque fit ira sæpenumero bonarum actio-
num ministra.Helias vero Zelotes quinquaginta supra quadringentos turpitudinis sacer-
D dotes,& quadringentos viros sacrorum nemorum,comedentes de mensa Iezabel, iusta sa-
pientique indignatione in totius Israël vtilitatem,vt morte mulctarentur effecit.Tu autem
fratri tuo sine causa irasceris.Quomodo enim non sine causa?Cum sit alius qui instigat dæ
mon, & alius qui instigatur homo,cui tu maledicis: simile quoddam canibus admittens,
qui saxa mordere solent,quando iactantes attingere non valent. Instigatus enim ac incita-
tus, misericordia profectò dignus est. Qui vero incitat, odio maximo est insectandus. In
hunc igitur iram transfer hominum interfectorem, mendacij patrem, peccati ministrum.
Fratrem vero in te peccantem miserabere. Nam si in peccato vsque in extremum durabit,
cum ipso dæmone æterno tradetur igni. Sicut autem differentia nomina sunt indignatio-
E nis & iræ,sic & ab ipsis significantia plurimum inuicem differunt. Est enim indignatio sti- Differentia inter indignationem & iram.
mulus quidam breuis ac subitus,acutúsque passionis vapor. Ira vero permanens ac diutur-
na tristitia,aptaque sese otiose vlsciscí,veluti libido quædam se vindicandi. Animaduertere
itaque opus est,quòd vtroque modo & affectu homines delinquant,vel furore subito con-
tra iritantes commoti,vel per dolos & insidias eos à quibus patiuntur iniuriam circumue-
nientes,quæ ambo nobis omnino cauenda. Quomodo autem ob hanc animi perturbatio-
nem in ea quæ minimè deceant non incidemus? Quomodo inquis:Si te demissum humi-
lémque omnino gerere poteris:vt edoctus fueris,quod dominus Iesus & verbo præcepit &
re ostendit inquiens:Qui voluerit inter vos primus esse, sit omnium postremus. Item pul-
M satus æquo animo ac mansueto cædentem tulit.Rector enim cœli terræq; dominus, ab om-
F ni spiritu creatura adoratus,omnia ferens verbo virtutis suæ,illum non protinus vt poterat
ac fas erat terra dirupta ad infernum impiis paratum demisit:verum humili ac miti respon
so facilè docuit,quales esse oportuit lacessitos.Si male locut⁹ sum,inquit, testimonium per-
hibe de malo: si autem bene,cur me cædis? Si enim ex dominico præcepto omnium vlti-
mus esse assueueris,quonam modo maledictis præter dignitatem prouocatus ægre ferre aut
respondere poteris?Nam si paruus puer verbis te contumeliosis peteret,occasionem tibi po
tius ridendi daret.Quod si phrenesi captus,& sensu excidens verba vitæ incomposita & stul
ta,minimèque vera dicat,misericordia potius quàm odio dignus erit.Non igitur verba so-
lent tristitiam mouere, sed superbia aduersus eum qui nos vituperat, & vniuscuiusque de
seipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

seipso phantasia. Quod si horum alterutrum menti tuæ exemeris, inanes quidam sonorum strepitus erunt quæ ab aduersario dicentur. Quamobrem iram omnino sedabis indignationèmque, ne iram illam quæ de cœlo supra omnem impietatem & iniustitiam hominum reuelabitur, experiare. Si enim animo sapienti amaram indignationis radicem extirpare poteris, multa cum hoc principio perturbationum semina facilè extingues. Nam & dolus, & suspicio, & infidelitas, & malignitas, & insidiæ, & audacia, & omnia his similia, huius vitij germina sunt atque appendices. Itaque fratres amantissimi, ne obsecro tantum nobis malum inducamus, animæ morbum, rationis tenebras, à deo alienationem, obliuionem familiaritatis, principium bellorum, plenitudinem calamitatum, dæmonem pessimum nostris animis innatum, incolam quendam impudentem, nostra interiora possidentem, deniq; sancti spiritus iter ad nos impedientem. Vbi inimicitiæ sunt, contentiones, indignationes, sectæ, nostris animabus perpetuos generantes tumultus, ibi spiritus mansuetudinis haud requiescit. Quamobrem beati Pauli monitis obtemperantes, omnem à nobis indignationem, ac clamorem cum omni malitia abiiciamus, ac inuicem boni & misericordes existamus: expectantes beatam spem mansuetis omnibus promissam. Nam beati sunt mites, quoniam ipsi terram possidebunt, In Christo Iesu domino nostro: Cui gloria & imperium in æterna secula, Amen.

DE INVIDIA. I

BOnus est deus, & bonorum iis qui digni sunt, præbitor. Improbus diabolus, & omnimodæ improbitatis administrator: & vt bonum sequitur innocentia animique candor: sic diabolum inuidentia. Caueamus itaque fratres amantissimi, inuidiæ vitium, ne socij gestorum diaboli reddamur, & eodem cum ipso condemnati iudicio reperiamur. Si enim superbus in diaboli iudicium incidit, quomodo inuidus paratam diaboli pœnam effugiet? Nihil enim mortalium animis inuidiæ perturbatione pernicioſius contingit: quæ ante omnia ipsi nocet autori: aliis verò quàm minimum. K Quemadmodum enim venenum ferrum, sic inuidia hos qui eam possident consumit atque vastat. Magis autem, sicuti viperas dicunt abrupto matris ventre nasci: sic & inuidia concipientem se animam corrodere simul ac tabefacere solet. Est enim inuidia dolor de proximi prosperitate ac rerum successu conceptus. Quapropter animo inuido nunquam tristitia, nunquam mœstitia deest. Abundat proximi ager, domus bonis omnibus repletur, ex voto denique eueniunt omnia, in rosa & viola viuenti. Cuncta hæc tristitiæ dolorisque occasionem inuido præbent. Ex quo nihil ab homine nudo, qui omnium iaculis petitur, differre videtur. Fortis est aliquis, alius forma clarus, alius eloquentia, alius animi prudentia præstat, alius in diuitiis liberalis facultates egentibus distribuit, laudem ex L hominibus in iis quibus benignè facit maximam refert: hæc omnia maligni feriunt animum: quúmque mutire nihil audeat aut possit, simulat gaudium, secum tacitè rumpitur, coràm hilaritatem præfert, intus verò ab inuidiæ malo perditur. Morbum interrogatus manifestare, seque inuidum ac malignum accusare omninò veretur. Non quòd fratris felicitate angatur, aut amici gaudium lugeat, aut bonorum aliorum spectaculum non libenter ferat: sed ipsorum successum suam esse calamitatem ducat: hæc profectò ipsum fateri oportebat, si verum loqui voluisset. Sed ex his nihil omninò retegere volens, morbum in imo cordis recessu eius abrodentem atque absumentem viscera mœstus retinet. Igitur talis nec medicum mali huius, neque medicinam ad id fugandum aptam inuenire poM test: quanquam curandorum ægrorum tot referti sunt libri. Sed vnam tantum mali requiem expectat: si quando cui inuideat, ruentem fortè aspiciat. Hic finis odij, si miserum ex beato, infœlicem ex æmulo videat. Tunc demum fœdus cum eo iungit, amicus efficitur, quando lacrymantem viderit, aut suos querentem casus, libentiúsque lugentem miseratur & plorat, quàm gaudenti collætetur, aut applaudat. Fortunæ commutationem se dolere ostendit, non humanitate seu charitate commotus: verbis priora collaudans, sed grauiorem proximo calamitatem ex horum memoria ac desiderio faciens. Puerum filium post mortem extollit, verbis ornat, quàm fuerit formosus, quàm ingenioſus, quámque ad omnia accommodus, cum viuo ne linguæ quidem rectum vsum dedisset. Quòd si plures in

A res in eandem concurrentes laudem conſpexerit, rursus sententiam mutans mortuo inuidet. Diuitias item admiratur alienas post calamitatem amissas: formam quoque & robur ac sanitatem corporis, sed post morbum laudat & effert. Et demum præsentibus rebus ac saluis inimicus, pereuntibus verò amicus ac misericors. Quid igitur hoc morbo pernicioſius? Interitus vitæ, pestis naturæ, aduersa omnibus bonis ex deo venientibus, demum ipsi deo contraria. Quid enim principem malorum dæmonem ad bellum aduersus hominem internecinum impulit? Nonne inuidia? per quam & deo aduersarij palàm deprensus est. Dolens enim ob præclara dona homini concessa, quando deo nocere non valuit, ipsum insidiis petiit hominem. Eadem & Cain visus est admittere primus diaboli discipulus, inuidiam &
B cædem ab eo edoctus: quas & Paulus simul iunxit, inquiens: Plenos inuidia, cæde. Quid igitur ille admisit? Vidit ex deo honorem fraternum, & exarsit in inuidiam, atque eum qui honoratus erat à deo, occidit, vt irritaret deum, qui illum honorauerat. Cum enim impar esset ad debellandum deum, in cædem incidit fraternam. Quamobrem fratres dilectissimi, inuidiam fugiamus pugnę in deum magistram, homicidij matrem, naturæ confusionem, amicitiæ ac familiaritatis expertem, calamitatem absurdissimam. Quid miser homo angeris nihil mali passus? quid cum eo contendis, aut quid eum petis in bonis quibusdam existétem, qui de tuo nihil detrahit aut minuit? Si verò beneficio quoque deuinctus obtrectas, inuides, maledicis, malè cogitas, nonne vides te cõtra tuum commodum contendere? Talis profecto Saul erat, cui beneficiorum magnitudo causa fuit, vt aduersus Dauid insurgeret. Primum quidem eius admirabili diuinaq; musica, à maniæ morbo liberatus, hastam in eum intentauit. Deinde cum ipse cum suo exercitu ex inimicis seruatus, & à dedecore ex Golia proueniente rursus liberatus esset, nihilominus cum in triumphis ei puellæ obuiam saltantes processerunt, dantes victorię maiorem Dauid partem, atque dicentes: Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Ob hanc solam vocem, & ob testimonium ex ipsa virtute subsistens, primum hominem per seipsum interficere & insidioſe amouere tentauit: Deinde exulem constituit. Neque sic inimicitiæ finem fecit, sed ad postremum contra ipsum tribus mil libus turmis per loca deserta exercitum duxit. Nec aliud belli causa, si quis roget fuisse appa
D ret, quàm Dauid rerum successus & gloria, qui tanta alioqui mansuetudine fuit, vt illum in media insectatione & odij acerbitate, quum dormientem offendisset, interficereq; facilè posset, incolumẽ dimiserit. Seruatus ille nihilominus à viro iusto, qui manus in ipsum iniicere noluerat, nihil melior ob beneficium factus est, sed rursus contra eum exercitum duxit: qui ab eo captus, atque iterum seruatus, & illius clariorem longè virtutem ostendit, & propriam acerbiorem esse perfidiam manifestauit. Inuidia igitur fratres dilectissimi, genus est inimicitiæ intractabile quidem, ac admodum insuperabile. Nam quum beneficentia eos qui alioqui sunt infesti, reddat mitiores, malignum tamen & inuidum magis iritat, atque ad odium acuit: quantóque magis fortuna crescit, tanto ille maiori premitur dolore atque
E luctu. Eis verò quibus deuincti beneficiis existunt maximis, non solum se gratos esse reddẽ do non cogitant, sed animo magnopere aduersantur, & potentiam ac rem prosperam videre non facilè ob inuidiam ferunt. Quam bestiam immanitate morum non superant? Quod animal tam agreste est, quod feritate non vincant? Canes nanque educatione mansuescũt, leones obsequio tractabiles fiunt: inuidi tantum officiis agrestiores euadunt. Quid, quæso, Ioseph ex ingenuo seruum fecit? nonne fratrum inuidia? Hic & admiratione digna huius morbi prauitas ac duritas. Verentes enim illi somniorum exitum, seruum fratrem fecerunt, veluti quem nunquam in seruitutem venientem adoraturi essent. Quanquam si vera somnia futura erant, quod remedium, vt quæ à deo iam erant constituta, non euenirent? Si autem falsa, quid opus fallenti ac decipienti fuit inuidere? Sed ex diuina hoc contigit prouiF dentia, vt astutia illorum inuerterẽtur. Per ea enim, quibus impedire se diuinum consilium putauerunt, paulò post illud ad exitum deduxerunt ac promouerunt. Nisi enim venditus fuisset, nunquam in Aegyptum venisset, nunquam ob pudicitiam in insidias impudicę mulieris incidisset, nunquam in carcerem coniectus fuisset, nunquam Pharaonis ministris socius esset factus, nunquam denique somniorum coniector fuisset, vnde Aegypti imperium est assecutus, & à fratribus propter rei frumentariæ inopiam ad se venientibus adoratus. Sed ad magnam illam inuidiam in rebus maximis versantem transeamus, quam Iudæi per insaniam aduersus seruatorem nostrum ostenderunt. Quamobrem tantis est petitus insidiis? Ob magna eius prodigia. Quænam hæc erant? Salus supplicum ac miserorum: pascebantur esurientes

Ioseph fratres.

Iudæorum inuidia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esurientes, & qui pascebat oppugnabatur. Reuiuiscebant mortui, & autor vitæ inuidiam G
sustinebat. Dæmones fugabantur, & qui eis imperabat insidiis petebatur. Leprosi curabãtur,
claudi ambulabant, surdi audiebant, cęci videbant: & is qui hæc beneficia conferebat fuga-
batur. Et demum vitę munus tribuentem supplicio affecerunt, liberatorem hominum fla-
gellis cæciderunt, mundi iudicem condemnauere. Sic itaque inuidiæ mala vsque ad omnes
penetrauerunt, quibus solis armis euersor vitę nostræ diabolus à mundi initio vsque ad se-
culi consummationem omnes homines ferire, ac ad interitum deducere contendit. Nec
mirum, vt qui per inuidiam ac superbiam cecidit, nostra item pernicie gaudeat, nosq; eius-
dem vitij spiritu configere ac pessundare cupiat. Sapiens profecto fuerit quicũque cum in-
uido minimè congreditur aut conuersatur, nec etiam in eadem esse cum eo mensa studet, H
quòd ex conuictu reliquæ vitæ commercia vitari facilè nequeunt. Quemadmodum enim
ardentem syluam aut materiam nobis cura est procul ab igne submouere: sic opus est (quo-
ad fieri possit & liceat) inuidorum cõuersationes à nostra amicitia repellere, vt extra eorum
venenatas sagittas securius agamus. Neque enim possibile est vt hoc malo implicemur, nisi
illi familiaritate coniuncti fuerimus. Quoniam ex Salomonis sententia: Zelus hominis ex
socio ipsius. Et profectò sic res habet. Non enim Aegyptio vir Scytha inuidebit, sed suæ gen
ti quilibet: & in eadem gente, non ignotis, sed familiaribus & vicinis, & eiusdem artis ho-
minibus, aut alia de causa coniunctis, & his denique coęuis, cognatis, & fratribus. Et omni-
nò vt erugo frumenti est vastatio, sic inuidia amicitiæ pestis. Illud autem in hoc malo lau-
dauerit quisquam, quòd inuidus quantò in proximum vehementius mouetur, tantò sibi- I
met maius parit incommodum. Quemadmodum sagittæ magna vi emissæ, si in durum ali
quid ac respuens inciderint, in emittentem facilè redeunt, sic inuidia proximis tristitiã ne-
quaquam affert, tantum inuidenti officit. Quis enim vnquam in mœrore positus aliquod
propterea proximo incommodum intulit? Sese solum vastat atque cruciat. Sed & qui mor-
bo huiuscemodi sunt affecti, longè peiores venenatis iaculis existimantur: quòd illa per pla
gas virus inferunt atque nocent, & paulatim quod infestum est depascuntur: at inuidos exi
stimant nonnulli non solum rebus aliis, sed oculis etiam officere incommodáque inferre.

Inuidorum fascinantes oculi.

Vnde & corpora vegeta pubescentium aliorúmue ætate formáque florentium prosperam K
habitudinem inficiunt atque debilitant: statim vt ex eorum luminibus pernicie quadam
defluente ac contaminante videas contacta membra pulchra in siccitatem ac valetudinem
venire. Ego verò horum sententiam dimittam, vt vulgò latam, ac per mulieres vetulas in
opinionem muliebrem subinductam. Illud autem dico, quòd dæmones osores omnis boni
posteaquam voluntates inuidorum deprehenderint sibi esse conformes, illis prorsus ad suã
libidinem, atque ita & illorum oculis ad instrumentum, ac ministerium propriæ voluntatis
abutantur. Non igitur horres te diaboli perdentis ministerium facere, & malum: sed malũ
susципis, per quod inimicus eorum fias, qui te nihil læserunt, inimicus præterea dei boni, &
qui omnis est expers inuidiæ. Fugiamus ergo fratres intolerabile malum. Serpentis id est L
præceptum, diaboli inuentum, inimici satio, punitionis arrabo, pietatis impedimentum,
via ad gehennam, regni cœlorum priuatio. Nam & ipso fatentur ore hoc vitium inuidi. A-
spectus illis est aridus & obscurus, gena subtristis, supercilium demissum, anima ipso morbo
suffusa, prudentiam in dignoscenda veritate ac rebus agendis minimè habens. Apud eos e-
nim nec actio secundum virtutem vlla est, nec vis orationis grauitate ornata, non gratia
comitata, non denique aliquid aliud honestum aut circumspectum cõspicitur. Sicut autem
vultures per multa quidem prata multa etiam amœna & odorata loca circumuolantes, ad
sibida & fœculenta loca feruntur: muscæ quoque salubre si quod offendunt, prætereunt, ad
vlcera verò properant: Sic & inuidi vitæ splendorem ac rerum bene gestarum magnitudi- M
nem minimè quidem respiciunt: manca verò & fragilia, & si quid erratum (vt quandoque
rebus accidit humanis) tantum obseruant: hæc diuulgant, & per hanc tantum homines co-
gnosci volunt. Quemadmodum maligni pictores, qui hominis imaginem vel ex contorta
nare vel tubere, aut membri cuiuspiã mutilatione natura seu casu insita corpori, effingunt,
notabilémque reddunt. Iniquum profectò, id quod laudabile potissimum fuerit, alicuius
peioris gratia manifesti occultare, & virtutem ex vicinitate vitij (si quod fortè reperitur) ca
lumniari. Fortitudinem audaciam potius appellat: modestum verò sine sensu hominem: iu-
stum, immitem & nimium seuerum: prudentem, astutum: magnificum, vastum: liberalem
vt prodigum taxant: domesticè frugalem auarum dicunt. Denique omnis virtutis species
in

A in vicina vitiorum nomina conuertunt, nusquam calumnia rebus laudatis deficiente.
Quid igitur in accusatione tantum huius mali finem orationis faciam? Sed hoc medium,
parsque curationis fuerit. Laboranti enim ægro morbi magnitudinem ostendere, vt dignã
mali fugandi curam subeat: non inutile quidem, sed hic eum dimittere, nec admodum cu-
randi remedium aliquod ostendere, nihil aliud fuerit, quàm desperãtem ac in morbo per-
euntem relinquere. Quid ergo faciũdum, vt hanc animi pestem ab initio minimè quidem
patiamur, aut in ea fortassè affecti facilè liberemur? Primum quidem si nihil rerum huma- R remedium
narum magnum aut supra naturam existimemus: non potentiam, non gloriam, non opes, contra inui-
non corporis habitudinem prosperam: non enim in rebus fluxis bonum constituimus, sed diam.
B ad sempiternorum & verorum bonorum participationem vocati sumus. Itaque nec diues
æmulandus est propter diuitias, nec potens ob dignitatis ac magistratus culmen, nec fortis
ob corporis robur, nec eloquens ob dicendi facultatem. Instrumenta sunt hæc virtutis rectè
vtentibus, nihil per se veræ felicitatis habentia. Miser igitur est qui his abutitur, non aliter
quàm qui in pugna contra inimicos ensem corripiens, in se ac interitum suum conuertit. Si
autem rectè & ordine à summo deo concessa tractauerit, denique si minister ac dispensator
fuerit, non ad propriam voluptatem voluptates cogendo, hic demum laudari magnoperè
ac amari dignus erit, quòd hominum societatem diligat, & fraternam charitatem propriis
commodis potiorem habeat. Præterea si aliquem in diuinis excellentem sermonibus, ac elo
C quia sacra probè enarrantem, magnam quoque inde ex deo gratiam, & ex hominibus lau-
dem sibi vindicantem conspexeris, nullo modo ægrè feras, aut inuidia prosequaris, vt eum
tacere malis, si per gratiam spiritus sancti quæ dixerit approbari laudariq; contigerit. Nam
& huius boni particeps per tui fratris præceptionem & doctrinam traditam, tu quoque si vo
lueris proficere poteris. Deinde fontem quidem scaturientem nemo prohibet aut compe-
scit, nec solis splendentis lumina vllus obtegit. Nemo illis obtrectat aut ægrè feret, sed quis-
que ad proprium vsum atque commodum transferre conabitur. Sermonis verò spiritualis
pia corda fidelium sancti spiritus gratia irrigantis auditum cum gaudio cur non sustines?
cur non grato animo vtilitatem illius acceptas? Sed auditorum plausus te offendit? & mal-
D les nec qui adiutus inde sit, nec qui laudet quenquam esse? quam, dic mihi, excusationem a-
pud iustum iudicem habebis? Igitur animæ bonum, natura quidem pulchrum existimandũ.
Eum enim qui opibus, potentia, seu corporis viribus floret, diligere & omni studio ample-
cti nos decet, vt pulchræ vitæ instrumentis vtentem, modo bene & ad communem vtili-
tatem, vt diuitias egentibus distribuat, corporis vires debilibus communicet: reliquam de-
nique facultatem non magis propriæ quàm alienæ seruire commoditati existimet. Eum ve-
rò qui ita non fuerit animatus, magis miserum quàm felicem, aut affluentẽ putari est opus:
si res huiuscemodi vt occasiones tantum ad vitia propriámque voluptatem retineat. Hoc
profectò operam dare fuerit, vt cum negotio & apparatu maiore pereamus. Si quidem opes
E iniustitiæ ministræ fuerunt, miserum facient diuitem: si autem virtutis, minimè inuidiam
sustinebunt, cum ex eis ad omneis communis veniat vtilitas, nisi quis tanta sit malignitate,
vt sibi etiam ac propriæ inuideat commoditati. Omninò autem qui res humanas rationi
subiecerit, & ad veram pulchritudinem laudémque se conuerterit, multum abfuerit ab eo,
vt in rebus terrenis & fluxis quenquam putet esse felicem & æmulandum. Qui verò ita fue
rit animatus, vt nihil vsquam humanum admiretur, huic procul dubio dominari inuidia
nullo modo poterit. Si quis verò ita gloriæ cupidus fuerit, vt omnes antecellere cupiat, nec
secundas facilè patiatur, maximam profectò occasionem causámque inuidiæ dabit. Tu au-
tem frater desiderium omne honorémque tuum in actione secundum virtutem vt re am-
plissima & nunquam desitura constitue. Nec vndecunque aut qualibet diuitias coge, neu
F tandem ex rebus mundi huius gloriam quære. Neque enim ista in te sunt sita. Sed iustus sis,
sapiens, prudens, fortis, & malorum pro pietate tolerans. Sic demum teipsum incolumem
seruabis, & in bonis longè maioribus claritatem habebis. Nam & virtus intra nos est, &
ab iis qui ob eam labores subeant apta possideri. Diuitiarum autem copia, forma corporis,
potentiæ fastus intra nos nequaquam consistit. Si igitur & maius bonum virtus est, ac ma-
gis per se idoneum ac suppeditans, & inconfessò apud omnes maiorem obtinet honorem:
hanc nobis omni studio sequendam censeo: quam inesse animis ab omni perturbatione præ
sertim inuidiæ minimè purgatis, difficile admodum. Nonne vides quantum malum sit si- Simulatio.
mulatio? & hæc inuidiæ fructus est. Nam morum & ingenij duplicitas ex inuidia plerunq;
hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus euenit. Quando in cordis receſſu odium retinentes charitatis ſpeciem ore præ G
ſe ferunt,non aliter quàm petræ ac ſcopuli marini: qui modica operti aqua magnum ac cæ-
cum non obſeruantibus inferunt malum.Cum itaque nobis inde vt ex fonte quodam fluat
ipſa mors,amiſſio bonorum,à deo alienatio,legis confuſio, & demum omnium in vita bo
norum euerſio:credamus Apoſtolo dicenti: Ne ſimus inanis gloriæ cupidi inuicem prouo-
cantes,inuicem inuidentes,ſed magis boni,miſericordes, donantes ac glorificantes inuicē:
quemadmodum deus nobis donauit,in Chriſto Ieſu domino noſtro,cui gloria & imperiū
in æterna ſecula,Amen.

IN PRINCIPIVM PROVERBIORVM. H

PRæclara eſt obedientię merces.Obediamus igitur bono patri certaminum præmia
nobis ex ſpiritus oraculis proponenti, qui nos inſtar venatorum in locis inuiis,
quaſi catuli cuiuſdam venatici indicio curſus noſtri experimentum vult capere.
Propoſuit autem nobis ad enarrādum paroemiarum principium. Quàm ſit autem
dictionis huius intellectus captu difficilis,cuiuis vel modicè illum aggreſſo notum eſt.Ve-
runtamen nihil de illius tractatione hæſitandum eſt, ſpem in dominum collocatam haben
tibus,qui nobis propter paſtoris noſtri preces ſermonē dabit in apertione oris noſtri. Tres I
omninò ſacros à Salomone tractatus nouimus exiiſſe. Hunc in primis Prouerbiorum,&
Eccleſiaſten,& Cantica Canticorum. Quolibet autem propriam retinente materiam,cun-
ctı ad hominum ſcripti ſunt vtilitatem. In primis Prouerbiorum liber inſtructio morum
eſt quædam,necnon animi perturbationum correctio. Denique vitæ in vniuerſum docu-
mentum, frequentes ac breues eorū,quæ ſunt agenda,continens præceptiones. Eccleſiaſtes
verò phyſiologiam attingit,nobiſq; in hac vita vanitatem palàm oſtendit. Vt in iis quæ ci-
tò prætereunt minimè ſit homini inuigilandum,neque item animi curas in rebus vanis col
locandum.Cantica canticorum animę perfectionis modum demonſtrant. Sponſi nanque
ac ſponſæ concordiam continent,hoc eſt,animæ cum deo verbo familiaritatem.Sed nos ad K
propoſitum reuertamur. Prouerbia Salomonis filij Dauid, qui regnauit in Iſraël.Prouer-
biorum nomen de eo quod vulgariter dicitur apud externos compoſitum eſt,& de illis ple
rūque quę in triuiis dicuntur.Oemos enim apud illos via dicitur.Vnde paroemia definitur,
verbum iuxta viam,vſu multorum tritum, & quod à paucis ad plura ſimilia transferri po-
teſt.Apud nosverò prouerbium eſt ſermo vtilis,ſub vmbra figuráque idonea expreſſus:mul
tum & vſus & grauitatis complectens,in receſſu quoque multum altæ ſententiæ cōtegens.
Ex quo dominus:Hæc,inquit,in paroemiis locutus ſum vobis. Tempus venit, vt non iam
in paroemiis,ſed palam vobis loquar: quaſi ſermo prouerbialis apertam ac liberam dicendi
viam non habeat,ſed operimento quodam & ænigmate ac verbis aliis mentem atque ſen- L
tentiam narret.Salomonis igitur Prouerbia,hoc eſt,ſermones ad omnem vitæ viam exhor
tatorij maximéque vtiles ſunt. Appoſuit autem & autoris nomen,vt perſonæ ſplendore &
amplitudine auditorem facilius traheret. Autoritas enim doctoris acceptum ſermonem fa
cit,ac diſcentes attentiores reddit. Salomonis itaque Prouerbia ſunt,Salomonis,inquam il
lius,cui dominus dicit:Ecce dedi tibi cor prudēs ac ſapiens.Nec ſimilis ante te vllus eſt na-
tus,nec item poſt te vllus eſt tibi par futurus. Et rurſus: Dedit dominus ſapientiam ac pru-
dentiam multam Salomoni, & cordis effuſionem, ſicut arenam quæ eſt in littore maris:&
repletus eſt ſapientia Salomon, ſuper prudentiam omnium ante illum hominum, & ſuper
omneis ſapientes Aegypti.Sic itaque neceſſaria fuit nominis huius additio. Prouerbia Salo
monis filij Dauid.Additur & patris nomen,vt planè cognoſcatur quemadmodum ſapiens M
erat Salomon,ex ſapiente prophetáque patre, & ab ipſa infantia ſacras diligenter edoctus
literas,qui regno paterno non ſorte,nec vi aliqua ſucceſſit,ſed iure ac ipſius dei iuſſu volun
tatéque paternum ſceptrum ſuſcipiens,in Hieruſalem factus eſt rex.Neque hoc otioſum eſt.
Maximé quidem facit ad diſcretionem eorum qui eiuſdem ſunt cognominis: Poſtea ve-
rò etiam propter ſtructuram inſignis ac nominati templi poſitum eſt, vt agnoſcas il-
lius ſtructorem, ſimul & omnis eius vrbis diſpoſitionis ac legum & ordinationis au-
torem. Valde verò ad præcepta morum tradenda refert, eum qui ſcribit regem eſſe.
Regum autoritas. Si enim regnum eſt legitima poteſtas, manifeſtum quòd ex rege alioqui hoc nomine
digno

A digno, exeuntes vitæ præceptiones multum quidem apud omneis momenti habeant, ad
conſiderandam conſequendamque in communi bono vtilitatem, & non ad priuata com- Tyrannus.
moda reſpicientes.Hoc enim tyrannus à rege differt, quòd ille ſuaipſius quomodocunque Rex.
& vndecunque reſpicit ac tuetur:hic ſubditis conſulere tantum quærit. Ex hoc itaque libro
vtilia,qualia quantáve diſcentes volunt ac cupiunt,excerpuntur. Primum quidem in Pro-
uerbiis eſt nōſſe ſapientiam & diſciplinam. Eſt enim ſapientia diuinarum humanarúmque Sapientia.
rerum,& eorum,quæ rerum ſunt cauſa,ſcientia.Itaque præcipiendi modo theologiam tra-
dens,ſapientiam nouit,ſicut & bis Paulus dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos. Sa-
pientiam verò non huius ſeculi,neque principum huius ſeculi, qui abolentur,ſed loquimur
B ſapientiam in myſterio abſconditam,quam præuidit deus ante ſecula.Et qui in mundi con-
ſtitutione conditorem conſiderat,nouit & ipſe per mundi ſapientiam ipſum deum. Inuiſi-
bilia,inquit,ipſius per ea quæ facta ſunt,à creatura mundi intellecta conſpiciuntur, ſempi-
terna quoque virtus eius & diuinitas. Itaque nos ad dei ſapientiæ conſiderationem ducit,
cum dicit:Per ſapientiam deus terram fundauit.Item: Quando deus præparabat cœlum, a-
deram,& cum eo eram cuncta componens.Et ego eram,qua delectabatur.Nam hæc omnia
nobis ideo cum perſonæ fictione diſſerit,vt ſapientiæ cognitionem conſpicuam reddat. Et
illud omninò:Dominus creauit me initio viarum ſuarum,de ea ſapientia dei dicit, quæ mū
do innotuit, quæ tantum non voce per ea quæ viſibilia ſunt emiſſa à deo ſe factam eſſe &
non ſponte cœpiſſe proclamat.Tanta videlicet ſapientia iis quæ facta ſunt competit. Sicut
C enim cœli enarrant gloriam dei,& opera manuum eius annuntiat firmamentum (narrat au
tem ſine voce.Non enim ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eo-
rum.) Sic ſunt quidam ſapientiæ ſermones ab initio genitæ,dum ipſa rerum creationi infu-
ſa ac permixta tacens clamare videtur ſui conditorem dominum,vt per ipſam ad veri ac ſo
lius ſapientis cognitionem facilè penetres.Eſt & quædam humana ſapientia, in huius vitæ
rerum experientia conſiſtens,ſecundum quam ſapientes dicimus artium quarumlibet vti-
lium ſcientes. Igitur hic noſter ad complectendam ſapientiam magnam libri partem ex-
hortando conſumpſit. Sapientia in exitu viarum laudatur, in plateis palàm prædicatur, in
ſummis mœnibus & arcibus collaudatur. Animaduertens enim quòd homines eam maxi-
D mè cupiunt & ambiunt,& quemadmodum omnes natura ipſius ſplendore attrahimur per
illius præconia mentes noſtras excitat ad eam omni ſtudio ac ſine pigritia conſequendam.
Vbique de ipſa ſermonem haberi dicit: In viis, in foro,in arcibus ciuitatis. Ideo portas, &
plateas, & mœnia dicit. Per exitus & plateas eius charitatem innuit. Per muros verò eius
vtilitatem,& ad omnem vitæ ſecuritatem ſuppeditationem.Volens nos denique illi fami-
liares reddere ac conciliare,ait:Sapientiam tuam eſſe ſororem.Et rurſus:Ama ipſam,& ſer
uabit te.Deinde communem eius vſum oſtendens,& quemadmodum omnibus æquè ex ea
commodum prouenit: Immolauit, inquit, ſuas hoſtias:hoc eſt, ſolidum cibum præparauit
iis,qui animi affectibus ob ipſam conſequendam ſeſe ſpoliarint:in cratere vinum ſuum mi-
E ſcuit,hominis mentem nimirum exhilarans. Cratera enim dicit communem ac vulgarem
bonorum diſtributionem.Ex quo æquè apud omneis facultas eſt ex ea,quantum quiſque po
teſt pro ſua portione hauriendi.Inſuper præparauit eius menſam.Omnia per emphaſim lo-
quitur, ac per corporalia nobis ſpiritualia demonſtrat. Cibum nanque animæ ſpiritualem
menſam appellat,ad quam altiſſima voce conuocat:hoc eſt, cum præceptis & inſtitutis ni-
hil humile,nihil abiectum habentibus.Qui ſtultus eſt,declinet ad me. Quemadmodum e-
nim ægri & debiles arte medendi vtuntur, ſic & ſtulti ſapientia indigent. Etenim melius
longè ipſam quàm argenti & auri theſauros mercari:longéque item pretioſior eſt lapidibus
F pretioſis,& omne admodum pretioſum ipſa prorſus dignum non eſt.Eius quoque quod di-
cit:Fili,ſi ſapiens fueris,tibi ipſi ſapiens eris,& proximo tuo,& iſtius:filio ſapienti quicquid
egerit proſperabitur,ſententiam planè tibi nōſſe licet,ſi otioſè dicta Salomonis de ſapientia
legeris.Quoniam verò in maleuolam animam non introibit ſapientia, purgat ante omnia
per diuinum timorem futurorum ſapientium animas,ac ſapientiæ conciliat.Verba enim ac
myſteria ſalutis in quemuis ſine diſcrimine iactare,& omnes æquè ad hunc theſaurum re-
cipere,nec vitæ moribus purgatos,neque ratione prius & ordine diligenti vtentes haud a-
liter fuerit, quàm in ſordidum vas vnguentum fundere pretioſum. Quamobrem initium
ſapientiæ timor domini dicitur: animæ verò purgatio timor domini ſecundum prophetæ
preces ac deſiderium,dicentis:Confige timore tuo carnes meas:quia ſcit vbi timor inhabi-

p tat, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat,quòd ibi omnis animæ resideat mundicies,omnis iniqua noxiáque actio fugetur,mem- G
bris corporis ad enormes actus moueri (quòd timore quasi quibusdam clauis confixa sint)
nequeuntibus . Sicut enim qui clauos corpori infixos habet , doloribus pressus non facilè
quicquam agere potest:sic dei timore consectus non oculo vti præter decorem, non manus
ad nefarias mouere actiones,non denique paruum aliquid aut magnum contra officium a-
gere poterit,quasi mœstitia quadam minarum ac suppliciorum expectatione vinctus atque
oppressus . Impuros autem ac vanos hic noster Salomon à diuinis omninò arcet præceptis
ac disciplinis,dicens.Qui sine timore sunt,in portis morabuntur.Et iterum:Quæretis apud
De timore domini. reprobos sapientiam,nec inuenietis.Et rursus:Quærent me improbi,nec inuenient. Non a-
lia de causa,nisi quòd diuino timore minimè sunt purgati.Itaque ad sapientiam susciplen- H
dam accessurus,prius salutari metu animam à noxiis purgatus cogitationibus accedat.Ma-
nifestum sit igitur nobis & alterum bonum ex Prouerbiorum doctrina , videlicet timoris
habitus nobis per sapientiam infusus.Alterum erat præceptum : Nôsse disciplinam . Est au-
tem disciplina , inductio quædam vtilis , quæ sæpe cum labore vitiorum maculas purgat.
Quæ quidem in præsentiarum non videtur esse gaudij,sed mœroris: verum postremò fru-
ctum salutarem & quietum per ipsam exercitatis facilè reddit . Hanc itaque disciplinam
nôsse non cuiuslibet est mentis:quoniam multi res duras tolerare desperantes , exitus ac e-
uentus vtilitatem ob ignauiam & ignorantiam non expectant , sed ad diligentiæ austerita-
tem impatientes,in imprudentiæ tenebris ac infirmitate remanserunt . Idcirco admiratio- I
ne dignæ sunt iustorum voces,dicentium:Domine ne in furore tuo arguas me,neque in ira
tua corripias me.Non enim disciplinam detrectant,sed iram . Hoc nanque simile illi vide-
tur:Castiga nos domine,præterquàm in iudicio & ira.Itémque illi:Disciplina domini ape-
rit aures meas.Quemadmodum enim parui pueri doctrinam despicientes ob ferulas flagel
láque,quæ magistri & pædagogi adhibere solent, attentius dictata suscipiunt , & ipse sermo
ante plagas non auditur:post verbera doloréque veluti statim apertis auribus & auditu ex-
cipitur oratio, & memoria custoditur . Sic accidit & iis qui diuina audiunt præcepta , & ad
ea seruanda se negligenter habent.Nam postquàm disciplina eis inflicta est à deo,tunc quę
molestè semper illis inculcabantur diuina mandata,quasi iam primum in aures ipsorum ca K
dant,suscipiuntur . Hac itaque de causa inquit : Disciplina domini aperit aures meas , quo-
niam disciplina indocilem ac detrectantem corrigit atque admonet , vt Paulus planè facti-
tabat,tradens satanæ,veluti publico cuidam tortori & carnifici , vt erudirentur discérent-
que minimè blasphemare.Rebellantem verò & calcitrantem reducit,vtpote de quo dictum
est , quòd postea captiuitatis suæ pœnitentiam egerit . Necessarium itaque nosse disciplinæ
virtutem , quantis illa rebus prosit . Hanc demum vtilitatem Salomon facilè conspiciens,
admonet:Ne desine paruulum instruere & castigare,quoniam si virga eum cæcideris , non
morietur . Nam tu quidem virga illum percuties , animam verò illius à morte liberabis.
Quis enim filius quem non instruat pater.Ipsa disciplina apud eos qui rectè iudicant, mul- L
tæ est præferenda pecuniæ.Quamobrem clamat Salomon:Accipite disciplinam & non ar-
gentum,vt in tempore tribulationis vel corpore laborante, vel rei domesticæ incommodis
superuenientibus,nunquam de deo malè cogites aut sentias,sed multa patientia eius plagas
ob ea quæ admisisti castigatus & admonitus suscipias.Dic & tu si disciplinam verè nosti,il-
lud:Iram domini sustinebo,quoniam ipsi peccaui.Illud item : Bonum mihi quia humiliasti
me.Qualis erat Paulus dicens:Quasi castigati,& non mortificati.Item illud:Quum iudica-
Disciplina duplex. mur,à domino corripimur,ne cum hoc mundo damnemur . Quoniam verò doctrinarum
perceptio & intelligentia disciplina etiam dicitur,vt de Mose scribitur,quòd in omni disci
plina & sapientia Aegyptiorum eruditus fuerit.Non ideo quod omni sanè doctrina imbu- M
Scientiæ vanæ. tus fuerit,sed vtili tantum,ad salutem idonea rectè vocabitur disciplina instructus. Iam e-
nim & quidam geometriæ vacantes,quàm Aegyptij inuenerunt, vel astrologiæ , quæ apud
Chaldæos in pretio est:denique circa figuras & vmbras,& ea quæ in aëre versantur, tempus
terentes,omninò ex diuinis verbis doctrinam eruditionémque neglexisse ac spreuisse inue-
niuntur. Sed & poëtica & rhetorica , & sophismatum inuentio multos occupant , quorum
materia mendacium est.Nam neque poëtica,sine fabulis consistere potest: neque rhetorica
sine arte dicendi:neque demum sophistica sine paralogismis . Quoniam igitur præ horum
studio & vestigatione dei notitiam contempserunt multi,in rerum inanium perscrutatio-
ne tempus consumentes, necessaria est disciplinæ rectæ cognitio , & ad veræ & vtilis disci-

plinæ

A plinæ vtilitatem eligendam,& ad eam quæ inutilis & vitiosa est,omninò fugiendam.Licet
& agnoscere sermones prudentiæ , si quis paræmiis diligenter attendat , & quæ illarum sit
vtilitas ei qui non otiosè prudentiam complectatur.Potest enim illius vtilitas intelligi. Ma
litia, inquit, paruuli, sensibus verò perfecti estote . Prudentiam igitur vnam ex virtutibus
præclaris existere palàm est,qua bonorum & malorum & indifferentium nos homines sci-
entes reddimur.Prudens verò vtique prudentia per denominationem dictus est.Sed quan-
do ferarum prudentissimus serpens esse domini testimonio dicitur: Estote,inquit,pruden- De duplici prudentia.
tes sicuti serpentes:item prudens œconomicus iniustitiæ:manifestum quod duplex est pru-
dentiæ nomen.Vna quidem proprij commodi custos,& alieni doli obseruatrix,qualem ser
B pens habet.Ille si quid periculi incurrere viderit,caput ante omnia custodit.Ea videtur esse
versutia illa,quæ prona est ad proprium commodum,& simpliciores defraudandos . Quali
prudentia fuit ille seculi prudens & iniustitiæ œconomicus apud euangelium: Vera autem
prudentia,eorum quæ agenda & non agenda sunt cognitio est:quam si quis ritè sectatus fue
rit,nunquam ab officio virtutéque abscedet,nunquam vitiorum pestem incurret.Igitur qui
prudentiæ sermones cognoscit , sciet nonnullos sophismata captionésque obiicere , quos-
dam verò nobis quæ sunt circa vitam meliora monstrare . Vt bonus trapezita quod bonum
fuerit retinebit,& ab omni specie mala abstinebit.Ipsa nanque prudentia ædificanti domũ,
fundamentum supra petram locare,hoc est,in Christi fide fundare largietur , vt per imbres
C & ventos & fluuiorum incursus immobilis firmáque permaneat . Per huiuscemodi autem
parabolæ verba nobis ostendit dominus,quemadmodum in laboribus atque periculis cum
diuinitus nobis tum humanitus immissis,constantes ac firmi simus:docétque ea quæ nobis,
hoc est,nostræ saluti sunt necessaria minimè negligere,sed ad tempus vitæ viaticum proui
dere ac præparare:cordis demum puritate sponsi aduentum expectare.Prudẽtes,inquit,vir-
gines quòd oleum in lampadibus habuerunt,sumptóque illo obuiam sponso exierunt.Stul-
tæ autem quòd minimè paratæ fuerunt,quamobrem & à sponsi gaudio congressúque repul
sæ sunt.Vt autem de sophistica prudentia dicamus,satis videmus quid sit verba contorta fu De prudentia sophistica & fucata.
catáque recipere.Sermo autem verus & ex mente procedẽs sana,sobrius ac simplex est vni-
D formis item:præterea semper eadem,& de eisdem vbique dicens.Varius verò & artificiosus
multum & circumuolubilitatis & apparatus habens mille figurat atque innectit inuolucra:
ad ea tantum fictus quæ congredientibus ac colloquentibus placent.Verùm vt arti huiusce
modi illiúsque abiectis resistere probè valeamus , magnum Prouerbia præstant adiumen-
tum:quoniam quicunque hæc attentius audiuerit , & illorum monita diligenter acceperit,
tanquam rerum experientia munitus hæc sophismatum contorta excipiet illæsus:nec ab eis
persuasus,neque propterea à veritate discedens.Quando enim aliter res natura se habeat,a-
litérque de his verba suadere videntur,conuersio quædam , magis autem peruersio verbo-
rum à veritate contexitur,vt quod verè non existit, verborum vertigine quadam ad deci-
E piendos astantes ostendatur.Quemadmodum enim lepores vulpésque canibus aliam cur-
sus monstrantes viam,aliam conuersi tenent:sic huiuscemodi orationis inuolucra spiritua-
lis doctrinæ simplicitatem ac viam detorquent . Strophæ quædam sunt falsæ scientiæ obie-
ctiones.Exercitati nanque & eruditi in arte dialectica in vtránque partem differendo per-
suasione sophismatum veritatis sensum pessundant . Recipit attamen huiuscemodi verbo-
rum contorta ille,qui in his fuerit institutus Prouerbiis.Et si quandoque problemata æquas
vtrinque probationes habentia inuenit, in quibus difficilis interdum veri ac verisimilioris
inuentio fuerit,si in Prouerbiis exercitatus existat,minimè mente confundetur, etiã si cum
quibus disserit verbis pugnare,ac pares ex æquo epicherematum plagas contrà inferre vide-
antur.Suffragatur & Prouerbium ad veram iustitiam cognoscendam . Quoniam verò iu-
F stitiæ habitus est,qui pro dignitate cuique suum distribuit,difficilis est hæc inuentu aut co-
gnitu:partim quod deficiente prudentia non cuique pateat quod sit æquum , partim quod
animo perturbationibus & affectibus humanis occupato rectum obscuretur:quando & pau
peres despiciunt:potentes verò viros & iniustos minimè redarguunt . Quamobrem liberis
Prouerbiorum discipulis suis se veram iustitiæ notitiam daturum pollicetur . Et quoniam
plures ex multitudine & vulgo laudem quærentes,re quidem iniustitiam atque auaritiam,
vt sibi commodam ante omnia sectantes, verbo autem atque ostentatione ius fásque & æ-
quitatem admirantur . Hos itaque is qui Prouerbiis huiuscemodi instructus fuerit, minimè
ignorabit,sed cognoscet quæ sit vana ac falsa,quæ vera & sincera iustitia. Quoniam autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam extra fidem ſapientes multos de iuſtitia faciunt,ac comparant ſermones,ac illis o- G
mni ſtudio perſuadere contendunt,qui recto huius præceptionis conſilio non ſunt muniti,
liber hic ita veram promittit docere iuſtitiam,vt illorum ſophiſmata illæſi prætereant. Sed
& gentium leges ac mores multam inter ſe differentiam habentes, illorum prorſus mentes
confundunt,qui iuſtitiæ diligentem rationem minimè comprenderunt. Quidam enim po
puli patrem necare fas putant. Alij verò ab omni cæde abhorrent. Sunt item qui pudicitiam
maximè colunt. Nonnulli verò & matribus,& filiabus,& ſororibus commiſcentur. Deni-
que plurimi patrio & antiquo more detenti in rebus agendis abominandum deteſtabilèque
minimè diſcernunt. Idcirco liber hic veram oſtendens iuſtitiam homines ab animi pertur-
bationibus liberat atque purgat. Eſt autem iuſtitia quædam inſita innatáque nobis,æqui di- H
ſtributio. Quòd ſi non ad eius perfectam peruenimus notitiam, ſit alioqui mens bona iu-
ſtáque, ex eo quòd intendimus & quærimus, minimè aberrabimus, nec à ſpe illam conſe-
Iuſtitia diui na. quendi decidemus. Eſt etiam cœlitus quædam à iuſto iudice deducta iuſtitia, partim cor-
rectiua, partim retributiua ob variorum in ea præceptorum conſiſtentium magnitudinem
ſimul & ſublimitatem, valde quidem cognitu difficilis. Hanc ego Pſalmiſtam putauerim
dixiſſe. Iuſtitia tua ſicuti montes dei. Salomon igitur hanc veram diuinámque iuſtitiam
pollicetur iis, qui in hoc Prouerbiorum libro diligenter ſe exercuerint. Rurſus autem quo-
niam peccatorum aliqua inuoluntaria ſunt, aliqua verò ex mente praua proueniunt: fit vt
non ſit eadem in illis iuſti definitio. Ponamus enim iudicandam eſſe fornicationem, con- I
ſtituamúſque fornicatrices duas. Vna quidem lenoni empta corpus vi coacta inquinabit:
Impudico enim poſſeſſa domino parere oportebit. Altera verò ſponte per voluptatem & li-
bidinem ſponte ſe peccato tradet. Nonne prima quidem faciliter veniam conſequetur,& ex
animo prauo ſecunda iudicabitur? Item è duobus alter peccauit,quòd ab initio ab iniquis pa
rentibus malè fuerit educatus,verbíſque ac factis mala conſpexerit exempla: alter verò mul
ta ad virtutem facientia & liberum iuuantia arbitrium habebit educatus honeſtiſſimè,à pa-
rentibus omni diſciplina eruditus,à magiſtris diligenter inſtructus, diuinorum etiam præ-
ceptorum auditione legitimè imbutus,& vitæ cõuerſatione,& aliis munitus ſuffragiis,qui- K
bus anima ad virtutem facilè tendere ac aſpirare valeat. Deinde ſi in idem incurrat & ipſe
peccatum,quomodo non grauiores ante iuſtum iudicem pœnas dabit? Hic enim ſolis ſalu-
taribus ſubſidiis,mentibus noſtris infuſis,tantum accuſari poteſt,vt non rectè his vtens. Il-
le verò vt prodens omnem datam opem, & vt ob malam ab initio conſuetudinem in pra-
uam omninò diſtractus vitam. Quamobrem rectam veràmque nôſſe iuſtitiam, magnæ cu-
iuſdam ſcientiæ perfectíque animi eſt,fortaſſè & promiſſionem habet,in iſtis parœmiis in-
ſtructum poſſe deinceps & ad theologiam ex arte cognoſcendam accedere. Vera nanque iu
De iudicio recto. ſtitia Chriſtus eſt,qui nobis ex deo factus eſt & ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & re-
demptio. Noſſe enim diligenter iuſtitiam,facit vt rem rectè iudicare poſſimus. Impoſſibi- L
le nanque non verſatum exercitatúmque in iuſti cognitione rem dubiam & in controuer-
ſia poſitam bene ac ordinè dirigere. Neque ipſe Salomon niſi in hac iuſtitiæ ſcientia dili-
genter inſtructus fuiſſet, illud tam vulgatum de puero duarum meretricum iudicium tam
probè proferre potuiſſet. Quoniam enim ſine teſtibus hæc geſta erant,ad naturam cucurrit,
ac per ipſam quæ incognita erant inuenit, dum facilè inuenit: altera quidem ſine mœſtitia
pueri interitum admittebat: altera verò ob naturalem materni affectus amorem hunc do-
lorem caſum ve minimè tolerabat. Igitur quiſque hanc iuſtitiam edoctus facilè ius fáſque
cuique pro dignitate reddet, ac rem ex æquo pulcherrimè iudicabit. Quemadmodum is
qui ſagittam tendens ad metam diriget, nec vltrà, nec citrà, nec vtrobique errando à via
poſita excidet. Ita rectus iudex factitabit, nec in iudicando perſonam accipiet. Noſcet M
enim quod minimè ad rem faciet. Neque item prouocatione aut contentione aget, ſed re-
ctum ac minimè obliquum proferet iudicium. Quid? ſi duo inciderint iudicanda, alte-
rum quidem plus æquo habens, alterum verò minus: diligentis erit iudicis partes adæqua-
re, tantúmque ab eo qui plus habet demet, quantum illi cui iniuria fit deeſſe videbit. Qui
autem non rectè ambulauerit, neque veram hanc in corde iuſtitiam geſſerit, ſed aut pe-
cunia corruptus, aut propter amicitiam placere ſtudens, ſeu odio compulſus, vel etiam
potentia perterritus fuerit, nequaquam rem iuſtè ſanctèque cognoſcere poterit. Huic igi-
tur Pſalmus ait: Itaque ſi verè iuſtitiam loquimini,rectè iudicate filij hominum. Argumen-
tum nanque iuſti,affectus eſt in iudicando rectitudo. Quod idem in orationis proceſſu innu
ere videtur,

A ere videtur,dicens: Pondus magnum & paruum,abominatio apud deum ſunt vtraque, non
æquum circa iudicium,ponderum id appellatione prouerbij modo figurans. Ex quo non ſo
lum iudicantibus,ſed cunctis in omni vita rerum agendarum electionibus, huiuſcemodi
iuſtitiæ inſtructio vtilis admodum fuerit. Quoniam autem apud noſipſos iudicium quod-
dam naturale habemus, per quod ab iniquis bona facilè diſcernimus: neceſſarium nobis in
agendorum optione recta facere rerum diſcrimina,& quaſi iudicem quencunque,qui iuſta
ſit alioqui mente, res cogniturum contrarias, fauere virtuti oportebit,damnare autem vi-
tium. Verbi gratia: Inceſtus & pudicitia apud te iudicantur, & alta mens tua pro tribunali
ſedet. Ex vna parte voluptas inceſtui ſuffragatur,dei timor pudicitiæ aſſiſtit. Si igitur pecca
B tum condemnans virtutem ſuperare volueris, rectum rei iudicium conſtitues. Si verò ad
voluptatem propenſus,hanc duxeris potiorem, obliquum minimèque rectum facies iudi-
cium,reus ſanè factus vocis illius: Væh dicentibus amarum dulce,& dulce amarum: qui di-
cunt lucem tenebras,& tenebras lucem. Quoniam igitur ex ipſius Salomonis ſententia: Co
gitationes iuſtorum iudicia ſunt viro ſapienti,omninò ſatagendum erit intra cordis arcana
tribunal conſtituere, rectáque facere iudicia: mentem quoque velut in trutina ſuſpendere
ad ea quę conueniunt, & ad quodlibet agendum æqua lance librare. Quando ſingula dei
mandata contrà aduerſantem ſibi malitiam coram te iudicium experiuntur,da legi diuinæ
contra vitium victoriam. Iniquum & æquum apud te iudicantur. Reſponde contra concu-
C piſcentiam alienorum bonorum. Da vt vincat virtus. Contumelia & patientia inuicem pu-
gnant? vitupera contumeliam, lauda patientiam. Odium item & charitas? Alterum procul
reiice,alteram verò videlicet charitatem,propriam,familiarémque tibi redde. Simulatio &
ſimplicitas,fortitudo & timiditas: prudentia & imprudentia,iuſtitia & iniuſtitia,temperan
tia & intemperantia iudicantur? Tunc denique in tuæ mentis receſſu iudiciorum rectitudi-
nem oſtende, & veluti in tribunali tibiipſi aſſidere mandatum dei faciens, monſtra te vitiũ
abhorrere, ac omninò ab eo eſſe auerſum, virtuti verò fauentem ſtudentemq;. Si enim in
rebus cunctis quas agis apud te potiora & meliora vincere permittas, beatus in die illa fue-
ris,quando deus occulta hominum iudicabit,vt teſtatur euangelium,cogitationibus corda
D ſimul hominum accuſantibus & defendentibus: nec condemnatus diſcedes, verùm iuſtitiæ
corona ornaberis,qua tu item virtutem in omni vita redimiueris. Quàm ampla tibi bona
conciliabit iſte Prouerbiorum liber, docens & veram ſeruare iuſtitiam,& iudicia rectè di-
rigere? Quid igitur vltrà pollicetur? Vt dem,inquit, innocentibus prudentiam, filio iuue-
ni ſenſum ac intellectum. Innocentiam autem duplicem eſſe nouimus. Prima eſt à peccatis De innocen tia duplici.
alienatio,mente ac propoſito per longam bonorum exercitationem acquiſita,ac malitiæ ra-
dice penitus extirpata. Sic innocentis demum appellationem recipimus. Altera verò inno-
centia eſt,ignoratio mali quædam & inexperientia,ſeu ob ætatem ſæpenumero & iuuentu-
tem,ſeu etiam quod alicuius artis & vitæ rationem quandoque probè non tenentis,fraudes
E in ea rectè cauere non ſunt edocti. Verbi gratia: Puer adhuc paruus dolum,aut aſtutiam,aut
ſuperbiam minimè nouit. Rurſus nonnulli in agris tantum, & in rebus agendis minimè
verſati,mercatorum fallacias, iudiciorum ac fori cõtentiones,varias cautiones captionésq;
ignorant. Huiuſcemodi innocentes appellare ſolemus, non quòd ex propoſito aliquo op-
tionéue à malo abſtineant,ſed quòd mali experientiam & habitum nondum contraxerint.
Innocens autem propriè eſt, qualis erat Dauid, dicens: Ego in innocentia mea ambulaui.
Omnem ex animo ſuo iniquitatem ſeſe in virtute exercendo fugiens,vt hereditatis bono-
rum dignus haberetur. Quoniam dominus non priuabit bonis eos qui ambulant in innocẽ
tia. Is itaque confidens dicet: Iudica me domine, quoniã in innocentia mea profectus ſum.
F Et iterum: Iudica me domine ſecundum innocentiam meam, & ſecundum iuſtitiam meã.
Innocentem ergo te oſtendet morum & ſimplicitas & candor, qualis erat Iacob minimè fi Iacob inno-cens.
ctus,habitans domum,hoc eſt, naturæ vtens ſimplicitate, nihil ex arte ſimulatum figura-
túmue retinens,hoc eſt,nullam in verbis adumbratam decipientémue faciem præ ſe ferẽs.
Innocentem itaque in hoc Prouerbiorum loco, non ex propoſito,ſed ignoratione videtur
accipere,quem nullus vſus aut experientia laudatæ aſtutiæ teneat. Docens illum vt natura- τὴν ἀκακίαν.
liſ ſynceritati etiam eam adiungat prudentiam, quam generat rerum experientia, & quaſi
armis quibuſdam pulchræ cautionis munitus, aduerſariorum inſidiis ſeſe tutum reddat.
Oportet enim exiſtimo virum perfectum,ad virtutem prudentem eſſe,ad vitium verò ſim
plicem ac purum. Hinc itaque,tanquam ex fonte quodam, innocentes ſalutarem probatãq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

astutiam hauriant. Vir enim astutus thronus est sensus. Et vir astutus mala illa, quę mętem G
subeunt, abscondit, qui verò illorum deprehensionem custodit, astutior est. Est igitur astutia
actio animi cum attentione quadam, & arte, & studio laudabili rerum omnium agendarū.
Sicut & versutia mali tantum studium & operationem exprimit. Quoniam igitur astutus
vniuersorum suscipit actionem, & in cunctis etiam mala reperiuntur, astuti appellatio duo
significat. Improbus quidem sensu, & arte in alienis vtitur damnis. Laudabilis verò citò ac
solerter bonum proprium vestigans, dolos & insidias alienas rectè cognoscit atque euitat.
Quamobrem huic attende astutiæ nomini diligenter, & vt eam cognoscas operam dabis,
secundum quam hic quidem è salubri proposito probatus, in propriæ proximiq; salutis vsu
versatur. Alter verò condemnatus, quòd astutia ad perditionem proximorum vtitur, tan- H
quam subsidio quodam, ad malum studio illius abusus. Plena est autem historia vtriusque
astutiæ, qua vsi sunt homines. Pulchra fuit admodum Hebræorum astutia Aegyptios deci-
pientium, ac pro opere ædificatarum vrbium præmium suscipientium, demum materiam
ad condenda tabernacula sibiipsis inuenietium. Collaudata item nutricum astutia illarum,
quæ mares Hebræos seruauere. Pulchra quoque astutia Rebeccæ, quæ modum diligenter
repperit, quo filius magnam susciperet benedictionem. Raab meretrix pulchrè item callida
Rachelis purgatio. fuit: pulchrè & Rachel: hæc quidem quod exploratores probè seruauerit: illa quòd patrem
officiosè deceperit, & ab idololatria omninò liberauerit. Contrà verò improba astutia Israë
litas deceperunt Gabaonitæ. Vsus est astutia mala & Absalon, qui æquitatis specie subditos I
& rebellium multitudinem in patris perniciem coëgit. Reprenduntur & plures qui contra
dei populum astutia mentęque vsi sunt praua. Quamobrem astutia in hoc libro in bonam
assumi partem ex eo deprendi licet, quòd ad hominum vtilitates, & ad animas simpliciorū
cautas in omni actione reddendas, traditur atque præparatur. Si enim hanc astutiam Eua
ab initio habuisset, non tam facilè à serpentis insidiis decepta fuisset. Innocentem itaque qui
omni verbo paratus est cum animæ periculo facilè credere, præsens doctrina confirmat,
veluti adiumentum quoddam ad vitæ negotia, ex astutia officiosa præbens vtilitatem. De-
inde considerandum est & hoc quomodo filio iuueni se dare sensum ac cogitationem di-
Homo duplex. cat. Quoniam, vt ait Apostolus, duplex est homo: vnus exterior, alter interior, tam secun- K
dum eum qui videtur, quàm secūdum eum qui in abscondito est, necesse est vt pariter ob-
seruemus quæ vtriusque concernunt ætatem. Dicere autem nuper natum puerum, sensum
extrinsecus accipere corporeum, nonne absurdum fuerit? Nam qualem hic liber sensum da
re poterit, & visus, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus, qui statim nobiscum generan-
tur? nec ex doctrina vlla, sed ex natura animal per hos constituente, sunt insiti. Non igitur
puerum ex corpore intelligendum, nec sensum quem pollicetur, vllum ex iis quos supradi-
ximus, putandum, sed de interioris hominis ætate velle dicere existimandum esse liquet. Di
dicimus enim in multis scripturæ locis & animam quandoq; puerili statu esse, & aliam esse
vegetam, & aliam iam senem. Quod & Paulus rectè in epistola ad Corinthios docuit, qui L
parui admodum spiritu erant, quamobrem lacte indigebant: hoc est, simpliciore & isagogi-
ca quadam euangelij doctrina, nondum cibum fortiorem ac solidum in præceptis retinere
valentes. Iuuenis enim admodum est secundum animam, qui ex omni virtutis parte ad
perfectum proficit. Spiritu feruens, ac circa pietatis præcepta omniúmque bonorum
promptitudinem vigilans, qui ab euangelio & violentus appellatur, & regnum cœlorum
rapere valens. Hunc item ad laudandum deum aptū sanctus suscipit spiritus. Dicitur enim:
Iuuenes & virgines laudent nomen domini. Et apud Iohelem promissiones habēt iuuenes,
quòd sint visiones visuri. Senior autem secundum animam est, qui prudentia perfectus est,
qualis erat Daniel, quanquam corpore iuuenis, sapientiam ac grauitatem omni canicie
præstantiorem præ se ferens. Idcirco ei dicunt illi, qui erant pleni dierum malorum: Huc M
accede, sede in medio nostrum, nuntiáque nobis quomodo senioris ac presbyteri honorem
tibi dederit deus. Itaque & hic puerum seu iuuenem per baptismi regenerationem, vt infan
tem & mente renouatum appellat, & per hunc statum aptum regno cœlorum. Itaque huiu-
scemodi sic nuper genito sine dolo & fraude lac appetenti liber hic Prouerbiorum in eis
exercitato & sensum, & intellectum tribuit. Sensum quidem prędentium, intellectum verò
futurorum. Eruditos nanque in rebus humanis, & sensu, & rerum experiētia claros reddit,
vt neque absurdis voluptatibus quisquam seruiat, neque vanam mūdi gloriam admiretur.
Adfert deinde & futuri seculi intellectum, illumq; fide promissorum quæ commemorat,
promouet.

A promouet. Sed quoniam ætatum differentias ad interiorem hominem traducimus, con- Auditus in
gruum sanè est, & sensuum nomina ad animæ vires etiam transferre. Itaque quando dicit: sacris literis
Meis verbis aures adhibe tuas, considerare nos oportet quòd animi obedientiam & facul-
tatem requirit. Quemadmodum & dominus: Quicunque, inquit, habet aures audiendi, au-
diat. Item: Sermo sapiens in aurem obtemperantem. Idcirco per hoc & si qua sunt similia,
iuueni sanum auditus sensum tribuit. Quando rursus ait: Ne intenderis fallaciæ mulieris,
neque item tuos oculos ad eam attollas. Item: oculi tui recta respiciant, manifestum quòd Visus.
puero quasi animæ visum largiatur. Cum verò admonet, fili mi comede mel, vt tuæ fauces Gustus.
dulcedine compleantur, figuratè mel diuinam nominat doctrinam, vt ait Psalmus: Quàm
B dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Per hanc monitionem spiritalem ani-
mæ gustum instituens, de quo dicitur: Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Hinc Tactus.
& tactus quidam procedit, secundum quod animam attingit sapientia, amatorem suum
quasi complexa. Ama, inquit, illam, vt te comprendat. Et rursus Ecclesiastes: Tempus com-
plectendi, & tempus fugiendi complexus. Corpora nanque per complexus impuros contа-
minantur, anima verò per sapientiæ complexum tota per totam ad seipsam vnita, sanctita-
te ac puritate completur. Sic itaque sensum pueris præbet. Quomodo verò intellectum in-
dit? Quando ait: Diuitiæ te in die mala non iuuabunt. Iniicit sanè tuo cordi illius diei con- Cogitatio.
siderationem, in qua nec facultatum multitudo satis erit, neque te ex æterna pœna libera-
bit. Vel quando dicit: Innocentes hæreditabunt terram: illam videlicet terram, quam &
C mansueti possidebunt secundum Psaltem dicentem: Mansueti verò hæreditabunt terram.
Et secundum sententiam domini: Beati mites (inquit) quoniam ipsi hæreditabunt terram.
Et rursus, Gloriam sapientes hæreditabunt. Huiuscemodi nanque promissiones ad bono-
rum promissorum desiderium animas excitant. Puero hunc dat intellectum: timorem
quidem eorum quæ peccatoribus deus est minatus, desiderium verò eorum quæ iustis pa-
rata sunt, quæ omnia sapiens audiens, sapientior erit. Magnam hic sermo Prouerbiis poten
tiam præbet, quòd excellant ipsam sapientiam sapientum, & quòd maiora huius libri præ-
cepta promissáque esse ostendit, quàm ea quæ communia traduntur eis. Aliorum enim ma-
gistrorum discipuli rudes admodum: huius verò libri auditores sapientes existunt. Quoniā
D autem sapientum nomen æquiuocū est, & sapientes huius mundi dicuntur, & vera sapien-
tia sapientes ij, qui Christum per fidem rectam recipiūt. Sermo hic sapiētiores facere polli-
cetur eos, qui extra hanc sapientiam altero modo supradicto censentur esse sapientes, si huic
doctrinæ vacauerint. Nam & rerum vanarum doctrinam spernent, & ad veritatem se om-
ni studio & admiratione conuertent. Vel ad hunc modum dici potest. Quoniam multifa- Sapiens mul
riam sapiens dicitur: quando videlicet sapientiam appetit, & quando in ipsius est profectu tifariam dic-
contemplationis. Postremò cum ad perfectum ipsius prouenerit habitum. Sapientes pa- tus.
riter appellati qui ista audiunt, tam qui sapientiam amat, quàm is quoque qui iam in illa
E profecit, sapientior erit. Multa nanque diuina præcepta edocebitur, multa iam humana
ediscet, hoc libro variè partim vitium ex animo pellente, partim verò virtutem introduce-
cente. Linguam noxiam frenat, oculum impura tuentem corrigit, manus iniustas co-
hibere præcipit, otium insectatur, vana desideria cupiditatęsque castigat, prudentiam
docet, fortitudinem monstrat, temperantiam commendat. His igitur instructus sapi-
ens malis ex seipso fortiter repugnans, bonique desiderium maiore impetu quasi quodam
naturæ consensu possidens, cum ex propria inclinatione ac motu sapiens sit, ob huius au-
ditionem doctrinæ sapientior fiet. Deinde ait: Et intelligens gubernacula tenebit. Oportet
eum qui aliquam susceпturus est artem, aptam facilémque ad eam obeundam naturam ha
F bere. Luctatorem robur & corpus vegetum. Cursu certantem, bonam membrorum dispo-
sitionem ac pedum pernicitatem. Gubernatorem verò mentis citum, acumen, & iudicium.
Quamobrem non facilè ad hanc artem omneis euocat hic sermo, sed tantum intelligen-
tem. Quid est autem gubernatio? Aut omnino scientia animæ circa instabilem rerum hu-
manarum naturam, quemadmodum ipsam regere oporteat. Sæpe nanque vitam hanc, &
aquas & mare appellatam inuenimus, vt in Psalmo: Misit ex alto & accepit me. Suscepit
me de aquis multis. Palàm est quòd huius vitæ tumultum ac turbationem, aquas appellat.
Non enim secunda omnia, & quibus plerique delectantur, perpetuitatem firmitatēmque
habent: sicut nec tristia semper durant. Verum cūcta humana, mobilitate quadam rerum
inexpectatæ vicissitudini subduntur. Sicut igitur mare in eodem statu consistere non diu

 potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest.Sed quid vides tranquillum,paulò post ventorum impetu turbatum aspicies quodq; G
horridum & vndis feruens ac tumidum, mox multa quiete consistere videbis: sic humanæ
res,facile vtrinque conuertuntur. Propterea gubernatoris & vsu & arte opus est, vt in vitæ
tranquillitate dum omnia ex animi sententia procedunt, rerum mutationes commode
excipiat, & ne præsentibus, ita vt nunquam perituris conquiescat, neu in rebus duris se
rursus affligat aut desperet: nèue mœstitia nimium consternatus submergatur,præcepsque
feratur. Neque enim aut corporis salubritas, aut iuuentutis vigor, aut domus felicitas,
seu reliquæ vitæ prosperitas, diutius permanere solet. Quapropter in hac vitæ tranquil-
litate existens, expecta rerum quandoque malè succedentium tempestatem. Veniet enim
morbus, veniet & paupertas, non semper post puppim flantibus ventis: sed & circumspe- H
ctum in cunctis, ac omnia verentem, sæpenumero inexpectata & improuisa adoriuntur:
quæ omnem felicitatem, veluti turbines circunstantes & inexcogitati exasperant: malo-
rúmque continuatio sicut vndæ consequentes, & inuicem surgentes existunt: quæ tibi &
vitam infestant, & procellam metuendam intentant. Sed & hæc quandoque prætereuntia
sedatáque,& ad hilaritatem,ac dulcem quietámque vitæ rationem mutata conspicies. Hic
itaque prudens gubernator est, qui directo ac firmo naturæ proposito, iis vtitur quæ acci-
dunt, idémque ac similis sibi perpetuo permanet: nec elatus in prosperitatibus, nec rursus
in calamitatibus demissus. Sed & alia de causa,vtile quoque nobis gubernationis prouiden
tia fuerit. Nam & alios fluctus ac tempestates timendas animæ, insurgentes ex carnis af- I
fectibus nouimus. Iræ nanque & timores,voluptates, & dolores, vt quædam violenta pro-
cella, in canis superbiam irruentes sæpenumero male curatam animam deprimunt. Opor-
tet itaque mentem veluti quendam gubernatorem animæ affectibus præsidentem, & vt
carnis nauigium regentem, ac cogitationes veluti temonem peritè vertentem,fluctus no-
xios generosè conculcare. Præterea in sublimi manentem, ac dominantem perturbatio-
nibus: nequaquam earum amaritudine, veluti marinis aquis compleri, sed continuò pre-
cantem dicere: Libera me domine ab iis qui oderunt me,& de profundis aquarum, non me
demergat tempestas aquæ, neque absorbeat supra me profundum. Vis tibi aliam enarrem
nauigationem, ad quam gubernationis virtus nobis necessaria fuerit? Regnum cœlorum K
simile est homini mercatori. Omnes enim angelicam viam ambulantes,mercatores sumus,
per opera mandatorum nobis possessionem cœlestium negotiantes. Oportet igitur nos mul
tas ac varias cœlestes diuitias cogere, si pudefieri in operis monstratione nolumus: & acci-
pientes talenta,illud audire: Serue nequam & piger. Quamobrem suam quisque & mercem
& thesaurum suscipiens,omni studio securus,hanc vitam pertransire conetur: Plures nanq;
ab ipsa iuuentute multa congregantes, instantibus deinde malignorum spirituum incita-
mentis,tempestatis onus, arte gubernationis deficiente, ferre non valuerunt, sed omnium
iacturam fecerunt. Ex quo circa fidem alij naufragium fecerunt. Alij autem pudicitiam,
De iis qui bene cœperunt nec tamen perseuerant. quam vsque à pueris thesaurizauere, voluptate deinde pestilenti, veluti procella quadam ir
ruente perdiderunt. O miserabile spectaculum,ô sortem lugendam post ieiunia multa, post L
durum vitæ genus, post longas ad deum preces, post vberes effusas lachrymas, deniq; post
annorum viginti seu triginta abstinentiam,ob indulgentiam inconsiderantiamq;, nudum
omnibus, ac tot laborum mercede priuatum reperiri, & similem omninò fieri mercatori
cuidam diuiti,qui de multitudine commeatuũ gloriatus, vento secundo nauem impellen-
te,timendas tuto per mare currens præterit procellas. Naufragio deinde prope portum su-
perueniente omnium possessione aceruatim simulq; destitutus apparet. Itaque mille labo-
ribus sudoribúsque parta vno tantum dæmonis impulsu facilè amittes, peccato velut acer
bo quodam turbine depressus. Ex quo sic de virtute omni simul periclitanti naufragantiq; M
opportuna vox illa: Veni in profundum maris,& tempestas demersit me. Quamobrem vi-
tæ clauum tutò moderare, oculum rege, ne per eum, siue auditum, siue linguam, in con-
cupiscentiæ fluctus incidas, aut noxium aliquid accipias: ne aliquid eorum quæ tacen-
da sunt loquaris, ne te iræ tempestas ac furor euertat, ne formidinum terrores vrgeant,
neu tristitiæ pondus deprimat. Fluctus enim sunt animi perturbationes, quibus si
virtute occurres, ac illis te sublimiorem reddes, tutus vitæ gubernator fueris. Si au-
tem per imperitiam & inconstantiam quodlibet eorum prꝛterieris, veluti nauigium ali-
quod compagibus dissolutum ac fractum, vndis omnibus obnoxium ac verbera-
tum iactatus,in peccatorum pelagus facilè corrues. Sed hæc gubernationis scientia quem-
admodum

A admodum tibi adesse poterit,attende. Mos est naucleris in cœlum aspicere,interdiu in so-
lem,noctu in arcton,vel aliud semper apparens astrum, ac per hoc rectam in pelago viam
commentari. Tu quoque oculos ad cœlum attollens,secundum eum qui ait: Ad te leuaui
oculos meos qui habitas in cœlis: habitantem in cœlo iustitiæ solem respice, ac velut astra
quædam splendentia dei mandata obseruans,lumina vigilãtia retine. Ne dederis somnum
oculis tuis,& palpebris tuis dormitationem,vt idoneum itineris cursum ex diuinis præce-
ptis habeas. Lucerna,inquit,pedibus meis verbum tuum,& lumen semitis meis. Nam si nun
quam ad claui moderationem constitutus obdormieris, & dum eris in hac vita, in huius
mundi rerum natura instabili,adiumentum eorum quæ sunt agenda à spiritu nos comitan
B te acceperis, auris spiritualibus ac pacificis tutò nauigabis, donec incolumis ad portum e-
uadas illum tranquillum ac sine fluctibus,diuinam scilicet voluntatem, Cui gloria & impe-
rium in æterna secula, Amen.

EXHORTATIO AD BAPTISMVM,
quæ & ad pœnitentiam quadrare uidetur.

C SAlomon quidem sapiens rerum tempora ex ordine vitæ diuidens, ac cuilibet eo-
rum quæ geruntur,quod illi peculiare & commodum est,tribuens ait: Omnia tem
pus habent. Et vnicuique rei suum est tempus. Tempus nascendi, & tempus mo-
riendi. Ego quidem sapientis vocem hanc paululum mutans vobis nuntium refe-
ram salutarem. Tempus, inquam, moriendi, & nascendi. Quorsum hic sermo mutatus?
Quoniam is quidem de genesi & morte loquens corporali,genesim morti,vt par erat,præ-
posuit,cum mori non liceat,nisi prius nascamur. Ego verò de spirituali regeneratione ora-
tionem facturus vitæ omninò mortem antepono. Nobis enim, si carni mortui fuerimus,
tum demum spiritu renasci licet,quemadmodum ait dominus: Ego occidam,& ego viuere
faciam. Igitur moriamur,vti viuamus: carnis affectum,qui legi dei subdi nequit, extingua-
D mus,vt spiritus affectus,per quem vita paxque apta est dominari in nobis, roboretur. Cum
Christo simul tumulemur, vt cum eo qui primitias surgendi dedit,resurgamus. Tempus
itaque aliud alij accommodatum. Somni proprium,aliud vigiliæ,belli item,& pacis. Baptis
mi verò tempus, vita hominis tota. Sicut enim corpus,nisi respiret,viuere nequit, ita nec a-
nima,nisi conditorem cognoscat,subsistere poterit,cum ignoratio dei mors animæ sit: citra
baptismum lux animæ non aderit. Sicut oculus lumine cassus nec quæ sua sunt videt: ita nec
anima sine hac luce quæ dei sunt. Tempus itaque aliud alij opportunum negotio, ad baptis-
mi verò salutem quodlibet tempus accommodum est, siue dies sit, siue nox, siue hora, seu
quodcunque temporis momentum etiam immitissimum. Opportunius tamen merito cen-
E sebitur,quod magis propriè ad baptismum facit. Quod autem tempus baptismo magis co-
gnatum est,quàm Paschalis dies? quòd ea lux resurrectionis monumẽtum quoddam exista t.
Baptismi nanque ad resurrectionem facultas quædam arrabóque est. Resurrectionis ergo
gratiam in die resurrectionis excipiamus. Quamobrem ecclesia suos procul alta voce con-
uocat alumnos,vt quos pridem peperit,tunc demum lacte sanæ eruditionis fide catechume
nos enutritos cibi firmioris degustatione instituróque perfecto corroboret. Ioannes enim,
ad quem omnis accedebat Iudæa,pœnitentiæ baptismum prędicauit, Dominus autem ado-
ptionis filiorum baptismum longè præclarius annuntiat. Quis igitur eorum, quibus spes est
in eo,non obediet? Initiatorium erat Ioannis baptisma,istud verò perfectorium. A peccato
illud auocabat,istud cum deo coniungit & familiarem reddit. Vnius viri Ioannis prædica-
F tio omneis ad pœnitentiam deduxit. Tu autem persanctè à prophetis edoctus es: Lauemi-
ni,mundi estote. Per psalmos admonitus: Accedite ad eum, & illuminemini. Per apostolos
item ac prophetas instructus: Pœnitentiam agite, & in nomine domini nostri Iesu Christi
in remissionem peccatorum baptizemini,& sancti spiritus promissionem accipietis. Deni-
que ab ipso domino inuitatus,dicente: Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati estis,&
ego reficiam vos. Hæc enim hodie omnia lecta sunt. Quid cunctaris, aut quid consulis?
Quid expectas? Cum à puero in doctrina Christi sis imbutus, nondum veritati assueuisti?
Cum semper didiceris,ad veritatis cognitionem nondum venisti? Per omnem vitam expe-
rimentum capis,consultas vsque ad senectutem,& quando christianus eris? Quando te no-
strum

Universidad de Deusto
Biblioteca

strum esse cognoscemus? Anno superiore hunc diem præstolabare, nunc iterum futurum G
expectas? Vide ne longiorem tibi vitam pollicendo spe decidas: nescis quid crastina sit aduectura: ne tibi quæ non tua sunt, in tua putes esse potestate. Ad vitam te homo vocamus, quid vocationem fugis? Ad bonorum participationem inuitatus, quid donum tam egregium spernis? Regnum cœlorum præparatur. Ipse qui vocat, minimè fallax: via facilis, non tempore, non sumptu, non negotio tandem opus. Quid moraris? Iugum, inquam, bonum ac leue est, minimè obterens colla: non vincit, sed probat ceruicem sponte ferentem, non inuitam detrectantémque expectat. Vides quomodo Ephrem veluti bucula per auia & legis iugum spernens accusatur. Subde cor indomitum, sis Christi iumentum: ne ab hoc immunis iugo, néve inconcessam quærens vitæ libertatem, à feris deprendaris. Gustate & videte, quo H
niam suauis est dominus. Mellis nanque suauitas melius ignorantibus nuntiari, quàm per degustationem non poterit, quòd sensus omni sermone sit efficacior. Ad circuncisionem minus Iudæus compellitur, quoniam omnis anima, quæ die octaua non circuncidetur, è populo pelletur. Tu autem circuncisionem non manufactam, quæ per baptismum in depositione carnis perficitur, differre quæris? Ipsum audisti dominum: Amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non ingredietur in regnum dei. Et illic dolor & hulcus, hic verò ros animæ est, & cordis vulnus curatur. Adoras pro te mortuum, patere & cum eo per baptismum contumulari. Si non fueris complantatus similitudini mortis eius, quomodo resurrectionis socius eris? Israël olim in Mosem, in nube, & mari baptizatus est. Tibi nimirum fi- I
guras, & quandam insequentium temporum monstratæ veritatis formam ostendens: Tu autem baptismum fugis, non in mari figuratum, sed in veritate & spiritu perfectum, non in nube, sed in spiritu: non in Mosen conseruum, sed in Christum creatorem institutum. Nisi enim Israël mare transiisset, nunquam à Pharaone discessisset. Sic tu nisi per aquam transieris, nequaquam à diaboli sæua tyrannide liberaberis. Nec vnquam ille ex spirituali petra bibisset, nisi ex figura baptizatus fuisset: nec tibi aliquis veram potionem, nisi verè baptizato præbebit. Panem angelorum ille post baptismum accepit: Tu autem quomodo viuentem comedes panem, nisi sumpto prius hoc sacramento? Quin & ille per baptismum in terram K
promissionis est ingressus. Tu autem quomodo in paradisum hoc carens penetrabis? Nonne vides quòd ligni viam gladius igneus custodit, infidelibus quidem formidandus, credentibus verò propicius ac amœnè coruscans? Et versatilem illum fecit dominus, quando fidelem conspexerit, ensis terga ostendit. Hoc verò charactere sacro carentibus os aciémque intentat. Helias enim currus equósque igneos ad se venientes minimè expauit. Verum itineris superni desiderio incensus, contra formidolosa est ausus, ac hilaris gaudénsque flammantes ascendit currus, cum adhuc esset in carne. Tu verò igneos currus minimè visurus, sed per aquam tantum & spiritum in cœlum penetrare potens, cunctaris: nec vocationi obtemperare maturas? Helias item vim baptismi supra holocaustorum aram, non per ignem, L
sed per aquam sacrificans ostendit, cum ignis natura aquę aduersetur. Nam tertio tunc aqua mysticè super aram effusa initium excitandæ flammæ velut oleum fuit. Accipite, inquit, hydrias, & effundite super holocausta & super ligna. Deinde ait: Iterate, & iterauerunt. Rursus tertio, effundite, & ita egerunt. Quæ oratio satis monstrat quemadmodum deo per baptismum propinqui & familiares efficimur, & lux clara cœlestisque per fidem in trinitatem animæ protinus refulget. Si enim aurum ecclesia distribueret, non profecto diceres, cras mitte, cras dabis: verum tuam sedulus portionem velociter peteres, differri autem ægrè ferres. Quoniam verò non materiæ alicuius fucum, sed animæ purgationem tibi rex munificus pollicetur, moras excusationésque nectis, impedimenta causásque affers. Debebas ad hoc donum accurrere, ô rem admirandam: Renouaris, nec conflaris: Refingeris, nec contereris: Cu M
raris, nec dolorem sentis, & tamen hanc gratiam non expendis. Si enim hominum seruus esses, ac libertas omnibus proponeretur, nonne ad constitutum diem instructus venires, aduocatos pretio conductos & iudices sollicitares, vt omni conatu libertatem reciperes. Quin alapam quoque extremam seruorum plagam pro liberatione omnis in futurum infamiæ ac probri libenter subires. Postquàm verò te seruum, non hominum, sed peccati, ad libertatem præco vocat, vt te à seruitute soluat, ac angelorum consortem ciuémque faciat: præterea dei filium per gratiam factum, cœlestium hæredem bonorum constituat: nondum esse tempus hæc dona excipiendi causaris? O iniquas excusationes. O infamem vanámque occupationem. Quousque tandem voluptates, quousque vani affectus? Longo nimis tempore mundo viximus.

Baptismatis figuræ.

A viximus. Reliquum vt & nobis ipsis viuamus. Quænam quæso, animæ digna compensatio? Quid æquè regno cœlorum comparandum? Quis fidelior tibi consiliarius quàm deus? Quis sapiente prudentior? Quis bono vtilior? Quis creatore familiarior? Nec Euæ serpentis consilio credidisse magis, quàm domini profuit. O sermonem nefandum, sanari curarique non vacat: ne lucem mihi ostende: ne ad regem regnúmque me deducas. Nonne tu hæc, imò absurdiora longè dicere videris? Enimuero si publicis tributis obnoxius esses, debitorum autem remissio reis circunquaque nuntiaretur: deinde quispiam te hoc publico munere priuare conaretur, doleres, clamarèsque communis gratiæ parte per iniuriam priuari. Postquàm verò non solum præteritorum remissio, sed etiam futurorum dona palàm propo-
B nuntur, non audis, sed ipse te lædis, quantum nec inimici fortè læderent. Consultúmne tibi ac vtiliter cogitatum existimas, si quis ius immunitatis tuum ac huiusce modi remissionem tibi abstulerit, ære quoque alieno te premi patiatur? Maximè cum scias, quòd mille talentorum fortè debitor remissionis munus facilè consequeris, nisi tute tibi ex inhumanitate in proximum tuum gratiam abstuleris. Quod ne patiamur, fratres dilectissimi, magnoperè animaduertèdum posteaquàm hanc gratiam adepti sumus, sed debitoribus nostris remittamus, vt firmum nobis sit hoc donum. Scisćitare aliquantulum conscientiam, ingredere in promptuarium animæ secretius, præteritorum memoriam apud te parumper excita. Si enim plura sunt peccata, multitudine ne terrearis. Vbi delictum abundauit, superaC bundabit & gratia, si eam receperis. Plus enim debenti plus remittitur, vt vehementius amet. Si autem parua, nec admodum lætalia fuerint delicta, quid de futuro sollicitaris, qui generosè præterita etiam non Christiana lege instructus disposuisti? Nunc verò tu te considera, in examine trutináque tuam esse positam animam: hinc ab angelis, inde à dæmonibus abstrahi meditare. Quibus cordis lancem inclinabis? Quid apud te vincet, carnis ne voluptas, an vitæ sanctitas? Præsentium oblectatio, an futurorum desiderium? Angeli ne te suscipiant, an retinebunt te, qui te iam impediunt ac detinent? Tesseram duces sub se militantibus dant, vt amici facilius inuicem se noscentes exhortentur, & si cum hostibus commisceantur, eo facilius discerni ac separari possint. Quòd si fortè commilitonum separatio fiat,
D nemo te, quarum, nostrarum, an aduersarij partium sis nouerit, nisi mysticis signis familiaritatem præ te feras, nisi signatum sit super te lumen vultus domini: nisi characterem in te agnoscat angelus, quonam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit? Quomodo, inquam, dices dei sum, signa non ostendens? An ignoras quemadmodum signatas domos in Aegypto exterminator præteriit, in non signatis verò primogenita peremit? Thesaurus non obsignatus furibus facilè patebit. Ouis item absque nota insidiis protinus est obnoxia. Iuuenis es? ætatem freno baptismi retine. Flos abest ætatis? vide ne senectutis viaticum desit, ne arcem & propugnaculum per inconsiderantiam atque ignauiam amittas, neu de vndecima hora sicuti de prima cogita. Quandoquidem & illi qui iam primum incipit viuere, mortem
E ante oculos habere continuò est opus. Si quis medicus commentis ac machinis quibusdam te iuuenem è sene reddere se receperit, ad eam profectò diem omni studio venire curares, in qua ætati floridæ te restituendum videres. At nunc cum anima tua, quam omni scelere contaminatam reddidisti, per baptismum renouari ac regenerari nuntietur, tantum despicis beneficium, nec vltrò properas, aut id pollicenti fis obuiam. Num non tanti muneris rem miram videre desideras? Quomodo videlicet absque matre regeneretur homo, quomodo vetus ac secundum desideria erroris corruptus rursus in pubertatem, ætatísque florem reconcinnetur: Baptismus igitur est captiuorum & æris alieni remissio, peccati mors, animæ rege- Baptismi elogia.
neratio, amictus splendens, character indeprensibilis, cœli iter, regni cœlestis conciliatio, adoptionis gratia. Tantis itaque ac talibus bonis miser potiorem ducis voluptatem? Noui e-
F nim tuam cunctationem atque pigritiam, quanquam rebus dissimulare contendis. Ipsa enim facta, & si taces, contra clamant. Mitte, inquis, supersede: Interim carne, ætatísque flore abutar, in luto voluptatum porcorum more volutabor, manus sanguine fœdabo, alienum auferam, dolosè ambulabo, peierabo, mentiar. Tunc denique cum satur ero, malis desistam, baptismum suscipiam. Si ergo res honesta est peccatum, hoc vsque ad extremum custodi. Si patranti turpis ac nocens, quid in eo perseueras quod pernicioſum est? Nullus enim bilem euomere quærens, maiorem eam ex mala intemperantique diæta reddere cogitabit. Corpus nanque malis grassantibúsque purgari humoribus, ne morbus conualescat, est opus. Videtur nauis aliquousque impositorum onera & grauitatem ferre, si vero modus excedatur plus æ-

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo grauata periclitabitur. Vide ne & tu similia patiaris, maiora continuò admittendo, G
quàm ea quæ remittenda tibi per baptismum promittebantur: & antequam speratum contingas portum, naufragium facias. An putas tua facta deus non videat, tuam non considerat mentem, aut forte iniusto tibi opituletur? Putasti, psalmus ait, quòd ero tui similis. Tu nanque mortalis hominis amicitiam respiciens, ob eius beneficia illi obsequens, ac morigerulus existis: dicisque propterea ac facis, quæcunque ei grata esse putaueris. Deo autem familiaris esse filiúsque adoptari cupiens, illi tantum aduersa inimicáque, vnde potius noxam contrahis, continuò geris & per legis transgressionem deum inhonorans, inde tibi illius familiaritatem polliceris, vnde ipsum magis offendis. Vide ne liberationis spe, malorum tibi aceruum congerens, peccatum quidem cumules, veniam autem non apprehendas. Non irri H
detur deus: ne mercare gratiam: neu dicas: Bona lex, sed dulcius peccatum. Voluptas nanque diaboli est hamus, ad perniciem deducens. Voluptas, inquam, peccati mater, peccatum vero mortis stimulus. Voluptas demum perpetui vermis nutrix, ad tempus admodum breue possidentem demulcet. Postremò vero acerbioris exitum tristitiæ sortitur. Cunctatio nanque ad baptismum pœnitentiámq;, nihil aliud clamare videtur, quàm in me ante regnet peccatum, deinde aliquando regnet etiam dominus. Assint mihi membra, iniustitiæ & iniquitatis arma, deinde assumam aliquãdo etiam arma iustitiæ deo. Sic & Cain sacrificia offerre solebat, primum quidem pro voluptate propria, deïde illius præbitori, ac creatori deo. Quando facultas ætásque viget, te libidinibus tradis. Quando vero membra languent, tunc I
deo potissimum offerre studes: cum scilicet ob ingruentem & inualidam senectam, his vti non amplius licet: quo maximè tempore, pudicitia seu temperantia vocari non potest: sed lasciuiendi potius & luxuriandi adempta facultas. Mortuus enim minimè coronatur. Nec iustus aliquis dicitur, cui malefacere non licet. Dum itaque potestas adest, dum corpus valet dum ratio viget, peccato dominare. Virtus enim hæc est vitatio mali, studium boni. Vacare autem à malo tantum per se, nec laude nec vituperatione dignum. Si ætate prohibitus à peccato desistis, debilitati gratias agendum. Optione non necessitate bonos laudamus. Quis tibi vitæ terminum fixit? Quis senectutis metam terminauit? Quis apud te tam fide dignus futurorum sponsor? Non vides pueros sæpenumero ab vbere raptos: non ætate floridos K
mori vides? Nullum certum terminum habet hæc vita. Quid expectas, beneficio febris baptizari, quando nec salutaria verba loqui, nec item audire commode poteris, morbo caput occupante? Non manus in cœlum tollere, non in pedes erigi, non genua adorando flectere, non commode doceri, non secure ac libere confiteri, non cum deo conuenire, non cum aduersario decertare, forte nec scite inter initiandum subsequi, dubitantibus etiam præsentibus, num gratiã sentias, an sine sensu quæ agantur accipias. Quando vero cum scientia quoque gratiam accipis, tunc talentum quidem habes, lucrum vero nondum accepisti. Hæc ita-
Chananæa imitanda. que animaduertens, stude Chananæam imitari. At, inquis: Filiam male à dæmonio possessam non habeo: habes tamen animam immundo spiritu occupatam. Quid ait Chananæa? L
Miserere mei. Filia mea male à dæmonio torquetur. Magnus enim dæmon, peccatum. Qui dæmonium patitur, misericordiam inuenit: qui autem peccat, odium sibi contrahit. Ille venia dignus, hic nequaquam excusatur. Miserere mei: breue admodum verbum. Magnum ve-
Misericordiæ efficacia. ro Christi humanitatis pelagus vbi misericordia, non exigitur ratio: vbi inquam misericordia, iudicium vacat, salus permissa: denique salutaria omnia. Itaque quanuis extra gratiam sis clama: Dic, miserere mei, non labra mouendo, sed mente vocem emittens. Nam & silentes audit deus. Non locus, sed propositi initium requiritur. Hieremias enim in luto erat, & deum attraxit. Daniël in leonum lacu deum placauit. Tres pueri in camino deum promeruere. Latro non cruce prohibitus, quin paradisum assecutus fuerit. Iob in stercore deum ad M
misericordiam prouocauit. Igitur vbicunque fueris, ora: vel si ante iudicem, ora. Mare antè aderat, retro Aegyptij insectabantur, medius Moses in loci angustia orabat: nihil attamen loquebatur: & ait ei deus: Quid clamas, & os tuum tacet? Cor enim clamat. Tu quoque cum ante iudicem aut præsidem minantem, aut vim afferentem fueris constitutus, ora deum. Te nanque orante laborum ac tribulationis fluctus contrahentur. Dominus propè est: Non hominem esse putes, continuò adest, vbique adest, & omnia complet. Si hominem fortè adire seu petere vis, ac quid agat scire, dicunt: dormit, occupatus est. Imitare Eunuchum. Incidit ille in instruentem docentémque, nec disciplinam spreuit. Verum statim diues pauperem in currum accepit: idiotam & despectum magnificus ac sublimis: ac demum edoctus

euangelium

A euangelium regni continuò fidem in cordis penetralibus concepit, nec obsignationem spiritus distulit. Nam mox vt incidit in aquam. Ecce, inquit, aqua. Cum gaudio hoc dicebat: Ecce quam quærebamus: Ecquid, me baptizari prohibet? Vbi nanque prompta voluntas, nihil est quod impediat. Qui vocat benignus, qui ministrat paratissimus gratia abundè exposita modo alacritas adsit, impedimentum cesset. Vnus est prohibens, qui nobis ad salutem obstruit viam, quem omni studio ac prudentia vitare oportet. Ille, inquam, torporem ac desperationem nobis iniicit, nos ad opus sanctum exurgamus. Ille vana spe corda nostra deludit. Ipsius ergo cogitationes non ignoremus. An non hodie peccare, cras vero iustè agere, pietatem differre, nos exhortatur? Idcirco dominus eius occurrens insidiis: Hodie, inquit, si
B vocem meam audiueritis, nolite obdurare corda vestra. Ille vero ait: Mihi hodie, cras deo. Dominus contrà: hodie vocem meam audite. Nosce, obsecro, inimici dolos: vt omnino, statimq; à deo auertaris, consulere non audet. Nouit enim hoc graue admodum Christianis. Verum artibus insidiosis aggreditur. Serpes est, & ad decipiendum argutus. Intelligit enim quemadmodum nos homines, præsens libenter recipimus tempus: omnisq; actio humana in præsens contendit atque spectat. Quamobrem hodiernum tempus nobis furatur astute, & spem facit crastini. Postquàm crastinum venerit, rursus malus diuisor sibi hodiernum, crastinum vero domino dari petit. Sic continuò diem de die trahens, voluptate præsenti & spe frugis, nostram subducit latenter vitam. Vidi ego iam auis astutę miram artem, cum Hanc auem Helianus, perdicem dicit esse.
C pullos suos videat adhuc ob debilitatem prædæ periculo expositos, sese aucupi ante illos vt prædæ paratam offerre, ita sese vertentem ac gestus dispensantem, vt nec periculo penitus aut manibus se prębeat, neque item insidianti spem omnino eripiat. Sic itaque illum inter vtrunque versando, occupando, in se retinendo, spatium dat natis otiose fugiendi. Ipsa ad extremum euolat. Caue igitur ne tu aucupi similia patiaris, certa pro incertis relinquens, spem firmam vana commutans. Trade itaque te Christo totum, da nomen tuum, ascribęque ecclesiæ. Nam & miles legitimus catalogo ascribitur. Athleta cõscriptus pugnat. Ciuis numero ciuium adscriptus in sua connumeratur tribu. His tu omnibus obnoxius es vt Christi miles, vt pietatis athleta, vt conuersationem administrationémque in cœlo ha-
D bens: in hoc libro præsenti conscribere, vt in altero superiore conscribi merearis. Disce euãgelicam disciplinam, oculorum modestiam, linguæ continentiam, corporis castigationem, superbiæ compressionem, cogitationis puritatem, iræ extinctionem. Vim patiens quod nõ rapitur adde, defraudatus ne ad iudicium accerse. Habitus odio, nihilominus ama. Insectationem videns, tolera. Maledicto lacessitus, obsecra. Moriare peccato. Cum Christo crucem subi. Omnem transfer atque colloca in dominum charitatem. Dura hæc, inquis. Quid enim bonum ac facile? Quis dormiens trophæum fixit? Quis in deliciis ac tibiis corona fortibus viris debita ornabitur? Nullus non currens brauium assequetur. Labores gloriam pariunt, & angustiæ periculáque coronas promerentur. Per multas (inquit) tribulationes opor-
E tet nos intrare in regnum cœlorum, dico hoc & ego, sed has tribulationes regni cœlorum felicitas subsequetur: peccatorum vero labores, gehennæ dolor, & immortalis tristitia manet. Nam qui diligenter res considerat humanas, facilè conspiciet: nec ipsa diaboli opera patrantes, à laboribus esse immunes. Nam cum temperantię nullus sit æstus aut sudor, libidinosus voluptatis seruus, præterquam quòd eius gratia multas sępe anxietates animi sustinebit, corpus & iam ex intemperantia tabefacit. Noctes, inquis, insomnes sunt in oratione vigilantiũ. At longè duriores in iniustitia, iniquitate, ambitione, auaritia pernoctantium. Nam & timor in furtis deprendi, aut in voluptatibus ardor & stimulus, omnem penitus requiem & animi tranquillitatem aufert. Si viam angustam quæ ducit ad vitam euitas, & longè latiorem peccati sequeris, vereor satis ne non latam vsque ad extremum, deinde & compe-
F tens diuersorium, inuenias. Thesaurus is dices seruatu difficilis? opus est vigilia. Habes si velis adiutores, orationem noctis custodiam, ieiunium domesticam custodem, psalmodiam animum recreantem. Has igitur suscipe comites. Ipse tibi per noctem in seruandis his rebus pretiosis auxilio sint. Quid enim præstat, dic mihi, aut nos diuites circa rerum possessarum curam solicitari, seu nihil ab initio quod custodiamus habere? Nullus enim metu amittendi bona despiciet. Sic nanque in rebus humanis, si malos cuiuslibet rerum euentus computare, aut cõsiderare velimus, nihil omnino possideretur aut subsisteret. Nam & colonis metuendum est sterilitatis damnum: Mercatoribus naufragia, nuptiis viduitates, patribúsq; & educationibus incertos liberorum exitus formidanda. Attamen in primis alacriter opus

aggredimur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aggredimur,ſpe bona nixi:rerum vero exitum deo probè omnia diſponenti committimus. G Tu vero ſanctificationem baptiſmi verbo quidem laudas, opere vero cum prophanis ac deploratis commercium habes. Vide ne te tuorum conſiliorum pigeat, cum te ſera nihilque profutura pœnitentia ceperit.Diſce prudentiam,virginum exemplo. Illæ oleum in vaſis nõ habentes, quando ſponſo ire obuiam oportuit, tunc neceſſaria deficere ſenſerunt: Ideo fatuas eas euangelium vocat, quoniam dum tempus ferendi erat olei, id prodigendo comedendóque abſumentes,extra fores ſunt iectæ,ac à ſponſi pulchritudine prohibitæ. Ne igitur & tu frater annum de anno,menſem de menſe,diem de die trahas,& oleum luminis nu trimentum negligens,in diem quam non expectas quandoque incidas, ac te benefaciendi occaſio vita deficiente deſtituat:& morbo prævalente in animi anguſtia conſtitutus, à me- H dicis domeſticiſq; deſeraris.Quando,inquam,extrema erit anxietas febriſq; ardore viſcera adurentur,dolebis miſer,dolebis corde penitiore,nec habebis qui condoleat: ſed tantum tacito inexplicatoq; murmure muſſitabis, apud te dicens: quàm contempta eſt mea ſtultitia. Quis baptiſmum dabit?Quis ſtupidum ac letali ſomno oppreſſum admonebit?Propinqui? At hi mœrebunt.Alieni?At hi deſpicient.Amici?At hi talia memorãdo, te turbare verebuntur.Scilicet & medicus decipiet:nec tu vitam omnino deſperabis, cum natura maximè omnibus deſideretur. Nox forte continget, nec adiuuantium facultas,non item qui baptizat aderit.Mors irruet,te rapientes ſtatim aduolabunt.Quis liberabit? Deus tibi deſpectus.At, inquis,me tunc exaudiet:tu vero nunc non ipſum audis? Præſcriptum tempus aliquod ad- I det.Scilicet quod dato bene es vſus?Ne miſer decipiaris: Nemo te inanibus ſeducat verbis. Aderit tibi repentinum exitium,ac interitus ſimilis procellæ te euertet. Veniet angelus triſtis,per vim tuam rapiens tot peccatis irretitam animam: tèque demum magnopere cruciatum,& abſque voce querentem,præcluſo lamentis vocis organo, ad nigra tartara deducet.Heu quantum teipſum afflictabis, quantum præteritorum pœnitentia conſiliorum ſuſpirabis,quando iuſtorum tot illuſtribus donis ornatorum videris claritatem: parte altera peccatorum triſtitiam in profundis tenebris ſpectaueris, qualia tunc corde tecum volutabis? Me miſerum dices, cur peccatorum grauiſſimam hanc ſarcinam, cum licuerit ac tam facile fuerit, non abieci? O quàm durum malorum aceruum mecum traho? Me miſerum K quòd haſce peccatorum ſordes non ablui,quod peccatis ita ſum commaculatus. Iam in bonis cœleſtibus delitiatur.O praua mea conſilia:ob breuem peccati voluptatem æternum crucier?Ob carnis modicas delicias, æterno tradar igni? O iuſtum dei iudicium: vocatus erã, nec audiebam:docebar & non attendebam.Obteſtabantur me, & ego ridebam. Hæc & his ſimilia flendo dicens, hos edes ſupremo tempore queſtus, ſi ante baptiſmum hinc diſcedes. Homo, ſi gehennam metuis, ſi regnum affectas ne vocationem ſperne, ne vanas innecte cauſas, ad excuſationem nulla idonea cauſa, nulla ratio. Mihi autem lachrymas fundere ſuccurrit, dum conſidero te gloriam dei turpibus ac probroſis factis poſthabere, & ob incontinentiæ licentiam voluptariam in peccato fixum, vnde auelli difficile admodum fue- L
Beatorum cœtus. rit,tete à tanta bonorum expectatione per inconſiderantiam excludere, vt tibi cœleſtis Hieruſalem gloriam ſpectare non liceat. Ibi nanque angelorum millia, primorum parentum conuentus,apoſtolorum ſedes,tribunalia Prophetarum,patriarcharum ſceptra, martyrum coronæ, iuſtorum laudes cumulatiſſimè ſpectabuntur. Quamobrem tu ſi ſapis, inter hos purgatus omni tabe, omnique crimine abſolutus, connumerari tota mente, totisque viribus exopta, gratia dei & domini noſtri Ieſu Chriſti: Cui gloria & imperium in æterna ſæcula. Amen.

IN EBRIETATEM ET LVXVM QVIBVS M *die Paſchæ populum affectum uidit.*

MOuent me quidem fratres ad hunc ſermonem veſpertina ſpectacula: illud vero meum retardat animum,meamq; in dicẽdo alacritatem hebetat atque abrumpit, quod ex iis quæ apud vos tentaui,nullum prouenientem conſpiciam fructum.Nã & agricola ſeminum primò iactorum germinibus nullis exurgentibus,deſperatione quadam pigritiaq; ad alias rurſus ſementes faciendas capitur. Si enim in tot admonitionibus,quas & ſuperiore tempore vos adhortando non præteriuimus, & deinceps ſeptẽ iſtis ieiunij

A ieiunij hebdomadis nocte ac die per euangelicam vos doctrinam ſine intermiſſione obteſtati, nihil penitus profecimus: qua vos ſpe hodierna die alloquemur amplius, aut adhortabimur? O miſeri, quot noctibus fruſtra vigilaſtis, quot diebus fruſtra conueniſtis,ſi tamẽ & fruſtra.Nam qui in bonarum actionum profectu ſemel fuerit,deinde ad antiquam viuendi redeat conſuetudinem, non ſolum eorum quos eſt paſſus laborum præmium non ſumet,ſed longè grauioribus dignus eſt pœnis:quòd cum dei verbum deguſtauerit,& myſteriorum notitia dignatus fuerit, breui admodum delinitus voluptate cuncta prodiderit. Nam paruus quidem & infirmus venia dignus eſt: potentes vero (vt dicitur) potenter examinabuntur ac punientur.Veſper vnus, impetus inimici vnus, omnem præteritum la-
B borem prodidit atque diruit.Quæ igitur alacritas,quæ induſtria dicendi reliqua mihi? Itaque ſcitote me omnino taciturum fuiſſe, niſi Hieremiæ metuerem exemplum: qui ad populum contumacem atque incredulum loqui minimè volens, illa paſſus eſt quæ ipſe narrauit. Quomodo videlicet verbum dominum ſit illi factum velut ignis in interioribus, qui & vbique illi adfuerit,& quem ferre nequiuerit. Fœminæ laſciuæ, dei timoris oblitæ, ignis æterni minas nihili pendentes, in die tali, quando eas ob reſurrectionis memoriam, domi honeſtè conſidere oportebat,ac illius diei recordari, in qua cœli quidem aperientur: apparebit verò nobis iudex è cœlis,& tubæ dei, & reſurrectio mortuorum, & iuſtum iudicium, & cuiuſque retributio pro iis quæ geſſit,pro eo, quod de his rebus cogitarent,corda
C ſua à malis concupiſcentiis repurgarent,præterita delicta lachrymis delerent, ad occurſum Chriſti & magnum illum apparitionis ipſius diem ſeſe prępararent, abiecto ſeruitutis Chriſti iugo,capita honeſtis operta velaminibus impudicè retegentes,deum,& eius angelos deſpicientes,ad marium aſpectus impudentes diffuſæ comas, tunicarum luxum oſtentantes: Pedibus geſtientes, ac oculo petulco, riſu laſciuo, ad ſaltationem inſanientes, iuuentutis intemperantiam in ſe prouocantes: In locis ſacris pro mœnibus ciuitatis choros conſtituentes, ea profanauerunt,ac omnium probrorum officinas reddidere.Aërem inſuper meretriciis cantibus, terram vero pedibus laſciuè ſaltando contaminauere,inſtar theatri cuiuſdam adoleſcentium cateruas ſibi circunſiſtentes. Denique inuerecundæ omnino ac inſanæ
D mulierculæ nullam inſaniam,nullum probrum prætermiſere.Hæc itaque quomodo tacebo? quomodo dignè conquerar? Vinum profectò harum ſtragem animarum nobis fecit. Vinum dei donum ad infirmitatis robur ac ſuſtentationem ſapientibus conceſſum, nunc vero inſtrumentum incontinentiæ intemperantibus eſt factum. Ebrietas dæmon eſt volun- Ebrietatis mala.
tarius,ex voluptate animabus noſtris inditus.Ebrietas maliciæ mater eſt, virtutis inimica, fortem virum reddit ignauum,ex temperato facit laſciuum,iuſtitiam ignorat,prudentiam extinguit. Sicut enim aqua igni eſt aduerſa, ſic vinum immodicum rationem ſupprimit. Quamobrem vereor contra ipſum aliquid dicere,non vt te paruo quidem aut contemnendo malo,ſed quòd nihil ſim per meum ſermonem profecturus, nec aliquid vtilitatis allatu-
E rus.Si enim ebrius inſanit ac tenebris obuoluitur, vanus labor fuerit apud non audientem verba facere.Quos igitur alloquemur,ſi quidem is qui admonitione indiget,minimè dictis auſcultat?Sobrius vero & qui ſapit,omni animi affectu purgatus,nullum ex verbis expectat adiumentum? Quid igitur faciam,ſi & oratio mea ſit inutilis futura?ſilentium vero deſperationem reſipiens?præteribimus ne diligentiam? At negligentia periculoſa, quamobrem loquar.Omnino loquar aduerſus ebrios,& apud ſepultas aures clamabimus. Quanquàm vt in peſtilentia ſolet euenire, ij qui corpora curant, ſanos quidem & eo morbo liberos adiumentis quibuſdam ad ſanitatem ſeruandam faciẽtibus,ſecuros reddunt: Illos vero qui iam affecti ſunt,minimè attingunt: Sicſermo noſter ex parte tantum aliqua proficere poterit,
F cuſtodiam & cautionem his qui morbo iſto nondum laborant monſtrando: hos vero qui iam illo tenentur prætereundo. Qua in re dic homo miſer à brutis differs?nónne rationis munere,quam à deo omnium conditore accepiſti,reliquæ creaturæ omnis factus dominus & imperator? Hoc igitur te mentis lumine per ebrietatem priuans, inter beſtias ratione carentes annumerari poteris, ſimilisque illis videri. Imò & beſtiis longè peiores eos exiſtimauerim qui ab ebrietate ſuperantur, quum illæ coëundi ſtatas habeant leges & horas,at ij, quòd plus æquo ſe vino ingurgitauerint, corpúsque ſuperuacuo calore concitauerint, in commiſcendo nullius temporis & horæ rationem habentes, nequiſſimis complexibus & amoribus inter ſe vtuntur. Nec ſolum eo peiores brutis quòd mente inſani aut ebrij, ſed etiam quod ſenſibus longè infra illa deficere videantur.Quod,quæſo,animal ita viſu audi-
túue

Universidad de Deusto
Biblioteca

túue atque ebrius homo debilitatur? Nonne familiarissimos interdum ignorant, alienis G
vero sæpe vt domesticis congrediuntur? An non vmbras sæpenumero, tanquam sulcos aut
loca prærupta transiliunt? Aures terrifico sonitu more fluctuantis maris refertas habent:
Terra interdum insurgere, ac in arduum ac rectum erigi, montes vero circummoueri vi-
dentur. Quandoque ab re & præter modum rident: nunc vero sine consolationis remedio
plorant, nũc item audaces & temerarij: mox timidi & ignaui. His etiam somni sunt graues,
ægrè respirantes & prope suffocantes, ac reuera morti vicini. Vigiliæ vero somnis stupidio-
res. Insomnium quoddam est vita ipsorum, qui cum nec vestem habeant, nec quod come-
dant vsque in crastinum, & regna administrant & exercitibus imperant, in ebrietate, & ci-
uitates ædificant, & pecuniam distribuunt. Talibus vinum phantasmatis, taliq; deceptione H
feruens ipsorum corda possidet. In aliis vero alios sæpéque contrarios exercet actus. Non-
nullos videas desperabundos, tristes atque dolentes, semper querulos ac lachrymis refertos.
Vini effect. Merum in differentibus corporum habitibus, differentes animæ perturbationes exercet.
Eos enim quibus sanguinem ad superficiem vsque suffundit, lætos & hilares animo reddit.
In eis vero qui graui habitudine, frigidóque circum præcordia sanguine corripiuntur, con-
trarios producit effectus. Sed quid opus reliquam perturbationum cateruam numerare,
morum peruersitatem, promptitudinem illam ad iracundiam, ad querelas, celerem ac re-
pentinam animi ad omnia mutationem, strepitum multum ac tumultum, facilem ad do-
los deductionem, ad omnes iræ motus inconsiderantiam? Voluptatis vero incontinentia I
omnis, ex vini fonte originem vimque habens, præceps ad omnem impuritatem atque
intemperantiam ruit. Animalium omnium libidinum fœditatem superat, quum bruta na-
turæ leges in hoc genere noscant atque obseruent: ebrij tantum in mare fœminam, in fœ-
mina marem quærunt atque optant. Nec cuncta quæ ex ebrietate mala procedunt, facilè
prosequi oratione fuerit. Nam incommoda damnáque & pestilentiæ temporis interuallo
hominibus proueniunt, cœli grauitate paulatim hominum corpora inficiente. Quæ verò
ex vino sunt, statim irruunt: sic animam perdentes, vt eam squalidam, stigmatéque plurimo
maculosam relinquant. Sed & ipsum corporis habitum corrumpunt, dum non solum
abundantia voluptatum ad lasciuiam insanientium illos labefactant, & dissolutos reddunt. K
Sed & corpus tumidum, putidum, muscosum, & vitali vigore priuatum circumferentes.
Nam eos videre licet oculis liuentibus, cute suppallida, spiritu graui, lingua balbutiente ac
demissa, voce confusa, pedibus puerorum more infirmis ac titubantibus, execrationes fre-
quentes ex inanimatis defluentes. Miseri profectò, ac longè miseriores quàm fluctibus agi-
tati, quos fluctus aliis alij succedentes à tempestate liberari non statim sinunt: Sic horum a-
nimæ madentes, vino submersæ sunt. Quamobrem veluti nauigia quando fluctibus procel-
læ acceptis grauantur, necessariò commeatus vacuatione ac proiectione leuanda sunt: sic
ebriis rerum stomachum grauantium vacuatio necessaria, ex quo & vomitione & deiectio-
ne frequenti vix leuari possunt: tantò naufragis deteriores, quantò illi res causantur exter- L
nas ventos & mare: hi verò sponte periculum adeunt, & ex ebrietate sibi volentes tempe-
statem pariunt. Lymphatus & malo dæmone captus, misericordia quidem dignus: ebrius
verò eadem ferè & ipse patiens, minimè misericordia dignus, qui spontaneo seruit dæmo-
ni. Quin & tales remediũ quærunt ebrietati, non ne aliquid molesti ab illa patiantur curan-
do, sed minimè desistendo, in eáque continuando. Dies enim admodum parua, breuis etia-
am nox vel hyberna potando videtur. Denique huius mali finis nullus est. Ipsum nanque
merum inexplebilem continuò sitim addit, nec necessarium quærit vsum, sed ad alium ir-
refragabiliter potum inuitat, quum ardentes ebrios, ac semper bibendi cupidiores reddit.
Fit autem vt dum studio inexplebilem bibendi sitim sibi comparare volunt, contraria his
penitus quæ optauerunt, patiantur, ac voluptatem, quam omni studio quærunt, omnino a- M
mittant. Luxus enim huiusce modi assiduitate sensus tabescunt. Nam sicuti visum id
quod summè splendet hebetat atque vastat, & magni sonitus ac strepitus ob exces-
sum auditum tollunt: sic & isti ob assiduam atque immodicam voluptatem sese va-
stant atque corrumpunt, & à delectationis via omninò auertunt. Vinum nanque illis
insipidum ac dilutum est, etiam si sit meracius. Tepida verò recentis susceptio, etiam si sit
copiosissima, etiam si nix ipsa sit, vini tamen flammam intus ardentem ex potus
immodicitate extinguere non valet. Cui væ? Cui tumultus? Cui iudicia? Cui tristitia
& rixa? Cui contritiones superuacuæ? Cuius oculi liuentes sunt? An non illis qui vino
immorantur,

A immorantur, & quærunt vbi nam bene poti euadant? Væh lamentabilis vox. Lamentatione
quidem digni sunt ebrij, quòd ex Apostoli sententia regnum dei non consequantur. Tumul
tus in eis oritur & turbatio ob vini potentiam, rationi & cogitationibus aduersantem. Præ- Ebriorum
terea tristitiæ ob amaros optandi voluptatis exitus. Horum nanque pedes vt vincti debili- valetudo.
tantur. Manus ex fluxionibus vini causa eò descendentibus continuò mouentur: quanquam
ante omnia mala hæc in ipso potationis tempore similia phreneticorum eis eueniũt. Quum
enim cerebrum æstu ex vini vapore redundãte vacillat, dolorem intolerabilem capiti parit.
Ex quo caput rectè supra humeros consistere non valens, huc illuc vertebris dissolutum ia-
ctatur. Rixam verò vocat immoderatas in symposiis & contentiosam garrulitatem. Con-
B tritiones etiam nominat, corporis ægritudines significans, in quas ebrij quoque ob varios
morborum casus incidere solent. Sed quis horum admonebit vino sepultos, qui ex crapula
continuò dormitant, capite grauantur, oscitant, caliginem ob oculos habent, ob nauseam fa
stidiunt. Quamobrem sapientiæ magistros inclamantes minimè audiunt. Nolite inebriari
vino, in quo est luxuria. Et rursus: Res est immoderata vinum, & probrosa ebrietas. Quibus
sanè verbis ipsi minime auscultantes, ebrietatis fructum nimirum referunt. Tumescit enim
corpus, oculi humoribus prægrauantur, ora siti ardentia, fauces continuò siccæ. Nam sicuti
valles, donec torrentibus inundantur, plenæ esse videntur: vnda verò desinente statim siccæ
C vacuæq; remanent: sic & vinolentorum ora vino ac potatione durantibus exaturantur ac
madescunt: paulò pòst continua siccitate laborant, ex quo ad frequenter bibendum inuitan-
tur, vnde humor naturalis amittitur. Quæ nanque est hominis structura adeò firma, quę tan
tis ebrietatis malis resistat? Quis vnquam madidum semper & innatans vino corpus con-
seruabit, vt non exile, dissolutum, & omnibus obnoxium morbis existat? Hinc tremores,
hinc debilitates confracto ac debilitato vitali spiritu, & excidentibus robore membris ac
dissolutis excitantur. Valetudo enim omni corporis inflationi tumorique inest. Quis est qui
maledictionem Cain in seipsum transfert? An non qui vino tremit & vacillat per omnem
vitam? Naturali nanque firmitate deficiente, necesse est corpus continuò vacillet atque mo
ueatur. Quousque tandem vinum? quousque ebrietas? Periculum miser est, ne pro homine
D cœnum lutúmque fias. Sic penitus vino deditus marcescis, ac quotidianam crapulam meri
& hoc tabidi, haud aliter quàm vasa putida redoles. Hos Esaias luget: Væh surgentibus ma- Esaias de vi
ne & siceram amantibus, ad vesperam vsque in vino permanentibus. Vinum enim illos cre nolentis.
mabit. Post citharam & saltationes vinum bibunt. Opera verò domini non respiciunt, & o-
pera manuum eius non considerant. Sicera omne quod ebrietatem inducit apud Hebræos
vocari solet. Quos igitur nunc Propheta deplorat, ij sunt, qui luce incipiente vinum quæri-
tant, œnopolia cauponásque circumagunt, sodales conueniunt, ac inuicem ad potandum
E inuitant. Omnem denique curam, cætera posthabentes, in hoc collocant: nec temporis par-
tem aliquam in rerum cœlestium atque operum dei consideratione ponunt. Eorum oculi
nunquam suspiciunt, aut ad sidera tolluntur, vt pulchritudinem & omnem in rebus creatis
prouidentiam simul & iustitiam meditantes, ad summi ac sapientissimi dei creatoris om-
nium cognitionem perfectam charitatémque perueniant: sed statim prima luce sympo sia
meditantur & curant, tapetibus variis & aulęis ornant, famulos ad hoc exercent, in hoc o-
mnem curam & diligentiam ostendunt, vt pocula comparent, vasa refrigeratoria, crateras
ac phialas, sicut in pompa quadam & festa die ponentes, vt vasorum varietas pulchritudó-
que satietatem excludat, admirationíque sit, vtque poculorum commoditate ac mutatione
diutius potent. Sed & officia his obeundis adhibent: sympo siarchos, archiœnochoos, archi-
triclinos. Et demum ordo ac dispositio in re inordinata confusaque constituitur: vt quem-
F admodum principibus mundanis ex satellitibus augetur autoritas: ita illi & ebrietati velut
reginæ cuidam ministros disponentes, summam illius turpitudinem, horum studio mune-
rum obtegere contendunt. Insuper coronæ adhibentur & flores, & vnguenta, & odorum
mille genera: quæ omnia rebus perituris ac minime laudandis superuacaneum pariunt ne-
gotium. Deinde cum potatione procedente eò veniunt, vt de augenda hac insania certent,
& de ebrietate per ambitionem contendant: cuius autorem legis diabolum habent: victoriæ
verò præmium, peccatum. Nam qui plus hauserit meri, is præ cæteris laudatur, is victoriam
refert. Atque ita gloria in ignominia illorum est. Inter se nanque contendunt, & vt in iudi-
cio aliquo defensitant. Quis nam sermo turpitudinem eorum quæ hic fiunt vnquam satis
explicare poterit? Omnia sunt confusione inconsiderãtiáque referta, vbi & qui vincunt &

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui vincuntur pariter sunt temulenti: vbi ministri rident, manus labant, ora madent, ven- G
ter ciborum grauitate dirumpitur, miserum corpus naturali vigore dissolutum ac defluens
vim ponderis immodici ferre non valet. Miserum profectò christianorum oculis spectacu-
lum. Vir ætate florens, corpore robustus, obeundis in exercitu laboribus aptus, aliorum sub-
sidio domum reportatur, nec erigere seipsum valens, nec propriis incedere pedibus. Et qui
terrori hostibus fuerat, ridiculus in foro pueris videtur, occasionémque vt ab omnibus con
temnatur præbet, sine ferro vulneratus, sine hostibus enectus. Vir militaris & iuuenis crapu-
læ mancipium fit, ab inimicis quæcunque iusserint pati paratus. Ebrietas itaque rationis in-
teritus, fortitudinis pernicies, senectus immatura, mors momentanea. Quid quæso sunt e-
brij, quàm gentium idola? Oculos habent, & non vident: aures habent, & non audiunt: ma- H
nus paralysi affectas habent, pedes infirmos ac facilè offendentes. Quis hæc machinatur?
quis horum causa malorum? quis insaniæ huius pharmacum nobis propinauit? Tu homo
prælium committis. In aciem iuuentutem educis, facilè vulneratur, ætatis florem vino ab-
sumis, vocas ad cœnam vt amicum, postea eiicis vt cadauer, anima illius extincta. Cum pu
tantùr iam esse bene poti, tunc bibere incipiunt, potántque pecudum more, vt ex fonte pe-
renni æquas scaturigines accumbentibus administrante. Procedente autem potatione pro-
dit in medium adulescens nondum ebrius phialam vini refrigerati humeris ferens. Is sub-
moto illorum pincerna in medio astans per obliquas fistulas æquam conuiuis distribuit e-
Æquales ca lices. brietatem. Nouum genus hoc mensuræ, vbi nullus est mensuræ modus, vt per poculorum I
æqualitatem inter eos nulla sit inuidia, nec alius alium bibendo circumueniat aut defrau-
det. Arripit quisque ante se positum canalem, vt ex quadam cisterna more boum sine respi-
ratione vno haustu tantum bibere contendat, quantum vas illud per argenteam fistulam
suppeditat. Respice parumper ad miserum ventrem vasis magnitudinem, vini mensuram
capientem quanta sit considera. Hanc tu nequaquam in vas vinarium reponis, sed in ven-
trem tuum dudum repletum demittis. Quamobrem iure clamat Propheta: Væh surgenti-
bus manè, & siceram potantibus, & in vino perdurantibus vsque ad vesperam, & diem in e-
brietate consumentes, ac nullum tempus ad considerandam dei sapientiam, & opera ma-
nuum eius dignoscenda interponentes. Vinum illos comburet. Quod sanè dicit, quoniam K
vini feruor corpori infusus, incendium fit ignitorum inimici iaculorum. Rationem enim
ac mentem vinum deprimit: voluptates & animi cæteros affectus malos velut apum exa-
men excitat. Quis, dic mihi, currus equorum indomitorum ita præceps fertur, dominum
suum excutiens? Quod nauigium ita gubernatore destitutum, ita fluctibus exagitatum &
concussum, si contingat, vt non sit ebrio securius? Ex talibus itaque malis viri ac fœminæ
communes constituentes choros, malóque dæmoni miseras tradentes animas, sese inuicem
libidinum telis confodiunt atque lacerant. Risus inter se histrionicos, cantus probrosos, me
retricios gestus ad libidinem inuitantes exercent. Rides, dic mihi, & gaudes inepta stolidá-
que lætitia: quum lacrymas fundere, ac dolore ob ea quæ admisisti fas erat? Cantus profanos
exerces, oblitus psalmorum & hymnorum quos didicisti. Moues pedes, & insanus saltas, L
Populi christianorum psalmos & hymnos edo ctus. Choreas ducis imprudens, cum genua ad dei & domini nostri Iesu Christi cultum flectere
oporteat. Quas ego fleam, puellas ne coniugij expertes, an viris coniunctas? Hæ quidem a-
missa virginitate reuersæ sunt: illæ verò pudicitiam viris minimè seruauerunt. Nam si quæ
forsan peccatum corpore vitauere, animo tamen admisere: quæ quidem & viris mihi simul
dicta monitáque sint. Vidit ille malè, visa est illa malè. Qui mulierem ad concupiscendum
viderit, iam mœchatus est in corde suo. Si fortuiti occursus iis qui obiter mulierculam in-
spexerunt, tantum pariunt periculi, quantò maius fuerit quum de industria congrediuntur,
quum dedita opera mulieres in ebrietate & conuiuio, omni lasciuo gestu, saltatione, cantu
impudico ad libidinem effrenes iuuenes inuitantes spectantur? Quid dicunt aut quid cau- M
santur ex his spectaculis, vbi tot mala congregantur? Nonne ob voluptatem se ac ad excí-
tandam concupiscentiam spectare? Itaque inexcusabilis lasciuiæ pœnas apud iustum dei iu-
dicium quandoque dabunt. Quomodo vos ô miseri pentecoste suscipiet, qui ita pascha con
tempsistis? Pentecoste sancti spiritus aduentum efficacem omnibúsque notum habet. Tu ve
rò te ipsum iam contrarij spiritus habitaculum reddidisti. Ex quo non templum dei ob in-
habitantem spiritum sanctum, sed idolorum factus es. Quamobrem veram facis Prophetæ
execrationem ex dei persona dicentis. Conuertam festa eorum in luctum. Sed quomodo,
dicite mihi, seruis imperare potestis, quum & ipsi cupiditatibus vestris tanquam mancipia
seruiatis?

A seruiatis? Quomodo filios monetis vestros, animas proprias incastigatas retinentes, ac pro-
cul ab omni disciplina viuentes? Quid igitur? Vos in his relinquam? Sed vereor, ne si reme-
dium his malis præteream, alius peruicacior fiat, ali⁹ verò ob tristitiam illatã desperet. Me-
dicina enim, inquit, magna delicta sedabit. Ieiunium ebrietatem curet, Psalmus turpes can-
tus, lacryma risum. Pro saltatione genu deo flectatur, pro tripudio pectus pulsetur. Pro ve-
stium sumptu atque ornatu humilitas. In omnibus verò eleemosyna peccata diluat: redem-
ptio animæ viri diuitiæ. In communionem societatémque orandi dei plures admittite eo-
rum qui tribulati sunt, si quo pacto tibi malitiæ culpa remittatur. Quando enim sedit popu-
lus manducare & bibere, tunc & surgebat ad ludendum: lusus verò illorum idololatria erat:
B tunc leuitæ contra fratres sese armantes ex eis viginti tria millia ceciderunt: sic enim manus
suas, inquit historia, consecrárunt. Et vobis nunc deum timentibus dico, qui probra hęc sce-
leráque minimè probatis. Illud monemus, vt si quos pœnitentes horum quæ admiserunt, vi
deatis, eorum vos miseratio vt propriorum membrorum affectorum capiat. Si verò à vitiis
minimè discedentes, & vestra super his monita vestrúmque dolorem aspernantes animad-
uertitis, ex eorum medio discedite ac separemini, & immundum ne contigeritis, vt hoc pa-
cto illi quidem pudefacti ad propriæ malitiæ agnitionem veniant. Vos verò pro iustitia ac
zelo præmium Phinees cõsequamini apud iustum iudicem deum & patrem domini nostri
Iesu Christi, cui gloria & imperium in æterna secula, Amen.
C

HOMILIA DE FIDE.

DEi quidem continuò reminiscendi, apud pias & ei dicatas animas nulla est satie-
tas. Quæ vero sunt dei, sermone prosequi ac narrare, audax profectò facinus fue-
rit, quum infra materiam tam arduam nostra sit longè cogitatio. Rursúsque de deo
cogitata seu cognita nec sermo vllus satis aperte explicare possit. Si igitur mens
nostra diuinarum rerum consideratione ac notitia multo reperiatur inferior, & oratio infra
D mentem ipsam & cognitionem maxime existat: quomodo non erit necessarium silere, ne
theologiæ dignitas verborum penuria & tenuitate periclitari videatur? Cunctis enim tam
doctis quàm indoctis, natura quidem est insitum hominibus, vt deum glorificare cupiant:
enarrare autem ipsius magnitudinem nullus sanè inuenitur idoneus. In cultu vero ac pie-
tate erga illum, alter ab altero distamus. Nemo enim ita demens, aut tanta mentis cæcitate
est, vt ad summam dei comprensionem sese peruenisse existimet: sed quanto magis ad ipsius
notitiam accedere videbitur, tanto maiorem sentiet infirmitatem. Talis erat Abraham, ta-
lis Moses. Quando enim deum videre, quantum fas erat homini, potuerunt: tunc maxime
vterque se humilem tenuemq; putauit: Abraham se terram ac cinerem nominans, Moses ve
ro se lingua balbum, ac sermone tardum appellans. Videbat enim se rerum cognitarum ma
E gnitudini nequaquam linguæ debilitate posse respondere. Sed postquàm omnium aures ad
theologiæ auditionem sunt apertæ: nec vlla satietas, aut vllus finis in ecclesia talium acroa-
matum, Ecclesiastici sermonem verum faciunt, dicentis: Nõ implebitur auris ab auditione:
necesse item nobis pro facultate aliquid de hac enarrare. Dicemus autem non quãtus sit de-
us, sed quantum nobis deprendi possit. Nam vt quæ sunt intra cœlum & terram media, licet
plane aspicere oculis non valemus: non tamen propterea causa nobis fuerit, vt quantum pos
simus non aspiciamus. Sic & nos paucis nunc verbis pietatis in hac parte officio satisfacie-
mus. Naturę vero magnitudini triumphum contra omnem sermonis facultatem concede-
mus. Nam nec angelorum linguæ, qualescunq; aut quantęcunq; hæ sunt, neque item archã-
F gelorum cum omni rationali natura congregatæ, vel minimam illius diuinitatis partem sa
tis congrue prosequi, nedum toti explicãdæ pares esse valebunt. Tu autem si aliquid de deo
dicere aut audire cupis, mitte corpus vnà cum sensibus corporeis: relinque terrã, mare, & aë-
rem sub tuis ponito pedibus. Transi contemplatione temporum pulchre distinctas ordina-
tiones, terræ ornatus. Supra æthera mentis oculos attolle. Siderum cursus mirandámq; natu
ram preteri, ordinem, magnitudinem, quantos omnibus vsus præbeant, splendorem, motũ,
collocationem, quemadmodum inter se iungantur, ac distent, mirabili quadam ac perpetua
ratione, omnia mente sublimior factus despice. Deinde supra cœlum ascende, & animo pul
cherrima quæ ibi adsunt contemplator, cœlestes exercitus, angelorum choros, presulatus ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

changelorum,gloriam dominationum,ſedes thronorum,virtutes,principatus, poteſtates, G
ſingula percurrendo creata:mentem amore diuino incenſus altius illis attolle, ac omnium
conditricem naturam diuinam intuere ſtabilem,immobilem , nihil in ſe alienum retinen-
tem,ſimplicem,impaſſibilem,indiuiſibilem,incompoſitam,lucem habitantem inacceſſam,
potentiam ineffabilem, magnitudinem incircumſcriptam, gloriam ſupermicantem, boni-
tatem deſiderabilem , pulchritudinem inenarrabilem : quæ anima vehementer conſternata
contingi quidem,ſermone autem nequaquam explicari poteſt. Ibi nanque pater,filius,& ſpi
Pater. ritus ſanctus,Increata natura,dominica maieſtas,naturalis bonitas . Pater omnium princi-
pium,omnium cauſa exiſtentium,animantium radix:vnde vitæ fons orta eſt:ſapientia,po-
Filius. tentia,imago ipſiſſima inuiſibilis dei,Filius ex patre genitus,verbum viuens, deus exiſtens, H
& ad deum exiſtens:exiſtens,non factus,ante omnia ſecula,non poſtea creatus . Filius,non
ſeruus,creator non creatura . Cuncta exiſtens , quæ eſt & pater, filius inquam & pater. Has
mihi proprietates probe cuſtodi . Manens igitur in eſſentia filius, omnia eſt, quæ pater eſt.
Secundum ipſius domini vocem,dicentis:Cuncta quæ habet pater mea ſunt. Reuera nanq;
imaginis ſunt omnia,quę in prototypo ſiue exemplari exiſtunt:Vidimus,inquit Euangeliũ,
Gloriã qua- gloriam eius,gloriã quaſi vnigeniti à patre:Hoc eſt,non ex munere aut ex gratia,hæc ei mi-
ſi vnigeniti. randa data ſunt:ſed ex naturali communitate patriæ diuinitatis dignitatem obtinente filio.
Accipere nãq;,commune quiddam cum creatione eſt:habere autem ex natura, propriũ ge-
niti.Vt ergo filius,naturaliter ea quæ ſunt patris poſſidet:vt autem vnigenitus,omnia in ſe- I
ipſo comprẽdit,nihil cum altero diuidens.Ex ipſa igitur filij appellatione diſcimus,quòd na
turæ ſocius eſt,non naſci iuſſus,ſed ex poteſtate ſplendẽs:ſine interuallo,ſine tempore, cum
patre coniunctus:æqualis in bonitate,æqualis in potentia,eiuſdem ſocius gloriæ, quid enim
aliud eſt,quàm ſphragis & imago,totum in ſe patrem oſtendens:Quæcunq; autem poſt hæc
tibi de ipſo filio corporea dicuntur,vt videlicet ob ſalutem hominum carnem aſſumens ſe
nobis manifeſtauerit,quodq; miſſum ſe,& nihil per ſe poſſe,& mandatum à patre accepiſſe,
& his ſimilia dixerit:nullam tibi occaſionem præbeant,vt ipſius vnigeniti diuinitatem vlla
ex parte minuas.Non enim ea quę humiliter ac tenuiter de domino ob tui ingenij debilita-
tem dicta ſunt,cauſam minuendi,aut aliquid detrahẽdi diuinæ potẽtiæ dignitati congruam K
habent.Sed naturam quidem deo competentem intellige,humiliora vero verba diſpenſato
riè accipe.De quibus ſi in præſentiarum exacte tractare vellemus,obſcuri vehementer eſſe-
mus,multam infinitámq; penè verborum copiam ſubiecto adducentes. Sed ad propoſitum
reuertamur Si mens noſtra ſeſe corporeis affectibus purgare atq; exuere, & omnem intelli-
gibilem creaturã deſerere poſſet,& quemadmodum piſcis ex profundo ad ſummum adna-
Spiritus ſan tare,in primã creationis puritatẽ reducta,ibi ſpiritũ ſanctũ videret:vbi filius,& vbi pater o-
ctus. mnia cũ ipſo coniunctim & ſecundũ naturã,bonitatem,rectitudinẽ,iuſtitiã,ſanctitatẽ poſ-
ſident.Dicitur enim:Spiritus tuus bonus.Et rurſus:ſpiritus rectus.Itẽ:Spiritus ſanct⁹.Et Pau
lus ait:Lex ſpiritus vitę.Horũ nihil aliunde illi acceſſit,nihil poſtea eſt factũ. Sed quemad- L
modũ calefacere minimè ab igne ſeparatur,nec à luce ſplẽdere:ſic nec à ſpiritu ſanctificare,
viuificareq;,ſeu bonitas,ſeu rectitudo.Ibi igitur ſpiritus conſtitit,ibi,inquam, in natura bea
ta:non cũ multitudine cõnumeratus,ſed in trinitate conſideratus.Vnicè enuntiatus: non in
numero aliquo,aut cõſortio compreſus:vt enim Pater vnus,& filius vnus, ſic & ſpiritus ſan
ctus vnus eſt.Miniſtrãtes aũt ſpiritus in ſingulis ordinibus,multitudinẽ nobis vix numerabi
lẽ oſtendũt.Ne igitur in creatione quod ſupra creationẽ eſt quæras:nève id quod ſanctificat
coniunge ſanctificatis.Is autem ſpiritus angelos & archangelos implet , poteſtates ſanctifi-
cat,omnia deniq; viuificat.Is item in omnẽ creaturã diuiſus cum aliter ab alio capiatur ni-
hil tum minuitur à participantibus.Omnibus quidẽ gratiã ſuam largitur, nõ tamẽ cõſume- M
tur,ſed participes ipſius implentur,& ipſe in nullo deficit.Quẽadmodũ ſol corporibus lucẽs
varie à quolibet ſumitur,nec tamen propterea diminuitur,ſic & omnibus quidẽ gratiã præ-
bens,infractus remanet ac indiuiſus.Omneis quidẽ ad agnitionem dei illuminat,Prophetas
inſpirat,legiſlatores ſapientes reddit,ſacerdotes ſacris inſtituit,regibus fortitudinem addit,
perficit iuſtos,ornat modeſtos,gratiam ſanitatum operatur,mortuos viuificat,ſoluit com-
peditos , alienos in filios per regenerationem ſupernam adoptat . Si telonarium deprẽ-
dat credentem , euangeliſtam conſtituit . Si piſcatorem inueniat , theologum reddit . Si
perſecutorem pœnitentem , gentium apoſtolum , præconem fidei , vas electionis decla-
rat . Per hunc etiam ſpiritum , debiles redduntur robuſti , pauperes in diuitias veniunt.

Idiotæ,

A Idiotæ,ingenio & eloquentia cæteris quidem ſapientibus ſapientiores euadunt . Paulus de-
bilis,ſed ob præſentem ſpiritum eius corporis ſudaria ſanitatem ſuſcipientibus præbent.Pe-
trus & ipſa humana velatus debilitate , ob eiuſdem ſpiritus gratiam vmbra corporis mor-
bos ægrotantium pellebat.Pauperes Petrus & Ioannes, argentum & aurum non habebant:
verum ſanitatem diuitiis longé pretioſiorem pauperi claudo apud portam ſpecioſam do-
nauerunt.Qui cum ex multis aurum acciperet,nihilominus rogabat.Ex Petro gratiam cum
ſuſcepiſſet , rogare amplius deſtitit , veluti ceruus proſiliens , ac deum collaudans.Ioannes
mundi ſapientiam nunquam didicit aut nouit:Attamen loquutus eſt potentia ſpiritus ver-
ba,quæ nulla ſapientia deprendere valet.Is denique ſpiritus in cœlo eſt, & terram impleuit,
B vbique adeſt & nuſquam circunſcribitur,totus in quolibet inhabitat, & totus cum deo eſt:
non quidé miniſtri modo dona diſtribuit,ſed dominica ac principali poteſtate chariſmata
diuidit.Diuidit,inquam,propria cuilibet vt vult.Mittitur diſpenſatoriè,ſed operatur ſua au
toritate.Quamobrem fratres amatiſſimi,hunc animabus noſtris adeſſe omni ſtudio quera-
mus:nec vllo vnquam tempore nos deſinere,in gratia domini noſtri Ieſu Chriſti:Cui glo-
ria & imperium in æterna ſecula. Amen.

HOMILIA IN VERBA ILLA

C *In principio erat uerbum.*

OMnis quidem euangeliorum vox , reliquis omnibus ſancti ſpiritus præceptis emi-
nentior eſſe dignoſcitur:quòd in aliis per prophetas ſeruos,in euangeliis autem ip
ſe per ſe dominus nos eſt allocutus. In ipſius autem euangelij laudibus , & ſermo-
nis magnitudine , & ſententiarum grauitate, Ioannes filius tonitrui primas obti-
net.Cuius proœmium iam lectum audiuimus: In principio erat verbum & verbum erat a-
D pud deum,& deus erat verbum.Hæc ego noui multos etiam extra veritatis rationem,mun
dana ſapientia pręditos, iactantes & admirantes, ac ſuis decretis & ſcriptis miſcere auden-
tes.Fur enim diabolus,& noſtra extra nuntiant,ad ſuos †hypophetas transfert.Si igitur car- † Hypophe
nis ſapientia hanc virtutem verborum tantopere admiratur: quid nos ſpiritus ſancti diſci- tæ ſunt ij va
puli faciemus?fruſtráne & ſine attentione audiemus,& paruam admodum eis ineſſe virtu- tes , qui ali-
tem exiſtimabimus?Et quis ita ſine mente eſt ac ſenſu, vt talem ſententiarum pulchritudi- unde acce-
nem,ac deſcriptorum indeprenſibilem veritatem non ſtupeat & admiretur, ac eius verita- ptum oracu
tem deprendere cupiat? Veruntamen admirari quidem pulchra nequaquam difficile eſt,ſed lum promũt
perfectam ac diligentem eorum aſſequi cognitionem,hoc ſanè captu difficile . Nam & ſo-
E lem hunc ſenſibilem nemo eſt qui non laudet,& ipſius magnitudinem , ſimulq; pulchritu-
dinem,& radiorum ſymmetriam,& lucis ſplendorem admiratus . Si vero in eum diligen-
tius ac pertinacius intuebitur,& indies eius aſpectum conſiderabit , non ſolum ea quæ ſen-
tit in eo deprẽdet,ſed etiam oculorum acie debilitatus abſcedet. Tale quidem mihi videor
mente pati , ſi ardua ſublimiſq; verborum prædictorum veſtigatio requiratur . In princi-
pio erat verbum.Quiſnam dignè quæ ſunt circa principia cognoſcet? Quænam verborum
virtus inueniatur,quæ poſſit cognitum pro ipſius dignitate oſtendere ? Ipſe Ioannes de filij
dei theologia tractaturus , nullum aliud exordium orationis aptius quàm principium om-
nium prætulit. Præuidebat iam tum ſpiritus ſanctus futuros eſſe,qui ſophiſmata in audien-
F tium euerſionem machinarentur.Quoniam ſi genitus eſt,non erat:& antequam generare-
tur non erat.Et,ex his quæ non ſunt, hypoſtaſim accepit . Talia enim linguæ loquuntur ad
perſuadendum aptæ, ac ſuper omnem gladium ancipitem penetrabiles & acutæ . Ne igitur
alicui huiuſcemodi tendiculas vſurpare liceat,ſpiritus ſanctus occurrit per euangelium,lo-
quens:In principio erat verbum.Si hanc vocem rectè tenueris, nihil à viris contentioſis ac
captioſis graue patieris.Si enim ille dixerit:Si genitus eſt,nõ erat:Tu dic:In principio erat.
Sed,inquit,prius quàm genitus eſſet,quomodo erat? Tu ne dimittas illud erat,non item re
linquas:In principio.Principij nanque ſummitas nequaquam deprẽditur. Quod autem ex-
tra principium ſit,non inuenitur.Ne quis te decipiat varia dictionis ſignificatione . Multa Principium
enim ſunt principia diuerſarum rerum in hac vita,verum vnum eſt principium,quod om- variè acci-
pitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia præcedit. Principium bonæ vitę, dixit Prouerbium: Sed viæ quidem principium, primus G motus, vnde iter incipimus: cui quod est retro, inueniri potest: Et, Principium sapientiæ timor domini. Artium nanque comprehensionem elementaria institutio præcedit: primum itaque elementum sapientiæ est timor domini. Sed hoc principio est aliquod antiquius: videlicet animæ constitutio, nondum factæ sapientis, nec domini timorem adeptæ. Principia dicuntur ciuiles quoque potentatus dignitate præcellentes. Sed ista principia aliquorum sunt principia, & quodlibet illorum aliquò refertur. Principium enim lineæ punctum. Et principium superficiei linea: & principium corporis, superficies, & orationis principia, elementa. Illud autem de quo dicimus principium, non tale est: nulli alligatur, nulli seruit, cum nullo consideratur: sed liberum est sine domino, solutum omni ad alterum coniun- H ctione, cogitatione indeprensibile, vltra quod aliquid inuenire non est. Si enim phantasia mentis contenderis principium præterire, inueniet ipsum te præteriens, & tuas omnino decipiet cogitationes. Dimitte tuam mentem, quantum ipsa cupit percurrere, & ad superiora conscendere: Deinde ipsam reperies in infinitum errantem, ac per multa vacua spatiantem, rursus vero ad suiipsius vnitatem redeuntem: quoniam antiquius seipsa principium reperire nequeat. Idcirco semper principium omni cognito exterius, ac superius inuenitur. Igitur in principio erat verbum. O rem mirabilem, quomodo cunctæ inter se voces congruè sunt coniunctæ? Nam erat, idem valet ac vox hæc: In principio. Vbi blasphemus? vbi lingua Christo aduersaria dicens. Erat aliquando, quan- I do non erat? Audi euangelium: In principio erat. Si autem in principio erat, quando non erat? Impietatem eorúmne ploro, an ignorantiam abominor? Sed antequam factum esset, non erat. Nosti quando sit genitus, vt quod prius est tempore possis inferre? Illud enim antea, temporalis est vox, aliud alij vetustatis gratia præponens. Temporis autem conditorem quomodo congruum est generationis temporalis appellatione esse subiectum? In principio igitur erat. Quod si ab hoc verbo, erat, non deficies aut te alienaueris, nullum blasphemiæ dabis aditum. Sicut enim per mare euntes, quando inter duas anchoras fluctuant, tempestatem despiciunt: sic & tu hanc prauam tempestatem, quam spiritus maliciæ in vitam inferunt mortalium multorumq; fidem concutiunt, ridebis: si horum verborum secu- K ritate, animam confirmatam munitámque habueris. Quærit mens nostra, quodnam hoc in principio verbum sit: humanúmne verbum an angelorum: quoniam innuere nobis Apostolus videtur, angelos propriam habere linguam, dicens: Si linguis loquar hominum & angelorum. Sed & verbi duplex est sensus: Vno modo per vocem prolatus, & aërem verberans, statímque periens: Alio modo intra nos positum, & nostris cognitum cordibus. Logos insuper artificiosa est oratio. Vide itaque, ne vocis huius æquiuocatio te forte decipiat. Quomodo enim erat in principio humanum verbum, cum homo initium generationis postremò acceperit? Nam ante homines, & bestiæ, & volucres, & serpentes, omnia denique terrestria, aquatilia, volatilia, astra, sol, luna, herbæ, terra, mare, cœlum. L Non igitur in principio humanum erat verbum, sed neque angelorum esse potest. Omnis nanque creatio inferior æuo est, principium à creatore accipiens: Verbum autem intrinsecus cordibus nascens, & ipsum est illis quæ intelliguntur posterius. Sed audi verbum hoc, ita vt deo condignum est. Nam de vnigenito differens verbum ipsum appellauit. Quemadmodum igitur illum paulò pòst & lucem, & vitam, & resurrectionem vocat. Cum verò lucem audis, non hanc sensibilem oculisque visibilem existimabis. Neque cum vitam audieris, hanc communem putaueris, qua & bruta viuunt. Similiter & verbum audiens, caue mentis imbecillitate ad humiles terrenásque sententias deprimaris, sed verbi potestatem ac sensum diligentius inuestiga. Cur verbum? Vt quod ex mente procedit, ostendatur. M

Filius quare dictus verbum.

Cur, inquam, verbum? Quoniam sine motu genitum est. Cur verbum? Quoniam imago est genitoris, totum in se monstrans genitorem, nullam inde partem diducens, & perfecta in se existens: quemadmodum ferè verbum nostrum quod totius nostræ cogitationis imaginem refert. Quæ enim secundum cor nouimus, hæc verbo proferimus. Et quod loquimur exemplar habet eius quod corde cogitamus. Ex cordis enim abundãtia verbum pronuntiatur. Nam cor nostrum veluti fons est quidam, verbum verò emissum veluti riuus ex fonte profluens. Tantum igitur profluens est, quantum id vnde profluit, ac quale opertum, tale item apparens extat. Verbum itaque dixit, vt impassibilem patris generationem ostendat, & perfectam filij substantiam theologizet, & coniunctionem sine tempore filij ad patrem per hæc

A per hæc ostendat. Nam & verbum nostrum, mentis generatio, sine passione generatur. Neque enim scinditur, neu diuiditur, neque fluit, sed manens tota mens in proprio statu verbum totum & continuum emittit, ac procedens verbum omnem generantis mentis virtutem in seipso complectitur. Tua igitur tantum ex verbi voce vnigeniti theologiam accipe, quantum pietas permittit. Quod quidem obscurum verbum, & inconditum, ac inconcinnum apparens inueneris, hoc vitabis, & omninò præteribis. In principio erat verbum. Si dixisset: In principio erat filius, appellatione filij cogitatio de passione generationis subiisset. Quoniam apud nos genita & tempore & passione generantur. Idcirco de industria verbum dixit, vanis hominum suspicionibus occurrens, vt tuam animam incolumem
B conseruaret. Et verbum erat apud deum. Rursus erat. Propter impios qui blasphemant, dicentes: quoniam non erat. Vbi non erat verbum? Non in loco. Non enim in loco quæ sunt incircumscripta continentur. Sed vbi? Apud deum. Neque enim pater in loco, nec filius in circunsepto aliquo aut circunscriptione certa deprenditur. Sed infinitus pater, infinitus filius. Totum quodcunque noueris, & quocunque spiritu tuo penetraueris, deo plenum, simul & hypostasim filij coniunctam inuenies. Et verbum erat apud deum. Ad- Et verbum erat apud deum, cur non in deo.
mirare cuiuslibet vocis virtutem. Non enim in deo verbum erat, sed apud deum, vt hypostaseos proprietas consistat. Non dixit in deo, ne auferendæ hypostaseos occasionem
C daret. Etenim peruersa est & illorum blasphemia, qui omnia commiscere, & vnum subiectum statuere: patris verò, ac filij, ac spiritus sancti differentes appellationes vni rei adaptatas esse asserere conantur. Impietas hæc pessima fugiendáque, non minus quàm similem esse secundum substantiam filium dei à deo patre blasphemantium. Et verbum erat apud deum. Postquàm verbi voce vsus est ad exprimendam generationis Christi impassibilitatem, id quod in eo verbo nocere nobis poterat, moderatur, & veluti blasphemantium syncophantiæ eripit, qui dicunt: Quid est verbum? dum subiungit, dicens: Deus erat verbum. Ne callidè quorundam verborum differentias mihi afferas. Néue ex arte astuta tua aliquam doctrinæ spiritus blasphemiam incutias. Habes sententiam. Sub-
D ditus esto domino. Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Rursus summans paucis verbis omnem suam de vnigenito theologiam nobis euangelista tradit. Hoc. Quod hoc verbum? Deus. Postquam enim mentem tuam de illo correxit, & quasi animæ tuæ insculpsit quæ ignorabas, per doctrinam & verbum cordi tuo indidit. Hoc, inquit. Quod hoc? Ne extrà per vocem demonstratiuam respice, ostensúmque tibi vestiga, sed in animæ tuæ occulta penetraliáque ingredere, & qualem didiceris deum vt in principio existentem, vt verbum procedentem, vt apud deum existentem, hunc dominum tuum obserua, cole, adora, ac demum per insitam tibi doctrinam intellige: quòd hic erat in principio: hoc est, semper apud deum eius patrem. Has mihi paucas voces seruate, quasi signaculum illas memoriis vestris imprimentes. Ipsæ nanque contra insidiantium in-
E cursus tanquam firmissimum munimentum erunt. Ipsæ, inquam, propugnaculum & custodia fuerint animarum, salutaris defensio ipsas tuentibus. Si quis autem tibi dixerit: Cum non esset, genitus est. Si enim erat, quomodo genitus est? Hanc vt dæmonum vocem, ac contra vnigeniti gloriam blasphemam repelle. Tu verò insurgens ad euangelij voces accurre: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Quartum, dic erat, & blasphemiam illorum confutabis, qua dicunt, non erat. Hæ itaque voces tanquam fidei fundamenta immobiles persistant. Super has & reliqua deo fauente superædificabimus. Nec enim vos omnia semel docere valemus, ne forte orationis longitudine inutilia vobis quæ studiosè selecta sunt, reddamus. Omnia nanque percurrere, mentis debilitati haud aliter fuerit, quàm ventrem ob nimiam
F saturitatem ea quæ sumpserit ad concoctionem deducere non posse. Opto autem fratres, vt ista vobis & gustu sint dulcia, & digestione & concoctione vtilia. Ego verò me paratum ad reliqua quæ restant vobis enarrãda libenter obtulerim. In Christo Iesu domino nostro: Cui gloria & imperium in æterna secula, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA BASILII MAGNI
in ſanctum baptiſma.

QVi baptizatur,in ſanctam triadem baptizatur, in patrem,& filium,ac ſanctum ſpiritum:non in principatus, non in virtutes,nec in reliquas aliquas creaturas. Sciat ergo manifeſtè quòd ſupra creaturas ſit ſancta trinitas, nec quicquam illius creaturis connumerare conetur. Memor ſit domini, qui ſpiritum ſanctum diſcipulis ſuis inſpirauit,pérque illam inſpirationem ſpiritum eſſe diuinæ eſſentiæ,& non creatæ naturæ oſtendit.Reputet etiam ſecum Apoſtolicam de trinitate expoſitionem, in qua videmus vnam eſſe operationem patris,& filij, ac ſpiritus ſancti, vt neque filius,neque ſpiritus creatus ſit,aut factus ſecundum naturam.Non enim deus,vt ſuam operationem abſoluat, ſuaipſius opus habet creatione.Dicit autem Apoſtolus:Diuiſiones donorum ſunt,& idem ſpiritus.Et diuiſiones ſunt miniſteriorum,& idem dominus. Et diuiſiones ſunt operationum, idem verò deus, qui operatur omnia in omnibus. Itaque quæ deus operatur,eadem operatur & ſpiritus. Omnia, inquit, operatur vnus ac idem ſpiritus diuidens vnicuique vt vult. Non itaque ſeruituti deputet ſpiritum,cum audiat illum omnia quę dei ſunt operari quemadmodum vult.Et iterum dicit: Dominus autem ſpiritus eſt. Vbi verò domini ſpiritus eſt, ibi & libertas eſt.Etenim niſi diuinitatem habitare in nobis diceret per ſpiritum,qui in nobis habitat, dicente Ioanne: In hoc cognoſcimus illum in nobis eſſe, ex ſpiritu videlicet, quem dedit nobis,omnem nobis ſpem adimeret.Si enim deus in nobis non eſt,neque vita, neque vllis bonis ſempiternis potiemur.Dicit autem iterum Paulus:An ignoratis quòd tẽplum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis?Rurſus: Corpora veſtra templum ſpiritus ſancti ſunt, qui in vobis eſt, quem habetis à deo. Creatura quidem reuelatione opus habet,vt quæ dei ſunt cognoſcat.Spiritus verò nobis illa reuelat.Deus,inquit,reuelauit vobis per ſpiritum ſuum.Et in vobis ſcrutatur.Nam in ipſo ſcrutationem facimus,ſpiritus inquit, ſcrutatur etiam profunda dei. A ſeipſo autem cognoſcit, quemadmodum & noſter ſpiritus. Quis enim hominum,inquit,nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt:Ita & quæ dei ſunt nemo nouit,niſi ſpiritus dei.Viuificat etiam deus.Dicit enim Paulus:Denuntio coram deo,qui omnia viuificat.Vitam dat autem & Chriſtus, qui dicit: Oues meæ vocem meam audiunt,& ego do illis vitam æternam.Viuificamur verò & per ſpiritum, teſte Paulo,qui dicit:Is qui Chriſtum excitauit ex mortuis,viuificabit & mortalia veſtra corpora per ſpiritum ſuum,qui habitat in vobis. Eſt itaq; viuificatio à deo per Chriſtum in ſpiritu.Quapropter & quoniam omnis operatio filij per ſpiritum manifeſtatur, Dominus nominatur ſpiritus,nomine domini,& Chriſtus nomine Chriſti, quemadmodum iam diximus.Dominus autem ſpiritus eſt. Dictum eſt autem & hoc: Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiritu:ſiquidem ſpiritus dei in vobis eſt.Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.Deinde ſubiungit:Si verò Chriſtus in vobis eſt, pro eo quod conſequenter debebat dicere,ſi verò ſpiritus in vobis eſt. Non eſt diuina vox, quæ ſpiritum facturam eſſe docet. Quod enim alibi dicitur:Omnia per ipſum facta ſunt,de multitudine creaturarum dictum eſt.Spiritus verò in illa non comprehenditur, ſed cum diade patris ac filij triadem adimplet,& alienus eſt à conſortio creaturarum, vtpote creaturas ſanctificans & viuificans, & vnctio in nobis exiſtens,imò & in ipſa domini carne. Non autem per creaturam dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctificatur,vt Petrus dicit,Ieſum à Nazareth, quem vnxit deus ſpiritu ſancto ac virtute,nec per creaturam potens eſt, ſed dicit: In ſpiritu dei eiicio dæmonia, neque per creaturam dicitur. Scriptum eſt enim: Ductus eſt per ſpiritum in deſertum.De autoritate dei veteres quidem prophetæ clamarunt: Hæc dicit dominus. Poſteriores verò ac noui hæc dicit ſpiritus ſanctus.Et Apoſtoli dixerunt: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis. Quapropter & Apoſtolus vt oſtendat ſe diuina verba proloqui,aliquando dicit:An experimentum quæritis eius, qui loquitur in me Chriſti aliquando? Puto autem & me ſpiritum dei habere.Eſt autem & veteris inſtrumenti ſcriptura ſpiritus glorificatione referta: Verbo domini,inquit Pſaltes, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis virtus eorum.Et in libro Iob ſcriptum eſt:Spiritus verò diuinus,qui me fecit. Quemadmodum autem non poteſt præter filium aliud poni verbum,quo cœli facti ſunt(alioqui iam nõ eſſent per dominũ Ieſum facti,ſi per aliud verbum facti eſſent)ita neque alius ſubſtituendus eſt ſpiritus, qui cũ verbo

1.Cor.14.

Κύριος ὀνομάζεται τὸ πνεῦμα ὡς τοῦ κυρίου ὀνόματι, καὶ Χριστὸς ὡς τοῦ Χριστοῦ.

verbo virtutes cœlorum confirmet. Cum verò ſpiritum oris audimus,non humani quicquam intelligamus,ſed quòd diuinæ maieſtati conueniat, quemadmodum & in verbo faciendum eſt.Non enim verbũ hoc euanidum aliquod dictum eſt,ſed,vt Pſaltes ait,in ſempiternum Domine verbum tuum permanet in cœlo. Neque ſpiritus diffuſus quidam flatus eſt,ſed conſtans ac permanens.Quo enim ibo à ſpiritu tuo,inquit Dauid, videlicet exiſtente,& plenitudine ſua obtinente omnia, inq; diuina maieſtate conſtituto. Quod nanque de ſpiritu dixit, idem & de facie ac dextra dei dicit, conſequenter ſubiungens: Et quo à facie tua fugiam?Si aſcendero in cœlum,tu illic es.Si deſcendero ad infernum,ades.Si ſumpſero alas meas diluculo,& habitauero in extremis maris locis, etenim & illic manus tua deducet me, ac tenebit me dextera tua. Et vox dei eſt, de ſe ipſo pariter & ſpiritu ſuo dicentis: Ego ſum in vobis,inquit dominus,& ſpiritus meus præſto eſt in medio veſtri. Neque igitur alienus eſt à gloria dei ſpiritus,ex ineffabili ore ineffabiliter prolatus,neque ipſe deus eſt,ſed dei ſpiritus,& apud deum,qui & à deo mittitur,& per filium nobis ſuppeditatur.Quemadmodum ex perſona patris dicitur:Spiritus meus qui ſupra te eſt.Dicitur & ab ipſo domino: Mittam vobis paracletum,quem vocat etiam ſpiritum veritatis. Vnum itaque patrem, vnum filium,vnum & ſpiritum ſecundum diuinam traditionem confiteri oportet,non duos patres,non duos filios,quandoquidem ſpiritus non eſt filius, neque filius nominatur. Non enim à ſpiritu vel patrem,vel filium accipimus,quemadmodum à filio ſpiritum, ſed ipſum nos accedentem & ſanctificantem ſuſcipimus,diuinitatiſq; cum illo communionem, adoptionis filiorum dei participationem,ſempiternæ hęreditatis arrhabonem,ac futurorum bonorum primitias.Neque igitur quiſquam extra ſacra hæc nomina curioſè quicquam introducat,neque filij appellationem aut generationem ad ſpiritum detorqueat,ſed in ſpiritus appellatione & ſimilitudine contentus quieſcat.

οὐ γὰρ παρὰ τῦ πνέυματος τινὰ λαμβάνομεν

BASILIVS MAGNVS DE BARLAAM
martyre.

PRimum quidem ſanctorum mors planctu ac lacrymis cohoneſtabatur.Vehemẽter mortuum Iacob defleuit Ioſeph.Et Moſis mortem Iudæi haud parum planxerunt.Samuẽlem quoque multis lacrymis ornarunt. Nunc vero morientibus ſanctis exultamus. Triſtium nanque poſt crucem domini immutata eſt natura. Iam non amplius ſanctorum obitus lamentationibus proſequimur,ſed tripudiis diuinis circum ipſorum ſepulchra veluti choreas ducimus.Somnus autem iuſtis eſt mors. Imò magis migratio ad vitam meliorem.Hinc eſt quod martyres exultant dum trucidantur. Nam deſiderium fœlicioris vitæ iugulationis dolorem extinguit & emortuum reddit. Pericula non reſpicit martyr,coronas reſpicit,plagas non horret, ſed præmia numerat. Non videt lictores inferne flagellantes,ſed angelos ſuperne lætis ominibus acclamantes imaginatur, non ſpectat ad temporaria pericula, ſed ad præmiorum æternitatem. Splendidum & à nobis iam arrhabonem aſſequitur,dum diuinis acclamationibus ipſi applauditur ab omnibus,& innumeros vinctos è ſepulchris conuertit & attrahit. Hoc ipſum ſanè hodie forti ac ſtrenuo Barlaam vſuuenit.Inſonuit enim bellica martyris tuba,& armatos pietatis milites, vt videtis collegit.Athleta Chriſto adhærens prædicatus eſt, & ſtatim excitatum eſt eccleſiæ theatrum.Et quemadmodum fidelium dominus dixit, Qui credit in me,etiam ſi mortuus fuerit,viuet,mortuus eſt fortis Barlaam,& applaudit illi panegyris. In ſepulchro conſumptus eſt,& ad conuiuium aduocat.Nunc tempus eſt vt exclametis.Vbi eſt ſapiens,vbi ſcriba?vbi diſceptator ſæculi huius?Agreſtis homo inſuperabilem nobis hodie pietatis exhibet doctrinam,quem Tyrannus rapuit quidem,veluti facilem prædam ac venationem nactus, poſtea vero inſuperabilem militem ſenſit, quem tanquam inſana ac delira loquentem riſit, mox vero angelica virtute ſtrenuum horruit. Mores enim hominis non fuerunt cum organo linguæ barbari, nec ratio cum ſyllabis claudicare viſa eſt. Sed erat alter Paulus cum Paulo dicens,etiamſi ſermone ſum rudis, non tamen ſcientia. Torpebant iam flagellando lictores, martyr vero robuſtior inueniebatur. Lacerantium manus eneruabantur,verum mens lacerati haud quaquam flectebatur.Neruorum harmonias iam flagra remiſerant,ac fidei vigor vehementius ſtringebatur. Perfoſſa latera abſumebantur, mentis vero philoſophia florebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rebat.Maior carnis ipſius portio emortua erat,at ipſe martyr quaſi nondum inito certami- G
ne firmus erat.Nam quando pietatis amor animum hominis præoccupat, quodcunque illi
pugnarum genus ridiculum reddit,& quotquot illum deſideratæ rei gratia conuellunt, de-
lectant magis quàm conſternant. Teſtis mihi eſt affectus ille ac deſiderium Apoſtolorum,
vnde Iudæorum ipſis aliquando flagella iucunda reddita ſunt. Abibant enim, inquit, gau-
dentes à conſpectu concilij,quod digni habiti eſſent,qui pro nomine Ieſu contumeliam pa
terentur.Talis & nobis hodie laudatur miles,qui ſupplicia loco gaudij duxit.Flagellis ſe tã-
quam roſis impeti arbitratus,pietatis obfuſcationem non ſecus atque iacula quædam decli-
nauit.Iudiciarium furorem quaſi quandam fumi offuſionem reputauit.Efferas ſatellitum a-
cies riſit,pericula calcauit,quaſi ſuper roſis tripudiaret.Plagis affectus lætatus eſt,ac ſi hono- H
re afficeretur.In ſuppliciis vehementioribus non ſecus exultauit,quàm ſi præclara brabia ac-
ciperet.Nudatos gladios deſpuit,manus lictorum cera molliores ſenſit. Lignum tormento
deputatum,veluti ſalutiferum complexus ſalutauit. Carceris clauſura quaſi prato quodam
viridi oblectatus eſt, tormentorum adinuentionibus veluti variis floſculis iucundatus eſt.
Dexteram habuit igne firmiorem, cuius illi machina poſtremò ab hoſtibus applicabatur.
Aræ nanque pro more dæmoniaci libaminis,igne impoſito,martyrem adductum ſiſtentes,
focóque incenſo dexteram ſupinam impendere iubentes,manu quaſi æreo altari abutebantur,thure illi ardenti malicioſe impoſito.Sperabant enim ignis vi expugnatam manum ne-
ceſſariò ac velociter incenſum thus in aram excuſſuram,papæ,quàm multiiuga ſunt impio- I
rum præſtigia.Quoniam innumeris vulneribus,inquiunt,contentioſi pugilis mentem non
fleximus,vel manum illius flamma incendamus.Quoniam variis machinis animum illius
haud quaquam permouimus, dexteram igni admotam permoueamus. At ne hac quidem
ſpe miſeri potiti ſunt.Nam flamma manum quidem ambedit, perdurauit vero illa cineris
inſtar flammam ferens.Tergum ſæuiẽti igni non dedit,quemadmodum fugitiui & imbel-
les ſolent,ſed immota perſtitit ſtrenue contra flammam dimicans, & Propheticas martyri
voces proferendas adminiſtrans,vt diceret,Benedictus dõminus deus meus,qui docet ma-
nus meas ad prælium,& digitos meos ad bellum.Ignis cum manu confligebat,ſed ignis vin
cebatur.Luctabantur inter ſe flamma ac dextera martyris,ſed dexteræ noua quædam certa- K
minum victoria concedebat,dum flamma quidem per mediam manum exigebatur,ipſa ve
ro manus adhuc ad luctam porrecta erat. O manum igne contentioſiorem, ò manum ab
igne flecti neſciam.Et ò ignem à manu vinci doctum.Ferrum videtur ignis tyrannide emol
liri,æs cedit ignis potentiæ.Solet illo lapidum quoque vinci duricies. Nunc vero martyris
dexteram extenſam ignis ille comburens non flexit,cuius vigor omnia domat.Merito ſanè
martyr iſte ad dominum huius gratia clamaret: Tenuiſti manum dexteram meam, & in
voluntate tua deduxiſti me,& cum gloria ſuſcepiſti me.Quomodo te ò ſtrenue Chriſti mi
les appellabo? Statuam ne vocabo? Sed multum ita de tua tolerantia detriuero. Nam acce-
ptam ſtatuam ignis emollit,dexteram vero tuam adigere non potuit, vt vel videretur ali- L
quoſque moueri. Si ferreum nominauero, & iſtam imaginem dexteritate tua inferiorem
inuenio:Nam tu ſolus flammæ perſuaſiſti,ne manum domaret,tu ſolus dexteram loco aræ
habuiſti, tu ſolus ardenti dextera facies dæmonum percuſſiſti, & tunc quidem flammante
manu capita illorum liquefeciſti,nunc vero eadem incinerata exercitus illorum peſſundãs
excæcas. Sed quid puerili balbutie victorem extenuo? Quin magnificentioribus laudum
ipſius linguis cedamus.Sonantiores doctorum tubas ad illius præconia aduocemus. Exur-
gite nunc ò præclari athleticorum geſtorum pictores.Mutilam ducis imaginem veſtro illu-
ſtrate artificio,& obſcurius à me depictum coronatum athletam,veſtræ induſtriç coloribus
conſpicuum reddite.Abibo certaminũ ac victoriarum martyris à vobis poſita imagine vi- M
ctus,gaudebo tali hodie per veſtram dexteritatem victoria ſuperatus. Video manus huius
luctam cum igne exactius à vobis depictam, video alacriorem pugilem per veſtram depi-
ctum imaginem: plorent dæmones & iam martyris in nobis perculſi victoriis, ardens ite-
rum illis ac victrix manus oſtentetur, pingatur in tabula vna & certaminum agonotheta
Chriſtus,cui ſit gloria in ſeculorum ſecula, Amen.

IN

A IN GORDIVM MARTYREM MILI-tem Cæſarienſem.

NAturæ lex eſt apibus innata fratres dilectiſſimi, vt niſi rex prius agmen præcedat,
ab aluearibus nuſquã diſcedant. Vos autem dei populum, cum nunc primum ad
martyres tanquam ad flores cœleſtes exeuntes,& huc frequentes conuenire vide-
rim,quo id duce feceritis exquiro. Quis ingentem hunc æſtum excitauit? Quis hye
malem hanc triſtitiam in vernam ſerenitatem commutauit, vt populus ex ciuitatis ædifi-
B ciis tanquam ex apum aluearibus hilaris egreſſus, ad ſuburbanum decus præclarumq; mar-
tyris ſtadium confluueret? Quoniam igitur & nos,infirmitatis noſtræ oblitos celebritas mar
tyris excitauit, age & ipſi quoque quantum voce contendere licet, veluti bombantes apes
vernantibus floribus circumfuſæ,præclara ipſius geſta perſonemus:rem quidem piam agen
tes,ſimul & gratam iis qui adſunt. In laude nanque iuſti populus lætabitur. Salomonis le-
ctio nobis nuper recitata,quidnam per latentem huiuſcemodi prouerbij ſenſum ſibi velit,
mecum ipſe cogitabam:an forte dicat,quod populus oratione magnifica,ac planè culta rhe
toris cuiuſdam potentis quæ auditorum aures demulceat,oblectetur:præterea ſermonis or-
natum,rerumq; inuentionem,ac diſpoſitionem elegantem exoptet. Quod profectò mihi ve
C riſimile non videtur, cum ipſe nuſquam huiuſcemodi dicendi genere vſus fuiſſe inueniatur.Nam & ſanctorum memorias, orationis & eloquentiæ fuco proſequi, non fas erat ad-
monere,illi præſertim, cuius ſcripta ſermone ſimplici, nullóque ſtili apparatu conſpiciuntur.Quis ergo illorum verborum ſenſus? Is videlicet,quòd populus ſpirituali lętitia gaudet,
ſi eorum tantum admoneatur quæ iuſti patrarunt,atque inde ad æmulationem recte facto-
rum,ab iis,quæ audit accenditur. Illorum enim qui in fide claruerunt hiſtoria ſimplex, ve-
lut lucem quandam dei cultoribus ad virtutis iter oſtendit. Quamobrem cum in ſacris vo-
luminibus Moſis vitam,morũmque lenitatem noſtræ naturæ magnopere optatam narran-
te ſpiritu ſancto audimus,ſtatim æmulamur. Quod ſi reliquorum facta virorum eloquentiæ
D floribus ornantur,ſanctis tantum ad ea quæ maxima geſſere demonſtranda, ſat fuerit ora-
tio ſimplex. Itaque dum vitam eorum qui in pietate conuerſati ſunt exponimus, dominum
cum primis per ſeruos ſuos glorificamus,deinde & iuſtos ipſos teſtimonio eorum quæ ſci-
mus celebramus,& populum per auditum rectè factorum exhilaramus. Ioſeph dum audi-
mus aut legimus vitam, illius aſſequi caſtitatem magnopere cupimus. Si vero Samſonis
narratur hiſtoria,ad illius imitãdam fortitudinem accendimur. Sacra igitur ſchola,præce-
pta rhetorum aut inſtituta non ſequitur: nudam rerum expoſitionem pro encomiis habet,
quam & ſanctis,ac nobis ſatis eſſe exiſtimant. Illis quidem ad virtutis eorum præconium:
nobis vero ad imitationis gloriam atque formam. Encomiorum nanque lex eſt patriæ di-
E gnitatem oſtendere,generis originem ex alto repetere,educationis incunabula diligentius
referre.Noſtrum vero dogma hæc tanquam ſuperuacua dimittit:& quæ ſunt propria,ac ver
nacula ſectatur. Quidnam ego ſum melior,ſi mea ciuitas olim magna bella geſſit,aut de ho
ſtibus triumphauit? Si eadem optimo ſit in loco ſita,æſtateac hyeme,cœli que temperie fru-
atur? Si fertilis eſt viris gignendis,ſi ager paſcendo pecori ſufficiat? ſi meliores nutriat equo-
rum greges quàm vſquam reperiantur? Quid,inquam,iſta? An ad virtutem commendatio-
res nos reddere poſſunt? Nos ipſi profectò decipimus,ſi in montis cacumine conſtituti, nu-
bes nos tranſcendere,ac ſublime cœlum nobis cedere videntes, hac de cauſa nobis aliquid
accedere exiſtimamus. Ineptum inſuper, ſi ſanctis, qui res orbis vniuerſas contempſerunt,
his eſſe opus commendationibus putamus. Igitur noſtri tantum cauſa profectus, ſat fuerit
F illorum celebrare memoriam. Non enim noſtris indigent laudibus ornari, ſed nos ipſorum
vitæ hiſtoria & commemoratione,imitationis gratia indigemus. Quemadmodum enim
ex igne naturaliter emicat ſplendor, ex vnguento quoque præſtanti diffunditur odor: ſic è
ſanctorum commemoratione geſtorum,ad omneis prouenit vtilitas. Fuerit haud modici
momenti eorum quæ olim geſta ſunt veritatem exacte tenere. Nam obſcura quædam fa-
ma,viri huius præclara facta conſeruans,ad nos vſque venit. Quamobrem pictoribus rectè
comparabimur. Illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt,vti par eſt,à prima for-
ma plurimum recedunt. Nos item cum rerum geſtarum aſpectu caruerimus,valde metuen
dum, ne dicendo rerum veritatem atteramus. Verum quando eius hodie feſtum celebra-
mus,

Sanctorum memoriam non illorum ſed noſtri cauſa celebrandam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gordij martyris historiæ initium.

mus,qui in huiuscemodi die certamen pro Christi nomine subiit, quantum ex eius histo- G
riæ notitia deprendere licebit,enarrabimus. Fuit hic martyr beatissimus ciuis noster Cæsa-
riensis: ex quo non mirum, si nostræ mentis affectus ad eum potissimum dirigitur, quod
profectò ad verum ac domesticum nobis facit ornamentum. Nam sicut arbores quæ bona
ferunt poma, propriæ bonitatis laudem nutrienti tribuunt humo: sic iste ex nostræ vrbis
prodiens vtero,ad summúmque gloriæ culmen euectus,patriæ quæ eum produxit atque a-
luit,honorem glorioſissimi martyrij tribuit.Iucunda nempe sunt quidem & externa poma,
modo sapore delectent: sed longè nostro gratiora gustui propria quàm peregrina, præter-
quàm quòd & gloriam quandam nobis conferre videntur.Militiam exercuit,in qua locum
admodum insignem tenuit, ita vt centum milites eius imperio parerent: quòdque animi H
virtute & corporis viribus præcelleret,cunctis inter ordines militibus præstantior habeba-
tur.Ea sanè tempestate,cum tyrannus impius qui tunc imperitabat,in Christianum nomen
virus suæ feritatis effunderet,manúmque deo inimicam aduersus ecclesiam exerceret, tota
vrbe præconis tuba sonabat,toto foro & per compita tyrannicum promulgabatur edictum,
ne quis Christum adoraret.Qui vero contra iussa faceret, morte plecteretur. Idola propo-
nebantur adoranda omnibus, lapideáque ac lignea hominum simulacra pro vero numine
colenda,& si qui recusarent extrema intentabantur.Confundebatur tota ciuitas,quæ rei no
uitate attonita,tota tumultuabatur: Christianorum domus singulæ vastabantur: Innocen-
tium facultates diripiebantur. Fidelium & ingenuorum corpora, carnificum manibus di-
scerpebantur. Matresfamiliâs per vicos trahebantur. Nulla iuuenum commiseratio, nul- I
la senum reuerentia erat. Insontes noxiis ac maleficis digna patiebantur. Complebantur
supra modum carceres, domus insignes & opulentæ vacuabantur. Pleni saltus, plena per-
fugis loca deserta: ob vnum tantum crimen, quòd Christum colerent. Prodebat patrem fi-
lius. Pater filium accusabat. Frater aduersus fratrem insaniebat. Seruus domino insulta-
bat. Adeò diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, vt velut in tenebris agen-
tes, sese minimè cognoscerent. Præter hæc autem, domus orationis prophanorum mani-
bus vastabantur,aræ sanctissimæ euertebantur, nec erat oblatio vlla, nec thymiama. Diui-
næ rei nullus iam locus erat amplius relictus. Cuncta mœror ingens veluti diffusa caligo K
occupabat. Sacerdotum collegia fugabantur.Sacer omnis conuentus clademinsolitam ex-
pauescebat.Dæmones vero tripudiabant, & nidore ac sanguine victimarum infecta cuncta
dabant.Hæc igitur exempla crudelia cum Centurio generosus conspiceret, tantorum ma-
lorum exitum præueniens,abiecto militiæ baltheo, sponte sibi exilium delegit. Itaque reli-
ctis honoribus,relictis omnis generis facultatibus,seruis, propinquis,amicis, voluptatibus,
& rebus aliis,quas cæteri maximè appetere,ac magno studio parare solent, ad vasta deserta
& hominibus inuia loca contendit: longè secum melius agi putans, si in ferarum recessi-
bus,quàm inter idola vana cum hominibus habitaret: Heliæ prophetæ secutus exemplum:
qui cum Sidoniorum conspiceret impietatem quotidie inualescentem,in montis Oreb spe- L
luncam secessit,ac sese ab omni humana conuersatione,vt deum quæreret ac videret, abdi-
cauit.Vidit tandem, quantum fas est homini mortali. Eodem modo noster Gordius spre-
tis omnibus,vrbanos fugiens tumultus,fori clamorem,magistratuum ambitionem,tribu-
nalium fastum,obtrectatores,ementes, vendentes,peierantes, mentientes,mimos, scurras,
cæterósque huiuscemodi generis homines,quibus magnæ vrbes refertæ sunt,multósque se-
cum tanquam magnæ naues alligatas puppibus cymbas per æquora trahunt. Insuper visu
auditúque,ac animo à vitiis purgato & libero, deum ipsum contemplando videre meruit:
tum magna discere mysteria,quæ non ab hominibus,nec per homines fuit edoctus, sed ma
gno vsus præceptore spiritu veritatis.Quamobrem secum meditans, quàm sit fallax & ina- M
nis vita humana, ac somnij phantasmatis æquiparanda, in supernæ illius vocationis amo-
rem exarsit:ac veluti fortis athleta sese ieiuniis, vigiliis,orationibus, studiis demum diuinæ
eruditionis probè exercitatum & ad certamen instructum animaduertens, hunc maximè
diem obseruauit,in quo frequens ciuitas visendo equestri spectaculo erat intenta:quod hoc
in loco ea tempestate,in Martis, seu potius furentis bellorum dæmonis, honorem celebra-
batur.Populus omnis ex edito spectabat,nec vllus deerat,non Iudæus,non gentilis, non ité
christianorum multitudo,quæ negligenter viuebat,& cum vanitatis concilio commixta se-
debat:non declinâs cóuentus malignátium,sed & ipsa tum equorum cursum & aurigarum
agilitatem spectabat.Serui eo die ab opere liberi.Pueri è scholis spectatũ currebant.Fœminæ

prostitutæ

A prostitutæ ac ignobiles aderãt.Plenum erat stadium,& omnis iam turba cõsederat,equestre
certamen videre intenta.Tunc magnanimus ac fortis heros per mõtis cliuum in theatrum
properans,non populum horruit, non quàm hostilibus se manibus traderet pensitauit, sed
corde intrepido & animo excelso quasi quædã cõtinua saxa,aut arbores multas,eos qui cir-
ca stadium sedebant prætercurrens, in medio constitit stadio, complens dictum illud,Iu-
stus vt Leo confidenter agit.Quid plura? adeo intrepido excelsoq; animo fuit,vt cum in e-
minentiore theatri parte staret,ingenti voce,quam qui audierunt extant adhuc aliqui, ex-
clamauerit,& clare illud Apostoli ad Romanos dixerit:Ecce inuentus sum ab iis qui me nõ
quærunt:his qui me non interrogabant palàm apparui. Quibus sanè verbis se in eum ve-
B nisse locum significauit minimè coactum, sed vltrò se ad certamẽ exhibuisse seruatoris ex-
emplum secutum, qui cum per atram noctem minimè videretur, se Iudæis manifestauit.
Omnium igitur oculos statim in se conuertit.Erat enim aspectu horridus, & quòd monta-
na diu incoluerat squalenti capillo, barba promissa, veste obsita,corpore toto aridus, pera
præcinctus,baculo innixus.Quæ sanè omnia horrorem quendam vulgo aspicienti incutie-
bant,simul & eum illustrem magnopere reddebant.Vbi autem quis esset,cognitus fuit, gen
tilium simul & christianorum clamor est ortus: his quidem ob gaudium sui commilitonis
exultantibus, illis vero qui veritati repugnant iudicis animum ad eius cædem accendenti-
bus & iam ad mortem condemnantibus. Igitur clamor atque tumultus omnia complebat.
C Equos,currus aurigas,iam despiciebant.Frustra rotarum stridor aërem verberabat, nullus
aliud quàm Gordium videre malebat, nullus quàm Gordium verba sonantem audire stu-
debat.Totum denique theatrum murmure more venti per aëra sonantis perstrepebat & e-
quorum cursum superabat.Vbi vero per præconem silentium imperatum, conticuere buc-
cinæ,sopiq; fistulæ,varia musicorum instrumenta siluerunt:Solus aspiciebatur Gordius, so-
lus audiebatur.Hinc ad præsidis tribunal qui tum in eodem loco sedebat, certamenq; insti-
tuebat confestim adductus & ab eo quisnam aut cuias esset interrogatus,& patriam & ge-
neris & dignitatis locum quem tenuerat:præterea fugæ causam ac reditus pariter enarrauit.
Reuersus sum,inquit,palàm ostendens,quòd tua edicta nihil omnino curo,sed Iesum Chri
D stum spem meam,meumq; præsidium profiteor: cumq; acceperim te reliquos homines cru
delitate superare,hoc sanè tempus explendo meo voto maximè idoneum sumpsi. His sanè
verbis velut ignis ira præsidis accensa,quicquid in eo furoris erat in hunc subito conuertit.
Præsto sint,inquit,lictores,flagella,plumbatæ, corpus rotis scindatur, in equuleo suspenda-
tur,omne tormentorum genus excogitetur: Feroces adsint feræ, igni tradatur, gladio fe-
riatur,in altum deiiciatur barathrum.Verum parua hæc omnia viro execrando, digno qui
non vna tantum morte intereat. Quin,inquit Gordius,damnũ profectò me facere videor,
si sæpe variisq; modis extingui,variaq; pro Christo pati supplicia nequeo. At ille his magis
iritatus verbis, magisq; se lædi ac sperni ob talem loquendi licentiam existimans,naturali
E cius feritati vehementior accessit impetus:ac eo truculentior fiebat, quo ille constantior in
contemnenda pœna videbatur.Cum nulla tormentorum ratione,nullis armis à cœpto pro-
posito auerti posset,quin in cœlum oculos attollens,sacra psalmorum carmina decantabat:
dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.Et rursus:Non timebo mala,
quoniam tu mecum es.Et alia istis germana, quæ de sacris promebat voluminibus, ad ani-
mum confirmandum,& in proposito perseuerandum maximè facientia. Tãtúmque abfuit,
vt intentatas horreret pœnas,vt eas vltrò in se prouocaret,suppliciiq; moras vehemẽter in-
creparet.Quid,inquit,tardatis?Quid statis?Corripite corpus, membra frustatim cædantur:
Denique quodcunque de me suppliciũ volueritis,sumite. Nolite mihi beatã spem inuidere.
F Quanto enim mihi plus tormentorum accesserit,tanto plus referam prẽmiorum.Res enim
in hac vita aduersæ,nobis apud deum perpetuam pariunt voluptatem. Si vulnera mille ac
cicatrices patimur,in resurrectione splendido induemur amictu. Pro contumelia atque ig-
nominia, palmas coronásque assequemur. Pro vinculis & carcere,per ampla paradisi spatia
læti vagabimur. Pro accusatione demum atque iniqua condemnatione, gloriam ex deo &
angelis referemus.Minæ vestræ semina mihi sunt diuina,vnde immortalitatem perpetuaq;
gaudia metam.Cum tandem vir beatus hac seueritate à fide obstinata auerti nõ posset, alia
tunc via præses est aggressus. Illecebris & omni lenitate contaminare conatus est,cum præ-
sertim diabolus hac vti soleat arte, vt timidos metu perterreat, fortes leniat atque palpet.
Quod imitatus præses, vbi illum rebus terribilibus non flexit, dolis ac placabilitate circun-

uenire

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenire quærebat: quamobrem magna se daturum spondebat, quorum alia tunc haberet, alia G
imperatorem daturum ei affirmabat, locum inter milites illustrem, facultates, opes quicquid denique animus cuperet. At ille nec sic quidem victus, præsidis insaniam ridebat, qui compensare dignum aliquid supernis sedibus existimaret. Impius ille tunc laxatis iræ habenis furore percitus, ensem vagina diripit, lictorem coram astare iussit, & manu & lingua nefanda ad viri damnationem se accinxit. Ad tribunal omnis theatri multitudo conuenit: reliquus vero populus, qui adhuc in vrbe fuerat, prorumpēs, ad hoc nouum properauit spectaculum, quod & angeli & homines verebantur, dæmones vero perhorrebant. Quid plura: Concurrentibus eò cunctis, vrbs penè vacua facta est, fluminis instar tota incolarū multitudine extra vrbem ad locum martyrij confluēte. Matres familiâs nobiles, ignobiles properabant, domus sine custodibus relictæ, tabernæ negotiatorum desertæ, in foro venalia dis- H
iecta iacebant. Ex hoc tantum vrbs tuta, quòd omnibus extra mœnia egressis, nemo intus remanserat, qui nefas aliquid perpetrare posset. Serui ministerio neglecto, auidi spectandi erant. Qui etiam publico non fuerant adsueti, ad virum hunc adcurrebant. Virgines tunc primo extra domos prodeuntes, marium vultus conspexere. Valetudinarij ac senes ipsi quoque extra muros contendebant. In tanto itaque ciuitatis concursu, beatum Gordium alteram vitam iamiam per mortem corporis spectantem atque tenentem, necessariorum amicorúmque turba circunsistebat, amplectebantur, oscula dabant, demum flentes adhortabantur, ne sese in ardentes flammas coniiceret, ne florem proderet iuuentutis, aut æthereas au- I
ras, solisq; dulce iubar relinqueret. Nonnulli quando à fide omnino auertere non poterant, aut fas putarent, quibusdam eum verisimilibus aggrediebantur rationibus, & Christum tantum corde si cuperet retinere, ore autem negare suadebant. Non enim deum verba, sed loquentis animum inspicere: Hoc ferme modo exasperatum iudicis animum demulceri, & deum nihilominus propicium posse reddi affeuerabant. At ille tanquam cautes immota maris exagitantibus fluctibus, nulla vi, nullóque verborum impulsu quassatus, in obstinato cœptoq; proposito inexorabilis permansit. Vt enim sapientis domum supra petram ædificatā, vis nulla ventorum aut imber è cœlo vehemens, nec torrentis impetus quassare potest: ita demum nec preces vllæ, aut minæ constantiam eius in fidem Christi euertere potuerunt. K
Cumq; mentis acies huc illuc circumcursantem diabolum, & eius impulsu ac arte hinc lachrymas oriri, inde vim eloquentię suadendiq; copiam subministrari animaduerteret, illud domini verbum flentibus ait: Nolite flere super me, sed flete super dei inimicos, qui in christianos continuò grassantur. Ipsos, inquam, flete, qui ignem nobis parant, sibimet gehennæ incendia, irámque in die iræ thesaurizantes. Meum solicitare aut emollire animum desinite. Ego enim pro nomine domini Iesu Christi mille pericula, milléque mortes si opus foret, adire sum paratus. Aliis vero qui Christum ore negare adhortabatur respondit: Lingua quidem quam Christi beneficio retineo, adduci non possum, vt suum neget autorem. Corde nanque credimus ad iustitiam, ore vero confitemur ad salutem. Num militaris ordo, L
desperatam habet salutem? Nullus ne Centurio pius erit? Primi Centurionis exemplum succurrat, qui cruci seruatoris assistens, eius diuinitatem per prodigia facta cognoscens, non est veritus adhuc Iudæis furentibus, in cæde nomen eius palàm fateri. Quod enim animo sensit, id ore subito manifestauit: Vere dei filius erat iste. Alius item Centurio, Christum adhuc in carne existentem deum & regem virtutum esse nouit, qui posset solo verbo opem suam per ministros spiritus egentibus adferre, cuius & fidem dominus vniuerso Israëli prætulit. Cornelius item Centurio angelum domini videre, & per Petrum saluus fieri meruit, cuius dominus preces simul & eleemosynas respexit. Horum igitur Centurionum libenter discipulus & imitator esse cupio. Negem ego deum meum, in cuius cultu sum educatus? Nonne M
cœlum, sol, & astra omnia, lumen mihi clauderent suum? Credam profectò humum quam pedibus tero mihi ruituram. Nolite errare. Deus nequaquam irrideri potest, ex ore nostro nos iudicat, ex nostris, inquam, verbis nos seruat & damnat. Nonne tremendam domini sententiam audiuistis: Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est? Mihi consulitis vt deum nosse dissimulem? Quamobrem? vt vitam prorogem? mortem differam? dies adiiciam? At supernæ vitæ longæuos perdam annos. An vt corporis cruciatus effugiam? At sic non videbo bona iustorum. Nam iri perditum dedita opera & fraude ac dolo, sæuas tartari pœnas mercari, manifesta insania est. Vobis igitur consulo, si malè sapitis, sapientiam ac veritatem discite. Si verò dissimulatis, temporiq; obsequimini,

A mini, vos hortor rogoq; relicto mēdacio vera loquamini. Dicite quoniam dominus noster Iesus Christus est in gloria dei patris. Nam hanc vocem emittet omnis lingua, quando in nomine Iesu omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Omnes profectò morti sumus obnoxij, sed non omnes inclytam martyrij mortem sortiuntur. Non igitur naturalem vitæ cursum præstolemur, mundana funera, supremas nostrorum lachrymas despiciamus, cœlestem gloriam violenta immaturaq; morte præueniamus. Velociter ex hac vita, quæ potius est interitus longus dicenda, breui quidem labore ad veram vitam commi- Pulchra exhortatio ad martyrium.
gremus. Quid miseri supremum ætatis finem inutilem, sterilem, infructuosum, stultum, vanum, hominibus pariter & brutis communem expectatis? Quicunque enim nati sunt, aut
B senio tabescunt, aut ægritudine corporis resoluuntur, aut violento improuisoq; casu aliquo concidunt. Quando igitur omninò semel è vita migrandum est, martyrium pro Christi nomine, vt semper viuatis, alacriter assumite: ac vitæ, quam omninò relinquere oportet, ne parcite: sit pro necessitate voluntas. Quanquam etiam si sempiterna essent terrena ista, nihilominus sic quoque pro cœlestibus commutanda essent. Verum quoniam fluxę fragilesq; sunt & illorum comparatione magnoperè indignę, quis furor in his inuigilare, & illorum studio spem illam beatam credentibus repositam negligere? Hæc vbi dixit Christi miles, crucis se
C signo communit, & animi magna constantia, vultu intrepido, colore nusquam mutato, ad supplicium hilaris contendit: vbi tantam cordis præ se ferebat alacritatem, vt non lictorū, sed angelorum manibus se committere videretur, qui subitò post interitum sublimem eum in cœlum deferrent. Ad hæc tantus illius populi clamor ac tumultus est factus, vt vel tonante cœlo nunquam similis sit auditus. Hoc igitur huius præclari martyrij certamen fuit. Hoc hodierna dies spectaculum vidit, quod proculdubio tale est, vt nec temporis diuturnitas vnquam abolere, nec longæ consuetudinis fastidium tollere, nec aliud quidpiam quauis magnum exuperare valeat. Nam quemadmodum solem quantò magis aspicimus, tantò magis eum admiramur, nec vllo modo assiduitate vilescit: sic & huius viri sanctissimi memoria,
D quo maiori eam temporis spatio retinemus, eo recentior in nostris animis floret. In memoria enim æterna erit iustus. In terris quidem, dum terra durabit: In cœlis verò apud æquum & altissimum iudicem dominum nostrum Iesum Christum: Cui honor & imperium in æterna secula, Amen.

IN QVADRAGINTA MARTYRES.

E Qvis modus aut quæ satietas martyrum memoriam prosequendi erit, illi præsertim, qui eorum amore ac charitate magnopere tenetur? Nam honor in bonos à conseruis collatus, beneuolentiæ significationem apud communem dominum habet. Palàm est enim, quemadmodum is qui generosos homines ac fortes cum honore exceperit, in simili si forte contingat occasione, imitari non dedignabitur. Venerare igitur legitimè martyres, vt egregiæ tuæ voluntatis te testem adducas, ac demum sine persequutione, sine igne, sine verberibus ac plagis, eodem cum illis præmio dignus habearis. Nobis hodierna die non vnum propositum est celebrare, neque duos, neque decem, sed viros quadraginta: qui vnam in diuersis corporibus animam retinentes, in vna conspiratione & concordia fidei, eandem erga res arduas constantiam, & pro veritate stabile propositum ostenderunt. Omnes inter se similes, pares sententia, pares certamine, Quamobrem & parem coronæ gloriam sunt promeriti. Quæ digna laus, quæ sermonis copia his poterit adhiF beri? Non enim linguæ quadraginta ad prosequendam talium virorum virtutem sat fuerint. Nec solum multitudo tanta, phalanx militaris, cuneus insuperabilis, æquè & in bellis inexpugnabilis, ac in laudibus inenarrabilis. Sed horum vnus tantum, si legitimè fuerit oratione commendandus, nostram facilè vim ingenij sermonisq; facundiam superabit. Igitur in medium eos per commemorationem adducentes, ad communem omnium hic astantium vtilitatem constituere, palàmque omnibus, quemadmodum in pictura, fortia illorum facta reddere conabimur. Nam magnifica in bellis gesta, & oratores sæpenumero, & pictores pulcherrimè demonstrant. Hi oratione, illi tabulis describentes atque ornantes: ambóque plures ad fortitudinem imitandam inducentes. Quæ enim sermo historiæ per inductionem præbet, eadem & pictura tacens per imitationem ostendit. Sic & nos martyrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum virtutem commemorantes, vos astantes excitabimus, ac vobis sub aspectum ipsorum G facta reducentes, eos qui sunt animo aliquantulum generoso, ac ipsis voluntate propinquiores, facilè ad imitandum accendemus. Hæc est enim martyrum vera laus, alios ad eorum virtutem æmulandam inuitare. Non enim encomiorum legibus, aut eorum quæ in genere demonstratiuo reperiuntur, sermones de sanctis vllo modo seruiunt. Quoniam qui laudant cæteros, ex mundi huius rebus materiam vsurpare solent: quibus autem mundus crucifixus est, quomodo ex eo quicquam quod ad laudem faciat, mutuari poterit? Non erat his sanctis vna patria, alius aliunde venerat. Quid igitur, sine patria dicemus eos? aut orbis ciues? Sicut enim in symbolorum collationibus, quæ oblata sunt communia existunt omnium conferentium: sic & in his beatis cuiuslibet patria communis omnium erat: & omnes è diuersis terrarum locis tanquam ex vno duxerant omnia communia. Sed quid opus terrestres memorare patrias, cum liceat quæ iam illis vera patria sit nosse? Patria igitur horum martyrum, dei ciuitas est, cuius autor atque conditor ipse deus. Hæc est superna Hieru salem, quæ libera est, quæ est mater Pauli & omnium ei similium. Genus autem humanum aliud alij. Genus vero spirituale vnum omnibus omnino. Communis nanq; eis pater deus, & fratres omnes non ab vno & vna descendentes, sed ex adoptione spiritus in vnam concordiam inter se per charitatem conuenientes. Chorus paratus, conuentus maximus eorum qui ab initio deum laudant: non sigillatim congregati, sed cumulatim dispositi. Quis autem dispositionis modus? Hi magnitudine corporis, & ætatis flore, ac virtute, cæteris om- I nibus præcellentes, ad militares ordines regendos promoti sunt. In tantam quoque imperatoris dignationem venerunt, vt ob bellorum experientiam & animi fortitudinem, primas apud eum obtinerent. Vbi vero iniquum præconium, edictumq; omnibus denuntiauit, ne quis Christum profiteretur, propositáque omnia pœnarum genera confitentibus: multa quoque à iudicibus iniustis ira & feritas prodit: multæ tendebantur vbique insidiæ, doli, delationes: ignis insuper paratus, ensis in promptu, crux affixa, bothrus, rota, flagella. In tanta igitur fidelium turbatione, nonnulli fugiebant, aliqui succumbebant, alij fluctuabant quidem ante certamen solis minis absterrebantur: alij vbi coram videbant intentatos cruciatus, consternabantur: alij certamen ineuntes, deinde vsque ad finem laborum durare K nequeuntes, pugnam ac periculum detrectabant: & velut in pelago naufragantes, quæ virtute patientiæ parta multorum annorum secum in naui vehebant, per impatientiam amiserunt. Tunc igitur hi quadraginta inuicti & generosi Christi milites, cum præfectus imperatoris literas ostendisset, & obedientiam requireret, libera voce, audacter ac fortiter, nihil ex iis quæ viderant exemplis expauescendo, sed minas omnes contemnendo in medium procedentes, sese Christianos esse fassi sunt. O beatas linguas, quæ sacram illam vocem emiserunt, quam aër quidem excipiens sacer est factus, angeli audientes plauserunt, diabolus vero cum dæmonibus magnam accepit plagam, dominus postremo in cœlo descripsit. Igitur horum quilibet in medium procedens: En, ait, Christianus sum. Et velut in stadiis qui ad L certamen prodeunt, dicunt sua nomina, & in locum pugnæ describuntur: sic & hi tunc nobilitatis generisq; ac dignitatis propriæ obliti, tantum seruatoris sui professi sunt nomen, quod omnes ordine fecerunt. Ex quo facta est omnium vna appellatio. Non enim talem ac talem, sed christianos omneis se clamantes. Hoc itaque cernens præfectus, anxius ac dubius erat, an blandis verbis vel potius minis eos ad obtemperandum deduceret. Primum quidem ipsos, si quo modo à pietate obstinata posset auertere dulci aggreditur sermone: Nolite, inquit, iuuenes ætatem perdere vestram, neque intempestiuam mortem cum dulci hac & amœna vita commutare. Absurdum nanque eos, qui in bellis sunt assueti fortia gerere facta, morte prauorum hominum perire. Post hęc pecuniam pollicebatur, honores ex imperatore, dignitatesq; ac ordines militiæ primos offerebat. Cum his rebus nihil proficeret, a- M liud genus aliúmque modum tentauit: plagas, mortes, pœnas intolerabiles ostendit. Et hic quidem talia. Martyres vero qualia? Quid, inquiunt, muneribus tuis nos demulcere studes dei hostis vt discedamus à deo viuente ac dæmonibus perniciosis seruiamus. Putásne tantum te daturum, quantum eripere contendis? Tua respuo dona, que nocumentum mihi conciliant, non accipio honorem vnde mihi nascetur ignominia. Pecuniam da quæ permaneat ac continuò duret, gloriam quæ semper floreat. Me imperatori vis facere familiarem, sed me à vero rege alienare quæris? Quid enim hæc minima, quæ tu vocas magna, ex mundo polliceris: cum mundus vniuersus à nobis despiciatur?

Martyrum laus vera.

Non

A Non sunt omnia quæ videri possunt spei paria, quam continuò retinemus. Vides hoc cœlum, vt aspectu pulchrum, vt magnum: & terram quanta est, quótve in ipsa mirabilia? Nihil horum iustorum fœlicitati ac beatitudini æquiparari poterit. Illa nanque velociter transeunt, hæc continuò durant. Vnam tantum iustitiæ palmam expecto, circa vnam gloriam quę in regno est cœlorum, solicitor. Honoris superni cupidus sum, pœnas vanas gehennæ metuo. Illius ignis mihi formidolosus. Nam ignem eum quem vos nobis intentatis, conseruus est. Nouit & ipse vereri eos qui idola contemnunt. Sagittas infantium vestras plagas existimamus. Corpus enim cædis, quod eò clariorem assequetur coronam, quo magis tibi resistet. Si vero defecerit, eò citius à iudicibus violentis solutum abscedet, qui quoniam corporum
B dominum accepistis, etiam animabus dominari contenditis: & nisi deo nostro præferamini, non secus indignamini, quàm si ad extremum vsque à nobis vituperemini, & hac ratione horrenda hæc supplicia intentatis, vt pietatem nostram culpabilem reddatis. At nacti estis non meticulosos, neque huius vitæ cupidos, nec qui facilè consternantur. Pro charitate próque fide in deum & in rota poni, & cruci affigi, & flammis vri, ac omnibus demum modis torqueri parati sumus. Vbi vero hæc audiit barbarus ille ac superbia tumidus, audaciam ac loquendi libertatem minimè ferens furore percitus modum considerare cœpit, quo mortem eis acerbissimam prolixámque pararet: inuenit tandem. Audite itaque rem quàm duram sit commentus. Animaduerso ille regionis naturam salebrosam, & collibus præruptam
C esse, ac brumæ tempus instare: obseruauit in qua maximè parte frigus vehemens, ac boreæ flatus horridior esset. Iussit omneis nudos sub dio in media ciuitate congelando mori. Nostis autem fratres dilectissimi omneis, qui hyemis horrores estis experti quod sit genus hoc pœnæ. Non enim nôsse licet, nisi iis qui exemplis similibus periculum fecerunt. Corpus in primis frigore prostratum, primum in pallorem concreto sanguine vertitur: deinde turbatur & fremit, dentes frendunt, venæ contrahuntur, adeóque & totum corpus constringitur. Dolor insuper quidam acutus, & labor inenarrabilis per medullas penetrans, intolerabilem facit sic frigore concretis dolorem. Deinde in acutum tendit, vt ab igne, cum summa cremantur. Ab extremis nanque corporis partibus consequens vapor, & ad interiora ac pe-
D nitiora confugiens, quædam vnde absistit mortua relinquit: nonnulla vero ad quæ tendit doloribus afficit morte paulatim procedente. Igitur sancti dei sub dio pernoctare in stagno quodam iussi sunt, quod pro mœnibus ciuitatis erat: ac per brumam ita glacie concretum apparebat, vt equis peruium & accolarum pedibus tritum esset. Aquæ vero solitum non retinerent cursum, earúmque natura mollior in lapidis duritiem concresceret. Boreæ nanque mordentis spiritus animantia omnia iuxta versantia interimebat. Hic itaque audito damnationis iussu, martyres, considerate quanta fuere constantia: qui loco cum summa lætitia conspecto, vltimum nuditatis amictum alacriter reiicientes, per frigus ad mortem properârunt: non tanquam ad supplicium, sed ad glorioßissima spolia rapienda, se inuicem hor-
E tando descendentes. Non enim, inquiunt, amictum exuimus, sed veterem hominem, concupiscentiæ deceptione corruptum deponimus. Gratias agimus tibi domine, quod cum isto amictu simul & peccatum exuere licet: quoniam ob serpentem eum induimus, ob Christum verò exuimus. Relinquamus hunc amictum propter paradisum quam perdideramus. Quas domino qui pro nobis est spoliatus, dignas gratias reddemus? Quid magnum seruo, si ea quæ passus est dominus subeat? Nos causa sumus vt illi vestis detraheretur, longè magis quàm militum audacia, qui eam diripuere ac sortiti sunt. Durum profectò frigus, sed dulcis paradisus. Affligens glacies, sed delectabilis requies. Breui tempore durantes, sinus Abraham nos perpetuò fouebit. Vnam noctem cum æuo sempiterno commutabimus. Incendatur frigore pes, vt cum angelis continuò saltet. Torpescat frigore manus, vt facultatem ha-
F beat in deum attollendi. Quot enim nostri commilitones ceciderunt, fidem mortali regi seruantes? Nos pro fide in verum deum seruanda hanc vitam non proiiciemus? Quot item malefici homines mortem tulerunt in scelere deprensi? Nos vero pro iustitia mortem non subeamus? Ne obsecro commilitones emolliamur, neu terga diabolo demus. Quando semel mori oportet, moriamur vt viuamus. Fiat sacrificium nostrum coram te domine: & velut hostiæ viuentes tibi placentes, nosmet hoc sæuo gelu immolantes abs te recipiamur. Pulchrum quidem sacrificium, pulchra oblatio, pulchrum holocaustum: non quidem per ignem, sed per frigus absumptum. Hæc igitur & his similia credibile est inter se dixisse, ac communem laborem in domino solatos esse. Veluti quandam in bello custodiam instruen-

Frigore ene ati.

Martyrum gratiarum actiones.

r tes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes,eam noctem sæuos cruciatus sustinendo atque algendo præterierunt, tantum spe certa G
gaudentes, & hostem continuò deridentes. Vnum erat omnium votum: Quadraginta in
stadium intrauimus,totidem domine coronas tribue.Non desit numero,nec vnus quidem.
Pretiosum est tempus,quod quadraginta dierum ieiunio ornasti,per quod diuina lex in or
Quadragenarij celebritas. bem transiuit. Quadraginta item dierum ieiunio Helias dominum exquirens videre me-
ruit.Et oratio quidem eorum talis.Vnus ex eorum numero,inde per animi inconstantiam
subterfugiens,mœrorem sociis maximum reliquit,nec propter ea dominus eorum vota in-
ania permisit esse. Nam propè aderat quidam, cui eorum custodia credita est in gymnasio
quodam è vicino,à frigore seruatus,& exitum rei expectans,paratúsque martyres, si qui fu-
gerent,vt eis clare pollicitus fuerat, in lauacro quodam aquæ calidæ quod iuxtà situm erat, H
excipere ac seruare.Res à præfecto astutè fuerat excogitata,talem videlicet inuenire certa-
minis locum,in quo paratum damnati haberent refugium,vt omnem cœpti propositi con
stantiam amitterent.Sed hoc martyrum patientiam clariorem reddidit.Non enim qui co-
gitur est constans, sed qui liber & in oblectationis copia dura pati potest, is demum con-
Custos martyrum martyr fit. stans ac patiens est.Custos itaque dum hos obseruaret,quosdam è cœlo descendentes ange-
los,ac coronas singulis martyribus vno excepto distribuentes aspexit.Is autem quem indo-
natum illi reliquerunt,ac honoribus cœlestibus indignum iudicauerunt,ea repertus est ani-
mi mollitie atque inconstantia,vt statim laboris tolerantiam desperans, ad hostes transfu-
geret,miserabile prorsus spectaculum,miles transfuga,vir fortissimus captus,Christi ouis à I
lupo direpta:& quod miserabilius,à vita perpetua cœlestique excidens:neque hac postremò
diu gaudens.Nam vbi calidam attigit aquam, corpore quod glacie torpebat dissoluto sta-
tim interiit.Custos vero qui prodigium hoc viderat,vbi illum fugientem conspexit,relictis
omnibus sese in eius demisit locum,ac vnam cum sanctis illis vocem emisit:Christianus &
ego sum.Itaque cum eius subita mutatione stuporem illis incuteret:& numerum impleuit,
& mœstos ob socium amissum sanctos consolatus est: eos imitando, qui in acie prima vbi
forte aliquis ceciderit, statim ordini alium restituunt ac surrogant, ne proximi incommo-
dum patiantur.Talem igitur ipse se gessit.Vidit miracula cœlestia,agnouit veritatem,ad do
minum confugit,cum martyribus annumeratus est. Exemplum est apostolorum imitatus. K
Abiit Iudas, Mathias est surrogatus.Imitatus & Paulum, qui heri persecutor, hodie factus
est euangelizator.Superne & ipse vocatus,non ab hominibus neque per homines. Credidit
in nomine domini Iesu Christi.Baptismum suscepit,non ab vllo, sed à propria fide:non in
aqua,sed in proprio sanguine.Cum vero primum illuxit, adhuc spirantes, igni traditi sunt,
ac cineres in fluuium proiecti,vt per omnem creaturam eorum transiret certamen. In terra
primum exerciti,deinde in aëre sub dio durauere:postremò igne cremados aqua excepit.Ho
Templum Cæsareę his xl.martyribus dicatũ. rum est ergo vera vox illa:Transiuimus per ignem & aquam,& eduxisti nos in refrigerium.
Hi sunt qui nostram obtinentes regionem,quasi quædam turres contra aduersariorum in-
cursum refugium exhibent.Nec vno in loco sese clauserunt,sed in multis locis hospitio re- L
cepti,multorum patrias ornauerunt:nec tamen separati,sed inter se commixti:si in singulos
ipsos diuiseris,proprium numerum non excedunt:si vero in vnum congregaueris,quadra-
ginta nihilominus erunt,ac ita vt ignis natura permanent: Nam ille & ad progredientem
transit,& totus est apud habentem:Sic hi quadraginta sunt vnum,& omnes apud singulos.
Beneficium igitur hoc fratres dilectissimi,gratiam hanc minimè deficientẽ, ex deo obtine-
mus:Paratum est hic Christianis auxilium, Ecclesia videlicet martyrum, exercitus trium-
phantium,chorus laudantium deum. Sæpe operam dedistis, sæpe laborâstis, vt vnum pro
vobis orantem inueniretis:quadraginta sunt hi,vnam orationis emittentes vocem. Vbi e-
nim sunt duo vel tres in nomine domini congregati, ibi deus est.Vbi vero quadraginta fue
rint,quis dubitet deum esse præsentem?Qui aliqua premitur angustia,ad hos confugiat: qui M
rursus lætatur,hos oret.Hic vt à malis liberetur, ille vt duret in rebus lætis. Hic mulier o-
rans pro filiis auditur: peregrinanti viro reditum incolumem,ægrotanti vero salutem im-
plorat.Cum his ergo martyribus nostras effundamus preces.Adulescentes suos coæuos imi
tentur,patres talium esse filiorum parentes exoptent,matres exemplum matris optimæ spe-
ctent. Nam vnius illorum mater alios iam penè frigore consumptos aspiciens: suum vero
filium, ob vires aliquantulum validiores, & aduersus dura constantiam, adhuc viuum: &
permittentibus lictoribus,vitæ consulere valentem:ipsum propriis accepit manibus,ac cur-
rui in quo reliqui iacentes ad pyram ferebantur,apposuit martyris vera mater. Non enim
lacrymam

A lacrymam indecoram effundere,aut aliquid humile loqui,vel indignum agere visa est.Sed Martis virile facinus.
ò nate,inquit,perfice cum tuis contubernalibus iter beatum,ne à chorea deseraris, néve in-
ferior aliis domino appareas.O matrem fœlicem,ò bonæ radicis bonum germen. Ostendit
generosa parens, quemadmodum pietatis institutis eum magis quàm lacte educauerat. Et
hic quidem sic nutritus,sic elatus est à pia genitrice.Diabolus vero his visis,præ verecundia
discessit.Frustra nanque omnem propè creaturam nouerat,& tamen omnia à virtute mar-
tyrum superata vidit.Nox horrida & ventosa,tempus anni frigidissimum, corporea nudi-
tas,patria borealis. O sanctum chorum, ò sacrum ordinem, ò cuneum inexpugnabilem, ò
communes generis humani custodes,optimi curarum socij,precum ac votorum inuicẽ suf-
B fragatores,legati apud deum potentissimi,astra mundi,flores ecclesiarum:vos non terra cõ
texit,sed cœlum excepit.Apertæ sunt vobis paradisi portæ,dignum profectò exercitibus an-
gelorum,patriarchis,prophetis,& iustis omnibus spectaculum.Viri ætate florentes ac pares,
vitam alacriter despicientes,supra parentes ac filios deum amantes,in ipso vitę flore existẽ-
tes,temporariam hanc vitam contempserunt,vt in membris suis deum reciperent, mundo
simul & angelis,& hominibus spectaculum facti,mœstos erexerunt, dubios in fide confir-
mauerunt,piis desiderium auxere: vnum omnino pro pietate omnes trophæum erigentes,
vna iustitiæ corona ornati fuere: In Christo Iesu domino nostro: Cui gloria & imperium
nunc & in æterna secula, Amen.
C

HOMILIA IN ALIQVOT SCRIPTVRAE LOCOS, *ubi de uariis disserit uitiis, de acceptandis personis, ira, inuidia, auaritia, habita in Lacizis.*

D CErtat inimicus, contenditque exteriore tumultu nostrum impedire sermonem. At nos eius cogitationes minimè ignorantes,aures pariter & mentes eorum, qui sunt hic hodierna die congregati per ea quæ iam lecta sunt nutriamus. Eos vero qui nostro carent auditorio, misereamur. Non extra mente discurrentes, & alias res agentes:sed vbi corporibus,ibidem & animas existentes.Recordemini quæso ex his spi-
ritualibus sermonibus,qui lecti sunt vobis hora matutina,doctrinarum vtilium,nostrarum
animarum medicinæ.Reminiscamini earum quæ sunt in psalmis monitionum.Prouerbia-
lia præcepta,historiæ pulchritudinem,exemplaque inuestigate: his addite apostolica man-
data.In omnibus vero,tanquam coronida perfectionémque, verba euangelica coniungite,
vt ex omnibus vtilitatem capientes,ad id demum contendatis ac reuertamini,ad quod quis
que iucundè est affectus,& ad quod obeundum gratiam à spiritu sancto accepit.Nam sic o-
mnino in multiformi ecclesiæ facie,quot sunt hominum differentiæ,totidem existunt sen-
E tentiæ. Quot item ætatum & ordinum varietates,totidem & peccatorum genera.Multimo
dæ multiformesq; sunt diaboli insidiæ,& alios aliter decipit.Ad quod enim proniorem con Tentandi forma quæ dæmoni.
spexerit,ad id propriis vtitur delinimentis atq; illecebris.Verbi gratia.Constitit aliquis hic,
inuidia tabefactam habens animam.Vtinam ne quis esset:hoc enim ante omnia mihi in vo
tis est.Attamen humanæ naturæ valde difficile,sive magna sive parua animi perturbatione
non tangi.Quilibet igitur è supradictis aliquid ad suum eligat vsum.Inuidus es?sume reme
dium.Iracundus es?præsto tibi est medicina.Nam de omnibus istis disseritur. Dicemus au-
tem,si fieri potest,de singulis breuiter aliquid decerpentes.Auarus es?Habes hic remedium.
Superbus es? Hinc fastum domabis.Hinc animæ superbiam, si voles, castigabis. Hinc om-
F nia tanquam è fonte copioso spiritualium sermonum bona exhauries,atque ita vbi abundè
hauseris diues abibis.Primus sermo in prouerbiis modo ænigmatis dicitur, vt mens nostra
in obscuritate orationis se diligentius exercendi,ac meditandi sumat occasionem.Inquit e-
nim:Qui leuia respexerit,misericordiam inueniet.An dicti hui? sensum per te ipsum tenes, Qui leuia respexerit & ce.
vel vt studiosus auditor à me requiris?quamobrem laudem consequatur qui leuia conspici-
et,cum laudabilia ex optione proueniant?Nos autem homines sæpe videmus,non qualia vo
lumus,sed qualis est eorum natura quę videntur.Ex quo si quid asperum fuerit aspectu,qua-
le natura existit,tale videre fuerit.Si vero leuibus contingat oculos intendere,vnde lauda-
bimur leuia videntes? Leuia sunt, quæ specie plana existunt. Asperum vero, quod inæquale
primo apparet aspectu. Quoniam itaque inæqualis eorum quæ aspera videntur natura est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo eum ſcriptura laudat,qui leuia magis quàm aſpera viderit?Sic & damnare videtur montes,& valles,& ſcopulos,& ſaltus,& nemora quæ germinibus denſa, adeóque aſpera ſunt vel etiam mare ſæpenumero à ventis exaſperatum,vel terram ab aratro proſciſſam, ac de plana mollitérque iacente inæqualem tumuloſámque factam . Num hæc qui viderit condemnabitur?& vbi,quæſo,dei iuſtitia,ſi ea quæ coacti patimur,in his damnandi ſumus. Si videro terram aliquam inæqualem quæ vt condita eſt,ita videtur : huiúſne gratia condemnabor? Verum nihil illud . Qui leuia videt, ſublimius expende . Adſunt tibi ob oculos fratrum differentiæ ? Hic pauper,ille diues, alius hoſpes, alius domeſticus,ſeu te iudice, ſeu te iudicij participe vtuntur . Si iudicaueris , ne inæqualia videas , ne videas diuitem ſublimem, pauperem humilem . Si tuis adſtiterit , qui neceſſitati ſuæ conſultum cupit, ne tum quidem inæqualia videas . Neu dicas : Hic mihi amicus, hic propinquus : ille mihi vtilis, alius peregrinus, ignotus, alienus : hoc enim modo miſericordiam apud deum non inuenies : nec plana ſpecta . Natura nanque vna eſt. Homo & hic & ille: vna in vtriſque neceſſitas . Da fratri & peregrino . Nec fratrem auerſare, & alienum tuum fac eſſe fratrem . Aequalia igitur reſpicere oportet . Ne præ notis alienum relinquas : eius neceſſariò ſubuenias vſui . Quærit ille te, vt ſuæ calamitatis ſolatium ac refugium, non perſonæ acceptatorem, non propinquo ſolummodo benignum, hoſpitem vero abiicientem.Omnes enim in Chriſto propinqui : Omnes fratres , & ex vno patre nati ſumus . Si ſpiritualem quæris , cœleſtis eſt pater deus . Si terrena quæris, mater terra eſt . Ex eodem luto omnes ſumus conſtructi. Ex quo ſoror eſt natura ſecundum carnem , ſoror item generatio eſt ſecundum ſpiritum. Eundem tecum ſanguinem habet : ex primo hominem eandem tecum à domino gratiam accepit . Reſpice igitur plana , vt apud deum miſericordiam inuenias . Ne dicas, ille diues eſt, & honore dignus, hic pauper, contemno autem pauperem . Noli in diſtribuendis honoribus reſpectus habere inæquales.Eſt enim diues ſæpe mendax,rapax, libidinoſus:pauper vero iuſtus. Non igitur tantum faciem ſpectabis , ſed occulta penitioráque conſidera . Eum honora qui pretioſa poſſidet.Virtus veræ ſunt diuitiæ. Quid,quæſo, ab externis probas homines,præcordia vero mentémque minimè curas?Bel externe quidem æs habuit, lutum vero ſub ære fulgente abſconditum . Si illuſtres in vita videris,conſidera æs eſſe apparens,intus cœnoſa omnia . Contrà vero quidam aurum intus habent,exteriore teſta circundatum: hoc eſt,theſaurum in vaſis fictilibus abſconditum.Hic caſtus eſt,ille libidinoſus.Vtrum horum ditior:qui caſtitatem ſeruat,an qui pecuniam ex iniuria poſſidet?Certe qui caſtus . Huius memoria ſempiterna : illius fragiles ſunt diuitiæ,huius theſaurum fur nullus effodiet: illius diuitiæ hodie florent,cras marceſcent,igitur reſpice æqualia ac plana,ſuum cuique tribuens honorem:pretioſiorum rationem habe,vt miſericordiã inuenias. Proſequitur deinde:Et cum homine iracundo noli commorari.Dic age,eſt ne inter vos quiſquam inanis gloriæ cupidus,qui non ſit iracundus:cupidus es inanis glorię?Non vides plana. Iracundus es? Et cum viro iracundo ne ſedeas . Vides quomodo per breuiloquentiam vitia noſtra corrigantur . Itaque niſi aures veſtras ſermonibus noſtris pulſemus,cordibus veſtris ſenſum eorum quæ dicta ſunt breuiter , haud inſinuabimus . Tu itaque cogita , vbi lectum eſt quod me concernit ? Quæ de iracundis ſunt lecta , agnoſce pro tuis qui iracundus es . Dicito,hic meus eſt morbus , agnoſco infirmitatem meam . Accipe remedium . Si acceſſeris medicum , & videris apud eum varia pharmaca variis contenta tabellis , conſiderabis quid tuo morbo conueniat . Non enim qui pede offendit , quærit oculi curationem : ſed qui oculum habet affectum, commodam opem quærit oculo . Itaque quiſque ſibi ex ſcripturis morbo ſuo conuenientia ſumat . Iracundus es ? cohibe iram. Vir iracundus, inquit, turpis eſt: diſce ex hac ſcriptura. Sit vultui tuo ſpeculi vice . Nam impia cogitatio mentem obtenebrans non ſinit agnoſcere, quale ſit ira peccatum . Scriptura vero tibi dicit , vir iracundus turpis eſt . Quomodo turpis eſt ? Decorem nanque & humanam quaſi figuram amittit: feræ ſpeciem indutus . Conſidera parumper iratum . Furit , debacchatur , immutantur oculi , turbidi ſanguineíque fiunt , cor accenditur , ſanguis commouetur . Hunc videas vt aprum dentes acuentem : loqui ſæpe incipientem , ac verba imperfecta relinquentem.Multa quoque in corde non apparentia voluntatem , nec parentum nec liberorum rationem habet : nullis demum (vt libidini propriæ ſatisfaciat) parcit . In alieno malo teipſum cura : diſce periculis alienis , ne & tu in idem incidas malum . Igitur ſcripturæ verba ſæpe tecum repete . Vir iracundus , indecens : & cum iracundo noli ſub eodem tecto agitare . O

Non accepiandę perſonæ.

Patre vno nati ſumus.

De ira.

quàm

quàm malum cum tali commiſceri,qui continuò latrat. Niſi enim eius fugias conuerſationem,neceſſarium eſt eius te vias ediſcere.Dixit acerbum aliquid,iam animum tuum commouit.Veluti enim canis latratus , alterius canis tumultum prouocat:ſic & animum tuum quieſcentem ac dormientem vox illius excitauit,& facti eſtis inter vos latrantes, & contro uerſi veluti fundatis verba,& inepta & turpia inuicem iactantes.Dixit ille aliquid contumelioſum:tu vero inſipientis imitatus ſtultitiam , maiore fœnore reddis . Recipiens ille è ſermone contumelioſo vices , non deſtitit : ſed auget magis iram, magisq; linguam acuit.Tu rurſus accipiens,extolleris in tumorem.Qui autem in hac malorum contentione victor fuerit,longè miſerior apud deum erit.Ergo vir iracundus, turpis eſt:& cum eodem noli commorari.Néue cœnabis cum viro inuido.Hic alius eſt morbus,vitæ hominum peculiaris , & animis noſtris à natura inſitus,& corda magis conſumere aptus quàm ferrum. Liuor nanq; vnus eſt in quo multa ſunt mala . Vnum tantum vtile , quod ipſi autori eſt incommodus. Inuidus enim ei cui inuidet parum admodum , ſibi vero multum nocere videtur . Triſtitia dolorêque in aliena felicitate abſumitur:nec vicini agrum,ſed ſeipſum deſtruit. Ne transferas terminos æternos.In poſſeſſionem orphanorum ne ingredere . Alium hæc verba morbũ curant:auaros notant.Ne ingrediaris,inquit,in orphanorum poſſeſſionem,vt ad tuam poſſeſſionem ingrediaris.Poſſeſſio vero tua eſt regnum cœlorum . Terminos patrum ne moueas,ne cupias proximi agrum.Ne villam villæ coniũgas,vt tuã paulatim adaugeas.Quanto enim magis ex aliena poſſeſſione tibi fines dilatabis,tanto maiori culpæ obnoxius fueris. Deinde terra quidem hic remanet,tibi breui tempore poſſidenda: nec tua ob auaritiam facta,ſed eius qui tibi ſuccedit, cui rem dimittis, vnde forte iniuſtè viuat.Terra ſtat in æternum,peccatum vero animam vt vmbra corpus ſequetur . Vt enim vmbra corpus ſequitur, ſic peccatum animæ inſitum.Ne adaugeas tibi peccatum. Auaritiæ nãque malum ſtare neſcit aut quieſcere:ſed ignis naturæ ſimile.Ignis enim poſtquàm incendium attigit, omnem properat abſumere materiam.Nec prius deſiſtere poterit,quàm materia defecerit. Auarum autem quid retinere poterit ? Igne vehementior eſt, omnia continuando finibus ſuis occupat:ea quæ ſunt vicini, ſibi aufert. Mox vbi alium ſortitur vicinum, & quæ illius ſunt ad ſe rapit.Non ea quæ retro ſunt attendit , ſed quæ his deſunt, quæue ante ſe proſpicit,à vicinis poſſeſſa,deſiderat.Non ob ea quæ poſſidet lætatur,ſed ob ea quibus caret angitur. Neque iis quæ congregauit,fruitur:ſed cupiditate plura conſequendi,ſe magis excruciat. Deinde vigiliæ ac curę hinc oriuntur.Quanto enim diuitiæ magis augeſcunt,tanto plus adferunt curarum.Iudex expectatur,& auarus cogitat ne in ius trahatur , ne orphanus ſuas lachrymas in foro palàm faciat.Nocte conſultat, quomodo mane acerbos aduocatos quoſdam ſibi præparet : quomodo perſuaſa teſtimonia conducat: quomodo & potentiam præualendo, & in iudicio mentiendo, pauperem deſtitutum ac ſolitarium opprimat , & vtroſq; expugnet, & iudicem decipiens,& pupillum circumueniens. Eius animam hæ curæ continuo mordaces abſumunt.Canis latrat,auarus putat furem eſſe.Mus forte perſtrepit,& auari cor ſalit, quẽlibet vel puerum ſuſpectum habens.Filios iam grandes vt inſidiatores aſpicit, quòd eorum iam ætas ſucceſſionem expetere videtur.Quin auaris aliud oritur incommodum:Vitam victúmque ſuum in digitis expẽdit: Ex opibus alias palàm, alias vero clàm habet,ad ſpes incertas ſeponens:ſpes,inquã,non ſpes. Si enim ad ſpes veras erat,ad æternã illam recta præparatio fuiſſet. Nunc in cubili occultas abſcondit diuitias, venientia quandoq; incommoda,futuram forte metuens egeſtatem:quæ quidem an veniat,incertũ.Veniet quidem tempus,quo pecuniam non diſpenſaſſe pœnitebit.Hoc certũ,& ego ſum ſponſor. Meæ ſunt partes,fratres amantiſſimi,de omnibus vobiſcum vitiis diſſerere:veſtræ autem diligẽter attendere, ac ex iis vtilitatem quæ auditis accipere . Veſtrum quilibet peccatũ veluti ſerpens ſenectutem exuens,ſic affectibus ſpoliatus iuſtitiamq; indutus redeat,alius ex alio factus.Hac enim de cauſa fit iſte conuentus , ac patres noſtri has fidelium congregationes in templis ſtatuerunt,vt quæ ſingulis diebus diſcere non valemus , ob eorum penuriam qui hæc doceant & admoneant , ſingulis annis illa in communi ſolennitate ac celebritate conuenientes accipiamus. Deinde ea tãquam viaticum ad reliquum tempus cuſtodiamus,& velut in recenti memoria continuò reſonantia teneamus.Fugiamus itaque peccatum,opus iuſtitię ſequamur.Noli,inquam,transferre terminos ſempiternos . In poſſeſſionem orphanorum ne ingredere.Ne filios tuos auaritię cauſam facias . Filios habes ? Eis theſaurum ſempiternum theſauriza.Theſaurus nanque pecuniæ pietas eſt.Relinque bonam filiis memoriam , magis

Auarũ miſeria.

De iis qui filiis theſaurizant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm diuitias multas. Fac omnes filio tuo ratione pietatis ac beneficentiæ patres. Necesse G
enim te quandoque è vita discedere, deinde filium relinques paruum, tutorum auxilio indigentem. Si bonus honestúsq; fueris, quilibet ex te descendentem vti suum nutriet. Reminiscetur quòd & tu quoque orphanorum pater dum licuit fuisti. Si vero in malicia vixéris, ac multos in vita læseris, & omni fera truculentior fueris, iis qui tecum commercium habent, demum cum è vita discesseris, filium tuum communem omnium hostem relinques. Quemadmodum enim scorpij filium, quicunque aspexerit metuet, ne vbi per ætatem licuerit, patris venenum imitetur: sic item & ex te descendentes liberos, vt paternæ iniquitatis hæredes futuros, priusquam ad ætatem veniant, omnes cauebunt, illisq; insidiabũtur. Quid igitur plures insidiatores ac inimicos tuis liberis paras: quum potius si toto tempore viue- H
res, dare te operam oporteat, multorum beneuolentiam ad tuorum tutelam habere adiutricem? Quoniam autem incertum est, quàm diu viuas, relinque per beneficentiam multos, qui pro te rem curent: ne quando te discedente è vita, deinde diuitiis quas cõgregas, ad successorem, ob odium forte apud homines contractum, minimè prouenientibus, moueant omnes caput ac dicant, quomodo male parta male dilabuntur, & ad filios minimè transmissa sunt. Hæc ego tibi prædico ex humanis rationibus: quæ vero tibi à domino ex euangelio dicuntur, facilè nosti. Ne igitur liberos prætexas. Ne honestam apparentem causam ad peccati occasionem afferas. Qui enim filium fecit & te fecit. Qui etiam tibi occasiones nu- I
triendi præbet, & filio præbebit vitæ subsidia. Quilibet enim propriæ vitæ rationem deo red det. Quid nosti, cui thesaurizas? Thesaurizat, inquit psalmus, & nescit cui congregabit ea. Filius nanque eorum est sæpe occasio quæ cumulantur: quæ tamen deinde aut furis rapacitas, aut parasitorum sycophantarúm ve nugæ, siue hostium prædę diripiunt ac lacerant, aut fames grassando absumit. Multa sunt enim quæ rem tollant atque absumant. Dic obsecro, quando à deo liberos petiisti, quando filiorum pater esse desiderabas, num tuis precibus hoc addidisti: Da liberos rogo vt illorum prætextu auarus factus gehennæ tradare? da liberos, ne mandatis tuis obediam? da liberos, vt euangelium despiciam? Nõ profectò hac conditione postulasti, sed filios quęrebas vitæ adiutores communis. Doce miser bonis & verbis & ex- K
emplis, quales eos erga deum oporteat esse, qualesq; sæpenumero vidisti. Hę nanq; sunt veræ diuitiæ, ipsa pecunia multo pretiosiores. Hæc hæreditas bona, à patre filiis relicta. In pos-
De inuidia rursus. sessionem ergo orphanorum non intrabis, cum viro inuido non simul cœnabis. Dictum supra de inuidia. Ad maiorem eius mali custodiam nunc rursus aliquid addemus: Ipsa nãque proprium est diaboli vitium. Non enim diabolus statim creatus est diabolus: sed cum angelicam potestatem accepisset, in dæmonis naturam conuersus est, & factus iniquus dæmon.
Inuidia diaboli in hominem. Hac enim iniquitate imbutus, & à dei familiaritate alienatus, ac ad partem defectionis conuersus: postquam vidit hominem, paruum quidem animal supra omnem creaturam honoratum: quum esset antiquior homine, facilè conspexit, quemadmodum natatilia verbo tan- L
tum facta sunt, omniáque in mari viuentia (Producant enim, inquit, aquæ reptilia animarũ viuentium. Nam verbo fecit deus, & cete illa quæ in mari Atlantico agunt) Verbo item terrestria, elephantes, equos, boues, greges animalium, armentaq; omnia: quodq; mirabilius, verbo cœlum & solem, verbo herbas, verbo vndas, tam quę supra cœlum sunt, quàm quæ
Hominis creatio singularis. subtus in terra stagnant & concaua replent, factas esse vidit: solum hominem manibus dei plasmatum esse. Hunc ei honorem inuidit. Eum nanque sole præstantiorem animaduertit, quum ille verbo, hic manibus sit conditus: & ille ob hominem constitutus, homo vero propter deum. Homo item vt deus esset, sol, vt homini famularetur. Considerauit insuper quẽadmodum primum creaturæ, deinde, homo esset, quod ipsi tantum veluti patrifamilias cuidam domum plenam deus prępararit. Non enim ante omnia fecit hominem, ne pauper in- M
opsq; foret: sed prius cœlum, tanquam tectum nobile sponte constructum constituit. Terrã strauit, vt hominis pedibus solidum statueret pauimentum. Illam omni copia genereq; herbarum ac fructuum florere, ac abundare voluit. Iumenta item omnia, animalia quoque omnis generis, aliqua sub pastoribus, nonnulla syluestria ad corporis exercitationem: quædam cum labore possidenda, vt chariora essent: quædã præsto parata, vt vsui humano facilè suppeditarent, subiecta protinus illi esse. Insuper fructum omnigenum è terra paratum. Vniuersam creaturam hominis vsui concessam esse vidit. Tantámque beneuolentiam diuinam ac benignitatem erga eum prospexit, vt non contẽtus deus tot ei commoditates tribuisse, sed eum tanquam suas delitias & ornamentum proprium eligens, in paradiso collocauerit: in-

super

A super angelos ei pædagogos adhibuerit. Deum postremò cum eo conuersantem, & eadem lingua cum eo colloquentem. Vbi igitur agnouit hominem, vbi vidit tam exile animal ad angelorum dignitatem à deo vocatum, & per virtutem modestámque vitæ cõuersationem ad vitæ perfectionem tendentem, inuidia motus, eum per insidias aggredi cogitauit: nec, dum solus erat, potuit, aut causam vllam habuit. At postquàm creata est mulier, tenerum quidem animal, cui conditor teneriorem naturam dedit, vt paruulos humanius ac benignius educaret (Si enim mulier austerior fuisset, nunquam plorantem infantem vlnis ac Mulier.
pectore foueret, ac complecteretur: nunquam proprij sæpe cibi oblita, vbera sitienti tanta patientia præberet. Nunc autem matrum viscera somnum sæpe à palpebris discutiunt, si
B quando infanti breue quid acciderit) Vt, inquam, puer probè nutriatur, mulieris natura dulcior est, & humanior creata. Huius itaque humanitatis occasionem nactus diabolus, facilitatem eam, quæ virtutis gratia concessa erat, ad vitium conuertit. Est itaque inuidia diaboli proprium malum, quod satis exprimi nequit quod medicinam spernit. Qui caput, aut membrum aliquod dolent, medico morbum aperiunt: at qui ægrotat inuidia, quid dicet? Angunt me proximi bona? Nam veritas hæc est, attamen hæc quisque verba fateri erubescit. Quid, quæso, te affligit, proprium malum, an alienum bonum? Certe malum tuum incurabile. Canes enim nutriendo, mansuetos reddimus: inuidum vero & malignum beneficio nostro deuinciendo, longè peiorem reddimus. Non enim gaudet in iis quæ recipit bo-
C nis: sed tua tristatur felicitate, quòd facultas tibi sit eius vsui subueniendi. Noli igitur in diaboli deceptionem incidere. Inuidit enim tibi, inuidit, inquam, quum te è paradiso expulit. Per illum sentes & tribuli, per illum sudor & exilij principium: in quod incidens, ne obliuiscaris antiquæ patriæ. Memento nobilitatis tuæ. Recordare patriæ vnde excidisti. Reminiscere, quanto ille te damno mulctauit. Ne sequere illum, néue cum eo commercium suscipe vllum. Bis enim te læsit. Primum quum te ab initio eiecit. Deinde nunc reditum tuum turbare contendit. Incommodum nanque tibi primum intulit per mulierem. Et rursus per mulieris concupiscentiam restitutionem tibi prohibet amissorum. Fornicationem excogitauit, vt regno cœlorum prohibearis. Prima iactura minimè contentus, secundas etiam ex-
D cogitat vias, cursum nobis ad beatam vitam obstruendo: quando murus est quidam, & impedimentum nobis iter facientibus, ipsi mendacium innumeræ sunt ipsius remoræ quibus nos impedit. Illius sunt quasi germina, crudelitas, asperitas, auaritia, contumelia, & quęcunque verbo veritatis repugnant, hæc omnia sunt diaboli aduersus nos tela infesta. Osor est hominis quoniam & aduersus deum rebellis est, primum odio habuit, deinde & repugnauit omnipotenti, contempsit dominum, alienatus est à deo: Vbi vidit hominem ad ipsius imaginem factum, quum non posset in autorem ipsum, quem ante omnes lædere cupit, in eius imaginem suam exercuit malignitatem. Veluti siquis homo, quando regem inimicum attingere non valet, eius simulachrum cæderet. Vidi ego iam, partim audiui, res certa est,
E inter animalia hominibus inimicissima, pardalim quandoque in stadiis hominis oculos prę Pardalis in
ira inuadentem. Qui feræ deludere furorem quærunt, hominis imaginem ei ex charta o- hominé ira.
stendunt. Illa statim furibunda eam concerpit atque dilacerat: hoc argumento satis ostendens, quanta sit eius aduersus hominem inimicitia. Sic item diabolus in dei imagine quo sit erga deum odio ostendit, quando deum ipsum attingere nequit. Sic & contra nos bellum ipsius satis ostendit, dei esse illum aduersarium, & ante omnia deum petere. Ille miserum hominem ex vrbe Hierusalem, in Hiericunta deiecit: hoc est, altis locis ad ima. Est enim Hierusalem in colle sita, Hiericus autem in ora maris. Si quis vestrum locum vidit, scire potest rei veritatem, quemadmodum Hiericus in curuis Palęstinæ locis recumbat: Hie-
rusalem vero in monte longè diffusa, supra reliqua loca eius regionis attollatur. Itaque ho-
F mo è sublimi ad inferiora descendit, vt in latrones incideret: E Hierosolymis tanquam securo loco exiit, vt incideret in latrones solitudinem occupantes, qui eum & cæciderunt & spoliauerunt. Prius plaga, deinde nuditas narratur. Nam animæ plaga, peccatum. Nuditas vero animæ, immortalis amictus est ereptio. Peccatum nanque, gratiam per baptismi regenerationem nobis datam abolet. Fornicatio plaga est, adulterium alia plaga, alia inuidia, libido alia plaga, auaritia item alia: quodlibet horum plaga est à latronibus, hoc est, dæmonibus nostris, ad culpam ministris, nobis inflicta. Post plagas vero spoliatus est. Si autem corporea fuisset vestis, prius spoliassent, deinde plagas addidissent, vt vestis seruaretur. Nunc Plagæ ante
autem plagæ præcedunt, vt planè discas, quemadmodum culpa, gratiæ priuationem atque spoliationẽ
spiritualiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

amissionem præcedit, quæ nobis per humanitatem domini nostri Iesu Christi data est: Cui G
gloria & imperium in æterna secula, Amen.

BASILIVS MAGNVS DE HVMILITATE.

DEbebat homo in gloria quam apud deum habebat manere, Et sublimitatem ha- H
buisset non fictam sed veram, potentia dei sublimis, sapientia diuina præclarus, æ-
terna vita illiusq; bonis sese oblectans & alacris. Postquàm verò diuinæ gloriæ de-
siderium mutauit, & maiorem sperauit, & quam non poterat accipere apprehen-
dere satagens, quam habere poterat perdidit, maxima illi salus est, quod & morbum curare
licet, & ad pristinam dignitatem per animi submissionem redire, nec aliquem gloriæ præ-
textum per seipsum comminisci, sed à deo quærere. Hoc nanque pacto lapsum corriget, ita
ad sacrum præceptum quod deseruit recurret. At diabolus quo falsæ gloriæ spe mortalibus
imponat, non cessat à seipso incitatus ac prouocatus innumera ad hoc machinamenta com
miniscì, é quibus sanè magnum est, quod pecuniarum opulentiam ostendit huiusmodi, vt I
illius nomine insolescat, vt cura illius afficiatur. Quæ quidem ad gloriam nihil confert,
confert autem plurimum ad periclitandum. Quæstus nanque pecuniarum, argumentum
est auaritiæ, possessio illarum nihil facit ad bonam existimationem, sed frustra inflat, inani-
ter extollit, & fere idem facit animæ, quod inflammatio corpori. Inflammatorum enim
corporum tumor, nec sanus est nec vtilis, sed morbidus ac noxius, periclitandi principium
adferens, & pereundi occasionem. Tale quid & circa animam facit superbia. Et non solum
ex pecuniis nascitur animi elatio, neque superbo tātū qui ex pecuniis est victu & vestitu in
sublime feruntur homines, sumptuosiores quàm necessitas exigit, ac voluptuarias mensas
struentes, nec pro necessitatis vsu sese vestientes, amplas ædes adornātes, famulorumq; sub- K
sequentium copiam, & adulatorum innumerabilium cœtus post se trahentes, sed & Magi-
stratus honorem ex populi suffragiis adepti, supra naturā exaltantur. Si populus Magistra-
tum dederit, si quam præsidendi dignitatem assignauerit, & prærogatiuę honorem decreue
rit, & hic quasi humanam excellant naturam, tantum non ipsis se putantes insidere nubi-
bus: proterendos arbitrantur subiectos homines & aduersum eos quoq;, vnde dignitatem
quam habent acceperunt, eriguntur, & per quos quod sunt esse videntur, aduersum illos in-
solescunt, rem committentes dementia plenam, cum gloria illorum quouis somno inanior
sit, & splendorem habeant nocturnis spectris vaniorem, & à populi nutu pendentem. Qua-
lis erat demens ille Salomonis filius, ętate iuuenis, mentis vsu iuuenilior, qui populo mitio- L
rem regni administrationem petenti, duriorem comminatus, & per minas illas amisso re-
gno, inde dignitate quam habebat deiectus est, vnde maiorem regni gloriam sperabat. In-
solentem quoque reddit hominem manuum dexteritas, pedum celeritas, & corporis venu-
stas, quæ obiter morbis absumuntur, nec animaduertunt, quod omnis caro fœnum, & om-
nis gloria hominis est sicut flos fœni, quod fœnum aresćit & flos illius decidit. Talis erat ro
boris gratia Gigantum arrogantia, & Goliath fatui deum impugnans superbia, & venusta-
tis gratia intumescens Adonias, & comæ magnitudine superbiens Absalom. Et ipsa quoque
humana sapientia & prudentia, quæ inter reliqua mortalium bona potissima reputatur, &
solidissima, inanem habet elationem, & in sublimitatem extollit non veram, nec quicquam M
Diaboli astu tia irrita fa- cta. ista valent, vbi diuina sapientia deest. Astutia nāque diaboli, qua aduersum hominem vsus
est, irrita facta est: & quod ille insidiose contra hominem machinatus est, non animaduertit
sibi ipsi fore aduersum, non tantum illum lædens, quem à deo & vita æterna abalienaturum
se sperauerat, quantum seipsum prodens apostata à deo factus, & morte sempiterna con-
demnatus. Et laqueo quem domino struxit ipse captus, inque eo crucifixus est quem se cru-
cifixurum, & mortuus in eo quem morte se extincturum sperauerat. Si vero princeps
iste mundi, primus, maximus, & inuisibilis mundanæ sapientiæ sophista, suis ipsius
commentis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam, multomagis illius discipu-
li & æmulatores etiam si innumera commententur, vbi se sapientes esse dicunt, stulti fa-
cti sunt.

A cti sunt. Pharao interitum callidè struit Israëli, sed obseruauit inde irritam fore suam a- Pharao.
stutiam vnde nihil huius expectabat. Quod videlicet infans propter ipsius mandatum
morti expositus, occultè in aula sua regia enutritus, & ipsius ac totius Gentis Aegyptiacæ
vires demoliturus, & Israëlem saluti restituturus esset. Abimelech vero, homicida ille, Abimelech. Iudicum 9.
Spurius Gedeonis filius, qui septuaginta germanis illius filiis occisis, & astutum hoc ad
Regni confirmationem adinuentum ratus, quos cædis huius habuerat administros conte-
rit quidem, sed & ipse vicissim ab illis conteritur, & tandem per mulieris manum ac lapi-
dis iactum perit. Et Iudæi omnes consilium contra dominum sibi ipsis exitiosum commen- Iudæi.
ti sunt dicentes, Si permiserimus eum ad istum modum, omnes credent in illum, & veni-
B ent Romani ac tollent nostrum locum & gentem. Hoc consilio necem Christi aggressi,
quasi Gentem ac locum suum seruaturi, suo ipsorum consilio vtrunque perdiderunt, extor-
res facti & ab institutis suis & cultu abalienati. At in summa, innumeris exemplis poteris di
cere, quàm sit inane, humana sapientia excellere, & quàm exile sit & humile magis quàm
magnificum ac sublime. Itaque nemo prudens, vel de sua ipsius sapientia vel aliis prærога-
tiuis quas recensui, quicquam gloriabitur, sed obtemperabit paræneſi beatæ Annæ, & Pro-
phetæ Hieremiæ, qui dicit, Ne glorietur sapiens in sapientia sua, nec glorietur robustus in ro
bore suo, nec diues in diuitiis suis. Sed quænam est vera gloriatio, & qua in re magnus est ho
mo? In hoc, inquit, glorietur, qui gloriatur, si sciat & cognoscat me esse dominum. Hæc est
hominis sublimitas, hæc gloria & magnificentia, verè cognoscere hoc quod magnum est, &
C illi conglutinari, ac gloriam à domino gloriæ quærere. Dicit autem Apostolus, Qui gloria-
tur in domino glorietur, vbi dixit, quod Christus nobis factus sit à deo sapientia, iustitia,
sanctificatio & redemptio, vt sicut scriptum est, qui gloriatur in domino glorietur. Nam ea
demum perfecta & omnimoda gloriatio est in deo, quando neque propter suam ipsius quis
iustitiam extollitur, sed agnoscit se quidem vera destitui iustitia, verum [illegible] in Christum fi-
de iustificatum esse. Et gloriatur in eo Paulus quòd suam ipsius iustitiam contemnat, secte- [illegible]
tur autem per Christum eam iustitiam, quæ ex deo est in fide, vt cognoscat ipsum & poten- [illegible].
tiam resurrectionis ipsius, & passionum ipsius communicationem, configuratus morti illi-
D us, si quo pacto ad mortuorum resurrectionem pertingat. Decidit hic vniuersa arrogantiæ
sublimitas. Nihil tibi relictum est, ô homo, de quo gloriari possis, cuius gloriatio & spes in
eo sita est, vt omnia tua mortifices, & futuram in Christo vitam quæras, cuius primitias ha-
bentes in his nunc sumus, per vniuersum in gratia ac dono dei viuentes. Et deus est qui ope
ratur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, deus item est, qui sapientiam suam,
prædiffinitam ad nostram gloriam, per spiritum suum reuelat: deus est qui in laboribus dat
virtutem. Abundantius omnibus, inquit, Paulus, laboraui. Non autem ego sed gratia dei,
quæ est mecum: deus est qui eripit è periculis, idque præter omnem humanæ rationis spem.
Ipsi, inquit, in nobis ipsis sententiam mortis acceperamus, ne confideremus in nobis ipsis
E sed in deo, qui mortuos excitat, qui ex tanta morte nos eripuit, & eripit, in quem sperauи-
mus quòd & in posterum erepturus sit. Quid igitur teipsum, dic quæso, extollis, quasi pro-
pria habeas bona, cum gratias pro donis agere debeas largitori? Quid enim habes quod non
acceperis? Si vero & accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Tibi non innotuit deus
per tuam iustitiam, sed tu deo, per illius bonitatem: cognoscentes, inquit, deum, imò magis
cogniti à deo. Tu Christum non per tuam apprehendisti virtutem, sed te Christus per suum
aduentum. Insequor, inquit, si quo pacto apprehendam quatenus & apprehensus sum à Chri
sto. Non vos me elegistis, inquit, dominus, sed ego elegi vos. An ideo superbis quod hono-
re effectus es, & acceptam misericordiam ad occasionem arrogantiæ rapis? Et tunc cogno-
F sces ipsum quisquis es. Sicut Adam eiectus è Paradiso, sicut Saul destitutus spiritu dei, sicut
Israël à sancta radice resectus. Fide, inquit, stas? Noli sublime sapere, sed time. Gratiam se-
quitur iudicium, & quo pacto donis sis vsus, requiret Iudex. Si vero ne hoc quidem intel-
ligis, quod honore potitus es, sed gratiam dei præ nimia stupiditate propriam reputas vir-
tutem, non es honoratior beato Apostolo Petro. Neque enim Christum plus potes diligere
quàm ipse, qui vsque adeò illum dilexit, vt & mori pro eo voluerit. Verum quoniam arro-
gantius dixerat, etiam si omnes scandalum patiantur in te, ego tamen nunquam scandalum
patiar, humanæ traditus est pusillanimitati, & prolapsus est in negationem, lapsu institutus
ad pietatem, & edoctus etiam aliis infirmis parcere, vbi suam ipsius cognouit imbecillita-
tem, & conspicue didicit, quod quemadmodum, cum in pelago mergeretur, dextera Chri-
sti

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti releuatus est,ita & in scandalorum fluctibus,cum per diffidentiam periclitaretur Christi G
virtute seruatus sit,qui etiam ipsi quod postea accidit prædixerat, Simon Simon, inquiens,
ecce Satanas expetiuit vos,vt cribret instar tritici,& ego pro te rogaui,ne deficiat fides tua,
& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Petrus itaque ad hunc modum reprehen-
sus,merito opem domini adeptus est,vt arrogantiam reiiceret, & infirmis parceret institu-
tus: Pharisæus vero ille,impudens & vehementer superbus qui non solum in seipso confi-
dentiam habuit,sed & publicanum apud deum traduxit,iustitiæ gloriationem superbiæ vi-
tio perdidit, & descendit publicanus præ ipso iustificatus, propterea quod gloriam sancto
deo dedit,& nec suspicere ausus fuit,sed solum propiciationem expetiuit, seipsum & habi-
tu,& pectore percusso & solam quærendo propitiationem condemnans. Vide igitur & ob- H
serua exemplum grauis nocumenti,quod adfert superbia.Iustificationem amisit per super-
biam elatus, mercedem perdidit per confidentiam temerarius, infra humilem & peccato-
rem abiectus est,seipsum supra illum extollens,& non dei iudicium expectans, sed suum ip-
sius proferens.Tu vero aduersus neminem vnquam insolescas,ne vehementer quidem pec
catores.Animi modestia & humilitas eum sæpenumero eripit, qui plurimum & in magnis
deliquit.Nolis itaque teipsum præ quoquam iustificare,ne quo pacto fiat, vt per tuam ipsius
iustificatus diuina sententia condemneris.Non iudico meipsum, inquit Paulus, nihil enim
mihi ipsi conscius sum.At in hoc non iustificatus sum. Qui vero me iudicat dominus est.
Putas quod aliquid rectè feceris? Gratias age deo, nec contra proximum extollere. Opus I
suum,inquit,probet vnusquisque,& tunc in seipso tantum gloriationem habebit & non in
alio. Quid enim vtilitatis attulisti proximo, quòd fidem es confessus, aut exilium propter
nomen domini perpessus, aut ieiunandi molestias toleraſti? Horum vtilitas non est alte-
rius,sed tua.Metue similitudinem ruinæ qua cecidit diabolus, qui contra hominem elatus
subtus hominem cecidit,& in proculcationem traditus est ei quem ipse calcauerat.Talis est
& Israëlitarum ruina. Elati nanque aduersus Gentes tanquam immundas, ipsi vere facti
sunt immundi:Gentes vero purificatæ, & illorum iustitia facta est instar panni menstruatæ
mulieris:Gentium vero iniquitas & impietas per fidem est abluta.Omnino veræ memor es-
to parœmiæ.Superbis, inquit, resistit deus, humilibus verò dat gratiam. In promptu habe K
dictum illud domini. Quisquis seipsum humiliauerit exaltabitur, & qui seipsum exaltaue-
rit humiliabitur.Ne sis iniquus tuiipsius iudex, neque ad gratiam teipsum examina, si boni
quicquam habere te putaueris,illud in numerato tenens, eorum sponte oblitus, neque eo-
rum gratia quæ hodie rectè facis insolescas, eorum quæ paulo ante atque olim male desi-
gnasti,veniam tibi ipsi largitus,sed si quando te præsens benefactum nonnihil elatum red-
dit,ad memoriam reuoces quid olim mali feceris,& cessabit insensata illa animi inflatio.Et
si quenquam in præsentiarum delinquere videris,ne hoc solum in illo spectes,sed cogita si-
mul quæ rectè vel fecerit olim vel nunc quoque faciat, & deprehendes sæpenumero talem
si singula inquisieris, nec particulas quasdam duntaxat scrutatus fueris, te esse meliorem. L
Neque deus enim hominem particulariter examinat. Nam ego,inquit, & opera & cogita-
tiones ipsorum coniunctim productus venio. Et cum Iosaphat Regem aliquando pro-
pter peccatum recens commissum reprehenderet,simul & rectè factorum mentionem fe-
cit dicens.Veruntamen & actus quidam boni inuenti sunt in te.Ista & similia contra animi
superbiam perpetuò nobis ipsis occinamus,nos ipsos deturbantes vt à domino exaltemur,
imitantes dominum qui ad extremam vsque humilitatem è cœlo descendit,& rursus ex hu
militate ad competentem sublimitatem exaltatus est.Vniuersam nanque domini dispensa-
tionem ad humilitatem nos instruere deprehendimus.Cum infans esset, mox in spelunca,
Humilitas Christi. nec lecto sed præsepi imponitur. Deinde in domicilio fabri & matris pauperculæ enutritur M
subditus matri & illius sponso.Docetur,audiens quorum non egebat, interrogans vero, &
interrogando admirabilem declarabat sapientiam.Subditur Ioanni, & baptismum suscipit
à seruo dominus.Nemini aduersariorum resistit,neque inenarrabilem suam potestatem in
quenquam vibrat, sed quasi potentioribus cedit, & potestati temporariæ potentiam quam
illa habebat permittit.Principibus sacerdotum in forma rei sistitur,ad præsidem ducitur, &
iudicium illius sustinet.Et cum posset calumniatores suos arguere, silentio tolerat illorum
calumnias.Conspuitur à seruis ac vilissimis pueris.Morti traditur, eique hominum iudicio
turpissimæ.Ita hominem omnia ab ipsa natiuitate ad mortem vsque exercuerunt. Post tan-
tam vero animi humilitatem tandem & gloriam suam exerit, vnà secum glorificans quot-

quot

A quot cum ipso ignominiam tulere, quorum primi sunt beati discipuli qui pauperes ac nudi
orbem percurrerunt,non in sapientia sermonis,non sequacium multitudine suffulti,sed so
li,& piscatores,& desolati, terram ac mare peragrantes, flagris cæsi, lapidati, persequutione
iactati,tandem occisi.Ista sunt nobis paternæ ac diuinæ institutiones. Ad horum nos imi-
tationem conferamus, vt ex humilitate nobis sempiterna nascatur gloria, quæ perfectum
est ac verum Christi donum.Quonam igitur pacto ad salutarem hanc animi humilitatem
pernicioſa superbiæ elatione relicta descendemus? Si perpetuo studium modestiæ exerceа-
mus,nec quicquam contemnamus tanquam à quo nihil simus læsi. Vitæ nanque studiis &
exercitiis assimilatur anima,& qualia facit talis etiam formatur,& eisdem configuratur.Sit
B tibi & ornatus,& indumentum,& incessus,& cathedra, & certa ac tranquilla alimonia, &
lectus paratus, & domus,& vasa domestica, quorum omnium vsus sit ad frugalitatem, &
sermo,& cantus & proximi conuictus,& hæc ad mediocritatem magis quàm ad fastum.Vi
de ne in sermone arrogantiam vsurpes sophisticam,neque in cantu ad voluptatem accom
modatæ voces superiores habeant,neque dictionem ostentes superbam ac grauem. Sed in
omnibus splendori ac magnificentiæ detrahas,comis erga amicum,mansuetus erga dome-
sticum,patiens erga temerarios,humanus erga humiles,patronus adflictis,inuisens in dolo-
re constitutos,in summa,neminem contemnens,suauis in appellatione,alacer in responsio-
ne,dexter,& expositus vniuersis,neque tua ipsius celebrans encomia,neque alios qui hoc fa
C ciant subornans,neque inhonestam de proximo famam admittens,& virtutes tuas ac præ-
rogatiuas quantum fieri potest obtegens,peccatorumvero gratia teipsum accusans,nec ex-
pectans, vt ab aliis reprehendare, vt idem facias quod iustus, qui in principio sermonis se-
ipsum accusat, & sis qualis erat Iob, † quem non puduit vrbis tumultuationem propriam
contra se deprædicare ruinam.Ne sis increpando molestus ac seuerus,neque statim,aut cum
animi commotione quenquam reprehendas. (Resipit enim hoc contumaciam quandam)
neque propter modica delicta condemnes aliquem,quasi rigidus ac prædurus iuris exactor,
sed eos qui deliquerunt complectare, & spiritualiter instruas, quemadmodum admonet
Apostolus,considerans teipsum,ne & tu tenteris.Et tantum studij impendas ne apud homi
D nes glorioſus habeare,quantum impendunt alij vt glorificentur, siquidem Christi memor
fueris, qui mercedem apud deum amittit, dicit, si sponte apud homines cupias illustris ha-
beri,& bonum ad hoc facias vt conspicuus sis hominibus. Abstulerunt enim, inquit, mer-
cedem suam.Itaque nolis tibi ipsi nocere,apud homines conspicuus esse cupiens. Quando-
quidem deus, magnus ille, spectator est, illi placere gestias, nam splendide remunerat. At
prælatus es aliis, & concomitantur te homines ac glorificant? Par esto subiectis, non tan-
quam dominium exercens aduersus cleros,vt Apostolus,inquit,neque secularibus te prin-
cipibus conformes. Qui nanque primus esse cupit, omnium hominum seruum esse iubet
Christus.Vt summatim dicã,ita persequitor animi humilitatem,vt decet humilitatis ama-
E torem.Ama illam,& glorificabit te.Hoc pacto rite ad veram gloriam pertinges,quę est co-
ram angelis,quæ est apud deum. Agnoscet te Christus tanquam discipulum suum, coram
angelis, & glorificabit te, si humilitatis ipsius fueris imitator, qui dixit, discite à me, quo-
niam mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris,cui sit gloria &
imperium in seculorum secula, Amen.

† Ὃς οὐ διετράπη τὸν λυσχλίαν τὸλεως ἐπ' αὐτῇ ἐξεγορεῦσαι τὸ ἴδιον πτῶσμα Vel qui non est verit' vrbis tumultuationem, propriũ contra seipsum prædicãs casum.

HOMILIA BASILII MAGNI, NON *Adhærendum esse rebus secularibus.*

F VErebar quidem ego,dilecti,ne molestus vobis esse viderer, dum frequẽter sermo-
nis stimulos vehementius admoueo,tanquam superfluam quandam animi confi-
dentiam ostendens,quæ nec hospitem deceat nec ei qui & ipse similibus vitiis ob-
noxius est competat. Vos vero reprehensionibus istis ad benevolentiam potius
prouocati estis,& linguæ nostræ verbera maioris desiderij incitamentum fecistis. Nec inso-
lens aliquid commisistis.Estis enim sapientes in iis quæ sunt spiritus. Argue autem sapien-
tem & diliget te, dicit alicubi in prouerbiis suis Salomon. Quapropter etiamnum fratres
eandem paræneſim aggredior,vt quocunque pacto,quantum mihi possibile fuerit,à diabo-
li vos rete ac laqueis abducam. Plurimum enim nos dilecti & variis modis veritatis hostis

quotidie

Universidad de Deusto
Biblioteca

quotidie impugnat. Impugnat autem ita,ſicut ſcitis, vt noſtris ipſorum deſideriis iaculo- G
rum vice aduerſum nos vtatur,& perpetuo è nobis ipſis vires ſumat quibus nos lędat.Quo-
niam enim maiorem potentiæ illius vim dominus inſolubili lege preſſit, nec permiſit, vt
vno impetu genus mortalium à facie terræ deleret, per noſtram inſipientiam inuidus fur-
tim contra nos victoriam molitur. Et quemadmodum peruerſi quidam & ſubdoli homi-
nes,quorum ſtudium eſt & propoſitum ex aliorum bonis diteſcere, eam tamen potentiam
non habent,vt aperta violentia vtantur,vias inſidioſè obſidere ſolent, & ſi locum aliquem
circa illas aut conuallibus profundis interruptum,aut dumorum denſitate obſcurum vide-
rint,in illum ſeſe abdunt, & huiuſmodi velamento viatorum circumquaque conſpectum,
ne præuideantur,amoliti,ex inopino illos adoriuntur,ne quiſquam eorum laqueos pericu- H
loſos videre prius queat, quàm in illos incidat, ita & Satan infenſus nobis & antiquus ho-
ſtis mundanarum oblectationum vmbris ſeſe inſinuans,quæ periculoſe circa vitæ huius vi-
am latronem occulere ſolent,& latibula præbere inſidiatori, inde improuiſos nobis perdi-
tionis laqueos ſubſternit. Oportet itaque nos ſiquidem tuto propoſitam vitæ noſtræ viam
percurrere, & animam noſtram ſimul ac corpus à vulnerum dedecore liberare, Chriſto ſi-
ſtere,& victoriæ coronas apprehendere voluerimus,animi oculos perpetuò vigiles circun-
quaque diducere, & quicquid iucundum apparet mox ſuſpectum habere & prætercurrere,
nec aliquam illi cogitationem applicare,etiam ſi aurum copioſe propoſitum videatur,& ido
neum quod à volentibus tollatur. (Diuitiæ nanque,inquit,ſi affluxerint, cor illis apponere I
nolite) etiam ſi quaſcũque delitias terra proferat,& pretioſa tabernacula oſtentet (noſtra e-
nim conuerſatio in cœlis eſt,vnde & ſeruatorem expectamus Chriſtum)etiam ſi choreas,co
meſſationes,ebrietates & menſas concentuum modulatione iucundas videamus. (Vanitas
enim,inquit,vanitatum,& omnia vanitas)etiam ſi offeratur venuſtas corporum, in quibus
animæ peruerſæ habitant (A facie nanque mulieris ſicut à facie ſerpẽtis fuge,inquit Sapiẽs)
etiam ſi copia detur potentatuum,ac tyrannidis,& ſatellitum,vel adulatorũ,ad hæc & thro
nus ſublimis ac ſplendidus ſubiectas habens ad voluntariam ſeruitutem,& gentes & vrbes.
(Omnis enim caro,inquit,fœnum eſt,& omnis gloria hominisſicut flos fœni:arefactum eſt
fœnum,& flos decidit.) Sub his nanque omnibus ita iucundis latebras ſuas habet commu- K
nis noſter hoſtis,expectans num per obiectorum ſpectacula illecti relicta regia via ad ipſius
aliquando inſidias ipſi vltrò declinemus.Et plurimum ſanè timendum eſt, ne quo pacto il-
lis incautè adcurrentes,& oblectationem illam quam vſurpantibus offerunt,nihil habere pe
riculi putantes,primo ſtatim guſtu doloſè abditum hamum voremus,atque illo poſtea,no-
limus velimus,ligati ad terribiles latronis latebras,mortem ſcilicet, per huiuſmodi illece-
bras imprudentes trahamur.Neceſſarium itaque omnibus & vtile eſt fratres,vt quemadmo
dum viatores ſolent ac curſores cautè proficiſcamur,& ad perficiendum hunc curſum ani-
mabus noſtris vndique agilitatem venati,ſine vllo reſpectu ad viæ huius terminum prope-
remus.Et nemo me noua fingere nomina ſuſpicetur,quòd iam humanam vitam viam vo-
co,cum & Dauid propheta vitam hanc ita nominarit,nunc quidem ita alicubi dicens:Beati L
immaculati in via,qui ambulant in lege domini: nunc verò ad dominum ſuum clamans:
Viam iniquitatis amoue à me,& in lege tua miſerere mei.Et vbi pręproperum dei auxilium
contra calumniatores collaudans,& ad lyram ſuam illud iucundè applicans,dicit:Deus qui
præcinxit me virtute,& poſuit immaculatam viam meam,merito vbique terrenam homi-
num conuerſationem,ſiue celebrandam,ſiue prauam,ita vocandam eſſe ratus.Quemadmo
dum enim qui inſtitutum iter expediunt,pedum greſſus,ad curſum inter ſe concertantesad
anteriora proferentes,& priorem ſemper pedem terrę innixum veloci alterius tranſpoſitio-
ne poſteriorem oſtendentes,facilè ad viæ terminum promouent, ita & qui ad vitam hanc
à conditore producti ſunt, confeſtim in illius principio temporum articulis ingredientes, M
& priorem ex illis ſemper poſteriorem relinquentes,ad vitæ metam pertingunt. An non &
vobis præſens hæc vita quaſi continua quædam via porrecta,& iter quoddam ętatibus,quaſi
quibuſdam viatorum diuerſoriis diſtinctum videtur,quod vnicuique profectionis initium
quidem parturitionem maternam exhibet,curſus verò terminum ſepulchrorum ſcenas ſub
monſtrat,& ad illas quoſuis deducit,alios velocius,alios tardius, & hos quidem per omnia
temporis interualla proficiſcentes,illos autem ita vt ne prima quidem vitę diuerſoria tene-
ant. Aliæ itaque viæ quæ ab vrbe vna ducunt,in aliam declinari poſſunt, ne per illas ambu-
let,qui non vult:hęc verò,etiam ſi differre curſum queamus, viatores ſuos vi correptos ad
deſtinatam

A deſtinatam à domino metam trahit.Nec fieri poteſt, dilecti, vt qui portam ad hanc vitam
ferentem egreſſus, & hanc viam ſemel ingreſſus eſt: non etiam ad illius terminum perue-
niat,ſed vnuſquiſque noſtrum poſtquàm materna clauſtra euaſit,ſtatim temporis obligatus
fluctibus prouoluitur,eum ſemper diem,quem iam vixit,poſt tergum relinquens, & ad he-
ſternum nunquam,etiam ſi cupiat,redire valens. Nos verò lætamur ad anteriora delati,&
vbi ætates protulimus,quaſi augmentum aliquod nacti gaudemus,beatúmque ducimus, ſi
è puero quiſquam in virum,& è viro in ſenem euaſerit:ignari quòd ſingulis diebus tantum
de vita hac amittimus, quantum temporis viximus: nec ſentimus quàm vita noſtra abſu-
matur,licet perpetuò illam à prætercurrente,ac prætерlabente tempore metiamur: neq; co-
B gitamus quàm incertum ſit hoc tempus, quod ad perficiendũ curſum noſtrum,qui in hanc
nos profectionem emiſit,concedere propoſuit,& quando vnicuique noſtrum portas, quas
ingrediamur,reſeraturus ſit, & quòd oporteat nos quotidie ad migrandum ex hac vita pa-
ratos eſſe,& nutum domini fixis oculis expectare. Sint lumbi veſtri,inquit,præcincti,ac lu-
cernæ ardentes, & vos ſimiles eſtis hominibus expectantibus dominum ſuum, quando re-
uertatur à nuptiis, vt venienti ac pulſanti confeſtim aperiant. Nec diligenter ſpectare ſa-
tagimus, quænam onera facilia nobis ad hunc vitæ curſum ſint, & talia quæ cum collecto-
ribus ſuis hinc transferri,ac futuram vitam propria poſſidentium ſe facta iucundam redde-
re queant,& quæ ſint grauia, moleſta,terræ adhærentia,& quæ non ſoleant hominibus pla-
nè appropriari,nec talia,quæ propter portæ illius anguſtiã poſſeſſores ſuos ſequi valeãt, ſed
C qũæ colligenda fuerant,relinquimus,quæ verò contemnere conueniebat,illa colligimus: &
quę nobiſcum vniri, & animæ ſimul & corpori verum & cognatum ornamentum eſſe poſ
ſunt,iſtis animum non aduertimus:quæ verò perpetuò aliena à nobis perſeuerant,& ſolam
nobis turpitudinis labem aſpergunt, hæc coaceruare conamur: fruſtra nobis ipſis moleſti,
laboremque inſtituentes haud diſſimilem ab eo, ſi quiſquam ſeipſum ſeducens in dolium
pertuſum aliquid infundere voluerit.Hoc ſanè omnibus puto etiam idiotis cognitum eſſe,
quòd nihil eorum quæ in hac vita iucunda ſunt, & quorum gratia plerique inſaniunt, verè
noſtrum ſit,aut fieri ſoleat,ſed omnibus ſimul aliena videantur,tam qui illis frui putantur,
quàm qui ne attingunt quidem. Neque enim ſi quidam infinitam vim auri in hac vita co-
D aceruant, idcirco perpetuò illis aurum hoc proprium manet, ſed vel à viuentibus adhuc,li-
cet vndique obligatum,ad potentiores transfluens aufugit,aut in mortis iam articulo con-
ſtitutos deſerit, nec vult vnà cum poſſeſſoribus ſuis emigrare, ſed iſti quidem ab eo,qui ani
mas violenter à miſera hac carne ſeparat, ad neceſſariam compulſi migrationem, ad pecu-
nias crebrò reſpectant, & quos à prima ætate ſudores illarum gratia tulerunt,deplorant:di-
uitiæ verò aliorum manibus inhiant,iſtis colligendi tantum labore & auaritiæ crimine in-
flicto.Neque ſi terræ quiſquam innumera poſſideat iugera, domos magnificas,omnis gene
ris animantium greges,& omnem acquirat inter homines potentatum,perpetuo iſtis frue
tur,ſed modico quidem tempore ab ipſis nominatus, aliis iterum opulentiam ſuam cedit,
E ipſe exigua tellure conditus. Sæpenumero autem & antequàm ſepeliatur, & antequàm bo-
nis cedat,videbit illa in manus veniſſe aliorum,idq; forſan inimicorum quoque.Aut igno-
ramus quàm multi agri,quàm multæ ædes,gentes, & vrbes adhuc illis viuentibus à quibus
olim poſſidebantur, aliorum dominorum nomina induerint, & quomodo qui olim ſerui
fuerunt ad principatus thronum aſcenderint, ac rurſus aliquando domini ac heri vocati,
cum ſubditis ad ſeruiendum præſto eſſe ſoliti fuerint, & ſuos ipſorum ſeruos venerati ſint,
rebus, vt in taxillorum circumuolutionibus fieri ſolet,repente mutatis.Ea certè quæ ad ci-
bum nobis ac potum adinuenta ſunt,& alia omnia, quæ ſupra neceſſitatis vſum opulentia
F contaminans, ad ingrati ventris ac nihil continentis cultum excogitauit, quando noſtra
ſunt,etiam ſi continuò hauriantur?Quæ vbi guſtu modicum aliquid voluptatis, idq; in trã-
ſitu tantum reliquerunt,mox tãquam moleſta & ſuperflua ægrè toleramus,& ſtudioſè quo-
cunque pacto eiicimus,vt plurimũ de vita periclitantes, ſi viſceribus immorari permittan-
tur.Itaque multis attulit mortem ſatietas,& cauſam dedit,vt nullo cibo amplius vti potue-
rint.Laſciua denique cubilia, & impuri congreſſus, & quæcunque anima furens & efferata
operatur,an non quanlibet naturam manifeſtè lædunt,& conſpicuè vitiant,& quę verè cu-
iuſque ſunt propria bona abalienant & imminuũt corporis vigore per concubitus attenua-
to,ac membrorum legitimo, & ad corporis habitudinem attemperatiſſimo nutrimento di
repto? Proinde & vnicuique illorum, qui cubilibus impudicis inuolutantur, vſuuenit,vt
poſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

post actum,mox atque carnis œstrum elanguit,& ad deteſtabilem finem eorum quę tenta- G
uit,animus pertingit,ac veluti ex ebrietate quadam & grandi tempeſtate ſeſe recolligens,
vbi nam ſit otium recogitandi nactus eſt,vehemens illum incontinentiæ pœnitudo ſubeat.
Sentit enim iam corpus ignauius,& ad ea quæ neceſſaria ſunt obeunda torpidum & imbe-
cille factum. Hoc ſanè & pædotribis conſiderantibus temperantiæ & continentiæ lex in pa
læſtris data eſt,quæ adoleſcentum corpora contra voluptates communiret,nec permitteret
certantibus vel tantillum illuſtres contueri formas,ſiquidē capitibus ſuis coronas aptarent,
propterea quòd certanti riſum adferat incontinentia,non coronam.Hæc quidem tanquam
omninò aliena & inania,& quæ nulli propria fieri poſſunt, bonum eſt clauſis oculis prę-
currere:eorum autem quæ verè noſtra ſunt, multam conuenit habere rationem.Quid au-
tem verè noſtrum eſt:Anima ſcilicet qua viuimus,tenuis cuiuſdam & ſpiritalis naturæ exi- H
ſtens,nec quoquam eorum quæ naturam hominis premunt , opus habens, & corpus quod
animæ vehiculi loco ad hanc vitam à conditore datum eſt (Hoc enim homo eſt, mens vi-
delicet accommodæ ac competenti carni incluſa.) Et hoc à ſapientiſſimo omnium opifice
in vtero materno fingitur , hoc in lucem è thalamis illis obſcuris parturitionum tempore
producitur,hoc ad principatum terrenorum diſpoſitum eſt , illis creatura ad virtutis exer-
citium ſubſtrata eſt:illi vis quædam ineſt imitari opificis potentiam , & conſtantem cœle-
ſtium rerum moderationem adumbrare in terris . Hoc euocatum ex hoc ſeculo emigrat,
hoc tribunali eius,à quo deductum eſt, ſiſtitur , hoc in iudicium vocatur , hoc actorum in I
hac vita retributionem accipit. Et virtutes quoque in noſtram tranſire poſſeſſionem depre
henderit quis,quando per exercitium ac diligentiam eo euadunt,vt cum ipſa noſtra natura
quaſi coaleſcant & iucundentur,& neq; in terra nos adflictos deſerere cupiant(niſi violen-
ter ipſas vltrò per inductionem peiorum actuum abigamus)& ad futuram vitam properan
tes præcurrāt, inq; ordinem angelorum creatum collocant,ac ſub cōditoris oculis in ſeculū
reſplendent.Opulentia verò & potentatus, & ſplendor, & delitiæ, & omnis huiuſmodi cu-
mulus, qui quotidie per noſtram inſipientiam augetur, neque nobiſcum ad hanc vitā pro-
ceſſit,neque cum quibuſdam ex illa migrauit vnquam, ſed in quolibet homine fixum eſt &
conſtans , quod à iuſto quodam olim dictum eſt,nempe, nudus egreſſus ſum ex vtero ma- K
tris,nudus etiam abibo.Itaque qui ſibi optimè conſulit,animæ quidem quam maximè curā
habebit, illiúsque ſyncericatem ac genuinam puritatem perpetuò illibatam conſeruare co-
nabitur:carnis verò, ſiue illa fame tabeſcat, ſiue cum frigore & æſtu luctetur,aut morbis pre
matur,aut violentum quid à quibuſdam patiatur , exiguam rationem habebit in vnaquaq;
moleſtia illud Pauli clamans,ac dicens:Etiam ſi externus noſter homo corrumpitur, inter-
nus tamen renouatur de die in diem.Nec vbi vitam ſuam in periculum vocare viderit,me-
tu perculſus apparebit,ſed ad ſeipſum cum fiducia dicet:Scimus quòd ſi terrenum noſtrum
huius tabernaculi domicilium reſolutum fuerit, ædificationem ex deo habemus , domici-
lium non manufactum, ſempiternum in cœlis. Si verò quiſquam & corporis rationem ha- L
bere voluerit,vtpote talis poſſeſſionis,quæ vna ſit animę neceſſaria,& quę illi ad viuendum
ſuper terram cooperetur,pauca quædam ad huius vſum neceſſarium impendet , vt illud &
contineat tantum , & ad miniſterium animæ mediocri cura ſanum conſeruet, non vt præ
ſatietate laſciuire permittat.Quòd ſi viderit illud quandoque plurium deſiderio quàm pro-
ſit incenſum,reclamabit illi dictum Pauli præſcribens . Nihil intulimus in hunc mundum,
conſpicuum eſt quòd neque efferre quicquam poterimus:habentes autem alimenta & qui-
bus tegamur,his contenti erimus.Iſta illi continuè occinens & inclamans, morigerū ſimul
& expeditū ſemper ad cœleſtē profectionem reddet, & hoc magis ad ea quæ propoſita ſunt
obeunda cooperarium habebit.Si verò laſciuire permiſerit,& quibuſuis quotidie quaſi ferā M
quandam immitem oppleri,fiet tandem vt violentis illius reluctationibus adactus & con-
uulſus iaceat ac fruſtra ingemiſcat,& ad dominum abductus , in conuerſationis huius ter-
reſtris,quæ ipſi conceſſa fuerat,fructum exactus,vbi reddere nequiuerit, plurimum lamen-
tabitur,& tenebras continuas inhabitabit, delitias præſumptas & illarum ſeductionem ve-
hementer quidem accuſans,quòd per hanc ſalutis priuatus ſit occaſione, nihil verò vtilita-
tis amplius ex lachrymis capiens . In inferno nanque quis confitebitur tibi, inquit Dauid.
Fugiamus igitur quocunque pacto quàm poterimus velociſſimè, & nos ipſos vltrò vel ob-
torto collo retrahamus.Si vero quiſquam iam olim ineſcatus,vel diuitiarum puluerem ex
iniuſtitia in ſeipſum coaceruauit,& animum curis illarum obſtrinxit, vel ſcelus laſciuiæ di

lutu

A lutu difficile naturæ adfixit , aut aliis ſeipſum vitiis onerauit , is , dum adhuc opportunum
eſt , antequàm ad conſummatam perditionem perueniat, plurimum ex oneribus deponat,
& antequam ſubmergatur ſcaphus,ſarcinarum iacturam faciat,quas præter decorum con-
geſſit, atque ita imitetur eos quibus in mari negotium eſt . Illi nanque, etiam vbi neceſſa-
riorum aliquid naui intulerunt,tempeſtas autem feruens ex pelago inſurgat, ac nauem o-
neribus preſſam fluctibus obruere minitetur , quàm poterunt citiſſimè plurimum de pon-
dere tollunt & abiiciunt, & merces ſuas abſque vlla detrectatione in mare profundunt , vt
nauem ſupra fluctus ſublimiorem reddant,& animabus tantum,ſi ita poſſibile ſit,& corpo-
ribus è periculo euadere liceat.Multo autem magis nos iſta & conſultare conuenit & face-
B re.Nam illi quidem,quicquid ſit quod abiiciunt, mox perdunt, & paupertatis deinceps ne-
ceſſitas illos occupat,nos verò quanto magis prauum hoc onus effuderimus , tanto plures
& meliores animabus noſtris diuitias coaceruabimus.Fornicatio quippe & quæcunque ta-
lia ſunt,proiecta diſpereunt,& eo abeunt,vt ne ſint quidem amplius lachrymis diluta.San-
ctimonia verò & iuſtitia in illorum poſtea locum transferuntur , res faciles ac leues, & quæ
nullis fluctibus opprimi queant . Pecuniæ ſanè bene eiectæ, nec pereunt eiicientibus ac di-
ſpergentibus,ſed velut in alias quaſdam tutiores naues,pauperum videlicet ventres, tranſ-
latæ conſeruantur, & ad portus pertingunt, & cuſtoditur eiicientibus ornatus citra pericu-
lum.Adigamur itaque fratres eo,vt & in nos ipſos humani ſimus,& facultatum noſtrarum
C pondus, ſi quidem omninò quæſtum facere voluerimus, in multos diuidamus, qui & por-
tent illud alacriter,& in ſinus domini,veluti tuta penetralia recondant , vbi nec tinea cor-
rumpit , nec fures effodiunt neque furantur . Demus facultatem diuitiis in egenos exube-
rare cupientibus . Ne præteruolemus lazaros illos, etiamnum oculis noſtris expoſitos , ne-
que menſæ noſtræ micas ad ſatietatem illis ſufficientibus inuideamus, nec crudelem illum
diuitem imitati ad eandem cum ipſo gehennę flammam migremus. Alioqui illic conſtitu-
ti vehementer implorabimus Abrahamum, vehementer quoque quemlibet eorum qui be-
ne vixerunt,neque tamen quicquam clamando impetrabimus . Frater enim non redimit,
redimet homo ? Reclamabit autem nobis illorum quiſque dicens : Ne quæras beneuolen-
D tiam,quam ipſe erga alios ſpreuiſti,neque velis tam ampla bona accipere,cum minora ero-
gare nolueris.Fruere nunc illis,quæ cum viueres congeſſiſti . Plora nunc , quoniam in vita
conſtitutus cum fratrem illachrymantem videres,illius non es miſertus. Hæc nobis illi di-
cent , & merito : Vereor autem ego ne nos acerbius ſint obiurgaturi , quoniam diuitem il-
lum malitia , vt ſcitis , ſuperamus . Neque enim vt diuitiis prorſus parcamus humi pro-
ſtratos fratres præterimus , neque vt liberis vel aliis domeſticis opulentiam noſtram con-
ſeruemus , petentibus egenis aures occludimus , ſed in peiores ſumptum facimus , & per-
E uerſam illam liberalitatem malitiæ fomentum conſtituimus iis qui eam exercent . Quot
enim quorundam menſas circunſtant , quorum alij conuiuatorem obſcœnis verbis demul-
cent , alij importunis intutibus & geſtibus incontinentiæ ignem accendunt , quidam ve-
rò inter ſe ſcommata eiaculantes , riſum illi mouere volunt , à quo ſunt vocati : rurſus a-
lij mendacibus illum encomiis qualem volunt fingunt . Et hi non ſolum hoc lucrantur vt
ſplendidè conuiuentur, ſed & manus pretioſis denariis plenas reportant , & à nobis diſ-
cunt quòd magis ipſis conducat iſtis ineptiis incumbere & operam dare , quàm virtutibus.
Si verò nos pauper aliquis acceſſerit , vix etiam præ fame loquens , auerſamur hominem
eiuſdem nobiſcum naturæ , faſtidimus , & ſtudioſè aufugimus , quaſi veriti ne & de ipſa
miſeria nonnihil , ſi tardius progrediamur , contrahamus . Et ſi vultu fuerit in terram,
ex calamitatis pudore demiſſo , hypocriſeos artificem eſſe dicimus . Si verò nos liberè ac
F fidenter grauiter à fame ſtimulatus adſpexerit, impudentem rurſus & raptorem vocamus.
Quòd ſi dono alicuius veſte tectus eſt integriore , tanquam inſatiabilem pellimus, & pau-
pertatem illum ſimulare iuramus . Si verò marcidis fuerit ac laceris panniculis obtectus,
vt grauè olentem iterum abigimus . Nec immitem hunc animum noſtrum flectere po-
teſt , ſiue conditoris noſtri nomen precibus ſuis adhibeat , ſiue continuo iuramento nos
talibus paſſionibus haudquaquam fore obnoxios , ſi commiſereamur, confirmet . Qua-
propter ſuſpicor ignem gehennæ nobis grauiorem quàm diuiti illi futurum.Quòd ſi tem-
pus permiſiſſet , & dicendi nobis ſufficiens adeſſet facultas , omnia vobis illius, vt in ſcri-
pturis demonſtrata ſunt , exponens ſermonis officium , ac munus abſoluiſſem, nunc ve-
rò hora eſt , vt feſſos vos dimittam . Ipſi autem , ſi quid eſt quod propter intellectus ſimul

ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac linguæ imbecillitatem non attigimus, vobis ipsis quasi quædam pharmaca componen- G
tes, animarum medeamini vulneribus. Da nanque sapienti occasionem,& sapientior erit, inquit scriptura. Potens est autem deus, vt abundare faciat in vos omnem gratiam, vt in omnibus semper omnem habentes sufficientiam, abundetis in omne opus bonum. Verum sermonem nostrum fratres quidam ad portum iam, vt videtis, adductum, iterum in admonitionis cursum reducunt, iubentes, ne quæ à domino heri sunt miraculose patrata, prætereamus, neque tropæum illud, quod contra diaboli furias seruator fixit, obtiteamus, sed magis occasionem vobis cum laude domini exultandi demus. Nam denuò quidem, vt scitis, rabiem suam contra nos ostendit diabolus, & flamma ignis à seipso armatus eccle- H
siæ stabula impugnauit, denuò verò victoriam retulit communis mater,& hostile machinamentum in ipsum hostem repressit, nec quicquam ille effecit, nisi quòd inimicitiam publicauit. Contrario flatu inimici facibus restitit gratia domini, templum mansit illæsum, non valuit inducta ab hoste tempestas quassare petram, super quam gregis sui stabulum Christus ædificauit. Et nunc quoque vobiscum quasi in acie præsto est, qui olim in Babylone caminum ignis extinxit. Quàm putatis hodie ingemiscit diabolus, conatus sui finem, quem volebat, non assequutus? Nam confinem quidem ecclesiæ pyram inimicus accendit, vt nostras perderet. Et vndique flamma violentis ipsius flatibus excitata & aucta, super ea quæ corripuit, eminuit, & vicinum aërem depasta est ipsa templa corripere coacta, & in calamitatis consortium nos quoque inuoluens. Verum seruator in illius eam caput refluere fecit, à quo fuerat incensa, & vesaniam suam in seipsum resorbere iussit: & arcum quidem insidiæ suæ diabolus parauerat, iaculum verò emittere non est permissus, immò emisit quoque, verùm in ipsius caput retortum est. Ipse iam sibi amaras illas lachrymas habet, quas nobis parauerat. Sed infligamus inimico, fratres, vulnus aliquanto grauius, intendamus illi luctum. Quo verò pacto id fieri possit, ego quidem dicam. Vos autem illud facite. Sunt quidam per conditorem nostrum ex ignis potentia erepti, sed ita, vt nullum illis supersit vitæ subsidium, propterea quòd anima tantum & corpore periculum euaserunt. Nos itaque quotquot nullum calamitatis huius gustum cepimus, facultates nostras illis communes faciamus, & obuiis vlnis ægrè seruatos fratres complexi dicamus de singulis singuli: Mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est, & cognatum corpus obtegamus. Opponamus nostram consolationem vi & calumniis inimici, vt nihil ille quod alicuius sit momenti etiam vbi lædere voluit, nocuisse videatur, & nullum possit ostendere quem impugnando vicerit, & fratrum facultatem deprædatus, nostra liberalitate victus appareat. Vos autem fratres, qui periculum hoc euasistis, non admodum discruciemini malis, quæ vobis acciderunt, neque cogitationibus turbemini, sed excutite mœstitiæ caliginem,& animos vestros generosioribus cogitationibus corroborate, & quod accidit, in coronarum occasionem mutate. Nã si immoti perstiteritis,& fide probatiores instar nobilis auri ex igne resplendentes deprehendimeni, pudorem inimico auctiorem reddetis, tã- L
quam qui ne lachrymulã quidem vobis insidiosis suis conatibus excutere potuerit. Admonete vos ipsos constantiæ qua vsus est Iob. Dicite ad vos ipsos quæ ille sibi dixit: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino visum est, ita & factum est. Et nemo vestrũ ex iis quę passus est, permoueatur, vt cogitet ac dicat, nullam prorsus esse prouidentiam, quæ res nostras moderetur: neque dispensationem ac iudicium domini accuset, sed athletam illum adspiciat,& melioris spei consiliarium ipsum faciat. Recogitet omnia ex ordine certamina, quæ ille strenuè decertauit,& quibus iaculis à diabolo petitus nullum lethale vulnus accepit. Demolitus quidem est rerum ipsius prosperitatem, ipsum verò crebris & irremissis calamitatum rumoribus obruere statuit. Adhuc enim priore quid calamitatis accidisset, nun- M
tiante, alius nuntius maiorum malorum tristitiam adferens aduenie bat, atque ita calamitas calamitati coniuncta erat, vt similes fuerint crebris fluctuum insultibus, & prius quàm priores cessarant lachrymæ, aliarum adferebatur occasio. Iustus verò quasi quoddam saxum tempestatis impetum fortiter excipiens, & fluctuum vim in spumam commutans, immotus stabat, & gratam hanc ad dominum vocem emittebat, dicens: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita & factum est, nec aliquid eorum quæ acciderant lachrymis dignum reputabat. Vbi verò aduenit qui narraret quomodo filiis & filiabus conuiuantibus, domum oblectationis spiritus quidem violentus conquassarit, tunc primum vestimentum scidit, naturæ compassionem ostendens, & per hoc quod

A quod faciebat patrem se esse, liberorum amantem declarans. Attamen & tum dolori terminum ac modum ponens, & piis illis vocibus quod factum fuerat ornans, dixit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, tantum non clamans ad hunc modum: Vocatus sum illorum pater, tantisper dum ille qui me condidit, voluit. Iterum mihi stirpis auferre coronam statuit. Non illi repugno quo minus sua auferat. Quod Domino videtur, hoc obtineat. Ipse generis huius plastes est, ego sum organon, quid necesse est, cum seruus sim, frustra quod factum est ægreferre,& decretum, quod irritum facere nequeo, incusare? Huiusmodi verbis iustus diabolum quasi iaculis quibusdam confecit. Postquàm verò illum inimicus iterum victorem esse vidit, nec aliquo istorum concuti potuisse, ipsi illius
B carni tentationis machinã admouit,& corpore infandis plagis cæso effecit, vt quasi ex fonte quodam vermes ex ipso scaturirent, & à regni throno virum deductum in sterquilinio sedere fecit. Ille verò etiam talibus adflictionibus percussus, immotus mansit,& corpore conuulso in absconditо animæ tutum seruauit pietatis thesaurum. Cum itaque non haberet amplius quod faceret hostis, veteris astutiæ memor, vxoris mentem ad impiam & blasphe- Vxor Iob.
mam sententiam instigauit,& per illam concutere athletam tentauit. Et illa prolixi temporis impatiens facta iusto astitit,& infernè sedentem intuita, manibus super his quę videbat, complosis,& pietatis illi fructus opprobrauit,& ita pristinam illi prosperitatem recensuit, vt præsentia mala subnotaret,& quam ex quibus institutis vitam sortitus esset,& quam multarum oblationum à Domino mercedem reportãsset, obiiceret. Ecquidem perpetuò mulie-
C brem pusillanimitatem referentia loquuta est, talia tamen, quæ quemuis virum turbare, & fortem quoque animum subuertere possent. Vaga, inquit, & famulæ instar circũeo, & quæ regina fui, nunc seruio, & à seruorum meorum subsidiis pendere me coëgisti, & quæ multos olim liberaliter alui, iam ex alienis bonis nutrior. Addidit melius esto & vtilius, si impiis verbis vsus irati conditoris gladium contra se exacueret, atque ita seipsum è terra tolleret, quàm si per istam malorum tolerantiam & sibi ipsi & vxori molestiam prorogaret. Ille verò istis verbis magis quàm aliquo priorum malorum offensus, & oculis animi commotionem attestantibus,& ad vxorem tanquam hostem conuersus quid dixit? Quare tanquam
D vna ex insipientibus mulieribus loquuta es? Pone, inquit, ô vxor, hanc mentem. Quousque verbis tuis communem hanc vitam calumniaris? Et de conuersatione mea, qualia nollem, falsa dixisti,& vitam meam verbis tuis accusasti. Iam dimidia mei portione impiè egisse videor. Siquidem ex ambobus vnum corpus coniugium fecit, tu verò in blasphemiam decidisti. Si bona de manu domini suscepimus, mala non feremus? Admone te ipsum præteritorum bonorum, oppone malis meliora. Nullius hominis vita prorsus beata est. Semper prosperè agere solius est dei. Tu verò si propter præsentia iam doles, ex præteritis tibi ipsi consolationem desume. Nunc ploras? at antea dies fuisti. Bibisti liquidum vitæ laticem,& turbidum iam toleranter bibe. Ne fluuiorum quidem riui omninò
E puri videntur. Est autem, vt scis, vita nostra fluuius quidam, continuè & irremissis ac indesinentibus fluctibus plenus, quorum alio præterlapso iam alius adhuc in cursu præsens est,& hoc quidem è fonte suo iam promanante, ille adhuc promanaturus, & hoc pacto ad commune mortis mare properamus omnes. Si bona de manu domini suscepimus, mala non feremus? Cogimus ne iudicem, vt omnia nobis æqua & paria perpetuò sufficiat? Docemus ne dominum quo pacto vitam nostram moderari debeat? Ipse decretorum suorum potestatem habet. Res nostras pro suo arbitratu instituit. Est autem sapiens,& quæ vtilia sunt seruis suis admetitur. Ne curiosè iudicium domini insectare. Dilige tantum quæ ab illius sapientia dispensantur. Quicquid dederit cum gaudio accipe. In rebus tristibus declara quòd præ-
F terita lætitia digna fueris. His dictis Iob,& istum diaboli incursum repulit, & consummato iam illum tanquam victum pudore perfudit. Quid igitur postea accidit? Fugit ab illo morbus tanquam frustra aggressus, & iam nihil amplius effecturus: rediit in alterum ætatis florem caro, refloruit vita omnibus suis bonis,& duplicatæ vndique diuitiæ ad illius ædes confluxerunt, primum vt esset tanquam nullo damno affectus, deinde vt esset iusto tolerantiæ merces. Quapropter & equos,& mulos,& camelos,& oues,& agriculturam,& omnem opu
lentiæ fructum ex duplo recepit: liberorum verò numerus mortuis par emersit, quoniam Liberi Iob.
bruta quidem iumenta & omnes eiusmodi diuitiæ corruptæ in consummatam perditionem cesserant: liberi verò etiam post mortem optima naturæ portione viuebant. Ornatus itaque denuo aliis à conditore filiis & filiabus, & eam possessionem duplam habebat. Isti

Universidad de Deusto
Biblioteca

quippe præsentes in hac vita parentes exhilarabant: illi verò qui iam ex hac vita præcesse- G
rant,parentem expectabant,tunc omnes complexuri Iob quando humanæ vitæ iudex vni-
uersalem mortalium ecclesiam congregabit,quando tuba illa regis aduentum prænuntians
sepulchra mortuorum vehementius circuntonabit, & corporum depositum repetet. Tunc
& qui iam mortui videntur,citius sistentur omnium opifici quàm viui. Hac ratione,puto,
cum reliquas illi diuitias geminatas admensuraret,liberos totidem quot antea habuerat,suf
ficere censuit. Vides quanta sibi ipsi bona Iob per patientiam congesserit? Et tu itaque si te
molestum quid ab igne illo dæmonum insidiis nuper incenso apprehendit, constanter fer-
to,& adflictionis mœstitiam melioribus cogitationibus consopito,iuxta quod scriptum est:
Iacta super dominum curam tuam,& ipse te enutriet,quem decet gloria in secula,Amen. H

AD ADOLESCENTES QVOMODO *ex gentilium doctrinis proficiant.*

MVlta me,iuuenes,adhortantur ad ea, quæ vobis & optima esse & planè vtilia, vo-
lentibus iudico consulenda.Nam & hoc ætatis ad quod iam perueni,& rerum mu-
tatio variarum simul & experientia satis humanæ conditionis me peritum reddi-
derunt,vt vobis qui in vitæ estis exordio,tutissimam viam facilè possim ostende- I
re, qui præsertim iure ac propinquitate naturæ me proximum parentem habeatis, & eum
qui se nihilo minore beneuolentia,quàm si pater vobis affici fatetur.Vos item (nisi fortè ve
stra de nobis existimatio me decipiat) arbitror,si me respicitis,parentem minimè desidera-
turos.Si igitur hæc mea dicta prompti receperitis,in secundo ordine eorum quos Hesiodus
laudat,eritis. Sin minus ego quidem nihil molestum dicam,vos autem ipsi carminum re-
miniscamini,quæ ille conscripsit:

Hesiodi carmina.

Optimus ille quidem, qui per sese omnia nouit:
Proximus huic fuerit, qui credit recta monenti. K
At qui nec sapit ipse, neque audierit sapientem,
Vtilis hic nulla est omninò in parte putandus.

Ne miremini si ad magistros assiduè vobis euntibus, & libros quos veterum probatissi-
mi reliquerunt euoluentibus aliquid ex me inuenisse vtilius affirmauerim.Nam talibus vi-
ris,quibus operam datis,moneo ne vestras sententias velut ancoras nauigij omninò firmas
tradatis:Sed quæ tantum ex his vtilia fuerunt,consectari:reliqua vt nihil profutura respue-
re malitis.Quæ sunt igitur hæc,& quomodo discernenda, hoc planè docebo: hinc sument
exordium ô iuuenes,vt nihil esse in humana vita admirandum aliquid existimamus,aut o-
mninò bonum putamus,aut nominamus,quòd hic finem quãdoque sit habiturum.Quam-
obrem nec progenitorum claritatem,nec corporis robur, aut pulchritudinem, aut magni- L
tudinem,non ex hominibus honores,non regnum ipsum: non denique quodcunque quis
dixerit rerum humanarum magnum:nec voto quidem digna iudicamus, aut ea possiden-
tes aliquo modo admiramur: verum spe longius procedimus, & ad alterius vitæ præpara-
tionem cuncta dirigimus.Quæ igitur ad futuram faciunt vitam, hæc etiam nos & amare,
& prosequi totis viribus:nihil verò profutura totis viribus despicere oportere dicimus.Quæ
autem hæc sit vita,& vbi,aut quando seruanda,si in præsentiarum docenda sit,longius mi-
hi quidem quàm secundum præsentem conatum procedere foret opus. Maiorum quoque
vestri æqualium auditorum prouincia fuerit. Tantum dicam, atque ex hoc fortassè osten-
dam quòd omnem sanè fœlicitatem, quæ ab initio generis humani fuerit, si quis in vnum
oratione comprenderit,non minimam partem bonorum illorum inueniet æquantem, sed M
eorum dignitate longè inferiorem,vmbram siue insomnium rebus veris.Magis autem ex-
emplo propriore vtemur.Quantò anima pretiosior est corpore,tantò vtranque inter se vi-
tam differre palàm est.Ad hanc itaque sacra volumina per abscondita mysteria nos instru-
unt,quorum sensus altitudinem vos ob ætatem attingere non admodum facile est. In aliis
verò non omninò differentibus,velut in vmbris quibusdam & speculis vestrorum oculos
animorum quadam tenus exercitabimus, eos imitantes, qui in gymnasiis sese exercent, &
manu pedèque instructi, postmodum vtilitatem ex eius artis disciplina in legitimo certa-
mine

A mine referunt.Et vobis quoque proponi omnium certamen maximum putare oportet,pro
vobis omnia facienda, & omnibus viribus ad huius præparationem laborandum. Insuper
poëtis & oratoribus & omnibus hominibus vtendum, vnde futura sit aliqua vtilitas, quæ
ad animæ faciat ædificationem.Velut enim fullones ac tinctores,qui medicamentis quibus
dam rem tingendam præparant,atque ita demum colorem quem cupiunt,siue purpureum,
siue aliquem alium inducunt:sic & nos si gloria pulchritudinis vitæ huius, quam tantoperè
laudamus, illita nobis mansura sit, nisi prius purgati sacras & arcanas scripturæ disciplinas
non facilè attingemus aut percipiemus.Et quasi solem in aqua videre,assuefacti,sic illi lumi
ni oculos iniiciemus. Quamobrem si nostrorum sermonum ac gentilium vlla est conue-
B nientia,vobis illorum valdè conferet notitia.Sin minus,eos saltem simul conferendo dif-
ferentiam discere licebit,cum ad melioris optionem atque delectum non parum comparatio faciat, & inferiora sæpe collata sint potioribus ornamento. Veluti plantis,quibus pro-
pria virtus est fructu pulcherrimo scatere,folia nihilominus ramis coniuncta quendam fe-
runt ornatum:Sic & anima,cui præcellens quidem veritas fructus est, non ab re tamen ex-
teriore sapientia circundatur,sicuti foliis quibusdam vmbram fructui ac aspectum non in-
tempestiuum præbentibus.Dicitur enim & Moses ille,cuius est in sapientia nomen apud o-
mnes homines maximum,Aegyptiorum disciplinis mentem exercitatus,ita ad eius qui est
contemplationem processisse.Similiter autem & in sequentibus temporibus Danielem Ba-
C bylone Chaldæorum sapientiam dicunt didicisse,tunc denique diuinas attigisse doctrinas.
Et hactenus quidem quòd disciplinæ prophanæ non sunt animæ omninò inutiles,satis nar- Poetæ quo-
ratum.Quomodo verò deinceps ipsis vtamur, & ex quibus eas sumamus dicendum. Pri- modo sunt
mum quidem (vt à poëtarum disciplinis, quòd varij sint in dicendo,incipiam) non omni- legendi.
bus quæ dicunt mentem adhibendam,sed eis tantum quæ bonorum hominum facta dictá-
ve nobis enarrauerunt, illáque imitari, & omnibus modis similes eis esse conari censeo.
Quando verò ad infames & nefarios homines veniant, hæc omninò vitare, his aures ob-
struere,non minus quàm Vlysses ad cantus Syrenarum feciſse dicunt, oportebit.Nam pra
uis assuescere sermonibus,via quædam est ad rem ipsam.Ideo omni custodia animi cauen-
D dum est,ne per sermonis voluptatem deliniti,prauum aliquid simul assumamus,veluti qui
venena cum melle concinnant atque occultant.Non itaque poëtas laudamus contumelio- Qui poeta-
sos,non cauillantes aut scommata iactantes,non amantes vel ebrios,nõ qui in cibis & men rũ vitandi.
sarum lautitiis seu cantibus obscœnis fœlicitatem ponunt.Ante omnes verò qui de diis dis-
serunt,præsertim si plures aut diuersos ponunt, minimè inter se concordes. Frater enim a-
pud illos cum fratre contendit, & pater aduersus filios, & filius aduersus patrem insurgit.
Bellum est sine præcone. Adulteria præsertim, stupráque, & amores deorum obscœnos, &
hos maximè principis omnium & dominatoris Iouis,vt aiunt: Quæ sanè scelera si quis de
feris dixerit,erubesceret.Nos illa scenæ relinquemus. Eadem quoque & de historicis dicere
E habemus,eis maximè,qui vt audientium animos corrumpant, verba faciunt. Artem verò Oratoria
oratorum ad decipiendum institutam nequaquam imitabimur.Nam nec in iudiciis, neque quatenus
in actionibus accommodum nobis est mendacium,viam vitæ rectam ac veram ingredien- laudanda.
tibus,quibus non contendere iudicio lege præcipitur. Sed ea magis illorum recipiamus in
quibus virtutem laudauerunt,vel vitium vituperauerunt. Velut enim florum reliquis qui-
dem vsque ad odorem vel colorem est vsus,apes autem mel ex ipsis excerpere nouerunt:sic
& qui diligentes in legendo existunt, non solum quod dulce iucundúmque fuerit, in eo-
rum libris persequuntur, sed quandam ex eis vtilitatem animo referre contendunt. Velut
item apes (quando hæ nobis probè huic exemplo suppeditant) non omnibus floribus simi-
liter insidunt,neque ex eis ad quos accedunt,omnia auferre conantur,sed quantum ipsis ad
F opus necessarium fuerit comprendentes, reliquum dimittunt. Nos etiam vt sobrij sapien-
tésque,quantum congruum nobis propinquúmq; veritati ex ipsis fuerit,persequamur:reli-
quum prætereamus.Et sicut in legendis rosis sentes vitamus,sic in talibus sermonibus quic
quid est vtile carpentes,noxium vitemus.Statim igitur ab initio quamlibet doctrinam con
siderare,& ad finem certum accommodare,ac ex Dorico prouerbio lapidem ad funiculum
applicare oportebit.Et quando per virtutem ad vitam hanc veram ascenditur,virtus autem
ipsa plurimum à poëtis,historiographis,multo magis & philosophis commendatur talibus
eorum sermonibus maximè vacandum.Nam prima quidem vtilitas est in animis iuuenum
virtutis esse commercium,ac consuetudinem,quorum semel acceptæ doctrinæ ob animo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum teneritudinem perpetuò remanent intimè illis infixæ. Nec aliam ob causam Hesio- G
dum putamus hos scripsisse versus ab omnibus decantatos, nisi vt iuuentutem in primis ad
virtutem adhortaretur:

Hesiodi carmina.

Ad uitium facilis uicináque semita cunctis
Panditur, at uirtutis iter posuere remotum
Cœlicolæ, durúmque prius, sed uertice summo
Dum fuerit, planum se offert quærentibus illud.

Mihi autem his carminibus videtur nihil aliud autor voluisse, quàm ad amplectendam
virtutem iuuenes excitare, vt nec initio voluptati confiderent, neu rerum tædio ac labore
ante consequutum terminum deficerent. Quamobrem si quis alius his similia ac conueni- H
entia bonis moribus loquutus fuerit, omninò recipiendus. Vt ego quidem ex viro graui, qui
Homeri poeseos commẽdatio. maximè poëtarum sensus tenebat, accepi, omnis Homeri poësis, virtutis est laus, & eius om-
nia ad hunc finem referuntur, vt nihil ab re aut parergum sit positum. Maximè autem vbi
ducem Cephalensium nudum è naufragio seruatum scripsit. Primum quidem reginam ap-
parentem solum veritum esse, tanti modestiam ac nuditatis verecundiam extimâsse: vnde
loco vestis virtutis ornatum sumpsit, ac Phæacibus omnibus tanti postea fuit, vt relictis illi
delitiis, quibus magnoperè dediti fuerant, eius imitarentur exemplum, & se nihil potius o-
ptarent, quàm esse Vlyssem, quanquam nudum & è naufragio seruatum. Quo sane exem-
plo enarrator mentis poëtæ, nihil aliud Homerum intendere, & tantum non clamare vo- I
luisse affirmat, quàm: O viri, curanda nobis ante omnia virtus est, quæ naufraganti præsto
adest & connatat, & in terra nudum existentem honoratiorem Phæacibus delicatis ac fœli-
cibus reddit. Et profectò sic res habet. Nam alia quidem omnia non magis possidentium,
Virtutis laus Solonis scitum. quàm quorumlibet sunt, velut in talorum ludo huc illuc transposita. Virtus autem sola pos-
sessio immortalis atque immobilis, & viuenti & morienti permanens. Vnde Solon mihi vi
detur iure illud ad diuites dicere: Nos nequaquam commutabimus cum virtute diuitias,
quòd virtus firma sit, diuitias verò aliis alias ac aliter interdum habet. His quoque similia à
Theognis. Theogne dicta referuntur: Deum (quencunque ipse deum dicat) hominibus variè talen-
tum appendere: Interdum quidem eos diuitiis affluere, interdum nihil habere. Quidam ve- K
rò sophista Chius in suis scriptis his ferè similia in virtutem & vitium philosophatus est, cui
Prodic' Chius de Hercule. profectò mens adhibenda, quum nequaquam vir despiciendus videatur. Ego verò quantum
eius sententiæ teneo dicam, quando verba non memini, nisi quòd hęc ille simpliciter ac pro-
sa dicit oratione. Quod iuueni quondam Herculi, & eadem ferè ætate, in qua nunc vos e-
stis, secum consulenti ad vtram viarum se conuerteret, an eam quæ ad virtutem per labores
ducit, an facilem per voluptates ingrederetur, duas ei fœminas virtutem ac voluptatem,
quarum mox tacitus apud se ex diuerso habitu differentiam agnouerit, apparuisse. Altera
quidem forma conspicua, molliore facie, lasciuis oculis, sermone blando, omnia fausta fa- L
ciliáque & ad vitæ solatia tendentia per otium pollicendo Herculem ad se trahere conaba-
tur. Altera verò vultu rigido, squalenti mœstóque ore, magnam fidutiam atque constan-
tiam præ se ferens, nihil iucundum, nihil amœnum ostendebat, sed mille pericula, laborés-
que immensos terra marique subeundos. Præmium tamen horum immortale, ad extre-
mum verò moriẽtem Herculem se secuturam, & inter deos collocaturam recipiebat, hánc-
que secutum Herculem dicit. Et prope omnes qui aliquid de sapientia, siue modicum, siue
multum dicunt, quisque pro viribus virtutis laudem scriptis suis prosequutus est, quibus sa-
nè obtemperandum, tentandúmque vt ipsa vita quæ commendant exprimantur. Itaque qui
opere confirmat eam philosophiam, quæ apud alios verbis tantum commendatur, is sanè
sapiens est. Qui autem verbo tenus sunt philosophati, nec vita sermonem sunt comitati, M
vmbris comparandi, & simile aliquid pictoribus præ se ferentes existunt: qui hominis pul-
chritudinem in tabulis imitantes talem effingunt, qualis ille verè reperitur. Quoniam ma-
gnificè quidem virtutem laudare, & in medium longos de hac sermones facere, priuatim
verò voluptatem temperantiæ præferre, & rem malè partam iustitia potiorem habere, simi-
lem ego dixerim histrionibus, qui in scena fabulas agunt, & vt reges ac principes sæpenu-
mero ingrediuntur, quum nec reges, neque principes, & forsan omninò ne liberi quidem
existant. Et musicus vt populo canat lyram discordem non facilè sumet, nec chori prin-
ceps officium suum peraget, nisi ex æquo respondentem chorum habeat: & hoc pacto quis-
que à seipso dissidebit, dum sermoni vitam non adhibet consonam, sed lingua quidem vir-

tuti

A tuti consonam, mentem verò adfert disparem, vt secũdum Euripidem dicat: Cupio bonus
videri magis quàm esse. Sed hic est extremus iniustitię terminus, si quid credendum est Pla
toni, iustum videri eum qui non sit iustus. Eos itaque qui præcepta tradunt, & de virtute
disserunt, sic recipimus. Verum quoniam antiquorum virorum nonnullæ studioſę actiones
factáque, vel memoriæ beneficio, vel poëtarum vel historicorum scriptis custodita ad nos
vsque penetrant: ex his nobis non omninò aliqua deerit vtilitas. Verbi gratia: Homo quidã
in foro Periclem probris omnibus incessebat: Is autem minimè curare visus toto ferè die Pericles.
sustinuit. Deinde vesperi iam discedentem cum lumine comitatus est, ne quid in philoso-
phiæ studio amitteret. Rursus quidam Euclidi Megarensi animo concitatus mortem se iu- Euclidis pa
tientia.
B rauit illaturum. Ille vero contra se patienter laturum iurauit, placatumq; & ei quanuis infe
sto se conciliatum iri. Quamobrem valdè quidem ad nos excitãdos refert, vt talia virorum
iram cohibentium exempla nostram subeat memoriam. Neque enim tragœdiæ credendum
omninò dicenti: Ira manus inimicas armabit. Verum irasci nullo modo tutius esset. Quod
si fieri non poterit, ratione saltem ira moderanda, nec longius efferri permittenda. Rursus
autem ad exempla laudabilia redeamus. Quidam vehementi impetu Socratis faciem cæci- Socratis pa
tientia.
dit, hic autem minimè commotus furentem debacchari, & iram satiare permisit, ex quo eũ
totum ex plagis tumidum ac contusum reddidit. Vbi verò ille cædendo destitit, nihil aliud
Socrates fecisse dicitur, quàm fronti propriæ inscripsisse. Talis fecit, veluti statuæ cuidam
C autoris nomen, & eo modo sese vindicasse. Quę omnia profectò nostris congruentia viden
tur, ac magnopere imitanda cẽserem. Nam Socratis, hoc germanum est illi præcepto, quòd
maxillam verberanti & alteram præbere iubet. Illud verò Periclis vel Euclidis, simile illi,
quòd persequentes sustinere, ac mansuetè illorum iras tolerare, & inimicis etiam bona pre-
cari, neu execrari deceat. Et talibus instructus exemplis, hoc arduum patientiæ præceptum De Alexan
dri pudicitia & humanitate erga Darij filias.
seruare posse non omninò diffidat. Veniam ad alias virtutes, & in primis illud Alexãdri ma
gni non præteribo, qui Darij filias captiuas admirabili forma, & decore conspicuo, vt fama
est, nec etiam videre dignatus est: turpe esse existimans victores his quas ipsi superassent gẽ
tibus succumbere. Hoc enim illud referre videtur, quod ad concupiscentiam mulierem aspi
D ciens, & si adulterium opere non compleuerit, ob id tamen quòd concupiscentię consensit,
à culpa vacuus non erit. Illud quoque Cliniæ vnius è secta Pythagorea difficile est credere, De Clinia, qui iurare etiam verũ noluit.
quòd casu non de industria nostros imitatur. Nam illi dum per iuramentum mulctam triũ
talentorum vitare liceret, iniuriam pati malut quàm iurare, idq; cum non esset falso iura-
turus, atque ita tam tum quasi illud de iuramento nobis interdicto præceptum audiuisse vi-
detur. Quamobrem ad idem quod suprà dixi reuertar. Non omnia deinceps nobis, sed vti-
lia tantum recipienda. Enimuero turpe est si ea quæ in cibis noxia sunt repellimus, in ser-
monibus verò ac scriptis eorum quæ nostram nutriunt animam, nullam omninò rationem
habere, sed more torrentis omne obuium secum trahere. Quam habet rationem, quòd cum
E gubernator haud temerè se ventis committat, sed nauim rectà moderetur ad portum, & sa
gittarij ad metam ac scopum iaculentur. Item fabri diligentia siue architecti ex arte sua rem
ad finem aliquem perducant: nos talibus artificibus sapientia inferiores sumus, ad planè cõ-
sideranda quæ ad nostri profectum animi faciant. Erit itaque operariorum consideratio fi-
nis operis, & humanæ vitæ consideratio finis non fuerit? Quem proculdubio finem respi-
cere, & eius gratia cuncta facere ac dicere illum, qui brutis æquiparari non cupit, oportet.
Quo sanè neglecto, nostra mens veluti sine arte nauigium nullis insidentibus gubernacu-
lis, temerè huc illuc exagitatur. Huius, inquam, finis tanta vis est, vt nemo ex arte laudem
consequatur, nisi eam in qua exercitatus fuerit, ad effectum perducat. Et in gymnicis cer-
taminibus nemo sese ad palæstram aut pancration exercens, deinde citharizare aut tibias
F inflare meditatur. Nam Polydamas in Olympia ob robur ac vires coronatus fuit, cum cur-
rentes agitatósque currus manu retineret. Et Milo à scuto peructo nulla vi, nullóque im-
pulsu mouebatur, sed quemadmodum statua quędam plumbo circundata resistebat, Istis o-
mninò exercitationes nihil aliud quàm certaminum præparationes erant. Quòd si Marsiæ
vel Olympij Phrygum musicorum modos & instrumenta in certando tentare voluissent,
pulueremgymnicum relinquentes, profectò coronas & palmæ gloriam non essent assecuti,
aut certè aufugissent, ne ob corporis robur ridiculi apparuissent. Timotheus quoque si mu- Timothei musici peritia.
sica reiecta se in palæstra exercuisset, non tantum cæteris omnibus in ea arte præstitisset, cui
tanta fuit artis excellentia, vt si quando austeriorem acriorémque harmoniam emisisset, ani

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum ad iracundiam excitaret. Rursus si dulciorẽ ac mitiorem eundem emolliret ac man- G
suefaceret. Hac item arte quandoque apud Alexandrum, cum Phrygios modos tibiis ederet, illum in medio conuiuio ad arma concitasse dicitur. Et rursus eundem sono mutato, quietum ac sedatum conuiuis ac mensæ restituisse. Tantam vim & in musica, & in gymnicis certaminibus ad finem consequendum exercitatio præbet. Quoniam verò coronarum atque athletarum memini: illi mille supra mille patientes labores, & multis modis robur ac vires sibi comparantes, multúmque in gymnicis sudantes exercitationibus, plures insuper plagas ex pædotriba accipientes, diætámque non iucundam, sed gymnasticam subeuntes, & alia perquàm multa (ne per omnia discurram) sustinentes sanè ostendunt, vt omnis ferè vita ante certamen sit certaminis exercitatio præparatióque. Tunc demum probè instructi ad H
stadium procedunt, vbi & laborant: rursus & maximè periclitantur, vt oleastri, aut apij, seu cuiusuis alterius frondis coronam accipiant, vt à præcone victores declarentur. Nobis autem quibus vitæ præmia adeo, siue magnitudinem illorum, siue multitudinem aspicias, miranda proponuntur, vt explicari sermone nequeant: hæc dormitando & sine cura viuendo,
Homer' de Margite. altera manu tantum capere speramus? Hoc fermè modo & desidia laudaretur, & Sardanapalus, vel Margites ille, quem nec arasse, nec fodisse, neu aliquid aliud eorum quæ sunt in vita necessaria, gessisse Homerus dixit, primas in felicitate partes tenerent. Hæc quidem Ho
Pyctaci sententia. meri sunt. An non potius verus Pyctaci sermo? qui ait: Difficile est bonum permanere. Per I
multos enim labores transeuntibus vix facultas nobis bona illa consequi fuerit, quibus suprà memorauimus, nihil rerum humanarum posse comparari. Non itaque nobis dormiendum, neque ob breuem desidiam spes magnas amittendum, si probra aut pœnas subire nolumus: non quidem hic apud homines, quanquam nec hoc parum rectè sentienti, sed vel sub terra, vel vbicunque sunt illa iudicia. Qui enim inuitus à recto iustitiáque decidit, aliqua profectò apud deum venia dignus. Qui verò de industria peiora sectatur, nullo modo excusabitur, nec euitare poterit quin pœnarum plus multo sustineat. Quid igitur faciamus, dicet aliquis? Quid aliud? nisi vt cæteris omissis animæ curam in primis geramus. Non itaque corpori seruiendum, nisi quantum exposcit vsus: animæ verò meliora tribuenda, & ob K
societatem ad corpus ea tanquam è carcere per philosophiam soluenda, & corporis seruitute ac perturbationibus leuanda. Ventri autem tantum quod sit satis, non autem vsque ad delitias & voluptatem ministrandum. Quemadmodum quidam mensæ diligentius studentes, & coquos inquirentes, & terram omnem ac mare vestigantes, miserabili admodum seruitute premuntur, & grauissimo domino tributa pendunt, miserè otiosi ac nihil lenius patientes, quàm ij qui apud inferos dant pœnas, verum ignem diuidentes, aquam cribro ferentes, ac fracta dolia implere conantes: nullum denique finem laborum habentes. Comas autem aut vestes superuacuas curare, vel infelicium est (vt ait Diogenes) vel iniustorum. Nam quid ex talibus expectandum aut suspicandum, nisi vt lasciuus ille ornatus fœminas præter- L
euntes inuitet, aut alienis matrimoniis insidietur? Quid enim apud eum qui sapit differre potest tenuem sumptuosámque vestem induere, an vilem ferre? modo satis hæc ad frigus calorémque arcendum fuerit. Et ad hunc modum etiam in reliquis quicquid necessitatis vsum excedit vitãdum, neque corpori plus ornatus dandũ est, quàm quantum animæ prosit. Nam viro generoso & verè hac digno appellatione, non minus fuerit probrum lasciuè ornari, aut corporis curam superuacuam gerere, quàm alia aliqua nota seu affectu prauo per ignauiam affici. Omne nanque studium adhibere, vt quod extra fuerit, bene pulchreq; colatur & appareat, sese cognoscentis non erit: neque sapiens illud præceptum intelligentis, nos admonens, quemadmodum non id quod aspicitur, est homo. Excellenti enim quadam opus est sapientia, per quam nostrum quilibet (quicunque sit) sese cognoscat: quæ profectò M
mente minimè purgatis non magis euenire potest, quàm lippienti solem aspicere. Hanc verò animæ purgationem, vt semel & quod vobis satis sit dicam, voluptates per sensus eripiQuod musicæ genus probandum unt. Oportet enim nec oculos spectaculis, nec vanis præstigiatorum ostentationibus tradere, nec per aures animarum corruptricem melodiam haurire. Hoc enim musicæ genus seruitutis & ignobilitatis fructus parere, præterea libidinum stimulos acuere solet. Alia nobis musica longè melior existit, & ad meliora nos excitans sequenda. Dauid sacrorum canticoPythagoras rum poëta cithara ex insania Saulem regem liberauit. Dicitur & Pythagoras in ebrios olim incidens iussisse tibicinem conuiuio luxurioso præsidentem mutare harmoniam, ac dorion ipsis canere. Atque hoc modo melodiæ illos ad sobrietatem reduxisse: qui eiectis de capite

coronis

A coronis sanè omnes erubuere. Cæteri verò ad tibiam Corybantum modo ac debacchãtium versantur. Tanta sanè melodiæ rectę differentia à turpi atque obscœna est, vt eam quæ nunc in vsu est, non minus fugere debeatis, quàm rem aliquam turpissimam. Eos verò qui olfactu delectabiles, ac omnimodos spirant odores, vel vnguentis vtuntur exoticis, me quodammodo reprehendere pudet. Quid de his dicendum voluptatibus, quæ gustu aut tactu proueniunt: an dubitandum quin illæ quoque eiusmodi sint, vt quos sibi deditos habent, vẽtri aut fœmori seruire veluti pecora compellant. Vt autem vno dicam verbo, totum corpus circunspiciendum atque ab omnibus custodiendum ei, qui ipsius voluptatibus veluti
B cœno cuidam immersus esse nolit: aut ipsi tantum indulgendum, quantò ei opus est (vt ait Plato) vt philosophiæ ministerium atque auxilium suppeditet. Quod sanè dictum cum Pauli conuenit sententia, qui monet nullam corporis habendam diligentiam rationémue ad concupiscentiæ materiam. Hi nanque qui eius nimiam gerunt curam, animam verò negligunt, nihil ab his differunt, qui sensibus tantoperè studeant, at per ipsos agentem spiritum contemnunt, aut iis qui instrumentorum multam, artis verò quæ per instrumẽta operetur, nullam habent rationem. Est itaque totum corpus castigãdum magis, ac feræ cuiusdam instar cohibendum, & ab ipso aduersus animam tumultus orientes ratione veluti flagello cõpescendi: nec frenum voluptati omnino laxando, mens velut auriga ab equis contumacibus & minimè obtemperantibus miserè feratur ac rapiatur, ac inter cætera Pythagoræ me- Pythagoræ dictum.
C minisse dicti oportet, qui videns quendam exercitationibus ac cibis, lautè appositéque sese curantem ac saginantem: Heus, inquit, miser, non desinis continuo duriorem tibi carcerem præparare? Ideo & Platonem dicunt cognito quod ex corpore est nocumento, Academiam Athenis in loco pestilenti elegisse, vt nimiam corporis prosperitatem veluti vitem palmite luxuriantem amputaret. Ego verò bonam valetudinem quæ in summo sit, ex medicis sæpe audiui fallacem esse. Quando igitur ipsa corporis diligentia & corpori pariter & animæ inutilis esse apparet, hanc sarcinam deliuire, & illi famulari manifesta fuerit insania. Si autem hoc cõtemnere studeamus, nihil aliud rerum humanarum facilè admirabimur. Quid enim diuitiis nobis opus voluptatem corpori insitam spernentibus? Ego verò non video, num,
D vt in fabulis est de draconibus, voluptatem quandam ferat thesauris defossis inuigilare. Qui enim ad hæc despicienda probè institutus fuerit, procul ab eo erit, vt diuitiarum gratia sordidum quid ac turpe, vel verbo vel opere designare velit. Quod enim vltra necessitatem est, etiam si id Lydia sit arena, & formicarum aurum feretium opus: tanto magis inhonestum putabit, quanto minus indigebit. Ipse nempe vsus ad naturæ necessaria, non ad voluptatem ac libidinem definitur. Qui verò extra illius fines egrediuntur, similes erunt iis qui ad prærupta curribus feruntur, nequaquam cursus ad vlteriora sistere valentes. Sed quo magis plura possident, non minoribus, imò hoc pluribus opus habent, vt concupiscentiæ satisfaciant iuxta Execestiden Solonem, qui sic dicit: Diuitibus nullus est opus certus termi-
E nus. Et ad idem Theogne autore vti possumus, cuius hæc sunt verba: Quamobrem Theogne magistro in hac parte vtamur, dicente:

Non amo diuitias, non opto magna, sed adsint
Parua, modo ut uiuam lætus, & absque malis.

Ego verò Diogenem admirari magnoperè ac laudare soleo rerum humanarum omnium Diogenis laus.
contemptorem, qui se rege Alexandro ditiorem paruo contentus ostendit: quum ille proculdubio ad suum statum sustinendum pluribus indigeret. Nobis autem si non Pythiæ My Pythias Mysius.
sij adsint talenta, & iugera, tot terræ, pascuáque ac greges innumerabiles, nulla satietas est. Existimo item æquè & absentes spernere diuitias, & præsentes non plus curare, quàm quatenus illas probè dispensare nouerimus. Ex quo illud Socratis rectè memoratur, qui diui- Socratis dictum.
F tem hominem ob opes valdè superbientem non prius admirari dixit, quam his vtentem videret & experiretur. Phidias quidem & Polycletus, quorum alter Elienſibus Iouem, alter verò Iunonem Argiuis fecerunt: si auro & ebore statuarum tumidi facti, & alienis opibus honestati, artem spreuissent, ex qua aurum iucundius & honoratius euasit, proculdubio ridiculi fuissent. Nos autem si humanam virtutem sibiipsi non sufficere ad ornatum existimauerimus, minori verecundia digna facere putabimur? An diuitias quidem ac voluptatum sensus contemnemus, assentationem verò & blanditias sectabimur, & Archilochi vulpeculæ astutiam & versutiam æmulabimur? At non est aliud quicquam æquè fugiendum sapienti, atque gloriæ studere, & ea quærere quæ multitudini placeant, & ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem vitæ ducem non rectam habere. Ex quo omnibus pariter hominibus honesti gratia G
resistere: præterea ignominiam, labores, periculáque subire: neque ab iis quæ recta esse cognoscimus, vllo modo discedere fas erit. An eum qui non est ita comparatus ab Aegyptio illo sophista aliquid differre putabimus? Qui & planta factus est, & bestia, & ignis, & aqua, & omnes opes quando ei luberet. Sic & animo varius ostenditur adulator, nunc quod iustum est apud eos qui iusti rationem habent, laudat, apud iniquos vituperat, more polypodis, qui colorem terræ quam attigerit, reddit. Sed ista, quæ commemorauimus, perfectius ex nostrorum autoritate ac sermonibus discere licebit. Tantum hic sciographiam virtutis quandam ex alienorum disciplinis descripsimus. Quibus enim studiosè ex singulis vtilia coaceruantur, velut magnis fluuiis multum vndique accrescit incrementum. Par- H
Hesiodi dictum. Biátis dictũ uum enim supra paruum imponere, iuxta Hesiodi sententiam, non magis ad argenti augmentum, quàm ad quancunque scientiam facere credendum est. Nec Biantis saluberrimum dictum præteribo, qui ad Aegyptios eunti filio ac percuntanti, quòd ei maximè gra-
Virtus viatícum senectutis. tum faceret: Viaticum, inquit, senectutis possidendo, virtutem videlicet viaticum appellans, ac breui definitione describens, vt humanæ vitæ vtilitatem suppeditantem definiuit. Ego autem & si Tithoni senectam, & Arganthonij, ac Mathusalem illius, qui mille annos triginta minus vixisse dicitur: denique si tempus omne ab initio quo cœperunt homines, computes, sanè vt pueri sententiam ridebo, ad prolixum illud, & nulli senio obnoxium seculum respiciens, cuius nec finem est vllum mente deprehendere, non magis quam I
Omnem lapidem mouere. immortalis animæ mortem cognoscere, ad cuius possessionem admonemus comparandum esse viaticum, ac omnem lapidem secundum prouerbium mouendum, vnde aliqua nobis vtilitas ad hoc consequendum prouentura sit. Nec ista vt valde difficilia seruatu detrectemus, sed memores simus eius qui dixit oportere quemque optimam eligere vitam, iucunditatem verò illius expectandam esse ex vsu rerum optimarum. Turpe quidem præsens proiicere tempus, ac sero postea reuocare præteritum, quando nullum est lapsæ virtuti remedium. Ego itaque quæ optima esse iudico, hæc dixi, quæue in omni vita vobis seruanda maximè consulo. Vos verò, cum tria sint infirmorum genera, nolite ei similes esse, quod incurabile est, nec in animi morbo cum iis vobis conueniat, qui corpore labo- K
rant, quorum qui modicè ægrotant, medicos ipsi accedunt, qui verò grauius medicos ad se vocant: at qui incurabili melancholia occupantur, neque ad se venientes medicos admittunt. Quod videre est, ne & vobis vsueniat, si ab illis qui iudicio recto valent abhorrueritis.

DE HVMANA CHRISTI GENERATIONE, *in die natali aut epiphaniæ.*

CHristi generatio propria ac præcipua diuinitatis est, quæ quidem silentio magis ac L
fide veneranda, quàm disputatione aliqua nostra seu curiositate vestiganda. Vbi enim nec tempus, neque æuum intercedit, neque item modus intelligitur, nec spectator adfuit, nec est qui exponat, quomodo mens aliquid imaginabitur? quomodo mentis cogitationibus lingua famulabitur? Pater erat, & filius est genitus. Ne dicas, quando: sed neglige hanc quæstionem. Ne quæras, quomodo. Est enim hic impossibilis respõsio. Nam, quando, tempus habet: Quomodo verò ad modos corporeos imaginationem quandam. Dicere possum è sacris voluminibus, quòd splendor gloriæ & imago ex archetypo sit. Veruntamen quoniam nec ratio nec cogitatio talibus renouationis verbis tuæ curiositati M
satisfacit, ad ineffabilẽ incomprehensibilemq; gloriam confugio, & fateor indeprensum, ac verbis humanis inenarrabilem diuinę generationis esse modum. Caue autem dicas: si genitus est, ergo aliquando non erat. Nec aut verborum prauitate, aut cogitationis ineptæ vanitate committe, vt huiuscemodi sermonibus manifestę veritati aduersando, sacrã inquines & euertas theologiam. Genitus est, inquam, vt eius principium & causam non vt tempore inferiorẽ ostendam. Mens tua in temporum ac seculorũ cogitatione non euanescat, vt ea filio priora existimes, quę nunq̃ fuerunt aut erunt. Quomodo enim creata, ipsorum cõditore fuerint priora? Verum ego quod ab initio vitabam, in hoc verborum consequentia quadam cõpulsus spõte incidi. Illius igitur æternæ ineffabilisq; generatiõis ratiões relinquẽtes, id om-

nino

A nino cogitemus, quòd mens res istas comprehẽdere nequeat, & sermo quoq; huiusmodi cogitata exprimere haud quaquam possit. Considerandum itaque est quantus sit à veritate ad sermonem vsque delapsus. Enimuero mens quæ sunt natura indeprensibilia attingere nequit. Sermonis item naturam adæquantem ea quæ quomodocunque inuenta sunt, inquirere, impossibile est. Nec mirum. Deus enim in terra est, deus inter homines versatur: non per ignem, tubam & montem fumantem, vel per turbinem & nubem & tempestatem, animas auditorum legem ferendo perterrens, sed proprio corpore cum hominibus cognatis piè
B conuersans ac disserens. Deus, inquam, in carne, non ex interuallo agens, sicut in prophetis, sed coniunctam sibi humanitatem retinens, per carnem suam, nostræ cognatam ad se traxit humanitatem. Sed quonam modo per vnum, inquis, ad omneis splendor? quomodo in carne diuinitas? Quemadmodum ignis in ferro, non ex progressu, sed ex participatione. Non enim in ferrum ignis currit aut accedit: verum in loco remanens, suarum particeps virium ferrum reddit: cúmque se totum illi communicet, nihil propterea de sua natura, nihil de suis amittit viribus. Sic & deus verbum, nihil ex seipso corpore cum nostram accepit humanitatem, neque item conuersationem commutationémque aliquam sustinuit. Et verbum caro factum est. Nec propterea cœlum suo continente desertum, & terra nihilominus
C sinu suo cœlestem recepit. Nec tu insuper motum, aut descensum diuinitatis meditaberis. Non enim vt corpus, de loco ad locum migrat. Neque item diuinitatem in carnem commutatam imaginabere. Nam quod immortale est, id & immutabile est. Quomodo igitur, inquis, deus verbum, humana fragilitate non est correptus aut inquinatus? Facilè respondemus. Sicuti & ignis de ferri proprietatibus non accipit. Nigrum quidem ferrum ac frigidum est: attamen ignitum ac candens, ignis formam subit. Et quanquam ex eo splendens, ignem tamen sua nigredine non inficit. Itémque ardens flammam sua frigiditate non destruit aut tollit. Sic & humana domini caro, ita particeps diuinitatis facta est, vt propria fragilitate illam minimè contaminauerit. Sed quanquam ex humana debilitate hac vti similitudine necesse est, ne tamen hunc ignem diuinitati omnino similem imaginare: cum is qualitates recipiat, illa nihil omnino patiatur. Quod si quæris, quomodo mortalis natura, ob dei coniũctionem communionémque, immortalitatem induerit? Disce mysterium. Ex
D hoc enim deus in carnem venit, vt insitam carni mortem interficeret. Nam sicut venenorum antidotum corpori permixtum ac perfusum, omne superat noxium ac letale: itémque vt in domo aliqua tenebræ, luminis aduentu diffugiunt ac pereunt: sic mors in natura dominans humana, diuinitatis præsentia disparuit. Velut etiam in aqua glacies tantum humido dominatur, quantum nox vmbráque durant, solis vero calfacientis radiis subito liquescit: Sic demum mors vsque ad Christi aduentum imperauit. Postquàm vero dei gratia salutaris omnibus apparuit, & iustitiæ sol ortus est: absorpta est mors in victoriam, & veræ vitæ peregrinationem nequaquam sustinuit. O altitudinem benignitatis humanitatisque dei: ex bo-
Cur deꝰ homo factꝰ est E nitatis copia à seruitute vendicamur. Sed cur deus homo factus est, rationem exquirunt homines: cum magis eius bonitatem adorare deceat, quàm diuinitatem curiosius indagare. Quidnam tecum agendum homo? In sublimi deum agentem minimè quærebas: ad te vero per carnem venientem & tecum conuersantem non recipis. Sed quomodo deo familiaris fias rationem quæris? Hanc itaque disce. Carnem susceptt deus, quoniam execrabilem contaminatámque hanc, purgatam sanctámque reddi oportuit, infirmam ac debilem corroborari, à deo ob peccatum alienatam conciliari, è paradiso excidentem in cœlum referri: &
Despõsa cur fuerat Maria. F quæ est dispensationis huius officina? Virginis beatæ corpus. Quæ autem generationis principia? Spiritus sanctus virtúsque altissimi obumbrans. Sed ipsa, quæso, Euangelij verba parumper audi: Cum esset, inquit, Maria mater ipsius desponsata Ioseph, priusquam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Et virgo erat & viro desponsata, & apta coniugali officio obeundo putata, vt & virginitas in honore ante omnia haberetur, & matrimonium non propterea improbaretur. Virginitas enim vt apta, proximáque sanctitati electa est. Per desponsationem vero nuptiarum initia expressa sunt. Simul autem vt & Ioseph domesticus puritatis Mariæ testis esset: & ne propterea calumniatoribus illa foret obnoxia, vt virginitatem commaculans, sponsum habuit, vitæ sanctæ custodem. Sed possum & aliam huic rei rationem reddere, priore non admodum inferiorem videlicet quòd aptum ad incarnationem dominicam tempus, iam diu inde à mundi constitutione prouisum atq; ordinatum tunc venerat: ex quo spiritum sanctum & altissimi virtutem, deiparam illam cõ-

stituere

Universidad de Deusto
Biblioteca

stituere carnem oportebat. Quoniam vero ea tempestate nulla puritate par Mariæ virginitas, inter homines ad effectum sancti spiritus excipiendum est reperta, & illa iam desponsatione erat occupata, electa est beata virgo, ita vt nihil detrimenti ex desponsatione accesserit virginitati. Affertur & alia ratio à quodam ex antiquis: Vt Mariæ virginitas, seculi huius principem diabolum lateret, nupta Ioseph fuit: vt nuptiarum nomine suspensus facilè deciperetur. Virgines nanque in primis obseruabat, è quarum vnam parituram ex Propheta cognouerat, dicente: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Virginitatis igitur insidiator obseruatórque, sub matrimonij specie factus ignorans, à malignitate abstinuit. Sciebat enim suum imperium ob dominicam carnis generationem perditum iri. Itaque priusquam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Vtrumque Ioseph reperit, & conceptionem, & causam è spiritu sancto. Quamobrem hoc ignorans ab initio, talis nominari vxoris maritus metuens, voluit eam occulte dimittere, verens patefacere quæ circa ipsam acta fuerant. Verum quoniam vir iustus erat, ex deo mysteria nôsse meruit. Igitur hæc eo cogitante, ecce angelus domini apparuit ei, dicens: Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. Nec illud cogites quomodo absurdis suspicionibus peccatum obscures: est enim iustus appellatus. Viro iusto non competit silentio facinora obtegere. Ne metuas accipere Mariã coniugem tuam, Ostendit, quòd illam non sit abominatus nec molestè tulerit, sed quòd eam metuerit, vt spiritu sancto plenam. Quod in ipso est, de spiritu sancto est. Hinc enim deprendi licet, quòd non secundum communem modum carnis cõstitutio domino fuit. Conceptum nanque illico perfectum fuit, non per interualla paulatim formatum, vt planè verba declarant. Non enim dicit, quod in ea conceptum est: sed, quòd in ea natum est. In sanctitate nanque caro conglutinata, digna quidem vnigeniti diuinitati coniungi fuit. Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum. In quo illud obseruandum, quod vbi de industria nomina ponuntur, subiectam ostẽdunt naturam: vt Abraham, Isaac, Israël. Horum enim quodlibet non magis corporis characterem quendam, quàm virtutis salutaris proprietatem ostendit. Hac ratione & nunc Iesus seruator appellatur, id est, salus populi, quod mysterium & ante secula ordinatum, & olim per prophetas prædictum iam manifestum habet exitum. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuël, hoc est, nobiscum deus. Hæc item appellatio, omnis penitus mysterij declarationem retinet, quod deus inter homines adsit: quoniam nominis interpretatur naturam, Nobiscum deus. Cauendum inter hæc omnino, ne in perfidiam infidelitatémque incidas Iudaicam, qui affirmant non virginem, sed puellam à propheta vocari: Ecce enim, inquiunt, puella concipiet. Primum quidem absurdissimum est omnium & ineptissimum, à domino id dari signum tanti mysterij, quod naturæ commune sit omni. Quid ait Prophetа? & adiecit dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum in profundum &c. Et dixit: non petam, neque tentabo dominum. Deinde paulopòst ait: Propter hoc dabit deus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet. Quoniam vero non petierat signum, nec in profundum nec in sublime vt cognitum esset, quod qui descendit ad inferiores partes terræ, idem & supra omnes cœlos ascenderet, ideo ipse dominus signum dedit: Signum autem nõ vulgare, neque commune, sed extraordinarium & prodigiosum, ac valde communem excedens naturam, virgo videlicet & mater, & in virginitate sancta perseuerans, gloriam nihilominus ac benedictionem pariendi sortita. Si qui tamen interpretati Hebraicam vocem pro virgine puellam reddiderunt, nihil sanè nostræ rationi officiunt. Inuenimus nanque in sacris voluminibus, sæpe puellam pro virgine vsurpatam, vt in Deuteronomio: Si quis inuenit filiam virginem, quæ nupta non fuerit, & aliquis eum violauerit, cum eáque cubauerit, & deprehensus fuerit, det ille qui cum virgine dormiuit patri puellæ drachmas quinquaginta. Excitatus autem Ioseph accepit vxorem suam cum affectu, dilectione, & omni diligentia domesticos concernente, pro vxore illam habuit, à nuptialibus vero congressibus abstinuit. Non enim cognouit eam, inquit, donec peperit filium suum primogenitum. Hoc vero nũc suspicionem generat, ne forsan posteáquam puritate sua generationi dominicæ, per spiritum sanctum administratæ seruiuit, tum demum nuptialia opera viro Maria non negauerit. Nos vero licet nihil hoc doctrinæ pietatis officeret (nam donec dispensabatur Christi generatio, necessaria erat virginitas) quid vero postea sit factum ad mysterij huius doctrinam non anxiè coniungendum est. Veruntamen ne hoc eorum, qui Christum amant, ferre cogantur aures, quòd genitrix dei aliquando desierit esse virgo, has rationes sufficere putamus.

Christ⁹ vbi cõceptus statim natus, id est, perfect⁹ homo fuit.

Contra Iudæos.

Ecce virgo concipiet.

Puella pro virgine.

mus. Ad hoc quidem quod dicit & non cognouit eam, donec filium suum primogenitum peperit, illud dicimus, quod, donec, & si temporis alicuius terminum circumscribere videtur, verè tamen infinitum aliquod præ se fert. Sic & à domino verbum hoc memoratur: Ecce, inquit, vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Post seculum dicere, non erat necesse. Non enim cum sanctis vnquam dominus esse desinet. Nec præsentium promissio, futurorum est exceptio. Eodem fermè modo, & nunc illud, donec accipitur. Quod vero dictum est, primogenitum, primogenitus non omnino ad succedentem prolem comparationem habet. Omne adaperiens primum vuluam, primogenitum vocatur. Quod autem Maria perpetuo virgo remanserit, etiam Zachariæ declarat historia quædam, quę ex traditione ad nos vsq; peruenit. Zacharias enim, Mariam post domini conceptionem in virginum loco cõstituens, à Iudæis inter templum & altare interfectus est. A populo nanq; accusatus, quòd rem prodigiosam inauditamq; prædicaret, virginem videlicet parientem citra virginitatis corruptionem. Iesu igitur nato in Bethlehem Iudæ, in dieb⁹ Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudęorum? Genus Persicum Magi, incantationibus & magicis, & naturalibus quibusdam effectibus, astronomiæq;, & rebus sublimibus vacabant. Eiusdem ferè magicæ Balaam ille videtur fuisse, qui à Balaac missus, vt verbis quibusdam populo Israël malediceret. Qui & in quarta parabola talia de domino dicit: Homo videns & audiens verba domini, qui nouit altissimi doctrinã, & visiones omnipotentis vidit, qui dormit apertos habens oculos: Videbo eum, sed nõ modo: intuebor illum, sed non propè. Orietur stella ex Iacob, & consurget homo ex Israël. Quoniam igitur astrum ortum, naturæ prodigium habuerunt: scisciatari Magi decreuerunt, quisnam homo ex Israël exurgeret. Quamobrem Iudææ locum vestigãtes, ex antiquo vaticinio in ciuitatem venerunt, interrogantes, vbinam est qui natus est rex Iudæorum? forsan & per aduentum domini aduersariam potestatem iam debilitatam, irritata sua energia, sentientes magnæ virtutis testimonium nato attulerunt. Ex quo puerum tandem inuẽtum, cum donis adorauerunt. Hic contemplator, vt Magi alienum à deo genus, & à testamentis gens peregrina, primum adoratione dignati sunt, quod ex inimicis testimonia longè præstantiora fide digniora q; essent. Si enim Iudæi primum adorâssent, suum ipsorum genus ornasse, extulisseq; forsan putarentur. Nunc autem alieni, vt deum prius honorauere, vt iusto in eos animaduerteretur iudicio qui illum cruci affixerunt, quem alieni adorauerunt. Sed quando motibus cœlestibus studebant, non frustra inter cœlestes obseruationes prodigium sunt cõtemplati, stellam videlicet nouam, ac minimè consuetam, in dominico natali effulgentem. Cuius sanè ortum, nemo in astrologiæ rationem computationemq; trahat. Qui enim ex astris iam existentibus geneśim inspiciunt, aliquam talem cœli figuram horoscopantem, causam cuiq; euentuum esse affirmant. Hic vero nulla stella ex his quæ iam sunt dominicam natiuitatem significauit. Neq; enim ista ex aliarũ numero fuit. Nam quę ab initio orbis creatæ sunt omnino immobiles existunt, aut certe continuò mouentur. Quæ & stat & mouetur, vtrunq; habere videtur. In illis quæ sunt, aliæ obfirmatæ nunquam mouentur, alię vero errantes nũquam consistunt. Hæc vero de qua loquimur, vtrunq; habuisse palàm est, & motum & quietem. Ex quo nullam cum cęteris habuisse rationem, aut naturam apparet. Mota in primis est ex oriente in Bethlehem: Constitit autem suprà, vbi erat puer. Idcirco ex oriente Magi excitati, stellam sunt ducem secuti, venientes autem Hierosolymam totam vrbem aduentu suo turbarunt: &, regi Iudæorum metum addiderunt, de Iudęorum rege nuper nato percunctãdo: quem tandem reperientes, donis honorauerunt, auro, thure, & myrrha. Nimirũ Balaam vaticinium sequi sunt visi, qui de Christo talia visus est dicere: Accumbens dormiuit vt leo & quasi pullus leonis, quis suscitabit eum? Qui benedixerit tibi, erit benedictus: & qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Per leonem enim eius imperium sermo demõstrat. Per accubitum vero supplicium. Per benedictionis virtutem, eius diuinitatem. Igitur vaticiniũ hoc sequentes, vt regi aurum, vt morituro myrrham, vt deo thus obtulerũt. Neq; item illud superuacaneum fuerit contra eos dicere, qui affirmant hoc astrum cœlo apparẽs, cometis simile fuisse, qui regum successiones & imperia noua portendere videtur. Verum cometæ immobiles continuò sunt, & in vna tantum cœli accensi parte circumscripti. Prętera cometarum diuersa genera & appellationes: trabeales bothyni. Figuræ autem diuersæ, & cuiq; sua appellatio est. Omnium vero generationis eadem est causa: Quum inundans circa terram aër, in serenam cœli partem diffunditur, quasi materiam quandam igni cœlesti præbens, sordiũ videlicet

Donec vel vsquequo pareret primogenitum

Primogenitus.

Zachariæ cædes.

Magi qui.

Balaam de Christo.

Magi cur primi Christum adorarint.

Stella quæ apparuerat Magis.

Vaticinium Balaam.

Cometarũ generatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

videlicet & humorum terrestrium crassitudinem,ad superiora tractam atq; inflãmatam,talis sideris criniti apparentiam facit.Hoc vero sidus vbi Magos ad inquirendam domini genesim permouit,rursus disparuit,donec ipsis dubitantibus ac suspensis,iterũ in Iudæa se manifestauit.Ex quo satis ostenditur,alicuius gratia separatim hoc astrum esse factum,ac vt alicui seruiret famulareturq;:quod sanè ex re ipsa deprẽdim°.Stetit,inquit,suprà,vbi erat puer. Magi vero videntes,gauisi sunt gaudio magno.Nos etiam in cordibus nostris item gaudiũ suscipiamus.Hoc inquam gaudium & angeli pastoribus nuntiant:cum Magis quoq; adoremus,cum pastoribus item deum laudemus,cum angelis deniq; canamus,choreasq; læti ducamus,quod est hodie nobis seruator natus,deus ac dominus Iesus Christus. Apparuit autẽ nobis nõ dei forma,ne quod erat debile perterrefaceret:sed in forma serui,vt quod erat seruile,liberaret.Quis itaq; tam animo ignauus,quis ita ingratus?vt nõ hodie lætetur, nõ exultet,non præsentia solennia omni animi hilaritate suscipiat:Festum hoc ingẽs,ac nouę creationis,vbi cœlestia archangelos ad Zachariam Mariamq; mittunt:ac choros angelorum cõstituunt dicentium:Gloria in excelsis deo,& in terra pax,in hominibus bona volũtas. Astra è cœlo mouentur.Magi ex gentibus properãt.Terra in spelunca lucem recipit. Nemo sit nõ lætus,nemo ingratus.Nos quoq; cum his lætitiam voce,gestuq; exprimamus. Nostrum hoc est festum,Theophaniam appellamus,in quo mundi salutarem concelebramus diem:domini natalem hodiernum piis mentibus concelebremus.Hodie nanq; Adami maledictio soluta.Non est quid amplius dicamus:Terra es,& in terram reuerteris:sed cœlesti cõiunctus, in cœlum assumeris.Non est vt iam dicatur:In doloribus paries filios.Beata enim quæ Emmanuel peperit,& vbera quæ lac præbuerunt.Natus est nobis filius & datus est nobis,cuius imperium super humerum eius.Cor mihi floridum quid germinat,mens est alacris,lingua vero modica,& sermo exilis est ad hoc vt tantum gaudium exprimat.Cogita de incarnatione domini magnifice.Intellige diuinitatem esse intactam & immaculatam, quæ & si in materiali sit natura,ita illi inest,vt eius imperfectum fragiléque corrigat:non autem vt ipsa passionum debilitate inquinetur.Nónne solem conspicis in luto se volutantem,minimeq; contaminantem:& super cœno coruscantem,minimè tamen fœtidum aliquid referentem?Itaque contrario modo magis eorum quæ diutius contingit putredinem exiccat. Quid igitur dubitas de immensa incorruptáque natura,ne aliquam ex nobis maculam contraxerit? Hac enim de causa natus est vt nos eiusdem generis expiaret:propterea inquã Iesus creuit, vt familiaris deo fieres.O dei bonitatem altissimam.Ob beneficiorum excellentiam ei qui benefecit minimè credimus,ob eius ingentem humanitatem ad seruitutis iugum ducimur,ò absurdam & prauam ingratitudinem.Magi adoratum veniunt.Et christiani curosius quærũt, quomodo in carne deus sit & quali carne, & an assumptus homo perfectus sit an imperfectus.Taceant curiosi,& in ecclesia dei superuacanea vestigare desistant.Laudentur quæ nobis concredita sunt:ac de quibus ratio omnino non redditur,ne vestigentur.Illis te coniunge,qui è cœlo cum gaudio Christum recipiunt.Cogita pastores in diuinis laudibus sapiẽtes factos,sacerdotes prophetantes,fœminas collætantes. Quando Maria gaudere docta est ac iussa ab angelo Gabriele.Quando Elisabeta Ioannem in vtero exultantem sensit:Anna prophetissa euangelizauit, Simeon in vlnas accepit in exili infante magnum deum adorantes, non quod videbant contemnentes,sed diuinitatis ipsius amplitudinem glorificantes:pellucebat enim diuinitas per humanum corpus,perinde atq; lux quædam per vitream capsulam eos illuminans,qui cordis oculos mundos habebant.Cum quibus & nos vtinam annumeremur,domini gloriam reuelata facie contemplantes,vt & nos quoq; à gloria in gloriã transformemur.Ipsi autem sit honor & imperium in æterna secula, Amen.

DE MARTYRE MAMANTE

Basilius magnus.

NOn ignoro quanta sit encomiorum publici conuentus magnitudo. At vt illam scio,ita & imbecillitatem meam sentio.Causa nanque ipsa exigit,vt dignum quid dicatur his qui conuenerunt, & quod spei respondeat, quam illi de nobis concepe runt,ipsi demum quoque argumento quod tractandum est.Quoniam maxima ex parte martyrum hodie memoriam agimus,erecta est cuiusque mens,& paratus auditus, expectans vt dignum aliquid tanto martyre dicatur,quod & Ecclesiam desiderio circa illum permouet. Ita nanque comparati sunt synceri & candidi filij, vt magnifica de parentibus suis

suis exigant encomia, nec facile ferant amplitudinem eorum quæ deprædicanda sunt per dicentis periclitari humilitatem. Quapropter quanto maior est animorum ad audiendum auiditas,tanto maius imminet dicenti periculum.Quid igitur faciemus? Quomodo & desideriis vestris satisfaciemus & ne ipsi in præsentiarum nihil vtilitatis ad ea quæ tractanda iam sunt adferentes inutiles abeamus, cuiusque animum adhortabimur, vt quæ in cognitione habet ad memoriam reuocans ac mente renouans,ex seipso sibi alimoniam paret, vt propriis exhilaratus subsidiis domum reuertatur. Memores estote martyris quotquot illo per somnia potiti estis, quotquot in hoc loco constituti adiutorem ipsum ad precandum habuistis,quibuscunque ex nomine aduocatus ipsis adfuit operibus,quotquot aberrantes ad viam reduxit,quoscũque sanitati restituit, quibuscunque pueros iam mortuos ad vitãm reductos reddidit, quotquot vitæ terminos prorogauit. Collectis in vnum his omnibus ex cõmuni symbolo, martyri encomium construite.Conferte inter vos mutuo,quæ quisq; nouit illa subministret ignoranti,quæ ignorat,illa accipiat ab eo qui nouit,atque ita quasi ad conuiuium quod quisque habet,conferentes,nostrę ignoscite imbecillitati.Ista nanque demum sunt martyris encomia, spiritalium charismatum diuitiæ. Non enim est,quod illum more secularium & externorum encomiorum cohonestemus. Nõ est cur patres ac progenitores illustres proferamus.Nam turpe est aliunde ornare eum qui propria ipse virtute illustris est. Lege nanque consuetudinis talia inter encomia vsurpant. Alioqui veritatis lege,quæ cuiq; sint propria,adferenda encomia exiguntur. Neque enim velocem equum reddit, quod is, vnde natus est, ad cursum aptus fuit, nec canis encomium est,ex velocissimis prognatum esse.Sed quemadmodum & aliorum animantium virtus in vnoquoque propria consideratur,ita & propria viri laus est,cuius ex rebus ab ipso bene gestis testimonium habet. Quid filio confert, de illustri natum esse parente? Ita hic martyr non accepit aliunde quem habet splendorem, sed ipse per vitæ conuersationem gloriæ faculam accendit. A Mamante reliqui, non ab aliis Mamas gloriam habet.Hi pueri,qui pietatem ab illo sunt edocti,per illum sunt in honore.Nam ipse ex seipso virtutem quasi scaturigine quadam producit. Non habet vt torrens,qui ex alieno confluxu gloriosus apparet,sed fons est,decorem suum ex propriis venis effundens. Celebremus virum non alieno sed proprio ornamento decoratum. Vides eos qui equestri certamine vicerunt? vides splendida illorum monumenta,quomodo lapides sint neglecti? Ad martyris vero memoriam & tota regio mota est, & ad illius festũ diem vrbs vniuersa immutata gestit. Neque cognati diuitum ad maiorum suorum sepulchra declinant,sed omnes ad pietatis locum tendunt.Patrem hunc veritatis ducem, & non eos qui corporum sunt parentes,duces appellitant.Vides honorem constare ex virtute non ex diuitiis?Ita ecclesia in quibus eos qui præcesserunt honorat, ad ea ipsa sectanda admonet præsentes,ac si dicat,noli diuitias sectari,noli deditus esse sapientię huius mundi,quę abolebitur:neque gloriæ,quæ caduca est ac fluxa.Hæc enim vna cum ipsa vita intereunt.Sed pietatis esto studiosus operator. Illa te ad cœlum vsque extollet, illa & immortalem tibi memoriam, & perennem apud homines gloriam per hoc parabit, quod eos qui præcesserunt honore afficit.Si quisquam igitur pastoris memor est,ne admiretur diuitias. Conuenimus enim non vt diuitem laudemus, ne diuitem admiratus domum abeas, sed vt paupertatem cum pietate coniunctam extollamus. Pastorem esse,nihil habet magnificum,nihil quod sapientiæ & industriæ referat exercitium.Caue ergo ad iracundiam motus probri gratia eum qui te læsit pastorem voces,nihil habentem,nisi quod ad victum attinet quotidianum, perã & clauam remissẽ, tanquam diurna subsidia gestantem, nullam crastini curam habentem bestiis:hostem,animalibus mansuetis compascuum, forum ac tribunalia fugientem, sycophantarum ac mercaturę ignorantem,diuitias nescientem, proprium tectum non habentẽ, sed sub eo quod mundo commune est agentem, noctu ad cœlum suspicientem, & per astra conditoris admirabilem potentiam considerantem.Ne pudeat nos veritatis. Ne fabulatores illos extraneos imitemur, ne veritatem verborum ornatu obuelemus. Nuda est veritas, absque patrocinio ipsa seipsam declarans. Humilitatem illius multo sermone, imò magis encomio celebrabis.Pastor ac pauper.Hæc sunt homini christiano ornamenta. Si doctrinæ pietatis duces inquisieris,piscatores inuenies ac publicanos.Si discipulos† coriarios pauperes.Nusquam splendor.Hęc omnia cum ipso mundo abolentur.Vide igitur,cuius hominis diem festum agamus, cuius gratia alacres omnes simus, propter quem immutata sit ratio vitæ nostræ. Quoniam videlicet pastoris admoniti sumus. Ne contemnas virum, vbi pastorem

† Vel sutores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

τὸ μισήσας τῶν σωνόμων τὸ ἐπίθελον, quod etiam de eo potest intelligi quod rixas fratrum Hebræorũ ferre non potuit.

G storem audis. Qui deo primus placuit, Abel, pastor fuit. Quis illum imitatus est? Moses magnus ille legislator, qui vt periculum declinaret quod à Pharaone imminebat aufugit, † qui pastorum detestatus fuit insidias, ille inquam pecudes pauit in mõte Choreb, & per pasturã ad colloquium dei peruenit. Angelum in rubo non iudicio disceptans sed pastorem agens, cœlesti colloquio dignatus vidit. Quis Mosen subsequutus est? Iacob patriarcha qui pecudes pascendo pro veritate patientiam ostendit & in modica imagine vniuersam vitam suam quasi quodam charactere obsignauit. Cui conuersationis huiusmodi zelum post se reliquit? Dauidi. Dauid à pecudum pastura peruenit ad regnum. Sorores quædam sunt pastura & regni administratio. Nisi quod illa irrationalium, ista vero rationalium animantium curã habet. Ita scilicet ad maiorem illa scientiam transitum habet. Quapropter dominus vtramq; H complexus & pastor est & rex, irrationales pascens, maiori ratione præditos sub regni gubernationem includens. Vis discere quãtæ dignitatis sit pastor? Dominus, inquit, pascit me. Quomodo vero regiæ gubernationis soror est pastura? Quis est iste, inquit, Rex gloriæ? Qui illic pastor, hic rex dicitur. Nec putes illum ab aliis quidem pastorem vocari, ipsum vero id appellationis pudoris gratia non agnoscere, quin ipse degeneres pastores compescens, in seipsum veræ pasturæ testimonium transfert. Ego, inquiens, sum pastor ille bonus. Arcet degeneres, & veritatem sibi ipsi vendicat. Ego sum pastor ille bonus. Disce quis sit pastor, & quis sit bonus ille. Ipse hoc interpretatur. Verus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius vero, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, illi nihil est curę quan- I do lupum venientem videt. Hic quærit ecclesia, si dominus pastor est, quis sit mercenarius pastor. Num diabolus? Et si diabolus mercenarius pastor est, quis sit lupus. At lupus diabolus est bestia immitis, rapax, insidiosa, communis omnium hostis. Habeat propriam appellationem mercenarius pastor. Tunc quidem mercenarios pastores dominus eos vocauit qui tunc degenerauerant. Sunt vero & nunc qui non vt prosint ouibus pastores agunt, quibus proprie mercenariorum appellatio conuenit. Tunc principes sacerdotum notabantur, & pharisæi, & omnis illa Iudaica secta. Illos dixit mercenarios esse pastores, qui nõ veritatis sed quæstus sui gratia pascendi potestatem vsurparant, qui vano prætextu precationibus instabant, vt panem comederent viduarum & orphanorum. Mercenarij sunt, qui proprium K compendium curant. Qui præsentia sectantes ad futura non adspiciunt: mercenarij sunt nõ pastores. Et nunc mercenarij multi sunt, qui pro misera gloriola vitam suam impendunt ac produnt, qui iam quoque contra sana domini verba schisma suscitant. Cum enim & tum eadem dominus dixisset, schisma inter Iudæos oriebatur. Quidam dicebant, dæmonium habet, quidam vero, dæmon oculos cæcos vt videant illuminare non potest. Vides veterem hunc esse schismatis morbum? Mox enim ventilabrum adest. Paleas secernit à frumento, & quod leue est & instabile seiungit ab eo quod alendi vim habet. Quod autem spiritali conueniens est alimonię, agricolis deputatur. Quapropter schisma factum est, & alij isto, alij alio modo præstantes fuerũt. Iudæorũ est in partes scindi. Ecclesia vero dei, tunicam inconsutilem, desuper contextam adepta, quę à militibus ne scinderetur conseruata est, Christúmque L induta vestimentum illius ne scindat. Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Et hæc ad blasphemiæ suę structuram rapuit hęreticus. Ecce, inquit, dictum est, cognoscunt me meæ, & cognosco oues meas. Quid ergo vocat cognoscere? An essentiam suam intelligere? An magnitudinem emetiri? An ea contra diuinitatem sentire, quæ tu ore impudenti & temerario pronuntiasti? vel non ex præcedentibus mensuram cognitionis huius intelligis, quid in deo cognoscamus? Oues meæ, inquit, vocem meam audiunt. Ecce quomodo cognoscatur deus. Ex eo quod præcepta illius audimus, ex eo quòd illa audientes opere adimplemus. Hæc demum est cognitio dei, obseruantia videlicet præceptorum dei, non inanis M περιεργαζομένη illa curiositas, non essentię dei & supramundanorum inuestigatio, non rerum inuisibilium consideratio. Cognoscunt me meæ, & cognosco meas. Satis tibi sit scire, pastorem esse bonum, animam suam posuisse pro ouibus. Terminus hic sit diuinæ cognitionis. Quantus vero sit deus, & quæ illius mensura, & qualis essentia, talia sciscitanti sunt periculosa ei qui rogatur perplexa, & talium medicina est silentium. Oues meæ, vocem meam audiunt. Audiũt, inquit, non disputant. Hoc est, non sunt inobedientes, non contendunt. Audisti filium, at non ita generationis modos. Neque igitur vel à me petere, vel ipsi rationi subiicere, de quibus nulla potest haberi ratiocinatio, neque per schisma quod coniunctum est separare velis. Hac te ratione præoccupans euangelista communiuit ac cautum reddidit. Audisti mane, &

continuo

A continuò audis. In principio erat verbum, ne filium humanam esse progeniem putes, quæ ex non existẽte prouenerit. Verbum illum esse dixit, propter impassibilitatẽ: vitã, propterea quod tempori subiectus non est: principium, vt natum patri coniungeret. Vides morigerã ouiculam, quomodo audiat vocem domini? In principio, inquit, & erat, & verbum. Ne dicas, quomodo erat? Et, si erat, genitus non est. Et, si genitus est, non erat. Ouicula non est ista dicens. Pellis ouilla est, intus vero lupus latet. Qui hæc dicit, pro insidiatore habeatur. Oues meæ, vocem meam audiunt. Audisti filium? Intellige similitudinem quam habet ad patrẽ. Similitudinem dico propter imbecillitatem valentiorum corporum. Et alioqui veritas ita habet. Non enim vereor accedere veritati. Non sum ad sycophantiam commodus. Verbo δι ἀδύνατα τῶν δυνατότερων σωμάτων. B patris & filij identitatem seruo. Proprietatem in subsistentia filij, formam intellige paternã, vt exacte imaginis rationem custodias, vt competenter de deo sentias. Ego in patre, inquit, & pater in me est. Non confundit essentias, sed vel similitudinem identitatem exprimit. At enim dilecte res ista summe videtur contraria, vtpote quod vestra audiendi obedientia imbecillitatem nostram adegit in medium aliquid adferre ac dicere, vt potentia dei in organi imbecillitate potissimum illustraretur. Nam hac forsan ratione imbecillitas nostra superabũdauit, vt hoc amplius glorificetur qui quod infirmum est corroborat. Qui vero nostram hanc panegyrim reduxit, & finem fecit anni præteriti votis, ac initium dedit tempori iam imminenti (Hæc nanque dies præteriti nobis temporis circulum terminat, & rursus initium est iam aduenienti) qui & nos huc congregauit, & futuri energiam largitur, in illo nos custo- C diat indemnes, illæsos, & à lupi rapacitate securos, & ecclesiam hanc immotam, ac magnis martyrum turribus munitam conseruet, & omnes furentium hæreticorum insidias & incursus in tranquillitate ac silentio auertat, nobis vero donet vt diuina oracula discamus, & doceamus, subministrata à spiritu sancto gratia cui cum patre & filio sit gloria & imperium, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA BASILII MAGNI DE *Spiritu sancto.*

D

Hic sermo habetur in fine libri. 5. contra Eunomium ex antiqua trãslatione.

OGitet omnis anima de diuinioribus rebus quæstionem instituens, an tales habeat oculos, vt talia quærere, & quæ sensui videndi inuisibilia sunt, videre, & ad hunc modum quærens apud eum quem quærit, iuxta quod scriptum est, habitare possit. Scriptum est enim: Si quæris, quære, & apud me habita. Habitat autem tum apud illum, si cum fide quærat. Nam etiam si non mox inueniat, à fide tamen eius quem quærit, non discedit, sed cum beato Dauide dicit: Admirabilis ex me facta est scientia tua, corrobo rata est, nec potero ad ipsam. Et cum patre lunatici pueri: Credo domine, succurre incredu- E litati meæ. Hunc itaque scopum habentes, cum fide de natura sancti spiritus quæramus, ab ipso eius quod quęrimus cognitionem petentes. Ipse nãque est quod quæritur, ipse suiipsius cognitionem largitur, & vt de ipso per diuinas scripturas didicimus, ipse est qui sanctos sanctificauit, & qui diuinam vitam deum per ipsum petentibus exhibet. Necesse autem est, vt excellat eos qui ista accipiunt, qui sanctificantur ipso præsente, & corrumpuntur ipso deserente, cum ipse sit perpetuus, ac fons quidam vitæ sempiternæ. Quis autem sit sufficientię hu ius ac facultatis modus, quo spiritus & omnibus & singulis præsto est. Consideret mens digna habita tali consideratione, libera ab omni errore, hæresi, & reliquis incantantium ac illicientium muliercularum voluptatibus. Accedat autem ad istam considerationem in qui- F ete ac tranquillitate constituta. In tranquillo verò sit non solum corpus, quo circundata est, & corporis solita perturbatio, sed & tota illa circumferentia, cœlum, terra, mare, & quicquid in illis ratione præditum est. Deinde cogitet omnia spiritu dei referta esse, illum in omnia vndique plenum, quasi illabi & infundi, vndique subuenire & illucescere. Spiritus enim domini repleuit orbem, & quod continet omnia, scientiam habet dei. Illucescit autem omnibus dignis, quemadmodum solis radij nubes illuminant, & aspectu fulgido splendescere faciunt: ita & spiritus sanctus corpus hominis ingressus vitam dedit, immortalitatem dedit, sanctimoniam dedit, & quod iacebat erexit. Quod verò à spiritu sancto perpetuò mouetur, animans sanctum factum est. Habet autem homo per inhabitatorem spiritum dignitatem propheticam, apostolicam, & angelicam, cum antea fuerit terra ac cinis. Erit verò nobis manifestior

Universidad de Deusto
Biblioteca

nifestior,& magis cõspicua virtus & natura spiritus,quanta illa sit, si cogitemus quomodo G
complectatur & ducat pro sua voluntate sanctos,vniuersamque rationalem naturam. Seip
sum nanque vniuersæ cum cœlestium virtutum,tum iustorum multitudini dedit, & totam
illam iustorum,siue magnorum,siue paruulorum,angelorumq; & archangelorum hypostа
sim sanctificauit. Et licet vbiq; terrarum diuersoq; modo aliis atq; aliis locis collocata sint
corpora,ac reliquæ virtutes quoque discriminis aliquid inter se habeant, sintq; à seinuicem
diuisę,non tamen ita habet spiritus,nec per partes minutatim in singulos diuisus diuinitus
illos viuere facit,sed omnia tota illius virtute viuunt.Et adest vbiq; similis deo, à quo mit-
titur,cum existendo,tum vbique & in omnibus similiter existendo. Cũ Mariæ Gabriel, aut
alius alicubi angelus cuipiam sanctorum destinatum adferret euangelium,& quisque pro- H
phetarum vaticinaretur,& Paulus Romæ,Iacobus Ierosolymis,Marcus Alexandriæ,in aliis
alij ciuitatibus euangelium prædicarent,ita spiritu sancto pleni erant, vt nulla locorum in-
terualla prohiberẽt,quo minus eadem in singulis operaretur gratia. Et huius gratia deus est
quisque sanctorum.Dictum enim illis à deo est: Ego dixi dij estis,& filij excelsi omnes.Et:
Deus deorum (vtique sanctorum) loquutus est.Et: Videbitur deus deorũ(videlicet sancto-
rum)in Sion. Necesse est autem diuinum esse spiritum,& ex deo esse,qui diis diuinitatis est
causa.Quemadmodum enim ardens esse,quod rebus ardentibus ardoris est causa:& sanctũ
esse oportet,quod sanctos facit: ita deus sit necesse est, qui diis,vt dij sint, causam admini-
strat. Cum itaque spiritus sancti possessio tam sit bona atque diuina,vbi iam illi fidem de-
disti,securè & cum fiducia Christum illius suppeditatorem quæres.Nam nemo Iesum domi I
num dicere potest,nisi in spiritu sancto.Vitam autem, quam in alicuius hypostasim effun-
dit spiritus,hanc in illo non circumscribit,sed quemadmodum in igne caliditas est,partim
quam in se habet, partim quam adfert aquæ aut alij eiusmodi materiæ: ita & spiritus,& in
seipso habet vitam,& qui participes illius sunt,diuino quodam modo viuunt,vitam adepti
diuinam ac cœlestem. Omnia nanque immortalia in seipso complectitur, omnem men-
tem,omnẽ angelum,omnem animam,& neque mutationem quærit,cum bene habeat,ne-
que mutuationem, cum omnia habeat apud seipsum, imò nec auxesim, cum sit perfectissi-
mus.Quapropter & omnia in illo perfecta sunt,dilectio,gaudium,pax,tolerantia, bonitas, K
prudentia,sapientia,consilium,securitas,pietas,scientia,sanctimonia,redemptio,fides, ope-
rationesvirtutum,dona sanationum,& quæcunque alia istis similia.Nihil habet in se quod
sit aliunde ascitum,sed omnia perennia habet tanquam spiritus dei,& ex deo prodiens,deũ
sui causam fontis instar habens & ex illo promanans.Fons est autem & ipse, bonorum sci-
licet,de quibus iam diximus.Verùm spiritus ex deo promanans eiusdem cum illo est subsi-
stentiæ:quæ verò ex spiritu profluunt,ipsius sunt operationes. Hunc spiritum sanctum deus
opulentè in nos per Iesum Christum effudit.Effudit,inquam,non creauit,dedit,non condi
dit.Contentioſè idem repeto tui gratia, quem oportet vndique firmum ac munitum esse,
vt scias quid ab isto spiritu doctus, vbi quæstionem mouentibus respondendum est, dicat. L
Doctus à deo vocatur à propheta dicente: Et erunt omnes docti à deo. Multum itaque de
hoc numine inest animæ rationali, nisi propria ignauia deficere ab illo velit. Si verò illi se
coniunxerit,& quasi in vnum coierit,audiet illud Apostoli: Qui domino adhæret, vnus cũ
illo spiritus est,cui sit gloria, Amen.

CONTRA SABELLIANOS ET ARIVM *& Anomœos Basilius Magnus.*

M

PVgnat Iudaismus cum Gentilismo, & vtrique cum Christianismo. Quemadmo-
dum Aegyptij & Assyrij,& inter se hostiliter dissidebant, & vtrique Israëli infensi
erant.Vt in malitia deprendimus, & audaciam pariter ac timiditatem inter se pu-
gnare,& nihilominus ambas à recta animi fortitudine dissidere. Talis quædam pu
gna etiam contra rectæ fidei cõfessionem ex vtroque latere inter se dissidẽtium hostium ex-
citata est,illinc Sabellio, hinc iis qui Anomœũ prædicant irruentibus. Nos vero,quẽadmo-
dum Gentilismum euasimus ac prauam illius idololatriam declinauimus,multorũq; deorũ
cultum impium esse cognouimus:ita & Iudæorum blasphemiam filium dei negantium eua
simus,minas illas veriti,quibus dictũ est à domino. Qui me negauerit corã hominibus, ne-
gabo

καὶ τὸ πολύθεον ἀυτῶν ἄθεον εἶναι κατέγνωμεν

A gabo ipsum & ego coram patre meo,qui in cœlis est.Fugiamus itaque, vt par est, & eos qui
& Gentilismo & Iudaismo cognata dogmata contra doctrinam veritatis adinuenerunt.
Postquàm enim callidissimus ad nocendum diabolus Christianorum à Gentibus ac Iudæis
abalienationem, & quod ad illorum appellationem mox hostile quiddam spiramus, ani-
maduertit,nostro vtrisque imposito nomine, Iudaicam iterum negationem, ac Gentilem
multorum deorum cultum introducere conatur. Illi nanque cum vnigenitum opus ac fa-
cturam dei esse dicunt, & illum nihilominus adorant, diuinóque honore afficiunt, aperte
Gentilismum creaturæ seruientes & non deo introducunt.Isti vero deum ex deo negantes,
& nomine quidem filium confitentes, re ipsa vero ac veritate substantiam illius reproban-
B tes,Iudaismum denuo renouant.Nam quando verbum illum esse confitentur, interno ver-
bo comparant, & cum sapientiam illum esse dicunt, similem faciunt habitui qui in anima
eruditorum consistit.Quapropter & vnam constituunt patris & filij personam, quod & ho
mo vnus dicatur,non diuisus,propter verbum quod habet & sapientiam.Atqui Euangeli-
sta mox in Euangelij sui exordio clamat, dicens. Et deus erat verbum, qua sanè sententia
propriam filio substantiam tribuit. Si nanque in corde erat verbum, quomodo deus erat?
quomodo erat apud deum?Neque enim verbum quod in homine est,homo,neque apud ho
minem esse dicitur,sed in homine.Etenim nec viuidum est,nec subsistens. Dei vero verbũ,
vita est & veritas.Et nostrum verbum,simul atque dictum est,amplius non est, de dei vero
C verbo quid dicit psalmus? In æternum domine verbum tuum permanet in cœlo.Et hinc
quidem hoc bellum mouetur, ex alia vero parte, quæ est, & qualis est contra veritatem lu-
cta?Illi substantiam quidem filij concedunt,& propriam filio personam & patri quoq; pro-
priam statuunt,inæqualitatem vero naturæ introducunt, & nomen filij, si vocem spectes,
concedentes,reipsa ad creaturam vsque illud deducunt, nihil veriti vocem domini, qui se
ipsum patrem videre gestienti discipulo ostendit dicens. Qui me vidit,patrem vidit. Hæc
autem vox,si rectè reputetur,vtrorumq; blasphemias obturat.Neque enim patrem seipsum
esse dicit,qui personas conspicue diuidit,cum dicit,qui vidit me.Nam hinc propriam suam
D personam demonstrat.Cum vero subiungit,vidit & patrem meum,ad patris personam res
picit,& manifeste illam à sua diuidit.Quod & in eò facit,vbi dicit. Si cognouissetis me, &
patrem meum vtique cognouissetis. Non enim ista personarum confusionem significant,
sed indifferentem per omnia diuinitatem commendant. Audiant autem hunc ipsum ser-
monem aduersarij quoque,quod paterna gloria priuatus non sit,qui,vt filius paternæ digni
tatis consors est.Alienum enim genitor non genuit,sed talem,qualis ipse est.Audiat Ano-
mœus.Ego & pater vnum sumus.Audi & tu Sabelli.Ego exiui à patre,& ad ipsum vado.Vter-
que vulneri suo ex euangelij doctrina remedium sumat. Et tu quidem vnitatem ad te-
nendam naturæ indifferentiam hinc collige, tu vero ex eo quod dicit, exiui à patre, & ad
ipsum vado,differentiam personarum disce.Coëamus igitur in istis,& pacem amplexi pro-
E lixum illud contra pietatem bellum,abiectis impietatis armis ad nocendum acutis, & lan-
ceis in aratra,gladiis vero in falces commutatis,soluamus.Neque tu tantum dicas,sed con-
sequere eum qui dixit.Non sum solus sed pater qui misit me,mecum est.Alius itaque est pa
ter qui misit, & alius filius qui missus est. Et iterum. Ego, inquit, testimonium de me ipso
perhibeo,& testimonium perhibet de me qui misit me pater. Et in lege vestra, inquit, scri-
ptum est,quod duorum hominum testimonium verum sit.Numera,si placet,personas.Ego
inquit,vnus sum,qui testificor.Et testificatur de me qui misit me.Ecce duos testes. Ego non
ausim ita numerare.Verum dominus ipse ita docuit dicens.In legevestra scriptum est,quod
duorum hominum testimonium verum sit. Tu vero,qui alio impietatis genere deo repu-
gnans,filium deo natura non esse similem dicis, qui æqualitatem negas, ac vitæ separatio-
F nem inducis,Paulum reuerere dicentem.Qui est imago dei inuisibilis, ac imagini viuenti
hoc tribue,quod vitæ,vt archetypo suo, per omnia similis sit. Confitere patrem filium ge-
nuisse,non vt creaturam condidisse.Et in vera patris confessione parem honorem filio cum
patre adscribe,memor Euangelici testimonij,quod deum patrem suum esse dixit, æqualem
seipsum deo faciens. Aequalem autem esse patri:de natura, non de corporali quadam ad-
mensuratione intelligendum est.Quomodo vero rapinam non est arbitratus æqualem esse
se deo,si nunquam deo,vt tu blasphemas,æqualis fuit?Quomodo in forma dei fuit, qui se-
cundum tuam opinionem nunquam deo similis fuit? Talis quidem vtrinque pugna nobis
est,veritas vero quæ? Neque tibi horror sit confiteri personas, sed dic patrem,dic & filium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non vni rei duo nomina tribuens,sed ex vtraque appellatione cuiusque proprium intellectum edoctus.Grandis enim improbitas est,non admittere doctrinas domini, tam conspicue personarum nobis alterationem secernentis.Nam si abiero,inquit,rogabo patrem,& aliam vobis paracletum mittet. Filius itaque est rogans, pater qui rogatur, paracletus vero qui mittitur.An non igitur manifeste impudens es,qui cum audias,ego,de filio,ille,de patre,alium,de spiritu sancto,omnia misces,omnia confundis, & vni rei omnes hasce appellationes imponis?Attamen rursus neque tu personarum diuisionem rapinæ loco ad impietatem tuam stabiliendam abripito. Licet enim numero duo sint pater ac filius, natura tamen diuisi non sunt,neque qui duas personas dicit,statim alienationem inducit.Vnus deus est,& pater,vnus deus & filius,non dij duo.Nam patri filius similis est. Non enim aliam in patre diuinitatem intueor,& aliam in filio, neque aliam illius & aliam huius naturam pono. Vt igitur perspicua tibi sit personarum proprietas ac differentia, numera seorsum patrem,seorsum quoque filium.Ne vero in errorem plurium deorum deficias,vnam in vtroque essentiam confitere.Hoc pacto & Sabellius cadet,& Anomœus cõteretur.Quando vero vnam essentiam dico,ne duas personas ex vna tanquam in duas partes diuisa cogitare velis,sed ex principio patris filium subsistentem, non patrem & filium ex vna essentia, quasi præcedente, descendentes. Non enim fratres dicimus, sed patrem ac filium confitemur. Quod autem ad essentiam attinet,pares sunt. Ex patre nanque filius, non mandato factus, sed ex illius natura genitus est,nõ separatus à patre,sed ex patre sempiternè perfecto,perfectus resplendens.Nolo autem mihi quotquot vel non perfectè dictis nostris attenditis, vel calumniandi gratia nos circundatis,non aliquid à nobis vtilitatis quærentes.Sed verbis nostris insidiantes,circumquaque cursitando dicatis, duos deos prædicat, cultum multorum deorum annuntiat.Non sunt duo dij,neque enim sunt duo patres.Qui duo principia inducit,ille duos quoque deos prædicat.Talis autem est Marcion,& si alius quisquam illi impietate similis est.Rursus & ille duos esse deos dicit qui alterius essentię genitum esse dicit à genitore,propter essentiæ dissimilitudinem multorum deorum errorem introducens,dum cõtrarium genito faciens ingenitum,contrarias absque dubio & illorum essentias constituit. Siquidẽ,vt tradit,patris essentia est ἀγεννησία,essentia vero filij ἡ γέννησις. Itaque non iam duos tantum deos dicis,sed & inter se dissidentes,& quod omnium est pessimum,non ex voluntatis proposito,sed naturali constitutione dissidentes,quæ nunquam in pacem & concordiam redire queat.Verum doctrina veritatis,vtrinque contrarietates istas euasit.Vbi nanq; vnum principium,vnumque ex ipso principio,& vnum archetypon,ac illius vna imago traditur,ibi vnitatis doctrina non corrumpitur, propterea quod ex patre genitus, patrêmque in seipso naturaliter exprimens,vt imago quidem, per omnia illi respondet, vt progenies vero ὁμοούσιόν obtinet.Neque enim qui regiam in foro conspicatus imaginem Regem qui in tabula depictus est,dicit,duos ob id Reges confitetur,imaginem videlicet,& eum qui per imaginem repræsentatur,neque si demonstrato eo,qui in tabula pictus est, dixerit, hic Rex est,mox imaginis prototypon Regis appellatione priuauit.Imò magis per hoc quod imaginem Regis Regem appellat,Regi suum confirmat honorem. Si nanque imago Rex vocatur, multo magis par est Regem esse eum, cuius causa facta est imago. Sed hic quidem, lignum, cera, & pingendi artificium imaginem facit corruptibilis hominis corruptibilem, figuram videlicet eius,qui arte exprimitur.Illic vero,quando imaginem audis,splendorem gloriæ intellige.Quis vero est splendor ille,& quæ gloria?Ipse hoc statim Apostolus exposuit,dicens,& character subsistentiæ.Idem est ergo subsistentia quod gloria:character,quod splendor.Manente itaque gloria ista perfecta,ita vt nihil imminuatur, perfectus quoque ex ipsa procedit splendor.Ad hunc modum quæ de imagine dicuntur magnifice ac deo competenter sumpta,diuinitatis nobis vnitatem commendant.Est enim filius in patre, & pater in filio.Nam & filius talis est,qualis est pater,& pater talis,qualis est filius.Ita vniuntur duo si intellexeris filium à patre nihil differre,neque aliud illi genus, aut alienum characterem esse cogitaueris.Dico igitur iterum.Vnus & vnus,sed natura indiuisa est,& indeficiens perfectio.Vnus itaque deus,quoniam vtriusque vnum genus consideratur,quod in vtroque integrum ac totum ostenditur.At iterum vos molestè sermonem nostrum ferre video,& tantum non audire me puto,quod confessis immorando,vulgatas quæstiones non attingo.Totum enim nunc auditorium de spiritu sancto audire gestit.Ego vero maximè omnium simpliciter,vt illa accepi,& vt absque vlla curiosa vestigatione assensum illis præbui, ita & auditoribus

ὑπόστασις

ditoribus tradere vellem,vt non semper de eisdem mihi reddenda esset ratio,sed vt ex vna confessione persuasos haberem discipulos.Quoniã verò nos circundatis iudices magis quã discipuli,vt experimentum de nobis capiatis,nõ vt aliquid à nobis discatis,necessarium est, vt abiectionibus quidem velut in ius vocati respondeamus, iuxta verò vt eadem perpetuo inculcemus quæ accepimus.Hortamur autem vos,ne quouis modo quod vobis probetur,ex nobis audire quæratis,sed quod domino placeat,& consonum sit scripturis, nec à patribus dissideat.Quæ itaque de filio diximus,quod videlicet propriam illi personam esse confitendum sit,eadem & de spiritu sancto dicere possumus.Non enim idem est spiritus, qui pater, quod scriptum est,quoniam deus spiritus est. Neque iterum vna est filij ac spiritus persona, quoniam dictum est.Si quis spiritum Christi non habet,ille non est eius. Si vero Christus in vobis est &c.Nam hinc quidam erroris ansam sumpserunt,vt spiritum & Christum eundem esse dixerint.Sed quid dicimus?Quod ex isto sermone naturæ significetur proprietas, non personarum confusio.Est quidem pater, perfectam habens ac nullius indigam essentiam,radix & fons filij ac sancti spiritus existens,est vero & filius in plena diuinitate viuens verbum,& progenies patris nulla in re deficiens.Plenus est autem & spiritus,non pars alterius sed perfectus & totus in seipso considerandus. Coniunctus quidem indiuulsè patri est filius,coniunctus item filio est spiritus.Nihil enim est quod dirimat, nihil quod sempiternam illam coniunctionem abscindat.Nullum nanque inter illos seculum interlabitur, nec anima nostra separationem aliquam cogitare potest qua vel filius patri,vel spiritus sanctus non semper filio sit coniunctus. Quandocunque igitur sancta Triada coniungimus noli quasi tres vnius cuiusdam rei inseparabilis partes cogitare. (Impia nanque est hæc cogitatio) sed trium perfectorum & incorporalium inseparabilem cõiunctionem intellige. Nam vbi spiritus sancti præsentia est,ibi est & Christi,vbi vero Christus,ibi adest vtique & pater. Ignoratis,corpora vestra templum esse spiritus sancti? Et si quis templum dei prophanauerit,hunc perdet deus. Cum itaque per spiritum sanctificati sumus, Christum recipimus habitatorem nostri,in hominem internum,& cum Christo patrem,qui communem apud dignos instituit habitationem.Hanc autem coniunctionem declarat & baptismi traditio, & fidei confessio.Nam si alienus est à patre ac filio spiritus, quomodo illis connumeratus est? Et si sub temporum articulis postea patri & filio accessit, quomodo cum sempiterna coordinatus est natura?Qui vero filium à patre separant,& creaturæ spiritum connumerant, & baptismum inutilem reddunt,& fidei confessionem eneruant. Neque enim Trias separato spiritu trias manet,& si aliqua creaturæ portio patri ac filio adiungitur,vniuersa creatura simul ad eam societatem accedet.Quid nanque hoc pacto prohibebit quin dicatur. Credo in patrem & filium,& in vniuersam creaturam.Nam si pium est in aliquam creaturæ portionem credere, multo sanè honestius est totam creaturam ad fidei confessionem admittere. In totam vero creaturam credens, non in angelos tantum credis & spiritus administratorios,sed & si quæ sunt aduersariæ potestates,quandoquidem & ipsæ creaturæ pars sunt, in illas quoque fidei confessionem transferes.Ita & blasphemia in spiritum sanctum ad impias & nefandas opiniones abducet.Mox enim vbi de spiritu sancto quæ non decent dixeris,no tam quoquo habes & apertam significationem, quod spiritu dei destitutus sis. Nam vt qui oculos clausit,tenebras ipse sibi accersit, ita qui à spiritu sancto secedit, extra eum qui illuminat constitutus,animæ cæcitate offunditur.At ne spiritum sanctum à patre ac filio separes,absterreat te dominica traditio.Dominus ita docuit,Apostoli prædicarunt,patres obseruarunt,martyres confirmarunt.Satis tibi sit vt dicas quemadmodum edoctus es. Nec obiicias mihi arguta illa & captiosa,vel ingenitus est spiritus vel genitus. Quod si ingenitus est pater, si genitus, filius est:si vero nihil horum, ergo creatura est. Ego vero agnosco illum quidem cum patre, patrem vero esse non ita, & cum filio illum coniunctum accepi, filium vero appellatum non accepi.At coniunctionem quidem quæ cum patre est intelligo, ex eo, quod ex patre egreditur,quæ vero est ad filium,inde,quod audio. Qui spiritum Christi non habet,hic non est eius. Si enim Christo coniunctus non est, quomodo Christo coniungit? Audio illum & spiritum veritatis dici.Dominus vero veritas est. Quando vero audio spiritum adoptionis vocari,admoneor vnitatis quam iuxta naturam habet cum patre & filio. Quomodo nanque adoptaret quod alienum est? Quomodo appropriaret & coniungeret quod peregrinum est? Ad hunc itaque modum nec noua verba fingo, neque spiritus maiestatem reprobo.Eos vero qui creaturam illum vocare non verentur deploro ac defleo,quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

modico sophismate seipsos,& fucato paralogismo in barathrum abiiciũt. Quoniam enim, G
inquiunt,mens nostra hæc tria comprehendit,nec quicquam est in rebus existentibus quod
non in distinctionem hanc rerum existentium cadat,vt vel sit ingenitum,vel genitum,aut
creatum,& spiritus nec ad primum, nec ad alterum referri potest, necessarium ergo est, vt
τῦτο ὑμῶν πάσχει, τὴν ὀνείρατα ὑποδίκους ὑμᾶς κείσεσθαι. ad tertium referatur. Hoc vestrum, ergo, sempiternæ vos maledictioni obnoxios constituet.Omnia ne scrutatus es? Vniuersa ne cogitationibus tuis isti diuisioni subiecisti? Nihil
inexquisitum reliquisti? Cuncta mente tua complexus es? Omnia intellectu tuo comprehendisti?Nôsti quæ sub terra sunt? Nôsti quæ abdita sunt in profundo? Dæmoniaca iactantia est,quæ dicit,noui ego numerum arenæ,& mensuram maris. Si vero multa ignoras, &
quæ ignoras cognita innumeris modis superant, qua nam ratione non cum omnibus & H
eam ignorantiam de modo essentiæ spiritus sancti, quæ periculo caret, absque vllo pudore
fateris?Mihi verò non vacat,vt rationem tuarum vanitatum arguam & ostendam, quàm
multa sint in rebus existentibus,quæ intellectus tui rationes fugerint.Illud libenter sanè ro
garim eos qui vestræ partis sunt. Affirmo autem, quod olim te impiæ huius vafriciei, qua
spiritum sanctum creaturam esse dicis,pœnitebit.Non abhorres à peccato illo irremissibili?Aut quid putas vnquam ita impie blasphemari posse,quod istam blasphemiam adæquet?
πάντα ἐν ὄλῃ τὰ δεινότατα. Ex vna nanque hac voce, omnia vnum sunt peruersissimè. Alienatio à deo, quod ad ipsam
attinet naturam,seruitutis humilitas, munera obeundorum ministeriorum, priuatio sanI
ctimoniæ,dum illa non adest quæ ex natura est,& opus est spiritui,vt eius sit particeps, quæ
est ex dispensatione gratiæ,vt & reliqua habent,quotquot sanctificata sunt. Et quemadmodum datur nobis manifestatio spiritus ad vtilitatem, & vt vnicuique secundum fidei analogiam admensuratur,ita erit & spiritus sanctimoniæ particeps,si secundum pneumatomachorum opinionem creatura est. Imò ne committamus, vt illorum stultitia inculpata videatur,qui se omnia intellectu apprehendisse putant.Respondeant itaque nobis,quæ sit visibilis huius solis essentia,An vnum sit ex quatuor elementis, vel compositus sit ex illis. At
neque terra est,neque aqua,nec ignis,nec aër.Nam ista directe mouentur, Alia quidem sur
sum,alia verò deorsum ad ima.Terra & aqua ad inferiora deferuntur, propter grauitatem: K
aër & ignis ad superna mouentur propter leuitatem. Solis autem motus circularis est. Itaque nullum est ex quatuor elementis.Quin neque compositus est ex ipsis. Nam composita
ægre coniuncta continentur, propterea quod ex contrariis constituta sunt, quorum quodque renitenti motu aliis aduersatur. Solis vero motus indefessus est, adeóque & irremissus,
& ob id non compositus.Atqui in corporibus ita comparatum est, vt vel simplicia sint vel
composita. Solis verò corpus nec simplex est, neque enim directe mouetur: nec compositum,quandoquidem absque vlla molestia mouetur. Non est igitur, sol. Tales sunt argutæ
illæ vestræ distinctiones, apud eos qui oculis præditi sunt, ridiculæ. Rursus respondeant
quomodo videamus nos homines.An ita,vt formas rerum visibilium apprehendamus,vel L
vt virtutem quandam ex nobis foras emittamus. At neque visibilium rerum imagines apprehendimus, quomodo nanque exiguo illi pupillæ foramini hemisphęrium hoc cœli repræsentaretur, neque quicquam ex nobis emittimus, nam quo pacto quod emitteretur ex
nobis ad amplitudinem illam cœli complectendam sufficeret? Si vero neque rerum visibilium ipsi imagines apprehendimus, nec aliquam è nobis facultatem emittimus, ergo non
videmus. Quid igitur?Arguam ne vestros syllogismos, vel imprecabor vobis, vt veræ sint
vestræ conclusiones? Quid interest inter huiusmodi sermones, & vestram de spiritu ratiocinationem, quam apud miseras mulierculas, aut eunuchos mulierculis pares ac vicinos iactatis? Audi citra molestiam ac contumeliam. Si ex deo est spiritus, quomodo inter
creaturas illum collocas? Non enim illud mihi dices, quod omnia ex deo sunt. Quemad- M
modum enim Christus dei quidem dicitur, non tamen creatura est vt nos. (Nam Christi
nos sumus, Christus vero dei. At aliter nos Christi dicimur, nempe vt seruus domini, aliter Christus dei, vtpote filius patris, dicitur) ita & spiritus, non ideo quod omnia ex deo
sunt, & ipse, vt omnia reliqua, ex deo est. Non enim quoniam & administratorij spiritus
sunt,similis illis est & sanctus spiritus, propter spiritus appellationem, Nam vnus est vere
spiritus. Vt enim multi quidem sunt filij, vnus autem est verus filius, ita & omnia ex
deo esse dicuntur, proprie tamen & filius & spiritus sanctus ex deo sunt. Nam & filius à
patre egressus est, & spiritus quoque à patre progreditur. At filius quidem ex patre per
generationem, spiritus verò ex deo modo arcano & ineffabili. Quantum itaque pe-
riculi

A riculi est extenuare gloriam paracleti. Gloriam,quæ sibi impẽdatur non agnoscit filius dehonestato spiritu.Nam ille me,inquit,glorificabit. Non vt seruus cum creaturis. Etenim si
cum omnibus glorificasset,non esset dictum à domino, ille me glorificabit. Iam vero,quoniam glorificationem ad vnum spiritum refert, excellentem quandam quæ aliorum glorificationem superet gloriam commendat.Non enim vt illi qui dixerunt, Gloria in excelsis
deo,sed quemadmodum is qui dixit,pater,glorificaui te. Opus quod dedisti mihi consummaui. Et vt pater filium glorificat dicens. Et glorificaui te atque iterum glorificabo,ita &
spiritum filius in suam ac patris communionem assumit. Aut ostendat mihi quisquam ma
iorem ista gloriam, & omnia fatebor verè ac rectè ab aduersariis dici. Qui vos spernit,me
B spernit. Quare?Propter spiritum videlicet habitantem in ipsis.Itaque qui non cohonestat
spiritum,nec filium honore afficit. Qui vero filium honore non afficit,nec patrem cohonestat. Itaque ad hunc modum circa vnum aliquid eorum quæ credenda sunt perfidia,totius
diuinitatis abnegatio est.Si creatus est spiritus,diuinus non est.Atqui spiritus, inquit, diuinus qui me fecit.Et adimpleuit,inquit,deus Beseleel,spiritus diuinus,sapientia & prudẽtia.
Vbi igitur inuenis numen vicinum fieri,creatura ne hoc fit an diuinitate? Quod si creatura
dixeris,& patrem ipsum domini nostri Iesu Christi creaturam dices.Scriptum est enim de
illo.Sempiterna ipsius potentia ac diuinitas.Si vero diuinitate,relicta blasphemia, agnosce
patris authoritatem ac maiestatem.Ita ne omnis intelligentiæ expers es, vt neque ipsa voce
C adducaris,vti rectè ac competenter de spiritu sentias?

BASILIVS MAGNVS DE POENITENTIA.

ARrogantiam eorum qui pœnitentiam abrogare audent,non ferens obseruandissimus frater,alterum iam nobis mandatum hac ipsa superbia obseruata misit. Cordati viri est dextram fratribus ad pœnitentiam porrigere.Sermo autem hic homi
nibus vtilissimus est. Nemo enim hominum sine peccato est. Nam vni hoc testi-
D monij datur, quod peccatum non fecerit. Loquamur vero de pœnitẽtia cum ex veteri tum
ex nouo testamento.Etenim illa thesaurus sunt ecclesiæ,Pœnitentiam autem non ita commendabimus,vt fratris peccatum promoueamus.Nolumus enim eum qui deliquit, peccato,spe pœnitentiæ,immorari,sed magis iacentem erigere studebimus. Desperatio nanque,
quæ ab aduersariis introducitur, eum qui semel cecidit, in peccatis volutari ac perdurare,
pœnitentiæ vero expectatio iacẽtem surgere & amplius non delinquere hortatur.Qui vero
nos sumus,vt deo præscribamus?Vult deus remittere peccatum,quis prohibebit? Nos dici-
mus,non quid illi ausint,sed quid deus præcipiat, Num qui cadit,non resurgit? Contradi- Esaiæ.11.
cemus ne deo,qui cadit non resurgit? Non persuasit tibi nudo verbo? persuadebit cõspicuo
exemplo.Quid enim tam non potest elui,atque coccinum?Quid niuis aut lanæ mundæ al-
E bedinem adæquare apud nos potest?Et tamen qui ista condidit dicit, Quod si peccata ve-
stra fuerint sicut colores qui elui nequeunt, si lauemini,ad puritatem niuis mutabuntur.At
ista remissio non est post baptismum.Dixit enim,inquit,aduersarius, Lauemini, mundi e-
stote.Hoc ipsum est quod si ex nobis scisciti essetis, libenter ex scripturis ostendissemus,
nempe,quod peccatorum remissio & post baptismum speranda sit. Non enim contradicendum est electis aduersum ea quæ leuia sunt,sed aduersus ea quæ in cõtrario sermone firmius
obsistere ac reniti videntur. Donec enim repugnantia animis exempta non fuerint, curari
non poterit,qui laborat.Verum quoniam quæ acerba sunt ac salsa locum non habent vt dul
F cescant,& nos ex veteri testamento iam loquimur, dicamus quid illi aduersum ea quæ ex
veteri testamento dicuntur proferant.Dicunt enim quòd si ante seruatoris passionem, priusquam sacer ille sanguis pro nobis effunderetur, ex veteri testamento de pœnitentia nobis
aliquid legeritis,dicimus in veteri testamẽto quidem remissum esse peccatum,in nouo vero non esse remissionem,propter passionem.Nos vero si ex nouo testamento ostenderimus,
quod & post baptisma & acceptum spiritum qui peccauit à peccato per pœnitentiæ charisma reuocatur,manifestum erit & post baptisma pœnitentiæ locum esse iis qui deliquerunt.
Et quæ in veteri tamen testamento habentur, fidem habent & autoritatem pro statuẽda pœnitentia.Vt attendentibus dico. Vnde & grauiora attingã,vt concepta spe postquàm semel
lapsi sumus in peccato non perseueremus.Non es persuasus per exemplum, vel iuramento

Universidad de Deusto
Biblioteca

affirmanti deo crede. Dicit enim deus. Viuo ego dicit dominus. Hoc iusiurandum deo com G
petit. Quoniam enim maiorem se non habet, iurat autem propter incredulitatem eorum
qui pœnitentiam tollunt, viuo ego dicit dominus, & nemo absterretur, quoniam nolo mor
tem peccatoris sed vt conuertatur & viuat. Qui viuit, viuere vult peccatorem. Est ne deus
etiam cum iurat indignus cui credatur? An neque verbo, neque exemplo, neque iuramento
fidem habes? Vel operibus crede. Non est subuersa Niniue. Pœnitentiam enim egit. Molestè
†Vel siluestris cucurbita. Achab. ferebat propheta, quod non subuertebatur, & huius gratia exurgebat† colocyntis. Respõdet
autem tibi dominus, vt memor sis ipsum esse bonum. Vereor autem ne audias ab ipso. An
oculus tuus nequam est, quod ego bonus sum? Quis magis impius quàm Achab descriptus
est (vt scripturam legentibus loquor) Præter reliquas rapinas, & vineam, occiso illius domi- H
no rapuit. Descendebat ad possidendum illam, descendebat, cum gaudio occurrit illi qui tri
stem redderet, qui argueret, Propheta, non vt hostis, sed parcens. Pronuntiauit non suam ip
sius sed domini sententiam. Lata sententia saccum induit Achab maiestatem exuit. Scriptũ
enim est, quod ipse propheta qui ad ferendam condemnationis sententiam missus fuerat,
audierit à deo, quoniam precatus est Achab, minas veritus, quæ illi minatus sum in diebus
Dauid. ipsius non euenient. Adigor ad boni pharmaci desiderium. Dauid, sanctus ille, & post pec-
catum quoque sanctus, ex decem præceptis tria, in vna causa transgressus est. Quoniam vo-
bis loquimur, dicamus hac de re clarius. Commissum est & homicidium, & adulterium, &
alienæ vxoris concupiscentia quoque. Peccaui homo iustus, & iudicem ipsum proprij deli- I
cti constituit deus. Et quoniam trabem in oculo nostro non videmus, videmus autem festu
cam in alieno, proposuit illi causam ipsius tanquam alienam, dicens. Erant duo viri in ciui-
tate vna, ille diues, hic pauper. Diues habebat multas oues, pauper vero agnam vnam quę in
sinu ipsius quiescebat (hoc autem est vxoris mysterium) & cum ipso comedebat, & ex pocu-
lo ipsius bibebat. Diuiti venit hospes quidam peregrinus (rectè peregrinus dicitur hic hos-
pes, non enim talibus assueuerat Dauid) Hospes, inquam, peregrinus quidam ad diuitem ve
nit. Nolens ille hospiti de suis aliquid mactare, vnam illam pauperis agniculam abreptam
mactauit (Quantumuis sanè cadat vir robustus, mox tamen resurgit) Molestè factum hoc
tulit Dauid (erat enim ipse Dauid, qui ceciderat) Viuit dominus, inquit, morte dignº est qui K
hoc fecit. Sentẽtiam ipse aduersus seipsum tulit. Hanc vbi tulerat, propheta declarauit quis
hic homo esset. Statim Dauid ad pharmacum properauit, videbat vulnus, confugit ad me-
dicum. Peccaui, inquit. Et mox adhibita est medicina. Et dominus, inquit, transtulit pecca-
tum tuum. Vtrum enim vis sanctis imputare, vnum ne peccatum, an multam iustitiam? Pec
catum fecit? At multas quoque iustitias fecit. Quid iustum est apud iustũ deum? An vt pau-
corum memor sit, aut vt multorum obliuiscatur? Sit æquilibrium. Et qua mensura mensi fu
erimus eadem mensurabitur & nobis. Si peccata plura fuerint, censeatur peccator. Si vero
plures iustitiæ, æstimetur iustus. Vnus & vnus. Nostra enim omnia ex eo quod superat æsti-
mantur. Et est quod albo sit magis album, & dulci, si compares, aliquid aliud dulcius est. Ita L
& iusti sumus, tanquam homines. Iustitiæ ratio non est eadem quę peccati. Vnde filius dei
Moses & Abraham nõ omnino iusti fuerunt. iustitia dicitur. Nos vero ex iustitiæ participatione iusti sumus. Et Moses lingua loquutus
est aliquid, quod tamen historia non est comprehensum. Et Abraham fidelis fuisse inueni-
tur, & tamen inuenire est vbi hæsitauerit. Non accuso iustos, sed deum glorifico. Non illi-
cio quenquam vt peccemus. Enoch deo placuit, vt scriptura dicit, posteaquam genuisset fi-
lium. Si tum placuit, potest deo placere etiam qui talis nõ est vt merito placeat. Sed venia-
Manasses. mus ad nouum testamẽtum, licet è veteri adhuc plura adferre possimus. Nam & Manasses,
qui in templo dei quadriformia collocauit idola, vt necesse esset cuiuis vndelibet templum
ingresso, ante idola procumbere, vbi pœnitentiam egit è captiuitate reuocatus est. At, vt di- M
xi, veniamus ad nouum. Ex illo nanque, vnde potissimum excludere volunt pœnitentiam,
pœnitentia potissimum prædicatur. Rogemus Seruatorem. Quare ad nos veniſti? Respon-
debit. Non veni seruare iustos, sed peccatores vocaturus ad pœnitentiam. Sciscitemur ab ip
so, quid portas in humeris? Ouem, inquit, perditam. Cuius gratia gaudent qui in cœlis sunt?
vnius peccatoris, inquit, pœnitentis gratia Angeli lætantur, & tu pœnitenti hanc inuides læ
titiam? Deus illum cum gaudio complectitur, & tu hoc prohibes? Cupidius ad bonum deũ
confugiamus. Duo, inquit, erant, ambo filij (non potes dicere, quod ista pœnitentia fuerit re-
Filius prodigus. cedentis à gentilissimo, sed ambo erant filij, ex æquo consortes) Iunior quæ habebat assump-
sit, & cum iustus esset consumptis omnibus, excidit. Cœpit pœnitere, properauit ad patrem,
& quomodo

A & quomodo illi sese applicaret studiosè cogitauit. Quid dixit ad patrem? Peccaui contra te,
& coram cœlo. Hæc apud se consultauit, non ignarus bonitatis paternæ. Venit ad patrem
causam dicturus, accessit illum pudore suffusus. Tantum modo voles, & ipse deus vltrò oc-
μόνον θέλησον, καὶ ὁ θεὸς προαπαντᾷ.
curret. Cœperat dicere, & mox pater illum complectitur. Considera quæ sint patris viscera,
& spem veniæ haudquaquam abscindes. Suscepit illum ac dixit. Mactate vitulum, & stolam
proferte, eámque primam, & annulum date in digitum eius. Hæc omnia peruerse quidem
exponuntur, attamen breuiter declarant, quàm bona sit voluntas & animi propensio patris,
filium pœnitentem complexi, nõ quatenus animo sentit, sed quatenus loquitur. Si vero mo
lestè fers quod post pastum porcorum, & consumptis iam omnibus à patre suscipitur, & mo
B lestè tulit hoc & frater, verum patri non est probatus, sed pudore affectus. Et ficus illa post
trium annorum culturam infrugifera, non exciditur, spe futuri fructus. Dominus condo-
nat admissa, & tu contradicis? Num quisquam est qui sibi ipsi res proprias abripiat? Si vero
deus condonat, quis est qui contradicat? Ita instituti sumus, vt precemur remitte nobis de-
bita nostra, quoniam remisimus & nos. Tu remittis, & deus non remittit. Te fecit esse me- διότι ἀφήκαμεν καὶ ἡμεῖς.
dicum tui ipsius. Qua mensura mensus fueris, remensurabitur & tibi. Tu bonus es ac beni-
gnus, cum sis malus, & qui bonus est non magis hoc erit? Cum peccatoribus conuersatur Ie
sus, cum morbidis medicus. Indigne hoc ferunt Pharisæi, patres eorum qui nunc quoq; in-
digne ferunt. Non auersatur illos misericors dominus. Domum pharisæi vocatus ingredi- Luc. 7.
C tur. Accedit ad eum mulier peccatrix, non vocata. Vidit peccatum, accessit ad iustitiam, vi-
dit morbum suum, abiit ad medicum. Accessit non in faciem. Neq; enim tantum habebat
confidentiæ. Non apprehendit illius manum, quoniam tantum præsumere non audebat, sed
ad pedes accessit, quos & lachrymis lauit. Capillos ad tergendum exeruit, hac tantum vice
probe. Quas sæpenumero male conspicuas reddiderat, tunc demum bene nudauit. Exem-
plar tibi proposuit, vt ad pedes Iesu fugias. Rediit ad patrem, & tamen dixit, Ego vobiscum
sum. Quandocunque voles fuge ad illum, cum fiducia irriga pedes illius. Prope est. Et venit
præsens, & abiuit præsens. Ista sunt ex nouo testaméto, cognata illis quæ sunt ex veteri. Quid
prædicauit Ioannes? Baptismum pœnitẽtię. Et docuit in parabolis, non semel atque iterum,
D vt sępius edoctus veritatẽ cognoscas. Petrus tertiò abnegauit, & collocatus est in fundamen
to. Paulus ex persequutore prędicator est factus. Sed hic est quæstio. Quid vero ipse dicit: Ie-
sus Christus venit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Propriũ
vitium patefacit, vt gratiæ amplitudinem ostendat. At petrus dixerat iam antea, & beatus
pronuntiatus fuerat, dixerat, Tu es filius dei excelsi, & vicissim audierat, se esse petram, ita
laudatus à domino: Licet enim petra esset, non tamen petra erat vt Christus. Vt Petrus pe-
tra erat. Nam Christus verè est immobilis petra, Petrus vero propter petram. Axiomata
nanque sua Iesus largitur aliis. Largitur autem ea non euacuatus, sed nihilominus habens.
Lux est. Vos estis lux mundi, inquit. Sacerdos est, & facit sacerdotes. Ouis est, & dicit. Ecce
E ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Petra est, & petram fecit. Quæ sua sunt largi-
tur seruis suis. Argumentum hoc est opulẽti, habere videlicet, & aliis dare. Verum qui apud
nos diuites sunt, vbi sua largiuntur aliis, quæ habent imminuunt. Diuites enim non sumus.
Nam aliena possidemus. Christus vero ita diues est, vt quantum aliis elargitur, tantũ nihilo
secius ipse diues permanet. Est enim instar fontis perpetuò fluentis. Quantumcunque hau-
seris, non tamen riuus illius minuitur. Imò ne fontis quidem instar habet. Nullũ enim apud
nos naturæ illius par potest produci exemplum. At quoniam non habemus quod digne illi
respondeat, vtamur imparibus & imperfectis, vt quocunque modo quæ perfecte cognosci
nequeunt, cognoscamus. Tertio dominum Petrus negauit, non hoc fine vt Petrus caderet,
sed vt tu quoq; consolationem haberes. Lachrymatus est, flexerũt lachrymæ eum qui nostri Petrus.
F misertus est. Bonum nanque erat animi propositum, vbique solus profitetur. Spiritus quidẽ
prõptus erat, caro autem infirma. Qui nos finxit figmentum nostrum nouit, & infirmitates
nostras portat, delicta cõdonãs. Recordare, inquit, domine, quod puluis sumus. Quid enim
est nostra iustitia? Vere magnus erat Abraham. Ita scilicet magnus erat, quoniam terra est
& cinis. Qui enim nouit quid intersit inter deum & hominem, ille agnoscit seipsum. Audi
& alia felicitatis genera. Beati sunt, inquit, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta
sunt peccata. Deus beatos reddit, & tu prohibes? Vtrũ ne scripturæ vt nos volumus loquun-
tur, an vt scriptæ sunt nobis illis est obtemperandum? Idq; cum sit contra nos ipsos conten-
tio ista nõ bona, quæ veniæ spem abscindit. Verum quoniam nos peccatorum remissionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Vel ad hoc, vt malitiosè traducatur.

etiam post baptisma pronuntiamus(hoc enim accommodissimum videtur† ad promouendum malitiæ studiũ)scribit Apostolus in priore ad Corinthios. Quoniam omnino auditur inter vos scortatio,& talis scortatio qualis nec inter gentes nominatur. Audistis magnitudinem mali, audite & seueritatem sententiæ, congregatis vobis, inquit, ac meo spiritu, in virtute Christi,tradite eum qui huiusmodi est,Satanæ, ad interitum carnis, vt spiritus seruetur.Castigat illum,non enim vt inimicus abiicit.In priore quidem satanæ tradidit,in posteriore vero nihil priori contrarium scribit,confirmate,inquiens,in ipsum charitatem, ne tribulationis abundantia pereat qui eiusmodi est. Soluit Apostolus insolubilia quoque. In priore iusserat talem tradere satanæ,in posteriore vero de eo scribens,& admissa condonãs, ne circumueniamur,inquit,à satana.Et nos enim circumuenit, sicubi aliquem ex nobis abripuerit.Ouis si ingrediatur è grege,pabulum fit luporum. Reduc eam,vt insidias effugiat. Boni pastores,vbi fuerit ouis abrepta, vellus saltem eruere conantur. Si vellus interemptæ ouiculæ eripere ac seruare bonum est,anima hominis digna non est, quæ è faucibus lupi eripiatur? Et in bello victor quoque vulneratur, nec ob id non coronatur,quod vulneratus est. Sed vulneratus est plurimum dum operi bellico incumberet. Vnũ ne malum reputat deus, multa vero bona non reputat? Quot martyres primum quidem Christum abnegarunt,post vero ad pugnam redierunt? Sed qui lingua tantum,non animo abnegarant.Caro enim infirma est.Qui negat,excidit,qui rursus confitetur,pugnam repetit.Non enim ita deus quę mala sunt obseruat, vt quæ bona sunt reprobet.Et fit plerunq; vt in tortura constitutus aliquis, non ferendo cedat,non animi proposito,sed dolore superatus. Is vbi demissus ab eculeo, ac respirationem nactus fuerit,ad pugnam redit.Modicum ne dictum obseruabitur à deo, tormenta vero non recensebuntur? Verum deus iudicabit,non hominum audacia. Audes deo leges prescribere qui & infirmitatem humanam nouit,& auxilium suppeditat,& victoriam largietur? Quot sunt,qui bonæ vitę testimonio carent? An quoniam sententia mutantur,ob id & laborum ipsorum nulla erit ratio? Non sumus angeli sed homines,& cadimus & resurgimus, idq; sæpenumero eádem hora.Et astrum ab astro differt in gloria. Quamobrem? Si mensura quædam esset iustitiæ,deberent omnes æquè iusti esse.Si verò alij fulgent vt sol,alij splendent vt luna,alij vero secundum astrorum differentiam coruscant,manifestum vtique est,alium ab alio superari.Qui vero superatur,liquet quod modica habens peccata superetur.Si autem remissio nullius est qui deliquit,differentia est in veritate. Verum quoniam necessarium est ostendere saluatos esse aliquos qui post baptismum deliquerunt, non sine metu loquor,ne contra animi mei sententiam à iustitia deficiatis: vehementer enim volo, non peccare eos qui baptismum susceperunt. Si vero citra animi propositum ceciderint aliquando quidam, nolo decernant hic qui pœnitentiam sustulerunt nolentes nos vna cum cruce Christi mortificari.Sed Apostolus nos vult consepeliri etiam,& iã non amplius peccato viuere.Hoc quidem & ipse volo.Non tamen sperno gratiam dei,inquit Apostolus,Galatis scribens, quoniam spiritum sanctum acceperat. Num aliquid manifestius quæris? At subiungit.Ita ne insipientes estis,vt cum spiritu cœperitis, nũc carne consumemini. Spiritũ itaque acceperant.Et iterum.Hoc tãtum à vobis discere volo,an ex operibus legis spiritum acceperitis,vel ex auditu fidei? Currebatis bene. Vide quãtis in rebus illos excelluisse dicat? Audi delicta.Nunc carne,inquit,consummamini.Excidistis è Christo. Vides eosdem & habuisse spiritũ, & audis à Christo euacuatos esse à Christo, & à gratia pariter excidisse? Quid post ista infert,vt locum det innouationi? Filioli mei, inquit, quos iterum parturio. Semel illos genuerat,at qui semel genuerat non detrectat eos denuo ad salutem gignere. Quod si in reliquis omnibus quisquam peruersè egerit,hoc tamen demum illi impium fuerit: Homines qui spiritum sanctum acceperunt,qui bene cucurrerunt,qui tanta passi sunt, periclitati, fruſtra toleratis aduersis qui exciderunt,& euacuati sunt,regenerantur, vt iterum formam dei accipiant.Num habes adhuc quod de pœnitentia contradicas? Quis nos finxit? deus. Fecit nobis corpus,fecit animam.Contemnit ne nos? Quis dedit nobis pharmacum vitæ? Ad quid faciunt sanctę scripturæ lectiones? vt abstineamus à peccatis. Quamobrem irrigamur? Vt fructum adferamus. Quid precamur? vt peccata nobis remittãtur.Finiamus sermonem. Quidam non pœnitent. Qui vero spe pœnitentiæ malefacit, modum habet maleficentiæ, & pœnitentia priuatus est.Spes est etiam post peccatum,medicina est etiam post acceptum hulcus. Sed manet cicatrix. Beatum est, si neque vacillauerit quisquam. Altera fœlicitas est,si post plagam accesserit medicina. Deo verò qui nos ab initio finxit, qui & infirmitati

A mitati nostræ succurrit, & animi propositum custodit, & pœnitentiam largitur, per eum qui nobis bona ista attulit, Iesum Christum dominum nostrum, sit gloria & imperium in seculorum secula, Amen.

LECTORI ORTHODOXO SALVTEM.

B *QVæ proximè sequuntur, uersa sunt uiro, ut ingenue fatear, docto quidem, sed Zuinglianæ hæreseos propugnatori pugnantißimo atque controuersioso maximè. Si ad manus fuisset archetypon, ad quod conferri isthæc in tempore potuissent, haberes forsan lector charißime quod ad hanc potissimum partem attinet, Basilium synceriore fide uerba sonantem. Horum interim fruitor lectione, sed cum delectu ac iudicio. His te præmonitum uolui, ut ne mireris expunctum esse ac suppressum interpretis nomen. Id iste uideri debet iure promeritus, qui se suapte malitia ab Ecclesia sancta dei diremit pseudapostolus, & sacramentorum excuculatus arrosor. Hæc porrò homilia prior in parteis treis dissecta legitur.*

QVID INSTRVENDI MONENdique sunt ad baptismum uenientes.

C DOMINVS noster Iesus Christus, vnigenitus dei viuentis filius,post resurrectionem accepta promissione dei ac patris sui per Prophetam Dauidem dicentis:Filius meus es tu:ego hodie genui te:postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,possessionem tuam terminos terræ:suos assumens discipulos, eis primum traditam sibi à deo patre potestatem manifestauit dicẽs, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra,& tunc amandauit eos dicens,Euntes,docete omnes gentes,baptizantes eos in nomen patris,ac filij,ac spiritus sancti,docentes eos seruare quæcunque ego mandaui vobis. Cum igitur præceperit dominus primum, vt docerent omnes Gentes, & tunc
D demum subiunxerit,baptizantes eos &c. vos quidem neglecto priore,de posteriore nostram sententiam quæsiuistis.Nos verò putantes contra Apostoli mandatum facere, si non statim responderimus,dicentis:Parati estote omni vos interroganti respondere,rationémque communis fidei reddere: rationem de dominico secundum Euangelium baptismate reddidimus,quod baptismate beati Iohanis præstantius est,cõmemorantes pauca quædam ex multis quæ de illo in scripturis dicuntur. Necessarium autem diximus, recurrere ad ordinem à domino præscriptum,vt & vos,cognito primum quid sit illud, docete, deinde consequenter de glorioſissimo baptismate rationem accipientes,ad perfectionem prospere promoueatis,edocti seruare omnia quæ discipulis suis dominus præcepit,sicut scriptum est.Hic itaque
E audiuimus dicentem,docete omnes Gentes, operæprecium autem est deinceps & quæ alibi de hoc mandato dicta sunt admonere,vt animum principio ad voluntatem dei dispositum habentes,deinde decentem ac necessarium ordinem seruantes,quoad eius fieri potest, scopo diuini beneplaciti constantes immoremur. Est enim domino consuetum, vt definitè præcepta, per alia alibi dicta clare tradere, vt illud, Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, quod simpliciter dictum alibi declarat, dicens, vendite quæ possidetis, & date eleemosynam,facite vobis sacculos,qui non veteraſcant,thesaurum non desinentem in cœlis.Et multa huiusmodi alia.Discipulus igitur est,vt ab ipso domino discimus,quisquis hoc animo ad dominum accedit,vt illum sequatur,hoc est,vt doctrinam ipsius audiat,illi credat & obe-
F diat,vt domino,vt Regi,vt medico,vt doctori veritatis,idque spe vitæ æternæ,& si in illius sermonibus maneat,sicut scriptum est.Dixit igitur ad eos, qui in se crediderant Iudæos. Si vos manseritis in sermone meo,verè discipuli mei estis,& cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos,intelligens absque dubio de libertate animæ, à sæua diaboli tyrannide, & peccatorum oppressione liberandæ. Qui enim peccatum,inquit, facit, seruus est peccati & sub mortis condemnatione constitutus. Sicut nobis & Paulus Apostolus tradidit dicens, Nam eum qui peccatum non nouit,peccatum pro nobis fecit,vt nos essemus iustitia dei in ipso.Et iterum,Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi:ita & per vnius obedientiam iusti constituentur multi.Eum autem qui do-

mino

Universidad de Deusto
Biblioteca

mino credidit,sèque ipsum illi ad disciplinam paratum & aptum exhibuit, discere oportet, G
primum quidem ab omni peccato secedere:deinde verò & ab omni eo,quòd à salutari mul
tis de causis obedientia dominica abstrahit,licet in speciem plausibile videatur.Est enim im
possibile, eum, qui peccatis studet, aut temporariis negociis aut curis eorum etiam quæ ad
necessitatem huius vitæ pertinent,implicitus est,seruire domino,nedum illius fieri discipu-
lum,qui non prius adolescenti dicebat,veni sequere me,quàm præcepisset,vt omnia sua bo-
na venderet ac pauperibus daret.Imò ne hoc quidem illi præcepit, nisi posteaquàm dixerat
se omnia proposita præcepta seruasse. Qui enim peccatorum remissionem nondum acce-
pit,nec dum ab illis per sanguinem domini nostri Iesu Christi purgatus est, sed adhuc dia-
bolo seruit,& ab inhabitante se peccato captiuus detinetur,prorsus nequit seruire domino, H
qui illud constanti sententia asseruit dicens.Qui facit peccatum,seruus est peccati. Qui ve-
rò seruus est peccati,non manet in domo.Testatur idem & qui in Christo loquutus est Pau
lus cum scribit.Qui verò seruus est peccati liber est à iustitia. Et iterum Christus dicit. Ne-
mo potest duobus dominis seruire,& quæ ibi sequuntur:Ostendit igitur determinatè ac mul
tis modis,quòd ne ij quidem,qui de necessariis vitæ soliciti sunt,deo seruire queant:nedum
ipsius fieri discipuli,vnde & Apostolus didicit,dilatata huius rei consideratione,dicere.Quę
participatio iustitiæ & iniquitati? Quæ communicatio luci cum tenebris? Quis consensus
Christo & Belial? Quæ pars fideli cum infideli? Quid conuenit templo dei cum simulacris?
Et iterum determinat dicens. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus verò aduersus I
carnem.Hæc autem sibi ipsis inter se aduersantur, vt non quæ vultis faciatis. Quod autem
idem nobis reuerentius tradiderit,& quid dixerit, commemoremus. Nam scimus, inquit,
quòd lex spiritalis sit:ego verò carnalis sum,venundatus sub peccatum. Quod nanque ope-
ror non agnosco.Non enim bonum quod volo facio,sed quod odi malum hoc facio. Si au
tem quod ego non volo,hoc facio,assentior legi quòd bona sit. Nunc verò non iam ego o-
peror illud,sed habitans in me peccatum.Et vbi hanc ipsam considerationem pluribus tra-
ctauit,quod impossibile sit sub peccato seruientem,seruire domino,manifestè nobis demõ-
strat eum qui nos ab ista tyrannide redemerit,cum dicit, Miser ego homo, quis me libera-
bit de corpore mortis huius. Gratias ago deo, per Iesum Christum dominum nostrum. Et K
paulo pòst subdit,Nihil igitur nunc condemnationis est iis,qui sunt in Christo Iesu, qui nõ
secundum carnem ambulant.Et per ea quæ alio loco dicit,magnificam humanitatis ac be-
nignitatis dei gratiam,per incarnationem domini nostri Iesu Christi declaratam,apertè cõ-
mendat dicens.Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores con-
stituti sunt multi,&c.Et in alio loco admirabiliorem illam considerat,cum dicit.Eum enim
qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum fecit, vt nos essemus iustitia in ipso. Summè
itaque necessarium esse ex iam commemoratis, & aliis similibus locis liquet, nisi gratiam
dei frustra acceperimus,vt primum ab oppressione diaboli liberemur, qui sub peccato de-
tentum,ad ea facienda mala deducit, quæ non vult, deinde abnegemus omnia præsentia, L
& nos ipsos,vt abiecto prorsus viuendi desiderio,domini simus discipuli,sicut ipse dixit. Si
quis venit ad me,abneget semetipsum,tollat crucem suam, & sequatur me, quod idem est,
atque,discipulus meus fiat.Hoc autem ipsum & latius,& certius, ac significantius in Euan-
gelio quod est secundum Lucam tradit,cuius loci paulo post mentionem faciemus. Sumus
autem omnes ab ista peccatorum condemnatione, quotquot credimus, gratia dei, quæ est
per vnigenitum ipsius filium,dominum nostrum Iesum Christum,redempti,qui dixit. Hic
est sanguis meus,sanguis noui testamenti,quod pro multis effunditur in remissionem pec-
catorum.Attestante simul & Apostolo,vbi scribit,nunc quidem,diligite vos inuicem,sicut
& Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum oblationem & hostiam deo,nunc vero,Chri
stus nos redemit è maledicto legis.Et multa talia habet Apostolus. Cum ergo datur remis- M
sio peccatorum,tunc accipit homo liberationem,à peccato ab eo,qui nos redemit,Iesu Chri
sto domino nostro,vt possit isti sermoni acquiescere.Neque tum tamen adhuc aptus est, vt
dominum sequatur.(Iterum hoc dico) qui adolescenti non prius dixi, veni, sequere me,
quàm dixisset,vende quæ habes,& da pauperibus.Imò ne hoc quidem præcepit, nisi vbi ille
se ab omni transgressione mundatum esse confessus esset,dicens.Hæc omnia seruaui à iuuen
tute mea.Itaque & hic ordinem seruare necessarium est.Non autem ea tantum, quæ quouis
modo habemus,& quæ ad vitæ vsum necessaria sunt,contemnere docemur, sed & quæ in-
ter nos tam ex lege,quàm natura cuiquam competere videntur,dicente domino nostro Ie

su Christo,

A su Christo,Qui patrem ac matrem diligit plusquam me,non est me dignus. Quod & simi-
liter de iis intelligendum est,qui nobis sunt proximi,& absque dubio multo magis de alie-
nis,& qui non sunt nostræ fidei.Quibus subiungit.Et qui non accipit crucem suam,& sequi
tur me,non est me dignus.Quod cum præstitisset Apostolus,ad nostram doctrinam scripsit
dicens.Ego mundo crucifixus sum,& mundus mihi:viuo autem non iam ego, sed viuit in
me Christus. Regrediendum est ad ea quæ domini sunt, qui, quod singulos concernit, ad
eum qui dixerat.Permitte primum vt abeam ac sepeliam patrem meum, respondit. Sine vt
mortui sepeliant mortuos suos. Tu verò, abi & annuntia regnum dei. Ei verò, qui dixerat.
Sine primum vt abeam ac disponam illis, quos domi habeo, seuerius & cum comminatio-
B ne vehementiore respondit. Dixit enim. Nemo missa manu ad aratrum, si retro conuersus
fuerit,appositus est ad regnum dei.Ita quod modicam etiam remorã obedientiæ indubitatę
domino debitæ generat,licet cõueniens sit vsibus humanis,& rationi cõsonũ esse videatur,
nihilominus alienum esse debet ab eo qui vult esse discipulus Christi,& graui cõminatione
dignum habetur.Generalius autem decernit cum dicit.Si quis venit ad me,abneget semet-
ipsum,tollat crucem suam,& sequatur me. Si verò ad memoriam reuocauerimus quæ do-
minus ei,qui dixerat,Beatus,qui manducabit panem in regno dei,respondit, terribilius iræ
diuinæ ac seueritatis iudicium & alienos ab omni spe bona tales esse discemus. Dicit autem
ad hunc modum:Homo quidam fecit cœnam magnam,& vocauit multos, & misit seruos
C suos hora cœnæ dicere inuitatis:Venite quoniam parata sunt omnia,& cœperunt se excusa-
re omnes.Primus ait:Emi agrum,oportet me illum videre,rogo habe me excusatum. Alius
dixit:Iuga boum quinque emi,eo probare illa,rogo habe me excusatum. Alius dixit: Vxo-
rem duxi:quamobrem venire nequeo.Et reuertens seruus nuntiauit domino hæc.Tunc ira-
tus paterfamilias dixit: Abi celeriter in plateas & vicos ciuitatis, & voca pauperes, & clau-
dos,& cæcos,& debiles.Et ait seruus:Factum est vt iussisti,adhuc locus restat. Et ait domi-
nus seruo:Exi in vias & sepes,& coge ingredi vt impleatur domus mea. Dico autem quòd
nullus eorum hominum meam cœnam degustabit.Iterum autem ipse vnigenitus filius dei
viuentis,qui à patre ad hoc est missus, non vt iudicet mundum, sed vt seruet,sibi ipsi con-
D stans, & voluntatem boni dei ac patris sui adimplens, sententiæ seuere doctrinam subiun-
git,quæ nos dignos reddat ad hoc,vt ipsius simus discipuli,ac dicit, Si quis venit ad me, &
non odit patrem suum ac matrem, & vxorem suam ac liberos, & fratres & sorores, adhuc
autem & animam suam,non potest meus esse discipulus. De odio loquitur,non quod insi-
diandi studium generat,sed pietatis virtutem,vt non obediatur ab illa seducentibus adfert.
Et quisquis,inquit,non baiulat crucem suam & sequitur me, non potest meus esse discipu-
lus.Quæ in baptismo aquæ ex pacto polliciti videamur,professi illic,quod vnà cum Christo
E crucifixi,mortui,sepultique sumus,& quæ consequenter scripta sunt. Considerata verò no-
stra imbecillitate, cordáque nostra per hypodigmata, in veritatis certa persuasione confir-
mare,& ad obedientiam instructiores ac paratiores reddere volens,dixit,Quis ex vobis tur
rim ædificare volens, non prius sedens computat sumptus, an ad perficiendum suppetant,
ne posito fundamento ad finem perducere nequeat, videntésque illudant ac dicant, homo
hic ædificare cœpit,nec absoluere potuit.Vel quis rex ad bellum profecturus aduersus alte-
rum regem,non sedens prius consultabit, si cum decem millibus ipse venienti cum viginti
millibus occurrere possit.Quòd si inferiorem se viribus nouerit,longè adhuc eo constituto
legationem de pace mittet. Sic item omnis ex vobis qui non renuntiauerit omnibus quæ
possidet,non poterit meus esse discipulus. Bonum est sal. Si sal infatuatus fuerit,in quo sa-
lietur? Nec telluri,nec ad conficiendum fimum prodest,sed abiiciunt illud foras. Qui habet
F aures audiendi audiat. Si istis fidem habuerimus, liberati primum à diaboli tyrannide, per
id,quod ille nihil in nobis habeat,quod cupiat,idque per gratiam domini nostri Iesu Chri-
sti,si tamen illam non frustra accepimus.Deinde non solum mundo,& concupiscentiis ip-
sius,sed & mutuis officiis illis,quæ licita sunt,ad hæc & vitæ nostræ,si quicquam horum nos
à properanda & debita deo obedientia abstrahat,renuntiauerimus,tum demum digni eri-
mus,qui domini discipuli simus. Instructi deinde cum à Mose & Prophetis, tum ab Euan-
gelistis & Apostolis,deum initio omnia per vnigenitum filium suum dominum nostrum
Iesum Christum tam visibilia quàm inuisibilia condidisse,deinde & de illis imbuti, quæ in
diuinis scripturis bonitatem ac seueritatem dei,cum multa patientia,ad ostensionem iusti-
tiæ ipsius, & nostram doctrinam, tradunt, & præterea de Prophetiis incarnationis domini

nostri

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostri Iesu Christi,& de illis rebus quæ tum è regione inter se opposita coinciderunt,déque G
glorioſa ex mortuis resurrectione,assumptione,& illustrissima omnium apparitione in cō-
sumatione seculi futura,ad hæc & dogmata illa vniuersæ secūdum Euangelium,deóque ac-
ceptę pietatis,in charitate domini nostri Iesu Christi,in spe vitę æternæ regniq; cœlestis edo
cti,simulque iudicia iustæ retributionis,cum eorum qui prohibita commiserunt,aut appro-
bata respuerunt ac violarunt,ad supplicium sempiternum,tum eorum qui dignè Euange-
lio Christi in fidei sanitate per charitatem Christi efficaci,sub spe vitæ æternæ, & regni cœle
stis conuersati sunt,in Christo Iesu domino nostro, Amen.

QVOMODO BAPTIZETVR ALI- H
quis Baptismate quod est in Euangelio domi-
ni nostri Iesu Christi.

QVoniam mandatum nobis dominus noster Iesus Christus dedit, vt nos inuicem
diligamus, sicut ipse nos dilexit, & per Paulum Apostolum nos docet vt tolere-
mus alius alium in dilectione,pietatis vestræ in Christo præceptum, de glorioſissi-
mo secundum Euangelium Domini nostri Iesu Christi baptismate prompto ani- I
mo accepi non tanquam qui pro rei maiestate quicquam dicere queam, sed vt cum vidua
illa quæ æra minuta duo misit,& ipse pro mea mediocritate aliquid conferam.Et ad id quo-
que precibus eorum qui dominum diligunt opus habeo,vt optimi dei & Christi ipsius gra-
tia,sanctus ac bonus spiritus admoneat nos & doceat, quæcunque à domino audiuerit, ac
mentem nostram in viam pacis,& sermonem sanum ad fidei ædificationem dirigat, vt &
in nobis & vobis dictum illud sapientis adimpleatur, Da sapienti occasionem & sapientior
erit. Cæterum sciendum est,quod primum docere & instruere oporteat, atque ita demum
præclarissimo baptismate ritè instructum dignari. Nam ita dominus ac deus noster Iesus
Christus vnigenitus viuentis dei filius discipulis suis ipse præcepit. Necessariò itaque vobis
separatim quæ ab ipso sunt domino de illis qui discipuli Christi fieri volunt,dicta, ex mul- K
tis pauca commemorantes tradidimus.Quoniam verò,qui è supernis generantur, promis-
sionem habent videndi regni dei: qui verò ex aqua & spiritu, ingrediendi in regnum dei,
necessarium arbitror, vt modica quædam ex illis quæ de regno cœlorum sunt dicta, adii-
ciam, ne quouis pacto in acquirendo illo deficiamus. In vitæ nanque negotio paululum
ὃ γὰρ μικρὸν ἐν βίῳ, τοῦτο καὶ μικρὸν. non est quod paululum abest ac ferè dicitur, vt quidam nostrorum sapientum admonuit.
Et hoc ex ipsis rebus potissimum liquet, imò & ex absoluta illa sacrorum & ad oblationem
destinatorum animalium integritate satis habet fidei quod dico,in quibus vbi modica quę-
dam reperiebatur macula, vel mutilatio, non integri alicuius membri, sed partis tantum
ipsius, quemadmodum scriptum est, mutilatio auriculæ, siue homo erat, ad sacerdotium L
ineptus iudicabatur, siue animal, reprobum habebatur ad sacrificium, cum Apostolus di-
xerit,hæc quidem illis in figura contigerunt,scripta verò sunt ad nostram admonitionem,
in quos fines seculorum venerunt, & dominus aperte declarauerit, quæ à nobis exigantur
iustitiæ præstantia, vbi dixit templo maius aliquid est hic, & abundantius nos animæ cu-
ram habere debere ostenderit, dicens, cui multum concreditum est, ab illo & multum re-
petent. Commemoremus itaque quæ de regno cœlorum sunt scripta.Dominus noster Ie-
sus Christus,cum ascendisset in montem,& doctrinæ suæ per beatitudinum catalogum ini
tium faceret,primam beatitudinem eam esse prædicauit, quæ regnum habet cœlorum. Di-
xit enim Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cœlorum.In octaua verò bea M
titudine,Beati,inquit, qui persequutionem propter iustitiam patiuntur, quoniam ipsorum
est regnum cœlorum.Et iterum vbi quæ futura sit tempore retributionis benedictio elec-
torum per parabolam pastoris prædicit, venite, inquit, benedicti patris mei hæreditate possi-
dere regnum quod vobis ab initio mundi paratum est. Esurini nanque, & dedistis mihi
manducare, & quæ sequuntur. Et in Euangelio Lucæ, alio & tempore & loco, vt scriptura
manifestat,iterum beatitudines exponens,Beati,inquit,pauperes spiritu,quoniam ipsorum
est regnum cœlorum.Et iterum:Noli timere pusille grex, quoniam placuit patri vestro cœ-
lesti dare vobis regnum,vendite quæ possidetis,& date eleemosynam,facite vobis sacculos
qui non inueterascūt,thesaurū indeficientem in cœlis.Hæc quidem & huiusmodi alia sunt,

A per quæ regno cœlorum quis dignus efficitur, & sine quibus impossibile est vt regnum cœ-
lorum quisquam ingrediatur. In euangelio Matthæi definit dominus ad hunc modum di-
cens,Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, nequaquam in-
trabitis in regnum cœlorum.Et rursus.Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nō
intrabitis in regnum cœlorum.Et iterum.Quisquis non acceperit regnum dei,sicut paruu-
lus, non ingredietur in illud.In euangelio autem Ioannis ad Nicodemū dicit. Nisi quis na-
tus fuerit è supernis, non poterit videre regnum dei.Et iterum.Nisi quis natus fuerit ex spi
ritu,nequaquam ingredietur in regnum cœlorum.De quibus vna est sententia,liquet quod
idem sit & periculi omnibus,si vnum aliquid ex ipsis defuerit.Si nanque dominus dicit, io
B ta vnum,aut apex vnus haud quaquam præteribit à lege,donec omnia fiant, quanto magis
ab euangelio,dicente domino ipso,cœlum ac terra trāsibit, sermones vero mei nequaquam
transibunt. Vnde Iacobus apostolus confidēter denuntiauit dicens. Quisquis fecerit totam
legem,offendat autem in vno,erit omnium reus.Hoc autem ex eo didicit, quòd post bea-
titudines dominus testimoniis ac promissionibus Petro propter homines datis, comina-
tus est dicens,Nisi lauero te,non habebis partem mecum. Paulus vero apostolus adflictio-
nes illas Christi quæ adhuc deerant, pro corpore ipsius, quod est ecclesia adimplens, & in
Christo loquens contestatur, quænam illa sint, quorum potissimum gratia quis regno cœ-
lorum non potiatur,& mortis condemnationi subiiciatur, aliquando quidem definitè di-
cens,quod qui talia faciunt,digni sint morte.Quare vero non dixit,qui ista faciunt,sed,qui
C talia faciunt regnum cœlorum non possidebunt?Et iterum generalius, quoniam iniusti re-
gnum dei non possidebunt. Et alibi similiter. Ipse vero dominus noster Iesus Christus in
euangelio Lucæ ita definiuit dicens, Nemo manu ad aratrum posita, & retro postea auer-
sus, aptus est ad regnum dei. Est autem hic necessariò obseruandum, quod non de multis
peccatis,sed de vno est horrendum adeò & ineuitabile iudicium,idq; ex concessis ac licitis,
& si moram duntaxat eámque modicam obedientiæ illi quis,quę absque vllo prætextu,ve-
locissime & sine suspensione domino præstanda est,iniecerit.Ex his itaque & similibus om-
nibus instruimur:quod si omnia quis integrè ac legitimè adimpleuerit, quibus regni cœlo-
rum promissio facta est, & sine quibus regni gratia denegata est, & se rursus ab omnibus il
D lis cohibuerit,propter quę nemo regnum cœlorum hæreditate acquirit, ita demum vt pro-
missione regni dignus habeatur,expectare poterit.Oportet enim certamen hoc beneplacen
di deo,non solum ab omni malicia alienum,sed & integrum & immaculatum esse in omni
verbo dei,Paulo apostolo post magnæ & ineffabilis dei,& Christi ipsius erga nos dilectionis
ad nostram cum iustitiam tum salutem declaratæ contemplationem ita subiungente,nullā
aliqua in re dantes offensionem,ne vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus com
mendemus nos ipsos tanquam ministri dei.Quemadmodum enim pauper spiritu, nisi re-
generetur ex aqua & spiritu,non poterit intrare in regnum cœlorum, propter domini sen-
tentiam,ita rursus,nisi iustitia ipsius abundauerit plusquam scribarum ac pharisæorum:aut
E si talium aliud quicquam defuerit,propter similem sententiam, nō habebitur dignus regno
cœlorum. Scriptum enim est, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, quæ non haberet
maculam, aut rugam,aut talium aliud quicquam, sed vt esset sancta & immaculata. Talia
multa sunt,ex quibus diligens lector adhuc fortius confirmare poterit, quòd oporteat eum
omnia adimplere,qui regno cœlorum dignus esse cupiat.Quod autem qui abundanti iusti-
tia præditus, aut è supernis regeneratus est, omnium simul virtutum, & earū quoq;,quibus
beatitudines adscribuntur, ac reliquarum perfectionem adimpleuerit, & harum similium
patrator sit, in confesso est, & hoc quæ de superna regeneratione paulo pòst, gratia dei,di-
F centur,demonstrabunt.Quoniam vero pietatis vestræ,vt & suprà dictum est, mandatum,
sermonem hūc de præclarissimo secundum euangelium baptismate à nobis requisiuit, post
ea quæ iam de regno cœlorum dicta sunt,consequens esse puto, vt breuiter etiam quę inter
Mosis & Ioannis baptismum sit differentia discamus,vt sic per gratiā dei digni habeamur,
qui admirabilem in baptismate domini nostri Iesu Christi excellentiam propter incompa-
rabilem gloriæ abundantiam cognoscamus.†Esse enim templo maius aliquid hic,vnigeni- †μεῖζον γάρ ἐστιν ἱεροῦ ὧδε.
tus viuentis dei filius definiuit, & maius etiam Salomone hic, & maius quoque Ioāne hic.
Et Apostolus postquàm de gloria Mosis,in ministerio legis,Iudęis inaccessa,disseruit, con-
testatur ita subiungens. Etenim glorificatum non fuit, quod glorificatum est in hac parte,
propter excellentem gloriam.Et Ioannes baptista, quo inter natos mulierum maior est ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo,testificatur,dicens: nunc quidem illum oportet crescere, me autem minui:nunc vero, G
Ego quidem baptizo vos in aqua ad resipiscentiam,ille vero baptizabit vos in spiritu san-
cto & igne,& talia multa.Quantũ vero discriminis est inter spiritum & aquam,tantundem
videlicet est & inter eum qui baptizat in spiritu sancto , & eum qui baptizat in aqua : ita &
de ipso baptismate habet,vt ipse Ioannes qui tantus ac talis & tãtopere ab ipso domino de-
prædicatus est,liberè prædixerit.Non sum sufficiens ad hoc, vt corrigiam calciamenti illius
soluam. Itaque ex his omnibus manifestum est quæ sit baptismatis secundum euangelium
Christi eminentia,quam etiam se pro dignitate cognoscere impossibile sit,vel pro nostra fa
cultate,eaq; vt à deo nobis subministratur,ex scripturis commendare pium est & vtile. Ba-
ptismus itaque per Mosen traditus,primum peccatorum differẽtiam obseruauit.Non enim H
quæuis peccata remissionis gratiam assequebantur.Deinde verò & differentia sacrificia exi-
gebat.Purificationem studiosè petebat.Impurum & maculatum aliquandiu à reliquis sepa-
rabat,dierum & horarum obseruantiam statuebat.Et tunc baptismus illis,à quibus accipie-
batur quasi quędam purificationis erat obsignatio.Ioannis vero baptisma multis modis ex-
celluit.Nullam enim prorsus faciebat peccatorum differentiam . Nullum exigebat sacrifi-
ciorum discrimen. Purificationem studiose non efflagitabat, nec dierum aut horarum ha-
bebat obseruantiam,nec vllam prorsus faciebat ad gratiam dei & Christi ipsius peruenien-
di dilationem . Simul atque accesserat quis & peccata sua , quantacunque & qualiacunque
fuissent,confessus fuerat,in Iordanis flumine baptizabatur, & confestim peccatorum remis I
sionem accipiebat.Domini vero baptisma omnem humanam rationem superat,& gloriam
habet quodcunque humanum desiderium ac votum excellentem, ac maiore gratiæ & vir-
tutis supereminentia reliqua superat,quàm solis splendor cæteras stellas excellit.Si vero san
ctorum dicta ad memoriam reuocentur,adhuc exactius illa incomparabilem dominici ba-
ptismatis excellentiam commendabunt.At propterea nobis tacendum non est,sed necessa-
rium vt verbis domini nostri Iesu Christi,quasi viæ ducibus,& veluti per speculum & in æ-
nigmate ducti,loquamur,non vt per nostram expositionem,& corporis imbecillitatem ser
monemq; abiectum , imminuitur gloria baptismatis Christi , sed vt hoc quoque pacto ma-
gnitudo lenitatis ac bonitatis boni dei celebris reddatur,dum de magnificentia dilectionis K
ac gratiæ suæ , quæ in Christo est, balbutientes tolerat . Dixit itaque dominus noster Iesus
Christus,nisi quis nascatur denuò, non poterit videre regnum dei. Et iterum. Nisi quis na-
scatur ex aqua & spiritu , non poterit intrare in regnum dei . Post resurrectionem vero ex
mortuis,adimpleta iam in ipso prophetia Dauidis,ex persona dei ac patris, dicentis, Filius
meus es tu,ego hodie genui te. Pete à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, ac posses-
sionem tuam terminos terræ. (Quod & factum est,& iam omnium oculis expositum,) di-
scipulis suis deinceps,tanquam aliud mandatum priori opponens,quo in vias gentium abi
re prohibuerat,præcepit,dicens . Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen
patris & filij,& spiritus sancti. Necessarium autem arbitror,vt singulorum verborum virtu
tem per fidem intelligamus & consideremus,loquamurq;,prout nobis per communes pre- L
ces sermo in apertione oris nostri dabitur.Scriptum nanque est.Nisi credideritis non intel-
ligetis.Et iterum.Credidi,propter quod & loquutus sum . Quoniam vero & nominum &
verborum ac rerum vsum,in diuinitus tradita scriptura,de deo & Christo ipsius,in sanctis,
prophetis , euangelistis & apostolis , non vtcunque ac temerè pro communi consuetudine
accipiendum , sed vt à spiritu sancto decretum est, ad scopum piæ sententiæ, idq; non vni-
uersaliter sed ex parte , & quatenus vnum quodq; ad propositum sanę doctrinæ facit & piè
sentiendum, & mentem ad iudiciorum ac decretorum pietatis cognitionem inducendam
esse iudico,necessarium est, vt & nos exquisite & vigilanter vnicuique dicto attendamus,
& eum sensum eligamus,qui supernæ vocationis scopo seruiat . Et hoc faciemus, siquidem M
nos, per cõmunes preces , Iesus Christus vnigenitus viuentis dei filius confirmarit, vt & in
nobis fiat,quod Apostolus dixit.Omnia possum in Christo,qui me confortat.† Illud igitur,
† τὸ μὴ δοῦν ἀγνοῆσαι. denuo,emendationem præteritæ natiuitatis , in peccatorum immundicia factę, significare
puto,dicente Iob,quod nemo purus sit à sordibus,etiam si vita sit vnius tantum diei: & Da
uide lugente ac dicente:Quoniam in iniquitatibus conceptus sum , & in peccatis concepit
me mater mea : Apostolóque contestante , quod omnes peccauerint, & egeant gloria dei,
iustificati gratis ipsius gratia per redemptionem quæ est in Christo Iesu , quem proposuit
deus propiciatorium per fidem in sanguine ipsius. Quapropter & credentibus peccatorum
remissio

A remissio datur,ipso domino dicente.Hic est ille sanguis meus,noui testamẽti, qui pro mul
tis in remissionem peccatorum effunditur . Quemadmodum & Apostolus iterum testatur,
dicens:Secundum beneplacitum voluntatis ipsius,ad laudem gloriæ gratiæ ipsius quæ exu-
berauit in nos. Vt quemadmodum statua obtrita iam & obtusa,amissa illustri regis figura,
denuo à sapiente artifice & bono opifice fingitur,vt figmenti sui gloriam recuperet, & pri-
stino splendori restituatur.Ad istum modum & nos,propter præcepti diuini transgressionẽ
deprauati,vt scriptum est.Homo cum in honore esset,non intellexit,comparatus est iumen
tis insipientibus , & similis factus est illis : ad pristinam imaginis dei gloriam reuocamur.
Secundum imaginem enim,inquit,& similitudinem dei fecit deus hominem . Quomodo
B vero hoc factum sit , Paulus apostolus docuit , dicens , Gratia deo,quod cum fueritis serui
peccati, obedistis ex corde , formæ illi , in quam traditi estis,doctrinæ.Vt quemadmodum
cera,sculpturæ typo tradita,figuram eam quæ sculpturę inest,diligenter exprimit,ita & nos,
typo euangelicæ doctrinæ nos ipsos tradentes , secundum internum hominem figuremur,
implentes,quod præcipiendi modo ab illo dictum est:deponentes enim,inquit,veterem ho
minem cum actibus suis,& induti nouum,qui renouatur in agnitionem, secundum imagi
nem eius,qui condidit ipsum.Et multa talia.Illud vero,ex aqua nasci,Paulus in Christo lo-
quens,decernit ac tradit dicens,An ignoratis,fratres , quòd quicunque in Christum Iesum
baptizati sumus,in mortem ipsius baptizati sumus? Consepulti itaque ipsi sumus per bap-
C tismum in mortem, vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam pa-
tris:ita & nos in nouitate vitæ ambulemus . Si enim complantati sumus ad similitudinem
mortis eius,& resurrectionis quoque participes erimus,scientes hoc,quòd vetus noster ho-
mo simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati , vt amplius non seruiamus peccato.
Qui nanque mortuus est,iustificatus est à peccato.Si vero mortui sumus cum Christo,cre-
dimus,quòd & victuri sumus cum illo . Scientes, quod Christus excitatus ex mortuis am-
plius non moritur , mors illi amplius non dominatur . Quod enim mortuus est , peccato
mortuus est semel,quod vero viuit,viuit deo.Ita & vos,reputate vos ipsos, mortuos quidẽ
peccato,viuentes vero deo in Christo Iesu.Ex quibus omnibus,& sensus regenerationis per
D similitudinem consideratur.Erat autem impossibile denuò nasci, nisi regenerandos præue-
nisset gratia dei,vt cum ex præcedentibus ipse Apostolus,tum subsequentibus de baptisma-
te capitibus declarat. Exorsus enim ab eo quo dixit, commendat autem dilectionem suam
deus erga nos,quòd cum adhuc peccatores essemus,Christus pro nobis mortuus est: multo
itaque magis iustificati nunc in sanguine ipsius seruabimur per ipsum ab ira . Si enim cum
inimici essemus,reconciliati sumus deo per mortem filij eius:multo magis reconciliati ser-
uabimur in vita ipsius.Talia multa,conspicuè & magnifice amplam & ineffabilem bonita-
tem & humanitatem dei commendantia, in dono remissionis peccatorum, & potestate ac
virtute eorum , quæ ad gloriam dei ac Christi eius,in spe vitæ æternæ, per Iesum Christum
E dominum nostrum perfecta sunt,per cuius vnius iustificationem in omnes homines ad iu-
stitiam vitæ, sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem , & quæ se-
quuntur,vbi tradidit & exposuit,subiungit.An ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati
sumus in Christum Iesum,in mortem ipsius baptizati sumus . Quamobrem ? Vt gratia dei
nos præueniente,quæ nostri sunt officij secundum fidem per dilectionem operemur & con
feramus , atq; ita perficiatur erga nos beneplacitum diuinæ in Christo dilectionis,ad quod
magno opus est ac legitimo certamine,ne talem ac tantam gratiam dilectionis dei in Chri
sto frustra accipiamus eodem Apostolo dicente.Eum nanque qui peccatum non nouit, pec
catum pro nobis fecit,vt nos essemus iustitia dei in ipso. Adiuuantes autem obsecramus e-
tiam,ne frustra gratiam dei accipiatis.Quoniam cui multum concreditum est, ab illo & a-
F bundantius repetent,vt constanter definiuit dominus.Quod & inculpatè fiet,si quę in prę-
dictis iam inducta,& quæ ad eandem baptismatis materiam coniunctim dicta sunt diligen
ter custodiantur, & quæ istis sunt iuncta, in virtute gratiæ dei per Christum Iesum dominũ
nostrum in spiritu sancto,fideliter acceperimus,vt credentes per gratiã dei intelligamus,&
quæ intelligere promeruerimus,in dilectione Christi faciamus,qui dixit. Si ista scitis, bea-
ti estis, si ea feceritis. Intellectus enim bonus est,vt Propheta testatur, omnibus facientibus
ipsum,ipsius vnigeniti viuentis dei filij,terribile & ineuitabile iudicium exponens, quo di-
xit.Qui scit voluntatem domini sui, & non facit eam , vapulabit plurimum , imò nec eum
qui per ignorantiam deliquit , impunitum dimittit. Et vt,quemadmodum prædictum est,
per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per manifestiora verba,ac res clariores, ad cognitionem seruatoris , & decreti ipsius in ba- G
ptismate,ad veritatis certam persuasionem quasi manuducamur,diligenter significata ob-
seruemus,& ad scopum pietatis omnem sensum adaptemus.Baptizati sumus, inquit,vt ex
ista similitudine veritatem discamus.Quoniam sicut lana tinctura immersa, ad colorem il
lius mutatur,imò magis,vt Baptista Ioanne,qui de domino prædixit quod ipse esset nos ba
ptizaturus in spiritu sancto & igne, veluti ductore vsi illustremur luce cognitionis , ad co-
gnoscendam lucem illam magnificam, hoc dicamus . Quod sicut ferrum immersum igni,
per flatum excitato,proditur quidem,num aliquid in se habeat vitij,simul vero & aptius ad
purgationem redditur,& non solum color illius,sed & duricies & intractabilitas ad molli-
tiem ac teneritudinem mutatur,& commodius fit operi manuum artificis, adaptatúrq; cō- H
petentius ac certius ad voluntatem domini,& relicta nigredine illustrius seipso factum, nō
solum ipsum iam ignitum est ac splendidum,sed & vicina illustrat & calefacit, ita consen-
taneum est ac necessarium,eum qui baptizatus est in igne,id est,in verbo doctrinæ, quod &
peccatorum malitiam arguit,& iustificationum gratiam manifestat, odio habere & execra
ri iniustitiam,sicut scriptum est, & desiderio affici , vt per fidem purificetur in virtute san-
guinis domini nostri Iesu Christi,ipso dicente. Hic est sanguis meus, sanguis noui testamē
ti,qui pro multis effunditur,in remissionem peccatorum , & Apostolo contestante , in quo
habemus redemptionem per sanguinem ipsius,delictorum condemnationem,& vt non so
lum ab omni iniquitate & peccato, sed & ab omni inquinamento carnis ac spiritus mūde- I
tur,atque ita baptizatum in mortem domini configurari morti,quod est,mortificari pecca-
to ac mundo , vt secundum incorporationem vitæ, corde, sermone,& operibus,sicut cerā
sculpturæ , ita doctrinæ domini nostri Iesu Christi impressus & adformatus , impleat illud
quod scriptum est,Gratia deo,quod cum fueritis olim serui peccati , obediuistis ex corde in
eam in quam traditi estis , doctrinæ formam , & ita quod priori coniunctum est,custodire
promereatur,nempe,consepulti igitur sumus per baptismum in mortem.Ad quid? Vt quē-
admodum Christus excitatus est ex mortuis per gloriam patris , ita & nos in nouitate vitæ
ambulemus.Necesse nanque est,vt qui mortuus est sepeliatur, & qui in similitudine mortis
sepultus est,per gratiam dei quæ in Christo est resurgat, nec amplius propter peccata inter- K
Vel aduſtæ. ni hominis vultum instar ollæ feruentis habeat, sed manifestatis per ignem peccatis,& ac-
cepta per sanguinem Christi remissione,deinceps per vitæ nouitatem fulgentes ostendat in
Christo iustificationes,quouis lapide plurimum pretioso illustriores. Reiecta itaque incre-
dulitatis duricie,ostendamus obedientiam & subiectionem in diuinis præceptis,spirituque
feruentes,resplendeamus,& à tenebrarum potestate in mortem abripiente liberemur . Ob-
sonia nanque peccati,mors,vt & in nobis locum habeat,quod ab Apostolo dictum est, Ab-
sorpta est mors ad victoriam.Vbi mors stimulus tuus est? vbi tua est inferne victoria? domi
no vero,soli iustitiæ obtemperantes,illuminemur ab ipso , intellectusq; & virtutis gratiam
promereamur,vt in ipso iustificemur,& non solum ipsi niue reddamur candidiores(Est e- L
nim verax deus,qui ita promisit dicens,quoniam si fuerint peccata vestra sicut purpura ru-
bicunda,velux nix alba erunt)sed & vicinos nostros illustremus nunc quidē audientes di-
centem dominum,vos estis lux mundi,nunc vero audientes ac facientes,quod dicit.Sic lu
ceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrū
qui in cœlis est.Tunc & Apostolus nos omnino contestabitur dicēs, in quibus apparetis tan
quam luminaria in mundo,sermonem vitæ habentes,ad gloriationem meam,in diē Chri-
sti.Quomodo vero non esset abundantius cōspicua vitæ nouitas,non iā ex gentiliū tantum
& secularium hominū collatione , sed & ex eorū collatione qui in iustitiis legalibus eximij
fuerunt? Quando non solum amplius aliquid extra necessitatem & accessorium nō deside- M
rabimus,quod & homines huius mundi faciunt,sed nec ea quæ iā præsentia sunt ac nostra,
affectabimus , & ad benefaciendum egenis plusquam lex exigit, contendemus. Non enim
proximis solū benefaciemus,sed & inimicis ac prauis hominibus bonitatem nostrā impen-
demus secundum præceptū domini nostri Iesu Christi facientes,quo præcepit,vt misericor-
des simus,sicut & pater noster cœlestis misericors est.Et quomodo nō ambulabimus in no-
uitate vitę,& supra scribas & pharisęos iustitiā perficiemus,si obtēperabim° domino dicēti,
dictū est antiquis,oculum pro oculo,& dentem pro dente. Ego vero dico vobis, ne resista-
tis malo:sed si quis tibi dexteram maxillam percusserit,obuerte illi & alteram.Et si quis te-
cū iudicio cōtendere,& tunicā tibi tollere voluerit, relinque illi & palliū.Et si quis te vi ade

gerit

A gerit ad miliarium vnum,abito cum illo duo.Non solum enim commissa iam in nos deli-
cta non vlciscemur,vt scribæ & Pharisęi, permittēte hoc lege Mosaica,iubent,sed maiorem
quoque patientiam ostendemus , alacritate tolerantiæ ad paria vel etiam grauiora ferenda
parati & expositi.Et hoc pacto vtrūque lucramur.Mortem quidem,in eo quod ad indigna-
tionem aduersus eum qui primam nobis plagam intulit,non permouemur:vitæ verò in do
mino nouitatem,in eo quod & ad aliam perferendam parati sumus. Quomodo autem non
& legi mortuus est , qui sibi non vindicat quod aufertur ? Quomodo non in Christo viuit,
qui & pallium ablatæ tunicæ adiicit?Docemur autem ad hunc modum omnem simul legis
iustitiam excellere.Quod autem nos non mundo solum crucifigi sed & legi mori oporteat
B ab ipso licet Apostolo discere,qui nunc quidem dicit.Ego mundo sum crucifixus , & mun-
dus mihi,viuo autem non iam ego,sed viuit in me Christus,nunc verò,Ego per legem legi
sum mortuus,vt deo viuam.Cum Christo sum crucifixus . Aliquando post multam gloria-
tionem de excellenti in lege claritate quam olim habuerat, dicit . Sed nunc omnia illa pro
stercore duco , vt Christum lucrifaciam , & inueniar in ipso habens non meam iustitiam,
quæ est ex lege,sed eam quæ est per fidem Iesu Christi, iustitiam ex deo, in fide, vt cognos-
cam ipsum,& virtutem resurrectionis ipsius,ac communicationem adflictionum eius, con
figuratus morti ipsius,si quo pacto pertingam ad resurrectionem mortuorum.Et paulo post
docens nos, vt idem cum ipso sentiamus, expressius dicit . Quotquot igitur perfecti sumus,
hoc sentiamus.Et alibi vehementius tanquam necessarium dogma exponens dicit. Quem-
C admodum & vos mortificati estis legi per corpus Christi , vt sitis alterius, eius scilicet , qui
excitatus est ex mortuis,vt fructificemus deo.Cum enim essemus in carne , affectiones pec-
catorum,quæ sunt per legem, operabantur in membris nostris , vt fructificaremus morti.
Nunc verò liberati à lege,mortui sumus ei,à quo detinebamur,vt seruiamus in nouitate spi
ritus,& non in vetustate literæ. Litera nanque, id est lex,occidit, spiritus verò, id est verba
domini, viuificat . Sicut ipse dicit,caro enim nihil prodest , spiritus est qui viuificat : verba
mea spiritus sunt & vita . Testatur verò eximius ille inter Apostolos dicens . Ad quem ibi-
mus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus & cognouimus , te esse Christum filium
dei viuentis . Hoc si in veritatis certa persuasione diligentiori cura seruauerimus , horren-
D dum illud iudicium effugiemus,quod à Mose quidem cum cōminatione propheticē scri-
ptum est.Prophetam vobis excitabit deus,sicut me : ipsum audietis in omnibus quæcunque
vobis præceperit.Erit autem vt omnis anima quæ non audiet Prophetam illum, exterminе-
tur de populo suo:à Ioanne verò baptista, quo inter natos mulierum maior est nemo, terri-
bilius & expressius est dictum.Qui credit in filium,habet vitam æternam:qui verò incredu-
lus est filio,non videbit vitam,sed ira dei manet super ipsum . Ne verò talis in baptismate
mors & talis in illa sepultura,mœstitiam in expectatione corruptionis & interitus exhibeat,
sed nouitas vitæ,iactam sementem,& excellentem glorioſæ resurrectionis spem confirmet,
subiungit dicens.Si nanque insititij facti sumus similitudini mortis ipsius,simul & resurre-
E ctionis erimus.Nam si in tali mortis similitudine Christo commortui & consepulti in no-
uitate vitæ ambulauerimus,non mortalitatis corruptionem subimus,sed sepulturam & ve-
luti seminum consitionem imitamur,ac mortificantes nos ipsos operibus nefastis, & fidem
per dilectionem efficacem ostendentes , digni reddimur qui cum Apostolo post ipsorum
spem dicamus.Nostra conuersatio in cœlis est,ex quo & seruatorem expectamus dominum
Iesum Christum,qui configurabit corpus humilitatis nostræ,vt conforme reddatur corpori
ipsius glorioso,secundum operationem eius qua potest etiam sibi ipsi subiicere omnia. Atq;
ita semper cum domino erimus,ipso domino nostro Iesu Christo à patre hoc petente ac di-
cente,da pater,vt vbi ego sum,& isti mecum sint:deinde præcipiente simul ac promittente,
F cum dicit.Qui mihi ministrat me sequatur,& vbi ego sum,ibi erit & minister meus.Præte-
rea & Paulo Apostolo testante & in Christo prædicente,dum ita scribit.Hoc enim vobis di
cimus in verbo domini,quod nos,qui viuemus,qui residui erimus in aduentu domini,non
præueniemus eos qui obdormierunt.Quoniam ipse dominus cum hortatu,in voce archan-
geli,& in tuba dei descendet de cœlo , & qui in Christo sunt , excitabuntur primi . Deinde
nos qui viuimus qui reliqui erimus simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum Chri
sti,in aëra,& sic semper cum domino erimus.Et hoc pacto adimpletur nunc illud . Si enim
complantati facti fuerimus similitudini mortis ipsius,in illis qui hoc obseruant , promissio
verò illa tunc implebitur,quæ dicit,& resurrectionis participes erimus,quemadmodum &

Universidad de Deusto
Biblioteca

alibi dicit.Si nanque commortui fuerimus,& conuiuemus: si sustinuerimus & cõregnabi- G
mus.Cum autem sciret Apostolus tautologiam vtilem esse audientibus, ad certitudinem,
veritatis persuasionem per eorundem resumptionem firmiorem illis inculcat.De eodem e-
nim illum dicentem audimus.Eadem vobis scribere mihi quidem non est molestum,vobis
verò tutum.Quemadmodum hoc & à Ioseph didicimus,qui Pharaonis somnium secunda
expositione confirmatius reddidit.Ita historiam in somnij imitatus Apostolus idem baptis
matis dogma iisdem quibus & antea considerationibus expendendum tradidit dicens:sci-
entes hoc,quod vetus noster homo vnà crucifixus est,vt destruatur corpus peccati, ne ser-
uiamus vltrà peccato. Et per hæc itaque verba, eum qui baptizatur in Christo, in mortem
ipsius baptizari docemur,& quòd non solum sepeliatur cum Christo & complantetur. Sed H
primum vnà crucifigatur,vt & in hoc instruamur,quemadmodum qui crucifigitur à viuen
tibus abalienatur:ita & eum qui in similitudine mortis cum Christo crucifigitur,abalienari
ab omnibus qui secundum veterem hominem viuunt, domino quidem præcipiente vt à
pseudoprophetis nobis caueamus,Apostolo autem admonente, vt subtrahamus nos ab o-
mni fratre inordinatè ambulante & non secundum traditionem quam accepistis, inquit, à
nobis.Vetus enim homo,quem vocat,omnia simul & singulatim peccata & inquinamen-
ta, tanquam sua membra, complectitur, & significat. Et quemadmodum qui crucifigitur
mortis subiectus condemnationi ab illis disiungitur,cum quibus aliquando vitæ commer-
cium habuit,sublimior iam illis qui in terra adhuc repunt factus:ita & qui cum Christo per I
baptisma crucifigitur,ab omnibus in vniuersum qui secundum hoc seculum viuunt abalie-
natus est, sublata iam mente ad cœlestem conuersationem exaltatus, vt queat vere & cum
fidutia quæ in Christo est dicere.Nostra conuersatio in cœlis est. Et iterum subdit Apos-
tolus.Qui enim mortuus est,iustificatus est à peccato,hoc est,absolutus est,liberatus est,ab o-
mni peccato repurgatus est,non solum quod operibus,ac verbis,sed quòd & ipsis cogitatio-
num affectibus sit commissum.Et alio in loco definiuit scribens.Qui verò Christi sunt,car-
nem suam crucifixerunt cum concupiscentiis & affectionibus. Crucifigimur videlicet qui
in aqua baptizamur,qui baptismus est similitudo crucis,mortis,sepulturæ ac resurrectionis
mortuorum,sicut scriptum est.Et iterum,Mortificate membra vestra, inquit, quæ sunt su- K
pra terram (omnino,baptismi pacta etiam postremò tandem seruantes)fornicationem,im-
munditiam,affectionem,concupiscentiam prauam,& auaritiam,quæ est eidolorum cultus,
propter quæ venit ira dei (non de his solum loquitur, sed quod generalius est subiungit) in
filios diffidentiæ,ita vt iam nulla amplius,ne temporaria quidem voluptas, animum com-
maculans, obturbet ei qui Christo in similitudine mortis complantatus est, & per id om-
nem malitiam vsque ad cogitationis quoque affectionem odio prosequitur & execratur,
cordis sui mundiciem declarat,quemadmodum & Dauid dicit,non adhæsit mihi cor prau-
um,declinantem à me malignum non agnoscebam. Omnino nanque ne ad eum quidem
peruersum conuersus esset,qui ipsi appropinquasset. Complantati verò in similitudine mor L
tis,prorsus excitabimur vnà cum Christo.Talis quippe est consitionum series, quæ hic in-
nuitur.Nunc quidem secundum mensuram incarnationis interno homine in nouitate vi-
tæ Christo configurato, obedientiam illi ad mortem vsque in certa veritatis verborum ip-
sius persuasione præstamus, vt digni reddamur qui cum verborum eius veritate dicamus,
viuo iam non ego,sed viuit in me Christus. In futuro verò sicut idem asseuerauit Apos-
tolus dicens.Quoniam si commortui fuerimus,& conuiuemus,si sustinuerimus & conregna-
bimus.Similiter nos huius & in eo certos reddit,quòd dicit.Si nanque complantati in simi
litudine mortis ipsius fuerimus,& resurrectionis participes erimus.Et iterum de eodem nos
baptismatis dogmate grauius & fortius instruens subinfert dicens. Quoniam Christus ex- M
citatus ex mortuis amplius non moritur,mors illi vltra non dominatur. Quod enim mor-
tuus est,peccato mortuus est semel.Quod autem viuit,viuit deo. Ita & vos,reputate vos i-
psos mortuos quidem peccato,viuentes verò deo in Christo Iesu.Adiecta igitur Apostolus
dispensatione domini nostri Iesu Christi de peccatorum nostrorum remissione, per incar-
nationem illius ad mortem vsque, grauius nos & robustius instruit, decernens, mortuos
quidem esse peccato,viuentes autem deo in Christo Iesu,vt quemadmodum Christus mor
tuus est propter nos, & excitatus ex mortuis, pro nobis, amplius non moritur: ita & nos in
mortem in similitudine baptizati, peccato moriamur, & per ascensum ex baptismate, tan-
quam ex mortuis excitati,viuamus deo in Christo Iesu, & non moriamur posthac ampli-
us,hoc

A us,hoc est,non peccemus amplius.Quoniam anima quæ peccat,ipsa morietur. Et quemad-
modum mors Christo non dominatur amplius, ita & nobis non dominetur amplius pec-
catum,hoc est,non faciamus amplius peccatum.Qui nanque peccatum facit,seruus est pec-
cati. Liberati autem omnino ab eiusmodi seruitute sicut Apostolus manifestauit dicens.
Qui verò Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis & animi affectioni-
bus,viuamus deo in Christo Iesu,qui nos liberauit, sicut scriptum est: Christus nos libera-
uit à maledicto legis,factus pro nobis maledictio.Quoniam autem peccati plurimum præ- πολὺ δὲ
cessit, manifestum est, quòd gratia domini nostri Iesu Christi hoc præstitit, sicut scriptum πρότερον
est. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt τῆς ἁμαρ-
B multi:ita per obedientiam vnius iusti constituentur multi.State igitur,inquit, & nolite ite- τίας.
rum iugum seruitutis subire.Et quemadmodum ipse peccato mortuus est semel, quod au-
tem viuit,viuit deo:ita & nos in baptismo aquæ, qui crucis & mortis similitudinem gerit,
peccato mortui semel custodiamus nos ipsos,ne denuo ad peccatum redeamus: perseuere-
mus autem viuentes deo in Christo Iesu,dicente.Qui mihi ministrat,me sequatur, quod fa
ciemus si primum mandatum ipsius custodierimus quo dicit. Sic luceat lux vestra coram
hominibus,vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis: de-
inde & Apostoli denuntiationem qua sic scripsit. Siue comedatis, siue bibatis, siue quid a-
liud faciatis,omnia ad gloriam dei facite.Assequemur autem horum quodque,si dignè vo-
C catione cœlesti affecti fuerimus,dignèque Euangelio Christi conuersemur, vt cum veritate
queamus dicere:charitas enim dei constringit nos iudicantes,hoc,quòd si vnus pro omni-
bus mortuus est,igitur omnes esse mortuos.Et pro omnibus mortuus est,vt qui viuunt am-
plius sibi ipsis non viuant, sed ei, qui pro ipsis est mortuus ac resurrexit. Et ita præstabitur
hoc.Manete in dilectione mea.Si mandata mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea:
sicut ego mandata patris mei seruaui,& maneo in dilectione ipsius.Nullam autem aliqua in
re dantes offensionem, ne vituperetur ministerium nostrum. In omnibus verò commen-
dantes nos ipsos,tanquam ministri dei,synceram & veracem ostendemus baptismatis pro-
missionem, si custodierimus quæ ab Apostolo per consolationem ad eos qui Christo sunt
D complantati,& cum eo excitati,ad hunc modum sunt dicta. Ne regnet itaque peccatum in
corpore vestro mortali,vt obediatis illi ad concupiscentias ipsius. Neque exhibeatis mem-
bra vestra arma iniustitiæ peccato,sed exhibete vosipsos deo tanquam ex mortuis viuentes.
Et membra vestra arma iustitiæ deo. Et iterum. Itaque si consurrexistis cum Christo, quæ
sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexteram patris sedens, quæ sursum sunt sapite, &
non quæ super terram sunt. Ita puto nobis Apostolum per anapodoton per ea quæ paucis
commemorata sunt dilucidare magnam illam immensæ humanitatis dei gratiam,quæ nos
in dilectione Christi Iesu Domini nostri præuenit,cuius nobis ad mortem vsque obedien-
tia,sicut scriptum est,facta est redemptio,peccatorum libertas à morte quæ in peccato mun
E di regnauit,reconciliatio cum deo,facultas placendi deo,iustitiæ donum, communio san-
ctorum in vita sempiterna,regni cœlorum hæreditas,& mille aliorum bonorum brabium.
Sapienter verò & solidè nobis per ea quæ coniunctim adducta sunt,quæ sit ratio baptisma-
tis aquæ, quod fit in mortem domini nostri Iesu Christi,tradidit, per quæ nos instruit, vt
nos ipsos communiamus ne in vacuum tantam ac talem gratiam accipiamus, cum ea di-
cit,quorum iam memini. Ne regnet peccatum in mortali vestro corpore, vt obediatis illi
ad concupiscentias eius,neque exhibeatis membra vestra arma iniustitiæ peccato,sed exhi-
beatis vos ipsos deo tanquam ex mortuis viuentes,& membra vestra arma iustitiæ deo, &
quæ sequuntur,quibus nos prorsus ab omni peccato, & à legis quoque iustitia auulsos, ar-
ctius iustitiæ quæ secundum deum est adducit,cum per horribiles illas minas, tum per bo-
F nam & desideratissimam promissionem,dum dicit,obsonia peccati mors, donum verò dei
vita æterna,in Christo Iesu domino nostro.Imitatur iterum dominum,& vt legalem iusti-
tiam nostra excellamus, instruit, subiungens. An ignoratis fratres (scientibus enim legem
loquor) quòd lex dominatur homini,quandiu ille viuit. Mulier enim quæ sub viro est, vi-
uenti viro alligata est per legem.Si verò vir ipsius mortuus fuerit,soluta est à lege viri. Vi-
uente itaque viro adultera censebitur,si iuncta fuerit alteri viro.Si verò mortuus fuerit vir,
libera est à lege, vt iam non fiat adultera, si iungatur alteri viro. Itaque fratres mei & vos
mortui estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius iam, eius videlicet, qui ex mortuis re-
surrexit, vt fructificemus deo. Cum enim essemus in carne, affectiones peccatorum, quæ

 sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt per legem, operabantur in membris nostris ad fructificandum morti. Nunc verò soluti G
sumus à lege, mortui ei, à quo detinebamur, vt iam seruiamus in nouitate spiritus, & non
in vetustate literæ, & quæ consequuntur, quibus ineffabilem dei in Christo Iesu humanita-
tem admirari, & cum maiore timore repurgare nos ab omni inquinamento carnis & spiri-
tus, docemur. Discrimen verò spiritus ac literæ, alio loco per legis & Euangelij collatio-
nem, pronuntiando declarat dicens, Litera quidem occidit, spiritus verò viuificat, literam
vocans legem, vt per ea quæ ibi conscripta sunt, manifestatur: spiritum autem, doctrinam
domini, ipso domino dicente, verba mea spiritus sunt & vita. Quòd si legalis iustitia dili-
genter obseruata, quibusdam, qui seipsos in baptismate deo obtulerunt, professique sunt,
quod nolint amplius sibi ipsis viuere, sed ei qui pro ipsis mortuus est ac resurrexit, adulterij H
crimen adfert, vt per prædicta clarè demonstratum est, quid dicendum est de traditionibus
humanis? Sanè de legali iustitia ipse Apostolus acrius pronuntiat dicens. Quin omnia dam
num esse puto, propter excellentiam cognitionis Christi Iesu domini mei, propter quem o-
mnia pro damnis duxi, & pro stercore reputo vt ipsum Christum lucrifaciam, & inueniar
in ipso habens non meam iustitiam quæ est ex lege, sed eam quæ est fidei Christi Iesu, iusti-
tiam ex deo. Manifestum itaque est de traditionibus humanis iudicium, ex verbis domini.
De propriis verò consiliis ac cogitationibus quæ sunt in sapientia humana, contentiosio-
rem demolitionem facere docuit nos Apostolus dicens. Arma nanque militiæ nostræ non
sunt carnalia, sed potentia deo ad demolitionem munitionum, quibus consilia demolimur, I
& omnem celsitudinem, quæ extollitur contra cognitionem dei. Vel certè in vniuersum de
iustitia, quæ cuique arridet, etiam si propter deum diligenti studio fiat, de qua iterum ipse
Apostolus dicit. Testimonium enim illis perhibeo, quod zelum dei habent, at non secun
dum scientiam. Ignorantes enim iustitiam dei, & propriam statuere quærentes, iustitiæ dei
non sunt subditi. Itaque ex istis & similibus manifestum est eorum iudicium, qui iudicia
dei suis commentis eneruare volunt. Scriptum enim est, væ sapientibus apud semetipsos,
& in oculis suis intelligentibus, idem apertius pronuntiante domino ac dicente. Quisquis
non acceperit regnum dei sicut paruulus, non ingredietur in illud. Quapropter necessarium
est, vt pariter ab omnibus repurgemur ac liberemur, siue diabolicis concupiscentiis, siue K
mundanis fastigiis, siue traditionibus humanis, aut propriæ voluntatis consiliis, etiam si
plausibilia & speciosa videantur, & legis patrocinio commendentur, si vel modicè à debi-
to, properantique voluntatis diuinæ studio, impediant, vt qui in hùiusmodi baptismate
professi sunt, quod velint cum Christo crucifigi, mori, sepeliri, complantari, excitari, par-
rhesiam habeant cum veritate dicendi. Ego mundo crucifixus sum (multo prius autem dia-
bolo) & mundus mihi. Viuo autem nõ iam ego, sed viuit in me Christus, quibus verbis eam
iustitiam docet, quæ legis iustitiam excellat, vt digni habeamur regno cœlorum. Tempesti-
num iam fuerit deinceps ad eam considerationem transire, qua per fidem Christi intelligen
tiam acquiramus, cognoscamúsque, quid sit baptizari in nomen patris & filij & spiritus san L
cti. Primum itaque necessarium est vt separatim quod sit vniuscuiusq; nominis significatum
declaremus. Deinde sciamus, quòd in nomine spiritꝰ sancti baptizari, quid sit, dominus ipse
declarat dicens. Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu spiritus est:
quod ideo fit, vt carnalis natiuitatis serie, exempli vice proposita ex re manifestiore pietatis
dogma clarè ac verè discamus, scientes, ac certò persuasi, quòd quemadmodum quod secun
dum carnem natum est ex aliquo, tale est, quale id ex quo natum est: ita & nos necessariò ex
spiritu natos, spiritum fieri. Spiritum dico, non secundum immensam illam & humano sen
sui incomprehensibilem spiritus sancti gloriam, sed secundum eam, quæ in diuisione charis
matum dei per Christum ipsius, vnicuiq; ad vtilitatem facta, & in illorum omnium opera- M
tione per ænigma conspicitur, vt & in aliis dictis similiter, de quibus nos ipse spiritus, secun
dum mandata dei quæ per dominum nostrum Iesum Christum denuntiata sunt, admonet
ac docet, ipso domino nostro Iesu Christo dicente, ipse vos docebit, & de omnibus admone
bit, quæ dixi vobis. Deinde Apostolus latius tradit, per quos sensus aliquis, spiritus fieri pos-
sit dum scribit, aliquando quidem, fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, animi
lenitas, & quæ sequuntur, cum præmisisset: qui verò spiritu aguntur, nõ sunt sub lege. Et alibi,
si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Aliquando verò, habentes autẽ charismata, secundũ
datam nobis gratiã dei, differentia, siue Prophetiam, secundũ proportionẽ fidei, siue mini-
sterium in ministrando, & quæ subsequuntur. Per hæc & similia dominus ex spiritu natos,

τῶν βελόν-
των σοφί-
ζεσθαι τὰ
κρίματα τῦ
θεῦ.

Quid sit ba
ptizari in
nomine pa-
tris & filij
& spiritus
sancti.

spiritum

A spiritum fieri dicit. Attestatur autem & Apostolus dicens. Huius gratia flecto genua mea ad
patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur,
vt det vobis iuxta diuitias gloriæ ipsius, virtute corroborari per spiritum ipsius, vt in inter-
no homine habitet Christus: si vero spiritu, inquit, viuimus, spiritu & ambulemus, vt hoc
pacto sancti spiritus capaces facti Christum cõfiteri queamus: propterea quòd nemo potest
dominum dicere Iesum, nisi in spiritu sancto. Igitur ad hunc modum dominus cum per se-
ipsum tum per Apostolum, ex spiritu natos, spiritum fieri docuit. Rursus & in hoc imitabi-
mur carnalem generationem. Primum quidem vt locum mutemus, & viuendi modũ trans
formemus, per hoc, quod spiritus confirmat internum hominem, vt possimus dicere. No-
B stra conuersatio in cœlis est. Nam licet corpus in terra tanquam vmbram aliquam circum-
feramus, animam tamen cum cœlestibus agentem conseruamus: deinde & ab illis qui in
terra nobiscum agunt, secedentes, cum Dauide dicamus. Eum qui occultè proximo suo de-
trahit persequebar, cum superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei
ad fideles in terra, vt illos mecum habitare faciam. Qui ambulat in via immaculata, hic mi
hi ministrabat: non habitauit in medio domus meę, qui facit superbiam. Qui loquitur iniu
sta, prosperè non egit ante oculos meos. Et quæ alibi similia dicit. Et quæ Apostolus cõstan
ter denuntiat. Si quis frater nominatus aut fornicator fuerit aut auarus, aut conuiciator aut
vinósus, aut raptor, cum eiusmodi ne cibum quidem sumite. Et vbi talia sępenumero aduer
sum eiusmodi scelera præscripsit, pręmissa de immensa & glorioſa benignitatis Christi &
C humanitatis gratia dissertatione, clarè ac solidè tradit quibusnam nobis & qualibus conui-
uendum sit, cum dicit. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex vtrisque vnum, & medium pa-
rietem maceriæ sustulit, inimicitiam scilicet, in carne sua, legem præceptorum in decretis
sitam amolitus, vt duos conderet in se in vnum hominem, faciens pacem, & reconciliaret
vtrosque deo, in vno corpore per crucem, interempta inimicitia, in seipso. Et venit & euan-
gelizauit pacem vobis, qui procul, & qui propè sunt. Quoniam per ipsum habemus vtrique
accessum in vno spiritu ad patrem. Itaque non estis amplius aduenæ & peregrini, sed estis
conciues sanctorum, & domestici dei, ædificati supra fundamentum apostolorum & pro-
phetarum, vbi summus angularis lapis est ipse Christus Iesus, in quo omnis ædificatio co-
D agmentata crescit in templum sanctum domino, vt hoc pacto Christo in similitudine mor
tis complantati, & in nomine sancti spiritus baptizati, & secundum internum hominem in
nouitate sensus regenerati, denique supra fundamentum apostolorum ac prophetarũ ædi-
ficati, digni habeamur, qui baptizemur in nomine vnigeniti dei, promereamurq; magnum
illud dei donum, de quo Apostolus tradidit dicens. Quotquot baptizati estis in Christum,
Christum induistis. Non est iam Græcus, Iudæus, circuncisio, præputium, barbarus, Scytha,
seruus, liber, sed omnia in omnibus Christus. Necessarium enim est ac consequens, vt qui
natus est, indumento quoque amiciatur, tantum si, quemadmodum tabella è qualicunque
E sit materia, deposita primum inęqualitate & detracta asperitate, ita demum picturam regiæ
imaginis induit, & tunc imaginis præstantia neque secundum ligni aut auri, vel argenti va
lorem iudicatur, sed secundum exactam ad archetypum similitudinem, cum multa diligen
tia secundum artis facultatem certò & accuratè expressam, per quam & materię differentiã,
licet plurimum ea distet ab archetypo, absconditꝰ, & ad celebritatem suam inspectores attra
hit, & honoratior fit quouis principatu ac potentatu: ita & qui baptizatur, siue Iudæus sit si-
ue Græcus, siue masculus, siue fœmina, siue seruus, siue liber, siue Scytha, siue barbarus, siue
alius quisquam quacunque generis differentia nominatus, exutus in sanguine Christi vete-
rem hominem cum actibus suis, & per doctrinam ipsius, nouum in spiritu sancto indutus,
F qui secundum deum conditus est in iustitia & sanctitate veritatis, ac renouatur ad agnitio-
nem secundum imaginem eius qui condidit ipsum, dignus reddatur qui pertingat ad bene-
placitum dei, de quo tradidit Apostolus dicens. Scimus enim quòd diligentibus deum om-
nia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt. Quoniam quos præ-
sciuit, eos & præfiniuit, vt conformes fierent imagini filij ipsius, vt sit ipse primogenitus in-
ter multos fratres. Tunc enim tanquam filium dei indutus, præfectum gradum promere-
tur, & baptizatur in nomen patris ipsius domini nostri Iesu Christi, qui secundum testimo
nium Ioannis, potestatem dedit filios dei fieri, dicente deo, Exite de medio ipsorum, & se-
paremini, & immundum ne tetigeritis, & ego suscipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos
eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens, quod fit gratia ipsius domini no-

 stri

Universidad de Deusto
Biblioteca

stri Iesu Christi vnigeniti viuentis dei filij,in quo neque circuncisio quicquam valet,neque G
præputium,sed,vt scriptum est,fides,quæ per dilectionem operatur,per quam prospero suc
cessu assequimur quod mandato baptismatis mox è vicino à domino Iesu Christo subiun-
ctum est,dicente,docentes eos seruare , quæcunque mandaui vobis,quorum obseruantiam
argumentum esse dilectionis nostræ erga se,dominus ipse definiuit dicens . Si diligitis me,
mandata mea seruate.Et iterum.Qui habet mandata mea,& custodit ea,ille est , qui diligit
me. Et rursus. Si quis me diligit,sermonem meum seruabit,& hunc pater meus diliget . Et
maiore serio & grauius,manete,inquit,in dilectione mea . Si quis mandata mea seruauerit,
manet in dilectione mea,quemadmodum & ego præcepta patris mei seruaui , & maneo in
ipsius dilectione . Si vero necessaria dilectionis nostræ erga Christum demonstratio, in ob- H
seruantia mandatorum ipsius sita est, vehementer hic nobis timendum est , quod sine dile-
ctione,etiam celebrium illorum charismatum,supernarum ac cœlestium virtutum, ipsiusq;
fidei,summa energia,& mandatum hoc quoque quod perfectos reddit,inutile est,ipso Pau
lo apostolo qui in Christo loquitur, ita dicente.Si linguis hominum & angelorum loquar,
charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens . Et si ha-
buero prophetiam,& cognouero mysteria omnia,& omnem scientiam,& si habuero omnẽ
fidem,ita vt montes transferam , charitatem vero non habuero , nihil sum. Etsi erogauero
omnem substantiam meam,& tradidero corpus meum, vt comburar,charitatem autem nõ
habuero,nihil inde vtilitatis capiam.Quæ quidem arbitror Apostolum definitorie dixisse, I
memorem domini dicentis,quoniam multi venient in illa die dicentes, domine, domine,
non in nomine tuo prophetizauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus , & in nomine
tuo virtutes multas fecimus ? Et comedimus coram te & bibimus?& in plateis nostris do-
cuisti?Et respondebo illis . Nunquam agnoui vos,discedite à me operarij iniqui,ita vt con-
spicuum sit & irrefragabile, quod sine dilectione, etiam si præcepta dei & iustificationes fi-
ant, etiamsi mandata domini custodiantur , & magna operentur in nobis charismata , hæc
omnia opera iniquitatis reputabuntur.Non quòd hęc sit ratio charismatum & iustificatio-
num dei,sed propter scopum eorum qui istis ad suos affectus abutuntur,dicente eodẽ Apo-
stolo,nunc quidem,qui quæstum esse putant pietatem,nunc vero , quidam quidem propter K
inuidiam & contentionem,quidam vero contentiose & non purè Christũ annuntiant, pu-
tantes se hoc pacto adflictionem adferre vinculis meis. Et alibi. Non enim sumus , inquit,
vt multi,cauponantes verbum dei.Et iterum per negationem dixit . Neque enim vnquam
fuimus in sermone adulandi apud vos, vt scitis,neque in prætextu auaritiæ . Deus est testis,
neque gloriam quæsiuimus ab hominibus,neque à vobis neque ab aliis,cum possemus gra-
ues esse,veluti Christi Apostoli. Ex istis autem ac similibus locis cõspicuè declaratur quàm
iustè sit Christus ita responsurus ac dicturus, discedite à me operarij iniqui, propterea quòd
per charismata dei propriæ voluntatis negotium qui tales sunt agunt(perinde ac si quisquã
medicis instrumentis ac condimentis, quæ singula ad certas passiones & sanitatis curam ac L
salutem parata sunt,ad cædem & interitum abutatur) nec mandatum Apostoli custodiunt,
dicentis,Siue edatis,siue bibatis,omnia ad gloriam dei facite.Omnino itaque necessaria est
interni hominis cura , vt submissa sit mens , & ad scopum gloriæ dei intenta , vt seruantes
mandatum domini dicentis , facite arborem bonam , & fructum eius bonum . Et iterum,
Pharisæe cæce , munda primum quod intus est in poculo , & tunc quod extra ipsum est
mundum erit totum , ex abundantia boni cordis fructum adferamus , alius quidem cen-
tuplum alius sexagecuplum , alius vero trigecuplum , siue id fiat operibus , siue verbis , ad
gloriam dei & Christi ipsius , vbique hoc satagentes , ne contristemus sanctum spiritum.
Et hoc pacto euademus iudicium domini dicentis : Væ vobis,quoniam similes estis sepul- M
chris dealbatis,quæ quidem externè speciosa apparent, interne vero plena sunt ossibus mor
tuorum,& omni spurcitia: ita & vos externè apparetis hominibus iusti , interne vero pleni
estis hypocrisi & iniquitate.Quapropter ante baptismum instructio præmittenda est, & pri
mum quæ doctrinam ac disciplinam impediunt remouenda,vt ita ad instructionẽ idoneos
nos ipsos præparemus, ipso domino nostro Iesu Christo per exempla præmissam sentẽtiam
confirmante,& iterum dogmaticè inferente:ita quisquis ex vobis non renuntiauerit omni-
bus suis facultatibus,non potest meus esse discipulus.Et iterum cum præcepto.Si quis venit
ad me,abneget semetipsum,tollat crucem suam,& sequatur me.Et iterum cum definitione.
Qui non accipit crucem suam quotidie , & sequitur me , non est me dignus. Istis ac simi-
libus

A libus sacribus sermonibus domini nostri Iesu Christi, dicentis, ignem veni mittere ad ter- †Vel, igni-
ram,& quid volo?nisi vt ardeat? manifestata peccatorum malicia,& declarata virtute eorũ tis.
quæ ad gloriam dei & Christi ipsius rectè geruntur , peruenimus omnino ad desiderium &
assensum verborũ Apostoli,quibus dicit.Miser ego homo, quis me liberabit à corpore mor
tis huius ? Gratias ago deo per Iesum Christum dominum nostrum , qui dixit. Hic est san-
guis ille meus,sanguis noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccato-
rum,attestante Apostolo,cum dicit.In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius,
remissionem peccatorum,& tunc accedimus ad baptismum aquæ,qui est crucis, mortis,se-
pulturæ ac resurrectionis ex mortuis similitudo, factis sponsionibus ac pactis,& seruantes
B quoque quæ Apostolus in talis baptismatis pericopa obsignauit , cum dixit , scientes quod
Christus excitatus amplius non moritur, mors illi vltra non dominatur. Quòd enim mor-
tuus est,peccato mortuus est semel:quod vero viuit , viuit deo: ita & vos reputate vosipsos
mortuos quidem peccato,viuentes autem deo in Christo Iesu . Ne regnet itaque peccatum
in mortali vestro corpore , ad obediendum illi ad concupiscentias ipsius , neque exhibeatis
membra vestra arma iniustitiæ peccato,sed exhibete vos ipsos deo tanquam ex mortuis vi
uentes,& membra vestra arma iustitiæ deo, & quæ sequuntur . Tunc scilicet promerebitur
quis vt baptizetur in nomine spiritus sancti,& regeneratus mutet & locum & vitæ modum
& pristinæ vitę socios,vt patri consentiẽtes promereamur baptizari in nomine filij,& Chri
C stum induere . Oportet enim & vestem accipere eum qui natus est , sicut Apostolus dixit.
Quotquot in Christum baptizati estis,Christum induistis.Et iterum:Exuti veterem homi-
nem cum actibus suis, & induti nouum, qui renouatur ad agnitionem, iuxta imaginẽ eius
qui condidit ipsum vbi non est Græcus,& Iudæus.Postquàm vero filium induimus, qui po
testatem dat filios dei fieri,in nomine patris baptizamur & filij dei declaramur, qui præce-
pit ac denuntiauit,sicut propheta dixit.Quapropter exite de medio ipsorum & separemini,
dicit dominus, & immundum ne tetigeritis,& ego suscipiam vos,& ero vobis pater & vos
eritis mihi filij ac filiæ,dicit dominus omnipotens.Has itaque dilecti promissiones haben-
D tes,inquit Apostolus,repurgamus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus,perfi-
cientes sanctimoniam in timore dei.Et iterum denuntiat dicens,omnia facite sine murmu
ratione ac disceptatione,vt sitis inculpati ac synceri,irreprehensibiles filij dei,in medio na-
tionis prauæ ac peruersæ, in quibus lucetis tanquam luminaria in mundo,vitę sermonẽ ha
bentes,ad gloriationem meam,in diẽ Christi.Itaque si surrexistis cum Christo, quæ sursum
sunt quærite,vbi Christus est ad dexterã patris sedens,quæ sursum sunt sapite, non quę sunt
supra terrã.Mortui enim estis , & vita vestra abscondita est cum Christo in deo . Quando
Christus apparuerit vita vestra , tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria , quæ ab ipso est
E domino promissa,qui dixit.Tunc fulgebunt iusti sicut sol, &c.

QVOD QVI PER BAPTISMVM REGE-
neratus est, participatione deinceps diuinorum mysteriorum nutriri debeat.

QPtimi dei gratia,commemoratione verborum vnigeniti viuentis dei filij, & san-
ctorum ipsius euangelistarum,prophetarumq; & Apostoli quæ nobis rationem ba
ptismatis domini nostri Iesu Christi sufficienter declararunt,instructi sumus,quod
ignis quidem baptisma & omnem maliciam arguit,& iustitiæ quę secundum Chri
stum est capacem reddit,odiumq; malitiæ indit,& desiderium virtutis, per fidem autem , à
F sanguine Christi repurgati sumus ab omni peccato, aqua vero in mortem domini baptiza-
ti,quasi scripto quodam pepigimus & professi sumus,quòd mortui sumus peccato & mun-
do,viuificati vero iustitiæ , atq; ita in nomine sancti spiritus baptizati,ac regenerati sumus.
Regenerati vero & in nomine filij baptizati, Christum induimus.Induti autem nouum ho
minem,qui secundum deum conditus est,in nomine patris baptizati sumus,& filij dei de-
clarati.Opus itaq; deinceps est vt nutriamur cibo vitæ æternæ,quam & ipsam nobis quoque
ipse vnigenitus viuentis dei filius tradidit,quando dicit. Non in solo pane viuet homo, sed
in omni verbo quod progreditur per os dei . Et quomodo hoc fiat docuit vbi dixit : Cibus
meus est,vt faciam voluntatem eius qui misit me patris.Et iterum secundo,Amen,ad con-
firmandum quæ inferebat,& persuadendum auditoribus adiecto.Amen amen,inquit, dico

Universidad de Deusto
Biblioteca

vobis,nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius,non habebitis G
vitam in vobis.Qui edit carnem meam,& bibit sanguinem meum, habet vitam æternam.
Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.Caro nanque mea verè est cibus, & sanguis meus
verè est potus.Qui edit carnem meam,& bibit sanguinem meum,in me manet,& ego in ip
so.Et paulo post scriptum est.Multi autem ex discipulis eius audito hoc sermone dixerunt,
durus est hic sermo.Quis poterit eum audire?Cognito autem dominus in seipso,quòd mur
murarent de hoc sermone discipuli,dixit eis.Hoc vos offendit?Si videritis ergo filium ho-
minis ascendentem,vbi erat prius.Spiritus est qui viuificat,caro non prodest quicquã. Ver
ba mea spiritus sunt & vita.Sed sunt ex vobis quidam qui non credunt. Sciebat enim Iesus
iam tum ab initio,qui essent credentes,& quis esset ipsum traditurus.Et dixit.Ideo dixi vo-
bis,quòd nemo queat venire ad me,nisi sit illi datum à patre meo. Ab eo tempore multi di H
scipulorum eius retro abibant, & amplius cum illo non ambulabant, dicebat igitur Iesus
ad duodecim.An & vos vultis abire?Respondit Simon Petrus,domine ad quem abibimus?
verba vitæ æternæ habes,& nos credidimus & cognouimus te esse Christũ filium dei viuen
tis.Et circa finem euangeliorum scriptum est. Acceptum igitur Iesus panem, gratiis actis,
fregit ac dedit discipulis & dixit,Accipite,edite,hoc est corpus illud meum, quod pro vo-
bis frãgitur, hoc facite in mei rememorationem.Et acceptum quoque poculũ,gratiis actis,
dedit illis dicens,bibite ex hoc omnes,Hic est enim sanguis ille meus,sanguis noui testamẽ
ti qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite in mei rememoratio- I
nem.Attestatur istis & Apostolus dicens.Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis,
quod dominus Iesus in ea nocte,qua tradebatur,panem accepit, & gratiis actis fregit ac di
xit.Hoc est corpus illud meum,quod pro vobis frangitur.Hoc facite in mei rememoratio-
nem.Similiter & poculum,posteaquam cœnassent,dicens.Hoc poculum, nouum testamen
tum est in meo sanguine.Hoc facite in mei rememorationem. Quotiescunque enim ede-
ritis panem hunc & poculum hoc biberitis,mortem domini annuntiabitis quousq; veniat.
Quid itaque vtilitatis habent hæc verba? Vt edentes ac bibentes, perpetuò memores simus
eius,qui pro nobis mortuus est ac resurrexit,atque ita instruamur necessariò custodire in cõ
spectu dei ac Christi eius traditum ab Apostolo dogma, quo dicit, charitas enim dei con- K
stringit nos iudicantes hoc,quòd si vnus pro omnibus mortuus est, omnes itaque mortuos
esse.Et pro omnibus mortuus est,vt qui viuunt,iam non amplius sibi ipsis viuant,sed ei qui
pro ipsis est mortuus ac resurrexit.Qui nanque edit ac bibit, videlicet in memoriam inde-
lebilem eius,qui pro nobis est mortuus ac resurrexit, Iesu Christi domini nostri, rationem
vero memoriæ obedientiæq; dominicæ ad mortem vsque,iuxta doctrinam Apostoli nõ ad-
implet,qui vt prædictum est, dicit.Constringit enim nos charitas dei,iudicantes hoc, quòd
si vnus pro omnibus est mortuus, itaque omnes esse mortuos (quod in baptismate professi
sumus)Et pro omnibus est mortuus,vt qui viuunt iam non amplius sibi ipsis viuant, sed ei,
qui pro ipsis est mortuus ac resurrexit,nihil habet vtilitatis,iuxta sententiam domini dicen
tis,caro non prodest quicquam. Accersit autem sibi ipsi qui talis est, iudicium quoque,di- L
cente Apostolo. Qui edit ac bibit indignè,iudicium sibi ipsi manducat & bibit, non diiu-
dicans corpus domini. Non enim terribile tantum iudicium habet, qui in carnis ac spiri-
tus inquinamento ad sancta accedit indignè, accedens vero, reus fit corporis ac sanguinis
domini,sed & otiose & inutiliter edens ac bibens, in eo,quòd non, per memoriam eius qui
pro nobis est mortuus & excitatus, videlicet Iesu Christi domini nostri, custodit illud A-
postoli quod dictum est suprà: constringit enim nos charitas dei, iudicantes hoc quòd si
vnus pro omnibus mortuus est, igitur mortuos esse omnes, & quæ sequuntur. Quemad-
modum enim sine conscientia & inutiliter tantum ac tale bonum irritum facit, & sicut M
absque vlla gratiarum actione accedit ad tale mysterium, iudicium habet segnitiei, cum
dominus nec eos innoxios esse sinat,qui verbum aliquod otiosum proferunt,& vehemen-
tius quoque otiositatis iudicium declaret, in eo, qui talentum acceptum in otio & segni-
tie integrum seruauerat: Apostolus vero tradiderit nobis, quòd & is qui bonum verbum
prolatum non ad ædificationem fidei dispensat, contristet spiritum sanctum. Debemus
itaque attendere quod sit iudicium eius qui indignè edit ac bibit. Non si qui fratrem quo-
que per cibum contristat à charitate excidit, sine qua magna quoque charismata & iusti-
ficationes quoque operantia nihil prosunt, quid de eo dicendum est, qui otiosè & inutili-
ter edere audet corpus & bibere sanguinem domini nostri Iesu Christi, & hac ratione plus
aliquanto

A aliquanto contristat & infestat spiritum sanctum, dum sine socia charitate vescitur? Iudi-
cemus itaque hoc, ne vobis ipsis viuamus, sed ei qui pro nobis est mortuus & resurrexit,
Christo Iesu domino nostro,edamus ac bibamus.Oportet igitur accedentem ad corpus ac
sanguinem domini,ad rememorationem eius qui pro nobis est mortuus ac resurrexit, non
solum purum esse à quouis inquinamento carnis ac spiritus, ne ad iudicium edat & bibat,
sed & euidenter ostendere & exprimere memoriam eius qui pro nobis mortuus est ac resur
rexit,in eo,quòd & mortificatus est,peccato,mundo,ac sibi ipsi,& deo viuit in Christo Iesu
domino nostro.

B

SERMO SECVNDVS IN CAPITA tredecim diuisus.

AN quisquis baptismate secundum Euangelium domini nostri Iesu Christi baptizatus est, obligatus sit Cap.1.
ad hoc,ut mortuus peccato,viuat deo in Christo Iesu.

An non sit periculosum, si quisquam corde à conscientia praua, aut immunditia,uel inquinatione 2
non repurgato,sacerdotio fungatur.

An periculosum non sit, non purgatum ab omni carnis & spiritus inquinamento edere corpus domini & 3
bibere sanguinem ipsius.

An credendum sit cuiuis uerbo dei,persuasumque esse oporteat de ueritate eius quod dicitur,etiamsi aliud 4
C *uerbum aut factum uel ipsius domini uel sanctorum,quod contrarium esse uideatur.*

An cuiusque uerbi incredulitas & inobedientia digna sit ira & morte,tametsi non sint separatim singu- 5
lis adiectæ minæ.

An inobedientia in eo sit,si interdictorum & prohibitorũ aliquid fiat,uel in eo quoque si quid eorum quæ 6
sit decreta sunt,omittatur.

An possibile sit,uel acceptum,uel probabile deo,eum qui peccato seruit,iustitiam facere secundum pietatis 7
ac religionis sanctorum canonem.

An acceptum sit deo,si opus præcepti,non rite secundum præcepti rationem fiat. 8

An communicandum sit præuaricatoribus, aut infrugiferis tenebrarum operibus, etiamsi eiusmodi ex iis 9
non sint,qui meæ fidei commissi sunt.

D *An offendere perpetuo sit periculosum.* 10

An oporteat,& tutum sit,quæ à deo mandata sunt aliquãdo detrectare,aut prohibere eũ qui ex iussu mã- 11
data illius obit,aut prohibentes sustinere,maximè si germanus sit qui prohibet,aut ratio quædam in speciem
probabilis mandato dei aduersatur.

An quisque sit debitor omnibus & in omnibus curandis uel fidei suæ concreditis tantum,illisque secũdum 12
admensuratum sibi à spiritu sancto donum.

An quamuis tentationẽ sustinere oporteat,etiamsi mortis minas adiunctas habeat,nisi obedientia deo de- 13
bita seruetur,& maximè in cura eorum qui fidei nostræ concrediti sunt.

E

An quisquis baptismate secundum Euangelium domini nostri Iesu Christi baptizatus est, obligatus sit ad hoc, vt mortuus peccato, viuat deo in Christo Iesu. CAPVT PRIMVM.

QVOD si omnes,qui regnum dei nobis optamus, baptismatis gratiam æquè ac ne-
cessario expetimus & efflagitamus,iuxta domini sententiam,dicentis, nisi quis nascatur ex
aqua & spiritu,non poterit ingredi in regnum dei, omnes igitur ad hoc pariter obstringi-
mur vt ipsi baptismatis rationi respondeamus & concordemus,Apostolo communiter ba-
ptizatis omnibus dicente. An ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati sumus in Chri-
stum Iesum,in mortem ipsius baptizati sumus?Consepulti igitur illi sumus per baptismum
F in mortem,vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis, per gloriam patris, ita &
nos in nouitate vitæ ambulemus,& quæ sequuntur.Et alio in loco, cum maiore reprehen-
sione & clarius nobis tale dogma tradit,dicens.Quicunq; in Christum baptizati estis,Chri-
stũ induistis.Non est Iudæus,non est Græcus,non est seruus,non est liber, non est masculus,
non est fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Quemadmodum & iterum
ad omnes dicit.In quo & circuncisi estis,circumcisione non manufacta in depositione cor-
poris peccatorum,carnis videlicet,in circumcisione Christi,consepulti ipsi in baptismate,in
quo & vnà excitati estis per fidem.Quisquis igitur Euangelij baptismate baptizatus est,obli
gatus est ad hoc,vt secundum Euangelium viuat,quod & per ea patet quæ alibi dicit,Con-
testor

Universidad de Deusto
Biblioteca

testor iterum omnem hominem circuncidentem se,quòd debitor est totius legis seruandæ. G
Constat itaque manifestè,quòd quisquis vnico illo, sicut scriptum est, baptismate baptizatus est,simul debitor est secundum verbum eius qui pro nobis est mortuus & resurrexit,adimplendi eius quod ab Apostolo scriptum est. Charitas enim Christi constringit nos, iudicantes hoc,quòd si vnus mortuus est pro omnibus,mortuos itaque esse omnes. Et pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt iam non amplius sibi ipsis, sed ei viuant, qui pro ipsis est mortuus ac resurrexit.Si enim qui parte tantum aliqua corporis Mosaica circuncisione circunciſus est,debitor est totius legis seruandæ,quanto magis circuncisione Christi in expoliatione totius corporis peccatorum,videlicet carnis,circunciſus,sicut scriptum est, debitor est seruandi dicti Apostolici.Ego mundo crucifixus sum,& mundus mihi,Viuo autem non H
iam ego,sed viuit in me Christus. Itaque qui verè secundum verbum Apostoli in mortem Christi baptizatus est, mundo quidem seipsum mortificauit, verum multo prius peccato, iuxta eam rationem quæ ab Apostolo vbi de baptismate loquitur assignata est, vbi dicit. Quoniam vetus homo noster vnà crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt peccato non seruiamus posthac amplius.Irreuocabili autem pacto se adstrinxit ad hoc,vt Christum sequatur in omnibus,id quod est deo integrè ac perfectè viuere, omnino adimplens Apostolica illa, quibus aliquando dicit. Obsecro vos fratres per miserationes dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem,sanctam, deo beneplacentem, rationalem vestrum cultum,& quæ sequuntur:aliquando verò. Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro corpore,ad obediendum illi in concupiscentiis ipsius. Neque exhibeatis membra vestra arma iniustitiæ peccato,sed exhibeatis vos ipsos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ deo.In istis autem & similibus dogmatis, iterum dicens. Non est Iudæus,non est Græcus,non est seruus,non est liber,non est masculus,non est fœmina.Omnes vos enim vnus estis in Christo Iesu,hoc quæritur, vt digni reddamur omnes, veluti vnus, qui illud Christi audiamus veni serue bone.In modicis fuisti fidelis,supra multa te constituam,intra in gaudium domini tui,id quod promerebimur,si quisque nostrum admensuratã sibi gratiam,sicut scriptum est,in qua vocatus est,& consors effectus, abundantiore cura & impigro studio auctiorem reddere sategerit. K

An periculosum non sit, si quisquam corde à conscientia aut praua, vel immunditia aut inquinamento non repurgato, sacerdotio fungatur.

CAPVT SECVNDVM.

Leuit.21. MOSES per ea quæ tunc in lege à deo data posuit, typum quendam ad nostri adhortationem præfigens,scribit.Et dixit dominus ad Mosen,loquere ad Aaron dicens. Homo ex stirpe tua,in generationibus vestris,habens in seipso maculam, non accedet ad offerendum dona deo ipsius.Quoniam omnis homo, in quo vel qua, macula est, non accedet. Et in sequentibus quid per maculam intelligat exponit.Nempe quod esse debeat absque vllo alieno & superfluo in corpore membro,nec vnius alicuius membrorum suorum vel parte tantum læsus aut vitiatus,etiamsi tantum non sit vitium vt ab incessu impediat,dum modò saltem deformitatem inducat,aut corporis integritatem lædat.Dominus verò dicit. Tẽplo maior est hic,instruit nos tanto scelestiorem & impium magis esse eum qui cum impurus sit, corpus domini administrare audet, qui seipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem bonæ fragrantiæ dedit, quanto corpus vnigeniti filij dei excellentius est arietibus ac tauris.Excellentius dico non collationis ratione.Est enim excellentia incomparabilis.At maculam & vitium iam in nouo testamento,non referre oportet ad corpus, sed ad iustificationes Euangelicæ pietatis. Quando videlicet præceptum dei vel non plene, vel mutilè,vel non ita fit,vt deo placere possit,& quasi tuber,vel lepra quædam humani sensus M
illi infigitur.Necessarium itaque semper quidem est,maximè verò tanti ac talis mysterij celebrandi tempore,seruare præceptum Apostoli dicentis. Cum has itaque promissiones habeamus dilecti, repurgemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei, nec vllam aliqua in re dantes offensionem, ne vituperetur ministerium, sed in omnibus commendemus nos ipsos tanquam dei ministri. Hoc pacto poterit quis dignus fieri ad sacrificandum mysterium domini, secundum Euangelium dei?

An tutum

A An tutum sit, si quis non repurgatus ab omni inquinamento carnis & spiritus edat corpus domini, & bibat sanguinem eius.

CAPVT TERTIVM.

GRAVISSIMVM supplicium in lege deus aduersum eos decreuit,qui cum sint immundi,sancta contingere non verentur.Typicè nanque illis quidem,nobis verò admonitionis gratia, scriptum est ad hunc modum. Et loquutus est dominus ad Mosen dicens. Dic Aaroni & filiis eius.Abstineant à sanctis filiorũ Israël,nec polluant nomen meum sanctum,quæcunque illi mihi sanctificant.Ego dominus.Dic illis,in generationibus ipsorum. Quisquis hominum ab omni vestro semine, ad sancta, quæcunque filij Israël domino sanB ctificant,in immunditia sua constitutus, accedit, exterminabitur anima illius à facie mea. Ego dominus.Si tales minæ aduersum eos positæ sunt,qui temere ad ea sacra accedunt,quę ab hominibus sanctificantur,quid dicendum est de eo,qui in tantum ac tale mysterium temerarius est? Quanto enim maius aliquid is est templo, secundum domini vocem, tanto grauius & terribilius est in animæ impuritate constitutum corpus Christi temere contingere,quàm sit accedere ad arietes vel tauros,dicente Apostolo. Itaque qui edit panem aut bibit poculum domini indignè,reus erit corporis & sanguinis domini, imò vehementius ac terribilius iudicium per repetitionem exprimente, cum dicit. Probet autem quisque seipsum,& sic de pane hoc edat & de poculo bibat. Qui nanque manducat ac bibit indignè, iuC dicium sibi ipsi manducat & bibit,non diiudicans corpus domini. Quòd si in immunditia tantum constitutus (Immunditiæ verò proprietatem typicè ex lege discimus) tam terribile iudicium habet,quanto magis,qui cum in peccato sit,corpus domini contingere audet,grauius sibi accersit iudicium? Mundemus itaque nos ab omni inquinamento. (Differentia verò inquinamenti & immunditiæ,sapientibus est manifesta) atque ita ad sancta accedamus, διαφορὰ τοῦ μολυσμοῦ πρὸς τὴν ἀκαθαρσίαν.
vt iudicium eorum qui dominum occiderunt effugiamus: propterea quod quisquis ederit panem & biberit poculum domini indignè,reus erit corporis ac sanguinis domini. Habebimus autem vitam æternam,sicut promisit qui mentiri nequit,dominus ac deus noster Iesus Christus,si edentes ac bibentes memores fuerimus eius qui pro nobis est mortuus,& senD tentiam Apostoli seruauerimus dicentis.Dilectio nanque dei nos cõstringit,iudicantes hoc, quòd si vnus pro omnibus mortuus est, omnes itaque mortuos esse. Et pro omnibus mortuum esse,vt qui viuunt,iam nõ amplius sibiipsis viuant, sed ei, qui pro nobis est mortuus ac resurrexit,quod & in baptismate professi sumus ac polliciti.

An cuiuis verbo dei credendum sit, & obtemperandum certa persuasione verum esse quod dicitur, etiamsi vel verbum vel factum aliquod ab ipso domino, aut sanctis expressum, contrarium videatur.

CAPVT QVARTVM.

TAMETSI omnibus modis aliena debeat esse hæc quæstio ab eo,qui domini noE stri Iesu Christi vnigeniti viuentis dei filij cõfessionem recepit,per quem omnia facta sunt, siue visibilia,siue inuisibilia,adeoq; & verborum illorum quę à patre audiuit,attamen respõdere debemus obedientes Apostolo,qui sic scripsit,Parati estote ad respondendum vnicuiq; rationem eius fidei quæ in vobis est petenti.Et ne si de nostro aliquid attulerimus,amphiboliam moueamus audientibus,ad memoriam reuocemus ipsius domini verba dicentis,Amẽ Amen dico vobis,iota vnum, aut apex vnus haudquaquam præteribit à lege donec omnia fiant.Et iterum,Facilius est transire cœlum ac terram, quam vt legis vnus apex intereat. Si verò plus aliquid Salomone hic est,& plus Iona,consentaneum est dicere,& plus Mose,Apostolo posteaquam de inacessa Israëlitis Mosis gloria,in collatione gloriæ domini nostri Iesu Christi disseruit,subiungente,quoniam glorificatum non est, quod glorificatum erat F in hac parte,propter eminentem gloriam.Si nãque quod euacuatum est in gloria fuit:multo magis quod solidum permanet in gloria est.Hoc pacto,si ex his quoque dictis edocti fuerimus,quæ in Euangelio sunt dicta,indubitata fide tanquam firmiora agnoscere & confiteri,simul Christi iterum memores erimus dicentis, Cœlum ac terra transibunt: verba verò mea prorsus non transibunt. Suffecerant itaque plus omnibus quidem verba domini ad hoc,vt in spiritu sancto ac principali corda nostra confirmarent,quo indubitanter ac solidè vnicuique verbo per os dei progresso adhæreremus: verum vt quorundam imbecillitati succuramus,conuenit forsan,vt testimonium quoque vnius aut alterius ex multis adducamus.Dauid igitur dicit,Omnia mandata domini fidelia sunt,confirmata in seculum seculi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

culi,facta in veritate & æquitate.Et iterum.Fidelis dominus in omnibus verbis suis,& sanctus in omnibus operibus suis,& talia multa.Iehu verò in libris Regum dixit.Videte,quàm non cadat verbum domini in terram.De illis verò,quæ quandam videntur habere contrarietatem, melius est vt sibi ipsi lector fidem non habeat, vtpote qui nondum ad cognitionem diuitiarum sapientiæ dei peruenit,& quia difficile est penetrare ad inscrutabilia iudicia dei,quàm vt obnoxius fiat iudicio audaciæ ac temeritatis,& audiat illud,impius est qui Regi dicit,iniquè agis.Et quis accusabit electos dei? Licet autem multa multis apertam videantur habere solutionem,attamen etiam ea quæ contraria videntur,obseruare debemus.Nam quando in mandato dei contrarium aliquod vel verbum vel factum esse videtur, nihilominus necesse est vt quisque mandato obediat,nec temere ad profunditatem diuitiarum ac sapientiæ dei irruat,aut excusationes in peccatis prætexat.Nam hoc deo placere, & periculo carere ex diuinis scripturis didicimus.Siquando autem mandatum mandato repugnare videtur,necesse est,vt hypotheses ipsorum discamus,& totam pericopen legentes,consonantiam cognoscamus, ac quod vnicuique competit ad scopum supernæ vocationis obseruemus,ad quem vtraque mandata tendunt,partim morbum nostrum curantia,partim profectum largientia, quo ad diuini beneplaciti perfectionem ducamur, dicente domino, aliquando quidem.Nemo lucernam accensam abscondit subtus modium, sed super candelabrum,vt luceat omnibus qui sunt in domo.Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum qui in cœlis est, aliquando autem. Te verò eleemosynam faciente,nesciat sinistra tua,quid faciat dextra tua.Et multa similia inuenies apud Euangelistas & Apostolum.Quòd si mãdatum nobis datur,nec additur,quomodo fieri debeat,obediamus domino dicenti.Scrutemini scripturas,& imitemur Apostolos, qui ab ipso domino dictorum ipsius declarationem petebãt,& eorum quę ab ipso dicta sunt veritatem ac salubritatẽ,ex illis quæ alibi dicta sunt discamus.Vtpote in eo quod dixit.Colligite vobis thesauros in cœlo,cum ex iis quæ adolescenti præcepta sunt, quo sensu dictum sit discamus,dicente ad illum domino,Vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: tum ex illis quæ regnum cœlorum hæreditate acquirere cupientibus dicta sunt,nempe.Noli timere pusille grex,quoniam cõplacitum est patri vestro cœlesti dare vobis regnum.Vendite quæ possidetis,& date eleemosynam,facite vobis sacculos qui nõ inueterascunt,thesaurum indeficientem in cœlis.Si verò periculum quoque obseruantiam mandati concomitatur,quæ est nostra gloriatio,memores simus Apostoli dicentis.Melius mihi est vt moriar,quàm vt gloriationem meam quisquam inanem reddat. Et alibi latius, Quis nos separabit à charitate Christi? Adflictio? Anguſtia? Persequutio? fames? nuditas? periculũ? gladius? & quæ sequuntur: vnde vrgentius docemur,vt mandata dei obseruemus,& abundãtiorem erga dominum dilectionem demonstremus,dicentem.Qui diligit me mãdata mea seruabit,& plerisq; locis aliis similiter.In reliquis verò imitemur Apostolum dicamusq;, O altitudinem diuitiarũ sapientiæ ac scientię dei,quàm inscrutabilia sunt iudicia eius? & ininuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit mentem domini,qui de cœlo descendit,& verba patris nobis annuntiauit: Cui fidem habere & obedire & necessarium est ac salubre, tanquã liberos parentibus & pueros præceptoribus,iuxta ipsam domini nostri Iesu Christi vocem, dicentis,Nisi quis acceperit regnum dei sicut paruulus,prorsus non intrabit in illud.

2.Reg.10.

An vnius cuiusque verbi inobedientia ira ac morte sit digna, etiamsi non separatim ad singula adiectæ sint minæ. CAPVT QVINTVM.

QVOD iram ac mortem cuiusque verbi dei inobedientia promereatur, latius quidem in Epistola de consonantia dictum est: vt autem & hic vnius aut alterius ex multis testimonij admoneamur,audiamus Ioannem Baptistam dicentem. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui verò non credit (quod autem infinitè loquitur, neminem non includit) non videbit vitam,sed ira dei manet supra ipsum,deinde & ipsum definitè pronuntiantem,Iota vnum,aut apex vnus,non præteribit à lege donec omnia fiant.Si verò quæ legis sunt,ita habent: quanto magis,quæ sunt Euangelij? sicut & ipse dominus hoc sæpenumero affirmauit.De eo verò,an ita sit,etiam si non singulis separatim adiectæ sint minæ, sufficere puto fidelibus,si memores sint ipsius domini,qui in pericopa doctrinæ suæ quam beatitudinum catalogo subiecit,in qua complurium prohibitorum meminit,quibusdam quidẽ comminationes adiecit,dicens.Quisquis iraſcitur fratri suo,obnoxius erit iudicio: qui verò illi rhaca

τὸ δὲ ἀόριστον, πάντως ἐπὶ πλείονων.

A illi rhaca dixerit, obnoxius erit concilio,qui autem dixerit, fatue, obnoxius erit gehennæ igni,& eiusmodi alia multa, quibusdam vero nihil minarum addidit, vtpote cum dicit. Quisquis mulierem viderit ad concupiscendum eam,iam adulterium cum ea commisit in corde suo.Et iterum.Ego autem dico vobis,ne iuretis omnino.Et post pauca.Sit autem sermo vester,est est,non non. Quod si amplius quid adiungitur, ex malo est. Et talia multa, absque vllius pœnæ minis separatim ad singula adiectis, generaliter aduersum omnes pronuntiauit,præmissa primum illa sententia quæ dixit. Nisi abundauerit iustitia vestra plus q̃ scribarum ac pharisæorum,non intrabitis in regnum cœlorum, deinde adiecta hac conclusione.Quisquis audit hosce sermones meos,& non facit eos, comparabitur viro stulto, qui
B ædificauit domum super arenam,& descendit imber,& venerunt flumina, ac flauerunt venti,& impegerunt in domum illam,& deiecta est,& fuit ruina illius magna.Et multis etiam aliis locis,facta peccatorum mentione, non adiecit singulis debitum ac repositum supplicium, sufficere ratus,quod in genere sæpenumero contra quæuis peccata dixit. Quoniã vero opus habent imbecilliores vt iuuentur,ad memoriam reuocemus & Apostolum.Dominum nanque imitatus & ipse aliquando quidem dicit.Si quis frater nominatus, aut fornicator fuerit,aut auarus,aut idololatra,aut conuiciator,aut vinosus, aut raptor, cum tali ne cibum quidem sumite: aliquando verò,ne mentiamini alius alij.Et alibi.Omnis ira, & furor,& clamor,& blasphemia tollatur à vobis,cum omni malitia.Et huiusmodi sæpenume-
C ro multa,absque vlla supplicij mentione dicit.Alibi generaliter supplicium quoque adiicit dicens.Ne erretis.Neque fornicatores,neque molles,neque masculorum concubitores,neque fures,neque auari,neque vinoléti,neque conuiciatores,neque raptores regnum dei hęreditate possidebunt.Alio vero loco iterum latius scribit. Et sicut non probauerunt vt deũ haberent in notitia,tradidit eos deus in mentem reprobam, vt facerent quæ non conueniunt,repletos omni iniustitia, versutia, auaritia, malitia, plenos inuidia,cæde, contentione, dolo,malis moribus præditos,susurrones,obtrectatores,dei osores,cõtumelioſos,superbos, arrogantes,inuẽtores malorum,parentibus immorigeros,expertes intelligentiæ, pactorum transgressores,ab affectu charitatis alienos,nescios fœderis,immisericordes.Qui quidem,cũ
D iustitiam dei cognouerint, quòd qui talia faciunt digni sint morte, non solum ea faciunt, sed & facientibus assentiũtur.Quapropter inexcusabilis es ô homo,quisquis es, qui iudicas. In quo enim alium iudicas,teipsum condemnas.Eadem enim facis ipse qui iudicas.Et multis in locis similiter: ex quibus ostenditur, quod etiamsi in particularibus non sint cuiq; peccatorum speciei additæ supplicij comminationes, necessariò tamẽ hoc agnoscere debemus, quòd ineuitabili necessitate generali alicui sententiæ subiiciatur, quisquis vel vnum præceptum transgreditur,domino nostro Iesu Christo ita pronuntiante.Nam qui spernit me, & verba mea non accipit,habet à quo iudicetur.Sermo meus,quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Et quæ ibi cum maiore terrore sequuntur, Ioanne vero Baptista,
E quo nemo maior est,definitione contestante ac dicente.Qui filio non credit,vitam nõ habebit,sed ira dei manet supra ipsum. Hoc enim consuetudinis est diuinitus inspiratæ scripturæ,etiam in veteri testamento.Etenim & per Mosen, qui pleraque legis scripsit, absque adiectis contra transgressorem aut neglectorem minis, generalem aduersus omnes maledictionem,grauissimum sanè supplicium euidenter exprimentem subiecit dicens. Maledictus omnis qui non permanet in omnibus,quæ scripta sunt in libro legis hujus.Et alibi, Maledictus sit,inquit,qui facit opera domini negligenter. Quòd si maledictus est qui illa negligenter facit,quo non supplicio dignus est,qui omnino non facit?

An inobedientia sit in eo, si quid vetitorum fiat,vel etiam in eo si quid eorum quæ decreta sunt omittatur. CAPVT SEXTVM.

F IVDICIVM hoc dominus noster Iesus Christus acrius ac constantius affirmauit,cum ad amolitionem præcepti erroris, tum ad confirmanda corda nostra in fide sana, volens nos iudiciorum dei timorem docere, non solum per verba, sed & per exempla: propterea quod ipsis rebus veritatis nobis persuasio penitius infigitur.Et primum quidem.Nisi abundauerit,inquit,iustitia vestra,plus quàm scribarum ac pharisæorum,non intrabitis in regnũ cœlorum. Et post totam illam pericopen doctrinæ suæ sententiam cum hypodigmate subiecit,dicens.Quisquis audit sermones istos meos, & non facit eos,assimilabitur viro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit imber, & venerunt flumina,& flauerunt venti, & cum fragore proruperunt in domum illam, & lapsa est.Et fuit ruina illius magna

προσκρήξεως.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magna.Et iterum. Ficum habebat quis plantatam in vinea sua, & venit quærens ex ea fru- G
ctum,nec inuenit.Et dixit ad vinitorem suum. Ecce iam tres anni sunt ex quo venio: quæ-
rens fructum in ficu hac,nec inuenio.Excide eam.Vt quid vel terram occupat? Et alibi aper
tius iudicium hoc exponit dicens, Discedite à me maledicti in ignem æternum, præparatũ
diabolo & angelis eius.Et addit,non patrationem vetitorum, sed omissionem eorum ope-
rum quæ vt fiant decreta sunt,dicens. Esuriui & non dedistis mihi cibum: sitiui, & non de-
distis mihi potum,& quæ sequuntur.Multa autem similia inuenire est ex quibus demõstra-
tur,quod non solum ij, qui mala faciunt,digni sint morte, quibus & ignis inextinguibilis
paratus est,cum quibus condemnantur etiam illi, qui à bonis operibus vacant: Sed & qui
negligenter quæ bona sunt faciunt.Scriptum nanque est.Maledictus omnis,qui facit opera H
domini negligenter.Tempestiuum fuerit meminisse & Ioannis, ad eos qui peccatorum per
baptisma remissionem accipiebant,dicentis. Progenies viperarum, quis demonstrauit vo-
bis,vt fugiatis à ventura ira? Facite fructus resipiscentia dignos,nec videamini dicere inter
vosipsos, patrem habemus Abrahamum, dico enim vobis, quòd potest deus ex lapidibus
istis excitare Abrahamo filios.Iam autem securis ad radicem arborum posita est. Quæcun-
que igitur arbos non facit bonum fructum, exciditur, & in ignem mittitur.Horum itaque
quodq; non meminit alicuius mali operis patrationem, sed vacationem à iustitia pietatis.
Si nanque maledictus est,quisquis opera domini negligenter fecit,propterea quòd illa non
competenti animi alacritate fecit: quanto magis maledicti sunt qui quodcunque bonum fa I
cere non sustinent,& meritò audiunt,discedite à me maledicti in ignem æternum, qui pa-
ratus est diabolo & angelis eius.Ex omnibus itaque istis manifestum est,quòd solito maio-
re celeritate,& impigro studio cum bono & fixo desiderio opus sit in mandatis domini no
stri Iesu Christi, vt & nos digni simus beatitudine illa de qua ipse domin⁹ noster Iesus Chri
stus vnigenitus viuentis dei filius dixit,Beati esurientes & sitientes iustitiam, quoniam ipsi
saturabuntur.

An possibile,aut gratum,aut acceptum deo sit,eum qui peccato seruit,iustitiam fa-
cere secundum pietatis sanctorum canonem. CAPVT SEPTIMVM.

IN veteri quidem testamento dicit deus.Peccator,qui vitulum mihi immolat, perinde K
est atque qui canem mactat:& qui similam offert,quasi qui offert sanguinem suillum.Tan-
tum scilicet de iis quæ ad sacrificandum offeruntur cautionis ac diligentiæ legislator expo-
scit,& tam horrendum aduersum delinquentes iudiciũ statuit.In nouo vero, dominus no-
ster Iesus Christus, per seipsum in euangeliis dicit. Qui facit peccatum, seruus est peccati.
Et, Nemo potest duobus dñis seruire. Et, Non potestis deo seruire & Mammonæ. Et aper-
tissime decernens.Ita,inquit,quisquis ex vobis non renuntiauerit omnibus quæ possidet,nõ
potest meus esse discipulus.Iam si de rebus mediis talis lata est sententia,quid dicendum est
de vetitis?Per Apostolum vero sic dicit. Ne ducatis alienum iugum cum infidelibus. Quæ
nanque participatio est iustitiæ cum iniquitate? aut quæ communicatio luci cum tenebris?
Quis consensus Christo cũ Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?aut quid conuenit tẽplo L
dei cum idolis? His scilicet declaratũ est,quàm hoc quod quæritur,sit impossibile,deoq; in-
gratum,& audenti periculosum.Quapropter adhortor,quemadmodum & dominus docet,
vt faciamus arborem bonam,& fructum eius bonum, & repurgemus primum, quod intra
poculum est & patinam,& tunc etiam quod extra est,mundum erit totum. Et per Aposto-
lum instructi,mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus,atque ita per-
ficiamus sanctificationem in dilectione Christi,vt deo grati & accepti domino ad regnum
cœlorum reddamur.

An acceptum sit deo opus præcepti non competenter iuxta rationem pręcepti factum.
CAPVT OCTAVVM. M

HAC quæstione manifestè, & quasi quodam canone aduersus quancunque talem cau-
sam,à veteri testamento docemur,tanquam ex persona dei, dicente, Si rectè quidem obtu-
leris,rectè autem non diuiseris,peccasti,quiesce,ad te est auersio ipsius,quòd non solum ac-
ceptum deo non sit,quod non est oblatum legitimè, sed & in peccatum reputetur ad eum
modum offerenti. Consimili autem modo & constantem pietatis canonem ab Apostolo
per humanum exemplum aduersus quosuis catholicè positum discere licet, vbi sic dicit. Et
si certet quis,non coronatur,nisi legitimè certauerit.Cum maior vero tremore, & domini
nostri Iesu Christi admoneri possumus,terminum etiam exprimentis,cum dicit,Beatus est
seruus

A seruus ille,quem dominus,vbi venerit,ita facientem inueniet.In eo enim quod dicit,ita fa
cientem,eum qui non ita fecit,à beatitudine excidisse declarat,quemadmodum & ex mul-
tis tam veteris quàm noui testamenti historiis ac dictis exactè cognoscere, & certo persua
deri licet.Illud autem,non ita,committitur,dum vel præter locum debitum, vel præter tẽ-
poris opportunitatem,vel præter personæ decorum,vel præter causam,vel præter mensurã,
aut præter ordinem,siue præter animi propositum & sententiam aliquid geritur.Videamus Quando ali
autem primum de eo quando aliquid non suo loco geritur. Apostolus sanè iis quæ consue- quid nõ re-
tudinem obtinuerunt ad manifestiorem confirmationem eorum quæ pietatem decent au- cte geratur.
dientibus parãdam vsus est,vbi dixit.An non & ipsa natura vos hoc docet, quòd viro qui-
B dem si comam nutriat,ignominia,mulieri vero si comam nutriat gloria sit,& quæ sequun-
tur.Consequens igitur est vt & nos,iis quæ in natura obtinuerunt,ad præsentis vitæ neces-
sitatem vtamur. Licet autem vitam nostram sustentent cibus ac potus, quis tamen sapien-
tum sustineat in foro edere & bibere?Aut quis sustineat in petrosa abiicere semina, ad per-
ditionem cum ipsorum tum & frugum, quæ ex illis sperari poterãt?Et multa inuenire licet,
quæ non suo loco periculose videlicet & damnabiliter fiant. Deinde rursus memores Apo-
stoli dicentis.Hæc in typo contigerunt illis,scripta sunt autem ad nostri admonitionem,in
quos fines seculorum peruenerunt, videamus num quæ in lege à deo ad pietatem tradita,
inter se communicant,constantem & immobilem differentiam habuerint, ita vt quædam
C separatim & extra Hierusalem facta periculum attulerint:quædam vero adhuc amplius, in
ipsa quoque Hierosolyma,magis templo & aræ quàm aliis locis deputata erant, vtpote di-
uino cultui adordinata,& quæ in templo & ara fiebant,nemo audebat in aliis Hierosolymę
locis facere:nec quæ aliis in locis fiebant,licebat mox in templo quoque fieri.Nobis quoque
periculum est male obiti mandati,si loci rationem neglexerimus, maximè si sacerdotij my-
steria in locis prophanis celebrauerimus:propterea quòd ea res iudicium haberet contem-
ptus in celebrante,offendiculum quoque generaret pro varietate affectionum multifariam,
propter variam multorum in rerum diuinarum scientia infirmitatem. Si vero quisquam
obiiciat.Quid igitur est quodApostolus dixit,volo viros precari in quouis loco,ob id quod
D dominus ipse potestatem dedit adorandi deum in omni loco, vbi dixit, neque Hierosoly-
mis posthac,neque in monte iusto adorabitur pater?hoc dicendum est,quod illud, in omni
loco,non comprehendit eos locos qui humanis vsibus, rebúsque immundis & prophanis
deputati sunt,sed dilatat ac diducit adorationem dei ab arcto Hierosolymæ ambitu in om
nem totius orbis locum. Et secundum prophetiam hostiæ, eum qui diligenter ac studiosè
ad sacerdotium glorioſi mysterij obeundum propẽsus est,deo dicare oportet. Nam etiamsi
audiamus prophetam dicentem, vos autem omnes sacerdotes dei vocabimini: neque ta-
men omnes mox huiusce sacerdotij ac ministerij potestatem vsurpamus, neque alius alij
datam gratiam licite potest ad se rapere,sed quisquis fidelium propriis doni dei terminis cõ
E tentus manet,docente nos Apostolo,dum ad omnes quidem dicit,obsecro autem vos fra-
tres per miserationes dei,vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem,sanctam,deo pla-
centem,rationalem vestrum cultum. Et ne conformemini huic seculo, sed transforme-
mini per renouationem mentis vestræ,vt probetis quæ sit voluntas dei bona, & placens, &
perfecta,ad vnumquenque vero,manifestè quidem cuique competens ministerium discre-
tim adiudicans,alienum vero ordinem inuadere vetans:dico enim,inquit,per gratiam dei
quæ data est mihi,vnicuique versanti inter vos,ne plus sapiat, quàm oportet sapere,sed sa-
piat ad sobrietatem,sicut vnicuique deus partitus est mensuram fidei.Et per mutuam illam
membrorum corporis rectam dispositionem, quam inter se addecentem venustatem pari-
ter & securitatem necessariam habent,normam nobis præscribit,quàm commodè ac decen
F ter inter nos ad beneplacitum dei,in dilectione Christi Iesu,& charismatum differentia di-
spositi esse debeamus.Dicit enim,Quemadmodum in vno corpore membra habemus mul
ta, omnia vero membra non eundem habent actum: ita & multi vnum corpus sumus in
Christo,singulatim autem alij aliorum membra:sed tamen habentes charismata secundum
datam nobis gratiam, varia, siue prophetiam secundum analogiam fidei, siue ministerium
in administratione,& quæ sequuntur. Quòd si ad vnum scopum diuini beneplaciti alius a-
lij mutuam operam conferentes, ac tantam inter nos mutuo communionis in dilectione
Christi coniunctionem habentes, non permittimur, vt quis proprium ac deputatum doni
accepti locum transcendat, quomodo non multo magis eos locos,qui alienis & cultui dei

contrariis

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrariis rebus seruiunt,à sacris secernere debemus? Ex omnibus nanque illis,quæ ex diuina scriptura commemorata sunt, & talibus ac prædictis quoque exemplis instruendi sumus,quòd quicquid in loco fit,in contrarium tandem proposito scopo finem peruersum cedat. De eo vero,quod intempestiuè fit,ipsum dominum nostrum Iesum Christum audire licet,dicentem. Quapropter assimilatum est regnum cœlorum decem virginibus, quæ quidé acceptis lampadibus suis exiuerunt in occursum sponsi. Quinque autẽ ex illis erant prudentes, & quinque fatuæ. Quæ quidem fatuæ acceptis secũ lampadibus oleum non acceperant: prudentes vero oleum acceperant in vasis suis. Tardante vero sponso dormitauerunt omnes ac dormierunt. Medio autem noctis clamor factus est,ecce sponsus venit,exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illę & ornauerunt lampades suas,fatuæ vero prudentibus dixerunt, date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & vobis,profectæ potius ad eos qui vẽdunt,emite vobis ipsis. Abeuntibus aũt illis emptũ, venit sponsus,& quę paratę erant intrauerunt cũ eo ad nuptias,& clausa est ianua. Nouissimè vero veniunt & reliquæ virgines dicentes,domine, domine, aperi nobis. Ille vero respondens ait. Amen dico vobis,non noui vos. Vigilate igitur quoniam nescitis neque diem neque horam. Quoniam autem noui, quòd de eodem iudicio sæpe repetita denuntiatio,acrius vrget, & magis persuadet, & quæ alio in loco in eundẽ sensum dicta est parabola,isti adiiciam. Dicit autem ipse dominus ad hunc modum. Multi conabuntur ingredi,nec poterunt. Cum autem ingressus fuerit paterfamiliâs,& clauserit ianuam,& cœperitis dicere,domine,domine,aperi nobis. Et tunc respõdens dicet. Non noui vos,vnde sitis. Propterea dico vobis, estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Et multis aliis in locis similia dicit. Quòd si & Apostolus ad testimonium aduocandus est,audiamus ipsum, Propheticum quidem dictum commemorantem ac dicentem. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te,de suo vero adiungentem. Ecce nunc tempus acceptum,ecce nunc dies salutis. Et iterum. Itaque tanquã tempus habentes operemur bonum,ad omnes quidem,maximè autem ad domesticos fidei. Si vero adhuc & alio testimonio opus est,recordemur & Dauidis dicentis, pro hac precabitur ad te omnis sanctus in tempore opportuno,deinde & Salomonis,qui omnia suis temporibus admetitur,eo quòd omnia suis temporibus bona sunt. Quod vero decoro personæ repugnat,quàm sit malum,in veteri testamento, vtpote in exemplo Chore videre est,in illis,qui ausi sunt sacerdotium sibi non concreditum inuadere, cuius gratia per iræ diuinę seueritatem in exitum & interitum horrendum ceciderunt. Ab ipso domino instruimur, vt cauti simus,qui ad discipulos suos dicit. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Ad mulierculam vero,Non est bonum, inquit, sumere panem filiorum & proiicere ante catellos. De eo vero quod præter causam & institutum fit,ex veteri quidem instrumento instruimur,vbi cum præceptum esset, vt hostiæ offerrentur ex animantibus mundis integris,& immaculatis,non ex talibus offerebantur de quo deus dixit, offer illud principi tuo, an gratum illi futurum sit,& an faciem tuam suscipiat: ex nouo vero,ab ipso domino nostro Iesu Christo, ex propheta Esaia aliquid contra Iudæos commemorante ac dicente, Bene prędixit de vobis Esaias propheta dicens. Populus iste labiis suis me honorat,cor autem eorum procul abest à me. Inuanum colunt me docentes doctrinas,mandata hominũ. Ab Apostolo autem, qui testimonium quidem dat conscientiæ Iudæorum: verum eos condemnat propter iustitiæ differẽtiam, sic scribens, Testimonium enim illis perhibeo, quòd zelum dei habent, at non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam dei, & propriam statuere quærentes,iustitiæ dei non sunt subiecti. Quapropter Apostolus qui beneplacitum dei germanè curabat,post expositionem iustificationũ quas eximias in lege acquisierat, subiungit. Attamen omnia arbitror damnum propter excellentiam cognitionis Christi Iesu domini mei, propter quem omnia pro detrimento duxi ac pro reiectamentis habeo, vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ est ex lege, sed eam, quæ est per fidem Christi Iesu,iustitiam ex deo,in fide,vt cognoscam illum, & quæ sequuntur. Istis autem & similibus nos abundè satis docet, vti caueamus, ne humanam iustitiam vnquam, ei canoni, qui ad diuinum beneplacitum obtinendum in Christo Iesu domino nostro præfixus est, superinducamus. De eo sanè, quod præter mensuram committitur,sufficere puto, si Christi memores fuerimus, ad distinctionem mensuræ veteris dilectionis (Scriptum autem est, diliges proximum tuum sicut teipsum) qui dixit. Mandatum nouum

do vobis

ἐφ' ἓ ἐαν θελητε.

A do vobis,vt diligatis vos inuicem,sicut ego dilexi vos. Maiorem hac charitatem nemo habet,quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et in vniuersum omnium pariter iustificationum modos à Christo discere possumus,qui ita de illis definiuit: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum ac pharisæorum,non intrabitis in regnum cœlorum. Prę ter ordinem verò & seriem rerum agitur,quando quę prima sunt secundo quis aut tertio loco collocare satagit, & quæ in tertium locum subordinata sunt, principium putat inter ea quæ præcepta sunt. Vtpote si quis ex his quæ dominus adolescenti qui dixerat, hæc omnia seruaui à iuuentute mea,præcepit dicens,vende quæ habes,& da pauperibus & sublata cruce tua,veni,ac sequere me,ei qui nihil dum eorum quæ præmittuntur præstitisset, quod alte
B rum est,nempe, sequere me, iniungere: & iterum, vbi dicit. Si quis venit ad me abneget semetipsum,& tollat crucem suam & sequatur me,illud,sequatur me,præordinatis præponere,ac rursus,vbi post multa subiungit,sic quisquis ex vobis non renuntiauerit omnibus quæ possidet,non potest meus esse discipulus,ante præstita prædicta,discipulum se esse imaginari velit. Propterea necessarium est præceptum Apostoli seruare dicentis. Omnia honestè & iuxta ordinem fiant. Præter animi verò sententiam aliquid geritur, vtpote, quando dominus de illis qui studio placendi hominibus eleemosynam, aut aliam aliquam iustitiam, vt hominibus conspicui sint, faciunt, dicit. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Adhuc autem acrius insectatur malitiam eorum qui humana affectione mandatum domi-
C ni faciunt,ostendens,quòd non solum mercedem amittit,sed & supplicio dignus est,qui nõ pietatis gratia,sed vel studio placendi hominibus,vel propter aliquam aliam voluptatem, aut auaritiam,aut quæstum,mandatum dei facit,quale genus hominum Apostolus quidem reprehendit,ipse verò dominus vehementius condemnat dicens. Multi venient in illa die dicentes,domine,domine,Non in nomine tuo prophetizauimus,& in nomine tuo dæmonia eiecimus,& virtutes multas fecimus,& comedimus tecum ac bibimus,& in plateis nostris docuisti? Et tunc respondebo illis dicens,discedite à me,non noui vos,vnde sitis. Operarij iniqui: vt ex istis itaque ac similibus manifestum sit,quòd etiamsi quis charismatis alicuius operationem habeat, & mandata faciat, non tamen secundum animi sententiam, &
D scopum,quem dominus docuit dicens. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Et quem Paulus, in Christo loquutus ostendit, Siue edatis, inquiens, siue bibatis, siue quid aliud faciatis, omnia ad gloriam dei facite,merito tamen audiat,quæ dominus respondit, ex quibus Apostolus dicere didicit. Si linguis hominum loquar & angelorum,charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans,aut cymbalum tinniens. Etsi habuero Prophetiam,& cognouero omnia mysteria,& si habuero omnem fidem,ita vt montes transferam,charitatem autem non habeam nihil sum. Etsi erogauero omnem substantiam meam, & tradidero corpus meum vt comburar,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest. Et alibi generalius, ac ve-
E hementius. Si adhuc hominibus,inquit, placerem, Christi seruus vtique non essem. Si verò & ex veteri instrumento ad confirmationem huius sententiæ testimonium requiris, Moses dicit,diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex omni mente tua,& ex omni virtute tua,& diliges proximum tuum sicut teipsum, quibus subiungit dominus, in istis duobus mandatis tota lex & Prophetæ pendent. Attestatur & Apostolus dicens, plenitudo legis est dilectio. Quod autem impunè non euadent, qui mandata hæc non præstant quemadmodum & quæ ab ipsis pendent iustificationes, sed pœnis sint obnoxij futuri, ipse Moses clamat dicẽs. Maledictus omnis,qui nõ permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro hoc. Dauid autem dicit. Si respexi iniustitiam in corde meo,non exaudiat me dominus. Et alibi.
F Illic timebunt timore, vbi non erat timor, quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placere studunt. Multa itaque cura & vigilanti solicitudine opus est,ne quo pacto mandatum dei præter ea quæ iam recensuimus facientes,non solum talem ac tantam mercedem amittamus,sed & tam horrendis minis obnoxij fiamus.

An communicandum sit iniquè agentibus, aut infrugiferis tenebrarum operibus, etiamsi non pertineant ad eos, qui fidei meæ concrediti sunt.

CAPVT NONVM.

INIQVVS quidem est quisquis legem non integram seruauerit, aut etiam, qui vnum illius mandatum transgressus fuerit. In modicæ nanque particulę defectu, totum periclitatur. Quod enim propè factum est, nondum factum est. Nam quemadmodum qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

propè mortuus est, non est mortuus, sed adhuc viuit: & qui propè vixisset, non viuit, sed G
mortuus est, & qui fere ingressus est, non est ingressus, vtpote quinque illæ virgines: ita &
παράνομος· qui propè seruauit legem, non seruauit legem, sed est iniquus ac transgressor legis. Quapropter & necessarium est de iniquis, etiamsi germani ac synceri videantur, Apostolo credere dicenti, aliquando quidem. Si quis frater nominatus, aut fornicator fuerit, aut auarus, aut vinolentus, aut conuiciator, aut raptor, cum huiusmodi ne cibum quidem sumite (obiter autem hic notandum est, quòd non eum tantum, qui in his omnibus culpabilis est, à communi Christianorum conuictu abarcet, sed & eum, qui vel in vno tantum istorum reprehensibilis est, cum non dicit, cum isto, sed, cum huiusmodi) aliquando verò Mortificate membra vestra quæ sunt supra terram, fornicationem, immunditiam, affectionem, concupiscen H
tiam prauam, & auaritiam, quæ est eidolorum seruitus, propter quæ venit ira dei (& generalius adiungens) super filios, inquit, immorigeros: ne sitis ergo consortes ipsorum. Et iterum. Subtrahite vos à quouis fratre inordinatè ambulante, & non secundum traditionem quam accepistis à nobis. Et alibi similiter. Illud verò, quòd non sit communicandum operibus infrugiferis, vt euidenter cognoscamus, quid nam sit, discamus primum, de quibus rebus, infrugiferum esse, dicatur, an de reprobis tantum, vel de laudabilibus quoque, non syncero animi affectu perpetratis. In veteri quidem instrumento Propheta, in parabola arboris, de sanctis dixit. Qui fructum suum dabit in tempore suo. Salomon autem. Opera, inquit I
iustorum vitam adferunt, fructus verò impiorum peccata sunt. Et Oseas ait. Serite vobis ipsis ad iustitiam, & vindemiabitis fructum vitæ. Et Micheas, Et erit terra, inquit, in vastationem, cum habitatoribus suis, propter fructus studiorum ipsorum. Et plura alia habentur in aliis Prophetis. Sed ista quidem lucernæ instar luceant, at lux vera, sol iustitiæ ipse dominus noster Iesus Christus, clarius exprimit dicens. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. At alio loco similiter. Cum itaque nomen, fructus, rebus inter se contrariis æquè dari videamus, deinceps consideremus, qui sint, arbores infrugiferæ, & quæ Apostolus vocet opera infrugifera. Arbores itaque infrugiferæ declarantur nobis à Ioanne Baptista, qui Baptismum ad remissionem peccatorum & repurgationem
ab omni sorde accipientibus dixit, Facite igitur fructus resipiscentia dignos, & paulo pòst K
addidit, omnis itaque arbor non ferens fructum bonum exciditur, & in ignem coniicitur. Clarius verò hac de re nos dominus docet his quidem, qui ad dextram sunt, dicens, Venite benedicti patris mei, hæreditate possidete regnum vobis ab initio mundi paratum, & bonos ipsorum fructus per ea quæ subiungit declarans, Eos verò, qui sunt ad sinistram, in ignem mittens æternum, Diabolo & angelis ipsius paratum, quos non ob id culpat, quòd mala opera designauerint, sed quòd à bonis vacauerint. Nam Esuriui, inquit, & non dedistis mihi cibum, & quæ sequuntur. Quæ res illos in partem coniecit peccatorum, qui angeli diaboli à domino vocantur. Iam cum sit conspicuum quæ sit differentia eorum qui contrarios ac reprobos fructus adferunt, & eorum qui infrugiferi sunt, videamus consequen- L
ter, quæ opera ab Apostolo infrugifera dicantur. Ego verò ista mecum reputans, non inuenio medios aliquos inter eos qui mandatum legitimè & ad placitum dei seruant, & eos qui quod malum est faciunt, & eos quoque qui neutrum faciunt, nisi illos qui bonum quidem faciunt, sed non ita, vt deo sit acceptum, de quibus diximus in superiori quæstione quæ erat, an gratum deo sit opus præcepti, non secundum præcepti rationem factum. De quibus & dominus dicit, quòd receperint mercedem suam. Quales fuerunt quinque illæ fatuæ virgines, quæ ab ipso quoque domino testimonium habent, quòd & virgines fuerint, & lampades suas adornârint & accenderint, hoc est, quod idem fecerint quod prudentes virgines, simúlque cum illis obuiam domino egressæ sint, & in omnibus pariter eandem cum pru- M
dentibus diligentiam ostenderint: propter solum autem olei in vasis defectum, ad destinatum scopum non peruenerint, sed ab ingressu cum sponso ad nuptias excluſi sint. Quales etiam sunt qui ex duobus in molendino & in eodem lecto constitutis, relinquentur. In quibus causam forsan dominus ob id non posuit, vt quàm in omni re, si modicum saltem aliquid totius competentiæ desit, & maximè charitatis synceritati (quemadmodum & Apostolus docuit) non placeat deo quod fit, ostenderet. Cognito itaque, quomodo & secundum quid infrugiferas arbores esse contingat, caueamus ne quicquam legitimo diuini beneplaciti studio desit: sed in omnibus commendemus nos ipsos, tanquam dei ministros. Nō hoc autem solum, sed neque communicemus cum talibus, sicut in Christo loquens Apostolus
determinatè

A determinatè pronuntiauit dicens. Ne communicetis infrugiferis tenebrarum operibus. Quod autem subiungit, quin magis & reprehendite, modum docet, quomodo non debeamus illis communicare. Quid verò sit communicare, & quibus id modis fiat, expendamus. Et primum occurrit illud in parœmiis, veni nobiscum, consors esto sanguinis: deinde & quod Apostolus dicit. Omnes vos gratiæ mecum consortes existentes. Et, communicantes tribulationi meæ. Et, communicet autem qui in doctrina instruitur, ei, qui se instruit, de omnibus bonis. Item. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Item, Arguendo argues fratrem tuum, nec recipias propter ipsum peccatum. Et, Hæc fecisti, & tacui. Suspicaris iniquitatem, nempe, quòd similis tibi futurus sim, arguam te, & sta
B bo contra faciem tuam. Talium communicationem æstimo secundum opus quidem, quando mutuam quidam operam ad eundem scopum, in operis perpetratione, inter se conferūt: secundum animi verò sententiam, quando quis affectui operantis assentitur, & condelectatur. Reliqua communicatio, quæ plerosque latet, exacta diuinæ scripturę inquisitione manifestatur, quando videlicet nec cooperatur quis, nec affectu assentitur operanti malum, cognita verò animi illius malitia, vnde quod malum est facit, obticet, & non arguit, quemadmodum hoc declarant, cum quę suprà sunt scripta, tum quod ab Apostolo Corinthiis est dictū, nempe, quoniam nō luxistis, vt tolleretur è medio vestrum qui facinus hoc perpetrauit, quibus subiunxit. Modicum fermenti totam consperſionem † corrumpit. Metuamus itaque, & † ὅλον.
C obtemperemus dicenti. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua consperſio. Quòd si quis autem cooperatur quidem alicui in bono, idque omnino bono, ignorat verò affectus illius malitiam, & operis scopum, communionis culpam in eo quòd illi cooperatur non habebit, sed propriam mercedem iuxta proprium laborem recipiet: propterea quòd nihil commercij habet cum illius alieno & præpostero affectu, & seipsum in canone dilectionis ergadeum conseruat, quemadmodum nobis à domino nostro Iesu Christo in iis qui cum in eodem molendino tum in eodem lecto cum perituris constituti seruabuntur, declaratum est. Differentia verò inter eos qui fidei meæ concrediti sunt, & qui non sunt, in debita sita est cura, non in communicatione peccatorum. Nam cura quidem propriè & peculiariter iis solis
D à me debetur, qui fidei meæ commissi sunt. Communicatio verò in malo & operibus infrugiferis, in omnibus pariter vetita est.

An scandalum obiicere, aut offendere, perpetuo sit periculosum.

CAPVT DECIMVM.

PRINCIPIO quidem necessarium arbitror scire, quid sit offendiculum. Deinde quæ sit differentia inter eos qui offendunt, & inter ea quibus offendunt, atque ita cognoscere quando periculo careat, & quando non careat. Offendiculum itaque est, vt ego ex scripturis inductus, arbitror, quicquid vel ad defectionem à veritate quæ secundum pietatem est, abducit, aut ad errorem solicitat, aut instruit ad impietatem, vel in summa, quicquid ab o-
E bedientia præcepti dei, ad ipsam etiam mortem vsque remoratur. Itaque si in seipso quidem consideratum bonum fuerit, quod vel dicitur vel fit: morbus verò vtentis eo opere aut verbo, in ipso vsu damnum attulerit, insons erit à iudicio offensi, qui bonum quod ad fidei ędificationem in seipso confert, vel loquutus est, vel fecit, quemadmodum & domino vsuenit, vbi dixerat, non quod ingreditur in os, impurum reddit hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc demum est, quod polluit hominem, deinde & aduersus offensos Iudæos subiiciebat, Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Et alibi. Qui mā ducat carnem meam & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. Et paulo pòst. Nemo potest ad me venire, nisi fuerit illi datum à patre meo. Quibus verbis ad perditionem quidam abusi sunt, sicut scriptum est. Et multi ex discipulis, audito hoc sermone, abierunt retro,
F nec amplius cum illo ambulabant. Dixit igitur Iesus ad duodecim. Num & vos vultis abire? Respondit Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credidimus, & cognouimus, quòd tu es Christus filius dei viuentis. Quibus nanque, qui fide sani erant, ad fidei ædificationem & acquisitionem salutis æternæ, illis scientia & fide infirmi propter suam ipsorum malitiam ad perditionis occasionem vtebantur, iuxta quod de domino scriptum est. Hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum, non ideo quòd is sibi ipsi sit contrarius, sed propter vtentium contrariam animi sententiam. Quemadmodum enim & Apostolus ait, Aliis quidem odor vitæ ad vitam, aliis verò odor mortis ad mortem: si verò secundum naturam suam malum est, quod vel fit vel dicitur, iam qui hoc

 fecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecit aut dixit,cum proprij peccati,tum offendiculi culpam sustinebit, etiamsi is cuius gratia factum est offendiculum,offensus non fuerit, sicut in Petro discimus, ad quem dominus,prohibitus ne dispensationem obedientiæ ad mortem vsque adimpleret, dixit. Apagè retro me Satanas. Offendiculo mihi es. Et ratio subiecta licet modica in genere quæ offendiculi sint propria docuit. Quoniam non sapis,inquit,quæ dei sunt,sed quæ hominum. Vnde nos cognoscimus,quòd offendiculum sit,quicunque affectus voluntati dei aduersatur,& si in opus progrediatur,cædis reus sit,sicut ab Osea Propheta scriptum est,Abscõderunt sacerdotes viam,occiderunt in Sicima,quoniam iniquitatem fecerũt in populo. Quòd si propria ratione licitum quid fuerit,vsurpatur autem cum detrimento,& sit offendiculi occasio fide aut scientia infirmis,qui hoc fecit,non euadet offendiculi iudicium, dicente Apostolo de talibus & qui infirmis non parcunt. Ita autem peccantes in fratres, & percutientes infirmam ipsorum conscientiam,in Christum peccatis. Itaque,quando quod fit in seipso consideratum malum est,causa est offendiculi,aut si ex licitis aliquid,& in nostra potestatè constitutis,infirmo vel fide vel scientia offendiculum generauerit,apertum & ineuitabile iudicium habet,horrendum videlicet illud de quo dominus sic loquutus est. Prodest illi, vt mola asinaria in collum ipsius suspensa proiiciatur in mare,magis,quàm vt vnus ex his paruulis offendatur. Latius verò hoc in prioribus quæstionibus exposuimus, vbi & mores eorum qui offenduntur clarius expressi sunt. Quapropter Apostolus etiam de licitis dicit. Bonum est non edere carnes,neque bibere vinum,neque aliud quid facere in quo frater tuus impingit,aut offenditur,aut infirmatur. Et iterum alibi. Quoniam omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum,quod cum gratiarum actione sumitur. Dicit quoque,non mãducabo carnes in seculum,ne fratrem meum offendam. Si verò in licitis tale est iudicium, quid dicendum est de vetitis? Propterea in vniuersum nos docet dicens, inoffensi estote & Iudæis & Græcis,& Ecclesiæ dei,quemadmodum & ego vbique omnibus placeo,non quærens quod mihi sit vtile,sed quod multis conducat,vt seruentur.

An fieri debeat,aut tutum sit,aliquid eorum quæ à deo præcepta sunt,recusare,aut prohibere eum,qui ea iussus est facere, aut ferre prohibentes, maximè si germanus sit qui prohibet, aut si ratio in speciem plausibilis præcepto obstet.

CAPVT XI.

CVM Christus dicat,discite à me,quoniam mitis sum,& humilis corde,manifestum est,quòd omnia certius discimus,si ipsius domini nostri Iesu Christi vnigeniti viuentis dei filij memores simus. Cum Ioannes Baptista illi dixisset,ego opus habeo vt abs te baptizer,& tu venis ad me? respondit, sine modo. Nam sic decet nos omnem adimplere iustitiam. Et vbi Petrus deprecabatur eas tentationes,quæ Ierosolymis iuxta vaticinia Prophetarum futuræ erant,ne illas sibi accerseret dominus,dixit. Abi retro me Satanas,quoniam offendiculo es mihi. Non enim sapis quæ dei sunt,sed quæ hominum. Et iterum, cum Petrus recusaret ministerium Christi,affectu reuerentiæ erga dominum motus,dixit. Nisi lauero te,non habebis partem mecum. Quòd si adhuc amplius animæ nostræ in eorum qui nobis sunt cognati exemplis succurrendum est,recordemur Apostoli dicentis. Quid facitis flentes,& affligentes cor meum? Ego enim,non ligari tantum sed & mori Ierosolymis paratus sum, pro nomine domini Iesu. Quis autem gloriosior ac celebrior fuerit Ioanne? Quis Petro synceriore? Aut quæ nostræ cogitationes videri poterunt magis piæ quàm fuerint illorum? Ego verò scio,quod neque Moses sanctus ille,neque Ionas Propheta, ratiocinationibus suis ad recusandam obedientiam vsi,inculpabiles manserunt apud deum. Quibus instruimur vt neq; contradicamus,neque impediamus,neque impedientes sustineamus. Quòd si ex istis ac similibus simul nos scriptura docuit,ne tale quid sustineamus,quanto magis in reliquis necesse est imitari sanctos? dum aliquando quidem dicunt, Obediendum est deo magis quàm hominibus: aliquando verò. An iustum sit vt vos audiamus magis quàm deum, ipsi iudicate. Non possumus enim quæ vidimus & audiuimus non loqui.

An omnem quisque curam quibusuis debeat, aut solum fidei suæ commissis, idque secundum admensuratum sibi à deo per spiritum sanctum,charisma.

CAPVT DVODECIMVM.

CVM dominus noster Iesus Christus vnigenitus viuentis dei filius per quem omnia sunt facta,visibilia & inuisibilia,fassus quidem sit, quòd non sit missus nisi ad oues perditas domus Israël, & discipulis suis dixerit, sicut misit me pater,& ego misi vos: præceperitque antea,

antea,in viam gentium ne abieritis,& in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: post impletionem vero prophetiæ,quam Dauid tanquam ex persona dei ac patris de ipso prædixerat dicens,filius meus es tu. Ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ: tunc demum discipulis suis præceperit dicens. Profecti docete omnes gentes,quomodo non magis quisque nostrum diligentius obseruare debet præceptum Apostoli,qui ad hunc modum scripsit, ne quisquam vltra quàm oportet sapiat: sed sapiat ad sobrietatem,sicut vnicuique deus mensuram fidei partitus est. Perdurandum autem est in eo quod cuique iniunctum est etiam,sicut iterum inquit, vnusquisque in quo vocatus est fratres,in eo permaneat. Et ipse quoque Apostolus quod aliis præcipit,diligentius custodiens dicit,dexteras societatis dederunt mihi & Barnabæ, vt nos quidem in gentes,ipsi vero in circuncisionem abirent. Si vero aliquando necessitas vrserit, vtpote vel erga deum vel erga proximum dilectione ad impletionem eius quod deest vocante, qui obedierit,mercedem habet voluntariæ obedientiæ: vocat autem illa, quando erga deum & Christum eius dilectio exigit impletionem præcepti domini dicentis, Præceptum nouum do vobis vt diligatis vos inuicem sicut ego dilexi vos. Maiorem hac charitatem nemo habet,quàm vt animam suam quis ponat pro amicis suis. Quę vero erga proximum est vocat, quando cui prędidendi cura commissa est,opus habet auxilio: aut contubernium eorum qui curãtur, necesse habet,vt sit qui quod deest adimpleat,dicẽte Apostolo. Nemo quærat quod suum est,sed quisque quod alterius est. Dilectio nanque quæ secundum Christum est, non quærit quæ sua sunt ipsius. Et alibi alius alium ædificet,sicut & facitis. Itaque,dum missus aliquis est ad prædicandum verbum, si prædicationem illam nec verbo nec opere adimpleuerit,reus est sanguinis eorum qui non audierunt, nec potest cum Apostolo, qui presbyteros Ephesiorum ita contestabatur,dicere, Mundus sum posthac à sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi quominus annuntiarem vobis omne consilium dei. Si vero plus aliquid quàm præceptum sit,ad ædificationem fidei in dilectione Christi facere poterit, mercedem habet quam ostendit nobis Apostolus dicens. Si enim volens hoc fecero,mercedem habeo: si vero inuitus, dispensatio mihi concredita est.

An quæuis tentatio ferenda sit, etiamsi obedientiam dei mortis comitentur minæ, & maximè in curandis subditis.

CAPVT VLTIMVM.

SI dominus noster Iesus Christus, vnigenitus viuentis dei filius,per quem omnia facta sunt,visibilia & inuisibilia, qui vitam habet, sicut illam habet pater,qui ipsi vitam dedit,& potestatem omnem à patre accepit,cum irrumperent, qui ipsum ad mortem pro nostra iustitia & æterna vita subeundam capturi erant, tanta alacritate discipulos suos compellauit dicens. Ecce traditur filius hominis in manus peccatorum,surgite,eamus. Ecce qui me tradit,appropiauit. Et sicut in euangelio Ioannis scriptum est, Iesus igitur sciens omnia quę sibi euentura erant,egressus dixit illis. Quem quæritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit illis Iesus. Ego sum. Et paulo pòst. Dixi vobis,quoniam ego sum. Si ergo me quæritis, sinite istos abire: quanto magis nos quæ naturaliter accidunt,sponte ferre debemus? vt propter obedientiam dei illatas ab hostibus tentationes vincentes, glorificemus deum, quod quæ ab inimicis tristia nobis ad mortem vsque inferri videntur, cum gaudio sustinemus, sensum eius assequuti qui dixit, quoniam nobis datum est pro Christo non solum vt in ipsum credamus,sed vt & pro illo patiamur. Prædicant autem Acta,certamina apostolorum, narrantia,quomodo contumelias & mortes cum gaudio,vt prædicationem iuxta præceptũ domini adimplerent,sustinuerint. Docet autem nos & Apostolus dicens. Quis nos separabit à charitate dei? An adflictio? an angustia,an persequutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptũ est. Quoniã propter te occidimur tota die: reputati sumus sicut oues mactationi destinatę. Sed in his omnibus superamus,propter eum qui dilexit nos. Certus enim sum,quod neque mors, neque vita,neque angeli, neque principatus,neque potestates,neque virtutes,neque præsentia,neque futura, neque sublimitas, neque profunditas, neque creatura aliqua alia,poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu. Nam charitas quæ in Christo est,necessariò & indesinenter coniunctam habet præceptorum obseruantiam,sicut ipse dominus dixit. Qui diligit me, præcepta mea seruabit. Qui vero sermones meos non seruat,ille est,qui non diligit me. Et vos amici mei estis si feceritis, quæcunq; ego præcipio vobis. Nouum autem & proprium ipsius præceptum est, vt diligamus nos inuicem,quam Apostolus adimplens dicit, ita diligentes vos, vt placuerit nobis, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

solum euangelium Christi vobis tradere, sed & nostras ipsorum animas. Nam dilecti nobis facti estis. Respicientes igitur in Christum, animi nostri alacritatem glorioso imitandi G
studio intendamus. Vbi vero sanctos consideramus, docemur studium hoc imitandi Christi non esse impossibile, vt per illorum considerationem alacriores facti, syncerum & immaculatum omne mandatum domini ad mortem vsq; seruemus, atq; ita in vitam æternã ingrediamur regnumq; cœlorum hæreditate possideamus, quemadmodum pollicitus est qui mentiri nescit, dominus, ac deus noster Iesus Christus vnigenitus viuentis dei filius. Amen.

Homilia Basilij, quod sine diuina virtute & gratia resistere Satanæ, nec nisi relicta Aegypto in terram promissam ac cœlestẽ Hierosolymã pertingere nõ possit quisq.

QVIBVS ineſt diuina lex, non atramento & literis inſcripta, ſed ſpiritu dei viuen- H
tis, nec tabulis lapideis impreſſa, ſed tabulis cordis carnalibus inſita illi mentis oculis illuminati, ac ſemper, non ſenſibili aut viſibili, ſed ſpiritali ſpe affecti, exactè ſciunt, quàm impoſſibile ſit propriis viribus offendicula verſuti hoſtis vincere, niſi inſuperabilis potentia dei ſuccurrat. Qui vero verbi dei honore cumulati nõ ſunt, ij fruſtra inflati, libero ſe putant arbitrio peccati occaſiones inanire poſſe, quod per ſolum crucis myſterium caſſatur. Liberum enim illud quod in poteſtate hominis eſt arbitrium, in eo ſitum eſt, vel velis vel nolis reſiſtere diabolo. Non enim vt omnino hoc poſſis, potentiam habes qua affectionibus carnis domineris. Niſi enim dominus cuſtodierit ciuitatem, aut ædificauerit domum, fruſtra vigilat cuſtos, & fruſtra laborat ædificans. Impoſſibile nanque eſt am- I
bulare ſuper aſpidem & baſiliſcum, & calcare leonem & draconem, eum, qui non prius ſeipſum, quatenus homini poſſibile eſt, repurgauit, vt poſſit corroborari ab eo qui apoſtolis dixit. Ecce dedi vobis poteſtatem calcare ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici. Siquidem enim humana natura extra ſpiritus ſancti panopliam diaboli inſidiis reſiſtere poſſet, vtique ab Apoſtolo dictum non eſſet: deus autem pacis conteret Satanã
μὴ ἐπελθεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν. ſub pedes veſtros breui. Et iterum. Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Quapropter & iuſſi ſumus precari dominum, ne ingrediamur in tentationem, ſed vt liberet nos à malo. Niſi enim potentiori auxilio ab ignitis mali hoſtis iaculis liberati, adoptionem filiorum dei promeruerimus, inanis erit conuerſationis noſtræ conatus, vtpote procul à virtute K
crucis diſſitus. Itaque qui diuinæ glorię particeps eſſe, & quaſi in mundo quodam ſpeculo formam Chriſti menti ſuæ infuſam videre cupit, opus habet, vt amore inſatiabili, & animi affectu inexplebili, ex omni corde & virtute, noctes atque dies, diuinæ potentiæ auxilium ambiat, cuius participem fieri impoſſibile eſt, niſi eum, vt prædiximus iam, qui alienus eſt à mundanarum voluptatum mollitie & concupiſcentiis aduerſariæ poteſtatis, quæ à lumine & bona operatione remota eſt & extorris, atque omnino peregrina. Si cupis igitur cognoſcere, cuius gratia conditi, inq; paradiſum locati, inſipientibus tandem animantibus comparati & aſſimilati ſimus, ab immaculata illa gloria relapſi, ſciendum eſt, quòd quoniam per inobedientiam ſerui carnalium concupiſcentiarum facti ſumus, nos ipſos à beata viuentiũ regione extorres reddidimus, atque ita in captiuitatem abducti ad flumina Babylonis ad- L
huc ſedemus. Et quoniam adhuc in Aegypto detinemur, promiſſionis terram nondum ſortiti ſumus, lacte ac melle ſcaturientem. Nondum fermento ſynceritatis confermentati ſumus, ſed adhuc fermento nequitiæ occupamur. Nondum adſperſum eſt cor noſtrum ſanguine agni dei, adhuc enim illi laqueus inferni & hamus malitiæ infixus eſt. Nondum ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti gaudium & exultationem nacti ſumus: ſtimulus enim mortis etiamnum nobis penitus inſinuatus eſt. Nõdum induimus nouum hominem, qui ſecundum deum in ſanctitate & iuſtitia conditus eſt: quoniam veterem hominem qui ſecundum deſideria erroris corrumpitur, nondum exuimus. Nõdum portauimus imaginem cœleſtis, con-
formes gloriæ ipſius facti, quia adhuc imaginem terreni portamus. Nondum adorauimus M
deum in ſpiritu & veritate, quia adhuc regnat peccatum in mortali noſtro corpore. Nondũ contemplati ſumus gloriam incorruptibilis dei: adhuc nãq; ſub nocte obſcura & turbulenta iactamur. Nondum induimus arma lucis, quia nondum & arma & opera tenebrarum exuimus. Nondum tranſfigurati ſumus renouatione mentis: adhuc enim huic ſeculo, in vanitate mentis noſtræ conformamur. Nondum cum Chriſto glorificati ſumus, quia nõdum illi compatimur. Nondum ſtigmata ipſius in corpore noſtro in myſterio crucis conſtituti portauimus: adhuc enim ſumus in deſideriis & concupiſcentiis carnis. Nondum ſumus hęredes dei, & cohæredes Chriſti facti, ineſt enim nobis adhuc ſpiritus ſeruitutis nõ adoptionis.

A nis. Nondum facti ſumus templum dei & habitaculum ſpiritus ſancti: ſumus enim adhuc templum idolorum, & receptaculum ſpirituum malitiæ, propter affectuum impetum. Vere nanque, vere, inquam, nondum animi & ingenij ſyncericatem & mentis ſplendorem adepti ſumus. Nondum potiti ſumus lac illud doli neſcium & rationale, & incrementum ſpiritale. Nondum nobis dies illuxit, neque lucifer ortus eſt in cordibus noſtris. Nondum Soli iuſtitiæ coadunati ſumus. Neque vnà cum radiis alius coruſcauimus. Nondum accepimus ſimilitudinem domini, neque conſortes facti ſumus diuinæ naturæ. Nondum facti ſumus fuco carens purpura regia, neque germana imago. Nondum ab amore dei vulnerati ſumus, neque tacti ſpiritali charitate ſponſi. Nondum inuiſibilem & myſticam communio-
B nem cognouimus, nec potentiam & pacem ſanctimoniæ intelleximus. Et vt omnibus contractis ſummatim dicam, nondum ſumus genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus qui in lucrum acceſſit & peculium: quoniam adhuc ſerpentes ſumus, progenies viperarum? Quomodo enim non ſumus ſerpentes, qui ſuper terram ſerpimus, & terrena ſapimus, nec conuerſationem noſtram in cœlis habemus? Quomodo nõ progenies viperarum ſumus, qui non in obedientia dei, ſed in inobedientia quæ per ſerpentẽ eſt, deprehendimur? Quoniam igitur non inuenio, quomodo calamitatem iſtam deplorem, & ignoro, quomodo cum lachrymis eum, qui demorantem in me ſeductionem abigere & expellere poteſt, implorem, quomodo cantabo canticum domini in terra aliena? Quomodo lamentabor ac
C deflebo Hieruſalem? Quomodo effugiam moleſtam ac duram Pharaonis ſeruitutẽ? Quomodo relinquam turpem hunc incolatum? Quomodo renuntiabo acerbæ illius tyrannidi? Quomodo Aegyptum egrediar? Quomodo mare rubum traiiciam? Quomodo terribilem ſolitudinem pertranſibo? Quomodo à ſerpentibus ictus non peribo? Quomodo alienigenas debellabo? Quomodo gentes exterminabo? Quomodo tabulis meis excipiam diuinæ legis oracula? Quomodo videbo columnam veræ lucis, & ſpiritus ſancti nubem? Quomodo fruar manna alimoniæ ſempiternæ? Quomodo bibam aquam viuificantis Petræ? Quomodo tranſibo Iordanem, vt ingrediar bonam promiſſionis terram? Quomodo videbo ſummum ducem, quem conſpectum Ieſus Naue, eueſtigio deum adorauit? Niſi enim ſuperaD tis his omnibus, exterminauero, quæ in me ſunt gentes, nec ingrediar, nec requieſcam in ſanctuario, neque particeps ero gloriæ dei. Satage igitur, vt fias immaculatus filius dei, ingrediareq; in requiem illam, in quam præcurſor noſter Ieſus noſtri gratia intrauit. Cura vt conſcribare in eccleſia cœleſti cum primogenitis, vt inueniare ad dexteram magnificentiæ excelſi. Satage vt ingrediaris in ſanctam ciuitatem Hieruſalem ſupernam, & in delitias paradiſi. Iſtis enim præclaris ac beatis exemplaribus non poteris alio pacto dignus haberi, niſi lachrymas inſtar torrentis noctesq; dieſq; profundas, cum eo qui dixit, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Non enim ignoras, quod qui ſeminãt in lachrymis cum gaudio metẽt. Quapropter & cum fidutia propheta dicit, ad
E lachrymas meas ne ſileas, Et iterum, pone lachrymas meas in conſpectu tuo, ſicut & in promiſſione tua. Et fuerũt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte. Et in alio pſalmo. Et potum meum, inquit, cum fletu miſcebam. Reuera nanque ex ingenti adflictione, cordisq; turbatione & feruenti æſtuatione, in veritatis cognitione profuſa lachryma, cibus eſt animæ, per cœleſtem panem ſubminiſtratus, cuius præcipuè particeps erat Maria ad pedes domini ſedens & lachrymans, ſecundum ipſius ſeruatoris teſtimonium, dicentis, Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. O pretioſas lachrymas inſtar margaritarum è beatis illis oculis profluentes. O diuinum illum & morigerum auditum. O fortem ac ſapientem animum. O acrem & ſpiritualem amorem, feruenter ad immaculatum ſponſum anhelantem. O ſtimulum deſiderij, animæ verbi dei cupidæ. O ſtudioſum & irremiſſum ſponſæ
F & ſponſi conſortium. Imitare Mariam hanc, ô fili, imitare, ad nihil aliud reſpiciens quàm ad eum qui dixit. Ignem veni mittere in terram. Et quid volui, niſi vt iam eſſet accenſus? Eſt enim inflammatio ſpiritus, corda excitans & calefaciens. Propterea, quòd ſpiritalis ac diuinus ignis animas quidem illuminat, & probat interné, ſicut aurum ſyncerum in camino probatur, malitiã vero cõſumit, veluti calamũ ac ſpinas. Deus enim noſter ignis cõſumens eſt, vltionem in flamma ignis de illis ſumens, qui ſe ignorant, & euangelio ipſius non obtemperant. Hic eſt ignis ille, qui operatus eſt in apoſtolis, cum loquerentur linguis ignitis. Hic ignis per gloriam Chriſti, Paulum ſuo ſplendore vndiq; circumfundens, mentem quidem illius illuminauit, viſus vero corpori ſenſum obſcurauit. Acies enim carnalis viſus, lu-

cis illiusvim non sustinet.Hic ignis visus est Mosi in rubo Hic ignis Eliam in specie currus G
abripuit.Ignis huius energiam quærens beatus Dauid,dixit.Proba me domine, & tẽta me,
vre renes meos & cor meum.Hic ignis Cleopæ & eius qui cum ipso erat corda calefecit, cũ
illis post resurrectionsm loqueretur dominus, vnde & angeli,& administratorij spiritus,flã
ma sunt.Hic ignis trabem illam qui intus est in oculo nostro comburens,mundam consti-
tuit mentis aciem,vt recepta natiua perspicuitate,admiranda dei opera continuè videat, iu
xta eum qui dixit.Reuela oculos meos, & contemplabor mirabilia ex lege tua . Hic itaque
ignis dæmonas fugat,malitiam exurit, resurrectionem potentia sua & immortalitatem o-
peratur,animas sanctorum illustrat,& rationales virtutes suffulcit.Hunc ignem precemur,
vt & nos occupet,vt semper in luce ambulantes, ne modicè quidem offendamus & impin H
gamus vnquam,sed velut luminaria in mundo conspicui perpetuò sermonem vitę conti-
neamus,vt in bonis dei cum domino nostro Iesu Christo delitiantes,in vita requiescamus
in seculorum secula. Amen.

Basilij magni Cæsariensis Archiepiscopi adversvs apologeti- I

con Eunomij Liber primus, qui est de æqualitate patris & filij in diuinis, interprete Georgio Trapezuntio.

SI omnes super quos dei ac saluatoris nostri Iesu Christi nomen inuocatum est,nihil præter euangelij veritatem tentare & aggredi voluissent, sed apostolorum traditione ac fidei simplicitate abiissent contenti,nulla profectò impræsentiarũ esset nobis opus oratione ; sed quam ab adolescentia semper honori & obseruantiæ habuimus taciturnitatem,etiam nunc complexi fuissemus & exosculati . Verum quoniam inimicus veritatis qui additionibus semper mala multiplicat,cum instrumenta nunc quoque inueniat, vniuersam eius artem suscipientia, K
ad ea quæ ab initio in ecclesia dei seminauit zizania,per christianismi simulationem deitatis vnigeniti negationem adducit:quod in doctrina sancti spiritus syncerum est atque simplex,extera & inani hac sapientia conturbans , ac verisimili ratione simpliciores seducens: necessariò & nos tam propter vestrum qui imperastis amorem, quàm propter nostrã ipsorũ tutelam (etsi nulla omnino exercitatione in hoc genere orationis valeamus) tamen hac in L
re imbecillitatis nostræ obliti, secundum cognitionis mensuram quæ nobis à domino præbita est,& veritati adesse, & falsitatem refutare recepimus . Putauimus enim è tribus bonis vnum omnino consecuturos:aut enim præoccupatis hominibus , quasi remedium morbi, refutationem hanc dabimus: aut sanioribus , quo se conseruare possint afferemus : aut omnino ipsi quod optimè fratribus consuluimus, præmia consequemur . Primus igitur qui vnigenitum filium alterius esse substantiæ quam sit deus & pater , apertè dicere ausus est (vt nos quidem accepimus)Syrus ille fuit)Aëtius, de quo non dicam quibus ab initio educatus artibus,in ecclesiam dei adductus irruperit , ne videar omissa confutatione ad contumeliandum accedere:qui vero ad impietatem successit,eam perfecit.Eunomius iste Galata, qui è rebus sibiipsi turpissimis factus illustrior:(gloria enim,inquit,in turpitudine ipsorum) M
cum futuris pietati præmiis eum honorem prætulisset, qui ipsum consequeretur,si quæ nullus vnquam attigit conscripsisset: blasphemiam quam pressis adhuc labiis aliqui subloquebantur,splendidis his suis scriptis ausus est prædicare . Princeps enim atque defensor totius hæresis appellari concupiuit.Quamobrem & nobis in præsentiarum arguendus videtur.Cũ vero eadem sit in vtrisque improbitas , perspicuum est doctorem etiam qui semina impietati præbuit,vnà cum docto discipulo refutari : dummodo nobis diuinitus vestris precibus tanta orationis vis concedatur,vt secundum zelatorem illum Phinees , qui per impietatem inter se coniunguntur , eos ambos pariter vno redargutionis ictu configamus . Cum ergo multis eum in oratione sua detineri vitiis possem ostendere,mendacio,ignorantia, contumelia

A melia,simulatione,blasphemia, cætera quidem transeunter commemorabo : blasphemiam autem quam in celsitudinem maiestatis vnigeniti locutus est,si artis inuolucris denudauero,manifestam omnibus faciam.Sed iam ad redarguendum accedam , ab ipsa inscriptione faciens initium. Prima enim ipsi versutissimè simulatio hæc scribendi excogitata est , vt in responsionis specie doctrinam suam componat,ne sponte impia dogmata exponere , sed coactus ad huiusmodi orationem peruenisse videatur . Nam omni pacto prauam hanc & sine aliqua religione prædicationem edere,ac in medium afferre,quam olim concepit & peB perit iniquitatem,cupiebat.Verum si palam doctoris statum acciperet , non solum audientibus id arduum intolerabileque futurum,sed multis etiam minus probatum,atque seipsum suspicioni obnoxium videbat,quasi gloriæ cupiditate ad innouandum deuenerit . Quod si per fictionem responsionis verba faceret,& innouationis se suspicionem euasurum putabat & longè attentiores auditores futuros.Natura enim omnes homines solent lacessitis patrocinari . Idcirco aduersarios calumniantes accusat , & illis orationis suæ causam annectit. Quare vt omnibus artificium eius fiat perspicuum,melius est ipsum exordientem audire.
EVNOM. Cum calumniari (inquit) ac detrahere immoderata lingua & animo ingrato, improborum hominum atque odio dignorum opus sciamus:eos verò qui calumnia minus probi visi sunt, si totis viribus falsitatem redarguendo auertere conantur,modestos esse viros,& tum sibi bene consuluisse, tum aliorum tutelam multi fecisse non ignoremus. BA-
SIL. Genus igitur orationis tale quoddam est,quale is adhiberet qui nihil simpliciter, niC hil sine dolo faceret.Nam & innouandi quicquam suspicionem,respondendi adumbrat inuolucro,& quasi necessitate propter calumniantes ad hos sermones venerit,auditorum venatur beneuolentiam:quæ fictio inde facile deprehenditur,quod cum huius causæ quam dicere simulat,accusatorem nominare habeat neminem, accusatoris persona relicta , ad respondendum aggreditur.Nec ex clementia nominatim eos qui sibi molesti erant,dicere abstinuit,cum omnes qui aliter quàm ipse sentiant,acerbis maledictis lacessat : verum apertè mentiri,& certas accusatorum personas in medium adducere,dedecus sibi putauit . Nam si nuncupare aliquos posset , dixisset profectò & exclamâsset , vt & si iram suam non penitus explêsset,attamen vt pluribus caueret , quibus summopere prospicere pollicetur . Latens eD nim improbitas,quàm prædicata pernicio|ior . Quare cum detractores cognoscimus , facilius impudentes eorum linguas,& ingratos animos effugere solemus . Ipsis enim vtar verbis, quibus ille doctissimus, sed esto, nesciamus , qua de causa quando scribebat , reticuerit. Nunc interrogetur,nunc respondeat,qui sunt qui eum incusârunt?qui sunt qui prius detrahendo necessitatem sibi respondendi effecerunt?qua ex parte orbis terrarum venerunt ? qui fuerunt iudices apud quos certamen hoc subiit?quod in iudicium hęc accusatio delata fuit? vbi terrarum aut marium congregatum?Seleuciæ ne dicet?an cum sæpius vocati ab his, qui illuc conuenerunt,vt ea quæ inferebantur repellerent,cum obuiam exire non auderent,taE citurnitate sua victi,atque damnati sunt . Habeatur enim mihi pariter ad vniuersum illum cœtum oratio,qui communi impietate tanquam morbosum membrum à sano ecclesiæ corpore decisus est.Sed Constantinopoli?at illic nulla ipsis erat opus oratione. Nam cum ex aula regia omnes & reliquos qui plurimum posse putarentur, ad se conscisuissent , longè superiores impetu se in res omnes intulerunt, ipsi accusatores, ipsi iudices, ipsi ministri publici, ipsi deniq; cuncta poterant , quantum concupierant alios eiicientes , alios in illorum locum substituentes,alios in periculum vitæ deducentes,ipsi magna cum potestate inter se ciuitates sortiebantur:tunc è Syria etiam quidam expulsus, Constantinopolim quasi ad tyrannidem peruenit . Hic autem iste inexpugnabilis & grauis orator , in peruersæ religionis præF mium Cyricum obtinuit . Theosebio verò post maximarum blasphemiarum redargutionem,Sardiensis ecclesia deuorata est. Taceo Bithyniam, Paphlagoniam, Ciliciam, prætermitto cæteros,quos est depasta circumlata improbitas . Quam ergo respondendi necessitatem tunc habuit?sed vt arbitror etiam si voluerit mendacio vti,non poterit.Quare nihil verius,quàm modum hunc dicendi ad decipiendum ab ipso excogitatum fuisse . Sed hæc hactenus:Quæ verò post ea quæ superius retuli statim subiungat,diligentius considerate.Forte enim non erit inutile , antequam impietatem eius redarguamus , pauca de tumore eius prædicere. EVNO. Peto autem ante omnia,inquit,à vobis , qui aut his temporibus estis audituri,aut lecturi postea,ne velitis maiori parti plus attribuere,ac multitudineverum à falso discernere: neque dignitati quorumdam commoti, mentem obfuscari , vel plus his qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui præoccupârunt deferendo, posterioribus aures obserare. BASI. Quid tu narras? G
non dabimus plus antiquitati? non reuerebimur Christianorum multitudinem, tam eorum
qui sunt, quàm eorum qui fuerunt ex quo Euangelium prædicatum est? Nullam rationem
dignitatis eorum faciemus, qui omni spirituali gratia claruerunt, quibus tu omnibus inimi
cam hanc impietatis viam & hostilem nuper excogitâsti? sed claudentes simul oculos ani-
mi, exterminata cuiuslibet sancti viri memoria, otiosam atque omnino vacuam deceptio-
nibus atque cauillationibus tuis mentem nostram supponemus? Magna profectò est tua po
tentia, si quæ multiplici artificio diabolus assecutus non est, ea tibi solo imperio aderunt.
Siquidem omnes tibi persuasi traditionem fidei, quæ præterito tempore omni, sub san-
ctissimis viris euicit, cogitationibus vestris impiis postponemus. Huic verò non sufficit eo H
rum qui nunc audient, mentem eludere: sed etiam postulat, vt quicunque multo pòst sua
perlegant, eandem sententiam habeant. O contumaciam hominis, qui vsque ad posteros
peruenturam putauit orationem, & immortalem in futurum tempus memoriam sui per-
mansuram, Et is quidem nunc intumescit, qui paulo post ad auditores simulans, quali o-
mnem tumorem negligens, ita eis dicit, quos vt fictos iudices collocauit. EVNO. Ad
hæc, inquit, nobis molesti non sitis, si tumorem pariter, atque timorem neglexerimus, &
præsenti securitati ac gratię licenter de futuris loqui prętulimus. Cum enim omni adflictio-
ne terrena ac temporali hac morte terribiliora impiorum supplicia iudicaremus, nulla re
inuolutam, sed nudam exponendam esse veritatem putauimus. BASI. Quæ tanta est I
superbia, quam ista non excedit orationis elatio? Cui derisioni contumelia etiam inest, in
iudicantes: si quoniam bona grauiter ferant, vix ab offendendo eo reuocantur, qui tu-
morem vnà cum timore negligit, qui præsentem securitatem contemnit, vt de futuris lo-
quatur licentius: qui postrema illa supplicia temporali hac morte terribiliora iudicauit. Id
verò quid est, nisi, nolite infensi mihi esse iudices, qui ad summum virtutis ipsius perue-
ni, qui terrena contempsi, qui omnem viuendi potestatem in cœlos transposui? Nouus
hic est arrogantiæ modus: nam quibus rebus dissimulat se gloriam negligere, his ipsis ad
summum se tollere conatur. Nam si quibus ostendit venia esse digna quæ gerit (ea euan-
gelicæ vitæ sunt capita) coniicere inde dat, qualemnam ipsum in omni virtute ducere K
debeamus. Verum hæc quibus tota ferè ipsius voluntas exprimitur, multis silentio tra-
ditis, hactenus dicta sint, vt per ea quæ mentitus est, mendacij patrem in eo locutum
cognoscamus, & ex arrogantia qua condemnatus est prædiscamus, cum apertè dicat Apo-
stolus, inflatos omnes in diabolicum crimen incidere. Nunc reliquum est, vt ad redarguen-
dam impietatem accedamus. Principio fidem conscribit, & simplicibus ac indeterminatis
verbis compositam, qua multi patrum non ad propositas quæstiones contendentes, sed sim
pliciter secum in synceritate cordis colloquentes vsi sunt, quam vt ferunt, & Arrius Alexan
dro, cauillationibus eum captans, proposuit, quam & hic quasi suæ sententiæ consentaneam
duabus de caussis adhibuit. Primum, vt innouandi dogmatis suspicionem effugiat, cum ip- L
sorum patrum fidem tanquam rectam suscipiat: deinde vt omnes integritate verborum fre
ti, nihil sibi prospicientes, in cauillationum laqueos incidant. Simul autem etiam illud con-
spexit, quod & sententiam suam probabilius inducere posset, cum dicta patrum interpreta-
retur, & facile impietatem se esse occulturum. Quòd si suspectus foret, sine vlla culpa esse
videatur, quod non è suo, neque à se dicit, sed alienæ mentis sit interpres. Qua in re dignum
quid risu commisit, & non sensit. Nam cum eandem patrum fidem summis laudibus extu-
lisset, post pauca illam ipsam turpissimis probris afficit. Quod vt apertius pateat, distinctius
orationis eius particulas examinabo: sed primum quam proponit fidem ipsis vocibus suis
hic scriptis videamus. EVNOM. Eam verò quæ iamdiu apud patres obtinuit, inquit, M
pia traditio, tanquam amussim quandam aut regulam exponendo præmittamus, vt quæ-
cunque dicentur, tutius per eam possimus iudicare. BASIL. Deinde adducit patrum
fidem his verbis. EVNOM. Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, ex quo
θεὸν λόγον id est Deum verbum. sunt omnia, & in vnum vnigenitum dei filium, † deum verum, dominum nostrum Iesum
Christum, per quem sunt omnia: & in vnum spiritum sanctum paracletum. BASIL.
Quibus statim annectit. EVNOM. Sed simplicior quidem fides, & omnium commu-
nis, qui aut esse aut videri Christiani cupiunt vt breuiter & summatim dicamus, hæc est.
BASIL. Horum verborum turpem repugnantiam paulò pòst ostendemus, si prius illud
in mentem reduxerimus, hunc illum esse qui incipiens magna cum arrogantia, nudam o-

mni

A mni deiecto velamine veritatem se nobis expositurum pollicebatur. In hac ergo fide, vbi
scriptum est: † Credimus esse innascibilitatem Dei omnium essentiam, aut credimus essen
tia dissimilem esse vnigenitum patri. Nam hæc scripsisset profectò si quemadmodum polli- πιστεύομεν τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν εἶναι τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων.
citus est, nullo fraudis velamine suam opinionem obumbraret. Verum vt arbitror cum in-
sidiosa vbique vtatur oratione, idcirco sua parumper reticet, ne sermo in liberas aures inci-
dens, incredibilis & reiiciendus videatur. Patrum autem fidem proponit, cuius verba cum
indifferentia sint, neq; confirmationi sermonis sui repugnantiam poterant afferre, & ex
illis facilè sequi sua putabat, si inde ad ea quæ volebat orationem traduceret. Quod autem
hæc vera sint liquido ex ipsis patet. Nam fide patrum breuius scripta, & alia quadam allata
B caussa, ac præcipuè quod non esset ea fides omnino sufficiens à criminantibus ipsum libera-
re: illico exponere ipsam aggreditur. Cur ergo ipsam proposuisti? cur non statim ad eam o-
rationem descendisti, quæ cum certior erat tum à criminibus te absoluere poterat? Nunc ve
rò proponit quidem eam, vt per eam tutius iudicet, & rursus emendat, quasi nihil in ea sit
integrum. Quare palam omnibus est, quod opinioni suæ tanquam hamo ad mortem traben
ti, dolum escæ, integritatem fidei coaptat, vt imperitiores ad id quod apparet vndique ac-
currentes, minus cauti peruersitate impietatis infigantur, ac ne videatur absq; caussa emen-
dationem eius fidei afferre, quam ipsemet summis laudibus extulit, videte quonam modo
verborum suorum oblitus ipsi detrahat. EVN. Sed simplicior quidem fides, & omni-
C um communis qui aut esse aut videri Christiani cupiant, vt breuiter ac summatim dicamus
hæc est. BAS. Quid ais? pia illa patrum traditio, & amussis (vt ipse appellabas) & regu-
la, & id quo tutius iudicatur, instrumentum rursus fraudis ac simulati artificij cæteraq; hu-
iusmodi nuncupabitur. Si enim iis qui verè Christiani sunt, non accommodatur, sed iis qui
videri quam esse malunt, quidnam aliud quam quod dictum est, de ipsa putare conuenit?
Quis igitur, nisi demens omnino sit, iis qui peruerso animo sunt, rectam accommodari re-
gulam diceret, & amussim veritatis, hostibus veritatis? Nam qui appellari Christiani quam
esse verè maluerunt, cum vt multos seducant, hanc simulationem subeant, longè profectò
ab omni quod rectum est, atque ab omni veritate absunt. Quare vti obliquum nunquam di
D rigetur, vt apud Ecclesiastem legitur, sic ea quibus veritas indicatur, iis qui mendosam vi-
tam elegerunt nunquam conuenient, quamuis huic videatur, qui ea, vt dixi, de re sic apertè
sibiipsi repugnat, vt quo fidem laudat, eo conuenire cum piis patribus videatur: quo autem
rursus ipsam carpit, eo aditum sibi ad oppositionem eius subaperiat. Quapropter eandem &
regulam appellat, & certioris indigere additionis confirmat, quod summæ ignorantiæ si-
gnum dicerem, si cui gratum fore putarem, etiam hoc subostendere. Regula enim & amus-
sis, ô doctissime tu, in quantum nihil eis deest, vt sint huiusmodi, nullam accessionem sus-
cipiunt. Nam cui aliquid deest, illi additio congruit: quæ verò imperfecta sunt, nunquam re
ctè amussis ac regulæ appellabuntur nominibus. Sed de his satis. Nam quæ de Deo sibi ex-
E cogitatę sunt rationes, considerandæ iam sunt. EVNOM. Vnum ergo, inquit, esse Deum & naturali quodam sensu, & penes patrum doctrinam, nec à se, nec ab alio factum profitemur. Nam vtrunque horum æquè fieri non potest. Necesse est enim reuera quod facit, ante id esse, quod fit: & ipsum quod fit, secundum esse ab eo quod facit: nihil enim seipso pri
us, aut posterius esse potest. Neque quicquam aliud ante deum: sortiretur enim potius illud,
quàm, quod ab illo secundum est, deitatis maiestatem. BASIL. Cuius gratia vniuer-
sam hanc eius appositi dictionem, vt perspicua fiat istius viri vanitas in dicendo, qua vbi-
que per totam orationem vtitur. Cum enim dixisset, naturali quodam sensu, & communi
omnium conceptione natum deum non esse, demonstrationibus tamen id nititur stabili-
re, simile iis faciens, siqui claro in meridie acuti visus homines ratione quadam docere ve- M
F lint, solem siderum omnium esse lucidissimum. Quòd si qui sensu cognitum ratione osten-
dit, deridetur: qui communi conceptione intellecta docet, is quomodo eiusdem amentiæ
non condemnabitur? Nam longè profectò hæc quàm quæ visu videntur, sanę mentis ho-
minibus sunt certiora. Verum si quis in hanc veritatem imprudenter inueheretur, & quod
ingenitum est, vel à se, vel ab alio factum esse contenderet, tanta sermonis vanitas veni-
am forsan consequeretur: cum verò nullus ad hunc diem, nec eorum qui de foris, nec eo-
rum qui ex ipsa ecclesia contra veritatem insurrexerunt, in eam deuenit stoliditatem, vt de
innascibilitate eius qui ingenitus est, dubitaret, quid ex hac oratione sequatur non video.
Num Aristotelis aut Chrysippi syllogismis opus est, vt eum perdiscamus qui est ingenitus,

neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque à seipso, neque ab alio natum, nec priorem esse, nec posteriorem seipso? Quorsum igitur hæc illi tendunt? Primum mihi videtur honori sibi apud auditores putâsse, si densis atque minutis excogitationibus suis redundaret, si acutus in prospiciendis incongruis, & acutior in dissoluendo quod suspexit videretur, & harum rerum gratia volubili orationis cursu insuperbire, & demonstrationem subtiliter deducere, quod nec à se ipso, nec ab alio qui ingenitus est, sit factus. Deinde nec in hoc etiam loco artis suæ oblitus est, sed cum in manifestis moram faciat, quasi elementa quædam ad ea quæ sequuntur occultius ingerit. Nam illud otiosum ipsi non est quod dicit. Necesse est enim reuera quod facit, ante id esse quod sit. Sed vt in sermonibus qui de filio ipsi sunt concessum iam habeat, posteriorem esse filium patre: quoniam quod fecit, eo quod sit antiquius est. Ex quo tanquam consequens id sumet, quod filius ex nihilo factus sit. Verum hanc confutationem ipsius impietatis contra filium ad locos suos differamus. Ego autem etiam ingeniti siue innascibilis appellationem quamuis summopere cogitationibus nostris congruat: tamen quoniam nullo loco in scriptura ipsam inuenio, & quoniam primum est elementum blasphemiæ istorum, silentio tradendam meritò duxerim. Præsertim cum patris vox & id possit quod ingeniti, & ad id etiam propter relationem coniunctam sibi filij † cogitationem adducat. Qui enim vere pater & solus pater est, à nullo est: qui autem à nullo est, ingenitus est. Non ergo magis ingenitus quàm pater nobis appellandus est, ne videamur prudentiores esse velle saluatoris doctrina, qui ait: Ite, & baptizate in nomine patris: patris dixit, & non ingeniti. Sed de his hactenus. Quæ verò his annexa sunt, perspiciamus. Vbi ergo paululum processit, quasi repetens quæ dixerat, sic scribit. EVNOM. *Si* igitur nec ipse ante seipsum, nec quicquam aliud ante ipsum processisse demonstratum est, ipse autem omnia præcedit, innascibilitas eum consequitur. Immo verò substantia ipse est ingenita. BASIL. In his verbis facilè attendenti cuilibet est malignitatem eius quam deprehendimus conspicere: non autem ita facile in lucem eam edere: tentandum tamen, cum in illo spem habeamus qui dat verbum euangelizantibus virtute multa. Dixit prius, quod si nec ipse à se est, neque aliud quicquam eum præcessit, innascibilitas eum consequitur: deinde quoniam conspexit ex iis quæ posita sunt non id quod voluit, sed eius oppositum sequi. Nam si consequens est in Deo innascibilitas, deforis omnino eum assequitur. Quod autem deforis est, substantia eius non est, ex quo defluit & corruit vniuersa hæc fraudulenta constructio. Ne igitur hoc sibi accidat, videte quid faciat. Parum curauit ne derisui esset quem erat subiturus, si sibiipsi non consentiret, itaque correctione ad ea quæ voluit orationem reduxit, dicendo: Immo verò substantia ipse est ingenita: hoc autem iis quæ præcesserunt nullo pacto consentit. Quomodo enim & vt consequens Deus habet innascibilitatem: & rursus, non vt quid consequens, sed in substantiæ ratione contentum. Veruntamen non omnino dimittit cauillationem sibi corruere. Si enim cum dixisset, tanquam consequens ingenitum Deo inesse, statim hic orationem absoluisset: nihil sibi reliquum esset, quo vel innascibilitatem ipsam substantiam Dei dicere posset, vel alterius esse substantiæ vnigenitum filium demonstraret. Nihil enim eorum quæ patrem ac filium foris consequuntur, ipsam substantiam possint disseparare. Nunc autem quoniam intulit, immo verò ipse est substantia ingenita, ostendit quod ipsum quod Deus est, innascibilitas est. Quod quantas ipsi ansas ad impietatem præparauerit, paulò pòst clarius ostendam. Quare quod primum dixit, è rerum ipsarum veritate prout ex positis consequebatur, emersit: quod autem postremum apposuit, ex hæretica opinione adiectum est, cum turpissimè omnium hic orator ad correctionem orationis trâsiluerit. Nam quo pacto idipsum, & consequens est deo, & rursus idem quod ipse, cum omnibus perspicuũ sit consequens aliud esse, quam sit is quem illud consequitur: Hic verò excogitata iam via ex eo quod vi rapuit, ad affirmandum procedit, quod innascibilitas dei substantia sit: vt hoc demonstrato consentaneum habeat, alterius esse substantiæ vnigenitum, quàm pater sit. Sed quæ ipse dicit, audiatis. EVN. Ingenitum autem dicentes non solum nomine iuxta humanam opinionem decorandum deum putamus: verumetiam ei reddendum arbitramur quod maximè ei debemus, vt idipsum scilicet quod est confiteamur. Nam quæ † iuxta opinionem dicuntur, cum in nominum prolatione solum sint, cum vocibus simul dissoluuntur. BASIL. Destruit iuxta opinionem in deo innascibilitatem perspici. Putat enim facilem hinc sibi aditum fore, vt ostendat innascibilitatem substantiam esse, ex quo nullo

ἔννοιαν intelligentiã.

κατ' ἐπίνοιαν

A quo nullo repugnante, alterius esse substantiæ vnigenitum filium quàm pater sit, concludet. Idcirco in verbo opinionis inhæret quasi nihil omnino significet, sed in sola prolatione vocis substantiam habeat, & simul non esse dignum contẽdit opinionibus deum laudare. Ego vero opinionẽne tantum innascibilitas concipiatur an non, nondum assero, antequam ipsa rationis indagatione ad hoc deducamur. Sed quidnam sit ἡ ἐπίνοια ista ipsum libenter interrogarem: num nihil omnino hoc nomen significat, sed sonus quidẽ est, qui in vanum ex ore excidit? At quod huiusce modi est, non magis mentis conceptio, quàm amentia atque nugatio appellabitur. Quod si concedit, nonnihil significare ἐπίνοιαν hãc, sed falsum quiddam penitus & non consistens, vt in fabulis centauri atq; chimeræ, quo pacto id quod falsò
B significatur, vnà cum sono oris dissoluitur: cum & si vox in aërem profundatur, in mente tamen quæ excogitata fuerunt permaneant? Neque enim aliquando falsis omnino, aut vanis cogitationibus, vel in sono, vel in aliis motionibus animi mens expleta, si quæ memoria retineat, postea voce emiserit, vnà cum edita voce & iam ea quæ concepta fuerant, dissoluuntur. Nam si falsitatis natura simul cum verbis corrumperetur, operę pretium esset falsa prædicare. Non est hæc istius rei natura, non est. Reliquum igitur est ostendere, quomodo, & quibus in rebus communis consuetudo τῆς ἐπινοίας dictione vtatur, & quo pacto diuini sermones vsum ipsius susceperint. Consideremus ergo, quod in communi quidem vsu quæcunque repentina comprehensione simplicia videntur ac vnica, varia vero ac multiplicia,
C si subtilius exquiruntur, hæc cum mente diuidantur τῇ ἐπινοίᾳ id est opinione, sola diuisa dicuntur: vt corpus prima comprehensione simplex putamus, at cum ipsum cribrauerit ratio, & in colorem, figuram, duritiem, magnitudinem, cæteraq; huiusmodi ex quibus compositum est, dissoluerit, varium ostendit & multiplex. Rursum quæcunque non subsistunt quidem, sed pictura quadam mentis & phantastica virtute configurata sunt, vt quæ poëtæ ac pictores ad stuporem eorum qui ea sensu percipiunt, prodigiose depingunt, hæc quoque κατ' ἐπίνοιαν, id est iuxta opinionem & imaginationem speculata communiter dicuntur. His non distinctis, vel ex ignorantia, vel ex malitia, de sola opinione eorum quæ non subsistũt, nobis Eunomius philosophatus est, neque de hac qualitercunque se habeat natura, narrauit.
D Non enim signare quicquam quamuis falsum, sed penitus nihil significans nomen eius, atque in sola pronuntiatione subsistere putauit. Atqui tantum abest, ne de vanis solũ & phantasticis rebus nomen hoc prædicetur, vt post primam in nobis à sensu factam impressionẽ, subtiliorem comprehensæ rei ac certiorem cogitationem, ἐπίνοιαν plerunque nominemus. Vnde & consuetudo excogitationem, licet improprię, illam vocat. Vt tritici simplex intellectus omnibus inest, quod id cum occurrerit statim cognoscimus: cum vero diligentius inquirimus, tunc multarum rerum speculatio accedit, & diuersa nomina res ipsas significantia. Idem enim triticum, nunc fructum, nunc semen, nunc cibum appellamus. Et fructũ quidem, quasi præteriti agricolarum operis finem: semẽ vero, ceu futuri initium: rursus cibum,
E vt restaurationem corpori comedentis congruam. Quorum vnumquodq; & κατ' ἐπίνοιαν inspicitur, & oris sono nequaquam euanescit, sed considerantis animo excogitatum inhæret. Et vt in vniuersum dicam, omnia quæ sensu cognoscuntur, cum subiecto simplicia videntur: multiplicem vero rationem speculata susciptunt, ἐπινοίᾳ percipi dicuntur. Huiusmodi ferè vsum in hoc nomine, diuina quoque nos ratio docet: verum reliqua propter multitudinem præteribo, vnius vero solum non importunam faciam mentionem. Dominus noster Iesus Christus cum de seipso verba faceret, & deitatis in homines affectum ac incarnationis gratiam subaperiret quibusdam proprietatibus, quas in ipso speculari possimus eam, significauit. Portam enim seipsum, viam, panem, vitem, pastorem, lucem nominauit, non quod † multiuocus quidam sit: nec enim cuncta hæc nomina ad idem inter se conferuntur. πολυώνυμος
F Siquidem aliud lux, aliud vitis, aliud via, aliud pastor significat: sed cum vnus subiecto sit, vna substantia simplex & non composita, aliter atque aliter seipsum nominat, τῇ ἐπινοίᾳ diuersas inter se appellationes sibi accommodans. Actionum nanque diuersitate, beneficiis, & habitudine, diuersa quoque sibi nomina imposuit. Nam si cum se mundi lucem dicit, partim inaccessibilem diuinæ gloriæ maiestatem hoc nomine significat, partim quòd splendore agnitionis eos, qui animi oculos purgauerunt, illuminat. Vitem vero, quòd omnes qui in eo per fidem radices egerunt, felici bonorum operationum fructu enutriat. Panem autẽ, quod rationali animæ sit cibus idoneus, retineatq; constitutionem ipsius, semper à seipso quod defluxum est restituens, neque ad irrationalem dimittens infirmitatem subduci. Ita si

quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis singula nominum pertractabit, multiplices atque varias rationes inueniet, quanuis v- G
num secundum substantiam is omnibus subiiciatur. Quisnam ergo sic paratam ad blasphe
mandum habet linguam, vt dicere audeat simul cum vocibus his, etiam τὰς ἐπινοίας dissolui? Cur itaque esset absurdum, in deo quoque omnium quædam κατ' ἐπίνοιαν hoc pacto ac
cipere, & cum primis hoc ipsum de quo vniuersa nobis instituta est disputatio? Nusquam
enim illud, ingenitum alio modo dictum inueniemus. Incorruptibilem nãq; ac ingenitum
deum dicimus diuerso mentis obiectu his nominibus appellantes. Nam cum in transacta
iam secula respicimus, ac omne superare initium vitam dei inuenimus, tunc ingenitum ip
sum affirmamus. Cum vero per secula futura mentem extendimus, tunc infinitam eius in
nullum terminum exeuntem, incorruptibilem appellamus. Quemadmodum igitur quoniã H
absque termino est, vita ipsius incorruptibilis est: sic quia sine initio est, ingenita nominata
est. Sed hęc vtraque mente speculari solemus. Quænam igitur ratio repugnabit vtrunq; ho
rum nominum & ἐπινοῆσθαι, & eius rei esse confessionem, quæ verè deo inest? Ille vero ve
luti si hæc repugnarent, ac simul esse non possent, alterum ab altero penitus disseparat, κατ'
ἐπίνοιαν scilicet quidquam dici de deo, & adimplere* ipsi eius quod est, cõfessionem. Verum
id quoque non prætermittendum, quam mirabilis isti religionis simulatio in auditorum e-
† ἐπίνοιαν. uersionem excogitata sit, cum dicit. EVN. Nolle † cogitationem humanam decorare
deum, cum ingenitum appellat: reddere autem ipsi quod maximè ei debemus, cum idipsum
quod est confiteatur. BAS. Quibusnam verbis tantam volubilitatem artis dignè quis- I
piã consequetur? simpliciores omnes terrere nititur, quasi non reddentes deo quod debent,
nisi innascibilitatem substantiam esse confiteantur, & debiti redditionem propriam impie
tatem appellat, vt nihil à se dicere videatur, sed quod ex necessitate deo debeatur explere.
Itaque omnibus ostendit, quod si innascibilitatem in substantia ipsa posuerint, sine culpa di
mittentur: si aliter, secundum religionis rationem opinarentur, tanquam negligentes id de
bitum quod omnium antiquissimum est maximeq; necessarium, sine deprecatione diuinã
in se iram excitaturos. Quas ob res ego libenter ab ipso peterem, sit ne in omnibus quæ de
deo dicuntur pariter gratus, an in hoc verbo solum? Nam si nihil penitus mente inspicit, ne
humanis deum appellationibus decorare videatur, cuncta similiter substantiam confitebi- K
tur, quæ de deo dicuntur. Quonam igitur pacto non deridendus, si creandi virtutem substã
tiam esse dicat? si prouidentiam rursus substantiam, eodem modo præscientiam & omnem
itidem operationem substantiam putet? quæ cuncta si ad vnum tendunt significatum, ne
cesse est, vt inter se idem valeant, sicut fit in multiuocis: sicuti cum Simonem Petrum Ce
pham eundem dicimus. Quare si quis audit inalterabilem esse deum, ad innascibilitatem
subducetur: & qui audit impertibilem, ad creandi virtutem deferetur: qua confusione quid
vnquam absurdius fiet, quàm si cum propriam cuiuscũque nominis potestatem abstuleris,
contra communem consuetudinem & doctrinam spiritus leges ponas? Nonne cum de deo
audiamus, quod in sapientia omnia fecit, creatiuam tunc eius artem docemur? Cum autem
quod aperit manum eius, & implet omne animal benedictione: bonæ voluntatis prouiden L
tiam suam, quæ per omnia transit? Cum verò, quod posuit tenebras latibulum suum, inuisi
bilis naturæ eius admonemur? Cum rursus è persona ipsius dei dicitur: Ego sum, & altera
tus non sum, identitatem æternam, incõmutabilitatemq; diuinæ substantiæ discimus? Quo
modo igitur nõ furere te perspicimus, si propriam cuique nominum potestatem inesse non
putes: sed contra veritatem, idem omnia posse nomina determines? Deinde etiam si hoc da
bimus, neque sic magni aliquid ad intentionem eorum accedet. Si enim hæc omnia cum de
deo ac patre dicuntur, substantiam significant, incommutabile dico & inuisibile & incorru
ptibile, palàm est quod similiter etiam de vnigenito dei filio dicta, substantiam significabũt:
inuisibilem enim, incommutabilem, incorruptibilem, ac impertibilem, cæteraq; huiuscemo M
di filium dei nominamus. Ita subtilis eorum argutia in oppositũ ipsis reuoluetur. Non enim
magis propter vnius appellationis diuersitatem, dissimilem in substantia filium poterunt
demonstrare, quàm propter pluriũ conuenientiam similem necessariò, ex iis quæ dederunt,
confiteri cogentur. Quod si dixerit, in sola ingeniti voce tali vti reuerentia, in cæteris vero
† ἀποκλί- id non obseruare: rursus ipsum interrogabimus, quænam hęc est † disseparatio, vt cum tam
ρωσις. multa sint quæ de deo dicuntur, in hoc vno tantam curam ostendat, atque in hoc vno ipsi
adimpleat eius quod est confessionem: in cæteris vero, quæ plurima sunt, humanis eum co
gitationibus decorare non renuat? Nam qui multa debet, non magis gratus, si vnum aliquid
reddet,

A reddet, indicabitur, quàm excedens ingratitudine si plura non reddet. Sic igitur suis artibus
capitur, quemadmodum versuta bestia, ea ratione magis refutatus, qua se magis tutum ar
bitratus est. Sed quę deinceps sequuntur attendite. Demonstratione adducta, vt putat, quod
impossibile sit cogitatione innascibilitatem concipere, infert. EVN. Nec vero secun
dum priuationem: priuatio enim omnis eius quod natura inest, priuatio est, & posterior ha
bitu. BAS. Quod autem ista è mundi huius sapientia loquatur qua diductus hanc ser
monis nouitatem ingressus est, non est arduum demonstrare. Aristotelis enim sunt: vt qui
legerunt vtique dicerent, hę de habitu ac priuatione rationes sunt, quibus in libro qui de ca
B tegoriis inscribitur, posteriores habitibus priuationes affirmat. Quare vobis ostendere suffi
ciebat, non ex doctrina spiritus, sed ex sapientis principum huius seculi hæc eum dicere, ac
illud Psalmistæ ad ipsum exclamare: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex
tua, vt cum disceremus, non è doctrina domini nostri Iesu Christi esse quæ dicuntur, vo
cem ipsius domini recordemur qua dicitur: Quoniam cum loquitur mendacium, è seipso
loquitur. Atque hoc pacto verborum multitudinem nobis abscinderemus, cum hinc vniuer
sis palàm faceremus, nihil ipsis nobiscum esse commune. Etenim, quænam conuentio Chri
sto ad Belial, aut quæ pars fideli cum infideli? Verum ne videamur inopia redargutionis ad
taciturnitatem confugere, age de iis etiam pauca disseramus. Multa eorum quæ de deo di
cuntur: ô Eunomi simili proferri figura videmus, vtputa incorruptibilis, immortalis, inui
sibilis, cuiusmodi esse & illud ingenitum ducimus: quæ si quis priuatiua nominat, nihil ad
C nos. Nec enim scimus verborum artificium, nec eos qui sciunt beatos ducimus: id tamen sci
mus, qualescunque reliquas voces quas enumeratiuus putes, tale dicendum ingeniti quo
que esse vocabulum. Quare quemadmodum incorruptibile non inesse deo corruptionem
significat, & inuisibile omnem oculorum comprehẽsionem eum excedere, & incorporeum
non inesse ei trinæ dimensioni obnoxiam essentiam, & immortale nunquam dissolutionem
ipsi futuram, sic & ingenitum generationem ipsi non inesse significat. Si igitur reliquorum
nullum priuationem ostendit, neque hoc: si vero illa concedis priuatione proferri, in appel
latione vero ingeniti hoc non admittis, agè dic quo habitu præcedente priuationem incor
D ruptibilitas monstrat? aut cur non eodem modo ingenitum etiam capiamus? Verum circa
hoc solum modo verbum maligna vtitur arte: quoniã hinc impietatis rationes ipsi depen
dent. Vt autem liquidò eius pateat artificium, ita facite, quas in appellatione ingeniti ratio
nes versat: quod nec humana cogitatiõe, nec priuatiue par est vt de deo dicatur, eas ipsas tra
ducentes in aliud quiddã eorum, quæ de deo dicuntur, considerate. Omnibus enim ad vn
guem accommodantur. Et si vultis, de incorruptibili eadem dicamus, ipsam ipsius dictionẽ
huc transferentes. Incorruptibilem vero dicẽtes, non excogitatione humana decorare deũ
oportere putamus, verumetiam reddendum ei arbitramur quod maximè ipsi debemus. Id
aũt est, ipsum quod est, confiteri, nec per priuationem: priuatio enim eius quod natura inest
E priuatio est, & posterior habitu. Cur magis de ingenito decet hæc philosophari quam de in
corruptibili, & omnino de qualibet voce, quæ eodem modo proferatur? Sed nihil aliorũ ei
ad impietatem opitulatur. Idcirco de reliquis nulla ipsi est mẽtio, quanuis infinita sint, quæ
pariter de deo dicuntur, quæ res ita se habet, vnum quidẽ nomen inueniri non potest, quod
totam naturam dei complexum sufficiat satis edere: plura vero & varia in sua qualibet sig
nificatione, & si tenuem omnino atq; pusillam, ad totius nobis tamen sufficientem signifi
cationem congerunt. Eorum igitur quę de deo dicuntur nomina, hęc quidẽ quæ insunt, illa
vero quæ non insunt deo significãt: nam ex his duobus, negatione videlicet eorum quę ab
sunt, & eorum quæ insunt, confessione quasi quidam character dei nobis imprimitur: vtpu
F ta cum incorruptibilẽ nuncupamus, nobisipsis vel audientibus dicere videmur, corruptioni
deum subiacere non posse: & cum inuisibilem, quod non suspiceris, oculorum ipsum sensu
comprehendi: quando vero immortalem, quod non putes mortem vnquam posse deo acci
dere. Simili ergo modo cum etiam ingenitũ, quòd à nulla causa, à nullaq; origine esse dei
dependere arbitreris. Sic ex quolibet ipsorum docemur, ne in turpes sententias incidamus,
cum de deo aliquid cogitamus. Itaq; vt præcipuam proprietatem dei cognoscamus, alter al
terum cum de deo habetur oratio, detinemus, ne cogitatione ad ea quæ non oportet defe
ramur, neq; putemus corruptibile aliquid, aut visibile, aut ex genitis deũ existere. Itaq; om
nibus his nominibus † ablatiuis veluti quædã negatio inest eius, quod à deo alienum est: eru
ditur enim sic mens nostra, alienasq; facile respuit opiniones. Rursus bonum, iustũ, creato- † ἀπαγορευ-
rem, μένων.

Incorruptibile, inuisibile, incorporeum, immortale, in deo quomodo accipienda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem,iudicẽ,aliaq; huiuſcemodi deũ eſſe dicimus: verũ vt ablationem quandã rerũ alienarũ G
& abnegationẽ illæ voces ſignificabant:eodẽ iſta pacto aliquid ponunt eorũ quę deo cõueniunt, & circa eũ inſpiciũtur. Ex vtroq; igitur appellationis modo docemur,aut de his,quę adſunt quod adſint, aut de iis quæ abſunt,quod abſint:innaſcibilitas aũt id ſignificat,quod non ineſt.Oſtẽdit enim deo generationem non eſſe,quod ſiue ablatiuum,ſiue priuatiuum, ſiue negatiuũ, ſiue quid huiuſmodi quiſpiã velit appellare, nihil differre putabimus. Quòd ergo non eorũ quę deo inſunt innaſcibilitas quicquã ſignificat,his dictis palàm(vt arbitror) patet.At ſubſtantia non eſt eorum quæ non inſunt,ſed idipſum eſſe dei quod in eorum quę non reperiuntur numero coaceruare,ſummæ amentiæ eſt.Si enim ſubſtãtia in numero eorum quæ non ſunt,continetur,quonam modo alia quæ de deo dicuntur, deo inerunt? Demonſtratum eſt autem his,quæ abſunt,innaſcibilitatem connumerari,mentitur ergo qui ip H
ſius ſubſtantiæ hanc vocem eſſe ſignificatiuam putat. At vero Eunomius, tanquam incongruum ſit priuatiuè quicquam de deo dici,idq; grauiter ferens, ad aliud magis impiè dictũ refugit,& in ipſa ſubſtantia innaſcibilitatem impoſuit,ac orationem tanquam ad caput colligens ſic conſcribit. EVNOM. Ergo ſi ingenitum eſſe,in deo eſt,neque ſecundum cogitationem humanam,neque ſecundum priuationem,neq; ex parte(impartibilis enim)neque in ipſo vt aliud (ſimplex enim) neq; præter ipſum aliud (vnus enim & ſolus ingenitus) neceſſe eſt ipſam innaſcibilitatem ingeniti eſſe ſubſtantiam. BAS. Perduxit tandẽ orationem quo voluit: & cum vndiq; innaſcibilitatem extruſerit, in ipſam, vt arbitratus eſt, I
ſubſtantiam compulit,dicens de deo quod ipſe ſit ingenita ſubſtantia. Ego autem ſubſtantiam dei ingenitam eſſe ipſe quoque confiteor: non tamen innaſcibilitatem eſſe ſubſtantiã. Deinde illud etiam attendere oportet,quod impertibile atque ſimplex cum idem ſit (impertibile enim eſt,quod è partibus non componitur:ſimplex pariter,quod non à pluribus conſtituitur) hic quaſi diuerſa ſubiecto alterum ab altero ſeparat. Itaque docet non oportere in partes deum decidere,neque aliud eius ingenitum,aliud genitum ſuſpicari:nec rurſus,tanquam aliud alij adiacere ipſi,innaſcibilitatem arbitrari: quorum verborum vanitatẽ redarguere vereor. Videtur enim quodammodo ſimilis eſſe ei qui vana dicit,is qui contradicit. Quapropter, vt ego arbitror, ſapiens admonet Salomon, non eſſe amenti reſpondendum, K
prout amentia eius flagitat. Quæ enim neq; dicta ſunt neque vnquã dicuntur de deo, ea hic diuiſioni ſuę ſubiecit vt multis enumeratis , vnico tantum pacto innaſcibilitatẽ commodè dici videatur inuenire.Nobis autem forte longiori opus eſſet oratione,vt mendacem comprobaremus,& innaſcibilitatem non eſſe ſubſtantiam dei demonſtraremus : ſi quæ ipſi per diuiſionem enumerata ſunt,non eſſent liquidò refutata. Nã etiam ſi ratio illa vim haberet, quod nec cogitatione,nec priuatione innaſcibilitas dicitur:tamẽ non omnino quod intulit conſequeretur. Quid enim neceſſe eſt ſub vno enumeratorum innaſcibilitatem contineri? Verum quoniã ipſe quaſi neceſſariò adhærens iis quę præcedũt,illud infert: Ergo ſi nec imaginatiõe ineſt,nec priuatione,nec alio modo ex his qui enumerati ſũt,ipſum profectò quod L
eſt deus innaſcibilitas eſt.Sic nos cõuertẽtes dicemus,imò quoniã cogitatione inſpicitur,& priuatiuũ nomẽ eſt,nõ eſt ſubſtãtia dei innaſcibilitas. Quouſq; enim quę nobis dicta ſũt nõ refutat,nec ſuis propoſitionibus vires affert, nullũ vnq̃ quod ipſi colligitur locum habebit. Quod vero putat ipſius dei ſe omnium ſolum ipſam adinueniſſe ſubſtantiã,intolerabilis eſt ſuperbiæ ac tumoris.Ferè enim & ipſum qui dixit:Ponam ſuper aſtra ſedẽ meam, iactantia ſuperat.Quippe qui non ſtellas aut cœlum aggreditur,ſed ipſam dei ſubſtantiã apprehẽdere ſe iactat.Nos vero ab eo exquiremus,qua ratione ipſam cõprehendiſſe prædicet:ex cõmuni ne cõceptione?ſed hæc deum eſſe,non quid deus ſit, nobis ſuggerit, an ex doctrina ſpiritus? quænã illa eſt,aut vbi inuenitur?Nõne magnus ille Dauid,cui incerta occultaq; ſapiẽtię ſuę M
deus manifeſtauit,incõprehẽſibilẽ eſſe cognitionẽ dei apertè confitetur dicens: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me,confortata eſt & nõ potero ad eam. Et Eſaias,qui ad ſpeculationẽ diuinę maieſtatis aſcendit,quid nobis de ſubſtantia dei explanauit? Quippe cum de Chriſto prædiceret teſtatus eſt dicens:Generationem eius quis enarrabit? Quid vero electionis vas Paulus ille,qui Chriſtum in ſe loquentem habuit, qui ad tertium vſq; raptus eſt cœlum,qui verba audiuit ineffabilia,quæ non licet homini loqui:quam de ſubſtantia dei doctrinam nobis reliquit?Quippe cum ad particulares œconomiæ diuinæ deueniſſet ratiões,quaſi deficiẽs propter eius ſpeculationis inuiam vitam, exclamans vocem illam emiſit : O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientię dei, quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia eius,& ininueſtigabiles viæ

A les viæ eius:Quòd ſi hæc etiam ij,qui ad menſuram cognitionis Pauli euaſerunt, conſequi non poſſunt:quantum eos tumere arbitramur,qui ipſius Dei ſubſtantiam ſcire profitentur? Ex quibus equidem læto perquiram animo,quidnam de terra in qua manent,& in qua nati ſunt ſentiant,quam nobis ſubſtantiam eius exponat: vt ſi de his terrenis , quæ ſub pedibus ſunt aliquid nobis perſpicuè diſſerant,tunc demum ipſis etiam de his contendentibus, quæ omnem intellectum excedunt,credamus.Quæ igitur terræ ſubſtantia eſt, quis comprehenſionis modus? Reſpondeant nobis vtrum ratio ad hanc comprehenſionem deuenit, an ſenſus?Si ſenſum dicent,quo ſenſuum comprehenſa eſt?viſũ ne?ſed colores hic percipit: an tactu?& hic duritiem & mollitiem,calidum & frigidum,& huiuſmodi cętera diſcernit:quę
B nullus niſi qui in ſummam dementiam ſubuectus eſt,ſubſtantiam dicet:de guſtu verò & olfactu,quidnam oportet dicere?quorum ſenſuum alteri humores alterivapores obiiciuntur. At auditus ſonorum & vocum ſenſus eſt,quæ nullam ad terram habet affinitatem.Quas ob res reliquum eſt,ratione ipſos affirmare terræ ſubſtantiam inueniſſe:qua tandem? quo loco ſcripturæ edita:à quo ſanctorum tradita? Quippe qui de rerum creatione diſſeruit, tantum nos docuit,quod in principio fecit Deus cœlum & terram:terra autem erat inanis & vacua. Sufficere enim putant ipſum qui eam fecit & exornauit prædicare : quæ verò ſuſtantia eius eſſet,quaſi rem vanam & audientibus inutilem,inquirere neglexit . Quapropter ſi nec ſenſus teſtimonio,nec rationis doctrina, cognitio ſubſtantiæ illius confirmari poteſt , vnde ſe
C dicent comprehenſionem ipſius habuiſſe?Nam quod in ea ſenſibile eſt,vel color eſt,vel magnitudo,vel grauitas,vel leuitas,vel denſitas, vel raritas, vel durities, vel mollities, vel frigiditas,vel caliditas,vel humorum qualitates,vel figurę diuerſitas:quarum rerum omnium nihil hi ſubſtantiam dicent,quamuis omnia facile affirmare ſoleant . Rurſus ratione nulla ſapientium & beatorum vlli virorum perſpecta eſt:quis igitur comprehenſionis modus relinquetur?Reſpondeant nobis qui cuncta quæ ſub pedibus ſunt,deſpiciunt: ipſum verò etiã cœlum,& omnes intelligibiles poteſtates pertranſeunt:ac ipſi ſummæ ſubſtantiæ per intellectum coniunguntur.Sed videtur arrogantia omnes hominum morbos ſuperare , ac verè diaboli eos quibus ineſt,crimine implicare . Qua ex re iſti etiam terræ naturam quam calcant quænam ſit neſcientes ipſam ſe ingreſſos ſubſtantiam Dei iactant.Sanctis quidem ſuis
D Deus,Abraham, Iſaac & Iacob: quorum propter conſummatam virtutem , deus nominari quaſi quid præcipuum ac decens maieſtatem ſuam voluit , deum Abraham ſeipſum appellans,& deum Iſaac & deum Iacob.Hoc enim mihi nomen eſt perpetuum inquit. His igitur ſanctis nec nomen ſuum manifeſtauit deus,nedum ſubſtantiam ſuam reuelauit.Ego enim, inquit dominus,viſus ſum Abraham,Iſaac,Iacob,cum ſim deus ipſorum:& nomen meum non manifeſtaui eis , tanquam videlicet maius quàm poſſit humanus auditus accipere. At Eunomio (vt videtur) non modò nomen , verum etiam ipſam ſubſtantiam ſuam deus oſtendit?& rem tam abditam quæ nullis etiam ſanctorum patuit,ipſe in libris conſcribens e-
E dit,& publicam temerariè omnibus facit.Et ea quidem quæ promiſſionibus nobis præparata ſunt,omnem cognitionem excedunt humanam:& pax dei omnem mentem ſuperat , ipſam autem ſubſtantiam dei non patitur ſupra omnem intelligentiam & cognitionem hominum eſſe.Ego verò non ſolum homines,ſed & omnem rationalem naturamvinci à comprehenſione ipſius exiſtimo. Rationalem autem nunc naturam creatam appellaui.Nam filio ſoli notus eſt pater & ſpiritui ſancto.Nullus enim cognouit patrem niſi filius : & ſpiritus cuncta inquirit & profunditates dei.Nullus enim,inquit,ſciuit quæ hominis ſunt,niſi ſpiritus qui eſt in ipſo:& quæ dei ſunt,nullus cognouit niſi ſpiritus qui eſt ex deo. Quid ergo præcipuum cognitioni vnigeniti aut ſancti ſpiritus relinquent,ſi ipſi diuinam ſubſtantiam pe-
F nitus comprehendunt?Nec enim potentiæ bonitatis,ſapientiæ dei ſpeculationem vnigenito attribuentes,proportionatam ſibiipſis accommodabunt ſubſtantiæ intelligentiam , cum eius oppoſitum potius veriſimile ſit.Ipſam quidem ſubſtantiam omnibus præter quàm vnigenito & ſpiritui ſancto inuiſibilem eſſe,ab operationibus autem Dei nos ſubleuatos, & per ea quæ facta ſunt,factorem intellegentes,de bonitate ipſius ac ſapientia admoneri:hoc enim eſt cognoſcibile Dei , quod cunctis hominibus deus manifeſtauit : nam quæcunque apud theologos de ſubſtantia dei conſcripta videntur, tropologia quadam vel allegoria ad alias ſententias pergunt . Quare ſi quis ſubtiliori examine ſecundum promptiorem ſenſum nudis inſiſtere literis contendat,ad Iudaicas & aniles fabulas deuolutus,inops perpetuò dignæ de deo intelligentiæ conſeneſcet . Præterquàm enim quod materialem quandam ſubſtan-

y tiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam dei intelliget, & impiis hac re gentibus coaceruabitur: variam etiam & compositam G
suspicabitur. Cum enim Propheta ex electro supra lumbos deum esse pernarret: ex igni autem inferiora esse conflata: qui non ad altiorem intellectum ascendit per ea quæ scripta sunt, sed corporeis inhærens descriptionibus, talem esse substantiam dei & ab Ezechiele persuasus, rursum ignem esse à Mose audiet, & à dicto Daniele ad alias imaginationes deducetur, & sic non falsos solum, verumetiam inter se repugnantes de litera colligere sensus inuenietur. Quas ob res & hanc substantiæ indagationem tanquam impossibilem nobis omittamus: & simplici ac integro Apostoli consilio credamus, qui dicit: Credere enim primum oportet quòd sit Deus, & quòd sit ipsum quærentibus remunerator. Non enim si inquirimus quid sit, sed si illum esse confitemur, salutem nobis præparat. Verum quoniam ne- H
que intelligibilis neq; effabilis naturæ hominis omnino substantia dei demonstrata est: reliquum est de innascibilitate ipsa quid sit, & quo pacto in deo inspiciatur, breui percurrere. Inuenimus igitur hæc cogitantes quòd non ex inuestigatione qua quid sit inquirimus, ingeniti nobis substantia occurrit, sed potius (vt quasi coactus hoc dicam verbum) ex ea qua inquirimus, quomodo sit. Cùm enim intellectus noster quæreret, num Deus omnium superiorem aliam causam habeat, nec vllam posset adinuenire, quòd sine principio sit vita eius ingenitum appellauit. Quemadmodum enim cum de hominibus ratiocinamur, & hunc ab hoc natum esse dicimus: non quid sit, sed vnde natus sit enarramus: sic & in Deo vox ingeniti non quid sit, sed non esse ab alio ipsum, significat. Verum quod dico, hoc modo fiet I
magis perspicuum. Euangelista Lucas secundum carnem genealogiam Dei & saluatoris nostri Iesu Christi exponens, & ab vltimis ad primos rediens: incipit quidem à Ioseph, & eum Heli, Heli autem Mathat fuisse dicit, atq; hoc pacto per resolutionem ad Adam tandem narrationem deducit. Et cum de supremis dixisset Seth esse ab Adam, Adam verò à deo, ascensus cursum hic terminauit: nec substantias eorum significat, quos generationem vniuscuiusq; narrando enumerauit: sed origines proximas, vnde quilibet natus sit exposuit. Quemadmodum igitur ille dixit, quod Adam ex Deo sit, si hic, nos é nobis ipsis quæremus, Deus verò ex quo est? nonne præ manibus erit cuilibet respondere, quod à nullo sit? K
Quod verò à nullo est, sine principio est: & quod sine principio est, id ingenitum est. Quare sicut in hominibus non erat substantia ex alio esse: sic neq; in Deo idipsum quod est ingenitum, substantiam dicere possumus quod idem est, atq; ex nullo esse. Qui verò idipsum quod est sine principio esse substantiam dicit, simile illi facit, vt si quis interrogatus quænam Adam substantia & quæ natura eius fuerit, respondeat hanc eius fuisse substantiam, quod non viri ac mulieris conuentu, sed diuina manu formatus sit. Atqui non quo pacto productus sit interrogaris (quispiam obiiciet) sed ipsum eius materiale subiectum, à cuius cogitatione propter huiuscemodi responsionem longius absum. Quod & nobis accidit, cum ex hac ingeniti voce, quomodo Deus sit, magis quam quid sit natura eius doceamur. Om- L
nino autem si quis velit vera esse quæ à nobis dicuntur, penitus perdiscere, seipsum examinet, cùm eorum aliquid quæ in Deo sunt voluerit intelligere, quonam pacto in ingeniti significationem ingrediatur. Ego enim video quemadmodum cum in futura secula mentem producimus, interminabilem eum appellamus, qui nullo termino vitam habet terminatam: Sic & cum ad superiora secula cogitatione conscendimus, tanquam in effusum pelagus in infinitam Dei vitam deducti, cum nullam originem vnde sit capere possimus, sed vltra omne quod intelleximus excedere, Dei vitam inspiciamus, eo quòd est sine principio vita eius, ingenitum ipsum nuncupamus. Hic enim sensus ingeniti vocis est, non habere aliunde substantiæ suæ principium. At Eunomius quoniam in deo omnium solo ingenitum
inspicitur, facinorosissimè illud ad vnigeniti blasphemiam rapuit. Quid enim progrediens M
ait? EVNOM. Ingenitus autem cum sit, vt demonstratione iam præcedenti patuit, nunquam ita generationem suscipiet, vt cum nato naturam suam communicet, sed omnem vtiq; participationem ac comparationem ad genitum fugiat. BASIL. O impudentem blasphemiam atque nequissimam? O abditam fraudem? O multiplicem malitiam? quàm exactè ex ipso diaboli artificio loquitur? cum enim dissimilem deo ac patri vnigenitum filium & deum velit ostendere, patris ac filij nomen silentio tradit, atque de ingenito
ac genito solum disserit: ita salutaris occultat fidei nomina, & nuda tradit dogmata blas- Vel nudata.
phemiæ: vt impietate in rebus † versata, cum ad personas progressio fiat, nihil ipse improbè dixisse videatur, sed orationis vi iam præparatam habeat blasphemiam. Ingenitus autem
cum sit

A cum sit (ait) effugit vtique omnem participationem ac comparationem ad genitum. Non dixit pater ad filium, sed ingenitus ad genitum. Vnum igitur tale est astutè ipsi excogitatum: alterum autem quale sit considerate. Ingenitus verò cum sit, inquit, nunquam generationem suscipiet, cui addit, vt cum genito naturam suam communicet. Quod dicit, nunquam suscipiet generationem, duplicem habet sensum, alterum quod eius naturæ nunquam accommodabitur passiua generatio, cum impossibile sit ingenitam naturam generari: alterum quod generare nunquam patietur, secundum quem sensum hac voce vsus est, quamuis multos confundit, quasi priori sensu dictum. Quod verò quod diximus præparet, liquidò quod infertur ostendit. Nam cum dixisset, nunquam generationem suscipiet, statim
B subiunxit, vt suam naturam cum genito communicet, quod ad secundum sensum consequitur, vt scilicet pati non possit Pater fieri, ne propriam naturam cum genito communicet: qua impietate quænam fieri potest perniciosior? Quis vnquam tantam iniquitatem in excelsum locutus est? Ego certè vereor, ne nos quoque cum alienas blasphemias iterum atque iterum repetimus, nostram mentem polluamus, atque ita condemnatione quoque participemus. Sed me consolatur quod in Euangelio est, quoniam & spiritus sanctus Iudæorum in dominum blasphemiam scriptam posterioribus tradere nō recusauit, illorum quasi in statuis scriptam, cunctis notam faciens blasphemiam, non immaculatæ maiestati vnigeniti aliquam afferens blasphemiam. Quod si nunquam generationem suscipit, vt pro-
C priam cum genito naturam deus communicet, pater non est. Non est autem, sed melius nobis est vt imperfectam relinquamus hanc blasphemiam. Hic enim non suscepit generationem, ille verò non communicauit in genitoris natura. Deinde ipse secum certat, vanā blasphemiæ consolationem excogitans, non quod quicquam dicat quod ad pœnitentiam pertineat, sed quod iis quæ sequuntur certat superare quæ dixerit: quid enim proferre sustinuit?
EVNOM. Effugiat vtique communicationem omnem & comparationem ad genitum. BASIL. At nisi comparatio sit filio ad patrem, nisi communicatio cum genitore, falsi sunt apostoli, falsa Euangelia, ipsa etiam veritas dominus noster Iesus Christus: sed rursum horresco blasphemiam, quam cuique facile est conspicere. Nam si nullam habet cō-
D parationem ad patrem, quomodo dicebat Philippo: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & eum qui me misit. Si enim nullam communicationem, nullam comparationem pater habet ad filium, quomodo in seipso patrem ostendit filius? Nec enim perdissimile ac alienum comprehendi potest quod ignoratur, sed ex propinquo propinquum cognoscitur: sicut in impressa figura imprimens character inspicitur, & per imaginem exemplaris habetur cognitio: cum hinc nos conferamus eam quæ est in vtroque similitudinem. Quare hac vna blasphemia omnes despexit voces, quæ à spiritu sancto nobis ad glorificationem vnigeniti traditæ sunt: cum & Euāgelium doceat, quod
hunc pater signauit Deus. Et Apostolus: Qui est imago Dei inuisibilis. Imago non inani- Filius imaē go patris.
E mata nec manu fabricata, nec artis & cogitationis opus, sed imago viuens, immo verò ipsa In forma es
vita non in figuræ similitudine, sed in ipsa substantia identitatem retinens. Ego verò id se Dei & ser
quod dicitur in forma Dei esse, æquum ei quod est in substantia Dei esse, assero. Nam sicut ui.
formam serui suscepisse, hominis substantiam dominum suscepisse significat: sic cum in forma Dei esse dicat, diuinæ substantiæ ipsi profectò attestatur proprietatem. Qui me vidit, inquit, vidit & patrem. At hic alienum ab vnigenito patrem faciens, & penitus rescindens à communitate ipsius, assensum cognitionis qui per ipsum fit quantum in ipso est, abscindit. Quæcunque habet pater, mea sunt, dominus ait: at Eunomius nullam, inquit, communicationem esse patri cum eo qui ex ipso est. Et sicut pater in seipso vitam habet: sic dedit & filio in seipso vitam habere, hoc ab ipso docti sumus Domino: at verò ab Eunomio quid?
F Nullam esse comparationem genito ad genitorem. Et omnino hac vna voce, imaginis destruit rationem & splendorem, ac characterem subsistentis respuit. Nam nec imaginem eius, cui nihil potest comparari, possibile est intelligere: nec splendorem esse ipsius quæ communicari natura non potest. Eodem igitur iterum atque iterum in artificij genere immoratur, cum ingenito dicat non esse comparationem ad genitum. Non, inquit, patri ad eum qui ex ipso est, vt quam his vocibus inhærentem oppositionem ostenderit, hanc in ipsam substantiam patris & filij transferat. Verum ne, si omnes ipsius persequamur blasphemias, & singula eorum quæ dixit, damnare conemur, longa nimis oratio nobis contexatur, quęcunque manifestam habent impietatem, & à seipsis legentibus patent, præteribimus: quæ verò

 ratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratione aliqua opus est redarguere, hæc apponemus. Multis enim modis incommunicabi- G
lem filio patris substantiam cum affirmârit, atque vndique, vt putat, absurdum esse osten-
derit, hæc adduxit. EVNOM. Nec enim dicere possumus communem quidem vtris-
Ει τοῖς ἐν χρόνῳ πρεσβύτερος. que substantiam esse, ordine verò † & temporis eminentia hunc priorem, illum posteriorem
quoniam certe oportet in omnibus quæ excedunt, aliquam esse excessus caussam. Substan-
tiæ autem Dei, non tempus, non æuum, non ordo coniunctus est. Nam ordo ordinante po-
sterior est: & nihil eorum quæ Dei sunt, ab alio est ordinatum. Tempus verò stellarum qua-
lis quidam est motus. At stellæ non solum post ingenitam substantiam, cunctasq; intelligen
tias, sed post prima etiam corpora factæ sunt. De æuo autem quid oportet dicere: cum aper-
tè scriptura prædicet, ante æuum Deum esse? BASIL. Supposuit primo quod voluit, H
deinde idonea suæ caussæ capiens, & in absurdos sensus seipsum extrudens, necessariam se
putat suorum dogmatum tradidisse doctrinam. Ait enim, quòd communis sit vtriusq; sub-
stantia, ordine verò & temporis eminentia hic sit primus, ille autem posterior, dicere non
possumus. Si igitur communem substantiam sic intellexit, quasi ex præcedenti materia di-
stributionem ac diuisionem in ea quæ ab ipsa sunt intelligat, talem etiam ipsi sententiam
nequaquam susc ipimus. Absit, & si qui id dicunt, eos non minus impios iis, qui patrem filio
dissimilem dicunt, censemus. Si verò hoc quis modo communicationem substantiæ acci-
piat, vt essentiæ rationem vnam & eandem in vtrisque inspiciat, vt si substantia patris lux
subiecto intelligatur, lucem & vnigeniti substantiam profiteatur, & quantumcunque ali- I
quis patri attribuat rationem, hanc ipsam & filio accommodet: si quis, inquam, sic commu-
nicationem substantiæ capiat, suscipimus: & hoc nostrum esse dogma dicemus. Sic enim &
deitas vna, ex substantiæ videlicet ratione, intellecta vnitate, vt distinctio per numerum sit,
& proprietatibus quibus vtrunque designatur: ratione verò deitatis vnitas inspiciatur. Ve-
rum cum determinatum sit quo pacto oporteat communicationem substantiæ intelligere,
quæ deinceps sequuntur, quam coniunctionem ad præcedentia possideant inuestigemus.
Ordine verò, inquit, & temporis eminentia, ille primus, hic secundus. Cur necesse est, si qui-
bus est substantia communis, ordini ea subiici, & esse tempore posteriora? Nonne potest vnà
Pater quo- cum sua imagine sine tempore coruscata, Deus omnium ab æterno esse: nec vltra tempo- K
modo filio ra solum, sed æuo etiam omni ipsi coniungi? Nam idcirco splendor dicitur, vt coniunctio-
prior. nem intelligamus: & character substantiæ, vt consubstantialitatem perdiscamus. Verum
est ordo hic quidem naturalis, ille verò artificiosus. Naturalis quidem, vt creaturarum
qui creatiuis rationibus dispositus est, & numeri dispositio, & caussarum ad causata habi-
tudo: cum illud semper profiteamur, ipsius quoque naturæ factorem esse Deum, & creato-
rem. Artificiosus autem & excogitatus, sicut in iis quæ construuntur, in disciplinis etiam ac
dignitatibus aliisque huiusc emodi. Horum primum cum occultâsset Eunomius, secundi or
dinis mentionem fecit. Ait enim non oportere dicere ordinem esse in deo, quoniam ordo
ordinante posterior est. Illud verò aut non conspexit, aut volés prudénsque occuluit, quod-
dam videlicet ordinis esse genus, non nostra constitutum positione, sed ipsius naturæ vi L
consequens, vt igni ad lucem quæ ab ipso est. Nam in iis priorem esse caussam dicimus, po-
sterius verò quod ab ipsa est: non interuallo hæc ab inuicem disseparantes, sed cogitatione:
prius quàm caussatum, caussam intelligentes. Quonam igitur pacto rationem habet, ordi-
nem in iis negare, in quibus est prius & posterius non positione nostra, sed naturali qua-
dam rerum consecutione? Cur igitur in Deo ordinem respuit? Arbitratur, si ostenderit ne-
quaquam aliter prius in Deo intelligi, reliquum se habiturum, in ipsa scilicet substantia ex-
cessum demonstrari. Nos autem secundum habitudinem caussarum ad ea quæ ex ipsis sunt,
patrem filio præponi dicimus: naturæ verò diuersitate nequaquam, neque temporis exces-
su. Alioquin nec patrem ipsum esse re confitebimur, cum alienatio substantiæ naturalem M
respuat coniunctionem. Sed quoniam ad definiendum temporis naturam in omnibus hic
sapiens delatus est, hinc etiam quàm firma, quàm circumspiciens sit mens eius, considere-
mus. Tempus ergo dicit, qualem quendam stellarum motum, solis scilicet ac lunæ, reliqua-
rúmque, quibus vis inest qua per seipsas moueantur. Quod igitur à creatione cœli ac terræ,
ad stellarum vsque productionem fuerat interuallum? quidnam fuisse in meteororum hic
scientia peritus enuntiat? Qui enim mundi constructionem virtute spiritus cõscripsit, quar-
to die illa magna luminaria & reliquas stellas asserit productas. Quare tempus in illis die-
bus non erat, siquidem stellæ nondum mouebantur. Quo enim pacto moueri poterant, quæ
factæ

A factæ nondum erant? Rursus quando cum Gabaonitis Iesus Naue bellum gerebat, quando
sol mandato ligatus stabat immobilis, & in suo loco luna morabatur, tempus tunc non
erat? Quid igitur interuallum illius diei nominabimus: quam appellationem excogitabis?
Nam si natura temporis deficit, æuum videlicet pro eo dices interceßisse: sed æuum paruam
diei partem appellare, omnem excessum amentiæ superat. Verum vt videtur & magna in-
genij vi diem ac noctem, quasi stellarum motu putat fieri, & has esse partes temporis: quare
& tempus, stellarum qualem motum censuit, nec id ipsum sentiens quod dicit. Non enim
qualem, sed si stellarum motus est, quantum potius erat dicendum. Quis vero sic omnino
puer est mente, vt ignoret dies, menses, horas, annos, mensuras temporis esse non partes: tẽ-
B pus autem, quod mundo coextenditur spatium, quo motus omnis, siue stellarum siue ani-
malium cæterarúmque rerum mobilium mensuratur, & quo velocius atque tardius aliud a-
lio dicimus? velocius quidem, quod plus spatij minore in tempore pertrãsit: at tardius, quod
maiore tempore per minus spacij mouetur. Eunomius vero quoniam in tempore stellæ mo
uentur, tempus ab eis creari iudicauit. Quod si ita est, secundum hanc sapientissimi huius
viri rationem, quoniam & papiliones in tempore mouentur, diffiniemus tempus quendam
esse papilionum motum. Non enim ab hac ratione, quæ ab eo dicta est differt, nisi forte di-
gnitate verborum. Sed hactenus huiusmodi: vos quæ sequuntur considerate. EVN.
Atqui, dicit, nec vt qualitas aut moles aut quantitas in substantia dei poterit inhærere. Li-
C berum enim ab omni compositione deum esse necesse est. Quod si horum aut talium nihil
vnquam piè complicatum intelligere cum substantia dei possumus, quænam amplius ratio
dabit, ad ingenitam substantiam eam quæ genita est conferre? cum ea quæ secundum sub-
stantiam est similitudo, aut comparatio, aut communicatio, nullum excessum vel differen-
tiam relinquat: æqualitatem verò palàm faciat, & cum æqualitate simul ipsum quoque in-
genitum ostendat, qui assimilatur vel comparatur. Nullus autem sic stolidus est, sic ad im-
pietatem audax, vt cum ipse dominus palàm edixerit: Pater qui me misit maior me est: æ-
qualem patri filium audeat prædicare? Et rursus post pauca. Verum qui deus omnium, inge-
nitus est & incomparabilis. BAS. Pluribus omissis dicta, vt arbitror, sufficiunt. Cum
D ad pernicioßos sermones tendit, nonnulla quæ ab hominibus concedi possunt solet præmit-
tere, vt eorum perspicuitate & gratia, de reliquis quoque sibi facilius credatur. Nihil, inquit,
substantiæ dei, neque vt forma, neque vt magnitudo, neque vt quantitas inhærere potest:
quoniam ab omni compositione liberum esse deum necesse est. Ad hunc vsque locum æ-
quus est. In his vero quæ deinceps sequuntur ad seipsum redit. Tanquam enim ex præmissis
necessariò sequentem blasphemiam coniungit dicens. EVN. Quod si horum nihil vn-
quam piè complicatum intelligere cum substantia dei possumus, quænam amplius dabit ra
tio, ad ingenitam substantiam eam quæ genita est conferre? BAS. Quam hæc inter se
rerum consecutionem habent, si deus incompositus est, non posse filium ei similem esse? dic
E tu mihi, nonne filium quoque pariter dices, nec magnitudinem, nec qualitatem in seipso
continere, & ab omni penitus compositione liberum esse? Ego enim ne si insanires quidem
ausurum te arbitror, aliud quid affirmare filium esse, quàm incorporeum & absque quali-
tate ac figura, & omnibus iis, quæ de patre diceres. Cur igitur non pium censes ei qui absq;
qualitate est, eum qui qualitatem non habet comparare? & eum qui absque quantitate est, ei
qui quantitatem non habet, & omnino incompositum incomposito? Hic vero simile qui- Filius quo-
dem ad qualitatem, æquale autem accommodat ad magnitudinem, sed quantitatem si ali- modo simi-
quid putat præter magnitudinem esse, ipse clarius explanabit. EVN. Idcirco, inquit, nec lis patri.
æqualis nec similis, quoniam nec quantus est, & absque qualitate est. BAS. Ego vero in
hoc ipso pono similitudinem, quod sicut pater ab omni compositione liber est, ita & filius
F simplex omnino & incompositus. Et similitudinem non formarum qualitatis identitate,
sed ipsa substantia perspici arbitror. Nam quibuscunque forma vel figura adiacet, iis iden-
titate qualitatis inest formarum similitudo: quæ vero sine forma & sine figura natura est,
reliquum est vt similitudinem in substantia ipsa, & æqualitatem non in mensura magnitu-
dinis, sed identitate virtutis possideat. Christus, inquit, dei virtus & sapientia, tota enim vir
tus paterna ipsi videlicet inest. Quare & quæcunque videt paterna facientem, ea & filius si-
militer facit. EVNO. Sed similitudo, inquit, quæ secundum substantiam est, nullum
comparationis excessum vel distinctionem derelinquens, æqualitatem penitus efficit.
BASIL. Quomodo nullam dicis distinctionem derelinquit, nec saltem eam quæ inest

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauſſis,ad ea quæ ex ipſis ſunt:ad hæc adducit. EVNOMIVS. Quis autem ita ſtolidus eſt G
vel ad impietatem audax,vt æqualem patri filium prædicet? BASILIVS. Dicamus
igitur ipſi ad hæc illa prophetica,quod frons mulieris meretricis facta eſt tibi,impudens fa-
cta es erga omnes. Illæ nanque ſua probra pudicè viuentibus ingerunt: & hic eos qui ma-
ieſtatem vnigeniti magnificare cupiunt, amentes & ad impietatem audaces vocat, eiſdem
rebus offenſus, quibus olim & Iudæi exacerbabantur, dicentes quod æqualem ſeipſum facit
deo. Et certè (nulli autem mirum quod dicam videatur) magis neſcio quo pacto illi vi-
debantur conſequentiam rerum proſpicere. Grauiter enim ferebant, quod deum patrem
ſuum appellabat, ex quo à ſeipſis ratiocinabantur, quod æqualem ſe deo faceret: quaſi ne-
ceſſariò conſequatur, ſi patrem habeat deum, deo quoque æqualem eſſe: hic autem pri- H
mum in ſpeciem concedens, ſecundum abnuit, & domini vocem nobis obiicit dicentis:
Pater meus qui me miſit, maior me eſt. Nec Apoſtolum dicentem audit: quod non rapi-
nam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo. Atqui ſi ſecundum rationem tuam innaſcibilitas
ſubſtantia eſt: ſi volebat ſecundum ſubſtantiam exceſſum oſtendere, profectò dixiſſet, quòd
ingenitus maior me eſt: hæc vero veſtra ratio eſt, quod appellatio patris, operationem non
ſubſtantiam ſignificat. Cum igitur maiorem filio patrem dicitis, operationem opere maio-
rem dicitis: omnis autem operatio eis per menſuram congruit, quæ ex ipſa facta ſunt, &
magna quidem magnorum operum, exigua vero minorum eſt. Maiorem ergo & patrem
hac ratione profiteri, nihil aliud eſt, quàm incommenſurabilem operi operationem opina-
ri: & fruſtra aſſerere, ad magnitudinem operationis deum motum fuiſſe, cum non potu- I
erit operationi ſuæ æquale opus producere. Itaque nobis è duobus alterum neceſſariò deci-
det: aut enim nomen patris non operationem ſed ſubſtantiam ſignificabit, quo pacto ca-
uillatoria ipſis ſimilitudine ratio facile delebitur, cum patri filium, id eſt, operationi ſimi-
lem arbitrentur. Qualem enim voluit, inquiunt, pater talem & fecit. Qua etiam ratione vo-
luntatis imaginem nuncupant. Aut ab hoc ſibi cauentes, non dicent maiorem filio eſſe pa-
trem, quoniam omnis operatio ſi nihil deforis repugnat, proprio operi commenſurabilis
eſt. Verum hæc ad confutationem eius inconſtantiæ quam in dogmatibus habent, dicta
ſufficiant. Illud autem cui non eſt perſpicuum, quod maius aut ratione cauſſæ, aut virtu- K
tis præſtantia, aut excellentia dignitatis, aut magnitudinis exceſſu dicitur? Magnitudine
igitur non intelligi maius iſteipſe iam in præmiſſis aſſeruit, & res ita ſe habet. Quoniam in
magnitudine maius tantum eſt, quantũ minus & amplius: quæ vero incomprehẽſibilia ma
gnitudine, imò ſine magnitudine & ab omni quantitate longè remota ſunt, ea quis alterum
ad alterum menſurabit? Quorumcunque vero impoſſibilis eſt comparatio, quo pacto in ip-
ſis id quod excedit cognoſcetur? Virtute autem deficere Chriſtum dei virtutem dicere,
Ego & pater vnũ ſumus. valde puerile, & hominum eſt qui non audiunt domini vocem, dicentis: Ego & pater v-
num ſumus: & vnum pro æqualitate virtutis capientis, vt ab ipſis euangelij verbis demon-
ſtrabimus. Cum enim dixiſſet, quod nullus aliquem eorum qui in me crediderunt, è manu
mea rapiet: & quod pater qui mihi dedit, omnibus maior eſt, è cuius manu nemo quic- L
quam rapiet, adiunxit: Ego & pater vnum ſumus. Vnde palàm eſt non aliter pro æquali-
Sedes à dextris dei. tate ac identitate virtutis vnum accepiſſe. Præterea ſi dei ſedes (vt nos quidem credimus)
dignitatis nomen eſt, à dextris determinata filio patris ſedes, quidnam aliud quam digni-
tatis æqualitatem ſignificat? Ad hæc etiam in gloria patris venturus expectatur. Quas ob
res reliquum eſt, vt cauſſæ ratione maius hic capiatur. Nam quoniam à patre origo eſt filij,
Pater quomodo filio maior. hoc maior eſt pater quòd cauſſa eſt atque origo. Quapropter dominus ſic dixit: Pater meus
maior me eſt: vt eo quòd pater eſt, maior eſſe intelligatur. Patris autem nomen quid aliud
oſtendit? nonne cauſſam eius qui ex ſe natus eſt atque originem? Atqui etiam ſecundum M
ſapientiam veſtram ſubſtantia maior aut minor ſubſtantia non dicitur. Itaque tum ſecun-
dum iſtos, tum ſecundum veritatem ipſam, nullo pacto exceſſum in ſubſtantia propoſita
hæc verba ſignificant. Magnitudine vero patrem filio eſſe maiorem, hic ipſe pernegat, cum
nullam oportere in deo quantitatem intelligere aſſerat. Quare nullus alius relinquitur niſi
qui à nobis dictus eſt maioris modus, qui eſt ſecundum cauſſam atque originem. Verum
quam ſecundum maius excogitauit blaſphemiam, talis quædam eſt. Illud autem admira-
tione dignum, quòd in paucis ad contrarios ſermones verbis deuolutus, vtpote qui oculis
animi cæcitate percuſſis, repugnantiam eorum conſpicere nequiuit. Quare à deo alienus,
à pace dei eſſe videtur, quam dominus noſter iis qui verè ac ſyncere in ipſum crediderunt,
dimiſit,

A dimiſit, dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, vt non aliis ſolum, ſed etiam
ſibiipſi repugnet. Nam cum maiorem dixerit deum ac patrem vnigenito filio: & eos qui æ-
quales aſſerunt, quaſi ipſe hac de re neceſſarias haberet demonſtrationes, inſanos appellarit,
videte quæ poſt pauca conſcribit. EVNOMIVS. Verùm quòd deus omnium inge-
nitus eſt ac incomparabilis, pluribus omiſſis dicta ſufficiunt ad demonſtrationem. BA-
SILIVS. Quare ab eo quæratur: ſi incomparabilis deus eſt, vnde exceſſus eius compre-
henſus eſt, cum maius ex comparatione inſpiciatur eorum quæ exceduntur? Quonam igi-
tur pacto, & maior eſt & incomparabilis. Verum vt alienam à ſubſtantia dei vnigeniti ſub-
ſtantiam poſſet confirmare, comparationem maioris ad ſubſtantiæ diuerſitatem ſuſcepit.
B Rurſum vt ad creaturas filium deduceret, incomparabilem eſſe patrem aſſeruit. Nouam
profectò ac incomparabilem viam ad blaſphemandum is cogitauit: qui ſimulando deum ac
patrem extollere, vnigeniti dei deiicit maieſtatem: præſertim cum dominus atteſtetur ac di
cat: Qui non honorat filium, non honorat patrem: & qui me contemnit, non me contem-
nit, ſed eum qui miſit me. Sed inimicus veritatis, qui hæc eis dicere ac ſcribere ſubminiſtra-
uit, illud inſpexit: quòd ſi ad intelligentiam eos maieſtatis vnigeniti cæcos efficiat, ipſam
quoq; dei ac patris cognitionem ſimul ab ipſis auferat: vt & ſi videantur præſtantiam quan-
dam deo ac patri attribuere, nullum tamen inde commodum conſequantur, cum ea via
quæ ad ipſum ducit priuati ſint. Nam & Iudæi gloriam deo afferre putant, & gentes audire
C licet magni quid velle de deo dicere: deum tamen ipſos magnificare abſque fide in Chriſtũ,
per quem ad cognitionem deductio fit, nemo rectè ſapiens vnquam putabit. Incomparabi-
lem igitur deum dicit, vt eo creaturis æqualem filium eſſe oſtẽdat, quod pariter abeſt à ma-
ieſtate patris. Quæcunque enim æquali exceduntur menſura, ea inter ſe æqualia eſſe neceſſe
eſt. Tantum autem ſecundum rationem ipſorum, deus ac pater vnigenitum filium excedit,
quantum & aliorum ſingula. Tale nanque incomparabile eſt, vt ab omnibus pariter diſtet,
& nulli ſit acceſſibile. Quare ſi æqualiter aliis à patre filius deeſt, æqualis illis eſt, quibuſcum
deeſt, qua blaſphemia quid peius vnquam Iudæi dicerent: quid vero à gentibus audire poſ-
D ſumus? Deinde non erubeſcunt qui dei verbum colere ſe fingunt, Iudeis ac gentibus iucun-
da grataq; documenta proponentes. Nam ſi patri non comparatur filius, vt neque angeli,
neque cœlum, neque Sol, neque terra, neque animalium quæ in illa ſunt, quicquam, aut plã
tarum, quo pacto ad proprias creaturas diuerſitatem habebit? aut vnde ipſi ad genitorem
cõiunctio? Ego, inquit, & pater vnum ſumus. Iterum enim eius dicti memoriam faciemus.
At tu dic mihi, non hoc conferentis ſeipſum verbum eſt? Quid dixi conferentis, imò vnien
tis, vt ita dicam & naturæ identitatem hinc comprobantis? Hic vero incomparabilem eſſe
deum cenſet, & bonitas quidem & dei ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, omnes homines prout
capere poſſumus meditatione & exercitatione bonorum operum, ad ſimilationem dei om-
nium perducit his verbis: Sitis perfecti ſicut & pater veſter qui in cœlis eſt. Hic vero vnige-
E nitum naturali cum patre coniunctione (quantum in ipſo eſt) priuat: quanuis & hæc ratio
aduerſus iſtum ipſum detorquebitur. Si enim incomparabilis eſt pater, qua ex re diſſimili-
tudinis demonſtrationes accipiet? Nam ſi alteram ſubſtantiam alteri conferendo diſſimili-
tudinem inueniſſe inquiet, quomodo qui cõfertur incomparabilis eſt? Quod ſi nec initium
quidem comparationis habet, vnde potuit hanc diuerſitatem percipere? Ita videtur, quod
malum eſt, non ſolum bono eſſe contrarium, verumetiam ſibiipſi: à quo liberet nos gratia
domini noſtri Ieſu Chriſti, quo cum patri gloria cum ſancto ſpiritu nunc & in ſecula ſecu-
lorum. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Basilij magni Cæsariensis Episcopi adversvs evnomivm liber

secundus, quòd filius in diuinis non est factura, nec patre duratione aliqua posterior.

CVm igitur in ea oratione quam de deo omnium habuit, blasphemias in filium dei subaffirmauerit, vt potuit, ipsi deinde vnigenito filio linguam immisit. EVNO. Quid enim, inquit, & vnicus filius, vnigenitus enim: de quo si, vt poteramus, sanctorum voces apposuissemus, quibus filium genituram & facturam prædicant, per diuersitatem nominum substantiæ quoque diuersitatem obtendentes, ab omni cura atque negotio liberi essemus. Sed propter eos qui corpoream generationem putantes vniuocationibus cespitant, necesse est forte de his etiam pauca dicere. BAS. Hæc ille. Ego vero si vt de re ficta, sic de hac vniuersa oratione oportet excogitare, quo pacto in vanis auditoriis ad meditationem eius quod in re falsa verisimile est, adulescentibus vt declament proponitur: quoniam & pariter illis cuncta adumbratæ pugnæ similia sunt: ad accusatores non constitutos ad pugnam, ad accusationem non prædictam, responsio ad iudices, qui nulli esse videntur, oratio: si sic, inquam, & hæc audire oportet, & ipse hanc inquisitionem omitto, & cæteros admoneo nulla cura dicta eius versare: sed si maiora sunt quæ promittit, & multis suspicari accidit, nonnullam esse apud eum curam veritatis, profectò necesse est prout possumus, singula redarguere. Sed quis inquisitionis modus iustior fiat, quàm vt his documentis quæ à spiritu nobis tradita sunt, orationem conferamus? Si quid illi cõgruum inueniamus, id suscipiamus: quod vero aduersus illa proficiscitur, id vt nobis inimicum effugiamus. Quare primum illud ostendat, quinam è sanctis genituram & facturam Christum dixerunt? quas scripturæ voces in demõstratione habet? Nã si beati Petri voce in actibus apostolorum perscripta innititur, vbi dicitur: Sciat omnis domus Israël, quod dominum ipsum & Christum deus fecit, quem vos crucifixistis. Primum nihil ad id quod quæritur, habet hoc testimonium. Nã cum promisit ostendere à sanctis dici facturam esse filium, testimonium præbuit de deo & patre, quod fecerit. Nec enim illud dicet licere sibi cum de tantis rebus verba faciat, deductiones quasdam & deriuationes nominum excogitare. Nam si otiosi etiam verbi supplicia in die iudicij patiemur: multo minus, si de tantis rebus quicquam innouamus, sine pœna dimittemur. Et forte illud quidem tanquam congruum deo & patri dici diuina ratione docemur: hoc vero non posse accommodari vnigenito, spiritus sanctus per ea quæ tacuit demonstrauit. Quonam igitur pacto tutum est, hac voce, fecit, traducta, facturam factorẽ omnium appellare? Nam si huiuscemodi appellatio idonea ei erat, non fuisset silentio à spiritu tradita. Sed in creaturis quidem inuenimus à verbo, fecit, facturæ appellationem esse traductam: in filio autem dei nequaquam. In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Et rursus: In factis manuum tuarum meditabar. Et inuisibilia eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Itaque in quibus oportet hoc nomen scriptura suscipiens, in domino nostro & saluatore Iesu Christo, quasi non decens magnitudini maiestatis, obticuit. Et securim quidem, & lapidem angularem, & lapidem offensionis, & petram scandali, cęteraq; huiuscemodi, in quibus non multum laudis esse videtur iis, qui ad significationem nominum non perueniunt, dominum gloriæ appellare non erubescit: facturam vero nusquam omnino nominauit. At iste se ab ipsis recepisse sanctis hoc nomen ait, vt non solum suo tempore præsentes calumniis persequatur, sed eos etiam sanctos qui olim fuerunt. Verum præterquam quod indecens atque periculosum est audacter huiuscemodi res inuadere, ac à seipso domini nomina transformare: Apostoli etiam sensus non tradit eam filij subsistentiam, quæ ante secula fuit, de qua nobis in præsentia sermo est: non enim de substantia ipsa dei verbi quod in principio erat apud deum, sed de eo qui seipsum exinaniuit in serui forma, & factus conformis huic corpori humilitatis nostræ, & crucifixus est ex infirmitate, perspicuè

Filium non esse facturam.

perspicuè differit. Et hoc vnicuiq; notum est, qui parumper apostolicæ dictionis intentionẽ animo voluit, quòd non theologiæ nobis modum tradit, sed dispensationis sermones aperit. Dominum enim, inquit, & Christum deus fecit, hunc Iesum quem vos crucifixistis: hac demonstratiua voce ad humanitatem eius, & id quod visibile est, manifestissimè se conuertit: at hic vocem hanc, fecit, ad generationem vnigeniti quæ à principio fuit transfert: neq; illud ipsius faciem confundit, quod dominus non substantiæ est nomen, sed potestatis: quare qui dixit dominum ipsum & Christum deus fecit, rerum omnium principatum & dominatum dicit à patre filio commissum, non de processu eius adesse narrat. Verum hæc paulò post demonstrabimus, cum redarguemus ipsum præter voluntatem spiritus scripturæ afferre testimonia: nunc ad sermonis continuationem pergamus. Quid ergo hoc nomẽ sibi vult? aut cur nam facturam factorem omnium appellare conatur? Deprauata seipsum decepit cauillatione, qui ex diuersitate nominum substantiarum differentiam ostendere putauit. Quis enim mentis compos huic rationi accedat: Quorum nomina diuersa sunt, earum substantias differre necesse est? Nam Petri ac Pauli & omnium hominum etsi diuersæ sint appellationes, tamen vna est substantia omnium. Quapropter & in plurimis inter nos conuenimus, iis proprietatibus solum quæ circa singula inspiciuntur alius ab alio differentes. Quare appellationes etiam non substantias, sed proprietates quibus singuli designantur significant. Hinc est vt cum Petrum, nomen videlicet hoc audiamus, non substantiam eius intelligamus (dico autem substantiam materiale illud subiectum, quod eo nomine nequaquam significatur) sed earum proprietatum quæ circa ipsum inspiciuntur, sensum concipimus. Illico enim per hanc vocem intelligimus Ionam, qui fuit ex Bethsaide, Andreæ fratrem, qui ex piscatore in apostolatus ministerium vocatus est. Qui quoniam fide præstabat, ecclesiæ commissam sibi ædificationem suscepit: quorum omnium nihil substantia est, aut subsistentia intellectu comprehensa. Nomen itaque hoc characterem quidem nobis Petri circumscribit: ipsam verò substantiam nequaquam subaperit. Rursus cum Pauli nomen audimus, aliarum concursum proprietatum mente concipimus, Tarsensem scilicet Hebræum secundum legem Pharisæum, Gamalielis auditorem, ecclesiarum dei ex zelo persecutorem, cum terribili ad cognitionem visu deductus est, qui Apostolus gentium fuit. Hæc enim cuncta vna voce Pauli circumscribuntur. Atqui si verum est contrario modo eorum se habere substantias, quorum nomina diuersa sunt, oporteret certè Paulum & Petrum, & omnino cunctos homines, alterum ab altero alterius esse substantiæ. Verum quoniam nemo ita ignorans est, ita communis omnium naturæ imperitus, vt id dicere animum inducat, è luto enim vt ego etiam tu formatus es, nihil aliud enim hic sermo quàm identitatem humanæ substantię significat. Mentitur itaq; qui ex diuersitate nominum diuersitatem substantię inferre cauillatur. Nec enim natura rerum nomina sequitur, sed posterius nomina rerum inuenta sunt. Quod si illud verum esset, oporteret etiam vnam & eandem eorum esse substantiam quorum eædem sunt appellationes. Quam ob rem quia virtute consummati, dei appellatione dignati sunt, consubstantiales deo vtiq; omnium, homines essent. Verum vt hoc dicere furor est perspicuus, sic ille sermo æquali dementia continetur. E dictis ita patet, quòd in patre quoq; ac filio non significant substantiam nomina, sed proprietates designant. Nullum ergo illa oratio locum habet, quæ commutatione nominum contrarietatem substantiæ adducit: sic enim priusquam cætera seipsum deiicit. Nam si diuersa sunt factum & genitum, diuersæ vnigeniti erunt substantiæ ex diuersitate nominum consecutæ: quòd si id dicere dementium est, neque illud eorum est qui mentis sunt compotes: hic autem se simulat infinitas habere demonstrationes, quod apud sanctos viros factura dicitur filius. Verum quasi ad ea quæ sibi proposuit festinans, mentionem ad præsens facere renuit. Est autem & hoc artificiosa versutia, cum sibi oratio deest, tunc taciturnitatem anteponere. Nam si testimonij vmbram haberet, qua vnigenitus factura diceretur, aures nostræ audiendo surdescerent. Deinde inquit, propter eos qui corpoream generationem putantes vniuocationibus cespitant, necesse sibi esse de his etiam breuiter dicere. Sed quidnam vetabat scripturæ prius testimoniis oratione firmata, ad imbecillium postea emendationem accedere, & quod ex vniuocatione fit nocumentum mitigare? si tamen aliquid vnquam quibusdam accidit aut accidet. Quis enim sic omnino carneam habeat mentem, ac diuini sermonis inexpertus est, vt cum audiat diuinam generationem, ad imaginationes deferatur corporeas, in quibus complicatio est viri & mulieris, matricis conceptio, plasmatio, informatio, exactis temporibus foras

Diuersitatẽ agnominationis substãtiæ diuersitatem nõ arguere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

foras processio? Quis adeò est pecudum similis, qui cum audiat deum verbum à deo prodire, & adhuc sapientiam ex deo genitam, ad corporis passiones cogitationibus decidat? Verum hæc quoq; cum aliis ad probabilitatem orationis simulatio ipsi excogitata est, vt commiserationis gratia erga imperitos fratres hunc doctrinæ laborem suscepisse videatur: & corporeos quidem sensus qui ex huiuscemodi appellatione oboriuntur, quasi emendet. Quę vero, cum creatura filius nominetur, detrimenta sequuntur, ea minime depellit. Atqui si quis dei corpoream esse generationem imaginetur, ipse vtiq; hoc pacto ad materiales etiam factionis modos deductus est. Nec enim partitionem quandam & transmutationem ac fluxum genitoris substantiæ à generandi voce imbecillis homo intelliget. Materiam verò deforis ex nihilo allatam, ad constitutionem creaturæ, vt vos dicitis, conspicari, non concet. Quam ob rem ergo cogitationum ægritudini ex parte medetur, ac eorum qui corpoream generationem dicunt, curam habet: eos verò qui creaturæ appellatione cespitant, despicit? Quoniam genitum quidem esse contrarium vidit suæ sententiæ: cum genitum coniunctissimè se habere profectò debeat ac simillimè ad genitorem: factum verò esse, consonum & propugnans suæ caussæ. Quoniam alieni, externi, nulloq; pacto coniuncti ad factorem sententiam affert, his postea coniuncta hæc dicit. EVNOM. Genituram ergo secundum scripturarum doctrinam dicimus filium, non aliud esse substantiam intelligentes, aliud autem præter ipsam quod significatur: verum ipsam esse subsistentiam quæ nomine intelligitur, cum verò nomen ipsum substantiæ congruat. BASIL. In his etiam veritatem perspicuè oppugnat, sibi tamen consona dicit. Nam vt in superiori sermone ingenitum in deo omnium substantiam ipsius determinabat significare: sic nunc genituram substantiam filij significare ait, vt geniti ad ingenitum oppositione, contrario pacto ad patrem habere filium in substantia ipsa ostendat. Propterea propria lege profert verba, quæ contra vsum diuini spiritus sunt, cum genituram filium appellat. Vnde id cœpit? ex qua doctrina? ex quo prophetа? à quonam ex apostolis hanc cognominationem audiuit? Ego enim in nullo scripturæ loco hanc vocem inuenio. Atqui non aliunde hic, sed à doctrina spiritus se appellationes has sumpsisse iactat. Nullius enim momenti rem esse putauit, si hominibus negotium faceret: nisi etiam in ipsum spiritum inueheretur. Nam genuisse quidé patrem multis ex locis docemur: genituram verò esse filium nunquam ad hunc vsq; diem, audiuimus. Puer enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocatur nomen eius non genitura, sed magni consilij angelus. Atqui si genitura substantiam ipsam significaret, non aliud profectò nomen spiritus nos docuisset, quam illud quo perspicuè substantiam eius posset aperire. Et rursum: Petrus ille qui propter veritatis cognitionem beatificatione illa potitus est, non dixit tu es genitura, sed tu es Christus filius Dei viui. Et Paulus, cum vniuersam scripturam suam filij appellatione explêsset, nullo tamen in loco inuenietur genituræ fecisse mentionem: quod iste magna confidentia, tanquam si ex diuino id accepisset auditorio, profert. Nec enim hoc etiam in loco ipsi concedendum est, hanc vocem genuit, quæ de patre dicitur, transfiguranti & traducenti genituram filium dei nuncupari. Quoniam non quodcunque consecutione verborum suboſtenditur, in id facile insilire eum oportet, qui diuino timore castigatus est. Sed cum iis quæ in scriptura sunt nominibus sit contentus, per ea vt decet glorificationem, Deo adimplere debet. Nam si qui ab initio ex Hebræorum lingua in græcam traduxerunt, quædam nomina interpretari ausi non sunt, sed ipsam hebraicam vocem transposuerunt, vt sabaoth, adonai, eloim, & huiuscemodi: nec in diuinis nominibus solum, verumetiam in compluribus aliis hanc reuerentiam adhibuerunt: quâm magnũ nos decet circa domini nomina timorem habere? Quando igitur illi à seipsis quædam nomina confingere passi fuissent, qui nec interpretari quædam confisi sunt, ne incógruis verbis perspicuitatem sententiæ dissoluerent? Sed se genuit, inquit, Deus: quomodo non conuenit genituram eum qui natus est, appellare? Quia arduum nobis est nostris ipsum nominibus inuocare, cui largitus est deus nomen supra omne nomen. Filius meus es tu, inquit, ego hodie genui te. Atqui consentaneum erat magis secundum istorum rationem, propterea quòd genitus est, genituram appellari, non filium: sed dictum non est. Quare oportet, si quis ante oculos habeat Christi iudicium, cum sciat quàm periculosum sit subtrahere quicquam aut addere iis, quæ à spiritu tradita sunt, non committi per seipsum quicquam innouare, sed in iis quæ à sanctis prædicta sunt acquiescere. Quod igitur nec communis consuetudo, nec scripturarum vsus suscepit, id audere quomodo non summæ superbiæ est? Quis enim pater aut

G H I K L M

Filium genituram dicere, temerarium est.

In Dei agnominationibus non temerè quicquam innouandum.

mater

A mater benigno ac placido cum sit erga eum quem genuit affectu, volet illum magis vocare genituram quàm filium aut natum? Nate enim, inquit, vade in vineam. Et alibi: Deus prouidebit sibi victimam holocausti nate mi. Et rursus Isaac inquit, quis tu es nate? Et, Fili noli despicere doctrinam domini. Et, Filius sapiens lætificat patrem. Et similia. Nullo autem in loco quisquam genituram eum qui ex se est, dixisse demonstratur. Cuius caussa liquidò patet. Filius enim & natus animatorum sunt nomina: genitura verò non semper. Potest enim etiam quod antequam figuratum sit, ab ortu eiectum, genitura nominari: quod nati appellatione dignum non est. Præterea fructus terræ, genituras & genimina, non natos appellamus. Non enim bibam, inquit, de genimine vitis huius. Raro verò inueniemus hanc in ani
B matis appellationem assumptam: & sicubi dicta est, de his animalibus dicitur, quę improbata in imaginem prauitatis assumuntur. Serpentes enim, inquit, genimina viperarum. Qua ex re, vt opinor, & communis consuetudo huiuscemodi appellationem spreuit, & diuina scriptura præcipuè in vnigenito dei recusare videtur. Nati etiam appellationem, quoniam valde humanitus dici videtur, non suscepit. Ostendit autem id Apostolus, qui dominum sursum atque deorsum & vbiq; filium appellans, & aliis ipsum nominibus glorificans, primogenitum, imaginem, splendorem, geniminis ac genituræ appellationem euitauit. Quod si iste contendit, vel eorum aliquis qui huius orationem defendunt, ostendat, & hæc omnia ipsi debere concedemus. Verum nisi impium Marcionem imitatus alia è diuinis sermonibus tollat, alia inscribat, nequaquam inueniet. At geniminis siue genituræ vox, hoc pacto &
C à communi consuetudine, & à scripturarum vsu aliena demonstrata est. Nunc verò videamus si de ipsa substantia filij hoc nomen prædicari possibile sit. Nam ipse dicit. EVN. Impossibile est aliud quid esse substantiam intelligere, & aliud præter eam quod significatur. Verum ipsam ait esse subsistentiam quam nomen significat, cum appellatio verè ipsam ostendit substantiam. BASIL. Digna profectò iudicibus, quos fictos induxisti, hæc tua sunt dogmata. Nam sic vt in somniorum foro, vel ebriorum concione vbi nullus audiat aut intelligat quæ dicuntur: ita cum sufficere putes, pro omni probatione quod ipse dixeris, magna cum licentia lege quasi sancis quodcunque volueris. Quis enim nescit quæcũ-
D que nomina absolutè ac per se proferuntur, hæc esse significatiua rerum subiectarum: quæcunque verò ad alia dicuntur, hæc ad ea quæ dicuntur, habitudinem solum ostendere? Nam homo quidem, exempli caussa, & equus & bos, ipsum quod nominatur, quodlibet horum ostendit: filius autem, aut seruus, aut amicus, solam coniunctionem ad connexum nomen significat. Quare qui genimen aut genituram audit, non ad substantiam quandam mentem confert: sed cum alio id esse iunctum intelligit: nam genimen, cuiusdam genimen dicitur. Quod igitur nullius subsistentiæ sensum efficit, sed solam habitudinem ad aliud affert, id si quis substantiam esse confirmat, quo pacto summæ is amentiæ non condemnabitur? Atqui paulò superius à nobis declaratum est absoluta etiam nomina, etsi maximè videantur subE iectum quicquam significare, non tamen substantiam ipsam ostendere, sed circa substantiam proprietates quasdam describere. Verum hic sapientissimus, qui vanis in artibus totam vitam consumpsit, non erubescit dicere ipsam vnigeniti substantiam geniminis nomen significare. Quod quàm absurdum sit, quæso animaduertite. Si enim substantia genitura est, & è conuerso, quod genitura id substantia, omnia genita consubstantialia inter se erunt. Ex qua ratione id eueniet, vt omnium creator eandem cum omnibus generatis habere substantiam ostendatur. Nec enim in filio solum substantiam dicet genituram significare, in reliquis verò quæ generatione communicant, non eundem amplius sensum posF sidere: aut dicat claram quandam caussam cui contradici nequeat: quòd eadem appellatio non pariter habeat in omnibus eandem potestatem. Sed non poterit: quamcunque enim genituræ rationem excogitabit, hæc omnibus similiter genitis accommodabitur. Quod ita esse, cuiuslibet auditoris intellectus maximum signum est. Vnusquisque enim cum hunc ab illo natum esse audit, seipsum interroget, quem animo sensum concipiat. An quod genitus, eius qui genuit substantia sit? an hoc dicere ridiculum, illud verissimum quod ab eo generatione ad esse productus sit? Pariter igitur id & in vnigenito, & in quouis generatorum dicere conueniet. Et nullus (quoniam habitudo communis est) dignitatem vnigeniti deprimi putet. Non enim in eo quod est ad aliquid quodammodo se habere, differt ab aliis filius, sed in proprietate substantiæ excellentia Dei ad mortalia perspicitur. Sed attendite ad quod inconueniens ratio istorum adducat. Si genitura alterius di-

Marciõ Euãgelij depravator.

citur

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur genitura, veluti & communis consuetudo confirmat, & nullus vnquam contradi- G
cet: hoc autem ipsum substantiam, secundum rationem istorum significat: illius erit substantia cuius genitura dicitur: qua ex consecutione rerum sequitur, non vnigeniti substantiam genituræ appellationem significare, quod iste violenter dicit, sed ipsius Dei omnium. Si enim non licet, aliud esse substantiam intelligere, & aliud genituram præter ipsam idem est substantiam dicere & genituram. At filius dei genitura est, Dei ergo substantia erit, si genitura substantiam significat. Et sic genitura, ex ratione istius, ingeniti substantia ostendetur. Quod si ridiculum est quod sequitur, qui antecedentia posuit, is dedecoris notam subeat. Videtur enim oratio, nescio quomodo, cum semel extra veritatem deducta sit, ad multiplicia periculosaque inconuenientia per quandam seductionis consecutionem ef- H
ferri. Verum hæc præludia quædam sunt, & præparationes blasphemiæ. Caput autem mali in sequentibus affert, dicens. EVNOM. Substantiam filij natam quidem esse, cum non esset ante substistentiam suam: esse verò natam ante omnia patris voluntate. BAS.
Eadem adhuc adhibet artificia, de substantia nobis filij disserit, quasi de alio, non de ipso filio disserat, quo pacto auditum ad suscipiendam blasphemiam permitigat, cum non apertè dicat, natum esse à nihilo filium, sed substantiam eius natam esse, cum non esset. Dic, ante quas res ipsa non erat? Videtis cauillationem, ipsam ipsi comparat, vt tolerabilia dicere omnibus videatur. Non ante secula dicit ipsam non fuisse, neque simpliciter non fuisse, sed
antequam ipsa esset. Agè vero dic, patris ne essentiam antiquiorem asseris propria eiusdem I
substistentia? Nam si non subiicit temporibus substantiam filij, neque prius hac ratione intelligit, inanis & otiosa hæc ei est ratio, quare nec vlla responsione digna est. Attamen non minus & de Deo omnium dici poterit, si quis ad patrem hanc vanitatem transferre voluerit: eiusdem enim amentiæ est, si quis Deum ante suam substistentiam non esse dicat, & si an-
Patrem ab æterno fuisse patrem. te seipsum fuisse asserat. Quòd si temporaliter & prius illud de substantia filij accipit, & à nihilo essentiam eius, immo primum ipsum filium (nihil enim refert quantum ad rem, hoc vel illo dicere modo) posteriorem quam tempora ponet: vel si quis ita velit, quàm secula, seculorum creatorem. Deinde suas blasphemias persequens, patrem etiam asserit non fuisse patrem à principio, sed postea factum esse. Atqui si bonum, si pulchrum est diuinæ beaK
titudini patrem esse, quomodo ergo à principio quod decebat, ipsi non aderat? At enim melioris ignoratione, aut impotentia hunc fuisse defectum ratiocinabuntur. Ignoratione quidem, si postea quod est melius adinuenit: Impotentia verò si sciens atque intelligens, quod optimum est assequi non poterat. Sed si (quod est nefas dicere) non est ei bonum patrem esse, cuius gratia commutatus peius elegit? Conuertatur in aduersarios hæc blasphemia. Nam Deus omnium ex infinito pater est, nec incepit pater esse. Nam neque defectu virtutis, ne expleret voluntatem detinebatur: nec quasdam seculorum periodos expectabat, vt sicut in hominibus & reliquis animalibus creatis perfectione, ad gignendum virtute proueniente, quod voluit assequeretur. Insani enim est hæc & excogitare, & dicere:
sed æternitati suæ, coæternam, vt ita dicam, habet paternitatem. Quamobrem & filius L
Filium à nõ esse ad esse productum. cum ante secula sit & semper sit, nunquam esse incepit: sed ex quo pater est, & filius est. Et illico cum quis patris cogitationem capit, filij etiam incurrit. Nam pater filij videlicet pater. Patris igitur origo nulla, origo verò filij pater: inter hos autem nihil. Quomodo igitur non erat à principio (nam hoc est, illud ante suam substistentiam quod per cauillationem ab istis dicitur) is ante quem nihil intelligitur, nisi pater, à quo & esse habet,
†δι' οὐδενὸς μεσιτοῦ. non per interuallum superiore, sed pro caussa præordinato. Si ergo æterna coniunctio filij ad patrem & Deum ostenditur: cum nostra cogitatio à filio † haud per vllum vacuum ad patrem tendat, sed absque interuallo patri filium coniungat, qui nullo medio dissepa-
ratur: quem aditum relinquit pernicioſæ blasphemiæ eorum, qui dicunt à non esse ipsum M
ad esse productum? Ad hæc mirari esset dignum de tanta ipsorum dementia, quod non intelligunt se, cum ex non esse dicunt filium, non patre solum posteriorem ostendentes, sed ea quoque re qua vnigenitum à patre disseparant. Nam necesse est, si quid est inter patrem & filium, id antiquius esse ipsa quoque productione filij. Quid igitur hoc esse poterit? quidnam aliud quàm æuum, vel tempus? Qui enim superiorem patris vitam, vnigeniti vita intelligit, qua re alia quam æui, vel quorundam temporum spatio mensurans, excessum inuenisse dicetur? Quod si verum est, falsa scriptura est, quæ dicit per ipsum esse factum æuum & secula, & quæ docet omnia esse facta per ipsum: cum pateat,

A teat, in omnibus æuum ac secula etiam comprehendi. Quòd si non negare se dicent ante secula filium natum esse, non lateat eos quod oratione dant, id reuera ab ipsis tolli. Interrogabimus enim eos, qui à non esse producunt vnigeniti substantiam, quando non erat, vt dicitis, quod illud erat interuallum? quam illi interuallo appellationem excogitatis? Nam communis consuetudo, aut temporibus, aut æuo, vel seculis omne spatium subiicit. Nam quod in sensibilibus est tempus, id in supernaturalibus natura æui dicitur. Isti vero dicant, si quid tertium ex sapientia sua excogitarunt. Dum vero tacent, haud ignorét se substantiam vnigeniti seculis postponere. Si enim fuit, quod spatium antiquius filio, vitæ patris coëxtẽsum, horum alterum fuisse perspicuum est. Sed nec est, nec erit antiquior sensus vnigeniti subsi-
B stentia: omni enim re quæ antiquitatis ratione potest excogitari, superior substistentia dei verbi, quod in principio erat apud deum, inuenietur. Nam etiã si seipsam imaginationibus mens infinitis & conformationibus rerum quæ nullam habent subsistentiam, se immittes quæ non sunt excogitet: nullam tamen viam inueniet, qua vnigeniti principio se poterit anteponere, & inferiorem proprio motu vitam eius relinquere, qui per se vita est, & excogitatione propria dei verbi initium superare, & secula suspicari absque ipso deo seculorũ fuisse. At vero cum debitam vnigenito gloriam auferat, animaduertite, quibus verbis eum glorificet. EVN. Est autem substantia filij, inquit, ante omnia nata patris volũtate. BAS.
Id magnum attribuit filio, quod antiquior sit creaturis, & ante ea quæ ipse fecerit. Opinatur
C enim sufficere ad gloriam creatori omnium, quòd ante proprias creaturas collocetur. Nam cum, quantum in ipso est, à dei ac patris coniunctione ipsum alienarit, in præpõedo creaturis gloriam ei attestatur: deinde blasphemiam ad summam efferens turpitudinem, ineui tabili nos syllogismorum necessitate, vt putat, circumsepsit. EVN. Aut enim iam existentem, inquit, pater genuit filium, aut non existentem: quòd si non existentem, nemo me, inquit, temeritatis incuset: at si existentem, non absurditatem solum & blasphemiam, verũetiam & stoliditatem omnem hic sermo excedit: qui enim est, generatione non indiget.
BAS. Hæc est illa diuulgata cauillatio ab aliis olim adinuenta: nunc vero impudicis istorum, & turpissimis linguis consummata atque perfecta. Verum nos illud primum audito-
D res admoneamus, hunc illum esse, qui quoniam multi ex ignorantia humanitus generationem filij acciperent, necessitate in hos sermones compulsus sit, hunc illum esse qui è corporeo sensu ad spiritualem speculationem indoctas animas reuocet. Qui quoniam animalia non existentia prius, nascuntur postea: & quod hodie natum est, heri non fuit: hunc ipsum sensum ad vnigeniti traducit substantiam. Et quoniam natus est, inquit, ante generationem non erat. Sic magnificè diuinam nobis vnigeniti generationem enarrat, & his rationibus fratrum infirmitati medetur: dignissimus omnium in quẽ prouerbium illud dicatur, Medice cura teipsum. Nos vero quam ei in hoc animi languore mitigationem afferemus, nisi
eam quę à spiritu sancto per beatum Ioannem nobis prędicta est: In principio erat verbum, In prĩcipio erat verbũ.
E & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Nec enim principio possibile est antiquius quid excogitare: non esset enim principium, si quid ante se haberet superius: neq; quod erat, cogitatione transgressos ad id quod non erat ascendere: contemnere enim est quod erat, si quod non erat excogites. Nam si eorum esset principium, quæ dicuntur ad aliud, vt principium sapientiæ in principium viæ bonæ, & in principio fecit deus: forte possemus eius qui tali principio constitutus est, generationem cogitando excedere. Verum quoniam id principij significatum absolutum, ac sine relatione supremam naturam significat: quomodo nõ deridendus is est, qui vltra hoc principium cogitatione circumuagatur, & id suis imaginationibus excedere conatur. Pariter autem extenditur verbum erat, cũ insuperabili hoc prin-
cipio: non enim eam quæ in tempore est subsistentiam verbum hoc, erat, significat: sicut ho
F mo erat in regione Hus, & homo erat de Ramathaim, & terra erat inuisibilis: sed ipse nobis euangelista in alio sermone huius verbi erat, significatum ostendit, dicens. Quis est, & qui erat omnipotens? Quale enim illud est, tale est & hoc erat, sempiternum pariter & nullo tẽpore obnoxium. Qui vero non existentem eum dicit, qui in principio est, nec sensum principij custodit, nec ipsi in principio subsistentiam vnigeniti coniungit. Nihil enim excogitari potest principio antiquius, & esse dei verbi, inseparabile est à principio. Quare quantumcunque volueris inutili mentis inquisitione retrocurrere, pertransire tamen quod erat, & vltra illud ferri cogitationibus non poteris. Verum è contrario, iste à nobis quoque interrogetur, vtrum à principio verbum erat apud deum, an postea accessit? Nam si erat, prohibe

linguam

Universidad de Deusto
Biblioteca

linguam tuam à malo,ab ea scilicet blasphemia quod non erat.Sed si, quod fas dicere non G
est,commodius me est tuis ad te verbis vti,quod non blasphemiam solum,sed omnis stoliditatis excessum habet,homines scilicet sermonum spiritus rationem quærere: & discipulũ euangelij se profiteri,in euangelium autẽ ipsum insurgere.Aduerte igitur quàm diligenter, quàm apertè diuinæ voces generationi filij,quæ fuit ante secula,attestantur.Nam quoniam Matthæus quidem generationis secundum carnem interpres factus est,vt ipse ait:Liber generationis Iesu Christi filij Dauid.Marcus autem Ioannis prædicationem,initium euangelij fecit,dicens:Initium euangelij Iesu Christi:sicut scriptum est in Esaia propheta:Vox clamantis in deserto:Lucas vero & ipse per corporalia initia ad diuinitatis doctrinam accessit: necessario euangelista Ioannes cum vltimus ad scribendum venisset, super omne sensibile H
ac tempus quod sensibilia sequitur,mentẽ extollens,imò virtute spiritus eleuatus, ad ipsum accessit,qui vltra omnia est, quasi testimonium etiam ipse perhibens,quod & si secundum carnem Christum cognouimus, attamen nunc non adhuc cognoscimus.Id enim principiũ capiens,& corporeos omnes, atque temporales sensus inferiores theologia sua relinquens, per magnificentiam cognitionis præcedentem aliorum prædicationem superauit. Non ex Maria,inquit,principium,nec ab his temporibus,Sed quid:In principio erat verbum,& verbum erat apud deum,& deus erat verbum.Sic substantiam æternam,impassibilem,generationem connaturalem ad patrem,magnificentiam naturę,omnia hæc paucis verbis concepit,& additione verbi erat,reduxit in principium,ora eorum quasi claudens, qui quod non I
erat blasphemant,& longè antè, huiuscemodi cauillationum aditum succidens:deinde per theologiam,quasi perspicuam descriptionem naturæ vnigeniti, conformata quasi iam cognoscentibus hac voce ostendit,dicens:Hic erat in principio apud deum. Rursus hic huius verbi,erat,additione,æternitati paternæ vnigeniti generationem coniunxit.Et rursus: Vita erat,& vita erat lux hominum,& erat lux vera.Sed quamuis ita vndique oratio æternitatis additionibus tuta sit,omnia tamen hic depellens spiritus testimonia, nec audire videtur Ioannem,ita crebro nobis verbum erat inclamantem:Non existens,inquit,prius, postea ergo natus est.Quod si non erat,vt dicit is, in principio, quam clariorem pugnam ostendet aliquis contra euangelij voces,quibus credidimus. Illud vero cui mentis compoti non vide- K
bitur, quemadmodum oculus cum luminata loca exierit, ac in obscura inciderit, propter priuationem luminis videre desiuit:sic intellectus,si extra id quod est, imaginationibus cõpellatur,cum veritas quasi lux eum derelinquat,confusus, & insipiens ab intelligendo desinit.Nec igitur oculus,si lux non est, visu vti poterit:nec intellectus ab vnigeniti sensu diductus,officio intelligendi vtetur. Nam casus à veritate mentis, visus priuatio & cæcitas est. Quare vana omnino est illa mens,& inflata nihil intelligit,quæ vnigenito antiquiora se cõcepisse opinatur.Sicut si acumen visus ei oculo aliquis attestetur, qui ad tenebras inspicit. In lumine enim,inquit,tuo videbimus lucem.Qui vero intellexisse dicit, quando nondum erat lumen,similis iis est, qui in sensu phrenetico quæ non adsunt videre se imaginantur. L
Nam quæ filium excedunt,non intelliguntur.Quoniam quod est oculo sensibile lumẽ, hoc animæ deus verbum.Erat enim,inquit,lux vera,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.Non illuminata igitur anima nihil intelligere potest.Quomodo igitur vltra generationem luminis quicquam comprehendetur? sed oportet, vt arbitror, eos qui aliquid curãt de veritate,corporeas similitudines omittere, ne cogitationes de deo imaginatione materiali contaminent:sed à spiritu sancto traditam nobis theologiam imitẽtur, ac pro iis interrogationibus quæ nil ab insolubilibus desunt,cum ad vtramque partem periculum ostendant,dignam de deo generationem intelligere, impassibilem, impertibilem, indiuisibilem,sine tempore,instar resplendentis à luce radij, ad diuinam generationem du- M
Processionis filij,simile. ctos. Intelligere autem imaginem inuisibilis dei, nec secundum artificiosas has imagines ad exemplar postea laboratam, sed existentem & consubsistentem cum prototypo qui ipse substantiam dedit. Idemq; cum archetypo existentem,nec imitatione figuratam, sed tanquam sigillo aliquo tota patris natura filio impressa: aut si vis,qualis artium sit constitutio, tota ex docentibus in discipulos immissa, cum nihil desit docentibus, & perfectio adsit iis qui didicerunt. Vel id quidem non ita congruum ad similitudinem propter temporis spatium:Illud commodius,qualis est intellectionis natura motibus mentis sine tempore constituta. Et nullus orationem hanc mihi carpat, si quid exemplorum non penitus proposito conuenit.Nec enim possibile, parua & vilia diuinis atque æternis ad vnguem accõmodari:
nisi

A nisi in quantum dissimulationem eorum redarguunt, qui impassibilem generationem non possunt mente concipere.Imago vero dictus est filius,& est imago genita:& splendor maiestatis dei,& sapientia,& virtus, & iustitia dei, non vt habitus,neque vt aptitudo,sed viua substantia & operans,ac splendor maiestatis dei. Quapropter & totum in seipso patrem ostendit,ex tota eius maiestate resplendens.Quàm absurdum est ergo dicere,maiestatem dei non habere splendorem vel sapientiam dei, & non vnà cum deo semper fuisse. Sed si erat, inquit,non natus est.Respondebimus ergo,imò quoniam natus est, erat,non innascibile habens quod est: ens vero semper & coexistens patri, à quo etiam habet substantiæ causam. Quando igitur ad esse à patre productus est? Ex quo pater fuit.Sed ab æterno,inquit,pater: Imago splẽdor, sapientia dei & quomodo de filio accipienda.
B ab æterno ergo & filius, per generationem innascibilitati patris coniunctus. Quod autem non nostra sit hæc ratio, ipsas sancti spiritus voces ipsis in testimonium præbebimus, ac de euangelio quidem sumemus: In principio erat verbum. A Psalmista vero vt à persona patris dictum: Ab vtero ante luciferum genui te:& vtraque componentes dicemus,& erat & natus est.Sed verbum illud genui,causam ex qua essendi principium habet: verbum autem erat,intemporalem eius & æternam subsistentiam significat.Eunomius vero pro fraude sua certans ad inconueniens orationem se adducere putat. EVNO. Si enim, inquit, ante
C suam generationem filius erat. BASILIVS. At id quod dicis ante generationem, ô inanis tu,vel nullo modo subsistit, & cogitationis est figmentum nullo subiecto inhærentis.Sed cur amentibus contradicendum est? vel si ad aliquid eorum quæ sunt tendit, ad æui quoque sententiam inducetur.Verum quoniam secula omnia cũ filij creatura sunt, infra generationem vnigeniti intelliguntur. Inanis est qui antiquius quid subsistentia filij quærit: nihil enim alienius quærit,quàm si de patre quæreret,vtrum ante suam subsistentiam fuerit an non.Quemadmodum enim stultum esset,eo qui sine principio & ingenitus est,quicquã superius quærere:sic si quis cum de filio si ab æterno simul cum patre est,& nihil inter se habet & genitorem,temporales facit prioris interrogationes,æqualis amentię est.Nam simile est,si quis interroget quid futurum sit post obitum immortalis: & si quis quærat, quid erat ante generationem æterni.Hi vero quoniam proprietas patris,quæ est sine principio,etiam
D æterna appellatur,idem sine principio esse & æternum cẽsent. Et quoniam filius non est ingenitus,non esse æternum profitentur. Hæc autem re ipsa plurimum distant. Nam ingenitum quidem, quod nec sui originem, nec essendi causam habeat. Aeternum vero dicitur, quod omni tempore ac æuo secundum esse antiquius est.Vnde filius nec ingenitus est & æternus est. Verum & æuum iam æterni appellatione nonnulli dignantur: quoniam ex eo quod est semper,etiam nominationem hanc sortitum est.Nos autem id quod æternum est, creaturis attestari,& creatorem hac professione priuare, eiusdem amentię dicimus.At Eunomius ad turpissimum deducens orationem quid dicit? EVNOMIVS. Nos autem cum his quæ à sanctis patribus olim,& nunc à nobis demõstrata sunt, permaneamus: si nec Ingenitum esse & æternum esse distant. Aeuum.
E substantia dei generationem suscipit, neque alia quædam subiecta fuerit substantia ad generationem filij, non existentem filium natum fuisse dicimus. BASILIVS. Quis in pietatis causa tantum contendit,quis in amando Christum tantum gloriatus est,quantum isti vituperationis & dedecoris verbis & maiestatem vnigeniti demolientibus gloriantur? Non cessabis non existentem appellare impiè eum qui verè est,eum qui fons vitæ est, cum qui omnibus quæ sunt,ipsum esse præbuit:Qui cum ad suum cultorem Mosen oracula ederet,conuenientem sibi & suæ decoram æternitati appellationem inuenit, eum qui est, seipsum nominans.Ego enim,inquit,sum qui sum.Quibus verbis nullus obiiciet,quod à perso
F na domini dicta non sunt,qui cum Mose legis Iudaicum velamen in corde inuolutum non habeat.Scriptum est enim,quòd visus est Mosi angelus domini in rubo,in flamma ignis.Cũ angelum ergo narrationi scriptura proposuerit,dei adduxit vocem.Dixit enim,inquit,Mosi:Ego sum deus patris tui Abraham:Et rursus post pauca:Ego sum qui sum.Quis igitur idẽ ipse & angelus & deus?Nonne ille de quo didicimus,quod vocatur nomen eius magni cõsilij angelus? Ego quidem puto non pluribus nos indigere ad demonstrationem, sed ipsam admonitionem iis qui Christum diligunt sufficere:his vero qui curari non possunt, nullam fore vtilitatem ex multitudine eorum, quæ dicuntur opinor. Nam & si posterius factus est magni consilij angelus:sed tamen & prius non repudiabat angeli appellationem.Nec hic solum inueniemus dominum nostrum & angelum & deum à scriptura nominatum:verumetiam & Iacob cum mulieribus visionem enarraret, dixit mihi angelus dei, inquit. Et post Deum filiũ à scriptura angelum appellari.
pauca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota mysterium.

pauca de eodem: Ego sum deus qui visus sum tibi in loco vbi vnxisti lapidem. Atqui, illic G
in lapide ad Iacob dictum est:Ego dominus deus Abraham patris tui & deus Isaac. Qui ergo hic angelus dictus est? hic ipse ibi dicit Iacob se manifestatum fuisse. Quare patet cuilibet,vbicunque angelus & deus idem appellatur, vnigenitum significari, cum seipsum per generationes hominibus manifestet, & sanctis suis voluntatem patris annuntiet. Quas ob res qui & Mosi eum qui est,seipsum nominauit,nullus profectò alius prꝛter deum verbum, qui à principio erat apud deum, intelligetur. Sed qui loquuntur iniquitatem in excelsum, non existentem dicere filium non timuerunt: & insipiens quidem in corde dicit, non esse deum.Hi vero non solum corde cogitarunt,sed etiam in prauitate locuti sunt:& posteriobus per scripta temporibus tradere non recusarunt,non existentem ausi deum nominare. H
Et quoniam nec dꝛmones ipsos vident negare quod deus sit,cum mente ad superiora redierint tempora,vbi impiam suam expleuerunt cupiditatem, non fuisse aliquando filium blasphemantes, quasi cum sua natura nō fuisset,gratia sit ad esse à deo productus. Deinde cum eam vocem quam Paulus de idolis emisit:Seruiuistis,dicens,diis, qui natura dei non sunt. Et Hieremias:Iurabant per eos qui dij nō sunt.Et sapientissima Hester:Non tradas domine sceptrum tuum iis,qui non sunt.Ipsam isti vocem de deo vero dicentes,quoniam iure amplius Christianorum sibi appellationem attribuunt? Etenim etiam alibi iste hic ipse Apostolus in spiritu dei loquens, non existentes appellat gentes: quia cognitione dei priuatæ sunt,cum dicat:Quoniam quæ non sunt,elegit deus. Nam quoniam deus est, qui est & ve- I
ritas,& vita,qui deo qui est,coniuncti per fidem non sunt, sed non existenti mendacio copulati,propter deceptionem qua erga idola afficiuntur cum propter priuationem veritatis, tum propter alienationem à vita iure,vt credo,non existentes nominati sunt. Cū ad Ephesios etiam scriberet,vt verè cōiunctos ei,qui est,per cognitionem ostenderet,existentes eos per excellentiam nominauit dicens:Sanctis qui sunt, & fidelibus in Christo Iesu. Sic enim & qui ante nos fuerunt tradiderūt,& nos in antiquis codicibus inuenimus. Hic autem nec ea,cuius serui Christi participes sunt,appellatione deum nostrum dignum putare sustinuit, sed eum qui à nullo ad esse creaturas produxit,non existentem appellauit.Verum inde magis aliquis quantus sit contemptus illius addiscet, vnde se simulat dominum decorare. K
EVNOMIVS. Non facimus, inquit, communem vnigeniti substantiam cum iis quæ ex nihilo facta sunt.Nā non est substantia quod non est:sed tamen ei excessum attribuimus, quantum excedere necesse est creatorem super proprias creaturas. BAS. Posteaquam argumentis suis huc orationem deduxit, iam verbo in speciem humanior factus dicit se nō facere communem cum eis quæ ex nihilo sunt, substātiam vnigeniti. Atqui si deus omniū, quoniam ingenitus est,necessariò differt à genitis: genita vero cuncta communem habent ex nihilo subsistentiam, quomodo non necessariò hęc secundum naturam coniunguntur? Nam quemadmodum illic inaccessibile dissęparat naturas,eodem pacto hic conditionis ę- L
qualitate,itidem inter se colliguntur.Cum autem ex nihilo dicant esse filium, & ea quæ ab ipso facta sunt,& vnam secundum hoc eorum faciant naturam, non tamen se dicunt filio similē eis quę ex nihilo sunt substantiam attribuere.Nam quasi dominus esset ipse,quantum vult prębet vnigenito dignitatis:& sic verba facit.Tantum enim,inquit,ipsi excessum attribuimus,quantum excedere necesse est creatorem super proprias creaturas.Non dixit,comprehēdimus aut glorificamus,sicut de deo dicere oportebat:sed attribuimus, quasi ipse esset mensurę distributionis dominus.Quātum vero ipsi excessum concedit?Quantum excedere,inquit,necesse est creatorem proprias creaturas.Nondum id diuersitate substantiæ attestatur:nam homines arte,opera sua excedunt, & tamen eiusdem cum eis esse videntur substātię,vt cū luto figulus,& cū lignis nauicularius.Corpora nāq; similiter vtraq; & sensibilia, M
& terrena pariter.Postq̄ vero tantam filio ad creaturas diuersitatem concessit,iam & in ipsa de vnigenito sententia versutè agit. EVN. Nam idcirco,inquit,vnigenitus est,quoniam solus ingeniti virtute natus & creat⁹,perfectissimus factus est minister. BAS. Ignoro quid horū oporteat molestius ferre,vtrum versutiam quam circa nomen vnigeniti astutè adinuenit,tam prꝛter hominū consuetudinē,q̄ prꝛter piam scripturarum traditionē,eius nominis
Vnigenitus sensum accipiens(nam vnigenitus non qui à solo natus,sed qui solus natus,in communi cō suetudine appellatur)an ex nomine creaturę blasphemiā, quā data opera nomini nat⁹ cōiū xit:vt nulla maiore excellētia verbū nasci domino attribui ostendat,q̄ creaturis:sed sicut filios genui & exaltaui,& filius primogenitus Israël,sic & dominum Iesum esse nominatum:

non

A non quod habeat nomen supra omne nomen,sed æqualiter atque alia hac appellatione dignum putatum.Deinde hi ad Salomonis dictionem confugiunt,inde tanquam è loco insidiarum in fidem excurrunt.Nam quoniam ex persona sapientiæ dictum est: Dominus creauit me:licere sibi arbitrati sunt de Domino dicere,quòd sit creatura. Ego verò cum multa de voce hac habeam dicere, primum, quòd semel in omnibus scripturis dicta est: deinde quod in volumine cuius sensus plurimum latet,& per prouerbia & similitudines,per obscuros sermones & ænigmata vt plurimum procedente:vt nihil non ambiguum,nihil clarum ab ipso capi possit, prætermitto: ne longioribus interpositionibus orationem faciam longiorem,præsertim cum etiam inquisitio de his quæ male intellexerunt,in proprium locum
B nobis dilata sit,in quo hæc quoque pars concedente deo examinabitur.Et puto (dictum autem sit cum deo) multo magis idoneum propositæ dictionis sensum,& qui nihil periculi af ferat,inquisitione ipsa emersurum.Interea verò illud non omittamus nonnullos interpretum,qui melius hebraicam linguam tenuerunt:possedit me, pro creauit, edidisse: quod eis maximo erit impedimento ad blasphemiam. Qui etenim dixit: Possedi hominem per deum:non quod creauisset Cain,sed quod genuisset,hac visus voce videtur. Sed vnde incepimus redeamus. EVNOM. Idcirco, inquit, vnigenitus, quoniam à solo natus & creatus, perfectissimus factus est minister. BASIL. Si ergo non quoniam solus natus est,
C sed quoniam à solo vnigenitus dictus est:idem autem est secundum te genitum esse & creatum esse:cur non & vnicam ipsum creaturam appellas, tu inquam qui cuncta facilè & cogitas & profers?Hominum autem, vt per vestram rationem videtur, nemo est vnigenitus. Nam ex coitione omnibus est generatio.Nec Sara vnigeniti filij mater erat: non enim sola sed cum Abraham simul eum genuit: & si vestra tenet opinio, necesse est totam vitam dediscere, cum non fratrum priuationem, sed desolationem parentum id nomen significet. Iam verò & creatura prꝛter causam dignitate dei verbi inferior est, quod vnigenita esse non potuit quo aliquid patri ad creationem filius contulit, quanuis nec ab ipsis concedatur.Ministrum enim perfectissimum eum nominauit.Quomodo ergo secundum vos, non
D à solo patre creatura etiam facta est,qui tanquam inanimatum instrumentum & patri deum verbum apponitis:nisi & nauicularium negabit aliquis solum nauem fecisse, quoniam instrumentis ad construendum vsus est?Quare vnigenita est & creatura, & partes eius non tantummodo virtutes inuisibiles,sed etiam corpora sensibilia, & horum humillima, cyniphes,locustæ,& ranæ.Ipse enim dixit, & nata sunt. Nam qua ministratione indigeat is qui solo nutu creat,& simul cum voluntate creatura constituitur? Sed dices quomodo ergo etiam secundum vos per filium sunt omnia? Quoniam diuina voluntas tanquam à fonte primæ causæ profecta,per suam imaginem,id est, per deum verbum ad actum prodit. Eunomius verò vnigenitum filium ministrum appellauit. Hoc ipsi magnum imponens, quod promptus in imperatæ rei ministerium est.Si enim non in eo quòd deus perfectus est, ma-
E iestatem possidet, sed in eo quod certissimus minister, qua in re ab aliis differet spiritibus, qui libenter opus ministerij efficiunt:Propterea cum natus dixisset,creatus statim adiunxit, vt etiam hinc nullam inter filium & creaturam diuersitatem esse ostenderet. Verum dignum fuerit,vt ipsam admonitionem eius audiamus. EVNOM. Non oportet, inquit, cum patris ac filij appellationem audimus,humanam ipsius intelligere generationem: nec hominum generatione adductos,participationis nominibus ac passionibus deum subiicere BASIL. Monet non oportere similem filium patri secundum substantiam intellige re. Id enim sibi vult participationis negatio, quasi incommunicabilis sit patris substantia substantiæ filij. Idcirco pulchrè ille, quarum turbam nos prætermisimus, nominum distinctiones adhibitæ:quòd non quorumcunq; eædem sunt voces, significato quoque sunt ea-
F dem, vt patrem filij esse, eorum similitudine qui patres in terris appellantur, Deo auferat. At ego,cum multa sint quæ christianismum à gentili errore & Iudaica ignorantia dissęparent,nullum potius ac maius dogma,quàm in patrem & filium fidem,Euangelio nostræ salutis inesse arbitror.Nam etiam quocunque errore scissi, factorem & creatorem esse Deum confitentur.Qui verò falsiuocum patrem,& nuda voce filium denuntiat,nihilque putat differre vel patrem vel creatorem profiteri,& aut filium aut facturam dicere, ad quem ordinem aut partes,Iudæorum an gentium nobis enumerabitur?Nec enim Christianis seipsum adaptabit,qui virtutem pietatis,& quasi fidei nostræ characterem pernegat.Non enim in opificem & opificium credidimus,sed in patrem & filium per gratiam quæ in baptismo est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

obsignati sumus. Quamobrem qui has negligere voces audet, vniuersam simul Euangelij G
delet virtutem: cum nec patrem generâsse, nec filium esse genitum prædicet. Sed hæc dico,
inquit, passionis sensum, qui patris voce nobis innascitur, fugiens. Verum oportebat, si piè
agere volebat, absonum horum verborum sensum, si quis inerat recusare, non simul totam
vocem negligere: nec dedecoris caussa vtilitatem quoque quam ab ipsa consequimur, si-
mul eiicere: & ab humilibus quidem ac corporeis cogitationibus in diuinis dogmatibus
mundum esse: generationem verò sanctitati ac impassibilitati diuinæ conuenientem intel-
ligere: modóque quo Deus genuit, vt ineffabili incomprehensibilique omisso, ad similitu-
dinem substantiæ per generandi appellationem deduci. Quamuis diligenter consideranti
Nõ eodem modo patris & filij vocabula, de deo dici & homine. etiam palam sit, non corporeæ passionis primò ac propriè patris ac filij nomina, sensum fa- H
cere solere: sed solam ex seipsis cum dicantur, quam inter se habeant habitudinem ostende-
re. Pater enim est, qui essendi principium alteri secundum similem sibi naturam præbuit. Fi-
lius verò, qui ab altero essendi principium per generationem habuit. Cum igitur hominem
patrem esse audimus, tum passionis quoque sensum accipimus: at cum Deum patrem ad im
passibilem causam cogitatione accurrimus. Eunomius autem vocem hanc de passionibus
subiecta natura capere assuetus: quod suæ mentis comprehensionem excedit, vt impossibile
pernegat. Cum non oporteat corruptibilium passiones attendentem, minus impassibilita-
tem Dei credere: fluxibili naturæ ac infinitis subiectæ mutationibus, incommutabilem atq;
inalterabilem substantiam conferentem. Nec oportet, quoniam mortalia hæc animalia non I
absque passione generant, sic & Deum opinari: sed hinc magis ad veritatem deduci, quòd
postquam non sine passione corruptibilia generant, qui incorruptibilis est contrario modo
generat. Nec verò illud vtique dicet, quod primò ac propriè de hominibus his nominibus di
ctis, nos de Deo dicentes abutimur. Etenim Dominus noster Iesus Christus ad omnium re-
rum principium & veram causam nos reducens: vos autem nolite, inquit, vocare patrem
vestrum in terra, vnus enim est pater vester cœlestis. Quomodo igitur, tanquam si passio-
nes corporeas principaliter hæ voces significarent, repudiandas putat: quas Dominus vt im
passibilitatem dei decentes, ab hominibus ad seipsum transponit? Si verò & creaturarum pa
ter nominatus, id rationi nostræ non repugnat. Qui enim genuit glebas roris secundum K
verba Iob, non eodem modo glebas & filium genuit. Aut si hoc dicere audebunt, vt æquali
ordine substantiam quoque roris filium nominent, ab omni nos ad eos oratione liberabũt,
cum ad manifestissimam impudentiam blasphemiam produxerint. Non enim cum omni-
um nostrum pater Deus dicitur, eodem modo noster ac vnigeniti pater est. Quòd si quo-
niam primogenitus totius creaturæ, & primogenitus in multis fratribus Dominus appella-
tur, ad impietatem id ipsos doctos redigit: doctiores ab Euangelio fiant, quod matres etiam
& fratres suos, eos Dominus appellat, qui virtuosis operibus sibi coniuncti sunt. Quænam
est enim mater mea, inquit, & qui sunt fratres mei? qui faciunt voluntatem patris mei qui in
cœlis est. Quare pater noster est Deus, non abusione aut translatione, sed propriè primò & L
verè dictus, cum per hos corporeos parentes à nihilo nos ad esse produxerit, & curet sibi
adiungere: quòd si nostrum, qui per gratiam adoptati sumus, verè vocatum patrem dici-
mus, quæ ratio prohibebit, ne naturalis filij qui ex substantia eius prouenit merito pater ap-
pelletur? EVNOM. Non oportet, inquit, propter patris & filij vocabulum humanam
Domini generationem intelligere. BASIL. Id ego quoque assero, diuinam tamen
eam & impassibilem quid prohibet credere hos impios? Sed opinor, non vt sine corruptio-
ne, sed vt nullo modo genuisse Deum ostendat, his verbis vtitur: Quomodo igitur in supe-
riori oratione ô optime, tu genimen esse substantiam vnigeniti censebas? Si enim natus non
est, vnde ipse secundum rationem tuam genimen esse poterat? Verum propter geniti ad in- M
τῆς οὐσίας ἀκριβῶσιν. genitum oppositionem, genimen contendebat. Nunc autem rursus † coniunctionem sub-
stantiæ hac voce significari cum videat, natum esse à genimine remouet. Atqui si hoc tan-
quam passionis significatiuum repudiat, quid prohibet eisdem de causis creatorem ipsum
esse negare? Omnibus enim corporeis operationibus secundum proportionem virtutis il-
lius qui facit, & secundum magnitudinem ac diuersitatem eorum quæ fiunt, maior aut mi-
nor labor omnino coniungitur. Diuinam verò & beatam naturam, si quis dicit labore pre-
mi, non minus erit impius, quàm si turpissimis ipsam affectibus subiectam arbitretur. Si ve-
rò absque passione creat, credite impassibilem etiam esse generationem. Quòd igitur pro-
ἀνεπαθῶς ὄνομα· priè ac meritò Deus dicitur pater, & quòd non passionis, sed † coniunctionis nomen est: vel

A eius quæ est per gratiam, vt in hominibus: vel eius quæ secundum naturam est, vt in vnige-
nito, satis dictum est. Sed concedamus tropicam esse: ac per translationem, sicut & alias in-
finitas, hanc quoque vocem dici. Si igitur, irasci, dormire, volare, Deum audientes, & alia
huiusmodi quæ non decoram ex propria intelligentia sententiam præbent, nec spiritus vo-
ces delemus, nec corporeo pacto hæc dicta intelligimus. Quamobrem cum etiam hæc vox
sic crebro à spiritu suscepta sit, conuenientem Deo sensum, non inuestigamus? An solam
hanc ex scriptura delebimus, ex humano vsu ipsam calumniantes: Sic autem consideremus,
cum duo significata generationis vocabulum secundum vsum habeat, generantis & passio-
nem & † coniunctionem ad genitum: quando à patre ad vnigenitum dicitur: Ex vtero ante
B luciferum genui te: & filius meus es tu, ego hodie genui te: quod horum significatum hoc Ἐκ τῆς ὀικειώ-
σεως.
ostendi verbo dicemus: generantis passionem, an naturæ coniunctionem? Hoc vltimum
ego assero: neque hos vnquam puto nisi in perspicuam phrenesim deuehantur, contradi-
cturos. Quare si conueniens Deo est hæc vox, cur sicut alienam spernis? sin autem ex homi-
nibus translata est, quod est syncerum ex ea suscipiens, id ex significatis quod peius est, fugi-
as. Licet enim profectò in dictione quæ multa significat, cum ad rectum sensum per ratio-
nem deductus sis, quod humile ac turpe significatum est, præterire. Nec mihi dicas quænam
est hæc generatio? qualis & quomodo facta? Non enim quia ineffabilis omnino modus &
incomprehensibilis est, idcirco etiam firmiter in patrem & filium credere recusabimus.
C Nam si cuncta intelligentia nostra mensurare voluerimus: & quod mente non capimus, id
nihil omnino esse putauerimus, amittetur profectò fidei, amittetur etiam spei remunera-
tio. Quomodo autem erimus amplius beatitudine digni, quæ in rerum inuisibilium fide
deposita est, si solis iis assentimus, quæ intellectui dilucida putamus? Vnde euanuerunt gen-
tes & obscuratum est insipiens cor eorum? Nonne quoniam dum ea sequuntur, quæ cogi-
tando verisimilia putant, prædicationem spiritus incredibilem dicunt? Esaias autem quos
vt perditos deplorat? Væ sapientibus in seipsis, & coram seipsis scientibus: nonne hos? Mul-
ta igitur præteriens eorum, quæ in medium coniecta sunt, quæq; perspicuè afferebat de fi-
lio, quod natus non sit: & quæcunque vt creaturam esse vnigenitum credatur, artificioseè ex-
D cogitauit: ad letifera magis impietatis eius conuertar: si id solum è prætermissis collegero:
quòd quam præoccupando re ipsa comprobauit blasphemiam, hanc ipsam cum verbo sub-
tegere, & turpitudinem sermonis mitigare voluisset, non immiscere se filium dixit creatu-
ris, suorum ipsemet dogmatum oblitus, quæ in superioribus voce clara, & nullo velamine
obuoluta exponebat. Ex quibus ad turpissimam rursus & perspicuam excidit contradictio-
nem: sic igitur scribit. EVNOM. Nemo autem cum filium creaturam esse audiat, mo-
lestè ferat, quasi nominum communicatione substantia quoque communis facta sit.
BASIL. Quomodo igitur ô sapientissime tu, si ad diuersitatem nominum substantiæ im
mutatio necessariò sequitur (Recordamur enim hæc te in superiori oratione pertractásse)
E nunc ad communicationem nominum communicatio substantiæ non consequetur? Nec
enim semel, nec otioseè id dixisse videtur. Nam & nunc quasi eum dictorum illico pœnituis-
set: quod communicatio nominum substantias communes non faciat, rursus aduersarios
carpens, post pauca hæc adducit. EVNOM. Oportebat, inquit, siquidem ipsis cura ve-
ritatis esset, cum nomina diuersa sint, substantias etiam diuersas confiteri. BASIL.
Quomodo aliquis facilius hoc homine mentietur? quippe qui ad contraria breui conuer-
sus, modò inquit diuersitatem nominum necessariò substantiarum diuersitatem ostende-
re, modò è contrario communicationem non communem facere substantiam. Sed perin-
de facimus atque hi, qui homicidam contumeliæ, vel vulneris, vel huiuscemodi peccati ac-
cusant. Ad caput igitur malorum eius transeamus. Cum hic communem omnibus pariter
F christianis: qui verè hac appellatione digni sunt, opinionem esse vidisset, quod filius geni-
ta lux sit ex ingenita luce resplendens: & per se ipse vita: & per se ipse bonum, ex viuifican-
te fonte paternæ bonitatis prouenientes: Deinde recordatus, nisi has sententias nostras con-
cussisset, omnia sua nihil nisi sophismata quædam futura. Nam qui lucem esse patrem
profitetur, lucem autem & filium: cum lucis vnus & idem sit sensus: ad confessionem iden-
titatis substantiæ per seipsum subito deducetur. Luci enim ad lucem secundum ipsam ra-
tionem lucis, nulla nec in prolatione nec in sensu est diuersitas. Vt igitur hoc à nobis tol-
lat, artificij retibus fidei rationem circumuallat, nullam hæc inter se comparationem &
communionem docens habere: & quæ est geniti ad genitum oppositio, hanc dicens esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

lucis etiam ad lucem: vel si hæc fugimus, compositum esse Deum confiteri cogens. Sed G
ipsam eius dictionem audiamus. EVNOM. Vtrum aliud quid significat, inquit, lux
in ingenito præter genitum, vel idem vtrunque? Nam si aliud atque aliud, perspicuum est
compositum esse, quod ex alio atque alio constat: quod autem compositum est, ingenitum
non est. Si verò idem, quantum abest genitum ab ingenito, tantum necesse est & lucem à
luce abesse, & vitam à vita, & virtutem à virtute. BASIL. Videte ac intelligite impie-
tatem horribilem: quantum, inquit, ingenitum à genito distat, tantum & lux à luce dista-
bit, & vita à vita, & virtus à virtute: interrogemus ergo ipsum, quanto interuallo ingeni-
tum à genito disseparatum est? Num paruo aliquo, & tanto, vt possint nonnunquam ad i-
dem inter se conuenire? an hoc omnino impossibile, & magis quàm eundem mortuum es- H
se simul & viuere, sanum & ægrotum vigilantem & dormientem. Talia nanque sunt quæ-
cunque summa oppositione inter se dissident: vt cum alterum adsit, necessariò absit alte-
rum, quæ ita comparata sunt, vt nunquam simul esse & conuenire possint. Secundum igitur
hunc modum, cum ad genitum ingenitum opponatur, qui patrem lucem nominat, lucem
verò & filium: tantum verò hanc lucem ab illa luce distare dicit, quantum genitum ab in-
genito distat: nonne manifestè impius est, quamuis verbo humaniorem se simulat, quasi e-
tiam filium nominet, virtute tamen eorum quæ dicuntur ad contrarium sensum abduc-
cens. Considerate enim quid opponitur ingenito, aliúd ne ingenitum, an genitum. Palàm,
quoniam genitum. Quid porrò luci opponitur, lúx ne alia, an tenebræ? Profectò tenebræ. Si
ergo quantum distat genitum ab ingenito, tantum necesse est distare lucem à luce, cui am- I
plius occulta impietas est, quod in appellatione lucis luci oppositum adducens, contrarium
esse lucis naturę vnigeniti substantiam putat. Vel ostendat nobis lucem luci oppositam eam
oppositionis mensuram habentem quæ genito ad ingenitum inest. Quod si hoc nec est, nec
iste vnquam excogitabit, non ignoretur ars, qua versutè blasphemiam præparat. Nam quo-
niam putat, ingenito genitum modo contrario opponi, eandem luci ad lucem oppositio-
nem adaptat: vt per omnia hæc patris substantiam inimicam & hostilem vnigeniti ostен-
dat substantiæ. Propterea noua hæc est in dogmatibus traditio qua dicit: Quantum geni-
tum ab ingenito abest, tantum necesse est lucem à luce abesse. At ingenitum ad genitum ha
bet quandam positione verborum non natura rerum oppositionem, sicut isti affirmant: lu- K
cis autem ad lucem, nec prolatione vocis nec sensu possibile est aliquam oppositionem ex-
cogitare. Sed videtur deceptiuis cauillationibus seipsum seducere. Putat enim quæ ad con-
traria consequuntur, eam habere pugnam ad inuicem, quam & principalia contraria possi-
dent: & cum alteri contrariorum contrarium insit, & ad alterum omnino contrarium con-
sequuturum. Vt si ad visum lux sequatur, ad cæcitatem tenebræ: & si ad viuere sentire, ad
mortuum esse insensatum esse sequatur. Hæc autem quòd & imbecillis & euanida obseruа-
tio sit, attendenti cuilibet perspicuum est. Nec enim quoniam ad vigilare viuere sequitur,
ad dormire mortuum esse necessariò sequitur. Sed nec contrario modo se habet genitum
ad ingenitum. Si enim contraria sunt, & alterum alterius erit corruptiuum (quod in caput L
blasphemantium vertitur) immo neque natura sunt inimica neque quę consequuntur ean-
dem necessario habebunt distantiam, quam habere & principalia demonstrabantur. Aut
ergo deleas aliis scriptis hæc verba: aut noli impietate detineri & pernegare: tua enim est
blasphemia, qui dixisti, quantum distat genitum ab ingenito, tantum esse necesse lucem à
luce distare. Quare sicuti nunquam qui natus est innascibilitatis erit particeps, sic vnquam
ipsi de luce trades: & ita secundum te vnigeniti substantia æqualiter ab ingenito & à luce
distabit. At Ioannes magna spiritus voce reclamat tibi dicens: Erat lux vera. Tibi verò nul-
læ sunt ad audiendum aures, nec cor ad percipiendum eam, sed ad inimicam naturam, quæ M
simul cum luce esse non potest, vnigeniti substantiam cauillationibus tuis impellis. Nec e-
nim illud quasi firmum dices, quod ab ingenito appellationem lucis non abstuleris. Non e-
nim in sono aëris, sed in virtute significatarum rerum est pietas. Tu vero neque in his im-
piis solum constitisti, sed etiam vitam & virtutem eadem mensura distantiæ inter se con-
trarias inducis, dicens: Quantum distat genitum ab ingenito, tantum necesse est lucem à lu-
ce distare, & vitam à vita, & virtutem à virtute. Ergo nec vita secundum te, nec virtus vni-
genitus est, sed deles ipsius Domini verba dicentis: Ego sum vita. Deles etiam Pauli dicen-
tis: Christus, Dei virtus. Nam quæcunque in superioribus demonstrata sunt, ea istis quoque
accommodabuntur. Nec enim vitam, nec virtutem, vitæ & virtuti opponi quispiam dixe-
rit. sed

A rit: sed mortem ac imbecillitatem perfectissimam oppositionem explere. Quibus ipse per
dolosam versutiam malitiosè suo velamine orationem occultans, horribilem confirmat
impietatem, & eloquentiæ artibus in contrarium naturæ paternę naturam vnigeniti addu-
cēs, solam reliquit nominum venustatem. Quid ergo nos quo pacto & patrem ingenitum,
& filium genitum profitemur, & in ipso esse contrarietatem negamus, quid dicentes? id sci-
licet quod boni quidem patris, bonus filius: ex luce vero ingenita, lux ęterna effulsit: & ex ve
ra vita fons est productus viuificans: & ex ipsa per se virtute dei virtus emicuit. Tenebræ
vero, mors & imbecillitas, principi huius mundi & tenebrarum principibus, ac prauitatis
spiritibus, & omni virtuti quæ diuinæ naturæ inimica est, adnumerantur, etiam ipsis non
B secundum substantiam contrariis bono existentibus (sic enim reprehēsio hæc ad creatorem
rediret) verum electione propria per priuationem boni ad vitium prolapsis. Et tamen ad
hunc ordinem Eunomij lingua deum etiam ipsum oppugnans, vnigeniti naturam dedu-
cere conata est. Nec enim illud dicere potest, quod cum substantiam patris lucem esse po-
nat, maiestate ac splendore vnigeniti substantiam excedentem, lucem quidem etiam ip-
sam, sed obscuriorem & quodammodo offuscatam arbitretur. Nam & si piæ mentis hæc
quoque non essent: quoniam imaginis similitudinem detrahendo auferunt: sed tamen vo-
to dignum, hæc ita ipsum disseruisse: non enim magno ad emendationem eius certamine
opus esset. Nunc vero ingenito ad genitum non secundum maius & minus inesse diuer-
sitas dicitur, vt maioris luminis ad minus: sed quanta est eorum, quæ nullo pacto simul esse
C possunt, distantia. Impossibile enim est, id cui alterum inest, per transmutationem quandoq;
ad oppositum pertransire, vt vel ex ingenito genitum fiat, vel è conuerso à genito ad inge-
nitum transmutetur. Ei ergo qui semel censuit tantum à luce lucem abesse, quantum abest
genitum ab ingenito, ne ista quidem ratio ad fugam relicta est. Lux enim suprema cum te-
nuiore quodammodo ac obscuriore luce, cum genere eadem sit, sola intentione ab ea dif-
fert: ingenitum vero non est geniti intentio, nec genitum ingeniti est remissio, sed quasi
per diametrum horum distantia est. Eos igitur qui genitum & ingenitum substantiam di-
cunt, hæc & his plura inconuenientia consequuntur. Nascetur enim illis contrarium è con-
trario: & pro naturali coniunctione necessaria etiam quędam secundum ipsam substantiam
D seditio ipsis inerit. Id autem maiorem impietatis insipientiam ostendit, si quis substantiam
dicit cuiuis rerum omnium esse contrariam: quod secus esse iamdiu, & apud exteros & sa-
pientes concessum est: quos cum non inueniant isti secum pro blasphemiis certantes, quasi
nulla re dignos despiciunt: Sed impossibile est substantiæ contrarietatem inesse. Si vero
quispiam quod verum est, genitum atque ingenitum vt specificas quasdam proprietates
in substantia consideratas ad veram & inconfusam patris ac filij sententiam perducentes
esse putat, is & impietatis periculum effugiet, & quod est rationi consentaneum conseruа-
bit. Proprietates enim ac notæ quasi characteres quidam & formæ in substantia inspectæ, di Proprietatū deo attribu-
E stinguunt quidem quod commune est appropriatis characteribus: communicationem ve- tarum offi-
ro substantiæ non amputant: vt verbi causa, deitas communis est, proprietates autem pa- cium.
ternitas & filiatio: ex complexione vero vtriusque, communis dico ac proprij, comprehēsio
veritatis nobis innascitur. Itaque ingenitam lucem audientes, patrem intelligimus: geni-
tam vero lucem cum audimus, filij sententiam capimus. Ita secundum quod vterque lux
est, nulla in ipsis est diuersitas, cum oppositio secundum genitum atque ingenitum inspi-
ciatur. Hæc enim proprietatum natura est, vt in identitate substantiæ distinctionem osten-
dant: & ipsæ quidem inter se cum ex opposito distinguantur, contrario modo opponun-
tur, vnitatem tamen substantiæ minimè distrahunt: sicut volatile, pedestre, aquaticum,
F terrestre, rationale, irrationale. Cum enim vna essentia omnibus subiecta sit, proprietates Impossibile
hæ non faciunt ipsam diuersam, neque quasi ad mutua dissidia pertrahunt: declaratione au
tem notionum tanquam lucem animis nostris imponentes, ad comprehensibilem menti-
bus intelligentiam ducunt. Hic vero proprietatum oppositionem ad essentiam transferens,
hinc impietatis attrahit opportunitatem, tanquam pueros nos cauillationibus vt laruis per-
terrens. Quòd si alia, inquit, est lux præter ingenitum, necessariò compositus deus nobis de-
monstrabitur. Ego autem quid dico? Nisi alia sit lux præter ingenitum, non est possibile ip-
sam, sicut nec ipsum ingenitum de filio prædicari. Intelliget autem quispiam etiam inde si-
gnificationes harum vocum differre, cum lucem habitare dicitur deus, & lucem in-
dui. Nusquam vero dicitur in innascibilitate sua habitare, neque illam deforis sibi circum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uolutam habere(nam hęc risu digna)genitum autem & ingenitum ſpecificæ ac declaratiuæ G
quædam ſunt proprietates. Si enim nihil eſſet quod ſubſtantiam deſignaret, nullo vtique
modo ad intelligentiam noſtram peruenireт.Nam cum vna deitas ſit, impoſſibile eſt pro-
priam notionem patris vel filij capere, niſi proprietatum acceſſione cogitatio noſtra con-
firmata ſit.At vero ad illud quo ait compoſitum demonſtrari deum,niſi pro eodem lux at-
que ingenitum capiantur, illud dicere poſſumus: quod ſi quaſi partem ſubſtantiæ ingeni-
tum caperemus, haberet locum ea ratio qua dicitur compoſitum eſſe quod ex diuerſis con-
ſtat.Si vero ſubſtantiam dei lucem, vel vitam, vel bonum,totum quod eſt, vitam,totum
lucem,totum bonum opinatur: vitam vero innaſcibilitas ſequitur: quomodo non incom-
poſitus eſt,qui ſecundum ſubſtantiam ſimplex eſt? Non enim demonſtratiui proprietatum H
modi,ſimplicitatis eius rationem lædent. Nam ſi ita eſt,omnia quæ de deo dicuntur,cõpo-
ſitum eſſe deum nobis monſtrabunt.Et vt ex his videtur,ſi ſimplicis & impertibilis ſenten-
tiam ſumus conſeruaturi, vel nihil dicemus de deo præter ingenitum, & recuſabimus in-
uiſibilem ipſum nominare, incorruptibilem, inalterabilem, creatorem, iudicem,& cætera
quæ nunc ad glorificandum accipimus: Vel hæc nomina ſuſcipiẽtes quid faciemus? vtrum
omnia ad ſubſtantiam afferentes ponemus? Ergo non compoſitum ſolum, ſed è diſſimili-
bus etiam partibus compoſitum demonſtrabimus, cum aliud atque aliud à quolibet iſto-
rum nominum ſignificetur: An extra ſubſtantiam hæc capiemus? Quamcunque igitur in
his rationem excogitabunt,hanc & ingeniti appellatione ſuſcipiant. Cum autem inanibus I
nugis orationem impleſſet, ſuper omnes qui vnquam conſequi cognitionem dei ſtuduerũt
elatus, quaſi ipſe nouam quandam viam & inauditam quæ ad deum ferat, inueniſſet, &
quam nemo è prioribus perſpexiſſet, demum vt ab ipſa dei doctus ſubſtantia,in filium bla-
ſphemiam induceit. EVNOMIVS. Quoniam cœleſte regnum,inquit, & nullam gene-
rationem ſuſcipiens, his rebus docet,eam mentem quæ cum charitate illud adit, ex naturæ
lege quàm longiſſimè comparationem priorem repellere. BASILIVS. An non pa-
làm oſtendit,quod ipſe ſecretorum reuelatione dignus viſus ſit,cum per charitatem men-
tem ſuam ad deum adduxiſſet? Quapropter à communicatione patris vnigenitum longiſ-
ſimè repellit, nec ad comparationem ipſum ſuſcipi dignum putat. Verum etiam naturæ le- K
gibus à ſubſtantia patris, ſubſtantiam vnigeniti diſterminari ait. Quid ita dicens? quòd
deus omnium nec ſi voluiſſet, potuiſſet ad vnitatem ſubſtantiæ vnigenitum ſuſcipere na-
turæ lege prohibitus,ne illi iungatur,vt pote ſui ipſius quemadmodum apparet,nullam ha-
bens poteſtatem:ſed terminis neceſſitatis ſubiectus. Huiuſmodi enim ſunt, quæ naturæ le-
gibus retenta,abſque voluntate ad id quod naturæ videtur perducuntur.Nam quemadmo-
dum igni,natura non voluntate calefacere ineſt, & neceſſariò frigiditatis non eſt capax na
turæ legibus communicatione ad ipſam priuatus: ſic vult deum ac patrem legibus naturæ
alienam filio habere ſubſtantiam. Atqui naturæ leges non diſſeparationem alterius ab al-
tero,id eſt filij à patre,ac patris à filio,ſed neceſſariam & infractam communicationem fa-
ciunt.Si enim voluntate diceret à deo omnium factum eſſe, ne quenquam habeat conſor- L
tem:neque ſic tamen bonitatis diuinę ratio concederet,veriſimiliter dici patrem non com-
municare ea quæ ſibi adſunt ei qui ex ipſo eſt: attamen conſequenter hæc dicerentur. Na-
turæ autem legibus dicere alienationem eſſe, eius hominis eſt, qui ne ſenſibilium quidem
naturam conſideraverit:per quam non aliena, nec contraria,ſed coniuncta potius, & con-
uenientia gigni ex quolibet conſueuerunt. Rurſum igitur etiam hic non conſpexit dicto-
rum ſuorum ad ſeipſa contradictionem.Nam in præcedentibus cum moleſtè ferret eos qui
patri ſimilem ſecundum ſubſtantiam vnigenitum dicunt,ſic ſcripſit. EVNOM. Princi-
pio autem mihi videntur,qui liberam & omni cauſa ſuperiorem, ac ab omnibus legibus li-
beram ſubſtantiam,cum genitæ ac legibus paternis ſeruienti comparare auſi ſunt, vel nullo M
modo naturam rerum conſideraſſe, vel non mente pura de his rebus iudicium facere.
BASILIVS. Quomodo ergo quæ nulli dominationi ſubiecta eſt,atque omnibus libe-
ra legibus, non liberum nunc habere id oſtenditur, vt nulli poſſit comparari,& naturæ le-
gibus irretita, inuoluntariè à communione ſui genitum depellat,vt propter hoc ipſi quo-
que vnigenito appropinquare non poſſit. Ac inconſonum quidem in iis quæ ab eo dicun-
tur tantum eſt, impium vero admodum eſt,quod nulli quidem dominationi ſubiectam ac
liberam patris ſubſtantiam appellat:ſi tamen nulli dominationi ſubiicitur, quæ naturæ le-
gibus ſubiecta eſt:Seruilem vero è contrario vnigeniti ſubſtantiam cenſet,etiã hinc æqua-

Diuerſitas proprietatũ diuerſitatẽ ſubſtantiæ non arguit.

litatem

A litatem naturæ deſtruens.Nam cum duæ res ſint creatura & deitas, & creatura in ſeruitute
ac obedientia ordinata ſit,deitas autem in principatu & dominatione: qui à filio domina-
tionis dignitatem tollit,& eum in ſeruitutis humilitatem deiicit,nonne per hoc etiam per-
ſpicuum eſt,quod ſe declaret creaturis ipſum connumerare?Nec enim hoc illi decorum, ſi
conſeruis anteponatur.Sed ſi rex atque dominus non concedatur,non imminutione natu-
ræ,ſed bonitate voluntatis obedientiam ſuſcipiens: hoc miſerum, hoc horribile, hoc per-
niciem affert negantibus.Ille vero addit, quòd naturæ legibus ſubſtantia dei obtemperans,
nec comparationem ad aliud ſuſcipit, & nobis largitur vt idoneam & conuenientem ip-
ſius dignitati operationem ipſius intelligamus. Hoc illi dictum eſt, vt vnigenitum à patre
B alienum oſtendat:probat vero rationem noſtram. Nam ſi ſubſtantia dei nobis permittit,
vt conuenientem atque idoneam dignitati ſuæ operationem intelligamus, dignitas quæ-
dam innaſcibilitas eſt (vt Eunomio videtur) id autem ipſum & ſubſtantia eſt, ſecundum
iſtorum rationem: operatio vero dei, vnigenitus, vel operationis imago: & id ſecundum
iſtorum rationem.Quare his contradicere non poſſunt,quamuis multi facerem,ſi blaſphe-
miam iſtam abnegarent:ſed tamen quoniam dixerunt, ex his quæ dixerunt quid ſequatur
colligamus.Nam ſi dignitas dei innaſcibilitas eſt:id autem ipſum etiam ſubſtantia: idonea
vero eſt & conueniens dignitati dei operatio eius, hæc autem eſt Chriſtus ſecundum iſto-
rum opinionem: idoneus ergo & conueniens erit ſubſtantiæ dei. Et horum nihil noſtrum
C eſt. Ipſa enim iſtorum verba componentes, demonſtrationem conteximus. Ad ſubſtan-
tiam,inquit,dei ſequitur dignitas: dignitati proportionata eſt operatio:operationis imago
eſt vnigenitus.Et è conuerſo: Si operationis imago eſt vnigenitus, operatio vero dignita-
tis,& dignitas ſubſtantiæ:vnigenitus imago erit ſubſtantiæ.Sic etiam ipſi ſæpe qui operan-
tur mendacium,rerum perſpicuitate coacti,etiam nolentes veritati atteſtantur.Nam & dę-
mones non euangeliſtarum opus faciebant:ſed cum lucem veritatis non poſſent reſpicere,
clamabant. Scimus quia tu es ſanctus dei. Sed quæ ſequuntur perſpiciamus. EVNOM.
Si enim,inquit,ex creaturis conſiderando,aliquis ad ſubſtantias ducatur, cum ingeniti fa-
cturam filium inueniat, paracletum vero vnigeniti, cum ex vnigeniti exceſſu operationis
D diuerſitatem comprobet, non ambiguam de ea diuerſitate quæ ſecundum ſubſtantiam eſt,
capit demonſtrationem. BASILIVS. Primum igitur quomodo poſſibile eſt è crea-
turis excogitare ſubſtantias,ego quidem non video.Virtutem enim,ſapientiam,artem,ſub-
ſtantiam vero ipſam minimè creaturæ oſtendunt. Nec enim creatoris potentiam neceſſa-
riò aperiunt,cum poſſit aliquando artifex non omnes vires ſuas in operando exponere,ſed
remiſſione ſæpius in operibus vti vi artificij: quod & ſi totam virtutem ad opus cõmoueat,
tamen nec ſic ſubſtantia,quidnam ſit, comprehenditur:ſed vires ipſius per opera menſuran
tur.Quòd ſi propter incompoſitionem ſimplicitatemq; diuinæ naturæ, virtuti cõcurrere o-
pinatur ſubſtantiam,& propter innatam deo bonitatem,totam patris virtutem ad genera-
E tionem filij dicit commotam:totam autem rurſus vnigeniti ad ſubſtantiam ſancti ſpiritus,
vt ex ſpiritu vnigeniti virtus ſimul & ſubſtantia comprehendatur: aduertite quid hinc col-
ligatur. Nam è quibus conatus eſt ſubſtantiæ diſſimilitudinem approbare, ex iis videtur
confirmare ſimilitudinem.Si enim nihil habet commune ad ſubſtantiam virtus,quo pacto
è creaturis,quæ virtutis effectus ſunt,ad comprehenſionem ipſius deductus eſt? Quòd ſi idẽ
eſt virtus & ſubſtantia:quod virtutem deſignat,& ſubſtantiam profectò deſignabit: quare
creaturæ non ad diſſimilitudinem ſubſtantiæ, vt tu dicis, ſed ad ſummam ſimilitudinem
ducunt. Rurſus etiam hæc inductio noſtram magis quàm ipſius rationem comprobat.
Vel enim non habet vnde dictorum ſuorum afferat demonſtrationes: vel ſi è rebus hu-
manis imagines captat, inueniet non ex artificis operibus ad intelligentiam ſubſtantiæ
F nos duci: ſed ex genito eius qui genuit naturam cognoſcere. Non enim ex domo poſſibile
eſt ædificatoris ſubſtantiam comprehendere:ſed ex genitura facile eſt naturam eius qui ge-
nuit intelligere. Quare ſi vnigenitus creatura eſt, non oſtendit nobis patris ſubſtan-
tiam: quod ſi notum per ſeipſum nobis patrem fecit, non creatura, ſed filius & imago
erat vera, & ſubſtantiæ character. Sed hæc huiuſcemodi. Interpoſitio vero blaſphemia-
rum quanta? Nam cum deſpexiſſet eas minas, quas dominus in euangelio in ſpiritum
ſanctum blaſphemantibus terribiles minatus eſt, creaturam eſſe ait ſpiritum ſanctum:
ita vt parum deſit, vt ne animal quidem ipſum eſſe det,cum in animatis vt plurimum hæc
appellatio accommodetur.Non enim quoniam† Dominum quoque ad hanc blaſphemiam

Suſpicor legendum ſpi

 coniunxit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritum sanctum. Ab Eunomio primũ spiritus sanctus creatura dict⁹ est.

coniunxit,minus molestè ferendum est:Nec etiam id impietatis mitigatio,sed condemnationis accessio est : quoniam & dominus blasphemiam in se ipsum bonitate sua remisit, in spiritum vero sanctum ineuitabilem esse audentibus edixit . Primus ergo illorum qui sunt in veritatem inuecti,ex quo prædicatio pietatis denuntiata est,hanc de spiritu vocem emittere ausus est: nullum enim vsque ad hodiernum diem audiuimus creaturam sanctum spiritum dixisse,nisi quod in superstitibus istorum sermonibus hanc appellationem inuenimus. Deinde dicit. EVNO. Si è creaturis subuehatur aliquis ad substantiæ comprehensionẽ, intelliget filium ingeniti esse facturam,vnigeniti vero paracletum. BASILIVS. Alius hic impietatis modus . Dupliciter blasphemat vnico verbo , & sancti spiritus contemptum quasi concessum capiens, hinc ad demonstrandam diminutionem vnigeniti proficiscitur. Et cœli quidem enarrant gloriam dei , spiritus vero sanctus vnigeniti gloriæ minutionem denuntiat.Et dominus cum de paracleto dicat:Ille me glorificabit: ista maledicens lingua, impedimentum esse ipsum filio censet,ne ad patrem comparetur . Quoniam nanque spiritus,inquit,factor est filius (Propitius autem tu domine in his quæ loquimur nobis sis) Hoc vero huiuscemodi est, vt nullum decus addat creatori: propterea nec patri cõparari dignus est : quoniam humilitate eorum quæ fecit , dignitatis æqualitate priuatus est. An peiorem vnquam audistis blasphemiam?Num aliquis ita perspicuè in crimen ineuitabile blasphemã do in spiritum sanctum incidit?Montanus solus tantum in spiritum insaniuit , & nominibus vituperauit humilibus,ac naturam ipsius tantum extenuauit, vt dicat infamiam afferre factori:imò vero & ille humiliter de spiritu dicere cauisset,si tumor animi quo erat permisisset : sed de hoc aliàs . Illud vero cui non patet, quòd nulla filij operatio à patre diuisa est? Nec est aliquid in rebus quod filio insit,& à patre alienum sit.Omnia, inquit, mea tua sunt, & tua mea.Quomodo ergo spiritus causam & originem vnigenito soli attribuit, & ad eius accusandam naturam huius creationem accipit?Si igitur duo principia in oppositum inter se ducens, hæc ait , cum Manichæo & Marcione conteretur . Quòd si ab vna dependere ac prodire omnia putat,quod à filio factum esse dicitur,ad primam refertur causam. Quare & si cuncta producta esse per deum verbum credimus,omnium tamen esse causam deum totius non negauimus. Quo pacto autem diuidere spiritum à deo non habet manifestum periculum?Partim Apostolo coniunctim nobis tradente , & modò Christi spiritum dicente, & modò dei,vbi scribit:Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et rursus: Vos autem non spiritum mũdi accepistis,sed spiritum qui ex deo est. Partim vero domino,quoniam ipse veritas est,spiritum veritatis dicente à patre quoque procedere.At hic in destructionem maiestatis domini nostri Iesu Christi,à patre quidem spiritum remouet,vnigenito vero in maiestatis demolitionem attribuit,non parua vt arbitratur,vituperatione afficiens. Nullam enim prauorum verborum cogitationum⁹ in retributionis die vltionem expectat.

O execranda impietas

Montanus.

Spiritum sanctum ab vtroq; procedere.

L

Basilij magni contra Eunomiũ,

LIBER TERTIVS, QVI EST DE *spiritu sancto.*

BASILIVS.

M

VIx tandem blasphemiis in vnigenitum saturatus, ad spiritum sanctũ transiit,totiq; suæ consentanea voluntati de ipso etiam differit,sic scribens. EVNO. Cum vero hæc de vnigenito sufficiant, reliquum est,vt de paracleto quoq; dicamus:nec opiniones non exquisitas multorum sequemur, sed sanctorum in omnibus doctrinam conseruabimus. A quibus cum dignitate & ordine tertium ipsum didicerimus, tertium quoq; natura esse credidimus. BAS. Quòd igitur non putet oportere in simplici ac secura fide multorum permanere: sed artificiosis quibusdam ac cauillatoriis rationibus,ad id quod sibi videtur veritatem rursus commutet

A mutet , satis verbis suis ostendit . Cum enim contemnat opinionem multorum , qua spiritum sanctum glorificant,sanctorum se simulat conseruare doctrinam , & tacet eos qui ei ipsam tradiderunt:nunc etiam ea ipsa faciens,quæ cum de vnigenito haberet orationem facere demonstratus est.Deinde ait à sanctis didicisse ordine ac dignitate tertium esse spiritum:à se autem ipso credidisse , natura quoque tertium esse . Qui verò illi sancti sint , & in
B quibus sermonibus eam doctrinam fecerint, non potest dicere . Fuit ne vnquam homo sic audax,qui diuinorum dogmatum innouationes induceret:Cur enim necesse est,si dignitate ac ordine tertius est spiritus,natura quoque ipsum tertium esse? Dignitate nanque ipsum secundum esse à filio,pietatis ratio tradit:Natura verò tertia vti,nec à diuinis scripturis do
B cti sumus,nec ex prædictis possibile est consequenter colligi.Nam quemadmodum filius ordine quidem à patre secundus est , quoniam ab illo est : & dignitate , quoniam origo atque causa essendi pater ipsi est,& quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deum patrem:natura vero nullo modo secundus,quoniam in vtroque vna est deitas:Ita videlicet & spiritus sanctus,etsi dignitate & ordine secundus à filio est , non tamen verisimiliter alienæ ipsum esse naturæ inde consequetur.Quod inde patet.Angeli omnes vt appellationis vnius, sic eiusdem etiam sunt naturæ inter se:attamen alij ipsorum gentibus præpositi sunt:alij verò fi-
C delium singulos consequuntur:quanto autem gens vni viro præponenda est , tanto maiorem necesse est angeli qui gentis principatum habeat esse dignitatem,dignitate eorum qui-
C bus singulorum tutela commissa est.Quod verò singulis fidelium adsit angelus vt pædagogus quidam & pastor ad vitam dirigendam, nemo contradicet qui verborum Domini recordatur dicentis:Ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis , quoniam angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei qui in cœlis est. Et Psalmista dicit. Castrametatur angelus Domini in circuitu timentium ipsum.Et angelus qui eruit me à iuuentute mea : & quæcunque talia . Quod verò rursus sint quidam angeli vniuersarum gentium præpositi,Moses nos per canticum docuit:Quando diuidebat altissimus gentes,quando separabat filios Adam , constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum suorum.
D Et sapiens Daniel in visione angeli audiuit ipsum dicentem : quoniam princeps regni Persarum restitit mihi. Et ecce Michaël vnus de principibus primis venit in adiutorium meum,& ego remansi ibi iuxta regem Persarum.Et post pauca idem dicit:Et princeps Græcorum veniebat.Verum etiam princeps exercitus , imperator copiarum Domini dicitur : qui Iesu Naue ad Iordanem manifestatus est . Et rursus , Legiones quædam angelorum dicuntur,Domino discipulis dicente:An putas,quia non possum rogare patrem meum , & exhibebit mihi plusquàm duodecim legiones angelorum ? Princeps igitur exercitus angelorum qui ex legionibus ordinati sunt, palàm, quòd aliorum princeps est . Quorsum hæc oratio? quòd non omnino si quid ordine ac dignitate secundum aut tertium est , id & naturam alteram habet.Nam quemadmodum angelorum alius princeps, alius subditus , & tamen o-
E mnes angeli natura sunt,& in dignitate quædam diuersitas,in natura vero communitas est: (Etenim stella stellæ præstat in gloria , & natura stellarum omnium vna est : Et mansiones multæ apud patrem,id est,dignitatum diuersitates:glorificatorum verò natura vna) sic profectò & spiritus sanctus,dignitate quidem ordinis tertius est . Accepimus enim ipsum tertium à patre & filio numeratum,cum ipse Dominus in traditione salutaris baptismi ordinem tradiderit his verbis:Euntes baptizate in nomine patris & filij & spiritus sancti.In naturam autem tertiam à filio ac patre deiectum spiritum,nullibi audiuimus. Cum enim duæ res dicantur,deitas & creatura,dominatus ac seruitus,sanctificans potentia & quæ sanctificatur,& quæ natura virtutem possidet,& quæ per electionem operatur , qua in parte spiritum ordinabimus?In his quæ sanctificantur?at ipsemet sanctificatio est. An in his quæ ma-
F gnis rebus gestis virtutem adepta sunt ? at bonus natura est.An in seruientibus ? at alij sunt administratorij spiritus,qui ad ministerium mittuntur.Non ergo principalem,natura spiritum, fas est nobis conseruum dicere,nec creaturis connumerare eum qui in diuina & beata trinitate connumeratur.Principatus enim & potestates & omnis creatura talis, quæ ad obtemperandum & diligenter quæ commissa sunt curandum sanctificatæ sunt,non iure naturæ sanctæ dicentur.Appetentes enim bonum,secundum amoris quem ad Deum habẽt proportionem,sanctitatis mensura participant.Et sicuti ferrum quod in medio igni iacet , ferri naturam non amisit:vehementi tamen ignis actione ignitum , cum vniuersam ignis naturam in semetipsum acceperit,& colore,& calore,& actione ad ignem transit:sic sanctæ virtutes

Et genti, & priuato cuique suum est à Deo designatum angelum.

Spiritũ sanctum non esse alienę naturæ à patre & filio , nec creaturam.

Alias spiritũ dici sanctũ, alias creaturam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutes ex communicatione quam cum illo habent, qui natura sanctus est, per totam suam G
subsistentiam receptam, iam quasi innatam sanctificationem habent. Diuersitas verò ipsis à
spiritu sancto hęc est, quòd spiritus natura sanctitas est: illis verò participatione inest sancti-
ficatio. Quibus autem constructum & aliunde bonum præbetur, hæc naturæ sunt transmu-
tabilis. Nec enim aliter Lucifer decidisset, qui mane oritur, nec in terra contritus esset, si rei
peioris natura non esset susceptibilis. Quomodo igitur pium, creaturis spiritum coordina-
re, qui tam magno interuallo à creaturis disseparatus est? Creatura enim ita comparata est,
vt virtutis & diuinæ dilectionis præmium sanctificationem habeat: quoniam natura vtitur
libera, vt ad vtrumlibet possit inclinari, ad electionem scilicet boni & peioris: Spiritus au-
tem sanctus fons est sanctificationis. Et vt natura sanctus est pater, & natura sanctus est fi- H
lius, sic natura sanctus spiritus quoque veritatis. Quapropter præcipua quoque hac appro-
priata sancti appellatione dignꝰ est. Quòd si sanctitas ei natura est, sicuti patri etiam & filio,
quo pacto tertiæ atq; alienæ naturæ est? Hæc propter, vt arbitror, & apud Esaiam, Seraphim
tertio sanctus exclamare conscripta sunt: quoniam in tribus hypostasibus naturalis sancti-
tas perspicitur. Non est autem hoc nomen solum sanctitatis cum patre ac filio ipsi commu-
ne, sed ipsa etiam spiritus appellatio. Spiritus nanque Deus, & adorantes eum in spiritu & ve
ritate adorare oportet. Et Propheta inquit. Spiritus ante faciem nostram Christus Domi-
nus, cui diximus: In vmbra alarum suarum viuemus. Et Apostolus appellationem spiritus in
Dominum refert, cum dicit: Dominus autem spiritus est. Ex his omnibus patet, non naturæ I
alienationem, sed coniunctionem ad patrem & filium per communicationem nominum
ostendi. Bonus Deus & dicitur & est bonus, & spiritus sanctus, non astructam habens bo-
nitatem, sed natura sibi innatam. Vel omnium absurdissimum esset, natura sanctum dicere,
quod bonitatem natura non habeat: sed posterius natam, & deforis sibi allatam. In eo vero
quod dixit Dominus, ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, & ipse paracle-
tus noster esse ostenditur. Quare paracleti quoque appellatio non parum ad demonstratio-
nem maiestatis spiritus sancti confert: Ac nomina quidem talia maiestatem naturæ osten-
dentia: operationes verò spiritus sancti quales? Verbo, inquit, Domini cœli firmati sunt, &
spiritu oris eius omnis virtus eorum. Vt ergo Deus verbum creator cœlorum est, sic spiritus K
sanctus firmam ac stabilem virtutem cœlestibus præbet & potestatibus. Et rursus Iob: Spiri-
tus Domini qui fecit me, non de creatione, vt arbitror, sed de humanæ virtutis perfectione,
dicens. Esaias verò ex persona Domini videlicet secundum humanitatem eius: Dominus
inquit misit me, & spiritus eius. Et Psalmista rursus, per vniuersa pertrãsire, spiritus virtutem
probans: Quò ibo, inquit, à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Beneficentiæ verò ab ipso
ad nos peruenientes, quales & quantæ sunt? Sicut ipse Dominus dedit potestatem suscipien
tibus se filios Dei fieri: sic & spiritus sanctus, spiritus adoptionis est. Et sicut magister verus
est Dominus noster: secundum quod dicitur: Vos autem nolite vocare magistrum vobis in
terra: vnus enim magister vester est Christus. Sic & spiritus sanctus omnes docet, qui in no
mine Domini crediderint, vt ab ipso Domino testimonium perhibetur dicente: Paracletus L
autem spiritus sanctus quem mittet pater meus, ille vos docebit omnia. Et quemadmodum
diuidere operationes in eos qui digni sunt susceptione operationum, pater dicitur: & diui-
dere ministrationes filius in dignitatibus ministerij: sic & spiritus sanctus diuidere gratias
in eos qui ad susciendum illas digni sunt, probatur. Diuisiones enim gratiarum sunt, idem
autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones o-
perationum sunt, & idem Deus est, qui operatur omnia in omnibus. Vides quomodo hic
quoque spiritus sancti operatio, operationi patris ac filij coniuncta est. Deinde ex eo etiam
quod sequitur, magis diuinitas naturæ sancti spiritus aperitur. Quid enim ait? Hæc autem
omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult: nihil aliud quàm au M
toris & Domini potestatem ipsi attestatur. Quapropter in nouo testamento Prophetæ cla-
mârunt. Hæc dicit spiritus sanctus. Inuestigatio autem profunditatum Dei, vnde spiritui a-
dest? Sicut enim, inquit, nemo scit hominum ea quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui
est in eo: sic & ea quæ sunt Dei, nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Nam quemadmodum ne-
mo alienus ac peregrinus intrinsecas potest animæ cogitationes inspicere: eodem scilicet
modo, si quid cum Deo in secretis ipsius communicat, non alienum nec peregrinum ab eo,
profunditates iudiciorum ipsius inuestigare potest. Præterea & vita nobis à Deo per Chri-
stum in sancto spiritu præbetur. Viuificat enim deus. Vnde ait Paulus, Præcipio tibi coram
Deo, qui

Spiritus & sancti nomẽ patri & filio quoque reperiri commune.

Spiritus paracletus.

Donorum dispensator spiritus.

Inuestigapor profuntitatum dei

Spiritus viuificans.

A Deo, qui viuificat omnia. Vitam autem præstat & Christus: Oues enim, inquit, meæ vocem
meam audiunt, & ego vitam æternam do illis. Viuificamur autem & per spiritum, vt inquit
Paulus: Qui excitauit Christum ẽ mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora vestra, pro-
pter inhabitantem spiritum sanctum in vobis. Verum hic qui audet omnia, qui periculum
quod impendet audentibus verbum aliquod blasphemum in spiritum sanctum emittere, nõ
expauescit, sed expertem ipsum deitatis censet, sic de eo scribens. EVNOM. Tertius &
natura & ordine patris imperio, operatione verò filij factus, tertio loco honoratus, vt pri-
mus & maior omnibus: & solus talis vnigeniti factura, deitate ac creatiua potentia carens.
BAS. Qui hoc dicit, nec deitatem in nobis esse credidisse videtur, cum de Deo Ioannes di
B cat: Ex hoc scimus, quod in nobis est ex spiritu quem dedit nobis. Et Apostolꝰ: Nescitis quòd
templum Dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Et rursus: In quo omnis ædificatio con-
structa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitacu-
lum Dei, in spiritu sancto. Si ergo in nobis Deus habitare dicitur per spiritum, quomodo nõ
est aperta impietas, expertem deitatis ipsum spiritum dicere? Et si Deos nominamus eos qui
per virtutem perfecti sunt, perfectio autem est per spiritũ: quomodo qui & alios effecit deos
priuatus ipse deitate est? Non est igitur pium, vt in hominibus, sic & in spiritu per participa-
tionem & honorem, ac non natura esse deitatem putare. Qui enim gratia diuinus efficitur,
mutabilis est naturæ, nonnunquam per negligentiam ex bonitate excidentis: id autem ba-
C ptismi salutaris traditioni apertè repugnat. Euntes, inquit, baptizate in nomine patris & fi-
lij & spiritus sancti. Baptismus enim est sigillum fidei, fides verò deitatis confessio (Nam cre
dere prius oportet, ac postea baptismate designari) baptismus vero noster est secundum tra-
ditionem Domini: In nomine patris & filij & spiritus sancti, nec creatura existentis, nec ser-
uili ratione cum patre ac filio connumerati, vt deitas in trinitate compleatur: quod autem
extra hanc est, totum conseruum est, etiam si maximè dignitatis excessibus alia aliis in ho-
norem præponantur. Nec mihi rursus hæc dicta incutias: Si creatura non est, ergo genitura
vel ingenitus: Sed non ingenitus: vnus enim absque principio Deus est ingenitus: nec geni-
tura. Restat ergo creaturam ac facturam ipsum nominari. Verum ego si cuncta putarem no
D stra cognitione posse comprehendi, vererer forte ignorantiam confiteri: sed quoniam infini
ta, non ex his solum quæ in futuro seculo præparata sunt, nec eorum quę nunc in cœlis sunt,
abdita esse, verumetiam eorum quæ cor pori nostro insunt, non esse veram ac absque cõtra-
dictione comprehensionem, haud sum nescius: vt puta de visu, vtrum imagines rerum visi-
bilium suscipientes, sic obiecta comprehendamus: & quomodo maximorum montium, ac
inexpleti ac infiniti maris, & ad hæc cœli ipsius imago breui mensura pupillæ nostræ conti-
neatur: an à nobis aliquid emittatur, quo visibilibus appropinquato sic sensum de ipsis capia
mus: & quid id sit & quantum, vt terræ ac mari sufficiat explicatum, & spatium quod inter
terram ac cœlum est, pertranseat: & ad ipsum cœlum perueniat, tanta celeritate motum, vt
E æquali tempore circumadiacens corpus & stellæ quæ in cœlo sunt cognoscantur. Et quid o-
portet reliqua dicere? Ipsas mentis motiones, vtrum creare vel generare nata sit anima, quis
cum certitudine dicat? Cum igitur hęc ita se habeant, cur mirum si de spiritu quoque sancto
absque rubore ignorantiam confiteamur? Reddere tamen oportet ei glorificationem, quæ
sine contradictione per testimonium ipsi debetur. Quod enim super creaturam sit, satis no-
bis ea quæ per scripturam tradita sunt, demonstrant: Verum quia impossibile est vt sanctifi-
cans cum sanctificatis, docens cum doctis, reuelans & quæ reuelatione indigẽt eiusdem sint
naturæ: ac nullus sic omnino impudens est, vt audeat alium præter Deum omnium ingeni-
tum appellare: nec tamen etiam filium, cum vnus sit vnigenitus: Quid igitur ipsum dicere
oportet spiritum sanctum, spiritum Dei, spiritum veritatis missum à Deo, per filium præbi- F
tum? non seruum sed sanctum, bonum, principalem, viuificantem, spiritum adoptionis, spi-
ritum omnia scientem quæ Dei sunt. Sic enim etiam in trinitate vnitatis ratio conseruabi-
tur: si vnum patrem profiteamur, & vnum filium, & vnum spiritum sanctum. Afferũt verò
demonstrationes, quod creatura dictus sit spiritus sanctus: Vnam ex Propheta dicente: Qui
firmans est tonitruum & creans spiritum: Alterum ex Euangelio, quòd omnia per ipsum fa-
cta sunt. Nos autem propheticum dictum, non in spiritum sanctum, sed in communem hũc
flatum aëris scilicet spiritum credimus fieri. Quod inde patet: Non enim dixit: Qui creauit
spiritum, sed creans spiritum. Nam sicut tonitruum non in subsistẽtia quadam corporali se-
mel creatum est, sed semper per voluntatem Dei, ad timorem hominum productum fieri &
dissolui

Spiritus san cti attributa

Universidad de Deusto
Biblioteca

dissolui solet:sic & spiritus tunc quidem fit,cum aër tanquam fluuius fluitat:rursus vero ces G
sat,cum quod prius mouebatur quiescit secundum voluntatem eius,qui omnia ad conser-
uationem & constructionem totius dispensat:vt per omnem creaturam & tonitruis & ven-
tis,ac reliquis operibus creator annuntietur.Quapropter postea quàm dixit:Qui firmãs est
tonitruum,& creans spiritum,inquit,& annuntians hominibus Christum eius.Sicut enim
cœli enarrant gloriam Dei, iis qui possunt ex ipsis de creatoris arte cogitare:sic & soni toni-
truum & spirituum motus creatorem prædicant suum.Et hæc forte Prophetia est humani-
tatem Domini concernens: Cum vox è cœlo fieret, tonitruum his qui audiebant, visa est:
quam Deus & pater idcirco emisit,vt per ipsam Christum hominibus annuntiaret. Spiri-
tus autem moti qui mare conturbârunt, deinde cessârunt iussu Domini, liquidò etiam ipsis H
hominibus Christum Dei annuntiârunt.At verò quod omnia per ipsum facta sunt:nequa-
quam creatum esse spiritum sanctum nobis ostendit, quod omnibus spiritus connumere-
tur.Nam si vnus est spiritus sanctus & solus, quomodo qui singularis cuiusdam naturæ est
vna cum omnibus comprehendi potest:Et nemo putet contemptum esse subsistẽtiæ, si quis
neget quòd spiritus creatura sit.Nam piæ mentis est,quæ à scripturis sanctis reticentur,ea ti
mere de spiritu sancto dicere:credere autem,peritiam & veram comprehensionem in futu
ris seculis nobis futuram,cum transierimus tempus hoc in quo per speculum & ænigma ve
ritas videtur,visum,& visionem quæ ad faciem est,consequuti fuerimus,in Christo Iesu do
mino nostro,cui sit cum patre gloria & spiritui sancto,nunc & in secula, Amen. I

PROLOGVS LIBRI QVARTI.

IN tribus superioribus libris magnus Basilius firmiores Eunomij locos ut confutaret, sibi proposuit:uerũ quoniam etiam à scriptura multa ille afferebat,quibus malè explanatis quod intendebat approbabat,seor sum de ipsis in hoc quarto beatus Basilius tractat.Quod quidem in secundo ipse significauit. Nam cum de illo Salomonis,Dominus creauit me ab aliis producto,rationem reddidisset:latius se de hoc ac de aliis scriptu ræ male ab illis acceptis,in proprio loco dicturum pollicitus est:quod in hoc quarto facit.Verum ad hæc syl- logismis etiam quibusdam utitur,qui eo difficiliores intellectu uidentur,quo propositiones rationesque Euno K
mianorum nobis ignotiores sunt.Capit enim plerunque eadem ipsa quibus illi firmiorem suam positionem pu- tabant:& sic uel aduersus eos concludit,uel ad inconuenientes eos impellit. Hæc in hoc loco præfari breuiter placuit,ne quis miretur,cum uideat sine rerum ordine librum hunc esse conscriptum. Est enim ordo huius non rebus,sed dispositioni Eunomianæ orationis accommodatus. Intercisus præterea uidetur, & non continuus, quoniam,ut diximus,continua oratione firmissimos ipsius locos tribus superioribus confutauit:hoc quarto lo- cos scripturæ malè ab ipsis intellectos rectè accipiendos docet,& propositionibus eorum quibus illi tanquam maximis utebantur,diligentissimè se opponit,quamuis in nonnullis interpositæ inscriptiones se iungere con- iuncta uideantur.Hæc præfatos esse sufficiat:nunc ipsum audiamus.

L

Basilij magni contra Eunomianos LIBER QVARTVS SVPER iis quæ ex nouo ac uetere testamento, aduersus filij diuinitatem Eunomiani calumniantur.

SI filius natura Deus est,Deus verò natura etiam pater:non aliter filius M
Deus est,aliter pater,sed similiter.Sin verò filius non natura deus est,
dicitur deus & non est,vt qui dij falsò dicti sunt.Si filius vnus domi-
nus est natura, Dominus verò & pater natura, palàm quòd non alia
natura.Et si pater vnus deus dicitur,deus inde & filius, nõ alia sed ea-
dem natura.Si vnus dominus natura, cum multi positione appellen-
tur,& vnus filius natura,cum multi filij nominentur. Quod positio-
ne est,ad imitationem eius quod natura est dicitur: nihil enim posi-
tione dicitur non antecedente eo quod natura est. Si ergo nos filij
Dei sumus positione, necesse est natura filium antecedere. Verè imposita nomina, eo-
rum sub-

A rum substantiæ quorum sunt nomina, notæ sunt: Dominus autem & deus verè tam pater
quam filius:eadem ergo est subsistãtia sicut & eadem nomina sunt. Si vnigenitum esse gene-
rationis non est,sed quia incomparabilis,vnigenitus etiam pater: incõparabilis enim & om
nis creatura non similis alij vnigenita:multi ergo vnigeniti & non vnus filius dei. Quòd si
filius non simpleiter vnigenitus, sed filius vnigenitus, & à patre vnigenitus filius, &
vnigenitus est, & non vnigenita creatura. Si secundum participationem & concessionem
patris creator est filius,& non natura,nihil eorum quæ ab eo creata sunt, secundum naturã
est.Quorum enim secundum naturam creator non est, hæc quomodo secundum naturam
sunt? Si deus ita operatur, vt nullus alius, etiam cum generat, vt nullus alius generabit,
B Deus enim ad omnia & per omnia incomparabilis est.Quod fit, non est ex substantia eius
qui facit:quod autem generatur,ex ipsa substantia est eius qui generat:non ergo idem est fa
cere & generare.Si ex deo est filius,non sicut ex patre,sed alio modo: causa vero etiam no-
stri vt simus deus est:ab ipso enim sunt omnia:non aliter filij pater est,aliter nostri,sed simi
liter:quod absurdum est.Si nihil simile & æquale deo est præter filium,nihil eorum quę per
similitudinem ipsi accommodantur, similiter omnino atque æqualiter dicetur: super om-
nia enim deus. Quod in forma dei est, in substantia dei est, (non enim aliud forma, aliud
substantia dei,ne compositus sit) qui ergo in forma æqualis est, & in substantia æqualis est.
Si genitus minor est eo qui genuit,non est culpa geniti, sed genitoris imbecillitas. Si pater
C ante filium erat,cuiusdam alterius necessariò pater erat: nam absque filio pater non dicere-
tur:Si quis filium secundum substantiam cognouit,cognouit etiam patrem.Si enim me co
gnosceretis, inquit, & patrem meum vtiq; cognosceretis: consubstantialis ergo patri filius
est.Nullum enim incorporeum per dissimilem substantiã cognosci potest.Si credere Chri-
stum filium dei,vitam æternam affert:necessariò non credere,mortem affert. Quorum eæ-
dem sunt operationes,eorum est substantia vna:operatio vero patris & filij vna est:vt illud:
Faciamus hominem. Et rursum: Quæcunque enim pater facit, hæc & filius similiter facit:
vna ergo est substãtia patris & filij. Si cognitio patris & filij vita æterna est: necesse est eius-
dem patrẽ & filiũ esse substantiæ. Quæ enim diuersæ substantiæ sunt, vna cognitione non
D comprehenduntur,nec similiter viuificare possunt.Si patris imago verè filius est: omnis au
tem imago vel substantiæ vel formæ vel figuræ vel speciei & coloris imago est:Deus autem
nihil horum præter quàm substantia est:filius ergo cum substantiæ imago sit, consubstan-
tialis patri est. Si pater in omnibus incomparabilis ad filium est, in omnibus autem & ad
creaturam,non aliter ad filium aliter ad creaturam,sed similiter:non ergo dissimilis solum
patri filius,verumetiam creaturæ similis: quod quomodo nõ absurdum? Si enim creaturam
asserũt filium, & non vt vnum é creaturis asserunt:cur cum nos genituram dicimus, vt vnũ
ex genituris intelligunt? Si deus nõ generat ne fluxum patiatur,nec creabit ne laboret: quod
si creat absque passione,multo magis sine passione generabit. Si omnis lucis splendor gene
E ratur quidem ex luce,non vero aliquando,sed sine tempore & coæternaliter illi (non est e-
nim lux sine splendore)Filius etiam cum splendor sit,non aliquando erit,sed coęternaliter.
Lux enim est deus,vt Dauid inquit:In lumine tuo videbimus lumen. & Daniel: Lux cum
ipso est.Si genitura secundum eos substantia est,sicut & ingenitum:filius vero dei genitura
est:ergo & substantia dei est.Si voluntate & non natura deus filium genuit, vel eum semel
voluit,inuitus in posterum est:vel & rursus voluit & rursus etiam genuit. Quòd si non vna
est voluntas ipsius sed diuersæ, nec ipse simplex est nec vnus creator,sed sicut vult etiam fa
cit.Si deus non generat,non generat profectò, vel quoniam non potest, vel quoniam non
vult:sed si non potest,minor est quàm generans & perfecta natura, cum ad hoc etiam im-
F becillitas ipsi insit.Quod si potest & noluit,quod natura habet voluntate retinuit. Quare &
si nondum genuit,tamen cum aliquando voluerit generabit. Si aliquando non erat filius,
ipsum aliquando post genitorem erit,& ante genitum:non ergo solo excepto patre ante o-
mnia filius est:verumetiam post illud aliquãdo esse inuenietur.Cum nos asseramus patrem
esse semper,necesse est etiam filium esse semper. Illi dicunt ergo quoniam & filius semper,
creator & creatura erit semper, & sic patri & filio coæterna erit creatura. Atqui creatorem
qui dicit,non simul creaturam quoque dicit, nec enim vnà cum ædificatore ædificium est,
nec simul cum nauiculario nauis,nam creatio in creatore est, quod vero creatum est, post
creatorem,patrem autem dicere impossibile est,nisi sit filius, qui & patrem dixit, nõ solum
patrem, sed alicuius patrem dixit. Deus dominus, omnitenens, sabaoth, qui est, Adonai,
Heloi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heloi,appellatur deus in ſcripturis: ingenitus vero nuſquam . Quòd ſi quis id etiam dabit, G
ingenitus & cætera huiuſmodi nomina aptè à Iudæis ac reliquis omnibus dicentur.A chriſtianis vero ſolis pater Chriſti diceretur . Si ergo quod ſolum à cæteris nos ſeparat , falſum eſt,& non verum eſt,& nomen poſitum non res per naturam: falſa eſt fides noſtra, ſpes vana.Nam cuius rei principium infirmum eſt,& finis infirmus eſt.Rurſus interrogãt,an cum ſit,natus eſt filius,an cum non ſit:ita cum obſcura & maligna ſit eorum interrogatio:veren tur enim quando & in quo tempore interrogare:cum ſic dicere ſolent, interroga eos è contrario, An deus cum ſit pater,filium genuit,an cum non ſit pater.Si enim pater cum ſit , ens entem genuit: Si autem cum non ſit,factus & non natura pater.Omnem autem contentionem ipſorum diuinæ ſcripturæ excludunt,cum Moſes quidem clamet de filio : Qui eſt, me H
miſit.Et euangeliſta:In principio erat verbum.Nec ſemel dicit erat,ſed quater.Et rurſum ali bi:Qui eſt ex deo,qui eſt in ſinu patris.Et in aliis,qui eſt in cœlo. Et in Apocalypſi : Qui eſt, qui erat,& qui venturus eſt.Et Paulus:Qui cum ſit ſplendor gloriæ,& in forma dei. Et rurſus.Qui ſuper omnia deus eſt benedictus.Si filius verus eſt deus,& lux,& incommutabilis, & bonus,& ſanctus,& dominus:hæc autem & pater cum ſit,non ſimiliter eſt,ſed magis:nõ ſubſtantiæ exceſſu,ſed qualitatis præſtantia.Subſtantia enim magis quàm ſubſtantia non di citur,ſed qualitas qualitate: homo enim homine magis non dicitur:bonus autem bono , & iuſtus iuſto.Omnium quæ genita ſunt,eadem cum genitore natura eſt,quanuis genitus alio
modo habeat eſſe.Nec Abel,qui coitione natus eſt,aliud præter Adam eſt:cum Adam plaſ- I
matus,non natus ſit.Si cauſa cauſato maior eſt, & ſecundum ſubſtantiam differens : omnis vero pater cauſa, & omnis filius cauſatus:maiores & ſecundum ſubſtantiam differentes , & filiis patres ſunt,& non eiuſdem ſubſtantiæ:quod verum non eſt.Interrogãt,ſi cum pater filium genuerit,à generando ceſſauit:& ſi habebunt quod ceſſauerit,afferunt,ergo & generare incepit.Omne enim quod finem habet,& principium habet: non erat ergo ſemper filius. Dicamus , ſi id quod ceſſat eſſe neceſſariò, & principium habet : & quod principium habet, neceſſario ceſſat:Angeli & cuncta incorporea cum principium eſſendi habeant , neceſſariò & finem eſſendi habebunt:quod abſurdum eſt.Quare poſſibile eſt,& quod incepit,eſſe non ceſſare: & quod ceſſabit, non incepiſſe.Quòd ſi ita non eſt,& ipſe filius cum principium eſ- K
ſendi habeat,finem etiam ſecundum ipſos neceſſario habebit:quoniam omne quod princi-
Pater & filius quomodo ſunt vnũ pium habet,& finem habere volunt.Quod quomodo blaſphemia non eſt?Preſcientia quoque dei cum non habeat principium, poſtea quàm ea facta ſunt quæ præſciuit,finem habet. Non itaq; quod finem habet,id etiam neceſſariò principium habet. Vnum in rebus incorporeis,vel operatione,vel voluntate,vel ſubſtantia dicitur. Cum igitur ſaluator dixerit : Ego & pater vnum ſumus:ſecundum aliquid iſtorum dixit . Si ergo operatione dicunt , neceſſe eſt & ſubſtantiam dicere:quorum enim vna ſubſtantia non eſt , eorum non eſt vna operatio.Quod ſi voluntate vnum, non ſolum quæcunque pater velit, ea neceſſe eſt & filiũ velle: ſed quæcunque etiam filius velit , ea neceſſe eſt & patrem velle.Iubebit igitur & filius patri L
de quibus vult quoniam & ipſi iubetur,coactus & nolẽs miniſtrat: quod ſic nec operatione, nec voluntate , ſecundum ipſos relinquitur vnum eſſe ſubſtantia , id eſt conſubſtantialem eſſe filium patri.

Quod nomen ingenitus,modum eſſendi non ſubſtantiam ſignificat.

Si ingenitum eſſe ſubſtantia eſt,& genitum eſſe ſubſtantia.Ac ideo non conſubſtantialis eſt pater filio:neceſſariò genitura omnis vnitus ſubſtantiæ eſt:omnes ergo genituræ filio dei conſubſtantiales ſunt:quod quomodo blaſphemia non eſt?Si innaſcibilitas ad naſcibilitatem filij ex oppoſito diſtincta, alia ſubſtantia eſt:& increatũ eſſe ad creatum eſſe ex oppoſito diſtinctum,alia ſubſtãtia eſt: erit ergo & innaſcibilitas ſub- M
ſtantia,& increatum eſſe ſubſtantia,quare deus duæ non vna ſubſtantia eſt. Et ad hæc omnis creatura erit ſubſtãtia vna,quod falſum eſt.Vna enim creatura eſt,diuerſæ vero ſubſtantiæ.Sic autem & incommutabilitas ipſius,& abſque principio eſſe,multaq; huiuſmodi, ſubſtantia erunt.Si enim ingenitum quis patrem,& genitum filium dicat,ſubſtantiam ſignificat,cum modum ſubſtantiæ ipſorum voluerit quis dicere,quonam modo aliter quam ſic dicere potuerit?Quare innaſcibilitas ſubſtantiæ modus,non ſubſtantiæ nomen eſt. Si quæ diuerſimodè ſunt, diuerſam ſubſtantiam habent,homines inter ſe conſubſtantiales non ſunt. Nam alio Adam de terra plaſmatus,alio Eua ex coſta facta,alio Abel,ex coitione enim:alio modo qui ex maria ſola virgine natus eſt.Eodem modo in volatilibus & quadrupedibus.Si

ingenitus

A ingenitus pater, quoniam natus non eſt:filius vero genitus, quoniam natus : poſterior genito ingenitus eſt.Non enim habebat ad cuius diſtinctionem ingenitus diceretur. Nã non eorum quæ non ſunt,ſed eorum quæ ſunt,diſtinctiones ſunt. Si deus erat aliquando cũ non erat pater:factus pater,aſſumpſit vt eſſet pater:quare deus quidem ingenitus : factus autem pater : ingenitus ergo & genitus,idem, cum ſit ſimplex.Si impoſſibile poſſibili contrarium eſt,& ſapienti inſipiens,& quandocunque ex oppoſito inter ſe diuiduntur: etiam innaſcibilitas naſcibilitati contraria eſt.Quare ſi modus ſubſiſtentiæ innaſcibilitas non eſt , ſed ſubſtantia:pater filio ſecundum ſubſtantiam contrarius erit.Si creatura & non genitura filius,
& cuncta quæ ſunt,creaturæ ſunt:pater fruſtra ingenitus dicitur , cum nullo modo genitus
B ſit,ad cuius diſtinctionem nominetur ingenitus. Commodius igitur increatus,quàm ingenitus diceretur.Si innaſcibilitas nomen eſt,ſubſtantia non eſt:nomina enim,ſubſtantiarum ſignificatiua ſunt,ipſa ſubſtantia non ſunt.Quod ſi ipſa innaſcibilitas ſubſtantia eſt , dicant nomen eius : non enim ex ſubſtantiis, ſed è nominibus & operationibus cognoſcimus , & præſertim incorporalia.Si innaſcibilitas ſubſtantiæ dei nomen eſt, vel cum ſubſtantiã propriam deus cognoſcat,nomen ſubſtantiæ ignorauit: vel cum etiam nomen ſciret,audientes decepit.Dominus enim inquit,omnitenens nomen meum.Et à Moſe quod ſibi nomen interrogatus:Ego ſum qui ſum,inquit.Et rurſum:Deus Abraham,Deus Iſaac, & deus Iacob: hoc mihi nomen æternum.Et Dauid : Dominus nomen tibi. Ingenitus autem nomen nec ipſe ſibi,nec quiſpiam ſanctorum dixit . Quòd ſi nec decepit,nec ignorauit, (impium enim
C eſt aliquid tale dicere)ingenitus ei nomen non eſt.Ingenitus vel ſubſtantia vel accidens eſt. Nam præter hæc nihil eſt.Sed ſubſtantia non eſt,quoniam nec quod ex oppoſito diſtinguitur : genitus enim filius non ſecundum quod ſubſtantia eſt , ſed ſecundum quod natus eſt. Quòd ſi accidens, vel innatum , vel contingens eſſe & non eſſe.Sed ſi innatum eſt, neceſſe eſt deum & ſubſtantiam & accidens eſſe.Ex neceſſitate nanque talia accidunt,quibus accidunt . Quòd ſi contingenter , erit & ingenitus aliquando & genitus. Si ingenitum dicunt deum quoniam natus non eſt,non quid eſt ſubſtantia eius dicunt , ſed quid non eſt : nulla vero ſubſtantia ex quibus non eſt cognoſcitur,ſed ex quibus eſt . Nam & immortalis & in-
corruptibilis & incommutabilis non ſubſtantiam eius:ſed quod nec moriatur,nec corrum-
D patur,nec commutetur,vt creaturæ ſignificat:quare quid deus ſit doceant, non quid nõ ſit. Si ingenitus non ſubſtantiæ nomen eſt,ſed ipſum ſubſtantia : cum & filius ſubſtantia ſit,& ipſe ingenitus ſubſtantia eſt,& omnis ſubſtantia ingenita eſt. Si ingenitum ſubſtãtia dei eſt, & genitum ſubſtantia filij:creatura ergo vel factura non eſt ſubſtantia eius:vna enim & nõ multæ ſubſtantiæ filius.Cum quis hominem vel lapidem vel lignum dicit,ſubſtantiã quandam ſignificat:cum vero genituram dicit,non ſimpliciter ſubſtantiam ſignificat,eſſet enim omnis genitura vna ſubſtantia . Quòd ſi genitura non eſt ſubſtantiæ cuiuſdam ſignificatiuum,nec ingenitus.Si deus ingenitus eſt,quoniam natus nõ eſt: ſic & incorruptibilis, quo-
niam non corrumpitur. Sic enim incorruptibile non habiturum finem ſignificat, ſic & in-
E genitum quod ſit ſine principio.Quòd ſi ingenitus quidem,non incorruptibilis autem, erit ſine principio,ſed non ſine fine,quod abſurdum eſt.Non eſt ergo ingenitum ſubſtantia, ſed ſignificatio quod natũs non ſit.Si pater natura ingenitus, filius quoq; natura genitus. Quòd ſi natura genitus eſt:creatura non eſt:cum ergo ſit natura genitus,& cum qui genuit eſſe neceſſe eſt,genitura enim ſine genitore non erit : dicant ergo quis genuit ſi pater non genuit. Si deus ſubſtantia eſt ingenita,& Chriſtus ſubſtantia genita,& paracletus creatura ſubſtantia, pater & filius & ſpiritus ſanctus nomina ſolum ſunt ſine ſubſtantiis : Baptizent ergo in ingenito & genito & creato . Res enim nominibus potiores: & ea quæ ſunt iis quæ dicun-
F tur,ad operationem vtiliora.Si pater,inquiunt,ingenitus,genitusvero filius,non ſunt eiuſdem ſubſtantiæ.Nam ingenitus & genitus non erunt vnius ſubſtantiæ. At nos hæc non dicimus ſubſtantias,verum nomina ſubſtantiam cuiuſlibet eorum ſignificantia : nihil autem prohibet diuerſorum nominum vnam eſſe ſubſtantiam : ſicut nec contrarium diuerſarum in creatura ſubſtantiarum nomen vnum.Si conſubſtantialis,inquiunt,filius patri,pater vero ingenitus,filius autem genitus: eadem ergo ſubſtantia ingenita & genita. Sed non dicimus patris partem eſſe filium , vt diuiſa ſubſtantia ingenita & genita ſit. Verum totum ex toto genitum ex genito,perfecta duo,non partes duas ex aliquo vno.Si ſaluator in nomine patris venit,vt ipſe dicit:Ego veni in nomine patris mei:omnia quæ de patre dicũtur, ea de filio quoque dicuntur.Quare dicetur etiã ingenitus ſi hoc quoq; patris nomen eſt.Si nomen

ingenitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingenitus patri honori est, similiter vero & filium honorare oportet, secundum vocem ipsius qua dicitur, vt omnes honorent filium sicut honorant patrem: necesse est & filium ingenitum dicere, vt vnus patris & filij honor seruetur. Si filius patris nomẽ manifestauit, vt ipse dicit: Manifestaui nomen tuum hominibus, proprium autem substãtiæ eius ingenitus est: monstrent vbi saluator ipsum ingenitum nominauit? Si deus omnibus maior est, vtrũ substantia maior est: an quoniam causa est omnium, cum ipse à nullo sit? Nam si in quantũ substantia, omnis ergo substantia maior omnibus est: sui autem inquantum ingenitus: non ergo idem substantia & ingenitus. Si ingenitus aliquid est, & immortale, & sine fine, & inægrotabile, & insenescens aliquid: ergo eo quòd ingenitus est excedet omnibus: secundũ cætera vero idem cum angelis, spiritibus, & animis. Nam & hæc immortalia sunt, & sine fine. Quod si non iis excedit quæ non est, sed iis quæ est: nec enim homo quã irrationale melior, eo quòd non est inanimis & insensibilis: nam hæc etiam irrationale: sed eo quòd est rationalis: sic igitur & deus, non quoniam ingenitus, sed quoniam omnium est causa, maior est. Si ex opposito distinguitur ingenitus genito: ingenitus autem simplex substantia, secũdum quod incommutabilis quoque, & immortalis, & infiguratus est, & cætera huiusmodi, distinguetur à genito. Nam si aliquo istorum distinguitur, & reliquis non distinguitur, compositus est & non simplex. Si qui cognouit deum esse ingenitum, quidnam est deus penitus cognouit: maius autem nihil est quàm deum secundum naturam suam cognoscere: nam hæc est æterna vita, qui nos docuit ingenitum esse deum, maior iis rebus inuenitur, quas deus amantibus eum præparauit. Ex illis enim nihil possibile est hominem cognoscere: quoniam neque oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: ingenitus vero nomen etiam peccatores audiuerunt. Quòd ergo maius est, id vel per se vel per alium deus peccatores docuit: quod minus & nihil ad vitam confert, id iustis conseruauit: quod quomodo non inconueniens. Ingenitum esse nec diffinitio, nec propriũ dei est: hæc enim cum illis cõuertuntur, quorum diffinitio vel proprium sunt. Si quid enim est animal rationale & mortale, mentis & disciplinæ capax, hoc est & homo: & si quid homo, hoc & illud. Propriũ vero hominis risibile: & si quid risibile, id est homo. Ingenitum autem si quis cõcedet de solo deo dici, non statim si quid deus, id est ingenitum. Nam filius cum sit deus, ingenitus non est. Nec diffinitio igitur nec proprium dei est, ingenitum esse: non enim conuertitur.

Quod filius creatura non est.

SI filius creatura dei est, omnis vero creatura creatoris serua, Christus dei seruus est & non filius. Non ergo suscepit formam serui cum esset dominus, sed erat seruus. Factura factori in eadem virtute non communicat: nihil ergo commune patri cũ filio: nec creatura ipsa, si factura & non genitura, filius est. Si genitura filius non vt cæterarum geniturarum aliqua: omnis autem genitura creatura: non igitur creatura filius, quoniam non est genitura vt cætera. Si alia deus creare non poterat præter vnicum filium, quoniã naturæ suę non conuenit: nec filius multa creabit, sed vnum quid. Si minora creãtur à minore, maiora vero à maiore, per multos ergo sunt creaturæ: non enim omnes æquales. Si creatiuus est deus natura: non vnius erit, sed multorum. Nam vel imbecillitate multa nõ creat, vel inuidia vel liuore. Si patris virtus per filium creauit, pater creator est nõ filius: sicut & instrumentũ non est artifex. Quare non est inconueniens patri accreare quæ à filio creantur. Si creaturarum creationẽ per se facere deus erubuit, nec glorificari ab illis sustinebit. Nã quę facere erubescebat, ea cũ facta sint, propria putare nolet. Si idẽ creare & generare in deo, quoniam simplex est: idem etiam erit seruare & perdere, viuificare & interficere: quod si idẽ est, salus ergo pariter & perditio & mors & vita idem. Si Christus dei virtus & sapiẽtia est, hæc autem increata & cœterna deo (non enim erat quando erat insipiens & absq; virtute) increatus & cœternus Christus est deo. Si vero in quantũ operatio, virtus ac sapientia dei dicitur, & nos virtus ac sapientia domini sicut ipse dei diceremur: quod inconueniens est. Si filius æternus deus non est, erit necessario recens: & si verus non est, erit falsus: si non natura, erit positione. Impiorum autem est recentes & falsos ac non natura deos colere. Non erit enim tibi, inquit, deus recens? Et Paulus: Sed tunc quidem ignorantes deum, seruiuistis iis qui dij non sunt. Vel igitur impij qui Christũ sic colũt: vel natura & verus deus est filius: & qui sic sentiũt, pij. Si filius operatio est & non genitura, nec qui operatus est, nec opus ipse est (aliud enim operatio præter hæc) sed etiam non subsistens: nulla enim operatio subsistit. Quod si opus, tertius est à patre & non immediatus: primus enim qui operatus est, deinde

de operatio, ac demum opus. Si filius ingenitus, quoniam solus à solo factus est, vnicreatus (id est græcè μονόκτισος) magis propriè diceretur: cum secundum Eunomium verè creatura sit, falso autem nomine genitura vocetur. Si filius creatura patris solus, cuncta verò cætera filij: cum dixerit: Mea omnia tua sunt: quod rectè dicere poterat filius, ad hoc autem intulerit & mea tua, Eunomij ratione non rectè id intulit. Nam ipse suiipsius esse non potest. Quare videtur de similitudine ac identitate ipsorum in omnibus similiq; substantia, non de creaturis ea verba dixisse. Si deus similiter & creat & generat, Christus & creator noster & pater similiter est: Deus enim, & ita non opus esset adoptione quæ per spiritum sanctum est. Sicut nec opus est vt per alium creaturæ ipsius facti simus: præsertim cum multa ex creaturis non nata sint adoptionis spiritum suscipere, sicut irrationabilia & inanimata. Si nos cum creaturæ simus, spiritus sancti adoptione filij efficimur, dicant si filius etiam creatura est, per quem in adoptionem patris peruenit? Si omnia quæ habet pater, filij sunt: nihil autem eorum quæ per filium facta sunt, pater seorsum habet, nisi secundum eos filium solum: & ipse ergo seipsum habere debet: quod impossibile est. Si omnino imago similis est per omnia: filius imago est: creatura verò in nullo creatori similis, sed per omnia dissimilis: cum igitur patris imago sit filius, non erit creatura eius. Si quod incorporeum est cum generat, necesse est vt sicut corporeum generet: & cum cernit, vt corpus cernet: & cum audiat, vt corpus audiet, & omnem operationem vt corpus operabitur. Quod aliquis non habet, id aliis largiri non potest: si ergo creatura & seruus est filius, alios liberos facere non potest. Quod natura medium inter aliqua est, id vtraſq; contingit extremitates: Si igitur dei ac nostri mediator natura Christus est, non per dispensationem, sed natura coniuncta sunt deus & creatura. Si filius patri similis est, non autem secundum substantiam, restat vel forma vel operatione, sed forma quidem impossibile. Nullum enim incorporeum habet formam. Sin autem operatione, nihil ipse operatus esset alterius à se naturæ, sed quale quid ipsemet est. Siquidem factura patris est, & non genitura. Præterea etiam prædictum est, quod operatione simile est, id etiam secundum substantiam necessariò esse simile. Si dei opera fide non demonstratione, secundum Dauid qui dixit: Et omnia opera eius in fide: quanto magis ex patre ante secula filij generatio fide & non demonstratione? Si ex nihilo pater filium fecit, & filius ex nihilo cuncta: eadem virtus ac operatio est eorum, qui ex nihilo quicquid volunt creare possunt, nullibi differentia creaturarum considerata: nam cum creaturæ in multis & per multa diuersitatem habeant, non tamẽ diuersi sunt creatores, sed vnus filius per quem omnia facta sunt. Si eorum quæ ex nihilo facta sunt, prima dei factura Christus, & sic credentes eum colunt Arriani, & Iob primam dei facturam diabolum dicit, cum dicat, Hoc primum est origo plasmatis Domini, latent diabolum colentes & non filium dei. Quod si filij primam facturam dixisse Iob asserant, vel non amplius spiritus Domini secundum eos factura, vel post diabolum spiritus sanctus inuenietur. Si fides nostra in filium, opus est Dei, hoc enim, inquit, opus est Dei, vt credatis in eum quem ille misit, ipse Dei esse opus non potest. Non enim idẽ fides in ipsum, & ipse.

Super illo Apostolico, Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi.

SI secundum deitatem filius patri subiicitur, ex principio profectò subiectus esset, ex quo & deus erat. Sin verò non subiectus erat, sed postea, subiicietur secundum humanitatem pro nobis, & non pro se secundum deitatem.

De illo Apostolico, Propterea largitus est illi Deus nomen, quod super omne nomen est.

SI post incarnationem, propter obedientiam, nomen super omne nomen filio pater largitus est deo existenti, & omnis lingua confitebitur Dominum, ante incarnationem, nec nomen super omne nomen habebat, nec confessionem ab omnibus quod esset Dominus. Maior igitur factus est post incarnationem quàm ante eam fuerit, quod est inconueniens. Tale quid & illud est, Data mihi est omnis potestas in cœlo & in terra. In humanitate igitur & non in deitate intelligenda hæc sunt.

De illo euangelico, Pater meus maior me est.

MAIVS vel magnitudine, vel tempore, vel dignitate, vel virtute, vel vt causa dicitur. Verum magnitudine pater maior filio non dicitur, incorporeus enim. Nec tempore, nam filius temporum est creator. Nec dignitate, factus enim non est quod nunquam erat. Nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtute,quæcunq; enim facit pater,hæc & filius similiter facit,nec vt causa, quoniam simili- G
ter nobis & ipso maior esset, siquidem & eius & nostri causa . Honorem ergo magis filij ad
patrem dictum,id non imminutionem eius qui dixit ostendit. Deinde quod maius est,non
omnino diuersæ est substantiæ,homo enim maior homine dicitur,& equus equo. Quare si
maior pater dicitur , non statim substantia quoque illius . Et vniuersaliter quæ comparan-
tur , de consubstantialibus non de iis dicuntur , quæ diuersarum sunt substantiarum . Nam
homo non propriè maior irrationali dicitur , nec irrationale inanimato , sed homo homi-
ne , & irrationale irrationali . Pater ergo & si maior filio dicitur , ei tamen filius consub-
stantialis est?

Super illo euangelico , Horam autem & diem nemo scit &c. H

SI creator omnium filius est,iudicij verò tempus ignorat,quod creauit ignorat. Non e-
nim iudicium dixit ignorare,sed tempus,quod quomodo non inconueniens?

Super eodem.

SI cognitionem omnium quam pater habet,filius non habet,mentitus est cum dixit,O-
mnia quæ pater habet mea sunt.Et,sicut pater nouit me,ego noui patrem . Quòd si aliud est
patrem,aliud quæ patris sunt cognoscere,maius autem patrem cognoscere,quàm ea quę pa
tris sunt,quanto vnusquisq; quàm sua maior,cum id quod maius est filius cognoscat.Nullus
enim,inquit,nouit patrem nisi filius,quod minus est ignorat,quod est impossibile. Quoni-
am ergo non conferebat hominibus iudicij tempus audire,idcirco reticuit . Nam expecta- I
tio perpetua feruentiores ad pietatem reddit. Cognitio vero quod multum tempus intere-
rit,negligentiores ad pietatem fecisset,cum speramus postea pœnitentia posse saluari. Nam
qui vsque ad horam illam omnia nouit (dixit enim ea) quo pacto horam illam ignoraue-
rit? Frustra vero & Apostolus diceret,In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ co-
gnitionis absconditi.

Super eodem.

SI spiritus sanctus profunditates Dei inuestigat,nec quicquam eorum quæ dei sunt pos-
sit ignorare,filius vero ignorat,maior secundum ipsos spiritus sanctus filio,quem nec æqua
lem volunt. K

Super illo euangelico , Pater si possibile est , transeat à me calix iste.

SI verè filius dicebat,Pater si possibile est,transeat à me calix iste. Non solum timidita-
tis ac imbecillitatis se accusat,verumetiam patri esse aliquid impossibile opinabatur . Quod
enim dicit,si possibile est,dubitantis erat,ac non certioris quod pater ipsum posset seruare.
Ad hæc,quomodo qui mortuos vita donabat , non multo magis poterat viuis vitam con-
seruare? Cur ergo qui Lazarum ac alios multos mortuos excitauit , non sibiipsi vitam præ-
bet,sed à patre vitam petebat,cum timens dixit,Pater si possibile est , transeat à me calix i-
ste ? Si inuitus etiam moriebatur , non se humiliauit factus obediens patri vsque ad mor-
tem,nec seipsum dedit,vt dixit Apostolus:Qui se dedit in redemptionem pro peccatis no- L
stris . Quod si volens , quid opus his verbis : Pater si possibile est , transeat à me calix iste ?
Hoc ergo non de se ipso , sed de iis qui in eo peccaturi erant ne peccent accipiendum,pro
quibus etiam crucifixus dicebat : Pater dimitte ipsis quoniam ignorant quid faciunt.
Non oportet igitur ea quæ secundum dispensationem dicta sunt , quasi simpliciter dicta
accipere.

Super illo euangelico , Et ego uiuo propter patrem.

SI propter patrem filius viuit,propter alium & non propter seipsum viuit.Qui verò pro-
pter alium viuit,ipse vita per se esse nó potest.Nec enim qui gratia sanctus est,per se sanctus
est:mentitus ergo est filius cum dixerit:Ego sum vita.Et rursus sic:Et filius quos vult viuifi- M
cat.De humanitate igitur non de deitate dictum intelligere oportet.

Super illo , Neque filius à seipso aliquid facit.

SI quod est sui arbitrij , melius est quàm quod est sub arbitrio alieno : homo autem sui
arbitrij est , filius vero Dei sub arbitrio patris , melior est homo filio : quod est inconueni-
ens.Quod si qui est sub alieno arbitrio,liberos facere non potest:quod enim ipse non habet
vt eligat , aliis dare non potest . Saluator qui nos liberi arbitrij fecit, non erit sub libero ar-
bitrio alicuius.

Super eodem.

SI NIHIL Saluator à se ipso facere poterat , sed imperante patre , nec bonus est nec
malus.

A malus . Nullius enim eorum quæ facta sunt , causa est : & quomodo absurdum non est,
cum homines sint bonorum & malorum liberi factores , filium Dei nullius rei liberum es-
se factorem?

Super illo , Ego sum uitis.

SI SALVATOR , vt inquit , vitis est , nos vero palmites : agricola pater ad palmites
viti connaturales , vitis vero non connaturalis agricolæ : filius nobis connaturalis est , &
pars nos ipsius : non autem connaturalis filius patri , sed per omnia alienus . Ad quos dice-
mus quod non deitatis suæ sed carnis nos dixit palmites , secundum quod dicit Apostolus,
Nos enim sumus corpus Christi & membra ex parte . Et rursum , Nescitis quòd corpora
B vestra membra Christi sunt ? Et in aliis , Qualis terrenus , tales & terreni , & qualis cœle-
stis , tales & cœlestes : igitur sicut portauimus imaginem terreni , portemus & imaginem
cœlestis . Si viri caput est Christus, Christi autem caput Deus, homo verò non consubstan-
tialis Christo (non enim Deus) Christus verò consubstantialis Deo (Deus enim) non er-
go vt viri caput est Christus , sic & Deus Christi . Nam creaturæ natura & creatrix dei-
tas in vnum ac idem non conueniunt. Ergo ille vt pater , caput est Christi , hic vero vt
factor , nostrum . Si voluntas patris est , vt nos in filium suum credamus (hæc enim est vo-
luntas eius qui misit me , vt omnis qui videt filium & credit in ipsum , habeat vitam æter-
nam) non est ex voluntate filius , alioqui credere nos in ipsum , vel cum ipso , vel ante i-
C psum inueniretur.

Super illo , Nullus bonus.

SI SALVATOR bonus non est,necessariò malus est,cum enim simplex sit,nihil eorum
quæ sunt in medio suscipit,& quomodo non absurdum,bonorum factorem malum esse:Et
si vita bonum est,ac verba filij vita sunt,vt ipse dixit,Verba quæ locutus sum vobis,spiritus
sunt & vita,quomodo cum pharisæus bone magister dixisset, nullus , respondit , bonus nisi
deus?Non enim cum ab illo solummodo bonus audisset,nullus bonus dixit,sed magister bo
nus.Sicut ergo ad tentantem respondit,vt Euangelium dicit,vel sicut ad ignorantem quòd
Deus bonus est,& non simpliciter magister bonus.

D *Super illo uerbo , Pater glorifica me.*

SI CVM glorificari à patre filius petebat,secundum deitatem & non humanitatem pe
tebat,quod non habebat petebat:falsus ergo est qui dixit Euangelista : Et vidimus gloriam
eius.Et Apostolus:Nó vtique regem gloriæ crucifixissent.Et Dauid:Et introibit rex gloriæ:
Non ergo accessionem gloriæ,sed manifestationem dispensationis fieri petit.

Super eodem.

SI QVAM habebat gloriam antea quàm mundus fieret,eam verè à patre petebat quam
amisit.Quod si hoc:non solum gloriam amisit,sed etiam deitatem. Nam inseparabilis est à
deitate gloria.Nudus ergo secundum Photinum erat homo.Apparet igitur in quantum ho
E mo,non deitatis defectu talia dixisse.

Super illo , Primogenitus omnis creaturæ.

SI ANTE creaturam filius non genitura est,sed creatura:primò creatus vtique dicere-
tur,non primogenitus.Si quoniam primogenitus creaturæ dictus est,primo creatus est : &
cum primogenitus mortuorum dicatur,antemortuus mortuorum erit. Quòd si primogeni
tus mortuorum dictus est, quoniam causa sit resurrectionis è mortuis : sic & primogenitus
creaturæ,quoniam causa sit vt à nihilo ad esse creatura producta sit.Si quoniam creaturę pri
mogenitus dictus est,primum ipsum esse creatum Apostolus ostẽdit:Cum ergo dixerit, O-
mnia per eum & in eo creata sunt,debuisset dicere: Et ipse factus est ante omnia . Cum au-
tem dixerit:Et ipse est ante omnia: ostendit eum quidem semper esse , creaturam vero fa-
F ctum . Hoc enim verbum est, illi in principio erat verbum, consonat . Si primogenitus,in-
quiunt, filius, non amplius vnigenitus,sed alius quoque esse debet:ad quem primogenitus
dicitur? Atqui ô sapiens tu,cum etiam ex Maria virgine solus natus sit,primogenitus ipsius
dictus est.Quousque enim peperit,inquit,filium suum primogenitum . Quare non necesse
est ad fratrem primogenitum dici.Dici etiam possit qui primus natus est primogenitus.Ad
hæc autem etiam ad eos qui per adoptionem spiritus sancti ex Deo nati sunt,vt Paulus di-
cit:Quos præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij eius , vt ipse sit primogenitus
in multis fratribus.

Super illo , Dominus creauit me.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI qui in carne est,inquit,ego sum via.Et idem:Nemo venit ad patrem nisi per me. Ipse G
etiam est qui dicit:Dominus creauit me initium viarum suarum.Dicitur autem & de geni
tura creatura & factura: vt illud:Possedi hominem per Deum . Et rursum : Et fecit filios &
filias.Et Dauid:Cor mundum crea in me deus:non aliud petens,sed id videlicet quod erat
permundari.Dicitur autem & noua creatura,non qui alia creatura factus sit , sed quoniam
illuminati ad meliora opera præparantur. Si pater ad opera filium creauit , non propter se-
ipsum,sed propter opera eum creauit:quod vero propter aliud & non propter se factum est
vel pars illius propter quod factum est, vel eo minus est . Quare Saluator vel creaturæ pars
est,vel minor quam creatura . Necesse est ergo de humanitate eius intelligere . Dicet etiam
aliquis,de sapientia illa hæc Salomonem dixisse,cuius & Apostolus meminit dicens: Quo- H
niam enim in sapientia dei non cognouit mundus,per sapientiam deum.Præterea nec Pro-
pheta est qui dixit:sed prouerbiorum scriptor.Prouerbia vero imagines aliorum sunt , non
ipsa quæ dicuntur.Si dei filius est qui dicebat:Dominus creauit me:potius dixisset,pater cre
auit me. Nullibi enim ipsum dominum suum , semper verò patrem vocabat . Capiendum
igitur verbum genuit,de deo filio:creauit vero,de deo qui formam serui accepit. In omni-
bus autem istis non duo dicimus,Deum seorsum,& hominem seorsum:vnus enim erat:sed
cogitatione ac mente cuiuslibet naturam consideramus . Nec enim Petrus duos intellexit
cum dicat:Cum igitur Christus passus sit pro vobis secundum carnem . Si genitura inqui-
unt filius est & non factura,quomodo scriptura dicit : Certissimè ergo sciat omnis domus I
Israël,quia dominum eum & Christum fecit deus ? Quare hic quoque dicendum, de eo qui
ex Maria est secundum carnem dictum esse : sicut & angelus qui euangelizabat pastoribus
dicit , quod natus est vobis hodie Saluator qui est Christus dominus . Nam quod dicit ho-
die, non vtique de eo putabitur qui ante secula . Clarius autem quod sequitur demonstrat,
cum dicat:Hunc Iesum quem vos crucifixistis.Si cum natus est filius,tunc sapientia,falsum
illud,Christus dei virtus & dei sapientia.Nam sapientia eius facta non est, sed semper erat.
Et sicut illud quasi de patre à Dauid dictum.Esto mihi in deum protectorem . Et factus est
mihi in salutem.Et Paulus,Fiat vero deus verus,omnis autem homo mendax.Sic & domi
nus natus est nobis à deo sapientia,sanctificatio& redemptio.Si ergo pater factus protector K
& verus,non factura,& filius etiam factus sapientia & sanctificatio,non est factura . Si ve-
rum quod vnus deus pater, verum videlicet quod vnus dominus Iesus Christus Saluator.
Nec igitur Saluator deus secundum ipsos,nec pater dominus.Et vanum illud,Dixit domi-
nus domino meo.Falsum autem & illud,Propterea vnxit te deus deus tuus,&,Pluit domi-
nus à domino, & fecit deus secundum imaginem dei, Et, Quis deus præter dominum ? Et,
Quis deus præter deum nostrum?Et Ioannes , quod deus erat verbum & verbum erat apud
deum. Et Thomas de filio , Dominus meus & deus meus . Ad creaturas ergo & falsò non
propriè dictos deos non in patrem & filium ea intelligere oportet , quæ ex opposito distin-
cta sunt.

Super illo,ut cognoscant te solum uerum deum. L

QVI verus est,ad eos qui ex opposito falsò distinguuntur, dicitur . Qui verò incompa-
rabilis est,ad omnia & per omnia excedit . Cum ergo Hieremias de filio dixerit , Hic deus
noster non reputabitur alius præter ipsum , maiorem quoque patre dixit . Quòd autem ve-
rus & filius deus , idem Ioannes in epistola dicit , Vt cognoscamus solum verum deum , &
simus in vero filio eius Iesu Christo,hic est verus deus & vita æterna.Nec igitur propter il-
lud, non reputabitur alius præter ipsum , maiorem patre filium intelligendum , nec solum
verum deum esse patrem,verum vtraque à falso dictos nec existentes , sicut etiam in Deu-
teronomio dicit , Dominus solus dux eius fuit , & non erat cum eo deus alienus . Si super
omnia est deus , necessariò excedit omnia . Apostolus igitur cum super omnia deum Sal- M
uatorem dixerat , maiorem etiam patre dixit ? sed hoc inconueniens . Similiter igitur &
hoc intelligendum , magnus deus non vtique minor erit alio deo . Apostolus ergo cum
de filio dixit , Expectamus beatam spem & apparitionem gloriæ magni dei , & Saluatoris
nostri Iesu Christi : maiorem patre intellexit ? Filij enim apparitionem & præsentiam ex-
pectamus , non patris absque discretione . Igitur de patre ac filio hæc non cum obseruatio-
ne dicuntur.

Aequaliter esse deo,non aliud est quam deo æqualem esse.

FILIVS igitur cum non in rapinam putauerit æqualiter esse deo , quomodo dissimilis
ac inæqualis

A ac inæqualis deo? Iudæi autem Eunomio magis pij. Nam cum saluator filium se dei dixerit,
quasi filio solum debeatur,si verè filius est,æqualem ipsum esse patri: volebant,inquit,ipsum
lapidibus petere,non solum quia soluebat sabbatum,sed quia etiam patrem proprium deum
dicebat,æqualem seipsum faciens deo. Aequalis igitur patri & secundum Apostolum &
secundum saluatoris vocem, quamuis Eunomius nolit . Si iudicij dominus filius non est, vt
hos quidem præmio,illos vero suppliciis possit afficere, quomodo dicebat: Pater neminem
iudicat,sed vniuersum iudicium dedit filio? Et alibi:Potestatem habet filius hominis in ter-
ra peccata dimittere.Et rursus:Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.Ad Petrum
vero:Tibi dabo claues regni cœlorum.Ad discipulos autem: Amen dico vobis,vos qui se-
B cuti estis me, in regeneratione sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus
Israël.Ipsis vero scriptis solutum est cum saluator dixerit: Et tunc reddam vnicuique secun
dum opera eius.Et alibi:Et ibunt qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ : qui vero mala
egerunt,in resurrectionem iudicij.Apostolus vero : Omnes enim nos manifestari oportet
ante tribunal Christi,vt recipiat vnusquisque corporis propria prout gessit, siue bonum siue
malum.Eorum igitur qui accipiunt , est dignos se ad dexteram vel ad sinistram sedere fa-
cere,non eius qui dare potest, etiam si iniusta petitio sit.

Super illo, Quis deus præter dominum, & quis deus præter deum nostrum.

Quod non ad filium hæc & horum similia,sed ad dictos deos cum non sint,scripturæ di
C xerunt, ex illis sufficienter demonstratum est,ex quibus & deum & dominum sæpe filium
demonstrauimus in veteri ac nouo testamẽto dictum esse: Dauid aũt idipsum clarius fecit
dicẽs:Quis similis tibi:& adiunxit,in diis domine.Et Moses : Dominus solus dux eius erat,
& non erat cum eo deus alienus,cum tamen saluator esset cum ipsis,vt dicit Apostolus, Bi
bebant autem è spirituali consequente eos petra , petra autem erat Christus. At Hieremias,
Dij qui cœlos & terram non fecerunt,pereant de terra,& de iis quæ sub cœlo sunt.Nec enim
in istis filius . Nam ipse creator omnium est . De idolis ergo quæ colebant gentes , & quod
prædictum est,& illud. Ego deus primus, & ego post hæc,& præter me non est deus,& ante
me non fuit alius deus, & post me non erit.Et, Audi Israël, Dominus deus tuus , deus vnus
D est , & omnia talia nonne de filio intelligenda sunt?

Basilij magni Cęsariensis Epi-

SCOPI DE SPIRITV SANCTO LIBER

contra Eunomianos , quòd non sit creatura , quem prioribus adiunctum,
ad Amphilochium scriptum opinari licet.

E

p. 1

CVm quæ communia sunt creaturis, spiritui sancto non communicen
tur:& quæ spiritus propria sunt,creaturæ non communicentur, col-
ligitur hinc spiritum non esse creaturam : quoniam quæ communia
sunt patri & filio,eadem communia sunt & spiritui.Nam quibus de-
signatur in scriptura pater & filius esse deus,eisdem signatur & spiri-
tus sanctus deus. Ex quibus colligitur eiusdem spiritum esse deitatis
cum patre. Quoniam quæcunque patri vt deo , non vt patri insunt:
F & quæcunque filio vt deo,non vt filio insunt, ea etiã spiritui insunt,
non autem creaturis:sicut nomina & res creaturis incommunicabiles,soli trinitati commu
nes:patet trinitatem esse consubstantialem. Omne quod factum est,transmutationis ac ver
sionis susceptibile est secundũ prophetam, qui de deo dicit:qui omnia facit & commutat ip
sa:spiritus nec versionis nec mutationis susceptibilis est: non ergo creatura . Cum creatura
in duas partes diuisa sit, in corporeas scilicet res atq; incorporeas, mutatio etiam quam re-
cipit diuisa est.Nam corpora secundum substantiam mutationis susceptibilia sunt:cum mũ
dus corruptibilis in corruptionem traducatur,secundum scripturam : Et mortalia corpora
nostra,immortalia fiunt:incorporea vero ac rationalia,secundum operationem vel volun-

 tatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem mutationis ſuſceptibilia ſunt, ſecundũ illud, Angelis peccantibus non pepercit. Quòd G
ſi omnium quæ facta ſunt, hæc ſubſtantia, illa voluntate mutationis ſuſceptibilia ſunt: Spiritus vero ſanctus nec ſubſtantia, nec voluntate mutationis eſt ſuſceptibilis, non eſt ergo ſpiritus creatura. Omnis creatura ſanctificata ſancta eſt, ſpiritus vero ſanctus non eorum quæ ſanctificantur, ſed ſanctificantium eſt, non ergo creatura. Nihil creatum ſubſtantia ſanctum, nam quod ſubſtantia ſanctum eſt, exteriore ſanctificatione non eget, eget autem exteriore ſanctificatione quod factum eſt, cum dignum effectum ſit ad ſe ſanctificationẽ adducere, ſpiritus vero ſanctificationis non eget, quòd ſubſtantia ſanctus ſit, non igitur eſt creatura. Omnis creatura creatoris ſerua eſt, ſecundum prophetam, qui ſic deum alloquitur: Quoniam omnia ſeruiunt tibi: qui aũt ſeruus eſt libertatem ac adoptionem quam ipſe ſub- H
ſtantia conſecutus non eſt, aliis præſtare non poteſt: Spiritus vero libertatem ac adoptionẽ præſtat: ſpiritus enim clamat in cordibus noſtris: Abba pater: quare non eſt ſeruus, ſicut nec filius, nó ergo creatura. Nulla creatura rationali anima participabilis eſt, vt in ipſa eſſentialiter habitet: ſpiritus autem ſanctus inhabitat in ipſa, ſecundum eum qui dicit: Templum dei ſumus, & ſpiritus ſanctus habitat in nobis: non ergo creatura. Omnis rationalis creatura virtutis ac vitij ſuſceptibilis eſt, ſpiritus autem nullius horum ſuſceptibilis eſt, non ergo creatura ſpiritus.

Quod ſpiritus creator eſt.

COELI enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Et in I
alio pſalmo: Et opera manuum tuarum ſunt cœli. Et quænam erunt incorporei dei manus incorporeæ, quæ firmamentum & cœlos crearunt, ille ipſe propheta explanat cum dicit: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Verum quemadmodũ prolatum verbum in deo non eſt: ſed viuens & ſubſiſtens & factiuum omnium, ſic in deo non eſt ſpiritus perfuſus, non diſſolutus aër, ſed virtus ſanctificans, conſubſtantialis, ſubſiſtens, manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Et id dictum eandem habet cum ſuperiori ſententiam. Spiritus enim diuinus, Iob inquit, qui fecit me. Et altera manuum exponẽs Salomon inquit: Deus patrum & domine miſericordiæ, qui feciſti omnia in verbo tuo, & ſapientia tua conſtruxiſti hominem. Chriſtus autem dei virtus & dei ſapientia, quæ ſecun- K
dum tropologiæ rationem manus eſt creans. Ad hæc etiam ſpiritus operationi totam noſtram impoſuit naturam. Renouantem quoque ipſum creaturas in incorruptionem ſermo diuinus dicit: Auferes ſpiritum eorum & in puluerem ſuum reuertentur. Emitte ſpiritum tuum & creabũtur, & renouabis faciem terræ. Nec profectò ipſe ſeipſum mittit. Miſſionem autem vocat exitum ad opus, non de loco in locum migrationem. Quoniam ſpiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Spiritus domini ſuperueniet in te. Quapropter & quod in ea natum eſt, inquit, de ſpiritu ſancto eſt. Quod ex alio eſt, vel creatione ab ipſo eſt, vt illud: Vnus deus & pater ex quo ſunt omnia. Vel per generationem, ſecundum illud: Ego à patre exiui. Et Ex vtero ante luciferum genui L
Ex vtero ante luciferũ genui te. te, non quoniam vterum deus habeat, verum quoniam propriæ ſuæ & non nothæ genituræ ex vtero parentum naſcuntur, vterum ſe ipſum ad generandũ habere deus dixit, ad confuſionem impiorum, vt ſaltem ſuam conſiderantes naturam, proprium patris fructum ſicut ex vtero ſuo natum filium eſſe prædiſcant. Quod ergo ex alio eſt, vel creatione vel generatione, vel natura, ex ipſo eſt, ſicut operatio noſtra ex nobis, vel ſicut ſplendor ſolis ex ipſo. Si ergo ſupernaturale Chriſti corpus è ſpiritu ſancto eſt, nec genituram ipſius eſſe poſſibile: quoniam quod ex carne natum eſt, caro eſt: & quod ex ſpiritu natũ eſt, ſpiritus eſt. Nec rurſus ex ipſo ſicut operatio eius, quoniam in ſimplici natura & incorporea eandem ſubſtantiæ M
rationem operatio ſuſcipit: Relinquitur ergo ex ipſo eſſe, ſicut eius creatura. Verum & digitus dei qui tranſmutauit in Aegypto puluerem in animalia, generationem animalium quæ à principio fuerat oſtendens, paracletus erat, ſpiritus veritatis. Cum enim tres euangeliſtæ dicant ad Iudæos dominum dixiſſe. Si autẽ ego in ſpiritu dei dæmones eiicio, igitur in vos peruenit regnũ dei. Lucas dixiſſe ipſum inquit: Si autem ego in digito dei dæmonia eiicio, peruenit ergo ad vos regnum cœlorum: Quas ob res & quæ per Moſen in Aegypto facta ſunt ſigna, quæ digito dei facta ſunt, & mirabilia dei ſigna cum ſpiritu fiebant: digitus vero dei & in his quæ à Moſe, & in his quæ à domino ſigna facta ſunt, ſpiritus dictus eſt: nõ quo-
Digitus dei niam parua quædam virtus coëxiſtens deo eſt, ſicut corpori digitus: verum quoniam vnum quid ex donis ſpiritus, quæ ſecundum diuiſionem ſunt, gratia etiam ſanitatum eſt, id quod

eſt vnum

A eſt vnum quid, & non vniuerſa ſpiritus dona digitum vocat. Alij enim per ſpiritum datur ſpiritus ſapientiæ, alij vero ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij gratia ſanitatũ in vno ſpiritu, alij prophetia, alij diſcretio, ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidẽs ſingulis prout vult. Diceret aliquis, quod hæc omnia & quæcunque alia dona ſpiritus ſunt, tanquam corpus quid ipſius ſunt, vnumquodq; donum digitus: & hoc autem vtile dictionis ne negligas. Cum enim dixiſſet, quia omnia hæc operatur ſpiritus, ſicuti vult: de domino etiam ipſemet inquit. Et diuiſiones operationum ſunt, idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Quòd ſi omnia operatur deus ſicuti vult, omnia vero hæc vnus ac idem ſpiritus operatur,
B diuidens ſingulis prout vult: quomodo diuerſitas ſubſtantiæ illic eſt, vbi operationi identitas eſſe cognoſcitur: permutatis enim ſubſtantiis ſecundum impiiſſimum Eunomium, diuerſas eſſe oportebat & operationes: Eandem autem autoritatem & poteſtatem ſpiritus ſaluator atteſtatur: Spiritus, inquit, vbi vult ſpirat.

De remiſſione peccatorum. cap. 7

PROPRIVM dei eſt peccata dimittere, cum ipſe dicat: Ego ſum qui deleo peccata tua. Et, Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, vt lana alba erunt. Præterea quoniam deus dei filius Ieſus paralytico peccata diMiſit, dicens: Fili dimittuntur tibi peccata tua, qua in re à Iudæis qui deum ipſum eſſe ne-
C ſciebant, blaſphemare putabatur, dicẽtibus: Ipſe blaſphemat: nullius enim eſt dimittere peccata niſi ſolius dei. Dominus autem ſanctis apoſtolis inſufflans, inquit: Accipite ſpiritũ ſanctum, quorumcunq; dimittetis peccata, dimittentur eis: Si ergo nullius eſt peccata dimittere, ſicuti certè nullius eſt, niſi ſolius dei: dimittit autem ſpiritus ſanctus per apoſtolos: Deus ergo ſpiritus ſanctus, & eiuſdem operationis cum patre & filio: Docete, inquit, omnes gẽtes baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Gentes iubet credentes & doctas baptizari in trinitatis nomine. At Petrus Iudæis qui concordes fuerant in morte Chriſti pœnitentiam agentibus: Pœniteat ſingulos, inquit, à malitia veſtra & à via praua, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine domini Ieſu, & ſaluabitur: quaſi poſſit eadẽ operari filius
D in regeneratione baptiſmi, quæcunque pater & ſpiritus operantur. Dominus vero apoſtolis dixit: Expectate promiſſionem patris quam audiſtis, quòd Ioannes quidem baptizauit aqua ad pœnitentiam: vos vero baptizabimini in ſpiritu ſancto. Si ergo in apoſtolis eadem operari poteſt ſpiritus ſanctus quæ patris ac filij nomen in iis quæ ex gentibus crediderunt, & domini Ieſu nomen in iis Iudæis qui pœnitentiam egerunt: Nemo enim diceret minore apoſtolos per lauacrum gratia participaſſe, quàm qui è gentibus crediderunt: quoniam per ſpiritum ſanctum gratiam habuerunt: quomodo non eſt eiuſdem cum patre ac filio ſubſtantię ſpiritus, cum eiuſdem ſit operationis?

Quod eadem ſit poteſtas patris & filij & ſpiritus ſancti. cap. 9

E VADE in Damaſcũ, & ibi dicetur tibi, quòd vas electionis mihi es. Dominus de cœlo viſus Paulo dixit, quod eum in prędicatorem euangelij orbi conſtituerat. Intranti vero in Damaſcum, Ananias dixit: Salue frater, reſpice: Deus patrum præordinauit te: ac ne de Chriſto id intelligeretur, infert, vt cognoſceres voluntatem eius, & videres iuſtum ſuum Ieſum: qui vocationem & ordinationem ſcriptis commendans dixit: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus. Deinde quid aliud etiam ad vocationem dicit: Segregatus in euangelium dei. Qui autem ſegregauit, vt apoſtolorũ actus docuerunt, ſpiritus fuit. Ieiunantibus enim apoſtolis, inquit, & orantibus, dixit ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Pau
F lum & Barnabam in opus ad quod eos aſſumpſi. Quòd ſi dominus deus patrũ ipſum elegit quem præordinauit, ac eundem ſpiritus autoritate naturæ vſus ſegregat, quomodo alteritas in trinitate ſubſtantiæ eſt, in qua operationis identitas inuenitur? Mea verba, Salomon inquit, à deo dicta ſunt: at Paulus à Chriſto: An probationem enim quęritis, inquit, Chriſti, qui in me loquitur. Nihil autem minus ſpiritus etiam in Apoſtolis loquitur: Loquebantur enim inquit, Apoſtoli prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Et non eſtis vos qui loquimini (Saluator ipſis dixit) ſed ſpiritus patris qui in cœlis eſt, loquitur in vobis. Spiritus autẽ & in prophetis loquitur: Quis enim dabit, Moſes dixit, omnem populum iſtum prophetare: quando dabit dominus ſpiritum ſuum in ipſum? Et teſtamenti noui propheta nouus Agabus exclamauit dicens: Hæc dicit ſpiritus ſanctus. Quòd prophetæ teſtamenti veteris ex conſuetudine clamabant: Hæc dicit dominus deus. Et hæc Paulus quæ à patre & filio &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiritu dicta ſunt colligens: Omnis, inquit ſcriptura diuinitus inſpirata. Quòd ſi ſpiritus in G
prophetis & apoſtolis loquitur, & omnis ſcriptura per deitatem inſpirata eſt: dicatis impij,
cum eius ſcriptura diuinitus inſpirata ſit, quomodo ipſe ſpiritus deus non eſt?

Quod neque uiſio neque oraculum ſeparatim ſit à patre & filio & ſpiritu ſancto.

ESAIAS propheta, Vidi, inquit, dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleua-
tum, & ſeraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni &c. & poſt hæc dixit, Vade & dices
populo huic, Audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non videbitis: incraſ
ſatum eſt enim cor populi huius. Quantum igitur ad textum ipſum & conſecutionem ſcri
pturæ propheticæ ſupernus pater eſt, qui viſus oraculum præbuit prophetæ, at tonitrui filius
cum alta locutus ſit, & tonitruo terribiliora dixerit, qui non quod non erat, ſed quod erat H
verbum dixit, filium, inquit, viſum oraculum præbuiſſe prophetæ, quoniam dicit Eſaias de
ipſis: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis & intelligant
corde, & conuertantur, & ſanem eos: Hæc dixit Eſaias quando vidit gloriam eius. Paulus
vero viſionem & oraculum id, ſpiritus eſſe cenſuit dicens. Bene dixit ſpiritus ſanctus per
prophetam Eſaiam ad patres noſtros, auditu audietis & non intelligetis, & videntes vide-
bitis & non videbitis, incraſſatum enim eſt cor populi huius. Propheta igitur patris in quo
Iudæi credebant, perſonam inducit, Euangeliſta filij, Paulus ſpiritus, vnum deum ſabaoth
eum qui viſus fuit communiter nominantes. Ita cum de vno deo in ipſis indiſtincta ma-
neat opinio, ratio ipſis de hypoſtaſi diſtincta eſt? I

Quod participant creatore quæ ad imaginem eius facta ſunt, hoc autem per ſpiritum fit.

QVOD ſi hæc intelligerent ac bene auſcultarent, qui contra ſeipſos male cauillan-
tur, profectò ſpiritum à deitate non alienarent, ne à deitate ſeipſos abſcinderent,
ne mundum à deo diſterminarent, ne deum propria creatura diſſiparent. Miſera
enim cuncta quæ à deo creatore facta ſunt, cum ſecundum naturam creatam
à gloria deſtituta ſint, niſi deitate participent. Non dignus autem ſermo de deo ſi nudam ac
ſui deſertam creaturam deſpicit. Verum nec creatura ſic miſera, nec deus ſic impotens eſt,
vt ſanctam participationem ad creaturas non tranſmittat. Denique ſtatim ad imaginem
ſui hominem facere voluit. Omnium autem imago quæ creatur à primitiuo ad materiam K
tranſmutata, ſimilitudinem capit & charactere participat per artificis mentem & manus cõ
firmationem: ſic pictor, ſic lapidum ſculptor, ſic qui auream aut æneam ſtatuam fingit, ma-
teriam cœpit, in exemplar reſpexit, recepit rei quam ſpeculatus eſt figuram, hanc in materiã
impreſſit. Quòd ſi hominibus non poſſunt ad ſimilitudinem informari materiæ, niſi Idea ip
ſorum participent: quomodo ad ſimilitudinem dei creatura aſcendet, niſi diuino characte-
re participarit? diuinus vero character non ſicut humanus eſt, ſed viuens & verè ens imago
imaginis efficiens, qua omnia quæ participant imagines dei conſtituuntur. Imago quidem
dei Chriſtus eſt: qui eſt imago, inquit, inuiſibilis dei, imago vero filij ſpiritus, quo qui parti-
cipant filij conformes fiunt, ſecundum illud ſcriptum: Quos præſciuit & prædeſtinauit con L
formes, inquit, fieri imaginis filij eius, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.

Quod ſpiritus ſanctus nec poſſeßio, nec creatura dei eſt.

SI ſpiritus à gloria filij alienus eſt, quomodo ſecundum Apoſtolum ipſum tuo conteſta
bitur quòd filius dei ſis? Quomodo clamabit in te, abba pater, niſi donum verè à filio
ſit non poſſeſſio eius, ab ipſo miſſus, non ſicut humanus ſpiritus vel aëreus, vt ſolent di
cere qui à deitate ſpiritum ſeparant? Sed dei ac filij ſpiritus æternus, in maieſtate diuina exi-
ſtens & cognitus. Neque enim ſpiritus tuus Chriſtus, nec ſpiritus aëris dominus, nec immũ
dus ſpiritus. Nam hoc quoque addicere quidam auſi ſunt. Spiritus vero ſanctus Chriſtus ac
deus vocatur, cum Apoſtolus vt modo cõmonuimus, dicat: Si quis autẽ ſpiritũ Chriſti non M
habet, non eſt eius: ſi vero Chriſtus in nobis, &c. Hæc igitur cum dicat, ſpiritus habitationẽ
Chriſti habitationẽ eſſe affirmat. Et rurſus dicẽs: Dominus vero ſpiritus eſt: vbi aũt ſpiritus
domini, ibi libertas: quare dominus ſpiritus domini, nõ ergo poſſeſſio nec creatura domini.

Quod imago uera & naturalis dei ac filij ſpiritus eſt.

ET imago vera non ex imagine vera, ſicut nos propterea aſſimilat ad imaginem & effi
cit non efficitur, & vnctio eſt & non inũgitur. Vnctio vero ſpiritus in nobis (vt Ioãnes
dicit) & quid dixi in nobis, imò enim & in Chriſto domino ſecundum carnem. Ieſum
inquit, de Nazareth, vnxit eum deus de ſpiritu ſancto & virtute. Chriſtus igitur per ſpiritũ
& vnctionem quæ eſt in ſpiritu: quare non per alienam deitatẽ domini vnctio eſt, & nomẽ
Chriſti,

A Chriſti: & qui ab ipſo chriſtiani vocantur: Ploraret enim verè aliquis ſi etiam ſalutis noſtræ
nomen à creatura incipiat: à creatura deductum ſit, & per ſeruum adoptionem habeamus.
Creatura non ſanctificat creaturam, ſed ab vno ſancto, qui de ſe dicit: Ego ſanctifico me,
per ipſum omnia ſanctificantur. Sanctificat verò per ſpiritum, ſicut demonſtratum eſt. Spi-
ritus ergo non eſt creatura, ſed ſanctitatis Dei character, & omnis ſanctificationis fons. In
ſanctificatione ſpiritus vocati ſumus, vt Apoſtolus docet, hic nos renouat, & rurſus imagi-
nes efficit dei per regenerationis lauacrum & innouationem ſpiritus ſancti deo adoptamur.
Noua iterum creatura participãs ſpiritu quo priuata inueterauerat. Imago & iterum dei ho
mo, qui à diuina ſimilitudine decidit, & iumentis inſipientibus ſimilis factus, cõparatus eſt
B illis. Similis eſt factus iumentis ſecundum mortem. Sicut enim mors iſtius, inquit, ſic mors
iſtius: ſed nunc qui ſuſcitauit Chriſtum, inquit, è mortuis, viuificabit etiam mortalia noſtra
corpora per ſpiritum eius qui in nobis inhabitat.

Quod ſpiritus cum opera Dei perficiat, diuinæ naturæ eſt. cap. 9

QVIS enim qui creaturas renouat, qui corruptionem in incorruptionem tranſmu-
tat, qui nouam nos efficit creaturam in ſecula permanentem, à creatore deo ac filio
ſeparabit? Quomodo qui extra deitatem eſt, deitatis creaturam recuperat, nouam
ipſam atque incorruptibilem efficiens? Quo deus alio indigebat vt defluxam
creaturam ſuam reciperet? Silentio tradatur ſermo impius, qui inueteratam & corruptam
creaturam opus dei eſſe aſſerit: eam vero quæ non antiquatur nec corrumpitur, à creatura
C innouari contendit. Non glorificetur creatura ſupra deum, glorificatur autem ſupra deum,
ſi quæ morte ac corruptione ſoluta ſunt, quæ deus per filium operatus eſt, immortalia per
creaturam atque incorruptibilia efficiuntur. Sed ſpiritus diuinus omnia quæ à deo per filiu-
um facta ſunt, perficit, ſicut in noua creatione, de qua dicitur: Si quis in Chriſto noua crea-
tura. Propterea verbo domini, inquit, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eo-
rum. Viuens verbum in quo facti ſunt cœli, hic ipſe deus verbum, de quo Ioannes clamat.
Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vitam eſſe viuificantem ſpiritus
monſtrat, ſecundum quod ſcriptum eſt: Vita ſpiritus qui cœleſtes virtutes efficit, hic ipſe
D cum patre & filio glorificatur. Nec enim verborum prolatione, quamuis humano more ver
ba dei prolata dictaq; dicantur, deus creat, nec aëris ſpiritus profuſione cœli ornantur. Spiri-
tus enim ad creandum viuo verbo coordinatus eſt, viua virtus, diuina natura, ineffabilis ex
ineffabili ore exiſtens ineffabili modo, & per ſufflationem ad hominem miſſa, & ſecundum
figuram corporaliter à domino traditam, rurſus ab eo per ſufflationem reſtituta. Concurre-
re enim oportet cum prima nouitate præſentem innouationem atque concurſum. Informa
uit igitur cum ſufflaſſet, cum non alius eſſet atque is, qui à principio inflauit, ſed ipſe per
quem deus ſufflationem dedit, tunc quidem cum anima, nunc vero ad animam: ſic deus
creat non manuum motu corporalium, ſed viui verbi operatione, & ſpiritus participatione
E viuificantis. Igitur à principio cuncta facta ſunt in ſpiritu, & in ſpiritu rurſus innouantur.
Vna & eadem planè operatio dei per filium in ſpiritu videtur, & trinitas diſſeparationem
non ſuſcipit, ſed ſecundum veram Pauli doctrinam: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem au-
tem ſpiritus, & diuiſiones adminiſtrationum ſunt, idem autem dominus, & diuiſiones ope-
rationum ſunt, idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus. Et cum omnes diuinas o-
perationes recenſuiſſet: Omnia vero hæc, inquit, operatur vnus & idem ſpiritus, diuidens
ſingulis prout vult.

Quod cum glorificetur cum Deo ſpiritus, non creatura, ſed diuinæ naturæ oſtenditur. cap. 10

NON igitur ſuper dei creaturam poteſtatem habet creatura, nec circa ipſas operatur,
ſed alia creatoris, alia creaturarum eſt operatio. Angeli (vt Saluator dicit) patris qui
F in cœlis eſt faciem vident, & id ipſis beatitudo & magna gloria eſt, opera vero ſunt
dei, iuxta illud: Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignis flammam, ſed & ſan
ctificatos, & in ipſis operatur, ſicut in ſanctis hominibus, quinetiam quæ dei ſunt denuntiãt
ſicut homines: quapropter neque angelos vnà cum deo glorificamus, ſicut neq; homines, cũ
non propria eorum ea quæ per eos fiunt exiſtimemus, ſed dei qui per eos operatur. Spiritus
verò cũ deo ac filio glorificatur, ſicut & diuina operatio per ipſum adimpletur. Gratia enim
domini noſtri Ieſu Chriſti, Paulus inquit, & communicatio ſancti ſpiritus cum omnibus vo
bis. At ſalutis noſtræ caput, perfectaq; de deitate ac ſanctificatione baptizatoris traditio, ni-
hil aliud eſt, quàm baptizare in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. In eiſdem autem dei-

tatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis operibus trinitatem glorificari,quoniam nec sine filio pater operetur,nec filius sine spi G
ritu vnius deitatis testimonium est.

Quod sicut filius ad patrem se habet,sic & spiritus ad filium.

PROPTEREA & dei quidem verbum filius est,filij autem verbum spiritus.Portans enim,inquit,omnia verbo virtutis suæ: & quoniam verbum filij per deum, gladium,inquit,spiritus,quod est verbum dei:verbum autem dei viuens ac operans.Nec mihi ad humanas similitudines decidas,verum vbique maius in deo intelligas,exemplum verbi ad vnius demonstrationem operationis accipiens.Nam & intellectus tuus omnia per verbum considerat.

Cur & spiritus,filius filij non dicitur. H

NON quia non est ex deo per filium,sed ne trinitas filios ex filiis habere suspecta, vt est in hominibus,infinita putetur multitudo. Sed dices si dei est imago filius, filij vero spiritus,cur non filius filij spiritus dictus est:hac enim re ad impietatem firmissima vsus es.Nam vel filium vel creaturam vis intelligere:& quoniam filius nominatus nõ est,idcirco creaturarum causam creaturam esse blasphemas,eum qui creaturas sanctificat ac deificat qui domini dei nomine glorificatur, qui diuinas operationes adimplet. Quoniam ergo indignus tibi videtur appellatione filij,tanquã à patre & filio alienatus,considera quomodo sanctificatos filios efficit:quòd si tu per spiritum dei es filius, quomodo spiritus à fi- I
liatione alienus?& si tu per spiritum deus,quomodo spiritus à deitate alienus? Verum rursus interrogabis,cur autem filij non suscipit nomen?Iis enim quæ dicta sunt attendere non dignum putas:eius vero causam quæris quod dictum non est:sicut Sadducæus resurrectionem non credens,sed modum resurrectionis curiosè inuestigans, & negligens quod dictũ est,propter id quod dictum non est:& si tacebimus, nolentes quæ dei sunt variis curis versare,diuini spiritus gloriam victam arbitrare:propterea filij appellatio de ipso posita nõ est: quasi non idem abs te quærere possimus.Nam si concedis infinitos positione filios per spiritum sanctos esse,cur spiritus saltem positione filius non appellatur, præsertim cum melior sit iis qui per ipsum gratia adoptantur, ac ideo non debeat magis per appellationem diminui.Nos vero etiam de hoc vt possibile est nobis,ipsis respondeamus.Nam quod ad te attinet,cum eadem quoque tibi immineat interrogatio,tacere sufficiebat.Dicimus ergo,si quis filium ex filio diceret, in suspicionem multitudinis trinitatem deitatis hominibus adducebat: Facile nanq; suspicari erat, quod si filius ex filio natus est,ex hoc alius vtique natus esset, ac rursus alius,& deinceps ad multitudinem.Quamobrẽ ex deo quidem esse spiritum apertè prædicauit Apostolus dicens:quod spiritum qui ex deo est,accepimus:& per filium effulsisse clarum fecit,cum filij spiritum sicut dei ipsum nominauit,& mentem Christi dixerit:sicut & dei spiritum vt hominis, filium vero filij dicere cauit, vt vnus sit pater deus, semper pater permanens,& sit in æternum quod est:vnus verò filius æterna generatione natus, qui L
absque participio vna cum patre est filius Dei verus,qui semper est quod est, Deus verbum & Dominus:vnus autem & spiritus sanctus,verè sanctus spiritus secundum quod scriptum est:Qui cum patre & filio conglorificatur,qui & spiritus oris à Propheta Dauid nominatur, quem & digitum Dei esse docemur,cum dominus in Euãgelio dicat: Si verò in digito dei ego eiicio dæmonia.Dicta hæc & bene dicta sunt, sicuti sunt iis qui absque curiosa inuestigatione credunt in Deum,& verbum & spiritum vnam deitatem solam adorabilem,vt nusquam aditus multitudini fiat, sed quilibet in trinitate vnum ens cognoscatur, vnus pater, vnus filius,vnus spiritus sanctus.

Quod etiam si spiritus non uocetur filius,perspicuum tamen est quod ex Deo est,& quomodo humanæ similitudines accommodandæ Deo,& non prætermittendæ. M

NEC enim ad cognoscẽdum ex deo esse spiritum,minus quid habituri eramus, cum oris spiritum audiremus.Sufficit enim nomen ipsius ad significandum existentiam eius ex deo.Nec enim filius,nec generatio deitatis proprium est,sed ex humana similitudine adductum,ex qua etiam spiritus dictio traducta est. Hac ergo in diuino spiritu diuina scriptura vsa est, aliter ex deo esse ostendens, quoniam non oportebat eadem hunc quoque similitudine significare,vti dictum est.Tu verò similiter sicut infideles contra diui nam doctrinam hæc disponis,ad blasphemiam festinans:& quoniam processio ex deo, spiritus generatio vocata non est,idcirco nec ipsum spiritum oris dei esse credis, sed manuum dei opus,& humana exempla despiciens,euertis quæ ex ipsis intelliguntur diuina dogmata, cum

A cum oporteret diuini dogmatis verba cum timore audire, & quicquid dicitur cum pietate recipere,nec stultissimè ea quæ sunt pietatis cauillari. Generat deus non vt homo: generat autem verè:& quod ex eo natum est,est verbum non humanum: edit autem verbum verè, & ex ipso emittit per os spiritum non qualis hominis est,quoniam nec os Dei corporale: ex ipso autem spiritus non aliunde operatur Deus,non corporeis manibus:operatur autem nõ ex se ipso creaturas producens,sed per creationem subsistere faciens, sicut non ex se ipso opus producit homo,qui manibus operatur.Nec transmoueas diuinorum verborum terminos,filius est filius,& spiritus est spiritus,non creatura. Nec de filio quæras cur non spiritus vocatus est,nec de spiritu cur non filius,nec creaturam esse filium vel spiritum blasphema-
B bis.Filius dei fructus,sanctus ex sancto,æternus ex æterno,spiritus sancti dator ad subsistentiam & formationem creaturæ.Qui filium tollit,is creationis omnium principium abstulit. Principium enim est substantiæ omnium dei verbum,per quod omnia facta sunt. Qui spiritum aufert,perfectionem eorum quæ sunt,abscindit.Nam quæ fiunt,emissione & participatione spiritus fiunt.Nec in tempore procedit quod ex deo procedit: quanuis in tempore factiones reddat verbum,semper est etiam antea quàm à Mose suboſtenderetur. Quasi enim proferebatur humana locutione, vt per figuram humanam exponatur per ipsum factam esse creaturam.Spiritus semper est etiam antea quàm sufflatum ipsum & elatum describeret Moses corporali figura,per ipsum esse viuificationem describens.

C *Quod nisi spiritum ex Deo quis dicat,nec uerbum.*

VERVM ea quæ copulationis atque coniunctionis diuinæ signa sunt,verbi scilicet ac spiritus nomina,abscindit Eunomius:quę verò exteriorem ac diuersam naturam significant,manus scilicet operationem & factionem operum,hæc sola suscipit.Nam si ex ore dei non credis spiritum prouenisse,nec verbum credes:quoniam & Dauid verbum & spiritum simul glorificans,verbo Domini dixit cœlos esse firmatos,& spiritu oris eius omnem virtutem eorum.Et Moses quæ verbo facta opera monstrauit,spiritu viuificata ostendit in factione hominis secundum imaginem. Quomodo igitur disseparabuntur inseparabilia,verbum scilicet dei,& spiritus ex deo per filium?Quod si nõ credis in spiritu, Paulum
D audi,qui formationem nostram in spiritu consummari ait? Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes,in eandem imaginem conformamur, à claritate in claritatẽ, tanquam à Domini spiritu.Per verbum ergo in spiritu factura secũdum imaginem est. Sed dicis:deus facit spiritum,& facit per filium,& illud: Omnia per ipsum facta sunt, spiritum quoque tibi continere videtur:quæ igitur trinitas est,dualitas tibi demonstratur. Nam si cũ cæteris omnibus spiritus,quomodo cum patre ac filio spiritus? quomodo trinitas est trinitas?quomodo in trinitate baptismus:qui vniuersum orbem sanctificat?Sed aquis connumerari eum dicis,vtpote creaturam,sicut & aquæ sunt,quoniam Dominus dicit: Nisi quis re-
E generatus fuerit ex aqua & spiritu. At id parum est.Tu verò quoniam Ioannes dicit:ipse nos baptizabit in spiritu sancto & igni: etiam cum igni gehennæ diuinum spiritum coordinas. Hæc quem impietatis excessum nõ superarent?Si aquarum dignitatẽ spiritui attribuis,quoniam spiritus aduentu aquæ sanctificantur:ex æquari nanque tibi visum est,quod sanctificatur ei qui sanctificat:& deo ac filio connumeratum in eadem operatione ac gloria non horresc is,hanc vnam operationem ac gloriam decidens.Quod vero aquis vtitur ad corporum mũdationem,idcirco aquarum honore dignum spiritum arbitratus es.Ac medicinam quidem licet materia vtatur,non tamen tanti quanti materiam,sed materiæ dominam existimas. Diuinum autem spiritum vt peccati maculas abstergat aquis vtentem, ad aquarum dedecus atque humilitatem deiecisti.A quarum,quæ impiis etiam ad communem vsum cõ
F cessæ sunt:aquarum,quibus pollutiones corporis omnes absterguntur. Quid etiam, si illud ignis recordatus fuisti,ô quantam rem mente concipere ausus es:admiror contumaciam si verè ignem non extimuisti.Baptizat Christus in spiritu,sanctificatione dignos,indignos verò ad ignem dimittit:alienos à bono,malo tradens.Propterea igitur tibi bonum & malum coniuncta,simul creata,& alterum alteriusvidentur participantia,& cum nos easdem patris & filij & spiritus sancti operationes demonstremus,tu non perspicis vnionem,nec cum seor sum in dei gloria spiritus prædicatur intelligis, Apostolis ipsis deitatis gloriam tribuentibus,hæc dicit spiritus sanctus,sicut Prophetæ,hæc dicit Dominus: & domini tentationem, dicentibus tentationem spiritus,cum ad tentantes Petrus ait: Quid vtique conuenit vobis tentare spiritum Domini:Et ad eosdem.Non es mentitus hominibus,sed deo.Quòd si Apo

stoli

Universidad de Deusto
Biblioteca

stoli dicant: Visum autem est spiritui sancto & nobis, non coordinantes se ipsos cum potestate spiritus, sed subiicientes, tanquam ab ipso tunc ducti, & quasi vnam cognitionē ac prudentiam dicētes suam & spiritus, & vnam potestatem, idcirco tu in creaturam spiritum deducere conaberis? Quemadmodum si Mosen quoque deo exæquari affirmes, cum audias: Credidit autem populus Domino, & Mosi seruo eius. Sed differentia est videlicet inter seruum & Dominum: quam etiam monstrans scriptor, dixit: Et Mosi seruo eius. Nam deo sicuti Domino, & sicut ei qui Mosen misit crediderunt, Mosi verò sicuti seruo misso. Sic igitur spiritui quidem visum est, à quo tanquam Domino ecclesiæ leges datæ sunt: Apostolis vero tanquam ministris, per quos præcepta edita sunt. Spiritus autem seruus non est: Dominus enim, inquit, spiritus est: & vbi spiritus Domini, ibi libertas. Et Israël quidem vt seruus, præceptis spiritus ducitur cum formidine correptus: Christianorum verò ecclesia sanctificata, per charitatem adoptatur. Propterea dicit Paulus: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater. Quippe qui seruum accepit, filius à seruo non constituitur, nec propter serui participationem, patrem deum appellare audebit, nec seruus omnia dei operatur sicut vult, nec spiritus potentiam si esset seruus ac creatura per cuncta transire caneret Psalmista, faciem ipsum ac manum dei appellans, cum dicat: Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas igneas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Spiritus enim est qui adimpleuit cuncta, secundum quod scriptum est: Spiritus enim Domini adimpleuit orbem. Salomon inquit, Quapropter cum septem orationibus spiritus cognoscatur, quas Esaias exposuit: Idcirco Zacharias quoque spiritum Domini septem oculos appellauit, sic dicens: Isti sunt oculi Domini respicientes terram. Et id quod dicitur: Cœlum & terram ego adimpleo, dicit Dominus: Eam adimpletionem significat, quæ diuino spiritu efficitur, vt etiam per Zachariam Dominus dicit: Ego in vobis, & spiritus meus stetit in medio vestri. Prædicta sunt huiusmodi, etiam alia plura, vt certum sit, spiritum esse qui creaturam implet. Quare quis non sentiat maiestatem deitatis spiritus, cum audiat: Quo ibo à spiritu tuo? Et rursum: Cœlum & terram ego adimpleo dicit Dominus. Ad vnum ac idem concurrentem video dei ac spiritus dictam in omnibus vniuersalem præsentiam. Tu verò in talibus cum non queas increatum esse spiritum intelligere ac dicere, ipsum deum spiritum vocari contendis. At nec per seipsum inhabitat in creaturis deus nec pro spiritu dei deum ipsum posset aliquis accipere, cum apertè audiat Apostolus de spiritu qui in nobis habitat talia scribentem: Nobis verò reuelauit deus per spiritum eius. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam dei profunda. Quis enim scit hominum quę hominis sunt, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quę dei sunt nemo cognoscit, nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui est ex deo, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Sic ergo in his nemo posset pro spiritu dei deum ipsum accipere, quanuis ita eum coniunctum cum gloria Domini videat, vt homini spiritum hominis nolit violenter spiritum dei dicere ipsum esse Deum. Spiritus, inquit, meus super te: non deum sed spiritum, quia ex Deo est significauit, spiritus Domini super me. Appellauit vnum diuinum spiritum non plures vno. Aliquis dicat, & spiritus Domini deus à Domino dicitur. Spiritus nomine patrem significauit, quoniam incorporeus est. Sicut enim spiritus deus est: secundum illud, Templum dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis: sic & deus spiritus est, trinitate secundum naturam nec incisa nec dissparata, vt nomina quoque non dissparentur. Quapropter cum vnus sit deus, deus etiam filius natura paterna & nomine paterno, & cum filius vnus Dominus sit, Dominus etiam pater imaginis nomine vocatus, sicut eius primitiuus atque genitor: sic & spiritus Dominus à Domino nomen habens, à quo etiam datur, Dominus etiam ab imagine sua spiritus: quoniam & deus spiritus ab ipso appellatus est, nec tres deos, nec tres Dominos, nec tres spiritus, propterea faciendum, sed trinitatis vnionem in communitate nominum cognoscendum, quamuis tu ad tantum dementiæ deueneris, disiungens ac dissparans à patre ac filio spiritum, vt quoniam dicit Dominus: hæc autem est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum & quem misisti Iesum Christum: in patre ac filio vitam æternam sine spiritu asseras denuntiatam esse. Quare si spiritus propter hæc tibi tollendus videtur, sine spiritu baptismo vitæ baptizeris: sin verò in spiritu vitam hæreditas, quomodo vitam æternam sine

nam sine spiritu somnias? Si quis spiritum, inquit, Christi non habet, is non est eius. Quomodo igitur in æternum viues, nisi sis Christi. Christi vero non eris, spiritum eius non habens. Sed cur non addidit inquies, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum & spiritum sanctum? Non disiungens spiritum, à dualitate duos nominat, sed contra vniens, & in patre ac filio spiritum significans, & ab eis inseparabilem. Nec enim Paulus cum dicit: Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis: absque patre sanctificationem introduxit. Verum in filio patrem quoq; significauit. Nec cum inquit: Vobis enim reuelauit deus per spiritum eius, inde abstulit filium qui dicit: Nec patrem aliquis agnoscit nisi filius, & cui filius reuelabit. Quod si patrem non nominans, cum patris nomine tamen filium etiam significat: sic vbi spiritus quoque non nominatur in præbente ipsum ac dante intelligitur. An & quādo dicunt Apostoli: Hæc dicit spiritus sanctus, solum suspicabimur spiritum leges nobis ferre & futura prædicere, & non ex patre per filium lationem legum & prophetiam descendere? Et quando dicitur: puer factus ex spiritu sancto factus, non absque verbo ad pueri subsistentiam spiritum aduenisse intelligimus, præsertim cum dicat Ioannes, quod verbum caro factum est, cumq; incarnatio verbo asscribatur. Verum per hæc omnia manifestum, quoniam in verbo spiritus est, cum vnio deitatis non diuidatur. Trium enim nominum acceptio trinitatem enumerat, & trinitatis vnionem habet, cuiuslibet nominis significatio. Sicut illud: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia, in vnum nomē colligit patris & filij & spiritus sancti proprietatem. Vnus enim deus est ex quo omnia: & vnus dominus Iesus Christus per quem omnia, vnus vero spiritus in quo omnia, secundum quod dicitur: Vos non estis in carne, sed in spiritu: si spiritus dei habitat in vobis. Quamobrem & illud: In deo viuimus & mouemur & sumus, apertè spiritus est proprietas in deo figurata. Non enim per creaturæ operationem deus glorificatur cum ipse dicatur esse in quo viuimus & mouemur & sumus. Nec per creaturam creatura continetur & viuit, & est: cum & ipsa indigeat virtute creatoris contineri. Verum quoniam spiritus deus cuncta quæ à deo per filium sunt in esse corroborans: idcirco & essendi durationem præbet participatus, & nos qui prius ab ipso distracti corrumpebamur, rursum in ipso viuimus. Cum autem multa dicere possimus, quibus deus in creatura, & creatura in deo significatur, quibus omnibus spiritus significatur, his quæ dicta sunt tanquam signis aliorum satis habebimus, monstrantes errore implicitis, quod aduersus deum est eorum in spiritum impietas: si tamen spiritus gloriam, dei gloriam esse cognoscere studebunt.

Quod non ab æquiuocatione identitas, sed à natura diuina unitas agnoscitur.

VERVM spiritus, inquit, etiam hominis dicitur, vt illud: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis. Et aëris, vt illud: Flabit spiritus eius & fluent aquæ. Et alia profectò multa inuenies: sed rectius hæc accipiet, qui diuina piè intelligit, dicens in aduersariorum obiectionem. Quod si quis putabit idētitatem ex æquiuocis introduci, quid faciet? quoniam multa dicuntur entia cum vnius id sit domini & veri dei, dicentis: Ego sum qui sum. Dicuntur autē & patres multi, & dij, & genitores, & sapientes, & potentes, & creatores, quæ soli deo vera insunt. Et ingenita eodem modo dicuntur, quæ nūquam nata sunt, nascitura vero vel faciunda, sicut resurrectio mortuorum nondum facta, sed futura: vel sicut à ferro annulus cum faciundus sit, & nondum factus, in ferri natura inest: vel sicut cum ex aqua vel lapide, ignis vel alia quadam materia, modo simili talis fieret ignis. Rursus ingenitum intelligimus, quod minimè ac nullibi est, non ens, qui dum dixerit subsistentiam destruxit & essentiam substantiæ. Nam non ens nec existens, eam quæ nullo modo est naturam significat: entem autem atque existentem essentiam, si quis dixerit, substantiam existentem significauit: qui vero dixit ingenitum deum vel hunc ingenitum cum articulo, siue deus nomen præponat, siue postponat, nec substantiam abstulit, nec esse dei, nec etiam creatam substantiam dei esse significauit: sed quòd nata non sit, demonstrauit. Nec quoniam esse dei non abstulit, idcirco quid sit substantia dei, significauit: verum appellatio ingeniti vocis non qualitatem, vel quantitatem, vt illi demonstrare vana pollicentur, vana dicentes: sed quonam modo esse habeat substantia dei, ostendit. In his vero quomodo quid sit, & id ipsum quod est, quale est, vel quid est, quantum interest, inuestigabile est omni creaturæ. Nam si iudicia eius abyssus multa, (vt propheta dicit) & viæ eius ininuestigabiles & inscrutabiles omnino secundū Paulum: quanto magis ipse cuius talia sunt iudicia, tales viæ. Nec mirum si ipse deus talis est, vbi sua talia sunt. Si enim quæ præparauit deus diligentibus se,

nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit,vt scriptum est,quanto magis eius ipsius dei naturam qui talia præparauit,ineffabiliorem quispiam dicat eorũ, qui piè in ipsum atque simpliciter credunt? Ad hæc verba quoque multa dicuntur? At vnum dei æternum,quod & deus in euangelio prædicatur,per quod omnia facta sunt. Et filij dei in scriptura multi dicuntur,secundum illud:Filios genui & exaltaui,& rursus:Filius meus primogenitus Israël.Verũ positione & charactere quodam à vero deo adoptati,positione filij non veri sunt,à natura enim ac veritate res proficiscuntur. Quòd si qui natura essentialiter ab ipso natus est, filius non est secundum istorum contemptum qui dissimiles substantia patrem ac filium dicunt,qua in conditione qui positione filij sunt inuenientur? Sed ignorantissimi omnium quæ secundum humanam naturam sunt, impiè deitati accommodant:& scripturas quæ multifariam ac multis modis intelliguntur,simpliciter considerantes, excidũt cum bene duci non patiantur. Rectè nanque sunt viæ domini,& iusti ambulabunt per eas,impij vero in viis planis cespitant.Et quod mirum est,quæ iuuant eos quæ per fidem valent,ea iis officiunt,qui circa quæstiones ac inutiles contentiones ægrotãt: sicut Apostolus dixit,morbum esse animæ, male & curiosè de deo quærere, ea maximè quæ cum fide cũctis perspicua sunt. Nam si sanctissimo ipsi deo de seipso non credunt, quomodo prophetas & apostolos in scripturis sacris de ipso loquentes auscultabunt ? Credere enim oportet accedentem ad deum,quod est,Credere,inquit,non infideliter,ac curiosè quærere:& quod est inquit,ne illud quæras quod non est.Quod enim est, erat, & est, & erit semper, & omnibus esse donat, sicuti qui natura deus est.Quid igitur homo incredulus non credis, quod proprium habeat filiũ deus,& quæris quomodo genuit deus?Si vero quomodo de deo interrogas,& vbi quoque vt in loco,& quando vt in tempore interrogabis:quod si absurdum de deo talia quærere,turpius profectò erit non credere. Non erubescis forte, cum in infidelitate sis:quæris enim non vt fidem,sed vt infidelitatem inuenias:quod verum est secundum quod scriptum est:Nam in malignam animam nõ introibit sapientia.Credidit enim Abraham deo, & reputatum est ei in iustitiam, & amicus dei appellatus est.Amicus dei beatus Abraham & dictus est,& est per fidem amicus,amicus per obedientiam dei:ac tu inimicus propter infidelitatem ac inobedientiam dei.Credidit vero Abrahã deo,non discredidit vt vos:propterea ipse amicus,vos vero inimici.Inimici domini mentiti sunt ei,vt scriptum est:quoniam filiũ dei natura, positione ac gratia dicunt adoptatum,& creatorem creaturam,& factorem facturam:& eum qui semper in patre est,aliquando non fuisse:ex deo qui est,genitum: filium à nihilo factum asserentes. Non autem solum aduersus deum ac filium mentiuntur deo repugnantes & Christo , sed aduersus etiam spiritum pugnant:Nam non patiuntur spiritum dei appellatione domini vocare, dura ceruice & incircunciso corde, diuinis se opponentes scripturis . Cur autem contrarius es bonæ huic fidei & saluanti confessioni ? Deus verbum, spiritus,pater,filius,& spiritus:non alienus filius,non alienus spiritus dei,& filij,non locis dispartiti,non æuo circumscripti,non interuallo dimensi.Non defuit vnquam filius patri,nec filio spiritus:sed incommutabilis & inalterabilis eadem trinitas semper patęr non filius, sed pater filij genitor : vt mens verbi pater , vt potentia potentis:vt sapiens qui sapientiam genuit,vt hypostasis proprium charactera : filius vero semper filius est , vt forma dei semper existens,vt imago dei naturalis : verum & spiritus imago filij dicta est,& digitus dei, & dei spiritus,& verbum ac spiritus oris,& spiritus bonus,& rectus,& principalis, & spiritus virtutis,& dominus & deus dictus est spiritus dei, sicut & verbum. Nam si vnà cum deo & verbo virtutes cœlorum spiritus firmat, quomodo alienus ? quem qui accipiunt templum dei efficiuntur:qui & spiritus oris dei appellatur, & creationis causa cum verbo mõstratur. Qui operatur omnia quemadmodum deus sicuti vult,vt Apostolus asserit,adoptionis spiritus libertatis causa.Qui vbi vult diuinitatem spirat,quem & spiritum veritatis dominus omniũ apertè nominat.Qui ad ipsum de cœlo in specie columbę descendit.Qui sanctificat carnem dominicam cum virtute.Qui adimplet orbem.Qui vbique adest vt deus, ac cum deo semper est,nec ab eo separatur. Qui omnia dei nouit,vt & spiritº qui in nobis est,nouit nostra. Cum spiritum dico,qui in nobis est,humanum spiritum dico,sic inquit:Et ea quæ dei sunt, nullus nouit nisi spiritus dei.Et rursus saluator inquit:Nemo nouit quis est filius nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius , & cui vult filius reuelare . Hæc illi simile , ac illud huic æquipollens.Nobis enim,inquit,deus reuelauit per spiritum suum. Videigitur quemadmodum nunc quidem pater filium,nunc vero filius patrem reuelat:nonnunquam autem spiritus filium,

ritus filium,ac patrem similiter.Quare vniuersa deitas nunc in patris,nunc in filij, & spiritus sancti appellatione tibi manifestatur:& tibi propheticam quæstionem soluit apertè Apostolus,nec sinit vnam personam existimare deitatem, propter eas voces quæ id signare putantur. Nam & ipse quãuis personam vbique filij creatricem prædicet, tamen in patris personam vniuersam creatione reduxit.An non ipse est qui dixit: Vnus deus pater,ex quo omnia, & nos in eo:& vnus dominus Iesus,per quem omnia & nos per ipsum:cum similiter & hic vnum & vnum liquidò dixerit,& per quem omnia sunt attestatus sit.Vnum esse ad Romanos dixit,& per ipsum omnia fieri.Addidit,non solum ex ipso.Quare si dualitas in dualitate signatur,vel trinitas in trinitate similiter,in eodem Apostolo & prophetis apertè sunt testimonia,quod non dualitatem, imò nec trinitatem tollunt,cum vnitatem prædicent:sed vnitatem deitatis scientes , in vna persona tres prædicant : ac ab initio in creatione mundi aperitur , quod ad filium & spiritum deus loquebatur. Sic enim humano more introduxit Moses colloquentem ipsum ac dicentem:faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram . Cui enim dixit faciamus ? An non verbo & vnigenito filio,per quem secundum euangelistam omnia facta sunt , & spiritum de quo scriptum est : Spiritus diuinus qui fecit me.Quod & si non dicit nominatim de quibusvel quibuscum colloquebatur,quod non de se solo dicit,inde perspicuum est:Ecce,inquit,Adam factus est vt vnus è nobis. Et rursum: Venite descendamus & confundamus linguas eorum,vt etiam connumerari eos intelligas. Nec enim angelos creatori ac domino quispiam in eodem honore collocare audebit : nec vnicam rursus personam deum possibile est intelligere , cum dicatur , vt vnus ex nobis: & venite descendamus & confundamus . Clarum autem & quod de Sodomorum euersione dicitur:Tunc pluit dominus sulphur & ignem à domino de cœlo.Et quod in prophetis similiter his è persona dei dictum: Euerti eos,inquit, sicut deus euertit Sodomam & Gomorrã. Et alibi clementer loquens deus,dicit:Saluabo eos in domino deo suo. Quod non est dissimile ab apostolica dictione, qua dicitur : Dabit ei dominus inuenire à domino misericordiam in illa die . At Zorobabel & sapientia eius,subobscure ne tibi ac non apertissimè subsistentiam ac vitam veritatis videtur ostendere , cum dicat: Omnis terra veritatem vocat, & cœlum ipsi benedicit,& omnia opera concutiuntur & tremunt ? Quænam verò est veritas?an non verbum ac filius,per quem omnia facta sunt?Ego,inquit,sum via,veritas,& vita. Veritas non est nisi ex vero naturaliter & æternaliter ab ipso nata.Propterea infert , dicens: Benedictus deus veritatis qui est pater veritatis Christi. Christus veritas,quem omnis spiritus colit & tremit.Quare quod verbum quidem viuens est,& persona perfecta,& spiritus similiter,sufficiunt quæ modò dicta sunt ad doctrinam. Figuræ autem humanæ apud deum multæ quoque sunt aliæ : nec propterea deum hominem esse existimamus, cum faciem audimus,oculos, aures, manus & pedes. Nec in cœlo sedere veluti in sede,ac terram scabellũ pedum calcatam corporaliter:sed vt diuinæ potestati subiectam debet dici de deo . Sic rursum si vterum de deo audies,non conturberis,tanquam corporeum quid cogitans, sed spirituale quid intelligens, melius aliquid eloquare generatiuum dei ex ipso apertè tibi reuelatum.Sic etiam cum manus audis,factiuum ipsius planè cognoscas : aurem vero audiendi potestatem,oculos perspectiuum ipsius,alas protegendi vim : aliorum quoque omnium similiter vnumquodque propriam seruat sententiam & rectissimam de deo , iis maximè qui rectissimè credunt . Quare nomina hominum sunt vsus ad cognitionem ac discretionem substantiarum,vel etiam rerum ac eorum quæ circa substantias esse cogitatione percipiuntur.Non ergo mirum tibi videatur,vterum dici de deo , quoniam nec manus,nec alia prædicta:nec igitur generatio de deo dici tibi vel cuiuis audiẽti mirum videatur. Quod si quis timet ne in deo generante passio sit,potest & creantis motum timere & laborem, & materiæ assumptionem,& vsum instrumentorum.Hæc enim omnia hominibus adsunt cũ quicquam constituant:quæ si deo non assunt, nec in generando aderit passio. Impossibile nãque est,naturam impassibilem,in passionem incidere? Cur igitur timet quispiam timore vbi timor non est?Deus natura generans,ex se num patitur? Absit.Et creans quicquam ex nihilo vel vniuersa quæ sunt,num laborat? Absit, ne dicatur: quod si vnum fugis neque vnum , si totum similiter & vnum : si vnum humano more & totum . Sin vero totum non humano more, nec vnum . Nam si ex nihilo voluntate totum absque labore fecit deus , & id nobis non est incredibile,omnibus profectò credibilius erit, vt deum decet , ex ipso sine passione natura diuina proprium filium genuisse,æqualis honoris,æqualis gloriæ,eiusdem sedis consiliatorem,

Moses & prophetæ sæpe plures personas in diuinis subostendunt.

Deo humano more attributa quo sunt accipienda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiatorem,cooperatorem, consubstantialem patri & deo, non diuersæ substantiæ, nec alienum ab eius sola deitate.Nam si ita non est,nec adorabilis est.Scriptum est enim.Non adorabis deum alienum: nec recentem aliquem suscipere deum iubemur. Non ergo dicas cultus esse additionem:nec etiam quod priscis filius tacebatur, nobis vero reuelatus est. Nam si verbum creatiuum dominum confiteris (Verbum autem cognouerant patres, verbum dei adorabant,& cum verbo spiritum.)nec eum disseparabis ab eo qui dicit:Ego deus solus, nec est præter me, ne blasphemare cogaris in filium quòd deus non sit. Nec enim disseparabilis ab eo qui dicit: Ego extendi cœlum solus, ne cogaris negare filium esse creatorem. Nam à gloria solius dei is qui cœlum extendit non separatur. Quas ob res in filio patrem cognosce, in patre filium glorifica, non partiaris quæ impartibilia sunt, non scindas quæ non scinduntur. Nam & si scindere volueris,non tamen scinditur:& si dirumpuntur hæretici,trinitas tamen non dirumpitur, & est colenda in vna & æterna gloria,vnam & vnam deitatem vbique circumferens,irrupta,inscissa,indiuisibilis,adimplens omnia,omnia continens,in omnibus existens,creans,gubernans,sanctificans,viuificans.Hæc diuina & admirabilis catena non dirumpitur,vt scriptum est: Funiculus triplex non dirumpitur. Hoc sensu & beatus Paulus ad eos,qui rectè crediderunt,scribens dicebat:Gratia domini nostri Iesu Christi,& charitas dei ac patris, & communicatio sancti spiritus cum omnibus nobis. Nã quando à deo fiunt omnia per Iesum Christum in spiritu, inseparabilem patris & filij & spiritus sancti operationem esse video. Propterea templa dei & filij & spiritus sancti omnes sancti sunt,in quibus vna deitas, vna dominatio, vna sanctitas patris & filij & spiritus sancti per vnam habitat sanctificationem baptismi.

G H I

Aduersus eos qui dicunt scriptum esse de patre ac filio, de spiritu autem in baptismate solum.

CVM vero pater dicat:In vltimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem:quid dicemus de filio? Nam de ipso scriptum non est,cum etiam dicat prophe ta:Ibi obuiam fuerunt serui & viderunt facies suas,inter se numero transierunt & vnus eorum non est relictus,quoniam dominus iussit,& spiritus eius congregauit eos:Vbi filius?Cum autem dicat:Spiritus exibit à me,& flatum omnem ego feci: vbi filius? Et Dauid cum dicat: Spiritũ rectum innoua in visceribus meis,vbi filius? Cum idem rursus: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:vbi filius?Et cũ dicat: Spiritu principali confirma me:vbi filius? Cum vero Iob dicat: Spiritus diuinus qui fecit me:vbi filius?Ac rursus idem: Spiritus est in tonitruis,flatus autem omnitenentis qui me docet:vbi filius? Et cum Dauid dicat:Emitte spiritum tuum & creabuntur,& renouabis faciem terræ:vbi filius? Et cum dicat:Quo ibo à spiritu tuo:& quo à facie tua fugiam?vbi filius?Cum vero dicat:Væh filij rebelles,fecistis consilium non per me, & pactiones non per spiritum meum: vbi filius? Cum etiam dicat:Egredietur virga de radice Iesse,& flos de radice ascendet,& requiescet super ipsum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus cognitionis & pietatis,& replebit ipsum spiritu timoris dei:quomodo separabo spiritum? Cum autem dicat:Spiritus domini super me,propter quod vnxit me euãgelizare pauperibus, misit me prædicare captiuis remissionem,& cęcis visum: quomodo separabo spiritum? Et alia perquàm multa,si quis cum industria quærit,de spiritu & filio & patre,tam à veteri quàm à nouo inueniri testamento poterit. Aue gratia plena dominus tecum. Ecce enim concipies in vtero & paries filium.Et cum Maria diceret:Quomodo fiet istud,quoniam virum non cognosco? Inquit ipsi angelus:Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi. Et rursum idem angelus dicit Ioseph:Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam:quod enim in ea natum est,de spiritu sancto est.Et euangelista prophetam exponens dicit, vt adimpleatur quod dictum est:Ecce filius meus electus quem elegi. Dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ.Ponam spiritum meum super eum.Et in euangelio scriptum est: Spiritus vbi vult spirat, & vocẽ eius audis, sed nescis vnde venit aut quo vadit: sic est omnis qui natus est ex spiritu.Item in euangelio:Si vero ego in spiritu dei dæmonia eiicio,ergo peruenit in vos regnum dei.Et rursus scriptum est:Omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus,spiritus autem blasphemia non habet remissionem. Et in baptismo descendit spiritus sanctus & mansit super ipsum: angeli vero descendentes administrabãt ei:vt cognoscas quidem quòd angeli descendentes ministrabant,vt seruitutẽ ostenderent:spiritus vero mansit super ipsum:vt cum mansionem audias,naturæ ipsius libertatem intelligas.Scriptum est autem:

K L M

A autem:Et pater in me manens ipse facit opera.Et rursus scriptum est:Iesus verò plenus spiritu sancto regressus est à Ioanne,& agebatur à spiritu in desertum, & diebus quadraginta tentabatur à diabolo.Et rursus:Accipite spiritum sanctum:quoruncunque dimittetis peccata,dimittentur.Et rursus:Veritatem vobis dico, expedit vobis vt ego vadam. Si ego enim non abiero,paracletus non veniet ad vos,spiritus veritatis qui à patre procedit.Quod si dicant:Non loquitur à se ipso spiritus, sed quæcunque audiet loquetur. Dicemus ipsis, quod nec filius à se ipso loquitur,sed qui me misit pater,inquit,ille mihi dixit,quid dicam,& quid loquar.Quæcunque enim spiritus & filius loquũtur,dei verba sunt:& propterea omnis scriptura diuinitus inspirata & vtilis est,quam locutus est spiritus.Nam verè id monstrat spiri-
B tum non esse creaturam:quoniam omnis rationalis creatura, est quando à seipsa loquitur, est quãdo ea quæ dei sunt loquitur,vt cum dicit Paulus: De virginibus autẽ præceptum non habeo,consilium autem do tanquam misericordiam consecutus.Iis autem qui matrimonio iuncti sunt,præcipio,non ego sed Dominus.Et Propheta: O Domine iudicia loquar ad te, quid quoniam impij prosperantur?Et rursus:Heu me mater,vt quid me peperisti?Nonnunquam autem dicit,hæc dicit Dominus.Et nonnunquam Moses:Ego sum tenuis vocis & tardæ linguæ.Aliquando verò is ipse:Hæc dicit Dominus,emittas populum meum vt mihi sacrificet.Spiritus autem non sic.Non enim aliquando sua, aliquando quæ dei sunt loquitur,
C id nanque creaturæ est,verum omnia spiritus verba,dei verba sunt,similiter & filij. Propterea nec filius à seipso loquitur.Qui enim misit me pater,inquit,ipse mihi dixit:Quid dicam & quid loquar?non dices,nam id imperfecti est & nescientis verum, quoniam quæcunque pater loquitur per filiũ in spiritu loquitur. Præterea scriptum est: Nullus scit quæ hominis sunt,nisi spiritus hominis qui in ipso est,sic & ea quæ dei sunt,nullus nouit nisi spiritus dei. Et rursus.Spiritus enim scrutatur etiam profunda dei.Quod si dicat,qui scrutatur nescit,& ideo scrutatur,dicemus quoniam & deus corda hominum scrutatur,& per Prophetas dicit: Scrutabor Hierusalem cum lucerna.Ad hæc scriptum est:Nescitis quod corpora vestra tem
D plum spiritus sancti sunt,qui est in vobis,quem habetis à deo?Et rursum:Nescitis quod tem plum dei estis,& spiritus dei habitat in vobis,& propterea vos non estis in carne sed in spiritu?Siquidem spiritus dei habitat in vobis.Et rursus scriptum est:Et hęc quidem fuistis,sed abluti estis,sed sanctificati,sed iustificati in nomine Domini nostri Iesu Christi,& in spiritu dei nostri.Et rursus:Non enim audeo loqui aliquid eorum quæ per me non efficit Christus in obedientia gentium,in virtute signorum & prodigiorum,in virtute spiritus sancti.Et in principio epistolarum Paulus patris & filij & spiritus sancti meminit,sic scribens:Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus,segregatus in Euangelium Dei,quod antè promiserat, per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo,qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem,qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum sanctificationis spiritum.
Et rursus:Gratia Domini nostri Iesu Christi & charitas Dei patris & communicatio sancti
E spiritus.Rursus:Diuisiones gratiarum sunt,idem autem spiritus, & diuisiones ministrationum sunt,idem verò Dominus, & diuisiones operationum sunt, idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Et Iob, Viuit Dominus qui me sic iudicauit, & omnitenens qui amaritudine impleuit animam meam. Spiritus verò diuinus qui mihi in naribus remanet. Et Dauid, Emitte lucem tuam & veritatem tuam, lucem spiritum dicens, veritatem verò filium. Et in aliis, Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

De spiritu sancto, & quomodo quærendum de eo, & quæ sit eius uirtus.

F GAVDEAT omnis anima quæ de diuinioribus quærit,si talem habeat oculum,& talia quæ sensu inuisibilia sunt & quærere & videre possit. Nam quæ sic quærit, apud eum quem quærit,vt scriptum est,habitare potest.Scriptum est enim,Si quęris,quęras,& apud me habita.Tunc autem habitat,quando cum fide quærit.Nam & si non inuenire accidat,non tamen remouetur ne in fide eius habitet quem quærit,sed dicit secundũ beatum Dauid:Mirabilis facta est scientia tua ex me,cõfortata est & non potero ad eam. Et secundum patrem lunatici,Credo,adiuua incredulitatem meam. Cum igitur hanc habeam⁹ intentionem,cum fide de natura sancti spiritus quæramus, ab ipso quem quærimus cognitionem petentes.Ipse nanq; est qui quęritur,ipse qui præbet quęsiti cognitionem.Sicut verò per sacras scripturas ab ipso didicimus,Ipse est qui sanctos,sanctos fecit,& diuinam iis vitã præbet qui deum ab ipso quærunt. Necesse est autem honorabiliorem esse iis qui accipiunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui sancti fiunt cum ipse adueniat,& cum ipse derelinquat,corrumpuntur.Ipse verò semper G
est,cum sit fons æternæ vitæ. Quis verò præbitionis est modus, vt & in omnibus ipse sit &
in singulis,mens consideret,quæ à deceptione & hæresi liberata,hac cõsideratione digna fa-
cta est.Accedat autem quieto statu,quiescat verò ipsius non solum circumadiacens corpus,
& corporis æstus,sed totum continens cœlum,terram,maria,& quæ in iis rationalia sunt,&
cuncta intelligat adimpleri,& vndiq; super ipsa stantem spiritum,vt influxum & infusum,
ac vndiq; ingredientem & resplendentem.Spiritus enim Domini adimpleuit orbem,& hoc
quod omnia continet cognitionem habet dei.Resplendet autem hominibus qui digni sunt
sicut solis radij nubem illuminantes,& ipsam splendere facientes,auriformem ipsi faciẽ præ-
bentes,sic & spiritus sanctus in corpus hominis adueniens dedit vitam, dedit immortalita- H
tem,dedit sanctificationem,iacens suscitauit. Id autem motu sempiterno motum à spiritu
sancto,sanctum animal factum est.Homo verò inhabitante spiritu,Prophetæ,Apostoli,an-
geli habet dignitatem,cum prius esset terra & cinis.Verum natura & virtus spiritus manife
stior & dilucidior fiet,quænam sit,si nobis in mentem veniet quemadmodum sanctos ac o-
mnem rationalem naturam sua continet ac ductitat voluntate.Nam vniuersæ cœlestiũ vir-
tutum multitudini & iustorum itidem multitudini seipsum dedit,& omnis subsistentia iu-
storum,tam magnorum quàm paruorum,& angelorum & archangelorum sanctificata est,
& cum iaceant corpora aliud hic,aliud illic,cumq; inter se medium quid habeant,nõ sic spi
ritus nec aliqua sui parte cuilibet dispertitus diuinitus facit viuere,sed tota eius virtute viuũt I
vniuersa,& vbiq; adest emittenti deo assimilatus & in esse & in vbiq; ac in omnibus simili-
ter esse.Et Gabriel Mariam euangelizans,ac alius alibi quenquam sanctorũ,& quilibet Pro-
phetarum prædicens,Et Paulus Romæ euangelizans,& Iacobus in Hierusalem, & Marcus
Alexandriæ,ac alius alia in ciuitate spiritu adimplebantur,nullo in eodem tempore prohi-
bente interuallo eandem fieri gratiam.Per hunc etiam quilibet sanctorum deus est.Dictum
est enim à deo ad ipsos:Ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes,& deus deorum sanctorum,
scilicet Dominus loquutus est,& videbitur deus deorum(sanctorum videlicet)in Sion.Ne-
cesse est autem qui diis causa est vt dij sint,diuinum spiritum esse,& à deo esse.Nam quem-
admodum quod cremantibus causa est vt crement,ipsum cremans esse necesse est: & quod K
sanctis causa est,vt sancti sint,ipsum sanctum esse.Sic & qui diis causa est vt dij sint, ipsum
deum esse necesse est,sic cum tale bonum ac diuina possessio spiritus sit,iam illi credes,Chri
stum qui hunc præbet quærere non timeas.Quippe nemo dicere potest,deum Iesum,nisi in
spiritu,& quam in subsistentiam alterius vitam spiritus edit,hæc ab ipso non separatur.Sed
quemadmodum id quidem caliditas ignis innata,id verò quam præbet aquæ vel alij huius-
modi,sic & ipse & in se ipso vitam habet,& qui eo participãt viuunt,vt Deos decet,vitam
diuinam ac cœlestem possidentes.Omnia nanq; in seipso immortalia continet, intellectum
omnem,angelum omnem,animam omnem,& cum bene se habeat,mutationem non quę-
rit,nec migrationem,cum omnia in se ipso habeat.Sed nec augeri quærit,cum sit perfectis- L
simus.Idcirco & apud deum omnia sunt perfecta, charitas, gaudium,pax, magnanimitas,
bonitas, sapientia,intelligentia, consilium,tutela,pietas, cognitio,sanctificatio, redemptio,
fides,virtutum operationes,sanctitatum gratiæ,& quæcunq; his similia.Nihil in se ipso ad-
uentitium,sed omnia propria possidens,sicut dei spiritus,& ex eo existens, causam suiipsius
habens,sicut fontem sui vnde manat,fons autem & ipse bonorum quæ prædiximus. Verum
ipse à Deo manans subsistit: quæ verò ex ipso manant operationes, ipsius sunt.Hunc spiritũ
sanctum effudit super nos copiosè Deus per Iesum Christum, effudit,non creauit, largitus
est,non fecit,dedit,non construxit,eadem conferens dico, quoniam vndiq; te firmum esse
oportet.Qui ab hoc spiritu doctus est, qui dicet in scrutantium responsione, digitus Dei à M
Propheta nominatur.Ac rursus inquit:Docibiles dei erunt.Multi sunt in quorũ rationabili
anima hic diuinus est spiritus,nisi negligentia eorum discedat ab ea. Cum verò ipsi appro-
pinquauerit,& quasi vnum facta fuerit,illud audit:Qui verò Domino adhæret, vnus spiri-
tus est.

Finis librorum beati Basilij contra Eunomium.

A REVERENDO IN CHRISTO P. AC D. D. IO-
anni Dantisco Episcopo Culmensi, sereniss.Poloniæ regis a-
pud Cæsarem oratori, DES. ERASMVS
ROTEROD. S. D.

B NAE TV MIHI *tui cupientissimo,te totum* ἀφθόνως *exhibuisti Præsul ornatis-
sime.Nam mentis ingeniique tui simulacrum,hoc est integritatem,candorem,pietatẽ,
eruditionemq; non uulgarem in carminibus epistolisq; tuis,haud secus atque in specu-
lo contemplari licet:oris autem habitum,& in hoc quoque magna ex parte relucẽtem
animũ,mirè repræsentat imago gypso singulari artificio expressa:quo certè sum æqui-
or aulicis negotiis,& isti fabulæ reuera motoriæ,quam tot iam annis agere cogeris,
quæ hactenus obstitit,quo minus licuerit propius exoptatissima tua consuetudine frui,
coramq; uiuas audire & reddere uoces.Nondum quidem expletum est,sed tamen bo-
na ex parte mitigatum est meum tui desiderium.Verum ne nulla pensatione uideantur* παλίνδρομοι ὰι χάρι-
τες, *quemadmodum tu mihi pectus aureum gypso expressum exhibuisti,ita tibi uicissim,scriptorẽ mitto, char
tacea expressum materia,uerè gemmeum,nisi si quid plastæ culpa factus uidebitur deterior.Misisti* τὸν πάνυ
βασιλέα,*inter huius æui monarchas sine controuersia primum,ego remitto* τὸν ἀληθῶς μέγαν βασιλέα,
*omnium suffragiis inter Græcos scriptores principem,meo quidem penicillo non in gypso,sed in charta defor
matum,quàm fœliciter,tuum erit iudicium,qui literaturam utranque pulchrè calles.Argumentum est de spiri-*
C *tu sancto,quem Arij uiperina posteritas,filio,non deo quemadmodum ille docuit,sed creatæ substantiæ mini-
strum adiungere conata est,ut in confessu personarum,tertium imumq; subsellium cederet spiritui. Ea quæstio
per illa tempora feruebat,ut quum maximè,& ut fit,ex una excetra multis subinde capitibus enascentibus,ac
diuersis opinionum uentis facto turbine inter se decertantibus,ecclesiæ nauis non minus iactabatur sectarum
undis,quàm hodie summo cum animi dolore iactari uidemus:nimirum altum dormiente Christo in animis ho-
minum, quum omniũ, tum eorum præipuè in quibus maximè debebat uigilare.Hoc probatissimi doctoris o-
pus,quoniam uidebam à Gregorio Nazianzeno magnoperè laudatum in monodia, nec hactenus à quoquam,
quod equidem sciam,Latine uersum,eo libentius hoc laboris mihi sumpsi,quod subodorarer hisce temporibus,
furtim reuiuiscere conantem iam olim extinctæ uiperæ progeniem,quæ rursus duas personas,uerbum & spiri-
tum,meditatur à uero dei cognomine depellere,ut iã hac in parte nihilo meliores futuri sint Christiani,quàm*
D *Iudæi aut Turcæ:qui quoties sese componunt ad pietatis professionem,facile patiuntur Christũ appellari Pro
phetam,aut etiam deum,si urgeas:sed talem,qualis fuit Moses,cæteriq; Prophetæ.Si quis indignetur Mosen
æquari Christo,fatentur Christum longè potioribus donis à deo locupletatum.Qui modestiores sunt,fatentur
spiritum sanctum excellentem esse creaturam,sed Christo famulantem:quibus minus est frontis,aiunt spiritum
sanctum nullam esse substantiam,sed tantum bonæ mentis concitationem.Sed absit ut huiusmodi uiperarum si-
bila quenquam afflent,in nomine patris,filij,& spiritus sancti renatum.Non hic sumam operam in prædican-
dis Basilij laudibus,ne audiam,* τὸ, τίς αὐτὸν ψέγει:*non silebo tamen quid mihi inter uertendum acciderit.
Visus sum mihi in hoc opere deprehendisse factum,quod in celeberrimis quibusq; laudatissimisq; scriptoribus,
uelut in Athanasio,Chrysostomo,& Hieronymo factum & uidemus & indignamur.Quid isthuc inquis?Po-
steaquàm dimidium operis absolueram citra tædium,uisa est mihi phrasis alium referre parentem,aliumq; spi-*
E *rare genium.Interdum ad tragicum cothurnum intumescebat oratio,rursus ad uulgarem sermonẽ subsidebat.
Interdum subinane quiddam habere uidebatur,uelut ostentantis se didicisse,quæ Aristoteles in libris de enun
tiatione & prædicamentis,Porphyrius in libello de quinq; uocibus prædicabilibus,tradiderũt.Ad hæc subin-
de digrediebatur ab instituto,nec satis concinnè redibat à digressione.Postremò,multa uidebantur admiscerì,
quæ non admodum facerent ad id quod agitur:quædam etiam repetuntur obliuione,uerius quàm iudicio: quũ
Basilius ubiq; sit sanus,simplex,& candidus,sibi constans,atque etiam instans,nũquam ab eo quod agitur ex-
currens temerè,nusquam diuinis mysteriis admiscens philosophiam mundanam,nisi per aduersarios coactus,
idq; contemptim:sed ubique placidus ac uirgineo quodam pudore incedit,ab omni ostentatione alieniissimus,
ne in pugna quidem ab ingenij lenitate recedens.Ex his rebus subiit animum meum suspicio,studiosum quem-*
F *piã,quo uolumen redderet auctius,multa intertexuisse,uel ex aliis autoribus decerpta emblemata (Nam hoc
argumentum à compluribus Græcis accurratè tractatum est)uel ex sese reperta.Sunt enim in his quædam eru-
dita,sed à charactere Basilij discrepantia:quædam rursus eiusmodi,ut indole referant parẽtem suum,uidelicet
eũ,qui doctissimis Athanasij libellis de Spiritu sancto,suas loquaces sed elumbes attexuit næniasq; in Epi
stolam ad Corinthios posteriorem,& in Apostolorum Acta Chrysostomus haberi studuit.Porrò,sceleratissi-
mum contaminandi genus est,egregiorum uirorum clarissimis purpuris,suos pannos intertexere,aut ut meli-
us dicam,generosa illorum uina,suis uapis corrumpere:quod in diui Hieronymi commentariis, quibus enar-
rat Psalmos,intolerabili sacrilegio factum esse,clarius est,quàm ut negari possit.Aduersus tantam ecclesiæ cõ
tumeliam promptum erat remedium,si principes & episcopi librorum quos lectu dignos censuissent,archety-
pa in certis bibliothecis reponenda curassent.In his itaque uertendis fateor mihi nonnihil obrepsisse tædij, a-
deò ut identidem illud Maronis mecum submurmurarem,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non alias uires, conuersáque numina sentis? G
Quum in cæteris nihil esset quod offenderet gustum meum. Sed hanc meam suspicionem nihil aliud haberi uolo quàm somnium, si tu dissenties. Sub operis calcem ueluti celeuma canens, excurrit in naualis pugnæ descriptionem, uerbis planè tragicis phaleratam, in qua mirè ponit ob oculos, ecclesiæ tum miserabiliter fluctuantis imaginem, sed non ita multum abhorrentem ab horum temporum statu, in quibus tam cæca est opinionum digladiatio, ut interdum amicos pro hostibus feriamus, nec ulla sit charitas aut concordia, si qua est ulla, nisi quam conciliauit erroris conspiratio, hoc est, morbus communis: & in tanta dogmatum uarietate, in tanta morum corruptione, in tam confuso uociferantium tumultu, propemodum sublato rerum hominúmque discrimine, merito dubitet aliquis, cui sese globo adiungat. Nulla synceritas, sed prodigiosa quædam calumniandi scabies, ne dicam rabies, habet plerosque, uel alienorum lapsuum sæuos expensores, uel rectè dictorũ malignos interpretes. Sub omni lapide scorpius dormit. Ex unica syllaba quantus tumultus incõparabili uiro suscitatus est. Quoniam in solenni clausula precationis aut concionis, pro In spiritu, semel atque iterum dixerat, Cum spiritu, Basilius, per omnes urbes, per omnes pagos, per omnia fora, per omnia conuenticula calumniantium uocibus lapidabatur: nec illum uel inculpata morum integritas, uel eruditio rara, cum pari facundia coniuncta, uel ipsa functionis dignitas, uel admirabilis quædam erga omnes, tum comitas, tum benignitas, à uenenatis obtrectatorum sibilis uindicare potuerunt: ut ego optimo iure nimis delicatus uideri possim, si nullo pacto cum tali uiro conferendus homuncio linguacium quorundam obtrectationes perpeti non queam. Simul illud ex hoc argumento liquet quod scripsit beatus Hieronymus: Arianorum, Eunomianorum, Origenistarum, aliorumq; circa diuinas personas errores, ex humana philosophia duxisse seminarium: non quòd philosophia per se sit impia, H
sed quòd ad huius regulam cœlestis illa philosophia quæ uenit è sinu patris per filium, nec uelit, nec debeat exigi. Qui nanque isti, qui nihil aliud erant quàm homines, diuina mysteria possint perspicere, qui sic in plerisque naturæ rebus cæcutierunt? Quanquam illi qui tum diuo Basilio facessebant negotium, philosophastri uerius erant, quàm philosophi. Apud imperitam multitudinem sese pro consummatis philosophis uenditabant, quod ex Aristotele Porphyrioq; degustarant uerius, quàm didicerant, quid sit enũtiatio: quid genus, quid species, quid substantia, quid accidens, quid quantitas, quid qualitas, quid ad aliquid, quot modis dicantur opposita, quot modis aliquid uel sit in alio, uel de alio prædicetur. Quæ nunc sunt elementa puerorum ad philosophiæ limen accedentium, ut istorum impietas magis sit imputanda falsæ persuasioni, quàm philosophiæ. Quas turbas concitassent in orbe, si illa quoque degustassent quæ Aristoteles tradidit de formis syllogismorum, de demonstrationibus, de topicis & elenchis, de naturalibus, & iis quæ sunt ultra naturalia. Sed euehor longius, ut in præfatione. Itaque ut finiam, quicquid hic est nostræ opellæ, tibi dicatum esse uolui Præsul amplissime, non tantum ob id, ut tui nominis lenocinio studiosis reddatur commendatius, uerum multo magis ut acri tuo iudicio, tuáque lima fiat emendatius. Nam primam manum ad te mitto. Hic si quis mihi temeritatis dicam scribat, nihil aliud adferam ad eius criminis purgationem, quàm naturam, & hac ualentiorem diutinam consuetudinem. Naturam refingere difficillimum est, sed multo difficilius dediscere quod diutinus usus penitus infixit, utramque alteri iunctam mutare prorsus ἂδ ὤνατον arbitror homini. Θεοὶ δὲ τὰ πάντα δύνανται. At isthuc, inquies, est accusare teipsum, potius quàm excusare. Quid facias? Sæpenumero tamen apud clementem iudicem uenia promeruit ingenua culpæ confessio. Cuius tamen partem aliquam, si libeat tergiuersatorem agere, in typographos reiicere licebit, qui mihi ferè extorquent ouum antequam pepererim, & si quid conceptum est, non sinunt fœtum maturescere, sed inuita Lucina cogunt per abortum eiicere. Non ignorabam quid te dignum esset uir clarissime, sed imitatus Græculum illum è paupere pera depromo paucos obolos, οὐ μὴ τῶν ἀξίων σοῦ ὦ σέβαστε, ἐὰν γοῦν πλέον ἔχω, πλέον ἐδίδουν. Precor ut ista motoria fabula, quam tot iam annos agis, sortiatur catastrophen, tum tibi priuatim, tum publicè regno Poloniæ fœlicem, teque Sigismundus rex, ut si quis alius, omnibus ornamentis egregio principe dignis cumulatus, dulci patriæ gregique charissimo, cuius solicitudo pietatem tuam per omnes negotiorum undas comitatur, breui restituat. Datum apud Friburgum Brisgoæ, pridie calendas Maias, Anno Domini M. D. XXXII. L

A

D. Basilij magni Cæsariensis

EPISCOPI DE SPIRITV SANCTO LIber ad sanctum Amphilochium Iconij episcopum, DES. ERASMO ROTERODAMO interprete.

B

PROOEMIVM.

EQVIDEM collaudo in moribus tuis discendi studium atque industriã, supraq; modum delector ista instantia vigilantiaq; mentis tuæ, qui putas nullam vocem ex his quæ per vniuersam scripturam de deo prædicantur, oportere indiscussam relinquere. O charum mihi caput, Amphilochi, quem ego præ cæteris facio plurimi. Rectè siquidem, posteaquam audisti dominum adhortantem. Qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: postulandi instantia videre mihi quamuis desidiosissimum ad impertiC endum excitare posse. Quin & illud insuper in te exosculor, quod nequaquam, sicut hisce tẽporibus plerique faciunt, tentandi gratia proponis quæstiones, sed vt quid sit verum inuestiges. Nam qui curiosis auribus mea verba captent, quiq; quæstiones nobis obiiciãt horum hoc tempore magna est copia. At difficillimum est nancisci animum discendi auidum, nec in aliud exquirentem quod verum est, nisi vt ignorantiæ medeatur: propterea quod quemadmodum venatorum laqueus, ac bellantium insidiæ fraudem habent occulta arte subditã, ita complurium interrogationes insidiosæ sunt: qui percontationes obiiciunt, non vt ex his capiant aliquid vtilitatis, sed vt quum repererint responsionem minus facientem ad ipsoD rum affectum, hanc iustam belli causam habere videantur. Quod si stulto de sapientia percontãti, pro sapientia imputabitur: sapientem auscultatorem, quem propheta admirando cõsultori comparat, quanti æstimabimus? Profectò dignus est, vt non illum tantum toto pectore complectamur, verum etiam vt eos qui illi huius studij consortes, & omnium laborũ socij sunt ad perfectionem festinanti, ad vberiorem profectum prouocemus. Nam haud oscitanter audire sermonem de rebus diuinis disserentem, sed conari, quid in quaque dictione, quid in quaque syllaba reconditi sensus lateat perscrutari, nõ est eorum qui segnes sunt ad pietatem, sed qui intelligunt scopum nostræ vocationis: quando nobis præscriptum est, vt similes efficiamur deo, saltem quatenus humanæ naturæ fas est. Porrò similitudo non est absque cognitione, cognitio vero è doctrina paratur. Doctrinæ autem initium est oratio, E orationis partes syllabæ ac dictiones. Proinde syllabas excutere, non est aberrare à scopo. Nec vero quoniam alicui videbuntur minutæ, ob id videri debent & negligendæ: imò quoniam difficilis est inuentu veritas, vndique nobis est vestiganda. Etenim si quemadmodum cæteræ artes, ita & pietatis acquisitio paulatim minutis accessionibus augescit, nihil est prętermittendum iis qui ad cognitionem instituuntur. Veluti si quis prima elementa vt res minutas contemnat, quando ad perfectam perueniet sapientiam? Næ, & Non, syllabę duę sunt. Attamen quæ rerum omniũ potentissima est veritas, & quæ extrema malitiæ linea est, mendacium, frequenter his minutis verbis comprehendũtur. Sed quid hęc commemoro? quum iam si quis vel capite annuat testimoniis de Christo prolatis, tõtam pietatem expleuisse iuF dicetur. Quod si hæc ad hunc habent modum, quid esse possit in his verbis quæ de deo disseruntur, adeo pusillum, vt siue recte dictum sit: siue secus, non magnum habeat momẽtum in vtranque partem. Nam si ex lege, nec vnum iota, nec apex vnus præteribit, quomodo nobis tutum fuerit vel minutissima transiisse? At quæ tute nobis exactè diiudicanda proposuisti, sic minima sunt, vt eadem sint magna: prolationis quidem compendio exigua, atque ob id fortasse contemptui obnoxia, sed rerum significatarum vi magna: ad similitudinem sinapis, quod quum sit minutissimum inter arida legumina, si iusta cura adhibeatur, explicat vim in ipso latentem, & exurgit in altitudinem, suo se robore sustentans. Quòd si quis ridet nostram circa syllabas, vt psalmi verbis vtar, nugacitatem, ipse quidem infrugiferum ἀβολοσχίαν risus sui fructum metat: nos vero haudquaquam cedentes hominum conuitiis, nec illorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vituperatione deiecti, vestigandi studium deseramus. Tantũ enim abest, vt me harum minutiarum pudeat, vt si etiam dignitatis vel minimam partem assequar, tum mihi gratulaturus sim, veluti res maximas assequuto, tum fratri, qui nobis huius perscrutationis socius est, arbitrer non mediocre lucrum obuenturum. Itaque quum in minimis verbis cõspiciam certamen maximum, spe præmij non detrectabo laborem, quem arbitror hac disputatione, tum mihi fore vtilem, tum audientibus satis magnum fructum allaturum. Quapropter cũ ipso iam, vt ita loquar, spiritu, ad explanationem accedam. Et si vis vt me in disputationis viam inducam, ad huius quæstionis originem me paulisper conuertam. Nuper oranti mihi apud populum, & vtroque modo glorificationem absoluẽti deo ac patri, interdum cum filio ipsius ac spiritu sancto, interdum per filium in spiritu sancto: quum alij quidam ex his qui tum aderant id obseruarant, dicentes nos non modò peregrinis ac nouis vsos vocibus, verum etiam inter se pugnantibus: tum tu præcipuè, nimirum consulens illorum vtilitati. Quòd si prorsus ipsi essent insanabiles, tamen postulasti quampiam dilucidam doctrinam de vi harum syllabarum, euulgari. Iam igitur nobis quàm fieri potest breuissimè dicendum est, sermonem ab exordio quodam indubitato confessoq; sumentibus.

VNDE SIT ORTA HAERETICORVM DE syllabis obseruatio. CAPVT II.

CVRIOSA istorum hominum circa syllabas ac dictiones obseruatio haudquaquã simplex alicui videri possit, neque ad mediocre tendens malum, sed profundum habet atque obtectum aduersus pietatem consilium. Contendunt enim ostendere dissimilem esse prolationem patris, & filij, & spiritus sancti, tanquam hinc habituri facilem probationem, eos etiam natura diiunctos esse. Habent enim isti vetus quoddam commentum, ab Aërio huius hæreseos principe inuentum, qui in epistolis suis alicubi scripsit affirmans, ea quę secundum naturam dissimilia sunt, dissimiliter proferri: ac retrorsum, quæ dissimiliter proferuntur, esse dissimilia secundum naturam. Ad huius dicti confirmationem citauit Apostolum dicentem, Vnus deus & pater, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus per quem omnia. Itaque quemadmodum, inquit, voces se habent inter sese, eodem modo habebunt & rerum significatarum naturæ. Sed inter se discrepant, Per quem & ex quo: dissimilis est igitur patri filio. Ex hoc morbo, nata est istis & de propositis syllabis curiositas: vnde deo quidem & patri tanquam eximiam quandam portionem attribuunt illud, Ex quo: filio vero, & deo assignarunt illud, Per quẽ: spiritui autem sancto, illud, In quo, negantq; hunc syllabarum vsum vsquam inuerti, vt quemadmodum dixi, ex discrepantia prolationis, simul appareat & naturæ discrepantia. Atqui non obscurum est, eos dum de syllabis subtiliter nugãtur, impio sermoni suam vim reseruare. Siquidem his syllabis, Ex quo, mundi conditorem volunt significari: rursus his, Per quem, operis ministrum, aut instrumẽtum: his denique, In quo, tempus aut locum declarari: vt filius, qui condidit vniuersa, intelligatur nihilo honorabilior instrumento: porro spiritus sanctus, nihilo plus ad res condendas momenti attulisse videatur, nisi quod tempus aut locum præbuerit rebus conditis. Ad hunc autem errorem perduxit illos, etiam externæ philosophiæ scriptorum obseruatio, qui has syllabas, Ex quo, & Per quem, rebus natura separatis attribuerunt. Siquidem illi putant his syllabis, Ex quo, significari materiam primam: his vero, Per quem, instrumentum accõmodari, aut saltem obsequiũ. Sed quid vetat, toto illorum sermone repetito, paucis arguere, quàm isti homines non tantum dicant à vero dissidentia, verum etiam quàm ipsi non constent sibi.

E MVNDANA PHILOSOPHIA NATAM ESSE de syllabis sophisticam disputationem. CAPVT III.

QVI inani philosophiæ dederunt operam, dum multifariam exponunt causæ naturam, camq; in propria significata diuidunt, alias aiunt esse causas principales, alias cooperantes, aut concausales, alias sine quibus ratio non subsistat. Atque harũ cuique

A cuique peculiarem etiam attribuunt appellationem, vt causæ vocabulo alias declaretur ipse conditor, alias instrumentum. Nam conditori congruere existimant illud, A quo. Aiunt enim propriè dici, à fabro factum fuisse fundamentum: cæterum instrumento conuenire illud Per quem, quãdo securi ac terebello, vt aiunt, reliquisq; similibus vtitur faber. Similiter hanc particulam, Ex quo, illi faciunt propriam materiæ: siquidem è materia fit opificium. Porro particulam, Iuxta quod, putant significare animi conceptum, siue exemplar artifici propositum. Aut enim prius in cogitatione sibi depingit id quod facere destinat, ac deinde quod animo concepit, ad opus perducit: aut ad exemplar iam æditum, respiciens ad illius similitudinem, operationem dirigit. Cæterum hanc particulam, Δι' ὅ, id est, propter
B quod, volunt competere fini: scalas enim factas ad vsum hominum. Porro his verbis, ἐν ᾧ, id est, in quo, tempus aut locum commendari. Etenim roganti quando factum est: respondetur, In tali tempore. Item percontanti vbi factum est? respondetur, In tali loco. Nam ista tametsi nihil conferunt ad id quod conditur, tamen absque his nihil potest fieri. Operantibus enim & loco & tempore opus est. Hæc quoniam didicerunt isti, & vt præclara mirãtur quæ didicerunt, obseruationes ex frustranea philosophia, eq; inani deceptione sumptas, ad simplicem & artificij ignaram doctrinam transferunt, vt & dei filium diminuant, & spiritũ sanctum reiiciant: qui quidem vocem instrumentis inanimis, atque humili prorsus ministerio tributam, loquor de syllabis, Δι' οὗ, id est, per quem, à rebus sensibilibus ad omniũ rerũ
C conditorem non veriti sunt transferre: nec pudet homines christianos ferræ malleiq; vocabulum, vniuersæ creaturæ conditori attribuere.

HARVM SYLLABARVM IN SCRIPTVRIS nullum seruari discrimen. CAPVT IIII.

D NOS porro frequenter his vsum fuisse vocibus etiam veritatis sermonẽ confitemur. haud tamen dicimus spiritus libertatem vllo modo seruire, iuxta submissionem & indignitatem rerum sensibilium, sed iuxta id quod semper adest, ad exprimendam rerum proprietatem vocabulis nonnihil abutimur. Neque enim Δι' οὗ, id est, ex quo, prorsus declarat materiam quemadmodum illi putant, sed vsitatissimum est scripturæ hoc vocabulum ad supremam illam causam accommodare. Quod genus est illud, Vnus deus ex quo omnia. Ac rursum, Omnia autem ex deo. Nam veridicus scripturæ sermo frequenter vtitur hac dictione de materia quoque, veluti quum ait: Facies arcam è lignis imputrescibilibus. Et, Facies candelabrum ex auro puro. Et, primus homo è terra, terrenus. Et, E luto compositus es tu æquè atque ego. At isti vt, quemadmodum diximus, in personis cõstituant naturarum diuersitatem, definierunt hanc vocem soli patri congruere: & huius obseruationis seminarium hauserunt à rebus externis, à philosophis huius mundi, tametsi ne
E his quidem per omnia seruientes: sed filio quidem iuxta præscriptionem illorũ, instrumenti vocabulum imposuerunt: spiritui vero sancto, loci. Aiunt enim, In spiritu: & aiunt, Per filiũ: at quum deo tribuunt, Ex quo, non hic sequuntur philosophorum præscriptionem, sed ad apostolicam, vt aiunt, consuetudinem transeunt. Quomodo illud dictum est, Ex ipso autem & vos estis in Christo Iesu. Et, Omnia autem hæc ex deo. Quid igitur est, quod ex hac argutia conficitur? Aliam esse naturam causæ, aliam instrumenti, aliam loci. Filius itaque natura diuersus est à patre, quemadmodum instrumentum diuersæ naturæ est ab opifice. Diuersus est & spiritus sanctus, quandoquidem locus ac tempus diuersam habet naturam ab instrumentis, aut illis qui his vtuntur.

1.Cor. 8. Gene. 6. Exodi. 37. 1.Cor. 15.

F

ET DE PATRE DICI PER QVEM ET DE filio Ex quo, & de spiritu sancto. CAPVT V.

AD hunc quidem modum se habent, quæ ab istis adferuntur. Nos verò demonstrabimus, nec patrem quum sibi sumeret has voces Ex quo, ad filium proiecisse has. Per quem: neque rursus filium non recipere spiritum in consortium harum vocũ Ex quo, aut Per quem, sicut isti præscribunt: quod tamen istorum inanis distribu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ephe. 4. tio definit. Vnus deus & pater ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus per quem G
omnia. Hæ voces non sunt eius generis vt nobis legem præfigant, per quam aliter loqui sit
nefas, sed quæ notent personarum discrimen. Neque enim in hoc adhibentur, vt naturæ di-
uersitatem inducant, sed vt impermixtam patris ac filij notionem approbaret, sic eas adhi-
buit Apostolus. Nam quod hæ voces inter se contrariæ non sint, neque velut in bello sepa-
ratæ aduersus hostilem aciem, expugnent naturas ad quas accesserint, inde liquet, quod bea-
tus Paulus ambas de vno & eodem subiecto pronuntiauit, quum ait. Quoniã ex ipso, & per
Roma. 11. ipsum, & in ipsum omnia. Quod autem hæc ad dominum referat, quiuis fatebitur, qui vel
tenuiter inspiciat mentem orationis. Quum enim prius Apostolus posuisset ex Esaia testi-
Esa. 40 monium, Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? subiecit: Quoniam H
ex ipso & per ipsum & in ipsum sunt omnia. Quemadmodum de verbo dei, à quo condita
sunt vniuersa, Prophetam esse loquutum ex his quæ subiiciuntur, discas licebit: Quis mẽsus
est manu aquam, & cœlum palmo, & totam terram pugno? Quis statuit montes libra, & ru
pes statera? Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius illi fuit? Nam hæc dictio
Quis, hic non prorsus id quod absurdum est, significat, sed quod rarum: velut in hoc, Quis
Psalm. 33. Psalm. 23. insurget mihi aduersus peruersẽ agentes? Et, Quis est homo qui vult vitam. Et, Quis ascen-
Ioan. 3. det in montem domini? Similiter & hoc loco dictum, Quis est qui cognouit sensum do-
mini, & consilij illius particeps fuit? Pater enim diligit filium, & omnia ostendit illi. Hic est
qui continet terram, eamq; pugno complexus est. Hic qui cuncta in ordinem decentem di I
gessit, qui & montes æqualiter librauit, & mari terminos præscripsit, & omnibus quæ in mũ
do sunt, suum designauit ordinem. Qui totum cœlum minima suæ potestatis particula cõ-
prehendit, quem sermo propheticus figuratè palmum appellauit. Vnde congruenter adiecit
Roma. 11. Apostolus illa, Ex ipso, & per ipsum, & in ipsum sunt omnia. Ex hoc siquidem iis quæ sunt,
causa vt sint manat, iuxta voluntatem dei & patris: per eundem omnibus, vt perseuerent,
consistantq;, qui condidit vniuersa, quiq; singulis quæ facta sunt ad sui conseruationem ne-
cessaria dimetitur. Quapropter sanè etiam vniuersa sese ad illum conuertunt, inuincibili at
que insedabili quodam desiderio, & arcano affectu, ad principem & gubernatorem vitę re-
Psalm. 144. spicientia, iuxta illud quod scriptum est, Oculi omnium in te sperant. Et rursus, Omnia à te K
expectant. Et, Aperis manum tuam, & imples omne animal bonitate. Quòd si aduersus
hanc nostram expositionem instabunt, quæ illos ratio liberabit, quo minus euidenter in ean
dem recidant difficultatem. Etenim si dabunt has tres voces, Ex ipso, per ipsum, & in ipsum
omnia, non esse dictas de domino, omnino necessum est, vt propriè deo patri attribuantur.
Atque hinc palam conciderit illorum obseruatio. Quandoquidem reperitur non solum, Ex
quo, verum etiam, Per quem accommodari ad patrem. Quæ vox posterior, si nihil declarat
humile, quam tandem ob causam eam velut inferioris dignitatis assignant filio? Quod si
omnino declarat ministerium respondeant nobis, deus gloriæ & pater Christi, cuius prin-
cipis est minister? Igitur isti quidem ad hunc modum à seipsis vndique subuertuntur, nobis L
autem vtrinque quod firmum est seruabitur. Etenim si de filio euicerimus dictum esse quod
recitauimus, comperietur hæc particula Ex quo, in filium competere. Quòd si quis conten-
dat prophetiæ verba ad deum patrem esse referenda, rursus concedet hanc vocem. Per quẽ,
deo patri congruere: & vterque sermo parem vim obtinebit, eo quòd pari ratione de deo
vsurpatur: itaque iuxta modum vtrumq; perspicuum erit has particulas parem inter se de-
clarare dignitatem, quòd de vna eademq; persona vsurpatæ sint. Sed ad id quod erat pro-
Ephe. 4. positum reuertamur. Apostolus scribens Ephesiis ita loquitur, Veritatem autem loquentes
in charitate, augeamus in ipsum omnia, siue crescamus in ipsum per omnia, qui est caput
Christus, ex quo totum corpus dum compingitur & connectitur, per omnem iunctu ram
submin istrationis, secundum operationem in mensura vniuscuiusque membri, incrementũ M
Coloss. 2. corporis facit. Et rursus scribens Colossensibus, ad quos quod non haberent vnigeniti no-
titiam dictum est. Qui tenet caput, hoc est Christum, ex quo totum corpus per iuncturas &
connexiones submin istratum, augescit augmento dei. Quod Christus caput est ecclesiæ alio
Ephe. 1. loco didicimus, Apostolo dicẽte, Et ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ. Et Ioannes, De
Ioan. 1. cuius plenitudine accepimus omnes. Et ipse dominus, De meo accipiet, & annuntiabit vo-
Ioan. 16. bis. In summa, si quis studiose loca recenseat, perspiciet hanc particulam Ex quo, diuersis v-
Luc. 8. surpari modis. Nam & dominus, Noui, inquit, virtutem ex me exisse. Similiter & de spiritu
compluribus locis obseruauimus positum esse Ex quo. Qui enim, inquit, seminat in spiritu,
è spiritu

A è spiritu metet vitam æternam. Item Ioannes, Ex hoc cognoscimus, quod in nobis est, è spi- Matth. 1.
ritu quem nobis donauit. Et angelus, Quod enim in ea natum est, è spiritu sancto est. Et do Ioan. 3.
minus, Quod natum est è spiritu, spiritus est. Atque id quidem ad hunc habet modum. Iam
vero demonstrandum est hanc vocem Per quem, pariter & de patre, & de filio, & de spiritu
sancto in scripturis vsurpari. Ac de filio sanè superuacaneum fuerit adducere testimonia,
vel quia per se notum est, vel quod hoc ipsum ab aduersariis probatur. His vero demon-
strabimus hanc particulam Per quem, etiam de patre positam esse in scripturis. Fidelis, in- 1. Cor. 1.
quit, deus per quem vocati estis in consortium filij ipsius. Et, Paulus apostolus Iesu Christi 2. Cor. 1.
per voluntatem dei. Et rursum. Itaque non es iam seruus, sed filius: quòd si filius, & hæ- Roma. 6.
Gala. 4.
B res per Deum,. Item illud, Quemadmodum surrexit Christus à mortuis per gloriam 1. Cor. 1.
patris. Et Esaias, Væ, inquit, qui profundè facitis consilium, & non per dominum. Quin
& de spiritu sancto multis testimoniis doceri potest, hanc vocem prædicari. Nobis au-
autem, inquit, deus reuelauit per spiritum suum. Et alio loco, Egregium depositum serua, 2. Tim. 1.
per spiritum sanctum. Ac rursus, Alij quidem per spiritum datus est sermo sapientiæ. Eadem 1. Cor. 1.
verò & de syllaba, In, dicere possumus, quòd hanc de deo patre scriptura vsurparit, velut in
veteri testamento. In deo, inquit, faciemus virtutem. Et, In te laus mea semper. Et rursus, In Psal. 88.
nomine tuo exultabo. Et apud Paulum, In deo, inquit, qui cõdidit omnia. Et, Paulus ac Syl-
uanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre. Et, Iam tandem prosperabor Philip. 3.
in voluntate dei, vt veniam ad vos. Et, Gloriari, inquit, in deo: aliaq; tam multa, vt difficile
C sit vel enumerare. At nobis non est propositum ostẽtare testimoniorum multitudinem, sed
redargutione docere, istorum obseruationem non rectè habere. Siquidem hanc particulam
In, de domino ac spiritu sancto vsurpatam esse, tanquam per se notum, demonstrare super-
sedebimus. Illud necessariò dicendum est, quod prudenti auditori ea quæ prius digesta sunt,
satis habent redargutionis ex ipsa pugnantia dictorum quæ adferunt. Nam si prolationis di
uersitas arguit naturam diuersam, quemadmodum isti dicunt, nunc voces eædem de singu-
lis personis prædicatæ, vel pudore cogent eos fateri essentiam in nullo discrepantem. Neq;
enim solum quum de deo fit sermo, harum vocum vsus variat, verum etiam ea quæ ab his Gene. 4.
significantur sæpenumero inuertuntur, quoties altera alterius recipit significationem, velu-
D ti, Possedi hominem per deum, inquit Adam: idem dicens, quasi dixisset ex deo. Et alibi, Gene. 37.
Quæ præcepit Moses Israëli per mandatum domini. Et rursus, Nonne per deum horum ma
nifestatio est? Ita Ioseph loquens de insomniis quæ viderat in carcere. Palam est, & hunc pro
eo quod erat Ex deo, dixisse, Per deum. Et contra, hæc particula Ex quo, vsurpatur pro Per Gala. 4.
quem, velut quum ait Paulus, Factus ex muliere, pro eo quod erat, Per mulierẽ. Nam id no-
bis alibi perspicuè distinxit, quum ait, fœminæ conuenire, è viro natam esse, viro autem per 1. Cor. 11.
fœminam, in his quæ sic scribit: Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierẽ. Quan-
quam hic Apostolus simul ostendens varium harum vocum vsum, simul obiter corrigens
E quorundam errorem, existimantium domini corpus esse spirituale, vt ostenderet carnem in
Christo diuinæ naturæ vnitam, ex humano liquore concretam fuisse, maluit vti verbo signi
ficantiore. Nam hę dictiones, Per mulierem, transitorium generationis intellectum erant si-
gnificaturæ. At hæ, Ex muliere, sufficienter declarant communionem naturę genitę cum ea
quæ genuit: non quòd secum pugnet Apostolus, sed ostendit has voces facilè sibi vicissim ce
dere. Posteaquam igitur de quibuscunq; definitum est propriè dici, Per quem, in hos ipsos
transferri, Ex quo, quam habet probabilitatem, ad pietatis calumniam ab hac communione
dictiones inter sese separare.

F OBSISTIT IIS, QVI CONTENDVNT FILIVM
non esse cum patre, sed post patrem, vbi &
de gloriæ æqualitate.
CAPVT VI.

ATQVI nec ad ignorantiæ excusationem confugere possunt, quum tanto artificio
tantaq; peruersitate nostra dicta excipiunt, qui nobis indignantur, quòd gloriæ ple
nitudine vnigenitum æquamus cum patre, quodq; spiritum sanctum à filio non
separamus, vnde nos nouitatis architectos & nouos tractatores, ac verborum adin
uentores, & quibus non probrosissimis nominibus appellant. Quorum conuitia tantum ab-
est

Universidad de Deusto
Biblioteca

estvt indigne feram, vt ni nos ipsorum calamitas dolore, perpetuoq; cruciatu afficeret, pro- G
pemodum dicerem me illorum maledictis habere gratiam, vt qui mihi conciliant beatitu-
Mat.5. dinem. Beati enim, inquit, estis, quum probris vos impetiuerint homines, ac persequuti fue-
rint, & omne verbum malum dixerint in vos mentientes, propter me. Porrò de quibus no-
μετὰ πα- bis indignantur, huiusmodi sunt. Non est, inquiunt, cum patre filius, sed post patrem, vnde
τρὸς. consequitur, per filium, gloriam patri tribuendam esse, cum filio nequaquam: eo quod hæ
μετὰ υἱοῦ. voces cum filio, æqualitatem declarant honoris: Per filium vero, ministerium significant.
Rursus nec spiritum, inquit, sanctum oportet cum patre & filio collocare, sed sub filio & pa
tre, vt intelligatur non eiusdem ordinis cum illis, aut eiusdem numeri, sed subditus. Atque
huiusmodi de verbis artificiosis argutationibus peruertunt fidei synceritatem simplicitatē- H
q;. Proinde quam veniam assequentur imperitiæ prætextu, qui ne aliis quidem imperitos se
videri patiuntur ob istam curiositatem? Nos verò primũ illud ab istis petemus, de filio quid
dicant, num sentiant illum tempore recentiorem, an ordine, an dignitate? Sed nullus adeò
demens est, vt dicat conditorem seculorum, quoquam esse tempore posteriorem, quum nul
lum sit interuallum quod naturalem filij cum patre cõtiguitatem dirimat. At ne cogitatio-
ne quidem hominum possit quis filium dicere patre recentiorem, non ob id modò quod si-
mul intelligantur iuxta naturam eorum quæ dicuntur ad aliquid, verum etiam quòd ea di-
cuntur priora, quæ lõgius absunt à præsenti tempore, veluti quæ Noë temporibus acta sunt,
priora sunt iis quæ narrantur de subuersis Sodomis, quòd illa longius dissita sint ab hoc tẽ- I
pore, & hæc illis posteriora, quod appareant huic tempori viciniora. At eius vitæ quæ omne
tempus, & omnia secula superat, essentiam metiri distantia quæ intercessit ab initio quo cœ
pit esse vsq; ad præsens tempus, an non præter impietatem, omnem etiam dementiam super-
rat, si quemadmodum res generationi corruptioni q; obnoxiæ, aliis aliæ priores esse dicun-
tur, eundem ad modum deus pater, collatus cum filio deo qui est ante secula, superat. Siqui-
dem vt pater filio sit anterior, nemo queat animo speculari, eo quòd domini generationem
nec vlla cogitatio neq; vlla notio antecedat. Ioannes pulchrè duabus vocibus cogitationem
Ioan.1. intra præscriptos terminos recluſit, cum ait, In principio erat verbum. Hæc enim vox, Erat,
nullum cogitationi præbet exitum quemadmodum hæc, Principium, non dat transitum hu K
manæ mentis imaginationi. Quantumuis enim cogitatione curras ad anteriora, non excedis, erat. Et quantumuis institeris videre quæ sint vltra filium, non poteris tamen superare
principium. Itaq; pium iuxta hanc rationem, patrẽ simul cum filio intelligere. Quod si ima-
ginantur, quasi filius velut in loco, patre sit humilior, vt in sublimi sedeat pater, dein filio hu
milior locus concessus sit, fateantur istud, & nos tacebimus, quòd ipsa ex sese oratio manife
stam habet sui redargutionem. Siquidem nec in ratiocinando sibi constant, qui non conce-
dunt patrem ad vniuersa pertingere, quum eorum qui sani sunt, cogitatio credat deum im-
Psal.138. plesse vniuersa, neq; recordantur Prophetæ dicentis, Si ascendero in cœlum, tu illic es, si de-
scendero ad inferos, ades: hæc, inquam, non meminerunt, qui has voces supernè & infernè
partiuntur inter patrem & filium. At vt nihil dicam ad redarguendam illorum imperitiam L
qui rebus incorporeis locum attribuunt, quid erit quod excuset impietatem, qua tam impu-
Psal.109. Hebræo.1. denter repugnant aduersanturq; scripturis? Quod genus est illud, Sede à dextris meis, &,
Consedit in dextra maiestatis dei. Neq; enim hæc vox Dextrum, significat locum inferio-
rem, quod isti prædicant, sed statum æqualitatis, eo quòd dextrum hic non accipiatur corpo
raliter, ad istum enim modum fortassis & sinistrum aliquid in deo possit esse, sed honorifi-
cis verbis ac præsidentiam declarantibus, filij maiestatem sermo nobis commendat, vt iam
1.Cor.1. non possint isti dicere, per hanc vocem inferiorem dignitatis gradum significari. Discant
igitur, quòd Christus est dei virtus, dei sapientia, dei imago inuisibilis, & splendor gloriæ, M
quodq; hunc pater signauit deus, seq; totum in eo expressit. Hæc igitur & his similia testimo
nia quæ per vniuersam scripturam reperiuntur, vtrum dicemus humilitatis habere signifi-
cationem, an ceu præconia quædam, vnigeniti maiestatem, & æqualem cum patre gloriam
ebuccinari? Audiant insuper & ipsum dominum palam suam gloriam cum patre æqualem
Ioan.14. Marc.13. Ioan.5. Ioan.1. asserentem, quum ait, Qui vidit me, vidit & patrem. Ac rursum, Quum venerit filius in glo
ria patris. Et, Vt honorificet filium, quemadmodum honorificant patrem. Item illud, Vidi-
mus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenus gratiæ & veritatis. Rursus,
Vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Horum dum isti nihil cõsiderãt, locum hostibus de-
stinatum attribuunt filio. Nam sinus paternus, sedes est digna filio. Scabelli verò locus, iis

conuenit

A conuenit, qui sunt inferioris existimationis. Nos igitur ad alia properantes obiter & in trans
cursu attigimus testimonia. Tibi verò per otium licet, collectis vndiq; probationibus, glo-
riæ sublimitatem, ac virtutis eminentiam in filio perspicere, quanquam ne hæc quidem con
temnenda sint grato dociliq; auditori, nisi quis carnaliter & abiectè intelligat has voces,
Dextrum, & Sinistrum, vt & loco circumscribat deum, fingátq; figuram ac formam situm-
q; corporalem: quæ ab intelligentia dei, qui simplex est, qui immensus & incorporeus, longe
semóta sunt. Vt omittam, quòd istorum hæc humilis cogitatio, pariter in patrem cadit atq;
in filium, vt iam non deiiciat filij dignitatem, sed adiungat blasphemiæ crimen aduersus
deum patrem quisquis talia disserit. Quæcunq; enim ausus fuerit euomere in filium, necesse
B est vt eadem transferat & in patrem. Nam qui patri superiorem locum ad prẽsidendum tri-
buit, dicens filium humiliore sedere loco, is quæcunq; corporeis accidunt, ea omnia habitu-
rus est suum figmentum consequentia. Quod si istæ imaginationes sunt vino delirantium,
ac per phrenesim mente commotorum, qui potest esse pium, filium qui natura, gloria, di-
gnitateq; patri coniunctus est, non simul cum patre adorari & glorificari ab his qui edocti
sunt, eum qui non honorificat filium, non honorificare patrem. Quid porrò dicemus? quid
iustæ excusationis afferemus in communi totiusq; creaturæ formidabili iudicio, si postea-
quam dominus apertè denuntiauit se venturum in gloria patris, & beatus Stephanus Iesum Actu.7.
vidit stantem à dextris dei, & Paulus spiritu afflatus, testificatus est de Christo quod est in Hebræo.1.
C dextra dei & patris, qui dixit: Sede à dextris meis: deniq; quum spiritus sanctus testimoni-
um perhibeat, quod consederit ad dextram maiestatis dei, nos throni consortem, & hono-
ris eiusdem participem, ab æqualitate status, ad inferiorem deiiciamus locum? Siquidem ar-
bitror, stationem & consessum, naturam dei solidam & vndiquaq; firmam significare, iuxta
quem tropum & Baruch indicare volens deum immobilem & immutabilem semper esse, Cap.3.
ait, Et tu sedes in æternum, & nos perimus in æuum. Dextrum verò locum significare digni
tatis æqualitatem. An non igitur audax facinus est, filium paternæ gloriæ consortio priuare,
veluti qui mereatur in loco minus honorato collocari. Sed aiunt hunc sermonem cum ip-
so, omnino peregrinum esse & inusitatum: contra, Per ipsum, tum sermoni scripturæ fami-
D liarissimum esse, tum fratrum vsu tritum esse.

ADVERSVS EOS QVI DICVNT NON CONGRVEN-ter de filio dici Cum quo, sed Per quem.

CPVT VII.

QVid igitur nos ad ista? nimirum beatas esse aures quæ non audierunt vos, & beata
corda quæ conseruata sunt, ne à vestris sermonibus sauciarentur. Vobis porrò qui
Christum diligitis, dico, ecclesiam vtrunq; harum vocum vsum agnoscere, neu-
trumq; reiicere, quasi alter alterum destruat. Quum enim inv nigenito naturæ ma-
E iestatem, ac dignitatis excellentiam contemplamur, tribuimus illi gloriam cum patre. Rur-
sus quum consideramus, quæ bona in nos contulerit, aut quomodo nos ipsos ad patrem ad-
duxerit, deoq; nos asseruerit, confitemur hoc beneficium per ipsum & in ipso, peractum esse
in nobis, vt altera particula Cum quo, propria sit glorificãtium: altera, Per quem, sit propria
gratias agẽtium. Quin & illud mentiuntur, hanc vocem Cum quo, ab vsu piorum alienam
esse. Quotquot enim morum constantia, antiquitatis maiestatem, nouis ornamentis prætu-
lerunt, ac maiorum traditionem citra mutationem conseruarunt, singulis tum regionibus,
tum ciuitatibus hac voce sunt vsi. Cæterum qui consueta fastidiunt, ac vetera tanquam ob-
F soleta submouent, ij sunt qui nouas vocum fictiones recipiunt, quemadmodum qui in cul-
tu studiosi sunt ornatus, semper nouam formam præferunt communi. Itaq; videas & hodie
à rusticanis hanc vocem more veterum pronuntiari. Cæterum istorum verba sunt ex noua
sapientia inusta, ab ipsis qui in artificio pugnisq; verborum detriti sunt. Proinde quod à ma-
ioribus nostris dictum est, & nos dicimus, gloriam esse communem patri cum filio, qua-
propter & glorificationis hymnos patri simul cum filio offerimus. Quanquam hoc nobis
non est satis, sic à patribus esse traditum: nam & illi scripturæ sequuti sunt autoritatem, ex te
stimoniis quæ paulo ante vobis è scriptura citauimus, sumpta origine. Siquidem illud ver-
bum, splendor cum gloria intelligitur, & imago cum principali exemplari, & filius omnino
cum patre, vt nec verborum consequentia, neq; rerum natura admittat separationem.

QVOT

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOT MODIS INTELLIGATVR HAEC PARTICVLA Per quem,& in quo sensu congruentius dicitur Cum quo:vbi simul exponitur,quomodo mandatum accipit filius, & quomodo mittitur. CAPVT VIII.

G

TAque quum Apostolus gratias agit deo per Iesum Christum, ac rursus quum ait sese per illum accepisse gratiam & apostolatum ad obedientiam fidei in omnibus gentibus, aut quum dicit nos accessum habere ad gratiam hanc in qua sumus & gloriamur,illius erga nos beneficentiam commendat,nunc quidem vt à patre bo- H
norum gratiam in nos transfundentis, nunc rursum vt per seipsum conciliantis nos patri.
Rom.5. Siquidem quum ait,Per quem accepimus gratiam & apostolatum:significat bonorum sub-
Rom.5. ministrationem ab illo proficisci.Rursum quum ait,Per quem accessum habemus, quòd re-
cepti sumus,ac familiaritatem cum deo consequuti,id per Christum esse procuratum decla
rat.Num igitur confessio gratiæ per Christum in nobis operantis, diminuit illius gloriam?
An potius dictu verius fuerit,enarrationem beneficiorum,decens esse argumentum glori-
ficandi filium?Hanc ob caussam comperimus scripturam non vno tantum vocabulo nobis
significare dominum, nec his tantum quæ diuinitatem ac magnitudinem eius declarant,
sed interdum vti vocibus naturam assumptam exprimentibus.Nouit enim nomẽ filij quod I
est super omne nomen,& filium verum dicere,& vnigenitum dei,& virtutem dei,& sapien
tiam,& verbum.Rursus,ob multiplicem in nos beneficentiam, quam ob diuitias bonitatis,
iuxta variam suam sapientiam egentibus præstat, aliis innumeris appellationibus eundem
designat,dum aliquando vocat illum pastorem,alias regem, interim & medicum, denique
sponsum,viam,ostium,fontem,panem,securim,ac petram.At ista non declarant naturam,
sed quemadmodum modò dicebam gratiæ varietatem modis omnibus in nobis operantis,
quam ex affectu quem gerit erga suum figmentum,vt cuiq; opus est impartit.Eos enim qui
ad illius ditionem confugerunt, quiq; per malorum tolerantiam communicandi facilita-
tem præstiterunt,oues appellat, seq; talium pastorem esse profitetur, qui vocem ipsius audi- K
Ioan.10. unt,nec attendunt doctrinis peregrinis.Oues enim meæ, inquit, vocem meam audiunt.Rex
autem vocatur eorum,qui iam transgressi sunt,legitimaq; castigatione opus habent.Ostium
dicitur,eò quòd per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones, ac rursus tutò per-
ducit in caulas, eos qui per fidem in ipsum ad cognitionis bonum confugerint. Vnde,Per
1.Cor.10. me, inquit,si quis introierit,& ingredietur & egredietur, ac pascua inueniet. Petra dicitur,
1.Pet.2. eò quòd validum sit & inconcussum, & quauis arce tutius propugnaculum ipsi fidentibus.
In his,hæc vox per ipsum, aptissimum ac significantem vsum habet, quoties ita profertur
quasi dominus sit ostium,quasi pastor,quasi via.Cæterum tanquam deus,ac dei filius, cum
patre communem habet glorificationem. Quoniam in nomine Iesu omne genu flectetur, L
Phil.2. cœlestium,terrestrium,& infernorum, & omnis lingua confitebitur, quòd dominus sit Ie-
sus Christus in gloriam dei patris.Quas ob res ambabus vocibus vsi sumus,altera propriam
illius dignitatem,altera eius erga nos munificentiam prædicantes.Quum enim per illum sit
omne præsidium animabus nostris, iuxta quanque auxiliandi speciem, excogitata est pecu-
liaris quædam appellatio. Veluti quum sibi animam incontaminatam non habentem ma-
culam aut rugam,quasi puram virginem adiungit,sponsus appellatur.Quum eam male sau
ciam vulneribus diaboli,grauiterq; laborantem è peccatis susciperе dignatur, medicus vo-
catur.Vtrum igitur quod hisce modis nostri curam gerit, cogitationes nostras eò deducet,
vt humilius de eo sentiamus,an potius è diuerso efficiet, vt seruatoris & potentiam & hu- M
manitatem erga nos admiremur,quod & compati nostris infirmitatibus sustinuit,& ad no
stram infirmitatem sese demittere.Neque enim cœlum ac terra, immensaq; maria nec ani-
mantia,vel in aquis,vel in terris degentia,nec plantæ,nec astra,nec aër,nec horæ, nec mul-
tiplex vniuersi ornatus,excellentiam potentiæ illius nobis perinde commendat,atque quod
deus incomprehensibilis:sic per carnem cum morte conflictatus est, vt ipsa diuinitas nihil
Rom.8. pateretur,quo nobis sua morte largiretur immortalitatem.Item quum ait Apostolus,In his
omnibus superamus,per eum qui dilexit nos: nequaquam hac voce humile quoddam mini
sterium indicat,sed auxilium potius,quod per imperium suæ potentiæ operatur in nobis.Si-
quidem ipsum alligauit fortem,diripuitq; vasa illius,videlicet nos, quibus ad omnia mala

opera

A opera fuerat abusus,fecitq; vasa vtilia domino, apparatos ad omne opus bonum, ob prom-
ptitudinem illius quod erat in nobis.Hoc pacto accessum habemus ad patrem,quem ille no Ephe.2.
bis parauit,translati de potestate tenebrarum in sortem sanctorum in lumine.Ne igitur ob Roma.5.
filij dispensationem,seruilem humilitatem,aut coactum obsequium imaginemur:sed intel Coloss.1.
ligamus voluntariam solicitudinem,ex bonitate ac misericordia iuxta voluntatem dei pa-
tris erga suum figmentum operantem.Sic enim pietatem seruabimus,si & perfectam illi po
tentiam testimonio nostro tribuemus,& nequaquam in omnibus quæ perfecta sunt,filium
à voluntate paterna separabimus.Quemadmodum igitur quoties dominus appellatur via, Ioan.14.
ad sublimiorem intelligentiam potius quàm ad vulgarem,atque è medio sumptam,animo
B ferimur.Audientes enim viam,seriem & ordinem intelligimus per opera iustitiæ, perq; il-
luminationem scientiæ ducentem ad legitimum profectum,semper ad anteriora festinan-
tes,& ad ea quæ restãt nosmetipsos extendentes,donec perueniamus ad beatum finem,quæ
est dei cognitio,quam dominus per sese in ipsum credentibus largietur.Reuera enim bona
est via,exorbitationis errorisq; nescia, dominus noster Iesus, ad patrem qui verè bonus est
perducens.Nemo,inquit,venit ad patrem nisi per me. Talis est noster ad deum reditus per Ioan.6.
filium.Porro qualis sit patris erga nos per eundem bonorum suppeditatio, deinceps erit dis
serendum.Omnis naturæ, tum in hac creatura visibili, tum in intelligibili,ad hoc vt consi-
stat,dei cura egentis,conditor est sermo, videlicet vnigenitus deus, quantum cuique opus
C est opem distribuens.Varia quidem & omnis generis auxilia,ob varietatem eorum qui be-
neficio iuuantur,vnicuique tamen congruè iuxta necessitatis modũ,auxilia dimetitur. Eos
qui in tenebris ignorantiæ detinentur, illuminat : propterea lumen verum dicitur.Iudicat
iuxta operum dignitatem remetiens præmium, ob id iudex iustus dicitur.Pater enim ne- Ioan.5.
minem iudicat,sed omne iudicium dedit filio.Erigit è ruina,qui è sublimitate vitæ ad pec-
catum delapsi sunt.Ob id vocatur resurrectio.Omnia autem facit, contactu virtutis, ac vo- Ioan.11.
luntate bonitatis operans : Pascit,illuminat,alit,deducit,medetur,erigit. Quæ non sunt,ea
facit vt sint, condita conseruat. Hoc modo bona ex deo per filium ad nos perueniunt, ma-
iore celeritate in singulis operantem, quàm vllus sermo proferri valeat. Neque enim fulgu
D ra, neque lucis per aërem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius
intellectus nostri motus : sed horum quodque magis vincitur diuinæ operationis celeri-
tate,quàm animantia quæ sunt apud nos maximè segnia,non dicam volatilium,neque ven
torum, neque cœlestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostræ motu superantur. Nam
quo tandem temporis spatio egeat: qui gubernat omnia verbo veritatis suæ, quique nec
corporaliter operatur, neque manuum opera ad fabricandum opus habet,sed eorum quæ
fiunt naturam habet inuiolabili potentiæ obsequentem.Sicuti Iudith, Cogitasti, inquit, & Capite.9.
præsto sunt tibi omnia quæ cogitasti. Attamen ne fortè ex magnitudine eorum quæ fiunt,
rapiamur in imaginationem, vt putemus dominum nullam habere originem, quid ait is,
E qui per se vita est:Ego viuo propter patrem. Et,dei virtus, Non potest, inquit,filius à se fa- Ioan.6.
cere quicquam. Rursus, is qui ex se perfecta est sapientia:Mandatum, inquit, accepi, quid Ioan.14.
dicam,& quid loquar:per hæc omnia ducens nos ad patris cognitionem, & admirationem
eorum quæ gerebat, ad illum referens, vt per ipsum cognoscamus patrem.Neque enim ex
operum differentia pater intelligitur propriam ac separatam à filio operationem ostendere:
quæcunque enim viderit patrem facientem, hæc & similiter filius facit : sed ex gloria quam
vnigenitus defert patri, miraculum operum colligitur, dum præter operum magnitudinẽ,
de ipso etiam autore operum gloriatur, & exaltatur ab iis qui agnoscunt eum patrem do-
mini nostri Iesu Christi,per quem omnia,& propter quem omnia.Ideo dicit dominus: Om Ioan.17.
nia mea tua sunt,tanquam ad ipsum origo rerum cõditarum referenda sit:& tua mea,quod
F ipsi à patre condendi autoritas prouenit : non quòd pater ad operandum filij auxilio sit v-
sus, neque quòd ipsi particularibus mandatis vniuscuiusque operis ministerium commis-
sum sit : nam istud quidem seruile est, & à diuina dignitate immenso semotum interuallo:
sed quòd verbum plenum paternis bonis à patre resplendens,omnia facit ad similitudinem
eius qui ipsum genuit.Nam si iuxta essentiam nihil differt à patre, nec potentia à patre dif-
fert.Porrò quorum æqualis est potentia, horum æqualis est & operatio. Christus siquidem 1.Cor.1.
dei virtus est,& dei sapientia. Et sic omnia per ipsum facta sunt, omniaque per ipsum con-
dita sunt, non quòd instrumentali quodam ac seruili ministerio fungatur : sed quòd tan-
quam conditor paternam implet voluntatem. Itaque quum ait, Ego ex me ipso loquutus Ioan.14.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 12. Ioan. 14. nō sum. Et rursum, Sicut præcepit mihi pater, ita loquor. Et, Sermo quē auditis non est meº, G
sed eius qui misit me. Et alibi, Et quemadmodum mandauit mihi pater, sic facio: Nō quòd
caruerit libero proposito, ac voluntatis impetu, neque quòd ex signis ab imperante datis oc
casionem expectarit, ideo talibus vtitur verbis: sed vt declaret suam mentem per naturæ v-
nitatem, & indiuulsum consensum, cum patre coniunctam esse. Proinde quod dicitur, man
datum, ne sermonem imperiosum per vocalia organa prolatum intelligamus, filio velut
obedienti præscribentem, quid facere debeat, sed iuxta sensum deo dignum intelligamus,
voluntatis traditionem instar formæ cuiuspiam in speculo relucentis, à patre in filium sine
Ioan. 3. tempore demanantem. Pater enim diligit filium, & omnia ostendit illi. Itaque quæcunque
habet pater filij sunt, non quòd hæc illi paulatim accrescant, sed adsint semel vniuersa. Non H
enim inter homines, qui artem perdidicit, ac diutina exercitatione firmum artis in animo
fixúmque habitum gerens, ilico potest iuxta scientiæ rationes quas in mente tenet per sese
operari. At dei sapientia, videlicet architectus vniuersæ creaturæ, semper perfectus, & citra
doctorem sapiens, dei virtus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ occulti, non
eget particulari præscripto, quod ipsi modum ac mensuram operationis præfiniat. Scilicet
tu quidem etiam pædagogeum aperies in vanitate cogitationum tuarum, & hunc quidem
facies præsidentem loco doctoris, illum vero astantem cum discipuli imperitia: dein paula-
tim additis præceptionibus discentem sapientiam, donec promoueatur vsque ad perfectio-
nem. At ex hoc, si modò noueris consequentiam quæ est in dictis obseruare, inuenies filium I
semper discere, nec vnquam ad finem peruenire posse, eò quòd infinita sit patris sapientia,
nec infinitæ rei finis possit apprehendi. Itaque qui non concesserit, filium ab initio habere
omnia, nunquam concessurus est illum ad perfectionem peruenturum. Sed pudet istius hu-
milis cogitationis, in quam é sermonis tenore paulatim deductus sum. Igitur ad sublimita-
Ioan. 14. tem verbi reuertamur. Qui vidit me, vidit & patrem: non figuram, non formam, pura enim
est ab omni compositione diuina natura: sed videt bonitatem voluntatis, quæ simul cum
essentia currit, similis illi atque æqualis: quin, vt melius dicam, eadem in patre quæ in filio
Philippen. 2 intelligitur. Quid igitur sibi vult illud, Factus obediens vsque ad mortem? Item illud, Pro
Ephe. 5. nobis omnibus tradidit seipsum? Quoniam hoc à patre habuit, vt iuxta suam bonitatem o- K
peraretur pro hominibus. Tu vero & illa audito: Christus nos exemit de maledicto legis.
Roma. 5. Item, Quum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Diligenter autem obserua
Gala. 3. verba domini, quòd quum nos de patre erudiret, nouit authenticis & herilibus vti vocibus,
Marci. 1. Volo, mundare. Et Tace, obmutesce. Et, Ego aũt dico vobis. Et illud, Mutum & surdum dę-
Marci. 4. monium ego tibi præcipio: & si qua sunt huius generis alia. Vt ex his quidem dominum &
Lucæ. 4. conditorem nostrum cognosceremus, per illa vero patrem domini & conditoris nostri di-
Marc. 9. sceremus. Ita sermo vndiquaque verax demonstrat patrem creare per filium, vt nec patris
imperfecta sit creatio, nec eneruis filij operatio, sed duorum vnam eandémque voluntatem
declarat. Itaque hęc vox Per quem, confessionem habet caussæ principalis, non autem sumi- L
tur ad proloquium caussæ efficientis.

DEFINITIVAE SENTENTIAE DE SPIRITV doctrinæ scripturarum congruentes, & quòd spiritus est dominus. CAPVT IX.

IAM vero etiam de spiritu sancto communes nostræ sententiæ cuiusmodi sint ex-
pendamus, tum eas quæ nobis de illo è scripturis collectæ sunt, tum eas quas patrũ
traditione sine scripto accepimus. Primum igitur qui audiuit appellationes spiri- M
tus, erigitur animo, & ad supremam naturam cogitationem attollit. Nam spiritus
dei dictus est, & spiritus veritatis, qui ex patre procedit. Spiritus rectus, principalis. Spiritus
sanctus, quæ postrema propria est illius ac peculiaris appellatio. Quod sanè nomen omniũ
maximè declarat id quod est incorporeum, & ab omni materia purum, atque incompositum declarat. Quapropter & dominus, vt animum qui putat deum in loco adorandum, do
ceat eum incomprehensibilem & incorporeum esse: Spiritus, inquit, est deus. Proinde fieri
non potest, vt qui audit spiritus, naturam loco circunscriptam, aut mutationibus & altera-
tionibus obnoxiam, aut omnino creaturæ similem imaginatione imprimat menti suæ: sed
ad id quod summum est cogitatione proficiscens, intelligibilem substantiam cogitet neces-
se est,

A se est, virtute infinitam, magnitudine incircunscriptam, nec temporum nec seculorum di-
mensionem recipientem, nemini bona quæ habet ipsa, inuidentem: ad quam omnia conuer
tuntur quæ egent sanctificatione, quam omnia appetunt iuxta virtutem viuentia, cuius af-
flatu velut irrigantur & adiuuantur, vt perueniant ad proprium suum naturalémque finem:
sic perficientem cætera, vt ipse in nullo deficiat: non aliunde parta vita viuentem, sed qui
sit ipse vitæ largitor: nec accessionibus augescentem, sed plenum, rectum, in seipso collocа-
tum, qui nusquam non adest: sanctificationis parentem: lucem intelligibilem, vniuersæ po-
tentiæ rationali, ad veritatis inuestigationem, velut illustrationem quandam ex sese prę ben
tem: natura inaccessum, sed qui capi possit ob benignitatem: omnia quidem implentem vir
B tute, sed solis iis qui digni sunt communicabilem, quibus sese non eadem impertit mensu-
ra, sed iuxta portionem fidei dispertitur vim suam. Simplicem iuxta essentiam, sed poten-
tiis varium: qui singulis totus adest, & totus vbique est: qui sic diuiditur, vt nihil ipse patia-
tur: cuius sic omnes participes sunt, vt ipse maneat integer, radij solaris in morem, cuius
beneficium sic adest ei qui fruitur, quasi soli adsit, quum & terram illustret & mare, & aëri
misceatur: itidem & spiritus sanctus, vnicuique capacium quum adsit quasi soli, omnibus
sufficientem & integram gratiam infundit, quo fruuntur quæcunque de illo participant,
non quantum ipsa sua natura possunt capere, sed quantum potest ille. Porro consortium cũ
spiritu non constat loci propinquitate: nam qui fiat, vt ad incorporeum corporaliter acce-
C das: sed à cupiditatibus recessu, quę post accesserunt animæ propter amicitiam erga carnem,
& à dei consortio alienarunt. Itaque purgata à probro quòd eam per maliciam contamina-
rat, & ad natiuam pulchritudinem reuersa, ac velut imagine regia veterem formam puri-
tate reddens, hoc vno demum modo potest ad paracletum appropinquare: ille porrò, velu-
ti sol, purum nactus oculum ostendet tibi in seipso imaginem illius qui videri non potest.
In beata autem huius imaginis contemplatione, videbis ineffabilem archetypi pulchritu-
dinem, per hunc corda sustolluntur in altum, manu ducuntur infirmi, proficientes perfici-
untur. Hic eis qui à tumultu cupiditatum purgati sunt illucescẽs, per communionem quam
cum ipso habent, spirituales reddit. Et quemadmodum corpora illustria perlucidáque, con
D tacta radio solis, fiunt & ipsa supra modum splendida, & alium fulgorem ex sese profun-
dunt: sic & animæ spiritu afflatæ, ac spiritu illustratæ, fiunt & ipsę spirituales, & in alios gra-
tiam emittunt. Hinc futurorum præscientia, arcanorum intelligentia, occultorum compre
hensio, donorum distributiones, cœlestis conuersatio, cum angelis chorea: hinc gaudium
nunquam finiendum, hinc in deo perseuerantia, hinc similitudo cum deo, & quo nihil subli
mius expeti potest, hinc est vt deus fias. Communes igitur nostræ sentẽtiæ de sancto spiritu,
quas de magnitudine dignitatéque illius, déque operationibus, ab ipsis spiritus eloquiis sen
tire didicimus, vt è multis paucas attulerimus, sic habent. Nunc ad contradicendi cupidos
veniendum est, conabimúrque illorum obiectiones refellere, quas è falsi nominis scientia
E nobis proponunt.

ADVERSVS EOS QVI DICVNT NON OPORtere patri & filio adiungere spiritum sanctum. CAPVT X.

NON oportet, inquiunt, patri & filio adiungere spiritum sanctum: partim eo quòd
sit alienæ naturæ, partim quod dignitate sit inferior. Quibus æquum est, vt apostо-
lorum verbis respondeamus: Deo oportet obedire magis quàm hominibus. Nam si Actuum. 4.
dominus apertè in tradendo salutifero baptismate præcepit discipulis, vt baptiza- Mar. 16.
F rent omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti: haud dedignatus cum illo con
sortium: contrà isti dicunt, non oportere spiritum patri filióque coniungere: an non dei præ
cepto palàm aduersantur? Etenim si dicant huiusmodi coniũctionem non declarare vllam
communionem, aut consortium, proferant, quid igitur hoc existimandum est, aut quam a-
liam adferunt magis peculiarem consortij rationem. Alioqui si dominus sibi & patri non
adiunxit spiritum in baptismo, ne nobis vitio vertant quod eos coniungimus. Nihil enim
nos ab illo præscripto diuersum neque sentimus neque loquimur. Quòd si illic coniunctus
est patri & filio spiritus, nec quisquam est adeò impudens, vt quicquam aliud dicat, nec sic
quidem nos in ius vocent, si scripturas sequimur. Sed apparatus belli aduersum nos instru-
ctus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus est,omnisq; cogitatio in acie constitit, & linguæ maledicorum hic multo vehemẽtius G
iaculantur,quàm Iudæi,qui Christum occiderant,olim lapidibus impetierunt Stephanum.
Verum illud ne lateat istos,nos quidem esse belli occasionem,cæterum negotium reuera ad
excelsum spectare:Itaque in nos quidem machinas & insidias instruunt, seq; mutuo exhor-
tantur ad ferendas suppetias, vt quisque peritia aut robore valet: cæterum id quod oppu-
gnatur,fides est, isq; scopus communis est omnibus, vt soliditatem fidei in Christum labe-
factent,apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Eapropter sicuti solent æris alie
ni debitores qui sanè cordati sunt,probationes è scriptura clamore exigunt:patrum testimo
nia,quæ scripto prodita non sunt, veluti nullius momenti reiiciunt. At non deseremus ve-
ritatem,neque per ignauiam ab illi ferendis auxiliis desistemus.Etenim si dominus nobis vt H
necessarium ac salutare dogma tradidit,spiritum cum patre coniungendum esse,his autem
secus videtur, sed diuidere ac distrahere volunt spiritum,& ad seruilem naturam detrude-
re,an non verum est,apud illos blasphemiam ipsorum plus habere ponderis, quàm domini
præscriptum? Agedum igitur omni contentione deposita,ita denuò de his quæ sunt in ma-
nibus consideremus.Christiani vnde nos? Vtique per fidem,dicet quilibet. Seruamur autẽ,
quo modo?Nimirum regenerati per gratiam quæ confertur in baptismo. Nã vnde alioqui?
Et postea quum sciamus hanc salutem per patrem & filium & spiritum sanctum certò pro-
mitti,num doctrinæ formam quam accepimus abiiciemus?Id profectò multis dignum su-
spiriis fuerit,si comperiamur nunc longius abesse à salute nostra, quàm tum quum credidi- I
mus.Etenim si quod tunc recepimus , nunc abnegamus , non minus damni fuerit, quàm si
quis expers baptismatis decedat: aut si in vno quopiam eorum quæ à Christo tradita sunt
deficiẽs,baptismum accipiat:& professione quam in prima institutione deposuimus, quum
liberati à simulachris accessimus ad deum viuum, qui nos in omni tempore, perq; vitam o-
mnem sua vi conseruat,tanquam tuta custodia cinctus,seipsum alienum reddat à promissis
dei,suo ipsius chirographo repugnans,quod in professione fidei deposuit. Nam si vitæ ini-
tium est baptismus,sicq; dierum omnium primus est dies regenerationis, perspicuum est &
vocem illam omnium pretiosissimam esse mihi,quæ in adoptionis gratia prolata est. Ità ne
traditionem quæ me perduxit ad lucem ac dei cognitionẽ largita est , per quam factus sum K
filius dei , qui paulo antè propter peccatum eram hostis, deseram seductus istorum proba-
bilibus sermonibus? Quin potius illud mihi precor, vt cum hac professione contingat hinc
decedere ad dominum.Et ipsos hortor,vt inuiolatam seruent fidem vsque ad diem Christi,
& indiuulsum à patre & filio custodiant spiritum sanctum, quam doctrinam in baptismate
receperunt , & in professione fidei atque in persolutione plenæ gloriæ perseuerent.

PRAEVARICATORES, QVI NEGANT SPIRITVM. CAPVT XI.

VI væ? Cui afflictio,cui angustia ac tenebræ,cui sempiterna condemnatio? Nonne L
prævaricatoribus? Nonne iis qui fidem abnegarunt? Sed vnde probantur abnegas-
se? Nonne hinc,quod suam ipsi professionem irritam fecerunt? Quid autem profes
si sunt,aut quãdo? Professi sunt se credere in patrem & filium & spiritum sanctum,
quum renuntiantes diabolo & angelis eius salutiferam illam vocem æditerunt. Quod igi-
tur istis dignum vocabulum repertum est à filiis lucis? Nonne perfugę ac prȩuaricatores ap
pellantur,vt qui sua salutifera pacta violarint.Quo igitur nomine vocẽ eum qui deũ abne-
gauit,eum qui Christum abnegauit? Quonam alio, quàm prævaricatoris ac desertoris? At
ei qui negauit spiritum,quod me vis nomen imponere? Nonne hoc idem? quippe qui pactũ
cum deo initum violarit? Ergo quum professio fidei in deum, pietatis beatitudinem nobis M
conciliet,contrà abnegatio,crimini abnegati dei faciat obnoxios, an non horrendũ est hãc
professionem nunc irritam facere,non ignem,non gladium,non crucem,non flagella, non
rotam,non tormenta metuentes,sed solis sophismatibus seductionibusq; istorum qui spiri-
tui rebelles sunt,impulsos? Testificor omni homini Christum profitenti, sed & eum negan
ti quod Christus nihil illi proderit,nec ei qui deum quidem inuocat, sed Christum spernit,
quòd inanis est fides illius.Similiter ei qui spiritũ reiicit, testificor quòd fides eius qua pro-
fitetur patrem & filium,inanis erit,quam nec habere potest, nisi simul adsit spiritus. Non e-
nim credit in filium,qui non credit spiritui sancto: non credit in patrẽ, qui non credit filio.

Galat. 5.
Ioannis. 3.
1. Cor. 12.

Nec

A Nec enim potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et, Deum nemo vidit vnquã,
sed vnigenitus filius,qui est in sinu patris,ipse nobis enarrauit . Insuper talis expers est veræ
adorationis.Neque enim fieri potest,vt quis filium adoret nisi in spiritu sancto,aut vt patrẽ
inuocet,nisi in adoptionis spiritu.

ADVERSVS EOS QVI DICVNT SVFFICE-re baptisma tantum in nomine filij. CAPVT XII.

B NEminem vero debet offendere illud Apostoli,quòd nomen patris,& spiritus sancti
mentionem,in baptismatis commemoratione frequenter omittit:neque ideo pu-
tet harum vocum vsum esse indifferentem.Quicunque inquit,in Christum bapti-
zati estis,Christum induistis.Quicunque in Christo baptizati estis , in mortem il-
lius baptizati estis.Siquidẽ Christi appellatio,totius deitatis est professio:quippe quæ simul Gala.3. Roma.6.
declarat & deum qui vnxit,& filiũ qui vnctus est,& spiritũ sanctũ qui est vnctio:quẽadmo-
dum à Petro in Actis didicimus,Iesum Nazarenũ,quem vnxit deus spiritu sancto. Item in
Esaia,Spiritus domini super me,eo quod vnxit me.Et psalmicus ille cãtor,Propterea vnxit Cap.4. Cap.61.
te deus deus tuus oleo exultationis,vltra participes tuos.Videtur attamen interdum & spi- Psal.44.
ritus tantum in baptismate fecisse mentionem Apostolus,Omnes,enim inquit,in vno cor-
C pore,& in vno spiritu baptizati sumus.His & illud consonat , Vos baptizabimini in spiritu
sancto.Rursum,Et ipse vos baptizabit in spiritu sancto.At non ideo quis dixerit perfectum 1.Cor.12. Actu.1.
esse baptisma,in quo solum spiritus nomen inuocatum est.Oportet enim inuiolabilem ma-
nere traditionem,quę in viuifica gratia data est:eo quòd qui liberauit de corruptione vitam
nostram,potestatem nobis renouationis dedit:quæ potestas caussam habet ineffabilem , &
in mysterio reconditam,sed magnam animabus salutem conferentem,vt quicquam adde-
re aut detrahere,planè sit ab æterna vita excidere. Proinde, si in baptismo separare spiritum
à patre & filio, vt periculosum est baptizanti , ita baptismum accipienti inutile , quomodo
nobis tutum fuerit,à patre & filio distrahere spiritum? Fides,ac baptisma,duo sunt modi pa
D randæ salutis,inter se cognati & inseparabiles.Nam fides perficitur per baptismum, baptis-
mus verò fundamento fidei nititur,& vtraque res per has voces impletur. Sicut enim credi
mus in patrem & filium & spiritum sanctum , sic & baptizamur in nomine patris & filij &
spiritus sancti.Ac præcedit quidem professio ad salutem perducens , sequitur autem baptis-
ma consignans pactum nostrum.

QVARE APVD PAVLVM, ANGELI SIMUL cum patre & filio adiunguntur. CAPVT XIII.

E AT alia inquiunt,quæ simul patri & filio annumerantur,non ideo per omnia simul
cum illis glorificantur.Veluti quum Apostolus obtestans Timotheum angelos si-
mul adducit,dicens,Obtestor te in conspectu dei,& Christi Iesu,& electorum eius 1.Tim.5.
angelorum:quos tamen non separamus à reliquis creaturis,neque sustinemus eos
patri & filio annumerare . Ego verò tametsi hic sermo nulla dignus est confutatione , tam
manifestam præferens absurditatem:tamen illud dico , quod conseruum etiam testem ali-
quis adducere possit apud mansuetum ac placabilem iudicem,quicq; maximè per æquitatem
F erga reos iustè iudicandi irrefutabilem rectitudinem declarârit . Cæterum vt aliquis fiat li-
ber è seruo,atque vocetur filius dei,& à morte reuocetur ad vitam , à nullo alio potest dari,
nisi ab eo qui cum deo naturalem habet societatem,& à seruili conditione sit alienus.Quo-
modo autem sociabit nos deo, qui ipse est alienus ? Quomodo liberos reddet nos , qui ipse
est iugo seruitutis obnoxius? Itaque non ob eadem fit spiritus & angelorum mentio,sed spi-
ritus commemoratur tanquam autor ac dominus vitæ:angeli verò tanquam conseruorum
adiutores,fidelesq; veritatis testes adhibentur.Siquidem mos est sanctis,dei præcepta testi-
bus adhibitis tradere . Sicut hic ipse Timotheo loquens in hunc modum , Quæ accepisti à
me coram multis testibus,ea depone apud fideles homines . Et nũc angelos attestatur,sciens 2.Tim.2.
quòd angeli pariter adfuturi sunt iudici , quum venerit in gloria patris , vt iudicet orbem

C terrarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrarum in iustitia. Quisquis enim, inquit, confitebitur me coram hominibus, & filius hominis confitebitur eum coram angelis eius. Qui verò abnegauerit me coram hominibus, abnegabitur in conspectu angelorum dei. Et Paulus alibi dicit, In reuelatione domini Iesu de cœlis, cum angelis. Hanc ob causam contestatur angelos, firmas sibi præparans probationes ad magnum illud tribunal. Neque hic modò, verum etiam simpliciter omnes, quibus aliquod verbi ministerium commissum est, nullo vnquam tempore cessant testari: non angelos tantum, verum etiam cœlum & terram inclamant, vt intra quorum ambitum omnia gerantur, quiq; in examinatione in hac vita gestorum sint simul cum iudicandis futuri. Aduocauit, inquit, cœlum sursum, & terram ad diiudicandum populum suum. Vnde & Moses traditurus populo eloquia dei, Testor, inquit, hodie cœlum & terram. Et rursus in Cantico, Attende cœlum & loquar, & audiat terra verba ex ore meo. Item Esaias, Audi cœlum, & auribus percipe terra. Hieremias autem etiam admirationem ac stuporem cœlo tribuit, ob audita impia populi facta: Obstupuit cœlum super hoc, & exhorruit amplius terra vehementer, dicit dominus, quoniam duo mala fecit populus meus. Apostolus itaque sciens angelos hominibus datos ceu pedagogos quospiam ac morum gubernatores, vocauit illos in testimonium. At Iesus Naue etiam lapidem testem sermonum statuit. Iamverò & collis alibi testis appellatur à Iacob, Erit, inquit, lapis hic hodie in testimonium vobis in extremis diebus quum mentiti fueritis domino vestro, fortasse credes virtute diuina & lapides vocem emissuros in redargutionem transgressorum. Sin minus, certe illud fore, vt omnium conscientia stimulo recordationis perculsa vulneretur. Ad hūc igitur modum, ij quibus cōmissa fuit animarum gubernatio, testes quicunque quandocunq; fuerint præparant, vt in posterum citari possint. Sed spiritus non ad vsum occasionis, sed per naturæ communionem deo cōiunctus est, haud ille quidem pertractus à nobis, sed à domino adiunctus.

Matth.10. 2 Thess.1. — Cap.1. Cap.2. — G H I

OBIECTIO, QVOD IN MOSEN NONNVLLI baptizati sunt, & in illum crediderunt, & huius dilutio, in quibus & de typis. CAPVT XIIII.

K

VErum, inquiunt, tametsi baptizamur in spiritu, non inde par est vt spiritus deo copuletur, quando in Mosen nonnulli baptizati sunt & in nube & in mari. Similiter in confesso est & fidem tum temporis in homines peruenisse. Credidit enim populus Deo, & Mosi famulo eius. Quid igitur, inquiunt, ex fide ac baptismo spiritum sanctum vsqueadeò attollis ac magnificas supra reliquam creaturam? quum eadē iam & in hominibus fuisse scripturarum testimoniis demonstratum sit? Quid dicemus? Nimirum illud, quod in spiritum quidem sanctum, vt credimus, æquè atque in patrem & filium, similiter & baptizamur. Fides autem quæ erat in Mosen, & in nube, velut vmbra fuit & figura. Neque verò quoniam diuina rebus humilibus & humanis præfigurata sunt, protinus & diuinorum humilis est natura, quam figurarum adumbratio frequenter innuit. Est enim figura rerum expectandarum declaratio, per imitationem ob oculos ponens, ac tectè præmonstrans quod futurum est. Velut Adam figura erat futuri, & Christus figuratè dictus est lapis, & aqua promanans è petra, figura erat viuificæ potentiæ verbi. Si quis, inquit, sitit, veniat ad me, & bibat. Et manna typus erat viui panis, qui de cœlo descendit. Et serpens pro signo positus, typus erat salutiferæ passionis per crucem consummatæ, coq; qui respexerunt ad illum seruati sunt. Similiter & quæ de eductis Israëlitis scribuntur, ad significationem eorum qui baptismo salui fiunt, narrata sunt. Seruabantur enim Israëlitarum primogenita, quemadmodum & baptizatorum corpora, quum gratia datur iis qui sanguine signati fuerint. Sanguis enim pecudis, figura est sanguinis Christi. Primogenita verò typus est hominis, qui primus conditus est: qui quoniam necessariò in nobis est, dum perpetuo tenore successionis vsque ad finem propagatur, ideo in Adam omnes morimur, & regnauit mors ab Adam vsque ad legis consummationem, & Christi aduentum. Porrò primogenita à deo præterita sunt, ne ea tangeret angelus extinctor, vt ostenderetur, nos iam non amplius mori in Adam, qui in Christo viuificati sumus. Cæterum, mare & nebula ad præsens quidem tempus, inducit ad fidem admirationis, ad futurum autem tanquam typus venturam gratiam præsignauit. Quis sapiens & intelliget hæc? Quomodo mare baptismi typum gerens, separat

1.Cor.10. — Exod.14. — L — Ioan.6. — M

A separat à Pharaone, sic & lauacrum hoc à diabolica tyrannide. Illud quidem occidit hostem in sese, moritur & hic inimicitia quæ nobis fuit cum deo. Ab illo populus exiit illæsus. Ascendimus & nos ab aquis tanquam ex mortuis viui, seruati per gratiam eius qui vocauit nos. At vmbra quam fecit nubes, figura est doni proficiscentis à spiritu sancto, quæ flammam cupiditatum mortificando, membra nos refrigerat. Quid igitur? num quia per figuram in Mose baptizati sumus, ideo protinus exigua est gratia baptismatis? Ad istam rationem nec aliud quicquam in nostris sacramentis fuerit magnum, si quod in singulis magnificum est, cum figuris conferamus. Ac ne dei quidem erga homines charitas quicquam erit magni aut eximij, qui filium vnigenitum dedit pro peccatis nostris: quādoquidem & Abra-
B ham filio suo non pepercit. Nec Christi mors erit glorioſa, quod aries loco Isaac victimæ figuram expleuit. Neque descensus ad inferos erit horribilis, quòd Ionas tribus diebus ac totidem noctibus mortis figuram prius expleuit. Idem ergo facit & de baptismate, qui veritatem vmbræ comparans, cumq; figuris conferens ea quæ figuris significantur, vniuersam pariter euangelicam dispensationem eleuare aggreditur. Nam quæ peccatorum remissio, quæ vitæ renouatio in mari, quod donum spirituale datum est per Mosen? Quæ illic peccati mortificatio? Non illi Christo commortui sunt, eoq; nec cum illo resuscitati sunt. Non portabant imaginem illius cœlestis, non mortificationem in corpore circunferebant, non exuerant veterem hominem cum factis suis, non induerant nouum, qui renouatur in agni-
C tionem secundum imaginem illius qui condidit. Quid igitur confers lauacra cum lauacris, quæ solam nominis appellationem habent communem, rerum verò tanta est differentia, quanta est inter somnia & veritatem, inter vmbras imaginésque, & inter ea quæ reuera sunt. Quanquam & ipsa fides in Mosen, non modò declarat fidem quoque in spiritum paruæ esse dignitatis, sed iuxta istorum ratiocinationem, omnia potius quæ de deo profitemur extenuat. Credidit, inquit, populus deo, & Mosi famulo eius. Deo itaque copulatus est Mo- Exod.14.
ses, non spiritui: eratque typus, non spiritus, sed Christi. Tum enim is qui medius intercedit inter deum & homines, per Mosen præsignabatur in ministerio legis. Neque enim spiritus figura fuit Moses, qui inter deum & populum interceſsit. Data est enim lex, dispositа per an-
D gelos, in manu sequestri, videlicet Mosi, iuxta prouocationem populi dicentis, Loquere tu Exod.22.
nobis, & non loquatur nobis deus. Itaque fides quæ erat in Mosen ad Dominum refertur, qui sequester est inter deum & homines, qui dixit, Si crederetis Mosi, crederetis vtique & Ioan.5.
mihi. An ideo parui momenti est, fides in Dominum, quæ per Mosen præsignata est? Non opinor. Consimili ratione si quis in Mose baptizatus est, nequaquam ob id est exigua spiritus gratia in baptismate. Quanquam & alioqui possum dicere, consuetudinem esse scriptu-
ræ, Mosi nomine etiam significare legem, velut illic: Habent Mosen & Prophetas. Itaque Luc.16.
de legali baptismate loquens, Baptizati sunt, inquit, in Mose. Quur igitur gloriam nostræ spei, ac diuitias dei, & seruatoris nostri, qui gratis per regenerationē renouat velut aquilæ iu-
E uentutem nostram, contemptibilem reddere conamini, ex vmbris & figuris veritatem calumniantes? Profectò stulti, ac omnino infantilis animi est, puerique; cui reuera lacte est opus, ignorare magnum illud mysterium nostræ salutis: quod quemadmodum doctores facere solent in instituendis discipulis, ita nos in exercitatione pietatis dum ad perfectionem inducimur, primum perceptu facilioribus, ac nostro modulo congruentibus ad incomprehensibilem scientiam paulatim introducti fuimus, deo qui nostra gubernat, oculos nostros velut in tenebris enutritos, paulatim ad magnum illud lumen assuefaciendo subuehēte. Dum enim parcit infirmitati nostræ in profunda opulentia sapientiæ suæ, inq; imperscrutabilibus
F iudiciis, placidam hanc nobisque accommodam adhibuit institutionem vt prius corporum vmbras intueremur, & in aquis solem cerneremus, consuefaciens, ne protinus spectaculo puræ lucis offensi, caligaremus. Ad consimilem rationem tum lex vmbram habens futurorum, tum per Prophetas facta deliniatio, quæ est veritatis ænigma, exercitamenta excogitata sunt, quibus oculi cordis nostri præpararentur, vt ab his facilis nobis transitus esset ad reconditam in mysterio sapientiam. Itaque de figuris quidem hactenus. Neque enim licet huic loco diutius immorari. Alioqui quod obiter incidit, longè maius fieret argumento principali. Quorsum igitur attinet his aliquid addere, in quibus abūdè multæ sunt obiectionum Alius deus.
dissolutiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONFVTATIO EORVM QVI OBIICIVNT QVOD in aqua baptizati sumus, in quo & baptismi declaratio. CAPVT XV.

ETiam in aqua baptizamur, at nequaquam ob id aquam vniuersæ creaturæ præferimus, aut ei patris filiique honorem communicamus. Atque illorum quidem verba talia sunt, qualia essent hominum ira commotorum, qui ob rationem affectu obscuratam, à nullo temperant, quod ad vlciscendum eum à quo offensi sunt, faciat. Nos tamen haud grauabimur etiam de his disserere. Aut enim ignorantes docebimus, aut perperam obsistentibus non concedemus. Sed repaulò altius repetita dicemus: Dei ac seruatoris nostri circa hominem dispensatio, reuocatio est à prolapsu, reditúsque ad dei contubernium ab alienatione quam induxit inobedientia. Hanc ob causam fuit aduentus Christi in carne, euangelicæ conuersationis prodita forma, afflictiones, crux, sepultura, resurrectio, vt homo qui saluus fit per imitationem Christi, veterem illam adoptionem qua in ius filiorum ascitus fuerat, recipiat. Itaque necessarium est ad vitæ perfectionem Christum imitari, non solum exemplis, quæ in vita demonstrauit, lenitatis, modestiæ, ac patientiæ, verum etiam mortis illius, sicut Paulus ait, Christi imitator: conformor morti eius, si quo modo perueniam ad resurrectionem è mortuis. Quomodo igitur fit, vt simus in similitudine mortis eius? Consepulti cum illo per baptisma. Quis igitur est modus sepulturæ, aut quis ex imitatione fructus? Primum oportet vitæ prioris seriem interrumpere. Id autem nemo potest facere, nisi natus desuper, iuxta Domini vocem. Siquidem regeneratio, quod ipsum etiam nomen declarat, alterius vitæ initium est. Vnde eum qui alteram vitam incepturus est, oportet superiori vitæ finem imponere. Quemadmodum enim in his qui posteaquàm ad stadij finem peruenerunt, sese reflectunt, & priusquam in contrarium moueantur, consistunt paulisper, ac requiem aliquam interponunt: sic & in mutatione vitæ videbatur necessarium, vt mors inter priorem & posteriorem vitam intercederet, quæ & præcedentem finiat, & initium det sequuturæ. Quomodo igitur assequimur descensum ad inferos? Christi sepulturam imitantes per baptismum. Eorum enim qui baptizantur corpora, quodammodo aquis insepeliuntur. Proin depositionem operum carnis figuratè significat baptismus, iuxta Apostolum dicentem. Circuncisi estis circuncisione non facta manu, per expoliationem corporis carnis, in circuncisione Christi, sepulti cum illo in baptismo, qui quodam modo repurgat animam, à carnalis affectus immundicia ipsi adnata, iuxta id quod scriptum est, Lauabis me & super niuem dealbabor. Eóque non Iudæorum more in quibuslibet inquinamentis abluimur, sed vnum nouimus salutiferum baptisma: quandoquidē vna est pro mundo mors, & vna ex mortuis resurrectio, quarum figura est baptisma. Quapropter, qui nobis vitam dispensat Dominus, baptismatis pactum nobis statuit, mortis ac vitæ typum habens: mortis quidem imaginem implente aqua, spiritu verò vitæ arram præbente. Hinc itaque nobis perspicuum est factum quod quærebatur, quamobrem aqua coniuncta sit spiritui. Quum enim duo scopi propositi sint in baptismo, videlicet vt aboleat corpus peccati, ne postea fructificet mortem, tum vt viuat spiritu, & fructum habeat in sanctificatione: aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in sepulchro recipiens, spiritus verò vim viuificam immittit, à morte peccati renouans animas nostras in nouam vitam. Hoc igitur est desuper nasci ex aqua & spiritu, quasi mortificatio perficiatur in aqua, vitam verò nostram operetur spiritus. Tribus igitur demersionibus, ac totidem inuocationibus, magnum baptismatis mysterium peragitur, vt & mortis figura adumbretur, & per traditionem diuinæ cogitationis animus repurgetur eorum qui baptizantur. Itaque si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius aquæ natura, sed ex spiritus præsentia. Non enim est baptismus depositio sordium corporis, sed conscientiæ bonæ interrogatio apud deum. Itaque Dominus ad vitam ex resurrectione nos præparans, totam euangelicam conuersationem proponit, vt non irascamur, vt malorum tolerantes simus, & à voluptatum amore puri, vt à studio pecuniæ mores sint liberi, præscribens, vtque quæ illud seculum iuxta naturam possedit, hæc nos occupantes corrigamus. Proinde si quis definiens dicat Euangelium esse formam vitæ, quæ est ex resurrectione, mihi nequaquam videretur à vero aberrare. Ad scopum igitur reuertamur: per spiritum sanctum datur in paradisum restitutio, in regnum cœlorum reditus, in adoptionem filiorum reuersio: datur fiducia deum appellandi

Roma. 6.

Colos. 2.

Psal. 50.

Reuertitur toties.

A pellandi patrem suum, consortem fieri gratiæ Christi, filium lucis appellari, æternæ gloriæ participem esse, & vt semel omnia dicam, esse in omni benedictionis plenitudine, tum in præsenti hoc seculo, tum in futuro nobis repositorum bonorum, quibus interim per fidem fruimur, perinde quasi adsint, gratiam velut in speculo contemplates. Nam si talis est arrabo, quale est illud quod perfectum est? Et si tales sunt primitiæ, quæ erit verbi consummatio? Insuper & illinc cognoscitur, quàm excellens sit gratia quæ à spiritu confertur in baptismate, quòd Ioannes quidem baptizauit aqua, Dominus autem meus Iesus Christus in spi Matth. 3.
ritu sancto. Ego, inquit, baptizo vos per aquam ad pœnitentiam: qui autem post me venit,
potentior me est, cuius non sum dignus vt gestem calceamenta: ipse vos baptizabit in spi-
B ritu sancto & igni. Ignis baptismum probationem quę fiet in iudicio, sentiens: quemadmo- 1. Cor. 3.
dum ait Apostolus, Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et rursum, Dies enim declarabit, quod in igni patefit. Iam vero sunt nonnulli, qui in certaminibus pro pietate, reuera non imitatione Christi mortem perpessi, nihil huiusmodi sacramentis quæ sunt in aqua opus habuerunt ad salutem, nimirum in proprio baptizati sanguine. Neque hæc ita loquor, quod aquæ baptisma spernam, sed vt istorum rationes deiiciam, qui aduersus spiritum eriguntur, quiq; commiscent mixturam non recipientia, & similia faciũt, quæ comparationem respuunt. Ad id igitur quod institutum est redeamus. Reditus.

C QVOD IN OMNI SENSV, SPIRITVS SANCTVS inseparabilis est à patre & filio, siue in creatione intelligibilium creaturarum, siue in humana dispensatione, siue in iudicio quod expectatur. CAPVT XVI.

D QVOD in omnibus spiritus sanctus inseparabilis, & prorsus indistractus sit à patre & filio, Paulus Corinthiis scribēs declarat, eo in loco quo tractat de dono linguarum: Si omnes, inquit, prophetetis, ingrediatur autem infidelis, aut idiota, arguitur ab omnibus, iudicatur ab omnibus, & occulta cordis eius manifesta fiunt, atq; ita procidens in faciem, adorat deum, renuntians quod deus sit vere in vobis. Itaque si ex prophetia, quæ iuxta distributionem donorum spiritus operatur, agnoscitur deus in prophetis esse, consultent isti, quem locum tribuant spiritui sancto. Vtrum æquius sit illum cum deo iungere, an ad creaturarum ordinem extrudere. Præterea ex his quæ Petrus dixit Sapphiræ. Quid est quod conuenit inter vos, tentare spiritum sanctum, non mentiti estis homi Act. 5.
nibus, sed deo: declarat quæ peccantur in spiritum sanctum, eadem peccari in deum. Hoc
autem pacto discere poteris, spiritum sanctum in omni operatione coniunctum & insepa-
E rabilem esse à patre & filio. Siquidem quum deus efficiat varias operationum distributio-
nes, ac dominus eas distributiones administret, simul adest spiritus sanctus, partitionem do
norum pro cuiusque dignitate proprio arbitrio dispensans. Diuisiones, inquit, donorum
sunt, vnus autem spiritus. Et diuisiones administrationum sunt, vnus autem dominus. Et
diuisiones operationum sunt, vnus autem deus, qui operatur omnia in omnibus. Hæc au- 1. Cor. 12.
tem, inquit, omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidens seorsim cuique, prout vult. Attamen non quoniam Apostolus primo loco meminit spiritus, secundo filij, tertio dei & patris, protinus oportet suspicari totum omnino ordinem inuersum esse. A nostra siquidem
conditione sumpserat exordium, eo quòd nobis qui dona accepimus, primũ occurrit is qui
distribuit: mox cogitamus eum qui misit, postremò cogitationem subducimus ad fontem
autoremq; bonorum. Iam etiam ex rebus initio conditis discas licet, spiritus cum patre & fi-
F lio communionem. Nam meræ, & intelligibiles, & vltramundanæ virtutes, sanctæ tum
sunt, tum nominantur, ex gratia per spiritum infusa sanctimoniam nactæ. Eóque prætermissa est mentio quomodo cœlestes virtutes conditæ fuerint: sed de sensibilibus tantum
creatorem nobis aperuit is, qui conditi orbis conscripsit historiam. Tu vero qui facultatem
habes ex visibilibus inuisibilium rationem deprehendere, glorifica conditorem in quo con
dita sunt omnia, siue visibilia, siue inuisibilia, siue principatus, siue potestates, siue virtutes,
siue throni, siue dominationes, siue aliæ quæpiam naturæ rationales quæ nominari non pos
sunt. In horum autem creatione cogita mihi principalem causam eorum quæ fiunt, patrem,
dein conditricem, filium, perfectricem, spiritum sanctum: vt voluntate quidem patris sint

 administra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

administraiorij spiritus, filij vero operatione perducantur vt sint, spiritus autem aduentu G
perficiantur. Porrò angelorum perfectio est sanctificatio, & in hac perseuerantia. Ac nemo
me credat, tres originales substantias ponere, aut filij operationem imperfectam esse. Prin-
cipium enim eorum quæ sunt, vnum est, per filium condens, per spiritum sanctum perfici-
ens. Ac nec pater qui operatur omnia in omnibus, imperfectam habet operationem, neque
filius inconsummatam creationem, nisi à spiritu perficiatur. Hoc pacto nec pater opus ha-
bebit filio, sola voluntate creans, attamen vult & solet creare per filium. Neque filius egebit
auxilio, iuxta patris similitudinem operans, sed & filius vult soletq; per spiritum perficere.
Psalm. 32. Nam verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque nec
verbum est significatiuus aëris ictus, per vocis instrumenta prolatus: nec spiritus oris hali- H
tus, è partibus respiratoriis efflatus: sed verbum quod in principio fuit apud deum, deus est:
& spiritus oris dei, spiritus est veritatis, qui à patre procedit. Itaque tria intelligis, mandan-
tem dominum, creans verbum, & confirmantem spiritum sanctum. Quæ porrò alia possit
esse confirmatio, quàm in sanctimonia perfectio, confirmationis verbo significante, constan
tiam, immutabilitatem, ac soliditatem in bonis. Sanctificatio vero non est absque spiritu.
Neque enim cœlorum virtutes suapte natura sanctæ sunt: nam si id esset, nulla re differrent
à spiritu sancto: sed iuxta portionem qua se inuicem superant, à spiritu habent sanctificatio-
nis mensuram. Quemadmodum enim cauterium non sine igni intelligitur, quum aliud sit
Caue. subiecta materia, aliud ignis: itidem & in cœlestibus virtutibus, substantia quidem earum, I
Heb. 1. puta spiritus est aërius, aut ignis immaterialis, iuxta id quod scriptum est, Qui facit ange-
los suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Ea propter & in loco sunt, & fiunt visi-
biles, dum iis qui digni sunt apparent in spècie propriorum corporum. Attamen sanctifi-
catio quæ est extra substantiam illorum, perfectionem illis adiungit per communionem
spiritus. Conseruāt autem dignitatem per perseuerantiam in bono, habentes quidem in e-
ligendo liberum arbitrium, nunquam tamen ab eius qui verè bonus est, consortio exci-
dentes: vt si subtraxeris verbo spiritum, perierint angelorum choreæ & sanctificatio, sub-
latæ sint archangelorum præfecturæ vnà cum sanctificationibus ac prophetiis, denique
confusa fuerint omnia. Consequenter & nullis gubernata legibus, nullo digesta ordine, K
nullis finibus circumscripta fuerit illarum vita. Quomodo ergo dicent angeli, Gloria in
Iterat. excelsis deo: nisi à spiritu accepta potestate? Nemo siquidem potest dicere dominum Ie-
sum, nisi in spiritu sancto, & nullus in spiritu dei loquens, dicit Iesum anathema: quod
sanè dicerent impij & aduersarij spiritus, quorum defectio comprobat quod dicimus,
virtutes inuisibiles esse sui arbitrij, æquè ad virtutem atque ad vitium vertibiles, & ob id
opus habentes auxilio spiritus. Ego vero ipsum Gabrielem haud alio modo arbitror præ-
dicare futura, quàm præscientia spiritus, eo quòd vnum de numero variorum donorum
spiritus, sit prophetia. Porrò qui mysteria visionis viro desideriorum iussus erat annun-
tiare, vnde nactus est sapientiam, vt posset docere arcana, nisi per spiritum sanctum, L
quum patefactio mysteriorum peculiariter ad spiritum sanctum pertineat, iuxta id quod
1. Cor. 2. scriptum est, Nobis reserauit deus per spiritum. Throni vero & dominationes, princi-
patus & potestates, quomodo beatam illam vixissent vitam, nisi semper viderent vul-
tum patris, qui in cœlis est? At visio non est absque spiritu. Quemadmodum enim si in
nocte tollas lucernam è domo, supereſt vt nihil videant oculi, nihil operentur virtu-
tes, nec agnoscatur rerum dignitas, sed per ignorantiam aurum perinde conculcetur
ac si ferrum esset: ita in intelligibili gubernatione, impossibile est illam insititiam mane-
re vitam absque spiritu: nihilo profectò magis quàm exercitus in recto ordine manere po- M
test absente duce, aut chorus in consonantia, nisi adsit chori præfectus, qui temperet har-
Esaiæ. 6. moniam. Qui possent dicere Seraphim, Sanctus, sanctus, sanctus dominus, nisi docti
per spiritum? quoties pium est hunc glorificationis hymnum canere. Siue igitur laudant
deum omnes angeli eius, siue laudant eum omnes virtutes eius, per spiritus instinctum
fit, siue astant milies mille angeli, siue centies centum milia angelorum illi ministranti-
um, per virtutem spiritus, suum officium citra reprehensionem perficiunt. Itaque tota il-
la supercœlestis & ineffabilis harmonia, tum in culturis dei, tum in vltramundanarum
virtutum inter ipsas consonantia nequaquam seruari posset, nisi præsit spiritus. Ad eum
quidem modum in creando adest spiritus sanctus, iis quæ non proficiendo perueniunt ad
perfectionem, sed ab ipsa protinus creatione perfecta sunt in hoc vt perficiatur consum-
metur̃q;

A metúrque illorum substantia, simul conferens gratiam suam. Cæterum dispositiones circa hominem quæ factæ sunt à magno deo, & seruatore nostro Iesu Christo, iuxta bonitatem dei & patris, quis negabit per spiritus gratiam esse peractas? Siue velis prisca spectare, veluti patriarcharum benedictiones, auxilium per legem datam, figuras, prophetias, fortiter in bellis gesta, miracula per sanctos ædita: siue quæ circa Christi in carne aduentum dispensata sunt: per spiritum gesta sunt omnia. Primò enim adfuit ipsi carni dominicæ, dum illi factus est vnctio, & inseparabiliter coniunctus, sicut scriptum est. Super Matth. 3.
quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est filius meus dilec- Mar. 1.
tus. Et, Iesum à Nazareth quem vnxit deus spiritu sancto. Deinceps omnis actio præsen- Act. 4.
B te spiritu sancto peragebatur. Hic aderat simul quum & à diabolo tentaretur. Sublatus est, Matth. 4.
inquit, Iesus à spiritu in desertum vt tentaretur. Tum ædenti miracula simul aderat. Si
enim, inquit, in spiritu eiicio dæmonia. Nec deseruit excitatum à mortuis. Dominus e- Matt. 12.
nim qui renouabat hominem, eique reddebat gratiam quam ex afflatu dei acceptam ami-
serat, inspirauit in faciem discipulorum, quibus ait, Accipite spiritum sanctum, si quorum Ioan. 20.
peccata remiseritis remittuntur: & si quorum retinueritis, retenta sunt. Iam vero eccle-
siæ ordo, & gubernatio, nonne palàm & irrefutabiliter per spiritum sanctum peragitur?
Ipse, inquit, dedit ecclesiæ primum Apostolos, deinde Prophetas, tertio doctores. Ad 1. Cor. 12.
hæc virtutes, præterea dona sanationum, subuentiones, gubernationes, genera linguā-
C rum. Hic enim ordo iuxta distributionem donorum spiritus digestus est. Quin si quis ac-
curatius perpendat, comperiet ne in tempore quidem apparitionis de cœlo dominicæ,
quam expectamus, otiosum fore spiritum sanctum, id quod quidam arbitrantur: sed si-
mul adfuturum in die quo sese manifestabit filius, quo iudicaturus est orbem terrarum in
iustitia, ille beatus, & solus potens. Quis igitur vsqueadeò rudis est, vt non audierit de
bonis quæ deus præparauit dignis, ignorétque iustorum coronam esse spiritus beneficium,
quod tum largius perfectiúsque dabitur, spirituali gloria cuique pro rectè gestis distribu-
ta? In splendoribus enim sanctorum mansiones multæ sunt apud patrem: hoc est, digni- Ioan. 14.
tatis discrimina. Sicut enim stella à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuo- 1. Cor. 15.
D rum. Itaque qui consignati sunt spiritu sancto in diem redemptionis, quique sancti spiri-
tus primitias puras & incorruptas seruauerint, ij sunt qui audient, Euge serue bone & fi- Matth. 26.
delis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Similiter & qui contristauerint
spiritum sanctum, malitia studiorum suorum, aut qui non fecerint lucrum è sorte data,
spoliabuntur eo, quod acceperant, beneficio in alios translato, aut iuxta euangelistam, o-
mnino dissecindentur. Dissectio autem omnino intelligenda est in hoc, quòd prorsus & à
spiritu sancto alienabuntur. Neque enim corpus diuiditur, vt vna pars tradatur supplicio,
altera absoluatur. Nam id quidem fabulosum, nec eo dignum iudice, quum totus homo
peccauerit, dimidium illius addici pœnæ. Nec anima in duas partes secatur, quum tota
E per totum hominem peccandi affectum habeat, simúlque cum corpore malum operetur.
Sed quemadmodum dixi, Dissectio est animæ, perpetua à spiritu sancto alienatio. Nunc
enim tametsi non admiscetur indignis, attamen aliquo pacto videtur adesse semel consi-
gnatis, expectans vt ad salutem conuertantur. Tum vero in totum ab anima quæ gratiam
ipsius prophanauerit, resecabatur. Eóque non est in inferno qui confiteatur, neque in
morte qui memor sit dei: quod iam non adsit sancti spiritus adiutorium. Quomodo igi-
tur intelligi potest, absque spiritu sancto fieri iudicium? quum verbum declaret, spiritum
esse iustorum præmium, quando pro arrabone exhibebitur quod perfectum est. Et hæc est
prima peccatorum condemnatio, quum eo quod videbantur habere, spoliantur. Porrò ma
ximum argumentum, spiritus cum patre & filio arctissimæ societatis illud est, quòd eodem
F modo dicitur habere se erga deum, quo erga vnumquemque nostrum se habet spiritus, qui
est in nobis. Quis, inquit, hominum nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus, qui est 1. Cor. 2.
in ipso. Sic, quæ sunt dei, nemo nouit, nisi spiritus, qui ex deo est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADVERSVS EOS, QVI DICVNT SPIRITVM sanctum non annumerari patri, sed subnumerari, vbi & de pia subnumeratione, summarius fidei decursus. CAPVT XVII.

ET hæc quidem hactenus: cæterum subnumerationem quid dicant, aut in cuius rei significationem vocem hanc vsurpent, ne cogitare quidem facile est. Nam & hanc nobis è mundi sapientia fuisse inuectam, in propatulo est. At an aliquam habeat propriam rationẽ ad id quod nunc agitur, hoc consideremus. Aiunt igitur qui circa res inanes curiosi sunt, quędam nomina esse communia, quorum significatio multa complectitur: alia magis propria, & alia plus aliis habere vim peculiare quiddam denotandi. Exempli causa, commune nomen est essentia, quod pariter de omnibus prædicatur, siue inanimis siue animatis. Peculiarius autem animal, quod de paucioribus prædicatur quàm illud prius, de multis tamen quæ videntur illi subiecta. Siquidem in eo, rationalium simul & irrationalium natura comprehenditur. Rursum magis speciale nomen est homo, quàm animal: rursum vir specialius est nomen, quàm homo, & viro specialius est, hic, aut ille vir, puta Petrus, aut Paulus, aut Ioannes. An igitur quum subnumerationem dicunt, sentiunt communis vocabuli, in ea quæ subiecta sunt diuisionem? At non possum credere illos ad tantum stuporem deductos, vt dicant deum omnium rerum velut communionem quandam esse verbo tantum intelligibilem, sed qui non habeat esse per substantiam, in subiecta diuidi, atque hinc subdiuisionem hanc & subnumerationem dici. Istud sanè ne insani quidem dixerint. Nam præter impietatem, etiam sermonem instituunt, cum eo quod proponunt pugnantem: propterea quòd quæ subdiuiduntur, eiusdem sunt essentiæ, cuius sunt illa à quo diuiduntur. Sed ob nimiam istorum absurditatem videmur oratione destitui, nec habere quibus verbis illorum stultitiam reprehendamus, adeò vt mihi videãtur etiam propter amentiam aliquid lucrifacere. Quemadmodum in corpora mollia cedentiaq; non possis egregiam plagam impingere, eo quòd obsistere contraq; niti non queant: ita eos qui palàm insaniunt non possis forti iuuenilíq; redargutione percellere. Supereſt igitur, vt abominandam illorum impietatem silentio prętereamus. At non patitur silere me nec fratrum charitas, nec aduersariorum improbitas. Quid igitur dicunt? Vide quanta sit in dictis illorum arrogantia. Nos, inquiunt, profitemur, iis qui honore pares sunt conuenire connumerationem: iis vero qui inferioris sunt conditionis, subnumerationem. Et istud quur tandem dicitis? Neque enim intelligo vestram peregrinam sapientiam. An quod aurum auro connumeratur, plumbum vero non item erit connumerari dignum: sed ob materiæ vilitatem subnumerabitur auro? Tantamq; vim tribuitis numero, vt is vel rerum vilium dignitatem attollere, vel pretiosarũ rerum maiestatem deiicere valeat. Ergo rursus aurum pretiosis lapidibus subnumerabis, atque in his ipsis elegantioribus ac maioribus subnumerabis minus lucidos ac minores. Sed quid non dicant, qui ad nihil aliud vacant, nisi aut ad dicẽdum, aut audiendum aliquid noui? Posthac cum Stoicis & Epicureis nominentur qui docent impietatem. Quæ nanque vel possit fieri rerum viliorum ad pretiosiores subnumeratio? Aereus obolus, aureo stateri quomodo subnumerabitur? Quoniam non dicimus, inquiunt, duo possideri numismata, sed vnum & vnum. Vtrum igitur vtri horum subnumeratur? Nam vtrũque similiter profertur. Sed si quodque per se numeres, facis æqualitatem pretij eodem numerandi modo. Rursus si ea coniungas, eandem facis dignitatem, vtrumque alteri connumerans. Quòd si quicquid in numerando posteriore loco posueris, id habebit subnumerationem, numeranti in manu est, ab æreo numismate numerationem incipere. Sed imperitiam redarguere supersedeamus, & ad ea quæ ad rem pertinent, orationem vertamus. Etiã ne filium dicitis subnumerari patri, ac spiritum filio, an soli spiritui tribuitis subnumerationem? Etenim si filium subnumeratis, rursus in eiusdem impietatis sermonem reciditis, videlicet in disparilitatem essentiæ, in dignitatis deiectionem, in natiuitatem tempore posteriorem: breuiter in omnes simul blasphemias contra vnigenitum vnico isto verbo reuolui declarabimini: quibus cõtradicere prolixius est, q̃ vt huic conueniat festinationi, præsertim quũ alias aliis in locis istorum impietas à nobis pro viribus refutata sit. Quòd si soli spiritui putant conuenire subnumerationem, discant spiritum simul eodẽ modo pronuntiari cũ domino, quo modo filiº pronũtiatur cũ patre. Nomẽ enim patris filij & spiritº sancti, similiter

Prædicabilia.

Reditus.

æditum est. Itaque quemadmodum se habet filius ad patrem, ita ad filium sese habet spiritus, iuxta verbi dei ordinem in baptismo traditum. Quòd si spiritus filio iunctus est, filius autem patri, liquet & spiritum adiungi patri. Quem igitur locum habet, vt dicant alterum connumerari, alterum subnumerari, quum in vna eadémque serie nomina sint ordinata. In summa porrò, quæres ex omni rerum genere, à sua ipsius natura excidit dum numeratur, ac non potius quæ numerantur, talia perseuerant, qualia condita sunt ab initio. Cæterum numerus adhibetur à nobis, vt signum quo declaratur multitudo eorum de quibus agimus. Nam corpora quædam numeramus, quædam metimur, quædam libramus: & quorum continua est natura, ea mensura comprehendimus: quorum discreta, ea numero subiicimus, nisi quòd quæ subtilia sunt, ea rursus fiunt etiam mensurabilia. Porrò quæ grauia sunt, libræ momento discernimus. Non itaque quoniam iisdem signa ad significationem quantitatis excogitauimus, protinus etiam naturam eorum quæ significantur immutauimus. Quemadmodum igitur quæ libra expendimus, ea non sublibramus inter sese, etiam si vnum sit aurum, alterum stannum, neque submetimur, quæ mensura diiudicantur: ita nec ea quę numerantur, vllo modo subnumeramus. Quod si in cæteris nihil est, quod subnumerationem recipiat, qua fronte dicent spiritui competere subnumerationem. Sed isti circa ethnica insanientes, existimant dignitates quæ gradibus distant, aut iuxta naturæ submissionem sunt inferiores, iis conuenire subnumerationem.

QVOMODO IN PROFESSIONE TRIVM PERSONARUM pium monarchiæ dogma seruamus, vbi & eorum qui dicunt spiritum subnumerari refutatio. CAPVT XVIII.

DVVM patrem & filium & spiritum sanctum traderet Dominus, non simul cum numero tradidit, non enim dixit. In nomine primi, secundi, ac tertij: neque, in vno, duobus, aut tribus: sed per sancta nomina fide ad salutem perducente cognitionem largitus est. Itaque quòd nos saluos facit, fides est. Numerus verò signum declarans quantitatem eorum de quibus loquimur, ab hominibus excogitatus est. Sed qui vndiquaque sibi ipsis noxias contrahunt, etiam numerandi facultate aduersus fidem abusi sunt. Alij verò qui cæteris in rebus nihil immutant propter additum numerum in diuina natura venerantur numerum, nec ob id honoris modum paracleto debitum transgrediuntur. Sed ô sapientissime, sint maximè supra numerum, quæ non possumus assequi, quemadmodum prisca Hebræorum pietas propriis ac peculiaribus notis ineffabile nomen dei figurabat, atque hinc in omnibus excellentiam commendabat. Quòd si & numerus adhibendus est, nequaquam est in hoc deprauanda veritas. Aut enim silentio honorantur ineffabilia, aut piè numerantur sancta. Vnus deus & pater, & vnus vnigenitus filius, & vnus spiritus sanctus. Vnamquanque personam singulariter efferimus: cæterum vbi numerandum est, haudquaquam indoctè numerando, eas proferimus, quasi plures deos intelligamus. Neque enim iuxta compositionem numeramus, ab vno ad plura facientes incrementum, vt dicamus, vnum, duo, tria, neque primum, secundum, ac tertium. Ego enim deus primus, & ego posterior. Secundum autem deum nunquam antehac, ac ne hodie quidem audimus, eo quòd deum ex deo adorantes, etiam proprietatem profitemur personarum, manemúsque in vno principatu, non dissipantes diuinæ naturæ rationem in multitudinem subdiuisam: eo quòd vnam in deo patre, & deo vnigenito, formam, vt ita loquar, contemplamur, inseparabili deitatis essentia vnitam. Filius enim in patre, & pater in filio: quandoquidem hic talis est, qualis ille, & ille qualis hic: atque hac quidem in parte vnum sunt. Itaque iuxta personarum proprietatem, vnus sunt & vnus: at iuxta communem naturam, vnum sunt ambo. Quomodo igitur si vnus & vnus sunt, non sunt duo dij? Quoniam rex dicitur regis imago, non autem duo reges. Neque enim potestas scinditur, neque gloria diuiditur. Quemadmodum autem principatus ac potestas nobis dominans vna est: sic & glorificatio quam illi deferimus vna est, non multæ. Itaque imaginis honor ad exemplar primum refertur. Quod igitur hic est per imitationem imago, hoc illic natura filius: & quemadmodum apud artifices imitatio fit ad formam, ita in diuina incompositáque natura, in communione deitatis est vnio. Vnus autem est & spiritus sanctus qui & ipse per se profertur, ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,ac per se ipsum complet super omnia glorificandam ac beatam trinitatem:cuius cum pa G
tre & filio consortium satis illud declarat,quod in turba creaturarum positus non est,sed so
litariè profertur.Neq; enim vnus est è vulgo,sed quemadmodum vnus est pater,vt vnus fi-
lius:ita & vnus est spiritus sanctus,à creaturarum natura tantum semotus, quantum par est
solitarium à rebus compositis ac multitudinem habentibus abesse. Patri verò in tantum v-
nitus est,quantum consortij habet vnitas cum vnitate.Sed nec hinc solum probatur naturę
communio:verum illinc quoque,quod ex patre esse dicitur,non sic à patre veniens, quem-
admodum ex deo sunt omnia,neque per generationem quemadmodum filius,sed tāquam
spiritus oris eius,omnino tamen nec os membrum est, nec flatus resolubilis spiritus: sed os
dei maiestas dicitur,& spiritus essentia viuens,sanctificationis autor:vnde sic declaratur il- H
lius consortium,vt ineffabilis essentiæ modus seruetur.Quin & Christi spiritus dicitur,tan-
quam illi natura coniunctus.Eóque si quis Christi spiritum non habet,hic non est eius.Vn-
de solus spiritus dignè glorificat dominum.Ille,inquit,me glorificabit:non vt natura gene
rabilis,sed tanquam spiritus veritatis,dilucidè in se ipso declarans veritatem,& tāquam spi
ritus sapientiæ Christum,qui est dei virtus ac dei sapientia, in sua magnitudine incompre-
hensibilem.Deniq; tanquam consolator in seipso exprimit,consolatoris à quo missus est bo-
nitatem,& in sua propria dignitate eius à quo processit,maiestatem illustrat.Est igitur glo-
ria,alia quidem naturalis, veluti gloria solis est lumen: alia gloria aliunde veniens: alia ex
proposito,quæ iudicio defertur pro meritis.At hæc rursum gemina est.Filius, inquit, glori- I
Ioan.14. ficat patrem,& seruus Dominum suum.Ex his duabus, ea quæ seruilis est à creatura defer-
Ioan.17. tur:altera verò quæ,vt ita loquar,contubernalis est,à spiritu præstatur, quemadmodum de
se ipso dixit,Ego te glorificaui super terram,opus perfeci quod dedisti mihi vt facerem. Sic
Ioan.16. & de paracleto dictum est,Ille me clarificabit,quoniam de meo accipiet, & annuntiabit vo
Ioan.7. bis.Et quemadmodum filius glorificatur à patre,quum ait,Et glorificaui, & in æternum glo
rificabo:sic glorificatur spiritus per consortium quod habet cum patre & filio, & per vnige-
Mat.12. niti testimonium,dicentis:Omnis blasphemia remittetur vobis hominibus, sed in spiritum
blasphemia non remittetur. Quum autem per vim illuminatricem intendimus oculos in
pulchritudinem imaginis dei inuisibilis,pérque hanc subuehimur ad pulcherrimum specta K
culum archetypi,ibi videlicet adest inseparabiliter,cognitionis spiritus, vim imaginis spe-
culatiuam in sese præbens,iis qui veritatis contemplatione delectantur,non foris ostendens
sed per seipsum inducens ad agnitionem. Quemadmodum enim nemo nouit patrem nisi
1.Cor.12. filius:sic nullus potest dicere Dominum Iesum: nisi in spiritu sancto. Non dixit, Per spiri-
Ioan.4. tum,sed In spiritu.Et,Spiritus est deus:& qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet a-
Psal.35. dorare:sicut scriptum est,In lumine tuo videbimus lumen: hoc est, in illustratione spiritus
videbimus lumen verum,quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. Ita-
que in seipso ostendit vnigeniti gloriam, & veris adoratoribus in se ipso dei cognitionem
præbet.Proinde via ad dei cognitionem est ab vno spiritu,per vnum filium ad vnum patrē. L
Ac rursus natiua bonitas, & naturalis sanctimonia, & regalis dignitas à patre per vnigeni-
tum ad spiritum sanctum permanat. Ad hunc modum & personas profitemur, nec pium
monarchiæ dogma labefactatur.Cæterum qui subnumerationem ponunt dicentes,primum
secundum,ac tertium,sciant sese deorum multitudinem,iuxta gentium errorem, in illiba-
tam Christianorum de deo professionem inducere.Ad nihil enim aliud tendit subnumera-
tionis dolosa inuentio,quam vt profiteamur,deum primum,secundum ac tertium. Sed no
bis sufficit à Domino præscriptus ordo,quem qui confundit non minus peccabit,quàm pec-
cat istorum impietas. Quod ergo naturalis communio nequaquam dissoluitur modo sub-
numerationis,satis dictum est.Sed concedamus pertinaci & inaniter sapienti,donemúsque M
per subnumerationem spiritus significari quiddam alio posterius. Videamus quid ex hoc
1.Cor.15. sermone consequatur.Primus, inquit,homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo. Et
Ibidem. alibi,Non primum,inquit,quod spirituale est,sed quod animale,deinde quod spirituale.Er
go si primò subnumeratur secundum, id quod subnumeratur vilius est eo cui subnumera-
tur.Ita iuxta vos,vilior est homo spiritualis animali,& cœlestis homo vilior est terreno.

ADVERSVS

A ADVERSVS EOS QVI DICVNT NON ESSE glorificandum spiritum.

CAPVT XIX.

DONEMVS ista,inquiunt,at ea gloria nullo pacto debetur spiritui,vt à nobis hym
nis sit attollendus. Vnde igitur probaturi sunt spiritus dignitatem, omnem intel-
lectum superantem,si patris & filij communio visa est istis parum grauis ad testi-
ficandum,attamen possumus,& ad ea quæ nominibus significantur respicientes,&
B ad operationum magnitudinem,& ad operationem quam in nobis,imò quam erga creatu-
ram omnem suppeditat,naturæ illius sublimitatem ac potentiam incomprehensibilem de-
monstrare.Quatenus igitur mente tenetur,spiritus dictus est, quemadmodum spiritus di-
citur deus, & spiritus vultus nostri, Christus Dominus. Sanctus dicitur, quemadmodum
sanctus pater,& sanctus filius.Creaturæ siquidem aliunde inducta est sanctimonia: at spiri-
tui sanctitas est consummatiua naturæ. Ideóque non sanctificatur, sed sanctificat. Bonus
item dicitur sicut pater,& bonus,is qui bonus ex bono natus est,cui bonitas est ipsa essentia.
Rectus dicitur,vt rectus Dominus,& rectus Deus noster,eo quod per se sit ipsa virtus & i-
psa iustitia,quæ se non potest nec in hanc partem, nec in illam flectere, propter naturæ in-
commutabilitatem.Paracletus,id est,consolator,dicitur spiritus,quemadmodum & vnige Ioan.14.
C nitus:sicut ipse dixit,Ego rogabo patrem meum,& dabit vobis alium paracletum. Hoc pa-
cto communia sunt nomina patri,filio,& spiritui sancto,quæ appellationes competunt il-
lis iuxta naturæ consortium.Nam vnde alioqui?Rursum spiritus principalis, & spiritus ve-
ritatis,& spiritus sapientiæ dictus est.Spiritus diuinus qui fecit me. Et Beselehel, inquit,im- Exod.31.
pleuit deus spiritu sapientiæ & intellectus & scientiæ.Huiusmodi igitur nomina, & præcla-
ra sunt & magnifica, nec ob id declarant inter personas esse vllam excellentiam, quod qui-
dem attinet ad gloriam. Operationes verò partim ineffabiles sunt ob magnitudinem, par-
tim innumerabiles ob multitudinem.Nam quo pacto intelligemus ea quæ fuerunt ante se-
cula? Quales erant illius operationes ante creaturam intelligibilem? Tum quàm multa ab
D illo erga creaturam beneficia?Ad hæc quæ potestas ad ventura secula?Erat enim,& præerat,
& simul aderat cum patre & filio ante secula, vt etiam si quid cogitaris ante secula, hoc ta-
men reperias spiritu esse posterius. Quòd si creaturam reputes, consolidatæ sunt cœlorum
virtutes à spiritu,sic,vt consolidationem intelligas firmitatem,qua non possunt à bonis ex-
cidere.Etenim quod Deo coniunctæ sunt, quódque ad maliciam verti non queunt, quod-
que in beatitudine nihil desiderant virtutes, id illis à spiritu accessit. Christi aduentus est,
spiritus præcurrit.In carne fuit aduentus,& spiritus inseparabilis. Operationes virtutū sunt,
sunt dona sanationum, sed per spiritum sanctum.Dæmones expulsi sunt, sed in spiritu Dei.
Diabolus spoliatus est imperio,sed intus præsente spiritu.Peccatorum facta est remissio,sed
E in gratia spiritus.Abluti estis, sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in 1.Cor.6.
spiritu sancto.Conglutinatio cum deo à spiritu est.Misit enim Deus spiritum filij sui in cor- Rom.8.
da nostra,clamantem, Abba pater: Resurrectio mortuorum à spiritu est. Emittes spiritum Psal.103.
tuum,& creabuntur, & renouabis faciem terræ. Siue quis creaturam accipiat, de extinc-
torum reuiuiscentia,an non magna spiritus operatio,quæ suppeditat nobis vitam ex resurre-
ctione,& ad spiritualem illam vitam animas nostras transcribit. Siue creaturæ nomine in-
telligantur, qui hic à peccato recedentes, ad id quod optimum est transformati sunt: nam
ita quoque nonnunquam vsurpatur,iuxta scripturæ consuetudinem,velut quum Paulus di-
cit,Si qua in Christo noua creatura. Et renouatio quæ hic fit, & à terrena mortalique vita 2.Cor.5.
F ad cœlestem conuersationem transmutatio, quæ fit per spiritum, ad summam admiratio-
nem subducit animos nostros. In his vtrum metuere debemus, ne dignitatem immodicis
honoribus transgrediamur: an contra, ne cogitationem de spiritu nostram ad humilia de-
primamus, etiam si videamur maxima de eo loqui, quæ quidam humana mente concipi,
humanáque lingua proferri possunt. Hæc dicit spiritus sanctus, sicut, Hæc dicit Dominus:
Descende,& ambula cum illis,nihil diiudicans,quoniam ego misi illos.Num hæc sunt hu- Actu.7.
milis aut aspernandi verba? Separate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod accersi- Actu.13.
ui illos. Num seruus ita loquitur? Et Esaias, Dominus misit me, & spiritus eius. Et,Des- Cap.48.
cendit spiritus à Domino, & deduxit eos. At ne rursus mihi deductionem accipias pro hu-
mili ministerio.Nam hoc opus etiam dei esse testatur verbum. Deduxisti, inquit, sicut o- Psal.76.
ues popu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ues populum tuum. Et, Adducens velut ouem Ioseph. Deduxisti, inquit, eos in spe,& non timuerunt. Proinde quum audieris: Quum venerit paracletus, ille vos commonefaciet omnis veritatis: cogita deductionem, sicuti doctus es, ne calumnieris intellectum. Quin & interpellat, inquit, pro nobis. Ioan.14. Ità ne quantum supplex est infra beneficij autorem, tantum spiritus iuxta dignitatem excidit à deo? At tu nondum audisti de vnigenito, quòd is est in dextra dei, & interpellat pro nobis. Num ideo quòd spiritus est in te, si tamen omnino in te est, aut quòd nos excæcatos, ad eligendum id quod vtile est, docet, deducitque, ideo pia ac diuina gloria illum mulctabis? Nam isthuc profectò extremæ sit ingratitudinis, benemerentis humanitatem vertere in occasionem ingratitudinis. Nolite igitur contristare spiritum sanctum, audite quid dicat primitiæ martyrum Stephanus, inobedientiam ac rebellionem exprobrans populo. Vos, inquit, semper spiritui sancto resistitis. Et rursum Esaias, Prouocauerunt spiritum sanctum, & versus est illis in inimicitiam. Et alibi, Domus Iacob prouocauit spiritum Domini. An hæc non declarant potentiam cum autoritate coniunctam, iudicio legentium permitto. Eos qui hæc audiunt, quas tandem opiniones oportet animo concipere? An tanquam de instrumento, dèque obediente, & parem honorem cum creatura sortito, denique nobis conseruo? an grauissimum est vel dicto tantum hanc blasphemiam subire piorum aures animosq;? Seruum appellas spiritum? Sed seruus, inquit, non nouit quid faciat Dominus ipsius. Spiritus autem non aliter nouit quę sunt dei, quàm spiritus hominis nouit quæ sunt hominis.

Actu.7. Cap.63.

Ioan.15.

ADVERSVS EOS QVI DICVNT SPIRITVM NEC in seruili, nec in herili conditione esse, sed in libertate.

CAPVT XX.

NEQVE seruus, inquiunt, neque dominus, sed liber. O mirum stuporem, ô miserandam audaciam ista loquentium. Quid amplius deplorem, vtrum insciti am an blasphemiam istorum, qui de deo dogmata humanis exemplis corrumpunt, & quæ est in rebus hominum consuetudo, per quam dispar est dignitatum excellentia, eam ad diuinam & ineffabilem naturam accommodare nituntur, haud reputantes apud homines quidem nullum esse natura seruum. Aut enim qui viribus pressi sunt, sub iugum seruitutis inducti sunt, velut in bello capti: aut ob paupertatem in seruitutem adacti sunt, velut Aegyptij Pharaoni: aut iuxta sapientiam quandam & arcanam dispensationem, qui inter filios deterrimi sunt, parentum voce, sapientioribus ac melioribus in seruitutem addicti sunt, sed quam haudquaquam condemnationem, sed beneficium potius duxerit æquus rerum æstimator. Nam qui ob sensus inopiam, non habet in sese id quod natura imperat, huic expedit in alterius esse potestate: vt dum potentioris prudentia gubernatur, similis sit currui qui aurigam recepit, aut naui quæ nauclerum habet clauo assidentem. Hanc ob causam Iacob Dominus Esau ex benedictione patris factus est, vt stultus à sapiente, vel inuitus beneficio afficeretur, quippe non habens proprium curatorem, videlicet mentem. Et Chanaam filius seruus erat fratribus suis, quoniam indocilis erat ad virtutem, quod imprudentem haberet patrem, videlicet Cham. Ad hunc quidem modum hic fiunt serui. Liberi verò sunt, qui effugerunt paupertatem, aut bellum, aut qui aliorum cura non egent. Itaque quamuis hic herus, ille seruus appelletur, omnes tamen vel quia sumus eiusdem inter nos honoris, vel quia sumus creatura illius qui fecit nos, conserui sumus. Illic porrò quid potes è seruitute eximere? Simul vt nati sunt, additum est, vt seruitutem seruiant. Sibi quidem inuicem non imperāt, eo quòd cœlestia expertia sint vsurpationis, deo tamen subiecta omnia, ac tanquam Domino debitum timorem, ac tanquam conditori debitam gloriam persoluunt. Filius enim honorat patrem, & seruus metuit Dominum suum. Et ex his duobus alterum omnino Deus à nobis requirit. Nam si pater, inquit, sum ego, vbi est honor meus? Si Dominus sum ego, vbi est timor meus? Alioqui vita hæc fuerit omnium maximè miserabilis, nisi subdita sit prouidentiæ diuinæ. Cuiusmodi sunt virtutes desertrices, quæ quod ceruicem erexerunt aduersus deum omnipotentem, excutiunt seruitutem, non quòd taliter conditæ sint, sed quòd subditæ non sint ei, à quo conditæ sunt. Quomodo igitur appellas liberum? Qui regis imperio non obtemperat: Qui nec in alterum principatum gerere nouit, nec principi parere sustinet? At nec est istiusmodi natura in rebus

Malach.1.

in rebus conditis, & talem imaginari euidens est in spiritū impietas. Quòd si spiritus creatura est, nimirum seruit cum cæteris omnibus. Omnia enim, inquit, seruiunt tibi. Si supra creaturam est, regni quoque consors est.

TESTIMONIA E SCRIPTVRIS SPIRITVM appellari dominum.

CAPVT XXI.

SED quid opus est ex rebus humilibus pugnantes, verbis turpiter parare victoriam, quum liceat citandis grauioribus testimoniis irrefutabilem gloriæ sublimitatem declarare? Quod si proferremus ea quæ scriptura nos docuit, forsitan magno vehementiq; clamore vociferantes, & auribus obturatis lapides tollent, aut quicquid fortè occurrerit, in arma vertentes isti qui repugnant spiritui, in nos irruerint. Sed non est nobis incolumitas anteponenda veritati. Inuenimus igitur apud Apostolum, in epistola ad Thessalonicenses secunda, Dominus autem dirigat corda nostra, in dilectionem dei, & in sustinentiam Christi. Cap.2. Quis est dominus inducens in dilectionem dei, & in sustinentiam pro afflictionibus Christi. Respondeant nobis, qui spiritum in seruitutem adigunt. Siue enim de patre fiat sermo, omnino dici poterit, Dominus vos dirigat in dilectionem sui, siue de filio, addi poterit, in suam ipsius sustinentiam. Quærant igitur quænam sit alia persona, quam domini vocabulo deceat honorari. Huic affine est illud, quod alibi positum est: Dominus vos impleat, & abundare faciat charitate, in vos inuicem & in omnes, quemadmodum & nos in vos, ad confirmandum corda vestra irreprehensibilia in sanctificatione, coram deo & patre nostro in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis suis. Quem dominum optat coram deo & patre nostro in aduentu domini nostri irreprehensibilia fidelium Thessalonicensium corda confirmata in sanctitate constabilire? Respondeant nobis qui cum ministratoriis spiritibus, qui mittuntur ad ministerium, collocant spiritum sanctū. At non habent quod respondeant, quapropter audiant & aliud testimonium, euidenter spiritum sanctum appellans dominum. Dominus, inquit, spiritus est, Et rursum. Tanquam à domino spiritu. 2. Cor.3. Ne vero vlla relinquatur occasio contradicendi, ipsum Apostoli sermonem recitabo: Vsque ad hodiernum, inquit, diem, idem velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo abrogatur. Quum autem conuersus fuerit ad dominum, tolletur velamen. Dominus autem spiritus est. Quur hoc dicit? Quoniam qui nudæ intellectui literæ assidet, & illic circa legales obseruationes occupatus est, Iudaica literæ intelligentia quasi velo tectum habet cor: & id accidit illi eò quòd ignoret corporalem legis obseruationem in aduentu Christi abolitam esse, iam figuris ad veritatem translatis. Euanescunt enim lucernæ solis aduentu. Et cessat lex, ac prophetæ silent simul vt illuxit veritas. Attamen qui potuit ad profunda legalis intellectus oculis penetrare, ac discussa legis obscuritate ceu velamento introire ad arcana, hic imitatus est Mosen, in hoc quòd cum deo loquens sustulit velamen, & ipse se conuertens à litera ad spiritum, vt velamini quod impositum est super faciem Mosi respondeat legalium doctrinarum obscuritas: cōuersio autem ad dominum respondeat spirituali intelligentiæ. Ergo qui in lectione legis aufert literam, conuertit sese ad dominum. (Dominus autem nunc hic spiritus dicitur) ac similis redditur Mosi per illustrationem dei, qui faciem habet glorificatam. Sicut enim quæ iuxta floridos colores posita sunt, è splendore promanante colorantur & ipsa: sic qui euidenter intendit oculos in spiritum, ex illius gloria quodam modo transformatur vt fiat illustrior, dum veritate à spiritu promanante ceu luce, corde illuminatur. Et hoc est tranformari à gloria spiritus ad propriam gloriam, haud parcè, neque tenuiter, sed in tantum quantum par est illustrari eum qui à spiritu illuminatur. Non vereris ô homo Apostolum dicentem, Templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. An scriptura admisit vnquam vt seruile domicilium appellatione templi honoraret? Quid ille qui scripturam diuinitus inspiratam appellat, eò quòd afflatu spiritus scripta sit, num contumeliosis & spiritum attenuantibus verbis vsus est? 1. Cor.13.

CONFIR-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONFIRMATIO NATVRALIS SPIRITVS COMMVNIONIS, eo quòd æquè ac pater & filius incomprehensibilis est. G

CAPVT XXII.

NON solum autem ex hoc quòd easdem habet appellationes, & in operationibus consors est patri & filio, dilucet naturæ illius excellentia, verum etiam ex eo quòd pariter atque ille incomprehensibilis est intellectu. Quæ enim de patre loquitur, quòd sit supra cogitationem humanam, quæq; de filio, eadem dominus & de spiritu sancto dicit, Pater iuste, mundus te non cognouit, inquit filius: mundum hic appellans H
non eum qui constat è cœlo & terra, sed insynceriſſimam innumerisq; mutationibus obnoxiam vitam. Ac de seipso loquens, Adhuc modicum, inquit, & mundus me non videbit, Ioan. 14.
vos autem videbitis me: rursus hic eos qui materiali carnaliq; vita deuincti sunt, & oculis tantum expendunt veritatem, mundum appellans: qui quoniam non credebant resurrectionem, non amplius oculis cordis visuri erant dominum nostrum. Hæc autem eadem dixit & de spiritu, Spiritum, inquit, veritatis mundus non potest accipere, neque videt illum, neque nouit eum: vos autem nouistis illum, quòd apud vos manet. Carnalis siquidem homo mentem habens ad contemplationem minus exercitatam, aut in affectu carnis velut in cœno defossam gerens, non potest ad spirituale lumen veritatis attollere oculos. Quapropter I
mundus, hoc est, carnis cupiditatibus dedita vita, velut oculus imbecillis non ferens solis radios, spiritus gratiam non recipit. At dominus collaudatis discipulis, quod mundę essent vitę ob doctrinam ipsius, dat iisdem, vt ad speculationem contemplationémque spiritus
Ioan. 15. sint idonei. Nunc, inquit, vos mundi estis, propter sermonem quem loquutus sum vobis. Vnde mundus non potest illum capere? eò quod non videt illum. Vos autem nouistis eum, quoniam apud nos manet. Eadem dicit & Esaias, Qui stabiliuit terram, & quæ in ea sunt,
Cap. 59. deditq; spiritum populo qui est super illam, & spiritum calcantibus eam. Nam qui conculcant terrena, iisq; superiores euaserunt, digni prędicati sunt dono sancti spiritus. Proinde de spiritu quem mundus capere non potest, sed à solis sanctis per cordis puritatem videri po- K
test, quid aliud iudicandũ est quàm omnis generis honores illi competere? Reliquę virtutes omnes in loco circunscriptę esse creduntur. Nam angelus qui astabat Cornelio, non erat in eodem loco, quo quum astaret Philippo. Neque qui loquutus est Zachariæ ab altari, per idé temporis etiam in cœlo suam implebat stationem. At spiritus simul & in Abacuch operatus, & in Daniele in Babylonia creditus, & in catarrhacta fuit cum Hieremia, & cum Ezechiele in Chobar. Spiritus enim domini repleuit orbem terrarũ. Et, Quò ibo à spiritu tuo? Psalm. 138.
& à facie tua quo fugiam? Et Propheta. Quoniam ego, inquit, vobiscũ sum, dicit dominus. Aggei. 2.
Et, Spiritus meus stat in medio vestri. Eum vero qui vbique est, qui deo præsens est, cuius esse naturæ credere oportet? Vtrum omnia complectentis an particularibus arctatæ locis? L
Qualem esse naturam angelorum dei filius demonstrauit. Verum hoc nequaquam dicturus es. Igitur qui natura dominus est, qui magnitudine incomprehensus, qui potens in operationibus, qui bonus in beneficentiis, hunc non efferemus, non glorificabimus?

SPIRITVS GLORIFICATIONEM ESSE ENVMERATIONEM eorum quæ illi adsunt.

CAPVT XXIII.

M

EGO vero nihil aliud intelligo gloriam, quàm commemorationem mirabilium quæ illi adsunt. Itaque aut isti interdicent nobis, ne prorsus mentionem faciamus bonorum quæ ab illo accepimus, aut omnino ea quæ illi adsunt commemorasse, est summam glorificationem impleſſe. Nam ne patrem quidem domini nostri Iesu Christi, & vnigenitum illius filium aliter glorificare possumus, quàm pro virili nostra illius prodigia recensendo.

REDARGV-

A REDARGVTIO ABSVRDITATIS EORVM QVI non glorificant spiritum, ex collatione eorum quæ in creaturis glorioſa sunt.

CAPVT XXIIII.

TA ne gloria & honore coronabitur plebeius homo. Et gloria, & honor, & pax homini facienti bonum in promiſſis repoſita sunt. (Est autem peculiaris Israelitici populi gloria, quorum, inquit, est adoptio, & gloria, & cultura. Et suam ipsius gloriã quandam cõmemorat psalmorum cantor. Exurge gloria mea. Et rursus, Gloria so Psalm. 56.
B lis, lunę, & stellarum. Iuxta Apostolum vero administratio iudicij fiet cum gloria.) Itaque quum tam multa sint quę gloria potiuntur, vis spiritum vnum ex omnibus inglorium esse? Et tamen ministratio, inquit, spiritus est in gloria. Qua igitur fronte facitis illum indignum 2. Cor. 3.
gloria? Et magna est gloria iusti, iuxta psalmodiam, Magna est gloria eius in salutari tuo. Psalm. 137.
Et rursus. Timentes autem dominum glorificabit. At gloria spiritus iuxta tuam opinionem nulla est. An non igitur euidens periculum est, talibus dictis ineuitabile crimen in seſe accersere? verum homo qui saluus fit per iustitiam operũ, plurimum absit ab eo, vt spiritum debita gloria fraudet. Sit inquiunt, glorificandus, at non cum patre & filio. Et qui consentaneũ est rationi, alium locum imaginatione designare spiritui, eo relicto quem statuit dominus,
C & gloriæ consortio spoliare, eum qui vbique coniunctus est diuinitati, in professione fidei, in baptiſmate redemptionis, in operatione virtutum, in inhabitatione sanctorum, in donis ad obedientiam conferentibus. Neque enim est vllum donum absque sancto spiritu ad creaturam perueniens, quando nec simplex verbum in Christi laudibus quis possit dicere, niſi cooperante spiritu, quemadmodum in euangeliis à domino & seruatore nostro didicimus. Esse qui hęc omnia neglexerint, & ignorata communione quæ est in omnibus patri & filio, distrahant spiritum, nescio an quisquam sancti spiritus particeps conficturus sit. In quem igitur ordinem illum deportabimus? Creaturarũ? At vniuersa creatura seruit. Spiritus autẽ liber est, Vbi spiritus domini, ibi libertas. Atque quum multa sint quæ possim hic comme- 2. Cor. 3.
D morare, quàm non conueniat spiritum sanctum annumerare rebus creatis, de his dicere supersedebo. Nam si incipiam pro argumenti dignitate, & quæ pro nobis faciunt, probationes adducere, & quæ ab aduersariis obiiciuntur diluere, prolixo sermone fuerit opus, loquacitateq; voluminis deterruero lectores. Eoq; illis alteri tractatui reseruatis, propositis adhæreamus. Consideremus igitur singulatim. Natura bonus est spiritus, vt bonus pater, & bonus fi R. Repetit omnia.
lius. Creatura vero per electionem eius qui bonus est, particeps est bonitatis. Nouit profunda dei: sed creatura, per spiritum accipit arcanorum reserationem. Viuificat vnà cum deo qui viuificat omnia, cumq; filio qui dat vitam. Qui enim excitauit, inquit, Christum à mor Roma. 7.
tuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, per ipsius spiritum qui habitat in vobis. Atq; ite- Ioan. 10.
E rum, Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do illis. Sed spiritus quoque viuificat. Ac rursum, Spiritus autem, inquit, vita per iustitiam. Quin & dominus testatur spiritum esse viuificum. Caro non prodest quicquam: Quomodo igitur eum à viuificandi Ioan. 6.
potentia submouentes naturæ coniungemus, quæ ipsa vita egeat? Quis adeò contentiosus, quis adeo expers doni cœlestis, & absque gustu bonorum dei verborum? Quis adeò à spe cœlestium alienus, vt spiritum creaturæ copulet à diuina natura distractum? In nobis, inquiũt, spiritus est tanquam donum dei. At donum nequaquam iisdem honoribus afficitur, quibus is qui dedit. Donum quidem dei spiritus est, sed donum vitæ. Lex enim dicit, Spiritus vitæ liberauit te. Et donum potentiæ. Accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos.
An ob id contemnendus est? An non & filium pater dedit hominibus? Qui, inquit, proprio Actuum. 1.
F filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non vnà cum eo omnia Roma. 8.
nobis donabit? Et alibi. Vt sciamus quæ à deo nobis donata sunt: de mysterio assumpti ho- 1. Cor. 1.
minis loquens. Itaque qui ista loquuntur, an non Iudaicam ingratitudinem amentiámque superarunt, qui excellentiam diuinæ bonitatis vertunt in insultum blasphemiæ. Accusant enim spiritum, quod nobis dat fiduciam deum appellandi patrem nostrum. Emisit enim deus spiritum filij sui in corda nostra clamãtem, abba pater, vt spiritus vox propria fiat eo- Roma. 8.
rum qui acceperunt.

QVOD

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD SCRIPTVRA HAC SYLLABA IN, PRO Cum, vsa sit: vbi & In, idem pollere quod Cum. G

CAPVT XXV.

QVI sit igitur, inquiunt, vt scriptura nequaquam tradat spiritum glorificari cum patre & filio, sed studiose vitet ne dicat, cum spiritu. Sed maluit eum glorificari in deo: quasi hoc iudicarit congruentius. At ego nequaquam dixerim hanc syllabam In, significare sensum minus honorificum, imò potius si sanè accipiatur, ad maximam spiritus celsitudinem erigere mentem, quandoquidem obseruauimus hanc frequenter vsurpari pro Cum. Quod genus est illud, Ingrediar domum tuã, in holocautomatibus: H
Psalm. 104. pro eo quod erat, cum holocautomatibus. Et, Eduxit eos in argento & auro. Itẽ illud, Egredietur deus in virtutibus nostris, aliáq; huius generis innumerabilia. Omnino lubens ab ista noua sapientia didicero, qualem glorificationem Apostolus absoluerit per hanc dictionem In, iuxta formam quam isti nunc è scriptura proferunt. Nequaquam enim inuenimus dictum, Tibi patri honor & gloria per vnigenitum tuum in spiritu sancto. Qui sermo modo istis vsitatior est ipsa, vt ita loquar, respiratione. Horum enim singula separatim inuenire licet, coniunctim posita in tali ordine nequaquam poterunt ostendere. Itaque si exactè vrgẽt ea quę in scripturis habentur, ostendant vnde ista dicant. Quod si concedunt consuetudini, ne nobis facessant negotium. Nos enim ambas dictiones, è fidelium vsu mutuati, ambabus I
vtimur: glorificationem quidem ex æquo per vtramque impleri persuasi: eis vero qui deprauant veritatem, magis obturari os credimus proposita dictione: quæ quum vim habeat scripturis congruentem, non est amplius ad contraria accommodabilis. Est autem hæc, cui nunc ab istis contradicitur, quæ pro Et, coniunctione sumitur. Nihil enim refert vtrum dicas, Paulus & Siluanus & Timotheus, an Paulus cum Timotheo & Siluano. Nominum enim connexio, vtraq; pronuntiatione similiter seruatur. Itaque si quum dominus dixerit, Patrem & filium & sanctum spiritum: ipse dicam, Patrem & filium cum spiritu sancto: nihil diuersum dixero, quod ad sententiæ vim attinet. Porrò per præpositionem connecti nomina, multis argumentis probari potest. Gratia, inquit, domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, K
& communio spiritus sancti. Ac rursum, Obsecro vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus. Itaque si pro coniunctione Et, voluerimus vti præpositione Cum, quid differentiæ fecerimus? Ego sanè non video, nisi quis iuxta frigidam grãmaticen, coniunctionem tanquam copulatiuam, ac maioris vnionis declaratiuam præferés, præpositionem reiiciat, quasi non obtineat parem vim. Sed si hactenus de his esset nobis cõtrouersia, haudquaquam multis verbis opus esset nobis ad respondendum. Nunc vero neq; de syllabis, neque de hoc aut illo dictionis sono disputant, sed de rebus iuxta vim ac veritatem maximo inter se discrimine dissidentibus. In quibus quum indifferens sit syllabarum vsus, isti has quidem, vt in scripturis repertas inducere, illas vero ab ecclesia submouere mo L
liuntur. Ego vero tametsi primo statim auditu euidens sit vtendi libertas, attamen etiam rationem reddam, iuxta quam patres nostri non otioſè simul amplexi sint & huius præpositionis vsum. Nam præterquàm quod hæc syllaba Et, idem valens refellit Sabellij malitiam, & similiter atque illa personarum proprietatem declarat, velut, Ego & pater veniemus, Ego & pater vnum sumus: eximium habet sempiternæ communionis, & cum deo coniunctionis testimonium. Nam qui dixit, cum patre filium esse, simul & personarum proprietatem & inseparabile consortium expressit. Quod idem fit in rebus humanis, in quibus Et, coniunctio, declarat operationis consortium: at præpositio Cum, significat etiam communionem. Quod genus est, Nauigarunt in Macedoniam Paulus & Timotheus, sed & Tychicus & Onesimus missi sunt Colossensibus. Ex his discimus illos rem eandem fecisse. Cæterum si audierimus, connauigarunt, & collegæ missi sunt, etiam illud addiscimus, eos actionem pariter operatos esse. Ita Sabellij errorem destruens hæc vox vt non alia æquè, addidit M
illis & diuerso impietatis genere insanientes. De his loquor, qui temporalibus interuallis filium à patre, & spiritum sanctum à filio distrahunt. Cui sensui maximè repugnat syllaba Cum, eo quòd Cum, coniunctionem inter sese communicantium exprimit, velut simul nauigantium & simul inhabitantium, aut quiduis aliud communiter perficientium. At præpositio In, declarat relationem ad id in quo sunt operantes. Siquidem quum audimus Innauigant, aut Inhabitant, protinus cogitamus schapham, aut domum. Itaque iuxta communem vsum

A vsum harum syllabarum talis est inter ipsas differentia, aut si quid amplius inueniri possit à studiosis. Neque enim mihi vacat de ratione syllabarum exquirere. Quoniam igitur demonstratum est præpositionem Cum, significantissimè reddere coniunctionis intelligentiam, sit vobis si videtur fœderata, ac desistite atrox, & indenuntiatum bellum cum illa gerere. Attamen quanquam ea vox adeò boni ominis est, si cui cordi est per syllabam Et, glorificando connectere nomina, sicut in Euangeliis de baptismate didicimus, patrem & filium & spiritum sanctum, ita fiat, nemo contradicturus est. Hac conditione deponamus arma. Sed isti citius abiecerint linguas, quàm hanc vocem recipiant. Hoc igitur est, quod nobis indenuntiatum & irreconciliabile bellum excitat. In spiritu, inquiunt, sancto, danda est gloria deo,
B non ipsi spiritui: ac mordicus hanc vocem In, velut humilem addunt spiritui. De qua non inutile fuerit prolixius dicere. Quæ quum audierint isti, demirabor si non eam proditricem & ad spiritus gloriam vltrò transfugam pronuntiarint.

QVOT MODIS DICITVR IN, TOTIDEM modis de spiritu accipi.

CAPVT XXVI.

C MIHI considerãti quàm simplex ac breuis sit huius syllabæ pronuntiatio, tamen varia videntur quæ per eam significantur. Quot enim modis dicitur In, totidem modis inuenimus eam de spiritu conceptibus subseruire. Nam forma dicitur esse in Modi In.
materia, & potentia in eo quod est alicuius formæ capax, & habitus in eo qui secũdum illum affectus est, aliáque huius generis multa. Itaque quatenus spiritus sanctus vim habet perficiendi creaturam rationalem, absoluens illius fastigium formæ rationem obtinet. Nam qui iam non viuit secundum carnem, sed spiritu dei agitur, & filius dei nominatur, & conformis imagini filij dei factus est, spiritualis dicitur. Et sicut cernendi vis est in oculo sano, sic & operatio spiritus in anima purgata. Eóque Paulus optat Ephesiis, vt oculos Ephe.1.
habeant illuminatos in spiritu sapientiæ. Et quemadmodum ars est in eo qui nactus est il-
D lam, ita gratia spiritus in eo qui recepit, semper quidem præsens, at non perpetuò operans. Nam & ars, potentia quidem est in artifice: actu vero tum, quum secundum illam operatur: itidem spiritus, semper quidem adest dignis, sed operatur in illis iuxta vtilitatem, aut in prophetiis, aut in sanationibus, aut in aliis miraculorum operationibus. Præterea sicut in corporibus est sanitas, aut calor, aut in genere affectiones facilè mobiles: sic & in anima frequenter est spiritus, iis qui mente sunt instabili, ac facilè quam acceperant gratiam expellũt: qualis erat Saul, & septuaginta seniores filiorum Israël, præter Eldad & Modad: apud hos enim solos apparet mansisse spiritum sanctum: & in genere, si quis est istis animi proposito consimilis. Item quemadmodum verbum est in animo, interdum vt in corde cogitatum, interE dum vt lingua prolatũ, sic est & spiritus sanctus vel quum testimonium præbet spiritui nostro, vel quum clamat in cordibus nostris Abba pater, vel quum loquitur pro nobis, iuxta id
quod dictum est, Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vo- Ioan.16.
bis. Iam quemadmodum totum est in partibus, intelligitur & spiritus esse in aliquo, iuxta donorum distributionem. Omnes enim inuicem sumus membra, sed habentes dona secundum gratiam dei quæ data est nobis diuersa. Ea propter non potest dicere oculus manui, non opus habeo te, aut rursus caput pedibus, non est mihi vobis opus. Sed omnia simul implent corpus Christi in vnitate spiritus, necessariam autem vtilitatem sibi inuicem reddunt ex donis. Deus posuit membra in corpore, vnumquodque vt voluit. Membra eandem haF bent pro se mutuo solicitudinem, iuxta spiritualem communionem sensus qui ipsis communiter adest. Eóque si affligitur vnum membrum, similiter affliguntur omnia membra. Siue glorificatur vnum membrum, simul gaudent omnia membra. Rursus quemadmodum partes sunt in toto, ita singuli sumus in spiritu, eo quòd omnes in vno corpore in vnum spiritum baptizati sumus. Porrò quod dictu mirum videbitur, nihilo tamen minus verum est, etiam veluti locus eorum qui sanctificantur, sæpenumero dicitur spiritus. Ostenditur nec hic sermo diminuere spiritum, sed glorificare potius. Nomina corporalia etiam ad spirituales intellectus, euidentiæ gratia frequenter transfert sermo diuinus. Obseruauimus igitur & psalmodum de deo loquentem, Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, vt Psal.30. Exod.33.
saluum me facias. De spiritu vero, Ecce locus, inquit, apud me est, sta super petram: quid a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liud sentiés locum,quàm visionem in spiritu,in qua quum esset Moses,potuit videre deum G
euidenter ipsi apparentem.Hic est locus veræ adorationis sempiternus. Attende, inquit, ne
offeras holocautoma tuum in quouis loco,sed in loco quemcunque elegerit Dominus deus
Psal.50. tuus.Quod igitur est holocautoma spirituale? Sacrificium laudis. Quo in loco hoc offere-
Ioan.4. mus?In spiritu sancto.Vbi hoc didicimus?Ab ipso Domino dicente, Veri adoratores ado-
rabunt patrem in spiritu & veritate.Hunc locum quum vidisset Iacob,dixit,Dominus est in
loco hoc.Itaque spiritus verè locus est sanctorum.Sanctus item & domicilium dicitur, spi-
ritui seipsum præbens ad inhabitandum,& templum eius appellatur. Sicut enim in Christo
loquitur Paulus,Coram deo,inquit,in Christo loquimur,ita Christ⁹ in Paulo,velut ait ipse,
An experimentum quæritis qui loquitur in me Christi. Sic & in spiritu loquitur mysteria. H
Ac spiritus rursum loquitur in eo.In rebus ergo conditis ad hunc modum,multifariam va-
riisq; rationibus dicitur spiritus inesse.Cæterum magis pium est,dicere eum esse cum patre,
quàm inesse patri.Nam gratia ab eo manans habitante in iis qui digni sunt,ac suas operatio
nes in illis exerente,rectè dicitur inesse iis qui sunt illius capaces. At illius subsistentia quæ
fuit ante secula,nec vnquam desitura permanentia cum filio & patre considerata,sempiter-
næ potentiæ & coniunctionis requirit appellationes. Propriè siquidem ac verè coesse dici-
tur,de iis quæ sibi inuicem inseparabiliter adsunt.Vt calorem ferro ignito inesse dicimus,&
vnà simul cum ipso igni inesse. Item corpori sanitatem inesse dicimus, vitam autem simul
cum anima esse. Ergo vbi peculiaris & connaturalis atque inseparabilis communio est, si- I
gnificantior vox est,quæ inseparabilis consortij cogitationem suggerit intellectui. Contrà,
vbi intelligitur accidere cuipiam ab illo gratia quæ & decedere possit, similiter & hic pro-
priè verèque inesse dicitur,etiam si in iis,qui receperunt,sæpenumero propter affectus in bo
no perseuerantiam gratia illius permaneat. Proinde quoties peculiarem spiritus dignita-
tem intelligimus,cum patre & filio ipsum esse contemplamur. Vbi vero gratiam in iis qui
spiritus participes sunt sentimus,in nobis esse spiritum dicimus.Et quæ à nobis defertur glo
rificatio spiritu,non habet professionem dignitatis illius, sed nostræ ipsorum imbecillitatis
confessionem,dum ostendimus,quòd nec idonei sumus à nobis ipsis glorificare, sed suffici-
entia nostra est in spiritu sancto,in quo corroborati,pro beneficiis acceptis deo nostro gra- K
tias absoluimus,iuxta quod à malitia purgati sumus. Alius enim alio plus,aut minus,auxi-
lio spiritus adiuuamur ad offerendum hostias laudis deo.Hoc pacto iuxta communem mo
dum piè gratiarum actionem spiritui persoluimus. At sanè illud nequaquam leuis est mo-
menti,vt aliquis de seipso testificetur,dicátque,Spiritus dei est in me, & per gratiam illius
sapiens factus,refero gloriam.Nam hæc vox Paulum decet,Videor & mihi spiritum dei ha
2.Timo.1. bere.Et rursus,Egregium depositum serua per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Item
de Daniele legimus,quòd spiritus dei sanctus fuerit in eo. Et si quis illis adsimilis sit virtu-
te.Alter autem intellectus est,nec ipse reiiciendus,quòd sicut in filio videtur pater,sic filius
videtur in spiritu.Itaque adoratio quæ fit in spiritu,animis nostris velut in lucem adductis
vim suam suggerit,vt discere licet ex his quæ Samaritanæ dicta sunt. Dominus enim ado- L
rationem quæ iuxta regionis illius consuetudinem erat vsitata, sua doctrina abrogans, In
spiritu,inquit,& veritate oportet adorare:nimirum seipsum appellans veritatem.Quemad-
modum igitur in filio dicimus adorationem,velut in imagine dei ac patris: sic & in spiritu
dicitur,tanquam in seipso Domini diuinitatem exprimente:vnde & in adoratione inspa-
rabilis est à patre & filio spiritus sanctus,eo quòd si sis extra illum, nullo pacto sis adoratu-
rus:contra,in illo si fueris,nullo loco seiungeris à deo, nihilo profecto magis quam lumen
separabis ab his quæ visui patent. Impossibile siquidem est cernere imaginem dei inuisibi-
lis,nisi in lumine spiritus.Etenim qui intuetur imaginem, hunc impossibile est lumen ab i-
magine separare.Quod enim vt videas in causa est,id necesse est,vt simul cum his quæ cer- M
nuntur,videatur.Itaque propriè & congruenter per illuminationem spiritus videtur splen-
dor gloriæ dei.Per characterem autem ad eum cuius est character, & eiusdem figuræ signũ
subuehimur.

VNDE

A VNDE INITIVM HABEAT SYLLABA, CVM, ET QVAM vim habeat,vbi & de ecclesiæ legibus nullo scripto proditis.
CAPVT XXVII.

QVAM ob causam,inquiunt,quum propriè conueniat hæc syllaba In,spiritui:ac no-
bis ad exprimendum quemuis de spiritu intellectum sufficiat,vos nouam istam syl
labam induxistis,qui dicitis,Cum spiritu,non In spiritu sancto,alioqui nec neces-
sariis,nec ab ecclesia probatis vocibus vtentes? Quod igitur hæc syllaba In,spiritui
sancto non in sortem propriè cessit,sed patris filiique communis est,in superioribus dictum
B est.Arbitror autem & illud satis demonstratum,quod In,non solum nihil detrahit dignita-
ti spiritus,verum etiam ad summam celsitudinem erigit cogitationes eorum qui non pror
sus mente corrupti sunt.Supereſt autem disserere de syllaba Cum, vnde cœperit, & quam
vim habeat,& quatenus scripturæ concordet. Dogmata quæ in ecclesia prædicantur, quæ-
dam habemus è doctrina scripto prodita, quædam rursus ex Apostolorum traditione, in
mysterio,id est,in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad pie-
tatem,nec his quisquam contradicit,quisquis sanè vel tenuiter expertus est,quæ sint iura ec
clesiastica.Nam si consuetudines quæ scripto proditæ non sunt,tanquam haud multum ha-
bentes momenti conemur reiicere,imprudentes & ea damnabimus quæ in euangelio neces
C saria ad salutem habentur, imò potius ipsam fidei prædicationem ad nudum nomen con-
trahemus.Quod genus est,vt eius quod primum est & vulgatissimum primo loco commemorem:vt signo crucis eos qui spem collocarunt in Christum signemus,quis scripto docuit?Vt ad orientem versi precemur, quæ nos docuit scriptura? Inuocationis verba quum o-
stenditur panis eucharistiæ & poculum benedictionis,quis sanctorum in scripto nobis reli-
quit?Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Euangelium, verum
alia quoque & antè & post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium,
quæ ex traditione citra scriptum accepimus.Consecramus autem aquam baptismatis, & o-
leum vnctionis, præterea ipsum qui baptismum accipit, ex quibus scriptis? Nonne à tacita
D secretáque traditione? Ipsam porrò olei inunctionem, quis sermo scripto proditus docuit?
Iam ter immergi hominem,vnde est traditum?Reliqua item quæ fiunt in baptismo, veluti
renuntiare satanę & angelis eius,ex qua scriptura habemus?Nonne ex priuata & arcana hac
traditione?Nonne ex doctrina,quam patres nostri in silentio,quod curiosos & otiosos sub-
mouet, seruarunt? Pulchrè quidem illi nimirum docti arcanorum venerationem silentio
conseruari. Nam quæ nec intueri fas est non initiatis, qui conueniebat horum doctrinam
publicitus circumferri scripto?Aut quid tandem sibi voluit magnus ille Moses, qui non o-
mnia quæ erant in templo passus sit omnibus esse peruia,sed prophanos extra sacros cancel-
los statuit.Sed priora atria purioribus permittens,Leuitas solos dignos censuit numinis mi
E nisterio:mactationes autem & holocautomatum oblationes,reliquúmque ministerium sa-
cerdotibus assignauit: atque vnum ex omnibus selectum in adyta recepit: ac ne id quidem
semper,sed vno tantum die quotannis: rursus & huius diei certam horam qua fas esset in-
gredi,præstituit, quo propter nouitatem & insuetudinem, cum stupore intuerentur sancta
sanctorum:probè sciens pro sua sapientia,res vsu tritas & vndecunque parabiles, expositas
esse contemptui:cæterum ei quod sepositum est, quòdque rarum est, huic natura coniun-
ctam esse summam admirationem ac studium.Ad eundem profectò modum,& qui in pri-
mordiis ecclesiæ certos ritus præscripserunt Apostoli & patres,in occulto silentióque my-
steriis suam seruauere dignitatem. Neque enim omnino mysterium est,quod ad populares
F ac vulgares aures effertur. Hæc est ratio quur quædam citra scriptum tradita sunt, ne dog-
matum cognitio propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum.Aliud autem est dog
ma,aliud edictum.Nam dogmata silentur,edicta verò publicantur. Est autem silentij spe-
cies etiam obscuritas qua vtitur scriptura,mentem ad contemplationem dogmatum inha-
bilem exercens,idque ad vtilitatem in scripturis versantium. Hanc ob causam omnes spe-
ctamus ad orientem quum precamur. Pauci tamen nouimus, quod id facientes antiquam
requirimus patriam videlicet paradisum,quem conseruit Deus in Eden ad orientem. At in
prima sabbati erecti perficimus deprecationes,sed rationem non omnes nouimus.Non so-
lum enim quod veluti simul cum Christo resuscitati, quæ sursum sunt quærere debeamus,
in die resurrectionis datæ nobis gratiæ stando precantes nosmetipsos commonefacimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed quòd is dies videatur aliquo modo imago venturi seculi. Eóque quum sit principium G
dierum,non primus à Mose,sed vnus appellatus est. Facta est, inquit, vespere & mane dies
Gene.1. vnus:tanquam qui sæpe recurrat,vt vnus sit idem & octauus,vnum illum singularem ac ve
rum octauum,cuius Psalmista alicubi in Psalmis meminit,per se significans, diem inquam
post horum temporum statum nunquam finiendum,ac vesperæ nescium,nec successori ce-
dentem,hoc est æternitatem,quæ nec finem habet,nec senium nouit.Necessarium igitur in
hoc die ecclesia suos alumnos docet,stantes absoluere preces suas,vt assidua commonitione
vitæ illius nunquam desituræ, non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum.
Quin & totum tempus vsque ad pentecosten,admonitio est resurrectionis quam in illo se-
culo expectamus. Nam vnus ille,& primus dies septies multiplicatus, septem sacræ pente- H
costes hebdomadas absoluit.A primò enim incipiens,in principium desinit, per similes qui
in medio intercedunt dies quinquagies euolutus.Vnde & æternitatem similitudine refert,
dum velut in motu circulari,ab iisdem orsus signis in eadem desinit.In quo corporis erecto
habitu precari potius nos ecclesiæ ritus docuerunt, nimirum per euidentem commonitio-
nem quasi transferentes mentem nostram à præsentibus ad futura.Insuper & quoties genua
flectimus,& rursus erigimur,ipso facto ostendimus,quod ob peccatum in terram delapsi su
mus,& per humanitatem eius qui creauit nos,in cœlum reuocati sumus.Deficiet me dies,si
ecclesiæ mysteria citra scriptum tradita pergam recensere. Omitto cætera, ipsam fidei pro-
fessionem,qua credimus in patrem & filium & spiritum sanctum, è quibus habemus scri- I
ptis?Etenim si quoniam ex baptismi traditione,iuxta pietatis congruentiam,vt baptizamur
ita credere debemus,similem baptismo professionem exhibemus:concedant nobis,vt iuxta
eandem consequẽtiam similiter glorificemus deum,vt credimus.Quod si glorificandi mo-
dum,veluti scripto non traditum reiiciunt, proferant nobis & fidei professionis & cætero-
rum quæ commemoramus probationem è scripturis. Et postea, quum tam multa sint quæ
scripto prodita non sunt,& tantum habent momenti ad pietatis mysterium, vnicam dicti-
unculam quæ à maioribus ad nos deuenit,non concedunt:quam nos ex inaffectata consue-
tudine, inter incommutabiles ecclesiarum ritus permanentem inuenimus, haud mediocrẽ
rationem habentem, neque mediocrem perfectionem ad mysterij vim adferentem. Di- K
ctum est igitur eandem esse vim vtriusque proloquij.Dicetur autem & rursum vbi concor
dent inter sese,vbi differant:non quòd inter se pugnent per contrarietatem, sed quòd vtra-
que peculiarem adferat intellectum ad pietatem. Siquidem præpositio, In, magis denotat
Dei societatem nobiscum:at præpositio, Cum, exprimit communionem spiritus cum deo.
Eóque vocibus ambabus vsi sumus, altera quidem dignitatem spiritus exprimentes, altera
gratiam quæ nobis ab illo est,declarãtes.Ita in spiritu & gloriam offerimus deo, etiam cum
spiritu, nihil ex nobis dicentes, sed velut è regula Dominicæ doctrinæ, ad ea quæ iuncta
sunt,sibique inuicem cohærent,ac mysteriis necessariam vnionem habent,dictionem trans- L
ferentes.Nam quod in baptismate connumeratum est,necessariò iudicamus & in fide opor-
tere copulari.Professionem autem fidei,velut initium quoddam glorificationis fecimus.Sed
quid faciendum est?Nunc enim doceant nos, ne baptizemus quemadmodum accepimus,
aut ne glorificemus quemadmodum credidimus. Demonstret aliquis,aut non esse necessa-
riam & indiuulsam horum inter se consequentiam, aut in hisce nouitatem non esse totius
destructionem.At non desinunt isti sursum deorsum iactare,dei cum sancto spiritu glorifi-
cationem,carere testimonio,carere scriptura,& alia huiusmodi.Dictum est igitur nihil re-
ferre ad sensum,siue dicas Gloria patri & filio cum spiritu sancto,siue dicas,Gloria patri &
filio & spiritui sancto.Non igitur fas est cuiquam syllabam Et,ex ore Domini profectam re
iicere,aut aliter scribere:nec quicquam vetat alteram quæ idem pollet, recipere: quæ quo- M
modo cum illa vel conueniat vel discrepet,superius demonstrauimus.Confirmat autem ra
tionem nobis Apostolus indifferenter vtraque voce vsus,interdum ita loquens: In nomine
1.Cor.5. Domini Iesu Christi,& in spiritu dei nostri:& rursus.Congregatis vobis & meo spiritu cum
virtute Domini nostri Iesu:nihil interesse ratus ad nominum coniunctionem,siue vtaris cõ
iunctione,siue præpositione.

QVOD

A QVOD QVAE DE HOMINIBVS DICIT SCRI-
ptura tanquam vnà cum Christo regnantibus,eadem
de spiritu dici non concedunt aduersarij.
CAPVT XXVIII.

VIDEAMVS si quam excusationem patribus nostris super huiusmodi vsu possi-
mus excogitare.Nam qui nobis ita loquendi fuerunt autores,magis quàm nos hę-
rent in crimine. Paulus igitur Colossensibus scribens:Et vos, inquit, quum essetis
mortui delictis ac præputio,viuificauit simul cum Christo.Num igitur toti popu-
B lo & ecclesiæ donauit deus vitam,quæ est cum Christo,sancto autem spiritui non est vita cũ
Christo?Quòd si istud vel animo concipere impium est, an non pium est professionem vt
natura coniuncta est, ita coniunctim persoluere?Ad hæc, an non extremi stuporis est, fateri
sanctos esse cum Christo:siquidem Paulus peregrinans à corpore, præsens est apud Domi-
num,ac resolutus iam est cum Christo:istos vero ne id quidem spiritui qui in eos venit tri-
buere,vt sic cum Christo sit,quemadmodum sunt homines.At Paulus seipsum dei coopera
rium appellat in administratione Euangelij.Sed spiritum sanctum,per quem in omni crea-
tura quæ sub cœlo est fructificat Euangelium,si cooperarium appellemus,impietatis nos re-
os peragent? Et, vt videtur, vita sperantium in Domino absconsa est cum Christo in deo:
C quumq; Christus apparuerit vita nostra,tunc & ipsi cum eo manifestabuntur in gloria: ipse
autem spiritus vitæ qui liberauit nos à lege peccati,nequaquam est cum Christo, neq; in vi-
ta latente & abscondita cum illo,neq; in illustratione gloriæ,quam nos in sanctis patefacien
dam expectamus.Hæredes dei,& cohæredes Christi nos sumus,spiritus vero exhæres est &
alienus à communione dei & Christi eius.Et ipse quidem spiritus testimonium perhibet spi
ritui nostro,quòd simus filij dei.Nos vero spiritui,ne eius quidem societatis quam illi cum
deo esse à Domino didicimus,testimonium præbemus?Porrò quod est amentiæ caput, nos
per fidem in Christum quæ est in spiritu,consurrexisse cum illo,& simul cum illo sessuros es
se in supercœlestibus speramus,quum transformauerit corpus humilitatis nostrę,ab anima-
D li ad spirituale:spiritui verò non confessum,non gloriam, non aliud quicquam eorum quæ
ab ipso habemus,impartimus?& quibus nos esse dignos,iuxta donũ eius qui promisit haud-
quaquam vanum,credimus horum nihil spiritui,quasi superent illius dignitatem, concedi-
mus.Et tibi quidem iuxta dignitatem licet semper esse cum Domino:& expectas, vt raptus
in nubibus in aërem,semper sis cum Domino:spiritum autem nunc esse cum Christo negas
vt qui illum commemoret computetq; patri & filio,in exilium agas,veluti qui impietatem
non ferendam admiserit. Pudet reliqua adiungere, quod tu quidem expectas fore, vt cum
Christo glorificeris:nam simul affligimur,vt simul glorificemur:spiritum autem sanctifica-
tionis nõ glorifices simul cum Christo,vt pari saltem tecum honore digneris: & tu quidem
E speras te conregnaturum,spiritum vero gratiæ afficis contumelia,serui famuliq; locum illi
assignans.Atq; hæc dico,non vt ostendam tantundem honoris deberi spiritui in glorifica-
tione,sed vt illorum dementiam redarguam,eorum qui ne hoc quidem illi concedunt, sed
velut impietatem horrent,in gloria spiritus consortium cum patre & filio. Quis potest hæc
absq; gemitu cõmemorare?An non adeò manifestũ est,vt vel puer intelligat,hæc quæ nunc
fiunt,esse proœmia defecturæ fidei,id quod minatus est dominus. Quibus contradici fas nõ
erat,ea facta sunt ambigua.Credimus in spiritum, & nostris ipsorum professionibus repu-
gnamus.Baptizamur,& rursum pugnamus.Vt vitæ primarium ducem inuocamus,& vt cõ
seruum despicimus.Cum patre & filio spiritum accipimus,& eum vt creaturæ partem con-
temptui habemus.Quid autem orabunt isti, qui quum nesciant an aliquid magnificum vel
F loqui prouocentur à spiritu,tamen tanquam assequi possint dignitatis modum, quod in di-
ctis nimium est,castigant, quos oportebat suam deplorare infirmitatem: quoniam pro his
quæ facto accepimus,ne verbis quidem gratias agere sumus idonei. Excellit enim omnem
intellectum,omnémque rationis naturam refellit,quum ne minima quidem ex parte spiri-
tus dignitatem adæquet: iuxta sermonem libri, qui inscribitur Sapientia, Exaltate, inquit,
quantumcunque potestis,superat enim adhuc,& exaltantes eam multiplicate. Nolite labo-
rare,non enim assequemini.Profectò metuendum est vobis,ne pro istiusmodi sermonibus
horribiliter accusemini,qui à Deo mentiri nescio audistis,irremissibilem esse blasphemiam
aduersus spiritum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ENVMERATIO EORVM QVI CELEBRES IN ECCLESIA, in ſcriptis ſuis vſi ſunt hac voce Cum. CAPVT XXIX.

SANE contra id quod dicunt, prępoſitionem Cum, & carere teſtimonio, nec in ſcripturis extare, illud dicimus: ſi nihil aliud eſt receptum abſque ſcripturis, ne hoc quidem recipiatur: ſin plurima arcana citra ſcriptum recepta ſunt nobis, cum aliis pluribus & hoc recipiamus. Arbitror autem apoſtolicum eſſe, etiam non ſcriptis
1.Theſſ.2 traditionibus inhærere. Laudo, inquit, vos, quòd omnia mea meminiſtis, & quemadmodũ tradidi vobis, traditiones obtinetis quas accepiſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam. H
Quarum maximè vna eſt, & hæc de qua nunc agimus, quam qui ab initio præſcripſerunt, tradiderunt́q; poſteris, vſu ſemper ſimul cum tempore progrediente, per longam conſuetudinem eccleſiis irradicarunt. Ergo ſi apud tribunal probationibus è ſcripto deſtituti, multos vobis teſtes produceremus, nonne ſententiam abſoluentem à vobis conſequeremur? Ego quidem arbitror, In ore ſiquidem duorum ac trium teſtium ſtabit omne verbum. Quòd ſi etiam temporis diuturnitatem pro nobis facientem vobis euidenter oſtenderimus, an non videbimur vobis probabilia dicere, non poſſe litem iſtam nobis intendi? Veneranda ſunt enim vetuſta dogmata, quòd ob antiquitatem ceu caniciem quandam, habeant quiddam reuerendum. Enumerabo itaque vobis huius ſermonis autores. Simul autem æſtimatur in eo I
quòd tacetur etiam tempus. Neque enim ex nobis primum cœpit impetus. Qui potuitĕnos quidem reuera heſterni ſumus, quemadmodum dicit Iob, ſanè ad tam longum tempus huius conſuetudinis æquale. Ipſe quidem, ſi quid de me propriè loquendum eſt, vocem hanc tanquam hæreditatem paternam conſeruo, acceptam à viro multo temporis in ſeruitio dei verſato, per quem & baptizatus ſum, & eccleſiæ miniſterio admotus. Cæterum quum apud me reputo ſi quis veterum ac beatorum virorum, his quibus nunc reclamatur vocibus, vſus ſit, multos reperio quibus antiquitas fidem conciliat, qui iuxta exactam eruditionem, non iuxta horum temporum homines, quorum alij præpoſitione, alij coniunctione in glorificatione ſermonem copulant, ſtatuerunt nihil referre, ſanè quod ad rectam attinet pietatis in- K
telligentiam. Irenæus ille, & Clemens Romanus & Alexandrinus Dionyſius, id quod etiã auditu mirum eſt, in ſecunda ad ſibi cognominem epiſtola, de accuſatione ac defenſione, hunc in modum finit ſermonem. Tranſcribam autem vobis ipſa hominis verba: His, inquit, congruenter & nos, etiam forma regulaque à ſenioribus qui ante nos vixerunt, accepta, concordibus vocibus cum illis gratias agere, ac nunc etiam vobis ſcribere deſinemus: Deo autem patri & filio domino noſtro Ieſu Chriſto cum ſancto ſpiritu gloria & imperiũ in ſecula ſeculorum, amen. At hæc nequaquam dicere poſſet aliquis à ſcriptoribus eſſe mutata. Neque enim ita ſermonem produxiſſet, formam ac regulam ſe à maioribus accepiſſe, L
dicens, Si in ſpiritu dixiſſet, huius enim vſus crebrer eſt: at illud erat quod egebat excuſatione. Qui quidem & in medio ſcripti, ſic alicubi loquitur aduerſus Sabellianos. Si eo quòd tres ſunt perſonę, diuiſas eſſe dicũt, tres ſunt, etiam ſi nolint, aut diuinum ternionem prorſus è medio tollant. Ac rurſum maximè diuina propter hoc, poſt vnitatem eſt trinitas. Sed & Clemens antiquior, Viuit, inquit, deus & dominus Ieſus Chriſtus & ſpiritus ſanctus. Irenæus autem ille, qui vicinus fuit Apoſtolorum temporibus, quomodo mentionem ſpiritus faciat, diſputans aduerſus hæreſes, audiamus: Eos vero, inquit, qui effrenes deferuntur ad ſuas concupiſcentias, nullum habentes diuini ſpiritus deſiderium, meritò Apoſtolus carna-
1.Cor.15. les vocat. Et alibi dicit idem, Ne expertes facti diuini ſpiritus, fruſtremur regno cœlorum. M
Inclamat Apoſtolus, quòd caro non poſſit hæreditatem capere regni cœlorum. Quòd ſi cui Euſebius Palæſtinus propter eruditionem variam idoneus videtur cui habeatur fides, & ex illo voces eaſdem oſtendimus, in dubitationibus de priſcorum multiplici coniugio: loquitur enim hunc in modum, exhortans ſe ipſum ad verba prophetarum: Sanctum deum lucis actorem per ſaluatorem noſtrum Ieſum cum ſancto ſpiritu inuocantes. Iam vero & Origenem multis in locis expoſitionum quas in pſalmos ædidit, deprehendimus, cum ſancto ſpiritu gratias agentem deo, virum qui non omninò ſanas habet in omnibus de ſpiritu opiniones: nihilominus & hic reueritus conſuetudinis robur, pias voces emiſit de ſpiritu, qui quidem in ſexto ni fallor libro Enarrationum in euangelium Ioannis, etiam adorandum ſpiritum euidenter pronuntiat, ita ſcribens ad verbum: Quoniam aquæ lauacrum ſignificat purgationem

A purgationem animæ ab omnibus malitiæ ſordibus ablutæ, nihilo tamen minus & per ſeipſum, ei qui ſeipſum præbet diuinitati adorandæ trinitatis, per virtutem inuocationum gratiarum principium ac fontem habet. Ac rurſus in Commentariis, quibus exponit epiſtolam ad Romanos, Sacræ inquit, virtutes capaces ſunt vnigeniti & ſancti ſpiritus deitatis. Ad hunc modum opinor, traditionis vis ſæpe compulit homines, etiam ſuis ipſorum dogmatibus contradicere. At nec Africanum hiſtoricum, talis glorificandi forma præteriit. Siquidem palàm eſt in quinta de temporibus epitoma, & ipſum ad hunc loqui modum. Nos verò qui & illorum verborum menſuram didicimus, nec ignoramus fidei gratiam, gratias agimus ei, qui prębet noſtris patribus omniũ ſeruatorem ac dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum,
B cui gloria, maieſtas, cum ſancto ſpiritu in ſecula. At de cæteris fortaſſis dubitari poſſit, aut credi poſſint per intolerabilem audaciam à ſcribis immutata, quum in vnica ſyllaba ſit diſcrimen. Verum quæ pluribus verbis dicta citauimus, ea nec recipiunt inſidiarum ſuſpicionem, & ab ipſis libris paratum habent teſtimonium. Porrò quòd alioqui fortaſſis humilius videbitur, quàm vt in medium adducatur, ſed ei tamen qui de nouitate accuſatur, neceſſariũ ad teſtificandum temporis antiquitatem, hoc quoque nunc adiiciemus. Viſum eſt patribus noſtris, veſpertini luminis gratiam haudquaquã ſilentio arripere, ſed mox vt apparuit agere gratias. Quis autem fuerit autor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non poſſumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam
C vnquam viſi ſunt impietatem committere, qui dicunt, Laudamus patrem & filium & ſpiritum ſanctum dei. Quòd ſi quis etiam nouit Athenogenis hymnum, quem tanquam aggreſſorium diſcipulis ſuis reliquit, feſtinans iam ad perfectionem quæ fit per ignem, is nouit & martyrum ſententiam de ſpiritu. Et hæc quidem hactenus. Cęterùm Gregorium Magnum, & illius voces quo loco ponam? An non cum Apoſtolis & prophetis, virum qui eodem ſpiritu quo illi verſatus ſit, quiq; ſanctorum veſtigiis per omnem vitam inhæſerit, quiq; euangelicæ conuerſationis vigorem quandiu vixit præſtiterit. Equidem illud dixerim, profectò iniuria affecerimus veritatem, ſi non animam illam annumeremus iis qui deo iuncti ſunt, qui velut inſignis magnaq; lucerna in eccleſia dei reſplenduit, qui è ſpiritus ope terro-
D rem habuit aduerſus dæmonum poteſtatem. Nam tantam acceperat gratiam ad obedientiam fidei inter gentes, vt aſſumptis non plus ſeptemdecim Chriſtianis, vniuerſum populũ, & vrbanum, & ruſticanum, per agnitionem adiunxerit deo. Ille & fluminum curſus in diuerſum vertit, præcipiés illis in magno nomine Chriſti, & paludem exſiccauit, belli cauſam præbentẽ fratribus auaris. Cæterum prædictiones de futuris eiuſmodi ſunt, vt nihilo ſit inferior cęteris prophetis. Sed omnino perlongum fuerit viri percenſere miracula, qui propter donorum excellentiam quæ in ipſo operabatur ſpiritus, in omni virtute, ſignis ac prodigiis, ab ipſis etiam veritatis hoſtibus alter Moſes appellatus fuit. Intantum in illo in omnibus tũ dictis tum factis, eorum quæ per gratiam peragebantur, veluti lumen refulſit, ſupercœleſtis
E virtutis indicium, quæ ex occulto affectabatur illum. Cuius & in hodiernum quoque diem magna eſt apud eius regionis homines admiratio, recenſq; ac ſemper vigens memoria ſic infixa eſt eccleſiis, vt nullo tempore obſoleſcat. Itaque non factum aliquod, non dictum, non figuram vllam myſticam, vltra quam illis reliquit, eccleſiæ adiecerunt. Imò hic multa in his que apud illos aguntur in ritibus videtur imperfecta, propter inſtitutionis antiquitatem. Neq; enim ſuſtinebant qui in eccleſiæ adminiſtrationem ſucceſſerant additamenta quæ poſt illum adinuenta ſint recipere. Idem igitur fuit glorificationis modus, quem inſtituit Gregorius, & is cui nunc contradicitur, ex illius inſtitutione eccleſiæ obſeruatus. Haud multum ſit negotij, ei qui ſe paulum excitarit, ſuper his certitudinem accipere. Hanc fidem & Firmiliano noſtro fuiſſe, teſtãtur illius libri quos reliquit. Inſuper & Meletium illum ad-
F mirandum, in eadem fuiſſe ſententia, narrant qui cum illo vixerunt. Sed quid opus eſt vetera commemorare? Imò nunc qui ſunt Orientales, nonne hoc vno potiſſimum piè ſentientes agnoſcunt, hac voce veluti ſigno, ſuos ab alienis diiudicantes? Vt autem ego è quodam Meſopotamio audiui, viro & linguæ eruditæ & mentis integræ, ne licet quidem illis, etiam ſi velint, aliter ſonare vocem eo loco receptam, ſed neceſſe eſt illis, per voces idem cum hac pollentes, iuxta quandam maiorum proprietatem glorificationem offerre. Quin & Cappadoces ſic iuxta regionis morem loquimur, iam tum in linguarum diuiſione, dictionum vſum prouidente ſpiritu. Quid porrò Occidens totus, propemodum ab Illyrico vſque ad fines noſtri orbis? Nonne per hanc vocem orat? Qui fit igitur, vt ego ſim innouator, & recen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiorum verborum architectus? quum totas nationes, ciuitates, & consuetudinem omni hominum memoria vetustiorem, insuper & viros ecclesiæ columnas, & omni scientia ac virtute spiritus venerandos, duces & autores huius vocis exhibeam? Ob hæc aduersus nos mouetur hostilis acies, omnesq; ciuitates, vici, & omnes extremi fines pleni sunt nos calumniantium vocibus. Molesta quidem hæc ac lugenda cordibus quærentium pacem: verum quoniam est magna merces eorum, qui perseueranter pro fide sustinent afflictiones, præter hæc & gladius splendescat, & securis acuatur, & ignis ardeat Babylonico illo vehementius, & omnia suppliciorum instrumenta in nos moueantur. Quod ad me quidem attinet, nihil arbitror formidabilius, quam non formidare minas, quas dominus in spiritum blasphemias iacientibus intentauit. Igitur apud cordatos homines ad purgationem mei, sufficiunt hæc quæ dicta sunt, quòd recipimus vocem adeò gratam & amicam sanctis, insuper & tam diutino vsu comprobatam, quę ex quo tempore est annuntiatum euãgelium vsque ad præsens, demonstratur in ecclesiis vsitata fuisse, & quod est omnium maximum, quæ pium ac religiosum habet sensum. Cæterum apud magnum illud tribunal, quam nobis excusationem apparauerimus? Nimirum quod induxit nos ad gloriam spiritus, primum honos illi habitus à domino, in baptismate spiritum adiungente sibi & patri: præterea quòd quisque nostrum per talem initiationem ad dei cognitionem institutus est. Super omnia verò terror minarum arcens omnem indignitatis & humilioris opinionis cogitationem. Aduersarij porrò quid tandem dicturi sunt? Quam blasphemiæ excusationem adferent? qui neque honorem quem dominus tribuit spiritui, reueriti sint: nec minis illius deterriti. Istis quidem liberum est de suo consultare negotio, aut etiam mutare consilium. Ipse vero optarim, primum vt deus bonus det suam pacem vincentem in cordibus omnium, vt isti qui fremunt in nos, atrociterq; conglomerati insurgunt, in spiritum lenitatis & charitatis compescantur. Quòd si prorsus sic efferati sunt, vt non possint mansuescere, certè det nobis illorum facta toleranter ferre. In summa, qui condemnationem mortis in sese habent, his molestum non est pro fide affligi: sed maximè intolerabile est in ea non certasse, quandoquidem athletis non perinde graue est in certamine plagas accipere, quàm omnino non admitti in stadium. Aut fortassis hoc erat silendi tempus, iuxta sapientem Solomonem. Nam quid prodest reuera clamare aduersus ventum, quum tempestas adeò violenta vitam occupet, à qua mẽs quælibet eorum, qui verbo initiati sunt, velut oculus puluerulentia quadam, ex errorum seductione, oppleta, confusa est: quælibet aures grauissimis & insolitis sonis obtunduntur, turbine verò circumaguntur omnia, suntq; in periculo ruinæ.

EXPOSITIO PRAESENTIS ECCLESIARVM STATVS. CAPVT XXX.

Celeuma. QVI igitur comparabimus præsentẽ statum? Profectò similis bello nauali, quod ex multo odio, ex veteribus offensis inter ipsos per longum tempus alito, naumachi quippiam ac bellaces instituerunt. Nunc igitur in hac imagine mihi specta terribilem vtrinque concursum, mox ira iam eò erumpente vt sit immedicabilis, vtramque partem simul prostratam confici. Pone si vis violento turbine circumagi classem, caliginemq; densam è nubibus incumbere, adeoq; obscurare rerum visibilium species, vt nulla sit amicorum & hostium discretio, propterea quod ob confusionem symbola militaria sint ignota. Huic imagini propter euidentiam addamus etiam mare intumescere, atque ab imo subuerti, rapidumq; Aquilonem è nubibus deorsum erumpere, horribilemq; procellam ingentibus fluctibus, quos tricymias vocant exurgere: post hęc ventis vndique cõcursantibus, totam classem inter se cum fragore collidi, atque in conflictu, alios quidem veluti sui proditores ad ipsam desperationem vltrò transfugere, alios cogi, vt pariter & scaphas impellant à ventis actas, & occurrant irrumpentibus, seseq; mutuò per seditionem trucidẽt: quam seditionem partim iam ad extremum prouecta inuidia, partim quæ singulis adest vincendi cupiditas excitauit. Ad hæc cogita confusum quendam & indiscretum clamorem, per vniuersum illud mare resonantem, partim è ventorum strepitu, partim è collisione nauium, partim ex vndarum impetu feruentium, partim ex vociferatione præliantium varias voces pro singulorum affectibus emitti, vt neque naucleri, neque gubernatoris vocem exaudire liceat, sed prodigiosam quandam mixturam confusionemq; incredibilium malorum dum ob

ob omnem vitæ spem ereptam, prorsus non timent peccare. Adiice iisdem & immedicabilem quẽdam morbum, ac insanabilem præ gloriæ cupiditate insaniam, vt quum nauis iam in fundum maris deferatur, tamen nautici duces primam assequendi laudem contentionẽ non remittant. Transi iam ab imagine, ad ipsum mali archetypum. An non iam olim videbatur Arianum schisma, in aduersariam ecclesiæ dei partem separatum in hostium acie ipsum per se solum obstitisse? Verùm postea quàm è longa atrociq; contentione, vsque ad manifestum certamen in nos instructi sunt, tum deniq; bellum in multas partes iuxta modos innumerabiles dissectũ est, vt partim ob publicam simultatem, partim ob peculiarem suspicionem omnibus odium irreconciliabile esset. Hæc vero tempestas ecclesiarum, qua tãdem marina procella non est atrocior? In qua vt tota patrum ditio commota fuit, ita omne fundamentum, & si quod dogmatum munimentum conuulsum est. Voluuntur insuper & quassantur omnia, putri basi innitentia, dumq; alij in alios vicissim impetum facimus, alij ab aliis subuertimur. Et si te prior non percusserit hostis, is qui auxiliatur, vulnerat. Quòd si ille ceciderit ictus, comprotector insurgit. Tantum inter nos habemus societatis, quantum cõmuni odio aduersarios prosequimur. Vbi porrò præterierint hostes eos, iam videmus hostes inter ipsos esse mutuos. Hoc rerum statu quis enumerare possit naufragiorum multitudinem, vel eorum qui hostium impressione demerguntur, vel qui ex occultis sociorum insidiis occidunt, vel qui per imperitiam ducum pereunt, quum ecclesiæ vnà cum ipsis hominibus hæreticorum dolis velut sub aqua latentibus scopulis illisæ, perditæ sint. Alij verò ex hostibus salutiferi spiritus, qui gubernacula occuparant, circa fidem naufragium fecerint. Cæterum turbationes ab huius mundi principibus proficiscentes, an non quauis procella, quouis turbine horribilius subuertunt populos? Ecclesias vero, caligo quædam adeò tristis ac mœsta occupat, videlicet luminaribus mundi, quæ deus posuerat ad illuminandas populorum animas, domo profligatis. Porrò, immodica iam inter ipsos vincendi contentio, quũ iam immineat terror, minitans internitionem vniuersi, adimit mali sensum. Nam priuata simultas plus est quàm commune publicumq; bellum, dum aduersarios vincendi gloria, præfertur publicæ omnium vtilitati, quibus præsens temporariáque gloriæ voluptas, prior ac potior est, præmiis in posterum repositis. Eoq; omnes pariter quocunque possunt modo parricidiales manus sibi inuicem adferunt. Acerbus autem quidam clamor eorum, qui per contentionem inter se disceptant, confusaq; vociferatio, & indistinctus sonitus è nunquam silentibus tumultibus, totam propè iam ecclesiam impleuit, per excessus ac defectus rectum pietatis dogma subuertentibus. Nam alij quidem ad Iudaismum, ob personarum confusionem: alij contrà, ad paganismum per naturarum contrarietatem deferuntur: adeò vt nec diuinitus inspirata scriptura inter illos sequestram agere possit, nec apostolicæ traditiones illos inter se conciliare valeant. Sed vnicus amicitiæ finis, est ad gratiam loqui: ac sufficiens est inimicitiæ causa, opinionibus dissentire. Porrò, erroris similitudo, res est quauis coniuratione fidelior ad seditionis societatem. Theologus vero quilibet est, etiam si maculis innumerabilibus conscientiam habeat notatam. Hinc rerum nouatoribus multa copia simul adiuuantium seditionem. Itaque qui seipsos suis elegere suffragiis, quiq; affectant principatum, ij ecclesiarum præfecturas sortiuntur, repulsa sancti spiritus administratione: iãq; prorsus euangelicis ritibus ob sublatum rerum ordinem confusis, ineffabilis est ad præfecturas irruptio eorum, quorum quisque se palam ingerit ad dignitates, vi depulsis cæteris. Itaq; grauis quædam anarchia, ab hoc principatus amore populos inuasit: vnde irritæ sunt & otiosæ præfectorum exhortationes, dum nemo magis alteri auscultare, quàm aliis imperare debere, ob fastum ex insciția conceptum existimat. Has ob res, silere vtilius iudicaui, quàm loqui, tanquam hominis vox per tantos tumultus exaudiri non possit. Nam si vera loquutus est Ecclesiasticus, Verba sapientum in quiete audiri: plurimum abest, vt in hoc statu rerum de his loqui conueniat. Me vero etiam illud propheticum dictum reprimit, Intelligens in tempore illo tacebit: eo quòd tempus malũ est, in quo alij quidem supplantãt, alij vero insultant lapso, alij vero dominantur: cæterum qui lapso manum ex misericordia porrigat, nullus est. Atqui iuxta legem veterem, qui vel iumentum inimici sub onere collapsum præterierit, nõ caret damnatione. Sed non itidem fit hisce temporibus. Quinam fieret, quando refrigerata omnium charitate, sublata est fratrum conspiratio, concordiæ vero etiam nomen ignoratur. Sublatæ sunt autem etiam amicæ admonitiones, nusquam viscera humana, nunquam lachryma ex condolentia. Non est qui infirmum in fide suscipiat, sed tantum odium inter

contribu-

contribules exarſit, vt quiſque magis proximi ruina, quàm de propriis rectè factis exultet. G
Quemadmodum in contagiis peſtilentiarum, etiam ij qui ſumma cura ſeruãt victus rationem, tamen iiſdem morbis quibus ęgroti laborãt, dum ob conſuetudinem eorum, qui corrupti ſunt, opplentur & ipſi. Itidem nunc omnes ſimiles inter nos facti ſumus, à contentione, quæ noſtros animos occupauit, ad malorum æmulationem redacti. Hinc implacabiles & amari ſedent erratorum examinatores, iniqui vero & maleuoli rectè factorũ iudices, ac tantum, vt videtur, malum vobis inſedit, vt etiam brutis facti ſimus brutiores. Siquidem inter illa quæ ſunt eiuſdem generis in eodem armento paſcunt, at nobis atrociſſimum bellum eſt aduerſus domeſticos. Itaque propter has omnes cauſas ſilendum erat, ſed in diuerſam partem retraxit charitas, non quærens quod ipſius eſt, ac vincere cupiens omnem temporum H
ac rerum difficultatem. Quin & pueri qui fuerunt in Babylonia docuerũt nos, etiam ſi nemo ſit, qui pietati ſuffragaretur, tamẽ per nos ipſos quod officij noſtri eſt peragere, qui quidem ex incendio medio canebant hymnos deo, haud reputantes multitudinem aſpernantium veritatem, ſed ſibi inuicem ſufficientes, quum eſſent tres. Quapropter ne nos quidem deterruit hoſtium denſiſſima turba, ſed fixa ſpe in præſidio ſpiritus, cum omni fiducia virtutem annuntiauimus. Alioqui foret omnium miſerrimum, eos qui conuiciis inceſſunt ſpiritum, tam facilè ad impiè loquendum audaciam ſumere, nos vero qui talem habemus protectorem ac patronum, non audere ſermonem ſuppeditare, qui ex maiorum traditione perpetua memoriæ ſerie ad nos vſque ſeruatus fuit: magis tamen excitauit impetum I
noſtrum igneus charitatis tuæ non fictæ feruor, morũmque tuorũm grauitas ac taciturnitas, quæ res ſpondebant fore, vt ea quæ dicturi eſſemus non prodirent in vulgus, non quòd digna ſint quæ celentur, ſed ne margaritæ proiiciantur porcis. Et hæc quidem hactenus. Quòd ſi tibi de his ſatis dictum videtur, ſit hic ſermonis finis: ſin minus, nulla inuidia eſt, ſtudioſè aſſidentem inquiſitioni, per interrogationem à contẽtione alienam aliquid addere cognitioni. Dabit autem dominus per nos & per alios, eorum quę deſunt ſuppletionem, iuxta ſcientiam quæ dignis ſubminiſtratur à ſpiritu.

Finis prioris tomi.

Index quaternionum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z A B C D.

Omnes ſunt quaterniones præter D ternionem.

PARISIIS

Excudebat Carola Guillard in uia ad diuum Iacobum ſub ſole aureo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECVNDVS TOMVS
OPERVM

D. BASILII MAgni Cæſariæ Cappadocię Epiſcopi, NVNC POSTREMO Accurata collatione ad fidem codicis Græci per Godefridum Tilmannum Cartuſiæ Pariſienſis ex profeſſo monachum recognitus ac reſtitutus.

Quorum catalogus uerſa pagina continetur.



PARISIIS,

Ex officina Carolæ Guillard, ſub Sole aureo, uia ad diuum Iacobum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Posterioris tomi operum D. *Basilij Magni Catalogus.*

Præfatio in sua Ascetica. fo.2.
Sermo commonitorius ad complexum monastici propositi. De abdicatione siue renunciatione seculi istius & spirituali perfectione. fo.3.
Sermo de asceſi, hoc est, de cultu siue exercitatione monastica, quo se debeat pacto excolere & ornare monachus. fo.6.
Epistola ad canonicam, de iudicio dei fo.7.
Eiusdem hypotyposis, hoc est formularis & compendiaria descriptio vitæ monasticæ. fo.8.
Eiusdem proœmium, in librum ethicorum, id est, de moribus. Ibidem
De vera ac pia fide. fo.12.
De his quæ in sacris literis vel vetita sunt vel iussa. fo.13.
Ethica, hoc est moralia. fo.15.
De institutionibus monachorum sermo. fo.38.
De institutione monachorum sermo alter. fo.39.
Præfatio in præceptiones latius disputatas. fo.41.
Regularum fusius disputatarum liber. fo.43.
Regulæ breuiores. fo.70.
Animaduersiones aduersus canonicos delinquentes constitutæ. fo.107.
Animaduersiones aduersus canonicas. Ibidem
Constitutiones monasticæ tam ad eos qui in societatem cum cæteris quàm ad eos qui solitariam ipsi seorsim vitam agunt, pertinentes. fo.108.
Epistola ad Chilonem discipulum anachoreten ex monacho. fo.123.
Admonitio ad iuniores. fo.126.
De laudibus eremi liber. Ibidem
Ad Monachum qui exciderat, epistola. fo.127.
Epistola altera ad alium monachum elapsum. fo.128.
Pœnæ incerti auctoris & inscriptione carentes, & inter Basilij scripta repertæ. Ibidem
De virginitate liber. fo.130.
Homilia, qua docetur, quo pacto amittimus, quomodòve recuperamus imaginem dei, & de vera virginitate. fo.148.
Epistola ad virginem elapsam. Ibidem
Epistolæ sanctorum, patris Basilij Magni, Gregorij item Nazianzeni cognomento Theologi, ac vtriusque ad alios aliquammultos. fo.150.
Expositio in Esaiam prophetam. fo.202.
Admonitio ad filium spiritualem. fo.204.
Gregorij Nazianzeni Theologi Monodia in laudem Basilij. fo.208.
Eiusdem Gregorij in eundem funebria seu sepulchralia.
Ex primo fastorum Baptistæ Mantuani Carmelitani carmen in laudem B. Basilij.

SANCTI P. NOSTRI BASILII CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIepiscopi Ascetica & Ethica, alia item aliquot lemmata haud quaquàm inferioris notæ & eôdem spectantia. Primùm quidem latio donata per Adamum Fumanũ, eadem recẽs ex accuratissima recognitione ac solerti collatione ad fidẽ tersissimi exẽplaris Græci, synceræ lectioni restituta per Godefridũ Tilmannũ Carthusiæ Parisiensis ex professo monachum.

Præfatio S. P. in sua Ascetica.

ET SI præclaræ sunt illæ legum sanctiones, quas reges moderandæ suæ reipublicæ, subiectis sibi populis præscribunt euulgantq; : præ his tamen nescio quid nimirum augustius à regia maiestate obtinent ac dignius, quæ illi ipsi edicta suis obseruanda militibus denunciant. Adésdum tu, ac si militaria nunc præcepta proponerentur. Tu quisquis candidatus cœlestis gloriæ amplissimum expetis honorem, animum huc aduerte: tu inquam cui in animo est, Christo vt comes assideas indiuiduus, audi illã regis tui eximiam vocem: Si quis mihi ministrauerit me sequatur: Et vbi ego sum, ibi sit & minister meus. Ioan. 12. d
Vbi ergo Christus est rex? In cœlo sine dubio. Huc tuus tibi, ô Christi miles, dirigẽdus est cursus. Obliuiscere quicquid hîc in terris refectionis haberi potest. Miles non domos ædificat, non comparãdis agrorum possessionibus vacat, non variis se quæstuosarum mercaturarum generib⁹ immiscet. Nemo militans implicat se negociis secularibus, vt ei placeat, qui se probauit. Alimenta miles habet à rege: nihil est, quòd in his sibi ipse exquirendis se occupet. Vbique ipsi omnium, qui in ditione regis sunt, ex regis edicto domus patent: Nihil est, quamobrem in extruendis ædificiis labores ipse vllos suscipiat. In plateis tabernaculum sibi ponit: Cibum sola necessitate metitur: potio, aqua: somni quantum natura requirit: Itinera frequentia, itemq; vigiliæ: acris ad frigora caloresq; tolerandos patientia: periculosorum cum aduersariis certaminum crebra susceptio, & in iis sæpenumero (si ita fors ferat) mors: glorioſa tamen, & quæ regiis & honorib⁹ & muneribus decoretur: Vita in bello laboriosa, eadem tamen illustris in pace: Et vbi eam quis luculentè præclaris rebus gerendis traduxerit, virtutis illi præmia, honoresque præsto sunt: prouinciæ alicui præfici, inter regis amicos numerari, regi comminus assistere, ad regis mensam adhiberi, regiæ dextræ fieri compotem, perq; illius manum cohonestari, regis latus claudere, eorum qui in regis imperio sunt populorum patrocinia suscipere, pro hospitib⁹ suis, atq; amicis, quibuscũq; voluerit, apud regẽ deprecari. Agè igitur Christi miles, qui iam tenuia quædam ex rebus humanis exẽpla inspexeris, subeat animũ tuum sempiternorum bonorum cogitatio: propositum tibi vitæ genus sit, domo, ciuitateq;, ac possessione rerum omniũ carens: solutus esto, atq; ab omnibus vitæ huius curis liber: Non te vlla impediat, illigétve de coniuge cupiditas, nõ de filiis solicitudo: quãdo alienum hoc est penitus à cœlestis militiæ disciplina. Siquidẽ arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo. Corporis te natura non vincit, neq; vim affert inuito: Nõ te de soluto cõstrictum facit: Non enim tu id quæris vt sobolem in terris relinquas, sed vt in cœlum sursum educas: nõ vt attingẽtibus te corpus connubiis adglutines, sed vt quæ spiritui cõuenientia sunt, persequare: vt animabus videlicet præsis, & spiritualiter liberos gignas. Imitare sponsum cœlestem: insurgentes aduersum te crebro inuisibiles hostes in fugam dato: bellum cum potestatibus illis ac principatib⁹

ἐπιλάβου τῆς καπτὸς γῆν ἀναπαύσεως. 2. Tim. 2. d
Perstat in metaphora.
γέρως ἀρετῆς καὶ στέφανος.
παράκλησις
ἀδύνατον γὰρ τῇ θείᾳ στρατείᾳ. 2. Cor. 10. a
καθαιρεῖ παντας ὀχυρώματα.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gerito: ſtudetoq; vt eos ex animo primùm expellas tuo, neq; omnino illis quicquàm ſit apud G
te loci: tum ex illorum etiam, qui ad te confugiant, teq; ducem ſibi, ac propugnatorem aſci-
ſcant, quos tu ſcilicet doctrina tua incolumes ſerues. Dele conſilia aduerſum Chriſti fidem,
defectionem molientia. Aduerſum impiam, ac nequam cogitationẽ, pietatis verbo depugna,
2.Cor.2.a ſecundum præceptum Apoſtoli: ita enim ille: Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem
extollentẽ ſe aduerſus ſcientiam dei. In primis autẽ potiſſima tibi in manu dei ſpes poſita ſit:
ea enim eiuſmodi eſt, vt ſimulac modo apparuerit, exterritos confeſtim hoſtes vertat in fu-
gam. Vbi verò ille etiam probum ac bonũ reddi te per pericula, ſuaſq; copias cum aduerſario-
rum copijs committere decreuerit: hic tu ita te compara, vt nulli, quãtumuis magno, labori
ſuccumbas: neq; terrore periculi vllo animum tuum de ſtatu ſinas dimoueri: alacer in alias H
Matth.10.c atque alias terrarum ac maris oras demigra. Cùm enim vos perſequentur, inquit, fugite de
ciuitate in ciuitatem. Et ſi in iudiciũ vocere aliquãdo, atq; ante magiſtratus ducare, & conſũr
gentis in te populi tibi totius ſuſtinendus ſit furor, & ſpectãdus tibi carnificis vultus horroris
plenus, duraq; audienda vox, & cruciatuum, qui tibi intẽtentur, diritas intuẽda, experiundaq;
tormenta, & ad mortẽ vſq; perpetuo depugnãdum, ad hæc omnia tu expromptum ſemper a-
nimum tuũ præbeto. Siquidem ante oculos aſſiduè verſari tibi Chriſtus debet, qui tui cauſa in
his omnibus prior te verſatus eſt ipſe qui cum probè, noueris oportere te Chriſti gratia in i-
ſtis verſari ac proinde vinces. Regẽ enim victorem ſequeris, qui victorię te ſuæ vult eſſe par-
ticipem. Neq; enim, licet mortẽ obieris, victus idcirco es: potiusq; tum vel maxime egregiam I
victoriã reportaſti: nẽpe qui ad extremum vſq; ſpiritũ veritatem in te rectã, nec euariantem
penes te conſeruaris, ſuſceptamq; pro ea animi libertatẽ immotam retinueris. Etenim ab in-
teritu ad æternã vitam cõmigrabis: atq; ab hominum ignominia, ad gloriã tibi paratã à deo:
κολάσεως. atq; ab anguſtiis, pœniſq; vitæ hui⁹, ad ea loca, vbi æterna quiete vnà cũ angelis perpetuò per-
fruere. Terra te ciuẽ noluit accipere: at excipiet cœlũ. Mundus te agitauit: at ſublimem angeli
Matth.25.b tollent, & ſiſtent corã Chriſto, à quo amicus appellabere: ex cuius ore laudẽ illam audies iu-
cundiſſimã, Euge ſerue bone & fidelis, miles generoſe, dominiq; imitator, & regis comes, ego
meis te donis remunerabor: Verba ego tua libẽs auſcultabo, nihilo minus atq; mea tu hacte-
σωτηρίαν καταπονου-μένων ἀδελφῶν. nus auſcultaſti: petes fratrib⁹ incolumitatẽ laborãtibus, ipſiſq; fidei ſociis, ac ſacroſanctę cha K
ritatis initiis imbutis, bonorũ à rege cõmunicationẽ impetrabis: ſempiternas præterea illas
choreas agitabis, & in medio angelorũ cœtu coronatus incedes, naturisq; omnibus infra regẽ
creatis imperabis, beatusq; vnà cum beatorũ choro in omne æuum perpetuo viues. Quòd ſi
defunctum iam certaminibus, nihilominus in terris te tamẽ remanere ille voluerit, quò plu-
ra etiã, eaq; à prioribus diuerſa ſuſcipias, ſuſceptaq; luculenter cõficias, atq; iſta ratione ple-
rosq; cum à viſibilibus, tum etiã ab inuiſibilibus hoſtibus tutos cõſerues, nolito dubitare: quã-
doquidem magna ſic etiam tibi in terris parata gloria eſt: eriſq; apud amicos in precio, qui te
ſibi adiutorem ac deprecatorem egregiũ inuenerint: hi tibi, veluti ſtrenuo militi, alimẽta ſup-
peditabunt: hi, vt fortiſſimũ victorem, omni honorũ genere cumulabũt: hi te ad ſe inuitabũt, L
Rom.15.b lætabundiq; veluti dei angelũ excipient, & quod Paulus ait, vt Chriſtum Ieſum. Hæc, & quæ
ſunt generis huius, diuinæ militiæ exempla ſunt. Neq; verò virorum modò cauſa, hæc ſuſce-
pta à nobis oratio eſt, ſed mulierum etiam. Siquidem ipſæ quoque nihilominus ſtipendia fa-
ciunt cum Chriſto, per animi fortitudinẽ iſti accẽturiatæ & allectæ militiæ: neq; ob corporis
imbecillitatẽ velut nõ idoneæ reiiciuntur. Cõpluresq; inuentę ſunt fœminæ, quę nihilo minus
ac mares fortiter ſe in huiuſcemodi bello geſſere. Ex his etiã quędã ſunt, quę gloriã lõge ma-
iorem, quàm illi ex hoc genere reportarunt. De earũ numero ſunt, ex quibus virginalis cõfla-
tur chorus. In his ſunt, quæ ob præclarè geſta cõfeſſionis ac martyrij certamina, victoriis il-
luſtres excellunt. Quin dominũ ipſum etiã dum inter nos verſaretur, ſequebantur nõ viri ſo- M
lum, ſed mulieres quoque: & nihilo minus ab hoc illi, quàm ab illo ſexu miniſtrabatur. Cum
itaque eximia adeo iis poſita præmia ſint, qui Chriſti fuerint militiam ſecuti, agedum libenti
animo in eam & patres filios, & matres filias ſuas patiantur venire, ſobolemq; ipſi ſuam vl-
tro ad eam alacriter adducunto, eos lætos faciat ſempiternorum bonorum ſpes, quorum illi
vnà cũ liberis ſuis ſint futuri participes, eos bonos ſibi apud deum habere patronos ac depre-
catores ſtudento. Caueamus quæſo ne nimis anguſtum animum in hac importuna filiorum
charitate præ nobis feramus: nẽve nos exterreant labores, ad quos videantur ituri: gaudea-
mus potius, quòd magnam adeo gloriam ſint inuenturi: offeramus deo, quod ab ipſo accepi-
mus, vt in laudis ac gloriæ filiorum noſtrorum ipſi quoq; ſocietatẽ veniamus, nobis ipſis vnà
cum

A cũm illis offerendis, vnaq; ſimul exhibẽdis. Enimuero in eos, qui hanc animi alacritatẽ oſtẽ-
derint, atq; hoc modo fortiter perſeuerãtes contẽderint, cõmode illud ex pſalmis dicere ali-
quis poſſit, Benedicti vos à domino, qui fecit cœlum & terram. Et quẽadmodum Moſes, ora- Pſal.113.d
bunt pro eis, dicẽtes: Benedic domine operibus illorũ: Frãge ſupercilium eorum, qui reſtiterũt
ipſis. Fortes eſtote tanquã generoſi, generoſoq; ad ſempiternas coronas curſu contendite. In
Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria in ſempiterna ſecula, Amen.

B # EIVSDEM SANCTI
PATRIS NOSTRI BASILII SERMO COMmonitorius ad complexum Monaſtici propoſiti.

De abdicatione ſiue renunciatione ſeculi iſtius & ſpirituali perfectione.

C VENITE ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam Matth.11.d
vos. Dei iſta ſunt verba, quæ ſiue vitæ huius, in qua nũc ſumus, ſiue cõ-
ſequentis refectionem ſignificant, illud certe planũ eſt, ea hortari nos
vt qua quidem depoſita ſuperuacanearum diuitiarum ſarcina, eaq; in
egentes diſtributa, qua verò, vt innumerabili penè, quæ ex ſtudio opes
congerendi, cumulatim accreuit, peccatorũ multitudine, per largitio-
nem, & confeſſionem reiecta, crucem geſtaturi, ad monachorum vi-
tam accedamus. Quocirca qui ſibi propoſuit Chriſto obedire, & ad vi
tæ genus rerum omnium poſſeſſione nudum, neq; vllis diſtractum ſeculi huius curis feſtinat,
verè admirabilis ille eſt, beatusq; dicendus. Verumenim illi ego autor ſim, ne id inconſide-
ranter faciat, nêve vitæ ſibi tolerabilitatẽ quandam animo fingat, & ſalutem ſine vlla dimica- ὑπογραφὴ τῶ αὐτοτέλους βίου.
D tione polliceatur. Quin is velim potius vt ſe antè ad incõmodorum cum corporis, tum etiã
ſpiritus perpeſſionem cõmendabili exercitatione diligentiſſimè paret: ne ſi ſe nõ antè medi-
tatus, in quæ nõ putarat, certaminum diſcrimina cõiecerit: ac deinde vrgentibus conſtantiæ
ſuæ tentationibus, per imbecillitatẽ obſiſtere nõ potuerit, eodem temere, vnde fuerat digreſ-
ſus, reuertatur: eaq; re ludibrio, ac ridiculo omnib⁹ ſit: & præter id, quòd cum animæ ſuæ per-
nicie, ad priſtinũ ſe denuo vitæ genus retulerit, multitudini etiã ſcandalo ſit: nempe qui cau-
ſa ſit, quãobrem pleriq; inſtitutam ſecundũ Chriſtum vitam eiuſmodi exiſtimẽt eſſe, quæ fer-
ri nullo modo poſſit: Quæ res quàm ſit periculoſa, noſtis omnes, qui legitis Euangelia, in Matth.18.a πρέπει τοῦτο, aliàs, ἥρμοσθαι.
quibus hæc dominus dicit: Expedit ei vt ſuſpẽdatur mola aſinaria circa collum eius, & proii-
E ciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnũ de puſillis his. Neq; enim ob eam modo cauſam ple
ctendus erit, quòd ordinẽ ipſe deſeruerit: ſed quòd exẽplo ſuo etiam cauſa fuerit, cur plerique
exitium incurrerint: licet ſuo quodam opiniõis errore perſuaſiſſe ſibi videatur, nihilo ſecius
ſe, vt in priſtino ſe vitæ genere cõtineat, benefactis deũ ſibi poſſe propitium facere. Quod nul
lo modo verum eſt. Qui enim in eo vitæ genere, quod nullis extrinſecus diſtrahentibus curis
diuexatur, ac propterea peccatis minime obnoxium eſt, reſiſtere aduerſario non valuit: quî
credibile eſt eum in eiuſmodi vita, in qua quàmplurimi ad noxam aditus pateant, cuiuſq; li-
bera penes ipſius arbitrium poteſtas ſit, aliquid eſſe facturum, quod aliquo modo ſit cum vir- κατορθῶσαί τι τῆν ἐναρέτων. At. luthere cũ tuis aſſeclis.
tute coniunctum? Verùm vt det aliquis, quod ad ipſum nominatim pertineat, peccatum ip-
F ſum nullum admittere: notam quidem illam idem certè nunquã effugerit, quod non à Chri-
ſto deſciuerit, exemplo diſcipulorum illorum, quos apertè in Euangelio diuinus Euangeli- Ioan.6.g.f
ſta notat, cùm dicit: Multi autem diſcipulorum abierunt retro, & iam cum Ieſu non am-
bulabant, dicentes, Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? Ea enim de cauſa benigniſ- Humanæ vitæ bipertita methodus.
ſimus deus, vt ſaluti noſtræ prouideret, hominum res duplici vitæ genere diſtinxit, coniugio
videlicet, virginitatẽque: vt qui virginitatis ferendo certamini pares eſſe non poſſent, hi ſibi
vxorem adiungerent: ea tamen conditione, vt ſcirent, ea ducta, nihilo minus tẽperantiæ ſibi
ac caſtitatis, conſimilisq; modi in coniugio ac liberorum educatione, eius quem ſancti viri,
dum hic viuerent, tenuerunt, reddendam ſibi eſſe rationem: qualis in veteri teſtamento A-

Universidad de Deusto
Biblioteca

braham fuit, qui cùm vnicum, quem habebat, filium fortissimo atque æquissimo animo im- G
molaret, ea in re magnificam sibi gloriam quærebat, quòd dei iussis nihil haberet antiquius:
qui etiam tabernaculi sui fores assiduè vsque apertas tenebat, vt qui assiduè semper paratus es
set ad susciendos hospitio, quotcunque ad ipsum accederent. Neque enim domini verba il-
la audire ipse poterat: Vende quę habes, & da pauperibus. quāquàm etiam maiora his sum-
Matth.19.c mæ virtutis documēta dedere Iob, aliiq; quàmplurimi, veluti Daniel & Samuel: in nouo verò
Testamento, qualis Petrus fuit, vnaq; cum eo reliqui etiã Apostoli. Siquidem futurũ est om-
nino, vt fructus debitæ deo ac proximo charitatis ab vnoquoque repetantur: Similitérque
vt siquis cùm hæc, tum reliqua quæuis præcepta violauerit, pœnas luat, sicut in Euangelio
vt siquis cùm hæc, tum reliqua quæuis præcepta violauerit, pœnas luat, sicut in Euangelio H
Matth.10.d dominus docet, cùm dicit: Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus.
Lucæ.14.f & alio in loco: Qui non odit matrem suam, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, in-
super & animam suam, non potest meus esse discipulus. An non tibi videntur quæso matri-
monio etiam coniunctis lata fuisse Euangelia? Animaduertis itaque apertè iam tibi explana-
tum, fore vt à nobis cunctis, quicunque in hac vita sumus, ratio reposcatur, vtrum euangelio
paruerimus nècne, non à monachis modo, ab his etiam, qui vxores habuerimus. Etenim
qui coniugio sese implicuerit, huic satis fuerit, si incontinentiæ ipsi culpa remittatur, & fœ-
minæ libido, & vnà cum ea congressio condonetur. Reliqua verò mãdata cùm æquè descri-
pta omnibus sint, non est extra periculum, quicunque aduersus ea fecerit. Siquidem Christus I
ipse, cùm patris sui præcepta promulgaret, apud eos loquebatur, qui in mundo communem
vitæ morem sequebantur. Quòd si contigit aliquando, vt seorsim interrogatus ipse discipu-
Marcl.13.d lis aliquid responderit, apertè ipsis testificatus est: Quod vobis dico, omnibus dico. Non est
μὴ ἀναπόσῳς. igitur quamobrem tu, qui ad vxorem applicare animum maluisti, perinde quasi ea re tibi
mundum amplecti licitum sit, desidiæ te des: quando eo maiore tibi labore contendendum
est, attentiorèque animi vtendum vigilantia, vt salutem inuenias: veluti qui sedem tibi in
mediis laqueis, mediaq; rebellium potestatum ditione delegeris, vbi peccatorum assidua an-
te oculos posita iritamenta habeas, ad quæ concupiscenda omnes sensuum libidines tuorum
assiduè loco veluti emotæ impellãtur. Quocirca intelligere debes, neutiquam effugere te pos
se, quin cum diabolo tibi sit deluctandum, ex eóque nullo modo victoriam te sine multis K
laboribus, pro Euangelicorum præceptorum conseruatione susceptis, reportaturum. Quî
μεταφορά. enim quæso pugnam cum aduersario poteris subterfugere, qui omnino sis iam cum eo intra
caueam pugnæ destinatam conclusus? quæ sine dubio vniuersa ea est tellus, quæ sub amplissi-
mo cœli huiusce ambitu cõtinetur: quam quidẽ ex historia Iob accepimus, assidua illum ob-
ambulatione perlustrare, circumireq; quasi rabiosum canem, quærẽtem quem deuoret. Quòd
si cum aduersario inire pugnam non vis, in alium ex hoc ipso mundum commigres, oportet,
in quo ipse non sit: tum licebit tibi tuo more cum illo non decertare, & citra periculum feri-
as indicere Euangelicis dogmatis. Quòd si hoc impetrari non potest, artem eam discas, con-
uenit, per quam scienter cum eo scias deluctari. Hanc autem haud dubie traditura tibi diui-
na scriptura est, ne ex imperitia ab eo superatus sempiterno igni in perpetuum cruciãdus de- L
ἐμπαραφορμῆ. dare. Atque hæc quidem, licet strictim, eorum tamen causa memorata à nobis sint, qui pro-
pterea quòd matrimonij se vinculis obstrinxere, licere sibi arbitrantur Christi præceptorum
πραγματότης. obseruationem impunè negligere. Tu verò qui cœlestis viuendi ritus cupiditate flagras, atq;
angelicæ es vitæ studiosius negociator, quiq; sanctorum Christi discipulorum cõmilito cu-
pis numerari, neruos tuos omnes ad rerum aduersarum tolerantiam intendito, & forti ani-
mo ad veræ pietatis cultorum te cœtum conferto, ipsoq; tuæ mundi desertionis initio te vi-
rum præbeto, conatuq; omni elaborato, ne cognatorum horũ, qui sunt secundũ carnẽ, amor
ad terram te, in altum te cupientem extollere, deprimat: sed in eo animum tuum confirma-
to, vt cum immortalibus & cœlestibus rebus, mortales, terrenásque commutes. Vbi ve- M
Quid ei faciundũ sit, qui nunciũ parat remittere suo omni peculio. rò rerum te tuarum sarcina leuare volueris, tum verò constans ac rigidus esto, illúdque
tibi persuadeto, quæcunque abs te in egenorum sinus condita fuerint, ea te in cœlũ præmis
sa multis partibus ampliora apud deum inuenturum. Cùmverò ab amicis, & iis quibus cum
vixeras familiariter diuellare, caue ne mœrore nimio conficiaris, qui Christo tum coniun-
garis, qui propter te cruci ipse suffixus est: Qua re ad amorem declarandum quod quæ-
so euidentius excogitari à nobis argumentum potest? Simul ac autem, deo iuuante, in
φιλικώτερον. primo luctationis istius congressu aduersarium superaueris, nolito te veluti vilissi-
mum instrumentum aliquod negligenter proiicere. Siquidem in eo iam, quòd terre-
nis

magis ad rustica elegans, quando debebatur

A nis rebus nuncium remiseris, honoratum te apud Christum feceris: summáque potius vigi-
lantia, acerrimáque in omnes partes animi circumspectione operam dato, vt aliquem tibi vi
rum inuenias, quem in omnibus deinceps delectæ tibi vitæ studiis certissimum ducem se-
quare, eiusmodique, qui rectum iter ad deum volentibus pergere, sciat commonstrare: qui ἀνδρα προ-
ornatus virtutibus sit, cuius vniuersæ totius ipsius vitæ actiones testimonio sint, charitatem ὁδοῦ ἀπλανῆ
in eo erga deum inesse, qui diuinarum literarum sciẽtiam habeat, virum integrum nec vlli di τῶν.
stractioni indulgentem, ab auaritia abhorrentem, minime libenter gerendis se negociis ad-
miscentem, quietum, amantẽ deum, egentium studiosum, minime iracundum, iniuriarũ im-
memorem natura propensum ad eos docendos, qui ad ipsum accedant, quẽ gloria inanis nõ
B inflet, superbia non extollat, adulatio non frangat, seuerum atque constantem, cui denique
nihil sit præstantius honore dei. Ac si talem quempiam nactus fueris, tum verò voluntatem
tuam omnem expuito, ac foras proiicito: atque vbi hoc feceris, dede te illi, vt sincerissi- Collatio p
mum veluti vas quoddam existas, qui quæ in te infundantur virtutes, ad laudem dei glo- dissimilem
riámque ab omni vitio castas conseruet. Etenim si eorum, quibus antea detinebare, animi
vitiorum residuum in te aliquid esse patiere, eóque quæ in te infusa fuerint, coacuerint, haud πρὸς τ ἀνίσα
dubiè velut vas contemptissimum foras proiiciere. Hoc est, quod alterum nobis est cum op γωνισήμ.
pugnatore salutis nostræ certamen. Vt enim præceptorum bonorum bona sunt etiam præ- γνώμαι per
cepta, item quoque malorum etiam mala. Vbi enim videt aduersarius noster hic impro- collationẽ
C bus persuadere se nobis non potuisse, vt in mundi confusione perditionèque maneremus, dissimilẽ.
in eo iam omni conatu contendit, vt nobis persuadeat, ne nos vitæ demus perfectiori: nè
ve ei nos viro cõmittamus, qui nostra omnia peccata nobis ante oculos statuat, corrigátque:
sed vt alicui nos credamus & gloriæ nimio plus auido, & propria vitia assimulata quadã le-
nitatis erga familiares suos specie commendanti, vt hoc modo innumerabilibus nos de-
nuò prauis animi libidinibus contra primum animi nostri propositum veluti vinculis irre-
tiat. Quòd si te viro credideris virtutibus multis instructo, sine dubio omnium, quæ in ip- πολυαρέτῳ
so bona fuerint, hæres remanebis, æquèque & apud deum, & apud homines batissimus iu- ἀνδρί.
dicabere. Si verò, quòd cum corpore tuo agere mitius volueris, magistrum tibi aliquem
D quæsieris, tecum se ad vitia tua demittentem, vel, vt verius dicam, tecum vnà in eandem ἄλλου ἀπο-
perniciem corruentem, frustra mundanis rebus nuncium remittendi laborem susceperis, ταξίας.
qui vitæ te prauis libidinibus obnoxiæ mancipaueris, & cæcum tibi ducem asciueris, cuius Matth.15.b
ductum secuto in foueam tibi sit procidendum. Cæcus enim si cæco ducatum præstet, am- Mat.10.c
bo in foueam cadunt. Sufficit enim discipulo vt sit: sicut magister eius. Hæc autem dei ver-
ba sunt, eâque re falsa esse neutiquam possunt. Athletarum in viuendo tibi est imitanda con ὁμοίωσις.
suetudo: aliter enim ad coronam peruenire non poteris. Vt enim est apud Apostolum: Si 2.Tim.2.d
quis certauerit, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Si igitur dei munere talem quẽ- magno illi mihi ocul
piam virum inueneris (prorsus autem si perquisitigare volueris, inuenies) magistrum bonorum tandũ.
E operum, hoc apud te constanter teneto, vt nihil omnino quicquam præter illius sententiam γνώμη me-
facias. Quicquid enim eo insciente facis, id furtum ac sacrilegium est, tibiq; exitium, non au- morabilis.
tem vtilitatem vllam apportat. Esto, tu id bonum iudices. Nam si bonum est, quid ita clàm
fit, ac non in aperto? Mentem tuam tute diligenter exquire, quæ falsa quadam specie boni
compilare te studet, atque ex eo nimirum, quòd cum vtilitate aliquando non eius præceptis
obtemperes, iter tibi ad res pessimas gerendas munit. Caue ne excantationes eorum, qui de- Eccle.12.c
morsi sunt à serpente, velis imitari, cum ipse excantandi artem non teneas: ne si ad te fo-
ras serpentes attraxeris, illiq; sese tibi circumplicuerint, túque te ab ipsis explicare non possis,
immaniter ab illis absumare. Caue ne generis nobilitate subnitare, nève ob eam causam ho- 1.Cor.2.d
F nores consectere (qui enim carnalis est, non capit ea quæ sunt spiritus) neque eorum quip- temperantia & parsimonia
piam, quæ vera iampridem consuetudine inueterauerint, adulterare ac peruertere conatus in ofsib.
sis, atque hoc modo inani animi elatione tua, simul & certaminis socios tuos supplantare, &
grandẽ super te peccatorum molem aggerere, nõ in strato molliculo, non in calceamentis,
vestimentisve, non in habitu quouis, non in aliis, quàm quos communis fratrum vsus fert,
escis exquirendis, non in mensa, post illud tempus scilicet, cum iam nihil tibi amplius cum
mundo esse apertè professus fueris, non in statu, non in sessione, non in manuum opere
minus laborioso, magisve eleganti. Siquidem istorum omnium, non modo dum habes, sed διαβολικὴν
in eo etiam, dum abs te exquirũtur (crede mihi) vtilem nunquã exitum experiere. Etenim ni- μεθοδείαν
si celeriter animaduerteris, diabolicas esse istas insidias*, easq; ex animo penitus extirpaueris aliàs, παρα-
δαγωγίαν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuo,sine dubio eæ te à vera,quæ est ex Christo, viuendi disciplina deturbabunt. Verum cum G
illud in animo tibi fixum stabilieris,omnium te,quotquot sunt, mortalium esse contemptis-
simum,peccatisq; onustissimum, peregrinúmque ac vagum,& quem sola tantum misericor-
dia adducti ij,qui priores te se à seculi huius curis auocarunt,sibi in societatem asciuerint,stu
diose operam dato, vt omnium nouissimus sis , ac seruus omnium, quando ista vna ratione
veram tibi, ac solidam gloriam paries : non autem illam vanam , cassámque . Aures assiduè
ad audienda ea , quæ imperentur , attentas habeto : itémque manus ad ea, quæ iussa sint exe-
quenda, expromptas. Sit tibi taciturnitas in ore , circunspectio in corde . Futiles qui habe-
antur sermones, tu magnopere ne attendito. Sed si quæ ex diuinis literis ad salutem animæ
pertinentia memorari audieris,tũ verò ad ea audiẽda doceto te intellectu esse & scientia præ- H
ditum. Acerba gustatu tibi ea sunto, quæcunque de mundanis rebus memorentur : contraq;
fauis mellis assimilia, quæ à pietatis colentibus viris narrentur.Enitere porrò vt eos imitere,
qui vt animi sui sedatas affectiones componerent, priores te in eo vitæ genere elaborauerũt:
neque expectes,dum singula doceare.Studeto vt maiorum virtutum compos efficiare , neq;
minores tamen negligito. Nullum omnino sit erratum,quod parui pendas: esto quauis illud
tenuissima bestiola minutius sit,potiusq; eo magis sedulo contende,vt per pœnitentiam illud
emendes.Et si multi multis in rebus errata commiserint parua æquè ac magna,in iisq; obsti-
nati pertinaciter perseuerent,nolito tu alienorũ te erratorum iudicem constituere.Habent e-
nim ipsi iudicem iustum,qui reddet vnicuique secundum opera sua.Tu tuum supprime erra- I
tum,& quantum potes studeto,vt onus tuum leuius efficias.Qui enim grauat onus suum,ip-
se & portabit illud : Resipiscentibus enim parata salus , contrà verò in furore suo obstinatis
præstò semper exitium. Ab hominibus tibi maiore aliqua propinquitate coniunctis abditor,
quantum potes:atq; in dei cõspectum te,quàm fieri potest,frequẽtissime dato. Quãtum in te
est,omnem in publicum proditionẽ semper deuitato, ac mentis hoc modo distractionem fu
gito.Egressus es è cella tua? ibi continentiam reliquisti,in mundũ introspexisti . In mulierem
aliquam meretricem incidisti,quæ & auribus tuis blãdo sermone delinitis, & oculorum acie
aspectus sui venustate perstricta,exquisitisq; obiectis escis,gustatu per dolum circumuẽto,te,
veluti hamo quodam transfixum haud ita multo pòst ad se pertrahet:tum membris tuis im- K
plicata,vbi te ad pectus sibi arcte compressum admouerit,seuerum illud tuum ac rigidum de
retinenda continentia desiderium emollit ac flectit , atque ita sensim te de recta viuendi via
deductum,blanditiis suis corrumpit ac perdit.Quòd si dei virtute factum sit, vt ex eius reti-
bus elabi potueris , tu quidem ad cellulam tuam te recepisti , at non ille idem qui prius,ante-
quàm scilicet te inde mouisses,sed segnis quidam & languens,& ad omne rectum munus lẽ-
tus,dissolutusq; quique non nisi magno temporis interuallo ad pristinum te habitum illum
possis referre . Variis siquidem exortum tibi vtriusque vitæ desiderium cogitationibus ani-
mum tuum fatigat. Vix & ægrè poteris obtinere , vt ex ea fluctuatione ille victor emergat.
Quòd si(vt assolet)necessitas incidat aliqua,quamobrem extra cellam tibi exeundum sit,cùm L
te prius circum ab omni parte dei timore veluti firmissima quadam lorica munieris,Chri-
stiq; charitate in manum inserta,veluti validissimum scutum apprehenderis , firmiterq; sta-
biliueris,omnesq; in te libidinum omnium factos impetus acerrima continentiæ vi profliga
ris,negocio illo,cuius causa existi,expedito, domum te quàm primum referto : nẽ ve diutius
extrà demoreris,sed innocentem columbam illam imitare,atque ad arcam,vnde fueras emis-
sus, alis vsus velocibus redi: atque vt illa cum oliuæ ramulo in rostro reuersa est, ita tu quoq;
inter redeundum cum ore tuo Christi misericordias decanta , atque hoc modo internis tuis
animi cogitationib⁹ persuade,alibi te,nusquã cum salute posse cõsistere.Iuuenis siue ætate, si-
ue animo fueris,æqualium tuorum consuetudinẽ defugito,ab illisq; te nõ secus atq; ab arden- M
tissima flamma procul abducito: quando illorum opera vsus aduersarius, plerosque olim in-
cendio dedit,& sempiterno igni cremandos addixit : ac spiritalis videlicet primò charitatis
vana quadam specie illectos, in teterrimam postea Pẽtapolitarum voraginem præcipites de-
turbauit:& qui ex medio pelago,sæuientibus vndique procellis, tempestateq; incolumes eua-
serant,eos iam intra portum securos vna cum ipsa naui vectoribusq; submersit. Quãdocun-
que assidendum est,aliquo semper ab eo interuallo assideto: quandocunque capiendi somni
causa cubandum,caue ne vestimenta inter se mutuo sibi vestra propinquent,potiusq; medius
inter vos aliquis semper adhibeatur senex . Quoties verò aut tecum loquitur , aut ex aduer-
so in conspectu psallit , deiecto in humum vultu illi tu respondeto , ne forte interim , dum
tu illius

humiliter ex sui ipsius cõtemptu exhibendo

Marc.10.g

obtemperandi cupiditudo.

σωφρὸς καὶ ἐπιστήμων.

Desidia et leuitas animadvertendi.

κωφότερος μᾶλλον πρότερον.

Iudicium præcidere.

Rom.2.a

τὸ σῶμα κρίνει

μετάνοια, σωτηρία, ἄνοια δὲ μετάνοιας, θάνατος.

ὥσπερ ἀγκίστρῳ ἕλκει.

πάρεστος μὴ νενοσηκώς. ἔξω.

σὺν αὐτῷ ἀπόλλυσθαι.

A tu illius os defixis oculis cõtueris,susceptο ab hoste & malorum satore libidinis semine, cor- μεταφορὰ
ruptionis posteà ac perditionis manipulos metas. Domi aut aliquo in loco, vbi quæ à vobis
fiant,videre qui possit,arbiter sit nemo,caue ne vnà cum eo simul deprehendaris vnquam, ea
re videlicet,quòd vnà cum eo diuina eloquia meditari te dicas, aliámve quamuis ob causam,
etiam summe necessariam . nihil est enim quod animæ salute magis sit necessarium , propter
quam Christus mortuus est.Subdolæ isti cogitationi tuæ nolito assentiri , cum tibi hoc pro-
ponit,fore vt quicquid ita in occulto factum sit,scandalo vacet: sed hoc ipsum tibi esse scan-
dalum persuade.Atque isthæc multorum exemplo,qui simili in genere fœdè sunt lapsi,vulga-
ta iam esse apud omnes existimato.Crede mihi,quoniam fraternè tibi, atque ex intimo ani-
B mi recessu loquor. Difficilibus ac morosis senibus aures libenter præbeto , qui prouerbiorum
sententiis adolescentes ad recta studia cohortantur , neque oris tamen deformitate quicquã
ipsis afferunt detrimenti.Omni custodia serua cor tuum.Siquidem ei perinde, vt si aurum es- Prouer.4.d
set,dies noctesq; à furibus insidię comparantur,& repentinò tum,cùm minime expectas,mi-
nimeq; intelligis , asportatur . Caue ne te aduersarius simili atque primum parentem peccato ἁρπάζεται
circumueniat,circumuentumq; quamprimum de paradiso delitiarum expellat . Nam qui illũ
callida escæ obiectione ita malitiosè vita spoliauit, & item Iesum eodem se modo supplanta-
turum sperauerat,nihil est quòd is vereatur,quin & tantò ausit confidentius tibi quoque pri-
mam malorum originem propinare . Etenim præsentissimum hoc esse ille venenum intelli- δηλητήριον
C git.Siquidem gulæ vitium non in escarum copia naturæ suæ vim positam exerere nouit , sed
in voluptate atque gustatu,licet modicis admodum vtare . Quod si ita est , vt vel breuissima
modò gustatu percepta delectatio obnoxium te istiusmodi morbo valeat efficere, haud dubiè
id te nullo negocio ad interitum dabit.Vt enim fons aquę si in plures sit riuulos dissectus,vi- βεβαίωσις à simili petita
cina riuulis illis loca omnia herbarum viriditate conuestit, & quasi pubescere facit : sic vitiũ
gulæ,si per cordis tui venas se effuderit & distraxerit, indeq; permeans sensus tuos omnes ir-
rigarit,vbi libidinum multarum in te syluam conseuerit , animum tuum ferarum habitaculũ,
efficiet.Etenim multos ego animaduerti sæpe , qui cùm alterius cuiusuis generis vitiis labo- Attẽde τὴν ἐπιμέλειαν Basilij in edaces
rarent,ad sanitatem tamen redierint postea:qui autem hoc morbo tenerentur , vt aut in oc-
culto esitare eos delectaret , aut ventris ingluuie duci se sinerent , neminem ex omnibus vidi
D vnquam,qui conualuerit.Nam aut à continentiæ cultorum vitæ se societate penitus abrupe-
runt,seseq; capitalibus vitæ huius illecebris dediderũt: aut dum inter eos occultare se studue-
runt,voluptatibus addicti,duce Diabolo stipendia meruere. Nam qui istiusmodi sunt, ij mẽ- Attẽde Iliadẽ vitiorum exvna ingluuie pgnatã.
daces sunt,ad iusiurandum parati,periurioſi,litigiosi, pertinaces, clamosi, & qui saturi edisse
se pertinacissimè pernegent,illiberales,qui victu delicato apprimè gaudeant queruli,aliorum
curiosi exploratores,tenebriones, totius honestæ vitæ de industria inimici , qui vt gulæ libi-
dinem obtegant,innumerabilibus se aliis vitiis inuoluunt , qui cum habitu quidem inter sal-
uos esse videantur,rebus ipsis inter perditos numerandi sunt . Hæc fuit quæ Adæ interitum,
& post ipsum etiam vniuersæ illius posteritati exitium apportauit. Gulæ libido ea est , per
E quam ludibrio habetur Noë: & Caïn maledictioni subiicitur : per hanc primogenita amittit
Esau,& cum Chananæis affinitate coniungitur:Lot se cum filiabus miscet,idem suiipsius ge-
ner factus ac socer:& qui parens anteà,modò vir etiam postea efficitur,& auus parens,vtrin-
que inpræscriptos à natura hominibus fines petulanter proteruus.Hæc Israëlitas induxit, vt
simulachrum adorarent:iisdem causa fuit,quamobrem in illa solitudinis vastitate eorum ca
dauera prostrata sint. Hæc Prophetam , qui à Deo ad obiurgandum sceleſtum regem fuerat
missus, feræ bestiæ deuorandum obiecit : & de quo vniuerso regio suo apparatu Hieroboam
rex pœnas sumere non potuerat , is gutturis fraude implicatus , miserabili admodum morte
consumitur . Quid contra Daniel vir desideriorum , nónne quòd gulæ libidinem compres-
F serit,regno potitur Chaldæorũ? Nónne simulachra demolitur? & draconem interimit , & leo-
num pædagogus efficitur, idoneusq; habetur , qui Deum humana se forma induturum præ-
nunciet,& abstrusa mysteria palàm interpretetur? Quid:nónne facti gulæ libidine superiores
tres innocentes illi adolescentuli regiam iram pro nihilo duxere? & horrificam illam forna-
cem Nabuchodonosori regis iussu succensam intrepidi cõtempsere ? & statuam illam aureã,
quam pro Deo coli ille iubebat,futilem ac nullius prorsus precij esse docuere:& quæ non nisi
longo temporis spatio fabricari potuerat, eam repentino asportatam , opimum domino suo
spoliũ attulere:iidemq; effecere,vt rex ipse infensissimus vnà cum vniuerso ipsius , quem ad-
uersus Deum copiarum instruxerat apparatu, vniuersaq; rerum natura, mirificis eum laudi-
bus effer-

μεταφορὰ

Attẽde τὴν ἐπιμέλειαν Basilij in edaces

Attẽde Iliadẽ vitiorum exvna ingluuie pgnatã.

adhuc gulæ exempla.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἵνα πολύτα συνελαύνῃ ζῴα.

bus efferrent? Ac ne multa, si gulam in officio cõtinueris, paradisum habitabis: sin minus, hoc G
tibi persuade, pabulũ te mortis futurũ. Fidelis esto virtutũ thesaurus, claui vtere spiritualis tui
patris lingua, hæc sit, quæ tibi os ad sumendũ panem aperiat, hæc item quæ claudat. Serpentẽ
nolito tibi consiliarium adhibere. Consilio enim suo, ille adulterina veluti quadam claue cir-
cumuenire te habet in animo, tibiq; vel in ipso etiam linguæ gustatu insidias artificiosè mo-
litur. Caue ne clandestinæ esitationis peccatum incurras. Etenim si in re parua supplantare te
ille potuerit, sinè dubio tota te lucta prostratum, vinculis postea arctissimè constrictum te-
nebit. Aures tuas caue ne quibusuis passim garrientibus aperias, neque temere nugantibus
omnibus respondeas in his sermonibus, qui à proposito tibi religiosæ vitæ instituto dissideãt.
Vtilibus autem auscultandis præceptis illas accommoda, & horum assidua commentatione H
custodi cor tuum. Easdem ab audiendis mundanis narrationibus abducito, quãtum potes, ne
quando cœni respersione animam oblinas tuam. Ne labores vt audias, quæ ab aliis dicantur:
neque immiseris caput tuum in medium colloquentium: ne & tu subsanneris, & illos detra-
ctores efficias. Caue, curiosus sis, neq; ita videre omnia volueris, ne ex ea visione postea in a-
nimum tuum, libidinum sanies redundet. Aspectionem, auditionem, locutionem, responsio-
nem, omnia ista vtilitate metitor. Corã natu maiore, quàm tu, caue ne assidere festines: quòd
si, vt id facias, iubeare, nolito tu in pari cum illo sella sedere: sed cum huc illucq; diligenter o-
culis circũspexeris, operam sedulo da, vt sellam tibi humiliorem aliquam inuenias, vt ob istã
animi tui humilem submissionem, gloria te afficiat Deus. Interrogatus de re aliqua, graui ac I
submissa voce responde. Alius si interrogetur, os tuum ipse comprimito, ne à procaci corde
impulsa lingua tua inconsideranter aliquem feriat de iis, qui in pietatis cultores nimio plus
quid agant, diligenter inquirũt: atque hoc modo criminum te vinculis quasi quibusdam cõ-
strictum efficiat. Inter sedendum, caue ne crus cruri alteri superponas: siquidem isthuc facere
animi parum attenti, atque aliud agentis indicium est. Si cum inferiore te sermonem habes,
aut interrogatus ab eo, aliquid respondes, caue ne suspenso animo illi negligenter respõdeas,
ea re videlicet, quòd fratrem contemnas: quando hoc facere, in deum contumelia est. Qui e-
Prou. 17.a nim despicit pauperem (vt est in prouerbio) exprobrat factori eius. Cum quid locuturus es, ea
ex ore tuo prima semper verba præsiliant, quibus & proximum consoleris, & charitatem er- K
ga illum tuam magis confirmes. Eadem ratio in medio, eadem in postremo, qui habeatur ser
mone seruetur: idq; adhibita quadam festiua oris hilaritate, vt qui tecum loquatur, per te ex-
hilarari se sentiat. In omnibus, quæ à proximo tuo rectè animaduerteris fieri, lætare, & deo
gratias age: quando illius rectè facta tua sunt, sicut vicissim item, tua illius. Quandocunque
πρωτοκλισίας ἠγάπων ἐν τοῖς δείπνοις Lucæ. 14.c
ad cœnam conuenitur, primos accubitus, & primas cathedras deuita, infimumq; locum sem-
per sectare, quò magis possis illud audire, Amice ascende superius. Vbi verò posita iam mẽ-
sa recubueris, caue ne læua tua petulanter se iactet, nève spreto naturæ ordine imperium sibi
in dexteram vsurpet: cessatoq; potius, aut certè dexterę modo deseruito. Ad orationẽ quo-
ὑφηχείτω
tiescunque vocaris, libẽter succinat os tuum in eaq; eousque permaneto, donec canoni satis- L
Argumentũ à minori
feceris: magnamq; te iacturam facere arbitrator, si ante inde discesseris. Etenim si cum corpo
ris tui sustentãdi causa, cibum capis, ægrè admodum à mensa potes auelli, nisi naturale prius
desiderium expleueris, neque ita facilè hoc facturus sis, nisi magna te inde aliqua necessitas a-
uocet: quî non tandem ab epulis iis auelli ægrius debes, quibus spiritus alitur tuus? quiq; non
Argu. à maiore ad minus
magis oratione corroborandus tibi tuus animus est? Etenim quanto nobilitate cœlum terra
μείμμα
præstabilius est, & dignitate cœlestia terrenis præponderant, tanto sine dubio anima corpore
præstantior est. Siquidem ea cœli quasi imago est quædam, quippe in qua domicilium domi-
nus habeat: at caro ipsa ex terra constat, quæ à mortalibus hominibus, & rationis expertibus
incolitur animantibus. Quamobrem quę corporis causa necessario suscipi munera debent, ea M
ita habebis distributa, vt legitimum tibi postea orationis tempus non interpellent. Caue autẽ
diligenter, ne cogitationi illi animi tui assentiare, quæ ab orationis canone nondum peracto
auellere te studeat. Habent enim morem hunc dęmones, vt faciendæ orationis tẽporibus per
Orãti quàm iasidietur dæmon attende
speciosam scilicet aliquam laudabilis causæ alicuius simulationem nobis sedulo autores sint,
vt ab ea nos subducamus, vt quam salutem afferre nobis intelligãt, ab ea nos probabiliter ab-
ducant. Noli ingemiscens capitis, ventris ve dolorem excusare, & eius qui nullus sit, testes in-
certos proferre, nève quiescendi causa quicquam de acri vigilantiæ assiduitate remiseris, po-
tiusq; occultas aliquas semper orationes habeto, quas in occulto aspiciens dominus, pro iis
Matth. 6.b
gratiam tibi referat in aperto. Operam sedulo da, vt in ea mercatura, quam in luculento vitæ
genere

A genere, præclarisq; muneribus communiter vnà cum cæteris facis, seorsum tu quæstus acces-
siunculam aliquam habeas, quo repositas postea tibi in die necessitatis diuitias inuenias. Quo
tiescunque tuæ tibi in fungendis pro communi re fratrum ministeriis vices obtigerint, in eo
aduigila, vt ad laborem corporis, verborum etiam lenitatem adhibeas: vt ij, quibus ministras
charitatem te habere aduersum ipsos intelligant: quo videlicet gratum sit illis ministerium
tuum, vtpote quòd sit sale conditum. Ne passus sis, vt quæ propria muneris tui sint, ea alius fa
ciat, ne merces quoque erepta tibi, alij tribuatur, tęque contempto, in diuitiis tuis gloria alius Col. 4.b
afficiatur. Assignato tibi ministerio cum modestia fungitor, sedulitatẽque, perinde ac si Chri
ἔργα εὐαγγελικὰ ἐπιτελῶν
B sto ipsi ministrares. Maledictus enim (inquit) homo, qui facit opera domini negligenter.
Quæ ex animi elatione fastúque nascitur abusum metuito (esto, quæ tibi præ manibus sint mi
nisteria, contempta admodum, abiectáque videantur) perinde tanquam deum præsentem ha
Hier. 48.d
παρεδρεύοντα
beas, qui te aspiciat. Magna res est alteri ministrare, eiusmodique, vt per eam nobis ad cœle-
ste regnum ascensus paretur. Siquidem ea virtutum omnium quædam quasi est sagena, quæ
Βασιλείας προβάτιον
diuina in se præcepta omnia comprehendit, ipsamq; primo virtutum omnium cõtentricem
humilitatem cõplexa, quam bonorũ sequitur copiosissimũ veluti quoddã examẽ: tum illud e-
Simile
tiam: Esuriui, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes eram, & infir Matth. 25. d
mus, & in carcere, & ministrastis mihi. maximeq; quandocunq; quod debetur, id adhibita a-
C nimi submissione persoluitur, fastu, iracundia, murmurationeq; segregatis. Eorum quos re
ἐπάρσεως
ctè atque ex virtute videris viuere, æmulator esto, & institutorum vitæ, actionumq; exempla
descripta in animum tuum transferto. Opta vt sis de numero paucorum. Rara siquidem, quę
Alij.
bona: quæ quidem etiam causa est, quamobrem pauci cœleste regnum introëant. Caue putes
φαύλους καὶ ἠλιθίους
eos omnes fieri saluos, qui se intra cellas suas contineant, & vitiosos iuxtà ac bonos. Neque e-
nim ita res habet: quando sunt quidem multi, qui ad honestæ vitæ genus se conferunt: rariss-
simi autem, qui ipsius iugum suscipiant. Violentorum est enim regnum cœlorum, & violen- Matth. 11.b
ti rapiunt illud. Verba hæc Euangelij sunt. Violentiam appellauit assiduam, & acrem corpo-
ris in laboribus fatigationem: quod nullius impulsu, suapte sponte, Christi discipuli faciunt:
D cùm & voluntatem propriam, & corporis laxamentum abnegant omne, & magistri sui præ-
cepta omnia conseruant. Quocirca si tibi in animo est rapere regnum dei, violentiæ te dato,
ceruices tuas Christi seruitutis iugo submittito, & eius loris collum tuum arctè circunquaq;
cohibeto: premat illud ceruicem tuam: labore illud virtutis atterito, ieiunando, vigilando, ip-
sum te omnibus subiiciendo, taciturnitatem seruando, psalmos assidue decantando, orationi-
busq; & lachrymis operam dando, & manibus laborando, cuiusquemodi difficultates omnes
tolerando, siue illæ à dæmonibus, siue ab hominibus afferantur. Caue ne quod aliquo modo
elatè nimis de teipso sentias, in animũ inducas tuum, vt de pristina laborum assiduitate quic-
quam remittas: ne si in ipsis vitæ foribus nempe è mundo migraturus, nudus virtutibus inuẽ-
E tus sis, à cœlesti regno excludare. Non tibi cleri gradus vllus animos in altum extollat: humi-
γνώμη καὶ φρόνημα
liet potius. Animi enim in virtute progressus, in humilitate progressus est: contraq; in postre
mis relinqui & inhonoratum esse, id non aliunde, quàm ex elatione progignitur. Quanto ad
maiores sacerdotij gradus accedere tibi propinquius contigerit, eo animos tuos magis demit
tito, idq; territus exemplo filiorum Aaron. Pietatis enim cognitio, humilitatis & mãsuetudi-
ἔπαρσις, παῤῥησία ἢ ἀναίδεια
nis cognitio est: quando se animo scire submittere, Christum est scire imitari. Contra autem
fastidio & arrogantia efferri, & insolentius se gerere, est Diabolo se similem facere. Christum
tu imitare, non aduersarium Christi: deum, non aduersarium dei: dominum, non seruum
fugitiuum: clementem, non inclementem: humanum, non inhumanum: eosqui sunt tha-
κελεῦσαι ἀδελφότητι
F lami nuptialis, non eos qui tenebrarum. Noli in eo properare, vt fratribus præsis, ne alie-
Canon ad pietatem & virtutes cõtendenti.
norum peccatorum onere ceruices aggraues tuas. Quæ singulis diebus feceris opera, ea
vesperi tecum ipse commemora, & cum iis, quæ feceris pridie, conferto: studioseq; operam
dato, vt melior in dies magis ac magis existas. Processum in virtutibus facito, vt hoc modo
angelis efficiare propinquior. Intra cellam tuam non te diebus aliquot, mensibúsve, sed an-
nis pluribus contineto, ibiq; continenter diem noctemq; dominũ laudato, & Cherubim imi-
tator. Si huiusmodi initio exitus similis consenserit, prorsus dubitare nihil debes, te breui cõ-
fecto monasticæ exercitationis curriculo, itinereq; per angustam viam terminato, dei mu-
nere in paradisum iri intromissum, cum præclara lampade animæ, ac lætitia vnà cum Chri-
sto perpetuò fruiturum, in secula seculorum, Amen.

Eiusdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

EIVSDEM SERMO DE ASCESI, HOC EST, *de cultu siue exercitatione monastica, quo se debeat pacto excolere & ornare monachus.*

μετὰ ὑσα-θείας, aliàs μιθ' ἡσυχίας

MOnachum oportet cum primis nihil in vita, quod iuris sui proprium sit, possidere: corpus quietum, habitum non sordentem sed honestum, vocé moderatam, sermonem compositum habere. in cibo, potioneq; minimè turbulentum esse, sedatumq; potius, & grauem: coram natu se maioribus silere, prudentiores se auscultare, aduersus æquales charitatem tenere, minoribus consilium cum charitate dare: ab hominibus se nequam & carni deditis, curiosis & nimiò plus cupidis rerum gerendarū abducere: multa intelligere, pauca loqui: in sermone non præsidentem aut temerarium esse, neque in colloquiis nimium: non esse ad risum procliuem, verecundia sese commendare, oculos habere ad terram deiectos, animum ad cœlum erectum: non superiorum imperio repugnare, sed alacri ac libenti animo obtemperare: manibus laborare, assiduè nouissimorum meminisse, spe gaudere, in tribulatione patientiam adhibere, continenter orare, in omnibus gratias agere, aduersus omnes humilitatem tenere, odisse arrogantiam, sobrium esse, peruigilem & attentum, & cor à prauis cogitationibus castum custodire, in cœlo sibi per mandatorum obseruationem thesauros recondere, quotidianas suas & cogitationes & actiones omnes diligenter examinare, neutiquam se vitæ huius negociis, aut superuacaneis sermonibus immiscere, nō curiosius in desidium vitam inquirere, sanctorumq; solùm patrum viuēdi instituta imitari: si quos rectè, aut cum virtute aliquid facientes viderit, illis gratulari, non item inuidere: eisdem in aduersis socium mœroris esse & lachrymarū, & qui in eo statu sint, eorum vicem magnopere misereri, non etiam condemnare, à peccato resipiscentem probris non insectari, seipsum nunquàm iustificare, peccatoremq; se in primis & coram deo, & coram hominibus appellare. ordinem deserentes admonere, pusillanimes consolari, ministrare infirmis, pedes sanctorum lauare, in hospitalitate amoreq; fraterno diligentem esse, cum consortibus & domesticis fidei pacem tenere, hæreticum hominem auersari ac deuitare, approbatos libros lectitare, apocryphos ne attingere quidem omnino. De patre & filio & spiritu sancto cum nemine disputare. Sed Trinitatem increatam, & coëssentialem firmè, libereq; & credere & confiteri, & se percontantibus sic respondere: Oportere nos, sicut traditum accepimus, baptizari: credere autem eo modo, quo baptizati simus: glorificare verò, quemadmodum credidimus: in negociis & sermonibus honestis versari, prorsus ab omni se iureiurando abstinere, pecuniam ad vsuram non dare, non frumentum, non vinum, non oleum, vt maiore sibi mensura reddantur: à crapula se & ebrietate, & caducæ vitæ huius solicitudinibus temperare, nihil in consuetudine cum aliis per dolum agere, nihil omnino de aliquo secus loqui, nemini detrahere, neque detrahentem alium libenter audire, non facilem esse ad ea credenda quæ de altero secus dicantur: iracundiam sibi dominari non sinere, non praua cupiditate vlla vinctum detineri, non temere proximo succensere, conceptæ aduersus aliquem iræ tenacior ne sis, non malum pro malo reddere: maledictis incessi potius, quàm incessere, pulsari, quàm pulsare, iniuriam accipere quàm facere, fraudari quàm fraudare. Potissimum autem debet se monachus à congressione mulierum abstinere, itemq; à vini vsu: quia vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes: & in præceptis domini pro viribus exequendis, nequaquam animum despondere, tædio anxiè affici, sed laborum suorum præmium, laudemq; à domino expectare: & sempiternæ vitæ optare fruitionem, & Dauid verba illa assiduè ante oculos habere, ac dicere: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. & vt filium quidem addecet toto corde, totaq; fortitudine, menteq; tota ac viribus deum diligere: vt seruum verò reuereri, ac metuere, obedireq;, & cum timore, ac tremore animę suæ salutem operari: spiritu feruere, indutum esse omnimodam armaturam spiritus sancti, & currere non in incertum & pugnare non tanquam qui aërem verberet, & in corporis infirmitate, & animi mendicitate, aduersarium superare: omnia sibi assignata & ex ordine præscripta munera exequi, & se inutilem appellare: gratias agere sancto & glorioso ac metuendo deo: nihil per contentionem aut inanis gloriæ studium facere, sed dei causa tantummodo, vt placeat deo. Quoniam dissipauit deus ossa eorum, qui placere hominibus student, prorsus nunquam gloriari, ne-

ὑφαρ.

ἄκτιστον ☩ ὁμοούσιον

Ecclī.19.b

Psal.15.c

τρέχειν καὶ πυκτεύειν

Psal.52.b

riari, neque suimetipsius laudes prædicare, neque prædicanti alteri aures libenter præbere, in occultoq; non aucupandæ laudis causa humanæ, omnia facientem seruire, ac solam, quæ à deo est, laudem quærere: deq; horrifico, glorioso q; eius aduentu cogitare, de migratione ex hac vita, de repositis iis, qui rectè vixerint, bonis, similiterq; de parato igne diabolo & angelis eius: & præter hæc omnia, Apostoli verba illa in memoria habere, Nō esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: & illud vnà cum Dauid dicere: Custodientibus mandata eius retributio multa, merces nimirum illa copiosa est, & coronæ iustitiæ, æterna tabernacula, vita finem nunquam habitura, gaudium inenarrabile, perpetua mansio apud patrem & filium & spiritum sanctum, qui est verus in cœlo deus, faciei ad faciem manifestatio, choreæ cum angelis, cum patribus, cum patriarchis, cum prophetis, cum apostolis, cum martyribus, cum confessoribus, cum omnibus denique, qui ab æterno placuerunt deo, in quorum numero studiose quæso operam demus, vt nos quoque censeri possim°, & inueniri gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiū in secula seculorū. Amen.

Roma.8.d Psal.18.

ἐμφανισμὸς προσώπου

EIVSDEM EPISTOLA AD CANONICAM.

PEr hoc minus reddimur ad scribendum alacres, quòd nō vsquequaq; nobis persuaserimus peruenturas esse ad manus vestræ charitatis literas: sed per ministrorum improbitatē malitiosam à plerisque eas legi aliis prius, quàm ad te perferantur, idq; præsertim nunc temporis quo in domo dei sursum deorsum omnia permiscentur. Modum itaque præstolor, quo ipsa mecum hac de re expostules ac cōquerare, & tanquàm vi iniecta à me extorqueas vt scribam: vt vel hoc argumento vsus intelligam, tibi ne sint redditæ literæ nostræ. Quanquàm siue scribimus, siue etiam silemus, in hoc ipso vno sumus occupati, vt memoriam modestiæ tuæ assiduè in animis nostris conseruemus, Deumq; ipsum precemur, vt eas tibi vires suppeditet, per quas cursum istum, quē in istiusmodi præclaro vitæ genere pridem instituisti, egregiè vsque ad extremum possis tenere. Reuera enim nō vnus aliquis agon imminet ex pacto profitenti, vt quæ suæ sunt professionis munia obeat legitimè ac rite persequatur. Nam vitæ sibi genus deligere Christi euangelio conueniens, hoc quidem cuiuis facile est. Quòd autem quis vel minutissima quæque, quæ in eo descripta consilia sunt, conseruet, neque eorum quiduis neglectim transmittat: hoc verò rari, quos quidem ego nouerim, opere ipso præstiterunt, vt videlicet lingua vsi continenti silentio obuincta, oculis etiam eam disciplinæ moderationem adhiberent, quam requirit euāgelicæ perfectionis tenor, manibus insuper indicerent intentum laborem ex susceptо ineundæ dei gratiæ consilio, motum itidem præscriberēt pedibus, denique & reliquis totius corporis membris eo modo vterentur, quem & eorum susceptæ vitæ propositum, & ipsa initio opificis nostri fabricæ ratio requireret, qui in vestitu pro decoro modestiam, in congressione cum cæteris circūspectionem, in cibis illud modò, quod natura desideraret, tenerent: in rebus ad vitæ vsum parandis, vni tantum necessitati consulerent. Atque hæc quidem dum simpliciter hoc modo dicuntur, leuia videntur, ac nullius penè difficultatis: eiusmodi sunt tamen, in quibus seruandis magna opus esse contentione, ipse nos vsus docuerit. Atque illud etiam, vt perfectè humilitatem teneamus, vt videlicet neque natalium nostrorum nobilitatis memores simus, neque si qua in re præcipua dote aliqua aut naturæ, aut corporis, aut animi cæteris excellamus, ea causa nobismetipsis placeamus. Itidemq; neque aliorum de nobis existimatione, causa ad superbiam, fastidiúmve abutamur. hæc quidem etiam Euangelicam vitam attingunt. Similiter illa quoque, in abstinentia seruanda animi vehemens quædam obfirmatio, assiduitas in orationibus operosior, in amore fraterno condolescens lenitas, bonorum in inopes communicatio, animorum deiectio, cordis contritio, integritas fidei, æquabilis in seueritatis tristitia tenor, vigente assiduè in animis nostris memoria horrendi, & inexorabilis iudicij illius: ad quod cùm vniuersi festinemus, paucissimi sunt tamen, qui eius meminerint ac de illius euentu sint soliciti. Cum autem multa sint quæ à sacris literis declarentur, quæq; præstari ab iis debeant, qui deo studeant placere, de his in præsentia ea tantummodo summatim, quantum ex diuinis literis accepi, libuit mihi vobis vel exponere, vel commemorare potius, de quibus ex me vos quæsiuistis, necessariis de rebus, singulis testimoniis, quoniam ea in promptu erant, omissis: quæ illi facilimè legentes inuenirent, qui lectioni operam dant, qui quidem idonei erunt, qui alios

Sed & hodie passim resignantur literæ p hāc luteranorū motoriam tragœdiam.

συμπαθὲς

2.Timo.2.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

alios etiam doceant. Hæc autem sunt, Oportere Christianum, animum sumere cœlesti vocationi respondentem, & vitam agere conuenientem Euangelio Christi. Item q; , Oportere eundem mente aut animo nequaquam distrahi, aut re vlla à dei perenni memoria, eius q; voluntatum ac iudiciorum abduci. Oportere Christianum, superata omnibus in rebus iustitia legis, prorsus neque iurare, neque per simulationem, dissimulationémve quicquam agere: non maledicere, non proterue cuiquam insultare, non litigare, non seipsum vlcisci, non malum pro malo reddere, non iracundia efferri in quacunque, quæ sibi fiat iniuria, patientem esse, & in se iniurium arguere, quandocunque id ferat occasio: id q; non vlciscendi libidine, sed fraternæ correctionis studio, conuenienter præcepto domini, Non oportere contra fratrem absentem quicquam dicere, animo inurendæ illi infamiæ aut calumniæ quod est detractio: esto verum sit, quod dicatur. Oportere Christianum non ridere, neque aliquo modo ridiculorum sectatoribus operam dare. Oportere detrahentem fratri suo auersari: In sermone sales, ac facetias fugere: nihil quod otiositatem arguat, temere proloqui, videlicet, quod neque in rem audientium sit, neque ad necessarium, & concessum nobis à deo vsum vllum pertineat: quò & qui in laborando sunt occupati, id facere studeant, cum quanto maiore fieri silentio potest: & quibus delegata de reliquorum consensu dispensandi sermonis ad ædificationem fidei prouincia est, ij sermones apud eos de rebus honestis instituant, ne contristetur spiritus sanctus dei. Nõ debere cuiquam qui intra monasterium ingressus sit, liberè potestatem permitti ad fratrum quempiam accedendi, alloquendi ve, priusquam quibus totius fratrum societatis regendæ delatum negocium sit, diligéter ij animaduerterint, vtrum hoc fieri placeat deo, & an in communem rem sit. Non oportere Christianum sinere à vino se quasi vile mancipium vinci, non carnis immodicè esse appetentem, non denique in cibo, aut potione vlla voluptatem sectari.

1. Cor. 9. d Qui enim in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Oportere eorum, quæ singulis dentur vtenda, nihil quicquam vt iuris sui proprium possidere, aut sibi tanquam suum reseruare: diligentiam tamen in omnibus vel vtendis, vel conseruandis eam adhibere, quam in dominicis rebus adhiberi par sit: neque eorum quippiam, si casu negligéter abiectum sit, sinere disperire. Oportere vnumquenque nequaquam sui se iuris esse existimare, sed proinde ac si in seruitutem à deo fratribus addictus sit, ita & sentire, & facere omnia, vnumquenque tamen seruato ordine suo. Nõ murmurandũ neq; in penuria rerum ad vitam necessariarũ, neq; in immoderato opere faciẽdo & laboris delassatione, cum de his singulis iudicij periculũ illis immineat, ad quos cura illa pertinet, vt hæc ipsi debeant animaduertere. Non debere Christianũ clamorem attollere, neq; aliud quiduis in gestu motúve aliquo præ se ferre, vnde aut ira incitati, aut aliud agentis, & nequaquam deum adesse verè existimantis animi significatio detur. Oportere vocem ad eorum qui audiant, vtilitatem, accommodare, neminiq; neq; aspere, neq; superbè respondere, in omnibusq; lenitatem tenere, & reuerentiam aduersus omnes adhibere. Per dolũ neutiquã annuendũ oculo, aut alteri⁹ membri gestu vtẽdum quo frater offendatur, aut intelligat se contemni. In vestimentis, calceamentísve exquisitam elegãtiam fugere, quãdo hoc facere ostentationis est. Oportere rebus ad vsum corporis comparatis vilibus vti, neque ad largiorem luxum quicquam insumere, quod facere abusus dicitur. Honores non oportere sectari, neque primas sibi vendicare: vnumquenque sibi cæteros præponere oportere, non se à subiectione eximere: non oportere vt ocioſus panem manducet, qui valeat laborare: potiusq; debere vnumquenque etiam cum in rebus iis, quæ ad dei gloriam pertineant, tractandis sit occupatus, ab iis seipsum violenter veluti abstrahere, atque ad operis pro viribus faciẽdi studium impellere. Oportere vnumquenque ex antistitis arbitrio cum ratione, & summa animi persuasione omnia quæ agat, moderari, atque ipsum etiam adeo cibum, ac potionem assumere ad gloriam dei. Non oportere quenquam de vna se in aliam officinam transmouere, nisi id ita esse illi rectum iudicarint, quibus huiusmodi rerum singularum data procuratio sit, extra quàm si quando repentina fortuita necessitas aliqua inde ipsum ad opem fratri, qui tunc præ imbecillitate id ipse non possit, ferendam vocet. Oportere vnumquenque, in quo vocatus est, in eo manere, neque assignatos sibi fines transilire, aut vlterius quàm quantum sibi præfinitum sit, in labore operum progredi, nisi ad quos isthæc pertinent, aliter iudicauerint, & deo id gratum esse censuerint. Oportere nihil per contentionem aut litem aduersus aliquem facere. Nõ debere alterum alterius laudibus inuidere, aut ex culpis alienis voluptatem aucupari, cumq; quid recte minus à fratre suo factum quisque animaduerterit, officij sui esse existimare, eo modo quo Christi charitas postulat, dolere, angiq;. Contrà, si quæ rectè fieri viderit,

ἀνυπόταικτον

ἐπαμβαίνῃ

derit, gaudere ac lætari. Non oportere aliorum peccata, quasi id nihil referret, lentè ac dissimulanter ferre. Oportere qui alterum redarguit, eum cum timore dei, adhibita omni animi lenitate redarguere: in eáque re id vnum spectare tãtummodo, vt à peccato peccantem abducat: vicissimq; debere, qui redarguitur, reprehenditúrue, æquo & alacri animo ferre, se redargui, aut reprehendi, vt qui sciat in eo sibi vtilitatem positam, si corrigatur: Non debere, cum alius quispiam corripiatur, illo ipso, vel aliis quibusuis præsentibus corripienti alium contrà aduersari. Quòd si tamen aliquando correptio illa alicui neutiquam, ratione facta videatur, illum cum eo semotis arbitris ea de re agere oportere: ipsumq;, vel cur ita facere non debuerit, docere: vel contrà ab eodem causam, cur ita fecerit, ipse edoceri. Debere vnũquenque in eo adniti, si aliquem sibi aliqua de causa infensum habeat, vt sibi eius animum mitiget, quantum possit. Non oportere cum quis peccauerit, & peccasse ipsum pœnituerit, præteritorum illius peccatorum memoriam retinere, potiusq; iniurias ei ex animo omnes condonare. Oportere eum, qui pœnitere se dicat, non ob id compungi modò, quòd peccauerit: sed fructus edere pœnitentiæ dignos. Quòd qui ob ea quæ prius commisit delicta, castigatus sit, & dignus habitus, cui illa sint condonata, is si denuo peccauerit, duriùs etiam q̃ anteà sibi iræ dei iudicium parat. Oportere eum, qui post vnam & alteram admonitionem, obstinatè tamen nihilominus in vitio perseuéret, ad antistitem deferre, expeririq; num fieri possit, vt à pluribus obiurgatus, à prauo proposito suo pudore aspersus desistat. Quòd si ne sic quidem noxam emendauerit, oportere eum ab reliquo corpore præcidi, & vt gentilem haberi, ac publicanum, vt illius exemplo admoniti cæteri, cautiùs se gerant, qui studiose in officio & obedientia permanentes laborent, conuenienter dicto illi, Ruentibus impiis iusti in timore erunt. Oportere etiam illius veluti membri ab reliquo corpore desecti vicem dolere. Nequaquam pati oportere vt iritato adhuc fratre sinas solem occidere, ne forte aliquando ambos sic dissidentes interuentu suo separet nox, & in die iudicij crimen relinquat inexpiabile. Ad vitę correctionem non comperendinandum, cùm quid cras futurum sit, certum nobis promittere non possimus, & multos sciamus, qui rebus multis consilio designatis ad perendinum diem non peruenere. Non oportere à ventris saturitate in fraudem induci, ex qua imaginatiuæ ludificationes postea nocturnæ nascuntur. Non oportere distrahi per intẽperiem immodici laboris neque naturalis in victu quærendo necessitatis limites egredi, ex præcepto Apostoli: Habentes victum & integumenta, his contenti simus. Quando copia illa, quæ vltra necessarium vsum quæritur, satis multas inesse in homine nimias habendi cupiditates indicat. Porrò huiusce modi immodica cupiditas, simulachrorum cultura appellata est. Oportere omnem ab se pecuniæ cupiditatem penitus amoliri, neque in thesauros quicquam ad res inutiles, ac minime ad nos pertinentes recondere. Oportere ad deum accedentem, toto animo rerum omnium nuditatem amplecti, & vndique dei timore configi, secundum illud prophetæ: Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Vtinam verò det vobis dominus, vt susceptis cum omni fiducia ac plenitudine fidei iis, quæ dicta à me sunt ad suam ipsius gloriã, dignos spiritu fructus feratis annuẽte deo patre, & Iesu Christo domino nostro adiuuante. Amen.

καταδ' ἀχθῆναι προθύμως.

1. Tim. 6 b.

Col. 3. a.

ἐκτιμοσύνην.

Psalm. 118. a

EIVSDEM HYPOTYPOSIS, HOC EST *formularis & compendiaria descriptio uitæ monasticæ.*

CVm dominus noster Iesus Christus præcipiat ac dicat, Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et valde metuendum Apostolus iudicij periculum illis asserat immi nere, qui quæ dici debeant, ea taciti prætereant, in his quæ cum Ephesiorum senioribus agit: Testificor enim vobis, inquit, hodierna die, quòd mundus sum à sanguine omnium: Non enim subterfugi, quo minus annunciarem vobis omnem veritatem & omne cõsilium dei. Cumq; hoc idem vt faciamus nobis præcipiat, quãdo ait: Hęc cõmone, testificans corã domino, quoniã cum omnibus mihi coràm de præceptis domini testificari potestas non fit, necessariò à me fieri duxi oportere, vt ad vestram saltem omnium, quę est in Christo, charitatem perscriberem, atque ita & me ab iudicij periculo liberarem, vosq; de rebus ad officium vestrum spectantibus, certiores & vsquequaq; persuasos redderem, in nomine domini nostri Iesu Christi, quò neq; vos ex inscientia in stimulum mortis impingeretis id quod peccatum est, aut dei

Matt. 10. c.

Act. 20. f.

2. Timo. 2. c

παραιτητον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei mandatum aliquod negligeretis, de quo ſcriptum eſt, quia mandatum dei, vita eſt æter G
na, atque ab hac ipſa ob eam cauſam excideretis, cum dominus dicat, Qui non obedit filio,
Ioan.12.g. non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Neque nos eorum, quos ad interitum pec
ἀπειθῶν. catum dediſſet, ſanguinis rei propter taciturnitatem noſtrã inueniremur. Porrò hoc ipſum
Ioan.3.d. iudicium primò in medium depromam, & cauſam iſtius adeò magnæ eccleſiarum dei in-
ter ipſas, ſimilitérque ſingulorum etiam priuatim diſſenſionis atque diſſidij, periculumq;, tũ
manifeſtiſſima ex diuinis literis petita afferentur argumenta de vehementi, horribiliq; in
eos animaduerſione, qui quoduis dei præceptum violauerint: ex quo planiſſimè intelligi po
terit, vt quis quamplurima rectè videatur feciſſe, is tamen ſi in pauciſſimis, vel in vno etiam
modò, cuiuſcunq; illud generis ſit, exequendo mandato, negligenter ſe geſſerit, vel etiã cum H
deliquiſſe alium conſpicatus ſit, perinde ac ſi id nihil ſua referret, lentè ac diſſimulanter tu-
lerit, neq; in eum iuſta indignatione zeloq; incaleſcens, qualem incuſſo diuini iudicij timo-
re adhiberi par ſit, adhibuerit correctionem, ob hoc vnum tantummodò fore vt pœnas lu-
at: & licet ei ex inſcitia iſtiuſmodi aliquid inciderit, ne ſic quidem impunis abibit. Deinde
piam dei patris, vnigeniti q; eius filij dei, ac ſpiritus ſancti confeſſionem opus præſens com-
περιέξει. plectetur. Poſt eorum, quæ expreſſè à diuina tradita nobis ſcriptura ſunt, cognitionem ape-
riemus, omnium videlicet, & à quibus abſtinere, & in quæ ſtudium eos ſuum maximè opor
teat conferre, qui ad æternam vitam ac cœleſte regnum aſpirant. Similiterq; ſeparatim, quæ
cuiuſq; gradus aut ordinis peculiaria eſſe officia debeant adducentur. Inde operam dabi- I
mus, vt certam veluti quandam ac peculiarem veri chriſtiani formulã exprimamus, eamq;
breuem, & quæ definitionis veluti locum obtineat: hæcq; omnia ex ſacroſancta ſcriptura.
Sequetur poſtea conſimilis etiam inſignis illorum, ac peculiaris quædam nota, qui traden-
dæ præſunt dominicæ doctrinæ, in quibus politiſſima quædam ac purgatiſſima veræ chri-
ſtianæ vitæ ratio elucebit, & quædam (vt ita dicam) eorum dignitatis magnificentia, qui in
huiuſmodi claritate doctrinæ luculenter ſe gerãt inclareſcet. His ea deinceps à nobis adiun
gentur, quæcunq;, dum ſimul de ea, quæ ſecundum deum vita eſt, diſputaremus, percontan-
tibus nos fratribus reſpondimus: quæ omnia in exemplaribus deſcripta, ad veſtram in Chri
ſto charitatem mittenda curauimus, vt compleatur in vobis, vel per nos quoq;, quod dictũ
2.Tim.2.a. eſt ab Apoſtolo, Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. K

EIVSDEM PROOEMIVM IN LIBRVM
Ethicorum, hoc eſt de moribus.

De iudicio Dei.

OPTIMI dei bonitate & erga nos benignitate, per gratiã domini noſtri
Ieſu Chriſti, ex operatione ſpiritus ſancti ab tradita per manus gentiliũ L
ſuperſtitione liberat°, & iam tum à primo ętatis meæ initio in chriſtia-
ἀπὸ βρέφους norũ parentũ diſciplina educatus, ſacrarum ab ipſis literarũ cognitione,
vel à puero imbutus ſum, quæ me ad veritatis agnitionẽ adduxere. Vbi
verò advirilem iam ętatẽ perueni, ſanè in multis itineribus quę per eam
ætatem ſuſcepi, compluribus etiam, quæ (vt credi par eſt) negocia geſſi,
prorſus cogitans, in cæteris quidem artibus & ſcientiis magnopere eos inter ſe conſentire
animaduertebam, qui illarum quáſq; diligenter perſequerentur. Contrà verò in ſola dei ec-
cleſia, cuius cauſa Chriſtus mortuus eſſet, & ſuper quam ſpiritum ſanctum ſuum largiter ef
fudiſſet, multorum tum priuatim inter ſe fide maiorem diſſenſionem, tum in ſacris literis M
intelligendis diſcrepantiam adeo videbam magnam: quodq; ſine horrore maximo cogitari
non poteſt, ipſos eccleſiæ antiſtites adeo voluntatibus inter ſe mutuo, opinionibusq; diſſide
re, adeoq; in mandatorum domini noſtri Ieſu Chriſti intelligentia vehementer diſſentire,
ἀνηλεῶς. Deiq; eccleſiam inclemẽter dilacerare, ipſiusq; ouile immaniter, atrociterq; diuexare, vt ſine
Act.20.f. dubio in ipſis completũ hoc tempore ſiquando aliàs, oraculũ illud iudicarẽ, exorta noua iſta
in eorũ animis hæreſi. Ex vobis ipſis exurgẽt viri loquẽtes pueꝛſa, vt abducãt diſcipulos poſt
ſe. Hęc atq; ei° gñris alia cũ animaduerterẽ, adhęc mecũ ipſe animi incert° volutare cœpiſſe,
quænã, aut vnde ingẽtis adeo calamitatis cauſa extitiſſet, ſanè ipſo qdẽ dubitatiõis meę hui°
initio,

A initio, in obſcuriſſima mihi veluti quadam caligine videbar verſari, & non ſecus atque ſi in
aliqua eſſem ſtatera cõſtitutus, modo in hanc deuergebam, modo in illam partem declinabã,
cum videlicet alius alio me, ob diuturnam, quę mihi cum hominibus interceſſiſſet, conſuetu-
dinem raperet: aut contra item, alio propellerer & auocarer propter eam, quam in diuinis li-
teris agnoſcerem veritatem. Cum autem in hac diu animi veluti fluctuatione iactarer, cau-
ſamq; quam dixi, cupide & anxiè perueſtigarem, venit mihi in mentem libri in quo iudicum
recenſentur hiſtoriæ, in quo ſcriptum illud eſt, Vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, il- Iud.21.d
lud faciebat, ſimulq; etiam cauſa cur id ita fieret declaratur, in eo quod ſuperius ſcribitur, his
verbis: In diebus illis non erat rex in Iſraël. Horum igitur cum mihi in mentem veniſſet, il- Iud.17.c
B lud etiam de hoc ipſo, in quo ſumus rerum ſtatu, cœpi cum animo meo reputare, quod licet
dictu forſan terribile ac plenum ſit formidinis & mirabile, veriſſimum tamen comperietur,
ſi quis rem rectà expenderit. Num videlicet hoc ipſo etiam tempore ex aſpernatione ſingu-
laris, & magni, ac veri, ſoliuſq; rerum omnium præpotentis & regis, & dei, magna adeo eo-
rum, qui in dei eccleſia cenſerentur, diſſenſio, pugnaq; inter ipſos eſſet excitata: quòd ſcilicet
relicta vnuſquiſq; domini noſtri Ieſu Chriſti doctrina, ratiões ac regulas quaſdã propria ſibi
autoritate aſſerat ac vindicet, malitq; contra domini præcepta ipſe imperare, quàm ipſi pare-
re. Hoc itaq; cum mecum animo reputaſſem, atq; ex incredibili ſceleris magnitudine attoni- ἐκπεπληγμένος
tus, vlterius etiam perueſtigarem, nihilominus id vt ita eſſe crederem, ea me inducebant, quæ
C in quotidiano vitæ communis vſu videbam verſari. Animaduertebam enim in quauis mul-
titudine, diſciplinam conſenſionemq; eouſq; ſolere ſeruari, quoad omnium communiter ad-
uerſus principem vnũ in parendo eius imperio cõſpiratio teneretur: cõtraq; diſſenſiones, atq;
diſſidia, ſimiliter imperantiũ etiam multitudinẽ ex eo naſci, quod nemo eſſet, qui imperaret: πολυαρχίαι
hocq;, quod dico, aliquãdo in magna apum frequẽtia animaduerti, quę naturali ductę inſtin- ἐκ τῆς ἀναρ-
ctu, regẽ ſuum, ſeruato ordine, ſequerẽtur. Cumq; iſtiuſmodi multa viderim ipſe, multa ab a- χίας
liis etiam acceperim, multo tamen iis nota plura ſunt, qui in rebus huiuſcemodi inueſtigan- à ſimili pe-
dis operam ſuam occupauere, vt ex his etiam verũ eſſe comprobetur, quod dicimus. Si enim tita βεβαίω-
eorum qui ad vnius tantum nutum reſpiciunt, & rege vtuntur vno, proprium eſt diſciplinæ σις
D ordo, atq; concordia: ſine dubio perturbatio omnis, omneq; diſſidium argumento eſt, nõ eſſe ἀνομοίωσις
qui imperet. Porrò hac eadem ratione, huiuſmodi quæ in nobis, & aduerſus domini prȩcepta, ſiue argu. à
& aduerſus noſmetipſos mutua reperitur diſſenſio, ea argumento ſit, nos vel à rege vero de- contrario
feciſſe, conſentaneum in modum dicto illi, Tantum qui nunc tenet, teneat, donec de medio 2.Theſ.2.b
fiat: vel funditus abnegaſſe, ſecundum illud, Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Cuius Pſal.52.a
rei veluti indicium ſignumq; certiſſimũ illud cõfeſtim ſubiicitur à Propheta: Corrupti ſunt,
& abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Quibus verbis ille maliciam illam, quæ tangi oculis
poteſt, & in actum erumpit, ſignum docuit eſſe eius impietatis quæ in animo deliteſcit. Pau-
lus vero apoſtolus cum eos, qui nondum omnino eſſent deprauati, ad pertimeſcenda dei iu-
E dicia vellet inducere, pœnæ loco, hoc multari aſſerit illos, qui veram dei cognitionem negle Roma.1.d
xerint: ſic enim eſt apud eum: Et ſicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos
deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, mali-
cia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, & cæteris, quæ in eo loco deinceps vitiis
commemorantur. Quanquàm hoc ipſum iudicium neutiquam Apoſtolum ipſum per ſe ar-
bitror excogitaſſe: Chriſtum enim in ſe loquentem habebat: ſed ex ea illius voce inductum,
quando ait, propterea ſe in parabolis loqui ad turbas, ne diuina arcana intelligant, quoniam Matt.13.b
priores ipſi oculos clauſerant, & auribus grauiter audiuerant, & incraſſatum erat inſipiẽs cor ἐκάμμυσαν
eorum: quo videlicet hoc eſſet ipſis loco pœnæ, vt in rebus maioribus cæcutirent, qui volun-
F tariè ipſi priores mentis lumine excæcato ſibimetipſis caliginem offudiſſent: quod metuens
Dauid ne ſibi vſu veniret, dicebat: Illumina oculos meos, ne vnquàm obdormiam in mortẽ. Pſal.12.b
His igitur, talibusq; adductus argumentis, conſtare iudicabam, in vniuerſum quidem vitio-
rum prauitatem ex eo naſci ſolere, quod vel nulla dei cognitio ſit: vel ea ſi ſit, peruerſa, ac pra
ua ſit. Separatim autem mutuam inter nos ipſos, multorũ diſſenſionem inde originẽ ducere, ἐγγίνεται
quòd noſmetipſos idignos reddiderimus, qui à domino regeremur. Porro ad iſtiuſmodi vitæ
conſiderationem quandocunq; mecum ipſe ſtatui vt accederem, non ſanè metiri poterã ma-
gnitudinẽ iſtiuſmodi ſtupiditatis, vel amẽtię, vel furoris (vel quo alio hoc idoneo appellẽ vo-
cabulo, neſcio) adeo modũ omnẽ ſuperat prauitatis incredibilis magnitudo. Etenim ſi in bru- Simile à
tis etiã animãtibus conſenſionẽ nõ alio modo cõſeruari animaduertimus, q̃ ſi eæ regũ ſuorũ minori
b imperiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperiis obtẽperẽt:quid quæſo dici de nobis debeat,quos & vehemẽter adeo inter nos diſſidere,& in diuinorũ mandatorũ interpretatione adeoeſſe conſtat diſcrepantes? An non hæc omnia cenſeamus,cum hoc tempore ab optimo deo nobis,docendi cauſa nos,corrigendiq; propoſita ſint,eadem fore vt in magno illo,ac formidabili nouiſſimi iudicij die ad ignominiam & condẽnationem nobis obiiciantur ſi auerſati fuerimus diſciplinam? à quo & olim iam dictum eſt,& aſſidue etiam nunc dicitur:Cognouit bos poſſeſſorem ſuum,& aſinus præſepe domini ſui:Iſraël autem me non cognouit,& populus me non intellexit, & alia pleraq; in hanc ſentẽtiam. Illud autem,quod dictũ eſt ab Apoſtolo:Et ſi patitur vnum membrum, cõpatiuntur omnia membra:ſiue glorificatur vnum membrum,congaudent omnia mẽbra. Et itẽ: Ne ſint ſchiſmata in corpore, ſed in id ipſum pro inuicẽ ſolicita ſint mẽbra, nimirũ quæ ab vna, à qua inhabitantur,anima,moueantur,quamobrẽ ita tandem inſtitutum eſt? Ego quidem ob eam cauſam opinor,vt huiuſmodi diſciplinæ ordo,ratioq; multo magis ſeruaretur in eccleſia dei,ad quam dicitur:Vos autem vnum corpus eſtis,& membra ex parte: cõtinẽte videlicet & coaptante in ea alterum alteri ad cõcordiam,capite vno ac ſingulari,qui eſt Chriſtus. Apud quos vero non concordia,non vinculum pacis,non in ſpiritu lenitas conſeruatur: contraq; diſſidium,æmulatio,obtrectatioq; inueniuntur:hos Chriſti membra appellare, & ab eo dicere gubernari,magnæ enimuero audaciæ fuerit: contraq; ſimplicioris animi, non libere ac fidenter pronunciare,vigere ibi ac regnare ſenſum carnis, conuenienter dicto illi Apoſtoli,apud quem hæc præciſe ſunt verba:Cui exhibetis vos ſeruos ad obediẽdum, ſerui eſtis eius,cui obeditis. Atque huius ipſius ſpiritus proprietates idem percenſet, quando ait: Cum enim ſint inter vos zelus & contentio,& diſſidia,nõne carnales eſtis? Qui idem manifeſtè docet,quàm earum rerũ grauis exitus ſit,& q̃ à veræ pietatis ſocietate alienus,quando dicit Sapientiã carnis eſſe inimicam deo,legi enim dei nõ eſſe ſubiectam,neque enim poſſe. Cauſa autem eſt ea, quod nemo,ſicut aſſerit dominus,poteſt duobus dominis ſeruire. Hæc igitur cũ ita ſint, atq; vnigenitus ipſe dei filius,ac deus noſter Ieſus Chriſtus per quem omnia facta ſunt,clamet,ac dicat,deſcendiſſe de cœlo ſe,non vt faciat voluntatem ſuam,ſed voluntatem eius qui miſit ſe patris:itemq; ſe à ſeipſo nihil facere,& mandatum ſe accepiſſe quid dicat,& quid loquatur:ſimiliterq; cum ſpiritus ſanctus ille,qui magnifica,& admiranda dona illa diſtribuit, omniaq; in omnibus operatur,à ſemetipſo nihil loquatur,ſed quæcũque audierit, hæc loquatur:quî nõ obſecro lõge magis neceſſarium eſt,vt vniuerſa Eccleſia dei, ſolicita ſeruare vnitatem ſpiritº in vinculo pacis,illud compleat quod ſcriptum eſt in Actis? videlicet,Quod multitudinis credentium erat cor vnum,& anima vna:quippe cum nemo eſſet ſcilicet, qui volũtati obſequeretur ſuæ,contraq; omnes communiter in ſpiritu ſancto voluntatem quærerent vnius domini Ieſu Chriſti,qui dixit:Deſcendit de cœlo,non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatẽ eius qui miſit me patris,ad quem patrem loquens ait: Non pro his autem rogo tantum, ſed & pro eis,qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint. His ego aliisq;, quas in præſentia omiſi rationibus adductus lõge pluribus,cum vſque adeo manifeſtè, vt cui controuerti à nemine poſſit,neceſſariam in tota ſimul eccleſia dei eam, quæ è Chriſto eſt, in ſpiritu ſancto concordiam eſſe duxiſſem,contraq; periculoſam ac pernicioſam rẽ eſſe in mutuo inter nos diſſidio contumaciam ſiue inobedientiam aduerſus deum (Qui enim aduerſus filium contumax eſt,inquit,non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eũ) illud deinceps cõſequẽs eſſe arbitratus ſum,vt de peccatis perueſtigarem,cuiuſmodi eſſent ea, quæ à deo veniã poſſent impetrare, itémque vicißim quot quis, & quibus admiſſis, contumaciæ iudicio obligaretur. Cùm igitur diuinarum literarum memoriam animo colligo, reperio tam in veteri, quàm in nouo Teſtamento, neque in numero, neque in magnitudine peccatorum, ſed in vna tantummodo cuiuſcunque tandem generis præcepti violatione contumeliam aduerſus deum iudicari,à Deóque in omnes promiſcue,qui dicto ipſius audientes non fuerint,ſupplicium conſtitutum. Atque in veteri quidem, quando horribile illud Achan exitium lego, aut hiſtoriam illius qui ſabbato ligna collegerat: de quorum neutro, quod aut aliter in deum peccauerit, aut hominem quempiam vlla in re vel magna vel mediocri prorſus violauerit, nuſquam reperitur. Atqui tamen alter ob vnam modo,eamq; primam lignorum collectionem,pœnas inexpiabiles luit,& ne ſpatij quidem tantum inuênit,in quo poſſet pœnitere:ſiquidẽ dei iuſſu confeſtim à cũcto populo lapidibus obruitur: Alter autẽ,quòd neſcio quid tantũmodo ſublegerat eorũ,quæ deo fuerãt dedicata, neq; tamen adhuc intra ſynagogã importata,neq; ab iis recepta,ad quos rerũ huiuſmodi receptio pertinebat,nõ ſibi modò,ſed filiis etiam &

Eſa.1.a
1.Cor.2.c
1.Cor.12.d
ὠκονομήθη aliàs, ᾠκοδομήθη
διχοστασίαι καὶ ἔριδες καὶ ζῆλος
Roma.6.c
1.Cor.3.a
Roma.8.b
Matt.6.a
Ioan.6.d
Ioan.12.g
Ioan.16.b
Acto.4.f
Ioan.6.d
Ioan.3.d
πρὸς θεὸν ἀπρόσιτα. ἄχαρ
Ioſue.7.d

etiam & cõiugi exitio fuit, atque vnà cum ipſo tabernaculo,vniuerſis etiam propinquis ſuis. Iamq; in eo res erat,vt hæc peccati lues cũctum populum ignis inſtar populatura videretur: &,quod magis mirandum eſt,qui neq; peccati autorem ſciret, & ſi ſciiſſet,nullo modo ei cõdonaturus fuiſſet,niſi quàmprimum ex ipſa virorum qui occiderant,calamitate,animaduerſa dei indignatione,miſerè ſe afflictare cœpiſſent,& niſi Ieſus filius Naue vnà cum ſenioribus capite puluere conſperſo ſeſe in terram abiecißet. Quo facto, & eductis ſortibus deprehenſus ſceleris autor,ſupplicium,quod diximus,luit. Sed dicet aliquis fortaſſe, merito de his quidem poſſe exiſtimari fuiſſe eos aliis etiam ſceleribus obſtrictos, ac propterea factum eſſe vt in his poſtea deprehenderentur,ſanctasq; literas de his ſolum mentionem feciſſe, quæ grauiora eſſent,capitalioraq;. Verum vt valde confidens ſit quiſquis eiuſmodi ſit,vt ad ſacras literas adiicere ipſe,vel demere aliquid audeat,nunquid quæſo Mariam hic etiam Moyſis ſororem accuſabit? ac peccatis multis fuiſſe illam coopertam audebit dicere? cuius virtutes nullum arbitror fidelem eſſe qui non cognouerit. Hæc quòd ſemel modo ſecus neſcio quid de Moyſe locuta eſt,idq; ipſum vere (Mulierem enim,inquit,Aethiopiſſam accepit ſibi) adeo vehementer deum aduerſum ſe iritauit,vt ne ipſe quidem ſuppliciter pro ea deprecans Moyſes quominus multam peccato irrogatam ſuſtineret,ipſi impetrare potuerit. Quoties igitur animo mecum Moyſem ipſum intueor dei miniſtrum,magnum illum virum,cui talis à deo ac tantus fuerat honos delatº,magnificaq; adeo ſummæ virtutis data teſtimonia,vt audire promeruerit illud, Noui te præter cæteros &, Inueniſti gratiam coràm me: Hunc ipſum quoties cõſidero ad Aquã contradictionis,nullam aliam ob rem, niſi quòd tantummodo dixerat populo propter aquæ penuriam murmuranti, Num de petra hac aquam vobis poterimus eiicere? hac ſola de cauſa confeſtim ei fuiſſe denunciatum,nõ ingreſſurum illum in terram promiſſionis, quæ omniũ, quæ Iudæis promiſſa fuerant,erat tunc caput. Quoties igitur orantẽ hunc video,& nihil exorantem, quotieſq; reputo mecum nihil ei prodeſſe potuiſſe præclara adeo multa quæ fecerat, facinora,vt veniam tam breui verbo impetraret, vere (vt eſt apud Apoſtolum) rigidam dei ſeueritatem video,vereq; illud dictum eſſe perſuadeo mihi, Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Verum quid hæc ego commemoro? Quoties horrendam illam domini ſententiam audio aduerſus illum qui vnum modo,idq; ex ignorantia, mandatum trãſgreſſus eſt,profectò non reperio quomodo dignè ſatis irę illius magnitudinem extimeſcam. Scriptum eſt enim,Et anima quæ peccauerit per ignorantiam,feceritq; vnum ex his,quę domini lege prohibentur,& peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam, afferet arietem immaculatum de gregibus precio argenti in delictum ad ſacerdotem,iuxta menſuram, æſtimationẽq; peccati,qui orabit pro eo,quia neſciens fecerit,& dimittetur ei,quia per errorem deliquit coram domino. Quòd ſi de delictis iis quæ ex ignorantia committũtur, iudicium habetur adeò durum,& pro eorum expiatione neceſſarium eſt ſacrificium, quod ex teſtimonio diuinarum literarum accepimus ſolitum fuiſſe Iob pro filiis ſuis offerre: quid obſecro de illis dicendum ſit,qui ſcientes peccant? aut de iis qui peccantes iſtos ſilentio tranſmittunt, non coarguentes? Verum ne probabilibus modo nixi coniecturis, hanc à deo aduerſus iſtiuſmodi homines indignationem ſolere ſuſcipi, probare velle videamur: neceſſario denuò afferenda in medium eiuſdem ſcripturæ autoritas eſt (extra quam nihil eſt quod præterea nunc requiramus) atq; ex vnius hiſtoriæ commemoratione,huiuſmodi ante oculos ponendum nobis iudiciũ eſt. Porrò,inquit,filij Heli,filij Belial. Eo igitur quod in hos pater, cum eſſent tales, non ſe vehementem adhibuerit,eiuſmodi aduerſum eos clementiſſimi alioqui dei iracundiam concitauit, vt facta contra ab alienigenis impreſſione, illi ipſi eius filij vno & eodem die in prælio trucidati occubuerint,& populº fuerit vniuerſus debellatus, quàm plurimis ex eo internecione cõſumptis: eaq; in arcam ſacroſancti teſtamẽti dei ſecuta ſint, quæ ante illam memoriam nemo vnquam audiuerat,vt quæ ſcilicet neq; ab Iſraëlitis,neque ab ipſis ſacerdotibus omnibus paſſim, neque quouis tempore,ſine ſceleris piaculo cõtingi poterat, neque temere quouis in loco aſſeruabatur: hæc ſceleratorum manibus ſublata,identidem modo huc,modo illuc tranſmoueretur: & quæ in ſacroſanctis antea ſolita erat locis reponi, ea in prophanis tunc ſimulachrorum delubris locaretur. Ex quo eſt coniecturam capere, quàm magnus in nomen dei riſus, quantumq; ludibrium apud extraneas illas nationes conſequeretur. Atq; ad hæc omnia ſcriptum legimus ipſum Heli miſerabili admodum exitu vitam terminaſſe,cum ſibi prius interminatum ſciret fore omnino,vt illius poſteritas ab ſacerdotali dignitate ſubmoueretur: cuius quidẽ prædictionis veritatẽ ipſe poſtea eius euẽtus cõprobauit. Hæc tã multa populo eue-

Collatio
καταπαυσὰ μενος χοῦν
Nume.12.a
ἁμαρτίαν ἐπιτίμια
Exod.33.c
Num.21.b
θεοῦ ἀποστο μίαν
Roma.11.c
1.Petri.4.d
ἐπ' ἀγνοίᾳ παραβεβη κότος
Leuit.5.d
ἐγνώσθη
1.Reg.2.c
בליעל pro abſq; iugo, exẽplar habet, λοιμοὶ peſtes, corruptelæ.
παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις

 nêre: ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nêre:tales propter filiorum ſcelus parenti calamitates accidêre. Neque enim quod ad ipſum G
nominatim pertineret,in vita vnquam ſua ipſe reprehenſus eſt:de quo quidem neque hoc di-
ci poteſt, quod eorum flagitia tacitus ſuſtinuerit, qui eos ſæpe admoneret, atque à peccatis
iſtiuſmodi dehortaretur,ſic dicens,Nolite filij mei,nolite, non eſt bona fama, quam ego au-
ματαιοπονέω dio de vobis:Atque etiam magnitudinem ſceleris exaggerans, periculum ipſis formidabilius
1.Reg.2.e proponit,cum ait,ſi peccauerit vir in virum,orabunt pro eo ad dominum: ſi autem in deum
peccauerit,quis orabit pro eo?Veruntamen quoniam vt dixi,non eum quem par erat, aduer-
ſum ipſos animi zelum præ ſe tulit, ſecuta ea ſunt poſtea, quæ memorauimus. Atque huiuſ-
modi quidem ſunt plurima, quæ in veteri teſtamento aduerſus eos iudicia reperio, qui qua-
cunque in re dei dicto audientes non fuerint. Cum verò ad nouum deueni, quod eſt domi- H
ni noſtri Ieſu Chriſti, in eóque dominum ipſum animaduerto, cum ne ea quidem quæ ex
ignorantia peccata committuntur, libera à ſupplicio dimiſerit, illis tamen vehementius
Lucæ.12.f comminatum quæ à ſcientibus commiſſa de induſtria ſint, idq; illis in verbis, Ille autem ſer-
uus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit voluntatem e-
ius,vapulabit multis.Qui autem non cognouit,& fecerit digna plagis,vapulabit paucis:quo-
ties igitur ipſius vnigeniti filij dei huiuſcemodi ſententias conſidero,& ſanctorum eius apo-
τηλικαῦτα πάθη ſtolorum aduerſus peccantes indignationem contemplor, talésque ac tantas iis, qui vel vna
in re qualicunque offenderint, oblatas calamitates aſpicio: ſine dubio animaduerſionis ſe-
Luc.12.f ueritatem in hoc nihilo minorem, imò maiorem etiam quàm in veteri intelligo. Siquidem I
cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus re-
petent ab eo. Animaduerte enim quæ beatus Paulus, ſimul & Chriſtianæ vocationis digni-
2.Cor.10.b tatem,& imminentem cuiuis peccato pœnam ſubindicans,dicat:Arma enim iuſtitiæ noſtræ,
inquit,non carnalia ſunt,ſed potentia deo,ad deſtructionem munitionum,conſilia deſtruen-
tes,& omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei, & in captiuitatem redigẽ-
tes omnem intellectum in obſequium Chriſti: non ſolum hoc autem, ſed & in promptu ha
bentes vlciſci omnem inobedientiam. Quo in loco poteſt qui ſingulorum verborum pon-
dera diligenter examinet, explicatius intelligere voluntatem diuinæ ſcripturæ: eam videli-
cet nequaquam permiſiſſe animum cuiuſque noſtrum erroribus falſarum opinionum, veluti K
in deuia quædam abductum,in peccati lubricum prolabi, quod videlicet exiſtimaret de pec-
catis eſſe quædam quidem,de quibus ſupplicium ſumeret deus, quædam vero, quæ impunita
dimitterentur:Sed quid ait illa?Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe
aduerſus ſcientiam dei:quippe tanquam omne peccatum,propter contumeliam quę ex eo in
Neglectus diuini mandati per cõtumeliã,altitudo extollẽs ſe,dicitur Paulo. deum,negligendo illus mandato,redundet,altitudo appelletur extollens ſe aduerſus ſcientiã
dei,id quod etiam in libro Numerorum planius explicatur. Cum enim in eo enumeratis iam
deus peccatis,à quoque contra voluntatem eius admiſſis,ſacrificiisq; quę propter ea fieri vel-
let,deſcriptis,populo deinceps de voluntariis legẽ vellet ſancire,quam ille ſeruaret, in hunc
modum exorditur:Et anima quęcunque in manu ſuperbiam fecerit (Superbiæ manum appel L
lans audaciam eorum,qui dedita opera peccant ſcientes,quod Apoſtolus altitudinem nomi
nat extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei.) Igitur anima, inquit, quæ in manu ſuperbiam fe-
cerit,ſiue indigena ſit ille,ſiue aduena,deum hic ad iracundiam prouocat, & exterminabitur
anima illa de medio populi eius,eo quod verbum domini cõtempſerit,& præceptum eius ir-
ritum fecerit,contritione conteretur anima illa de medio populi eius,peccatum eius in ea.Il-
lud autem operæ precium eſt hoc in loco obſeruare,Quod niſi contritione contrita fuerit a-
nima illa,peccatum eius non in ea reſidet ſolum,ſed ad alios etiam permanat, qui ad id vin-
dicandum iuſtum animi ardorem nõ adhibuerint?ſicut ſcriptum eſt multis in locis, & ſæpe- M
numero factitatum. Atq; vt ex his quæ ſunt leuiora,intelligamus quàm grauiter metuendum
periculum ſit in his,quæ maioris ſunt ponderis, attendere operæ precium eſt indignatio illa
quanta ſit,qua eadẽ diuina ſcriptura aduerſus illos vtatur,qui ſacerdotis dicto,aut iudicis au-
dientes non fuerint. Qui autem,inquit,fecerit in manu ſuperbiam,nolens obedire ſacerdotis
imperio,qui eo tempore miniſtret domino deo tuo, vel iudici, qui fuerit in diebus illis, mo-
rietur homo ille,& auferes malum de medio Iſraël,cunctusq; populus audiens timebit, & nõ
agent amplius impiè. Ex quibus verbis facile eſt intelligere, quàm vehementer nos oporteat
ἀπακοὴν ſolicitos eſſe,quantoq; opere exhorreſcere. Et in captiuitatem,inquit,redigẽtes omnem intel-
lectum in obſequium Chriſti omnem intellectum,non hunc, aut illum. Et in promptu habẽ-
tes vlciſci,& hoc in loco etiam,non hanc,aut illam, ſed omnem inobedientiam. Sine dubio

peſſima

A peſſima nos decepit conſuetudo:ſine dubio magnorum in nobis malorũ cauſa extitit peruer-
ſa hominũ traditio,quæ videlicet ex peccatis partim declinarit, partim nullo diſcrimine ad-
hibito ſuſceperit:& cum aliis vehementer ſe aſſimulet ſuccẽſere,veluti homicidio, adulterio,
& cæteris generis eiuſdem,alia ne ſimplici quidem increpatione digna iudicet,veluti iracun- κρίνουσας
diam,conuitium,temulentiam,auaritiam,& ſi qua ſunt his ſimilia, aduerſus quæ omnia alibi alij,τιθέντα
etiam is,ex cuius ore Chriſtus loquebatur,Paulus ſententiam extulit,cum dixit,dignos morte Roma.1.d
eſſe,qui talia agunt. Vbi vero omnis altitudo deſtruitur, quæ ſe aduerſus dei ſcientiam extol-
lit,& omnis intellectus captiuus ducitur in obſequium Chriſti,& ſine vllo diſcrimine ſuppli-
B cium ſumitur de quauis inobedientia:ibi haud dubie nihil quod non deſtruatur,nihil non pu
nitum remittitur,nihil à Chriſti obedientia excluſum relinquitur,quandoquidem commune,
& maximum in quacunq; præcepti violatione ſcelus ineſſe Paulus declarauit,cum dixit, Qui μέγιστον ἀν-
in lege gloriaris,per tranſgreſſionem legis deo contumeliam infligis? Sed nunquid hæc ver- σέβημα
ba fortaſſe tantummodo,ac nihil præterea in re?Quid,nõne qui apud Corinthios vxorem pa Roma.2.d
tris habebat,cum hoc vno excepto,alterius criminis inſimularetur nullius, nõ ſolum ipſe tra
ditur Satanæ ad interitum carnis,quoaduſq; editis dignis pœnitentiæ fructibus, peccati labẽ
emendet,ſed ſimul eccleſiam itidem etiam vniuerſam, quòd facinus illud merita pœna per-
ſecuta non eſſet,ſecum in criminis ſocietatem adducit?Sic enim ſcriptum eſt,Quid vultis?in 1.Cor.4.d
C virgâne veniam ad vos?Et paulò inferius,Et vos inflati eſtis,& non magis luxiſtis, vt tolla-
tur de medio qui hoc opus fecit?Quid verò Ananias,cuius hiſtoriam ſcriptam in Actis legi-
mus?Quid,nunquid ille quoq; aliud feciſſe maleficium reperitur,præter id vnũ, propter quod
acerbe adeo multatus eſt?Vbi igitur apparet,grauem adeo pœnam fuiſſe illum commeritum? νοσφισάμε-
Prædium ſuum vendiderat,precium attulerat,idq; ante Apoſtolorum pedes ſtatuerat:attamẽ νος
quod partẽ de eo clam malicioſe cõpilaſſet,propterea eodẽ ipſo tempore vnà cũ vxore morte
afficitur,non dignus habitus qui de agenda ob admiſſum peccatum pœnitentia quicquam au
diret:non qui ſpatij ſaltẽ tantũ nanciſceretur,per quod vel leuiter animo indoleret & cõpun-
geretur nõ qui moram deniq; ad ſeipſum redeundi vllam inueniret. Quid porrò talis ille ac εὐπροθέσ-
D tanti iudicij apparitor,atq; adeo vehemens ſententiæ dei aduerſus peccati autorem miniſter μιαν λαβών
Petrus?ille inquam beatus,qui & cæteris antelatus diſcipulis fuit,cuiq; magnificẽtius quàm re- ζηκώμιον
liquis omnibus datum teſtimoniũ eſt,magisq; quàm reliqui omnes beatus appellatus, cui cla B.Petri
ues regni cœleſtis commiſſæ:is cum ei dicitur à domino,Niſi lauero te, nõ habebis partẽ me- Ioan.13.a
cum:quod non obſecro vel duriſſimum cor metu horreat; iudiciorum dei cogat cõtremi- λυσίτελη καρ-
ſcere?præſertim qui nullius flagitij,nulliúsve contumacię ſignificationem vllam dediſſet,cõ- δίαν
traq; potius,qui eximio dominum ſuum honore affeciſſet,& egregiè,vt ſeruũ ac diſcipulũ fa-
cere par erat,eſſet reueritus. Cum enim ſuum pariter atq; omnium deum ac regem & domi-
num & magiſtrum,& ſalutis autorem,eum denique, qui omnia eſſet ſimul, in ſeruili habitu
E linteo ſe præcinxiſſe, & pedes ſibi lauare velle animaduertiſſet, confeſtim, veluti qui indi-
gnitatem ſuam ſecum ipſe reputans agnouiſſet, venientísque ad ſe eximiæ eſſet dignitatis ful
gore perculſus, in clamorem prorupit his verbis: domine tu mihi lauas pedes? Et item, Nõ
lauabis mihi pedes in æternum: Hac de cauſa vehemens adeo ei comminatio illa intendi-
tur. Quod niſi rurſum cognita domini verborum veritate,obedientiæ abiectionem quàm ce
lerrime parendi mox promptitudine emendaſſet, nihil omnino vllum illi ex tot ſuperioris
temporis ipſius rectè factis,nulla ex mirificis illis, quibus à deo laudibus fuerat ornatus, non
dona, non promiſſa vlla, non denique ipſius dei ac patris talis ac tanta erga filium charita-
tis, ſtudiiq; delata cognitio quicquam potuiſſent afferre, quo pœnam quam ea re quod dei
F imperio fuerat aduerſatus,in præſentia commeritus erat, mitigaſſet. Verumenim ſi omnia παραμυθή-
ſingulatim velim recenſere, quæ in veteri, nouóque Teſtamento exempla in hoc genere re- σασθαι
periuntur, narrantem fortaſſe me tempus deficiet. Iam vero quoties ad ipſa domini noſtri
Ieſu Chriſti, quæ in Euangelio ſunt, verba deuenio, & ipſius illius qui iudicaturus eſt vi-
uos & mortuos, dicta conſidero, quibus maior à fidelibus hominibus tribui oportere autoritas videtur, quàm alij cuiuis hiſtoriæ, aut certiſſimæ, quæ afferri poſſet veritati, haud du-
bie magnam quandam in ipſis,omnibus in rebus parendi deo neceſſitatem, vt ita dicam, a-
nimaduerto, neque vllum prorſus iis, qui quoquo modo ſecus faciant, ac non pœnitentiam
poſtea agãt,venię locũ relinqui,niſi ſiquid aliud fortaſſe aduerſus apertas adeo claráſq; ſentẽ-
tias audẽdum ſit,aut vel ipſa etiã tacita cogitatione cõminiſcendũ. Cœlũ,inquit, & terra trã- Matt.24.a
ſibunt, verba autem mea non præteribunt. Nullum eſt hoc in loco diſcrimen, nulla diſtin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctio,nihil vsquam reliquum factum est omnino,quin fuerit comprehensum. Non dixit hæc G
aut illa,sed verba mea,omnia simul videlicet non præteribunt.Siquidem scriptum est,Fidelis
Psal.144.c dominus in omnibus verbis suis, in omnibus scilicet,quęcunque vel vetat,vel iubet,vel pro-
mittit,vel minatur,idq; siue facta sint,quæ vetita,siue omissa quæ iussa. Nam quòd bonorum
operum omissio,nihilominus æque ac malorum perpetratio puniatur, satis magno esse argu
mento poterat quo animæ persuaderetur, quæ non vsquequaque infidelitatis morbo labora-
ret,iudicium illud,quod supra memorauim⁹ de Petro:qui Petrus cum eorum nihil de iis quæ
vetita essent, fecisset,aut præceptum huiusmodi vllum prætermisisset, vnde eius, à quo id es-
set omissum vel socordia vel fastidium argui posset,quiq; tantum honoris ac reuerentiæ cau-
sa ministerium illud,honorémque ne sibi à domino adhiberetur, recusasset, eiusmodi com- H
minationem audiuit,cuius euentum nullo modo euitasset,nisi vt supradictum est, correctio-
nis celeritate,ac vehementi ad parendum studio,excitatæ iam aduersum se iracundiæ occur-
risset.Verum enim quoniam, quæ illius clementia, & mirabilis quædam facilitas est quando
illi visum est nobiscum indulgenter agere,eadem sæpe,atque in multorum personis exempla
proponere nobis non cessat, quò assidua eorum veluti inculcatione animus noster veluti à
ψυχὴ μο- grauissimo torpore quodam possit excitari, diuturnumq; contra legem agendi morem abo-
χλευθέσα ἢ lere,eorum tantummodo in præsentia facienda mentio est, qui in magno illo ac formidinis
κατανλη- θέσα plenissimo nouissimi iudicij die ad læuam domini nostri Iesu Christi staturi sunt: quibus di-
Ioan.5.e
1.Cor.4.a ctus est is,cui omnis iudicij potestas data fuerat à patre, qui venturus est, vt absc̃dita te- I
Matth.25.d nebrarum illuminet,& cõsilia cordium in apertum proferat,discedite à me maledicti in ignẽ
æternum,paratum diabolo,& angelis eius.Et causam cur ita ab se discedere illos iubeat, sub-
iicit,non quod aut quenquam interfecistis,inquit,aut fornicati estis, aut mẽdacium dixistis,
aut vllam cuiquam iniuriam intulistis,aliúdve quicquam licet exiguũ admodum feciſtis eo-
rum,quæ ne faceretis,vobis fuerat interdictum. Sed quid? Quòd bona opera facere neglexi-
stis.Esuriui enim,& non dedistis mihi manducare.Sitiui,& non dedistis mihi bibere. Hospes
eram,& non collegistis me.Nudus,& non cooperuistis me. Debilis & in carcere, & non vi-
1.Timo. 2.b sitastis me.Hæc atque id gen⁹ alia,cum dei virtute qui vult omnes homines saluos fieri, & ad
Psal.33.b agnitionem veritatis peruenire,docetq; omnem hominem scientiam, in sanctis literis ani- K
maduerterim,& summe horribile huiusmodi discordãtis inter se, & in præceptis domini no
stri Iesu Christi interpretandis discrepantis multitudinis periculũ perspexerim, & quàm for-
midabile illud magnæ adeo peruersitatis iudicium sit,ex plerisque exemplis collegerim, neq;
minus quicquid aduersus dei iudicium quodcũque geratur,æque intellexerim vindicari: de-
nique cum terribile iudicium illud cognouerim latum contra eos, qui cum peccatum ipsi nul
lum admisissent,tamen quòd non acres se contra eos qui peccauerant, vindices præbuissent,
parem cum illis indignationem subiere,& quod magis mirandũ videtur, qui sæpe ne admissi
quidem flagitij essent consci ipsi:necessario à me fieri duxi oportere,vt,licet minus iam ido-
neo tempore(elapsa ferè opportuna occasione, quòd ad hanc vsque diem in assidua illorum L
essem expectatione qui idem mecum defendendæ verępietatis certamen susceperе,neq; mei-
met vnius tantum viribus confiderem)at non certe fortasse alieno tempore,etiam nunc,sal-
ἀγωνιζομέ- tem commonendi causa eos qui in pietatis curriculo decertarẽt, de diuinis literis ea selegis-
νοις ἀγῶνα sem & quibus deus offenderetur, & quibus item propitius haberetur, eaq; quantum mihi per
θεοσεβείας vires liceret ex cõmunibus votis exponerẽ,quò videlicet beneficio domini nostri Iesu Chri-
ἀποπνδύ- sti,& doctrina spiritus sancti,confestim abrasa penitus voluntatum nostrarum cõsuetudine,
σαντες & humanarum traditionũ obseruatione,& euangelij immortalis dei domini nostri Iesu Chri
sti itinere inito, vitaq; instantis huius temporis ex eius voluntate transacta,partim vetitis re
Fph.5.b bus maiorem in modum declinandis,partim iussis attentiore cura exequẽdis,idonei habea- M
mur qui in futuro seculo æternitatis iram fugiamus venturam in filios contumaciæ*,talesq;
*aliâs,diffi- existamus,qui sempiternam vitam,& cœleste regnum merito adipiscamur, quod à domino
dentiæ nostro Iesu Christo promissum est iis qui seruant testamentum eius, & memores sunt man-
Psal.102.d datorum eius ad faciendum ea.Memoria tenens præterea dixisse apostolum,quod in Christo
Gal.5.ab Iesu neque circuncisio aliquid valet,neque præputium,sed fides quę per charitatem operatur:
consequens simul ac necessarium existimaui,vt exposita prius sana fide,pietatiq; consentaneo
ἑυτερῶν δό- de patre & filio,& spiritu sancto dogmate,deinceps de Moribus librum subtexerem.
ξαμ Eiusdem

A

EIVSDEM DE VERA AC *pia fide.*

QVum per diuinæ bonitatis gratiã,mihi innotuisset vestræ pietatis iussio digna prorsus ea quæ in Christo est,erga deum charitate: quibus quidem iussionis vestræ literis reuerenter petiistis,meum vt ipse de vera ac pia fide testimonium literis cõsignarem & ad vos transmitterem. Sanè ipso initio, vt qui exiguitatis ac tenuitatis virium mearum facile mihi essem conscius, timidè cœpi quomodo respondерem, dubitare. Simulac verò venit mihi in mentem verborum Apostoli illorum, Supportantes inuicem in
B charitate,& item illorum alio in loco,Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confes- Ephe.4.a
sio fit ad salutem:nequaquam rem me periculo vacuam facturum putaui, si & vobis in eo nõ Roma.10.c
paruissem quod iuberetis, & salutarem tacitus confessionem præteriissem, fiduciam habens 2.Cor.5.b
per Christum ad deum, sicut scriptum est.Non quod sufficientes simus à nobis cogitare ali-
quid quasi ex nobis,sed sufficientia nostra ex deo est,qui tunc quidem illos,nunc vero nos et- 1.Cor.4.a
iam (& hoc ipsum causa vestra) idoneos fecit qui essemus ministri noui Testamenti, non li-
teræ,sed spiritus.Porro fidelis ministri hoc esse proprium, sine dubio scitis vos quoque: ni-
mirum vt quæ à benigno domino in conseruos suos distribuenda acceperit, hæc ipsis inte-
gra,& nullius rei alterius admistione adulterata custodiat. Quocirca ego quoque,quæ ex di- ἀνοθύτως
C uinis literis accepi,hæc quemadmodum dei voluntas est,ad communem vtilitatem expone- καὶ ἀκαπα-
re vobis teneor necessariò. Etenim si ipse dominus, in quo pater sibi bene complacuit, om- λεύτως
nêsque sapientiæ ac scientiæ absconditi thesauri sunt, quique à patre potestatem omnem, & Col.2.a
omne iudicium accepit,de seipso ac patre loquens, Mandatum dedit mihi, inquit, quid di-
cam,& quid loquar,itemq;,Quæ ergo ego loquor, quemadmodum dixit mihi pater, sic lo- Ioan.5.d
quor, denique si spiritus sanctus à seipso non loquitur quicquam, sed quæcunque audierit ab
ipso, hæc loquitur: quî non tandem verisimile est, pietati nos magis satisfacturos, pericu- Ioan.16.b
lóque nostro magis consulturos,si hoc ita sensserimus, itáque fecerimus in nomine domini
nostri Iesu Christi? Atque quandiu quidem aduersus consurgentes variis temporibus varias Att.quàm sa
D hæreticorum factiones pugnandum fuit: eorum à quibus in certamen prouocabar, in dicẽ- na fide ni-
do styli vestigiis insistens,consequens esse arbitrabar,vt ei impietatis pesti,quam diabolus se- tens Basil.
minaret, eiusdemmodi oppositis ipsi vocabulis obuiam irem, & maledicta quæ in deum in- obuiã ierit
de nascerentur, reprimerem, vel etiam penitus refutarem: & aliis aliâs, prout videlicet hæ temporis suę
reseos morbo laborantium vtilitas necessario videbatur postulare: atque his sæpenumero hæreticis.
eiusmodi, quæ licet in sacrosancta scriptura nusquam reperirentur, à pio tamen & sanctis ἀντιτύποις
literis consentaneo sensu neutiquam abhorrerent, neque (id quod frequenter etiam Apo- φωναῖς siue
stolus fecit) Græcorum verbis, si ea in rem meam esse animaduerterem, abstinerem. Hoc ἀντιθέσεσι
autem tempore communi omnium vestrum proposito, simul ac meo arbitratus sum con-
uenire,si impositum mihi à vestra, quæ est in Christo charitate negocium cum ea, quæ sanæ
E fidei congrueret, simplicitate conficerem, eáque dicerem, quæ à sanctis literis accepissem: Fidei finitio
etsi in his quidem & nominibus & verbis vsurpandis parcus essem, quæ vt voce ipsa cum di-
uinis literis non conuenirent, eundem tamen, qui in ea haberetur,sensum tenerent.Quæ ve-
rò eius generis essent vt præter vocis nouitatem, sensum etiam nobis nouum atque inusita-
tum afferrent, & apud sanctos viros nusquam in vsu fuisse reperirentur, hæc omnia veluti
peregrina,atque à pia fide penitus aliena repudiarem atque auersarer. Est igitur fides,eorum Roma.4.c
quæ dicta sunt assentiens approbatio sine vlla hæsitatione,cum summa animi persuasione de
eorum veritate, quæ dei munere sunt prædicata:quam fidem Abraham perhibetur habuisse,
quippe de quo testatum sit,Ipsum neutiquam incredulitate hæsitasse, sed confirmatum fuisse
F in fide,dantem gloriam deo,& certissime persuasum quòd quæcunque promiserat deus, po- Psal.144.c
tens erat & facere. Quòd si fidelis est dominus in omnibus verbis suis, fidelia etiam omnia Psal.110.b
mandata eius,confirmata in seculum seculi,facta in veritate & æquitate: haud dubiè mani- ὑπερηφα-
festissimum hoc infidelitatis argumentum fuerit, & signum superbiæ certissimum,siquis eo- νίας κατη-
rum,quæ scripta sunt, aliquid velit reiicere, aut eorum quæ non scripta, introducere, cum γορία
dominus noster Iesus Christus dixerit, Oues meæ vocem meam audiunt, & paulò antè idẽ Ioan.10.c
dixisset, Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo, quia non nouerunt vocem alie- ἐν ὑποδεγ-
norum. Apostolúsque sumpto ex hominibus exemplo vehementissime interdicat, ne quid ματι ἀνθρω-
eorum, quæ in diuinis literis habeantur,dematur,aut quod absit, addatur. Sic enim est apud πίνῳ.
illum,Tamen hominis confirmatũ testamentũ nemo spernit aut superordinat.Quãobrẽ nos Gal.3.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoque cum antehac ſemper illud in animo ratum habuerimus, vt omnem à Dominica do- G
ctrina alienam & vocem & ſententiam fugeremus: tum verò hoc ipſo tempore (vt ſupra di-
ximus) hoc à nobis ſeruari arbitror oportere, cum id nobis, ſimul vobiſq; tractandum propo-
ſitum ſit longè diuerſum ab argumentis illis, à quibus alio modo aliâs, vel ad ſcribendum ali-
quid, vel ad dicendum inducebamur. Quoniam videlicet eo tempore de hæreſi confutanda,
euertendoq; Diaboli artificio ſtudioſe agebatur: nunc autem ſimplex fidei confeſſio explana-
tioq; propoſita eſt: quò fit, vt cum tractatio nunc diſſimilis ſit, diſſimilis etiam eſſe debeat ſty-
Stylum ſibi variádũ cõfirmat elegãti τῆ ὁμοιώσει lus. Quemadmodum enim non eadem inſtrumenta in manus ſumat & qui prælium eſt ini-
turus, & qui colere agrum velit, alia ſiquidem ſupellex inſtrumentorum iis congruit, qui in pa
cis quiete res ſibi ad victum neceſſarias parant: alij armorum apparatus iis qui in bello ſe ad- H
uerſum hoſtiles copias inſtruunt. Similiter quoque, nequaquam eodem dicẽdi genere vtatur,
& qui in ſana doctrina cohortetur, & qui in diſputatione ſibi repugnantes redarguat. Siqui-
dem aliud eſt genus dicendi, quo vtimur in refellendo: aliud, quo in cohortando. Itemq; alia
eorum ſimplicitas qui in pace veram pietatem prædicant & confitentur: alij illorum ſudores,
1. Timo. 6. d Pſal. 111. a qui aduerſus oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ fortiter dimicant. Quamobrem nos quoque
ſic diſponentes ſermones noſtros in iudicio, vbiq; ſiue defendenda, ſiue tradenda ſimpliciter
fides fuerit, operam dabimus vt ad ſubiectã materiã ſtylũ accõmodemus: modo videlicet iis
qui diabolico aſtu illam conentur euertere, maiore cum acrimonia & contentione refutan-
dis, modo iis qui in ea ædificari voluerint, ſimplicius, & ad illorũ intelligentiã accõmodatius I
Col. 4. b ipſam fidẽ exponendo: nihilq; aliud faciendo, quàm quod dictum eſt ab Apoſtolo: vt ſciamus
ſcilicet quomodo nos oporteat vnicuiq; reſpondere. Sed antequam ad ipſam fidei confeſ-
ſionẽ veniamus, illud profuerit indicaſſe, dei maieſtatẽ & gloriam, talis cum ſit vt eam neque
oratio vlla pro dignitate circũſcribere poſſit, neq; mens comprehendere, vnico verbo ſentẽ-
tiáve neq; declarari potuiſſe, neque intelligi, ſed pluribus, quæ in ſermonis noſtri vſu trita eſ-
ſent: ſanctas literas vix iis etiam, qui puro eſſent corde, tanquam per ſpeculum obſcurè ſigni-
ficaſſe. Nam illud facie ad faciem, & ab omni parte cumulata ac perfecta cognitio, ea in futu-
ro ſeculo promiſſa idoneis ſunt. Quandiu verò in hac vita ſumus, licet Petrus ſit aliquis, licet
Paulus, cernit verè ille quidem, quæ cernit, neq; per errorem decipitur, neq; animo imagines K
falſas concipit: per ſpeculũ tamen cernit, & per ænigma: & quod ex parte eſt, in hac vita cum
ωἰσοῦται τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ gratiarũ actione ſuſcipiens, quod perfectum eſt, in futura ſe accepturum incredibili lętitia cir
cũfuſum confidit. Quod ita eſſe apoſtolus etiam Paulus confirmat, qui tali quadã ſimilitudi-
1. Cor. 13. b ne id quod diximus, comprobat, quando dicit, Quẽadmodum cum eſſem paruulus, & prima
rudimenta doctrinæ dei tum primulũ inciperem deguſtare, loquebar vt paruulus, cogitabam
ἐπείγομαι φθάσαι vt paruulus. Poſtq̃ autem factus ſum vir, & ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti perueni-
re feſtino, euacuaui quæ erant paruuli, & adeò magnos in cognitione rerũ diuinarũ progreſ-
ſus feci, ac profectũ meliorẽ vt cognitio quidẽ illa, quã prius habebam dũ in Iudaici adhuc ri
tus cultu verſarer, motionibus illis aſſimilis videretur, quibus imbecilla pueruli mens cieri ſo
Collatio let. Cõtrà verò ſcientia illa per Euangeliũ acquiſita, eiuſmodi quæ viro iam planè vſquequaq; L
ætate perfecta conueniat: Similiter quoq; quæ in hac vita videtur à nobis in cognitione habe-
ri perfectio, ea ſi cum ſcientia illa ſit collata quæ in conſequenti ſeculo reuelanda idoneis eſt:
βραχύτι ἡ ἀμυδρότερον exiguũ neſcio quid eſt, & adeo obſcurum, vt ab ea claritate quæ in futura vita expectatur, lõ-
gius abſit, quàm abeſt ab eo, facie ad faciẽ, illud, videre per ſpeculum & in ænigmate. Atq; etiã
hoc ita eſſe confirmant diſcipuli domini, qui cum Petro & Ioãne fuere. Nã quòd dum hîc in-
ter homines viuerent quotidie magis ac magis proficerent, maioresq; in dies proceſſus face
rent: nihilominus etiam ipſi incredibilem eſſe magnitudinẽ eius ſcietiæ probant, quæ in ſem-
piterna illa vita tradenda ſeruatur. Qui quidem poſt illud, quòd idonei viſi fuerant qui à do-
mino eligerentur, qui vnà cum eo vitam agerent, qui eius apoſtoli eſſent, qui promererentur M
Matt. 13. b accipere donorum ſpiritus diſtributionẽ, poſtquàm etiam audierunt, Vobis datum eſt noſſe
myſteria regni cœlorũ: poſt eiuſmodi ſcientiã, poſt aperta ipſis, quæ reliquis erant operta & ar
Ioan. 16. c cana: tamẽ lõgo tandẽ tẽpore poſt, aduentãte iã paſſione, verba audiunt illa, Adhuc multa ha
beo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Ex his igit̃ atq; huius generis aliis colligimus
infinitũ quiddã eſſe, quod de rerũ diuinarũ cognitione diuinæ literæ ſentiant: neq; vllo mo-
do vires humanas, quandiu hic in terris vitã ducimus, earũ arcana penitº poſſe cõprẽhendere
cum maioribus in dies ſingulos progreſſibus faciẽdis aliquid noui aſſidue ſemp acquirat̃: neq;
ſit quiſquã qui ad ſummũ illud, prius queat peruenire, q̃ venerit quod perfectum eſt, quo ſanè
tempore

A tempore euacuabitur quod ex parte eſt. Quocirca cum ad omnes ſimul de deo notiones expli
candas omnemq; pariter depromendam gloriam, nõ vnicum nomen ſufficiat, at neque ſin-
gula: ſi cum integra ipſorum ſignificatione ſeruentur, ſine periculo aſſumantur. Siquidem vt
dixerit aliquis, deus, non protinus tamen eum patrem eſſe declarauit: porrò huic ipſi voca-
bulo, pater, abeſt ea ſignificatio, quòd ſit creator. Rurſus in iam dictis deſiderantur bonitas,
ſapientia, potentia & quæ de deo in ſanctis literis reliqua pronunciantur. Itemq; vocabulum
patris, ſi cum integra eius ſignificatione, ſicut apud nos eſt in vſu, accipiamus in deo, impiè fa
cimus, quandoquidem vnà cum eo neceſſariò ſimul & affectio, & defluxio ſeminis genitiui,
B & ignorantia, & infirmitas, & talia quæcunque, ipſo nomine euulgantur. Quod idem vſu ve
nit etiam in creatoris vocabulo. noſtro enim loquendi vſu notio huius nominis, tempus, ma
teriam, inſtrumenta, adiumenta requirit: à quibus omnibus vacua penitus ſit oportet ea, quæ σκευῶν ἀλ ὀργάνων.
pia de deo habenda intelligentia eſt: eatenus id tamen, quoad præſtare humana facultas po-
teſt. Nam rem ipſam planè, vti ſuapte natura eſt, & ſi omnes omnium mentes vnà ad inueſti-
gandum coirent, itemq; ad enunciandum linguæ concurrerent, tamen qui aſſequi poſſet, exi-
ſteret nemo. Hunc ſanè ſcripturæ eſſe ſenſum luculenter ſapientiſſimus declarat Salomon,
dicens: Dixi, ſapiens efficiar, & ipſa longius receſſit à me, multò magis, quàm erat. Non qui- Eccle. 7. c
dem quòd re vera illa fugeret, ſed quòd ij maximè intelligunt, quàm ea omnem cuiuſuis ad
C ipſam comprehendendam captum exuperet, qui dei beneficio ampliorem ipſi quàm cæteri
cognitionem ſunt conſecuti. Sed hæc cùm ita ſint, pluribus diuinæ literæ neceſſariò & nomi- αἰνιγματώδη παράδοσιν.
nibus vtuntur & verbis ad exiguam quandam, atque hanc ipſam obſcuram diuinæ notionis
expreſſionem. Nobis verò ad omnia colligenda, quę vbique in ſacris ſcripturis reperiantur de
patre, & filio, & ſpiritu ſancto, neq; facultas fuit neque ocium, idq; ea re, quòd vos nimio plus
me vrgeretis. Verũ ſatis factum iri per hæc conſcientiæ veſtræ opinamur, ſi de omnibus pau
ca quædam in medium protulerimus: tum ad noſtræ ex ſcripturis ſententiæ explicationem,
tum ad veſtram ipſorum & eorum qui inter vos id expetunt, nulli controuertendam perſua-
ſionem ac indubitatam ſatisfactionem. Vt enim vocabula multa vnicam modò tuendę pie-
D tatis ſententiam enunciant, ſic ex paucis quoque, is, qui modo iniquus interpres non ſit, faci-
limè pietatem, quæ inſit omnibus ſcripturæ locis poterit, ſi volet, agnoſcere. Credimus igi-
tur & confitemur vnum ſolum, & verum, & bonum deum, & patrem omnipotentem, ex quo
omnia, deum patrem domini & dei noſtri Ieſu Chriſti: Et vnicum, vnigenitumq; eius filium
dominum & deum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſolum, verum: per quem omnia facta ſunt, vi-
ſibiliaq; atque inuiſibilia, & in quo omnia conſtant: quiq; in principio erat apud deum, & de-
erat, & poſt hæc ſecundum ſcripturas in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.
Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum
exinaniuit: & per natiuitatẽ ex virgine, formã ſerui cùm accepiſſet, & habitu inuentus eſſet vt
E homo, omnia, quæ in ipſum, & de ipſo ſcripta fuerant, compleuit, ſecundum mandatum pa-
tris factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Et poſtquàm tertia die reſur- 1. Cor. 15. a
rexiſſet à mortuis ſecundum ſcripturas, viſus eſt à ſanctis diſcipulis ſuis, & reliquis, ſicut ſcri
ptum eſt. Et aſcendit in cœlum, & ſedet ad dexteram patris, vnde venturus eſt in conſumma-
tione ſeculi huius ad excitandos omnes, & reddendum vnicuique iuxta opus illius: quando
iuſti quidem aſſumentur ad vitam æternam, peccatores verò ſempiterno addicentur ſuppli-
cio, vbi vermis eorum non moritur & ignis non extinguitur. Credimus item vnum ſolum
ſpiritum ſanctum paracletum, in quo obſignati ſumus in diem redemptionis, Spiritum veri-
tatis, ſpiritum adoptiõis, in quo clamamus, Abbà Pater, qui diuidit & efficaciter operatur do-
F na, quæ à deo dantur, ſingulis prout vult ad vtilitatem ſpiritum inquàm, qui quæcunq; audi-
uerit à filio, docentem & commonentem omnia, bonum, deducentem in omnem veritatem,
& confirmantem omnes credentes ad cognitionem veram, & exactam, & cultum dei pi-
um, & adorationem ſpiritalem, & veram confeſſionem dei patris, vnigenitiq; eius filij, do-
miniq; ac dei noſtri Ieſu Chriſti, & ſuiipſius. Quę tria nomina ſeorſum ſingula ſuam peculia-
rem quandam proprietatem apertè ſignificant, quæ piè conſiderari in ipſis poteſt: atque in pa
tre quidem proprietas patris, in filio vero proprietas filij, in ſpiritu ſancto poſtremò, ſua quę-
dam à duobus diuerſa proprietas, cum neque ſpiritus ſanctus à ſeipſo loquatur, neque filius à
ſemetipſo faciat quicquam: ac pater quidem filium mittat, filius vero ſpiritum ſanctum. Sic ἡς τριάδα ὁμοούσιον.
ſentimus, & ſic baptizamus in trinitatem conſubſtantialem, idq; ex præcepto ipſius domini
noſtri Ieſu Chriſti, qui dixit, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, Matth. 28.
& filij,

& filij,& ſpiritus ſancti,docentes eos ſeruare omnia,quæcũque mandaui vobis. Quæ ſeruantes,& charitatem erga illum habere nos demonſtramus,& digni efficimur,qui in ea maneamus,ſicut ſcriptum eſt.Contrà negligentes eam ſeruare,ab ea diſiuncti,aut aliter affecti conuincimur.Qui enim non diligit me,inquit dominus,ſermones meos non ſeruat. Et itẽ, Qui habet mandata mea,& cuſtodit ea,ille eſt qui diligit me.Porrò vehemẽter demiror, quid ita cum dominus noſter Ieſus Chriſtus dicat, Nolite gaudere quòd dæmonia ſubiiciũtur vobis, gaudete autem quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et item alibi, In hoc cognoſcent, quòd diſcipuli mei eſtis,ſi charitatem habueritis inter vos.Ex quibus verbis nactus occaſionẽ Apoſtolus,docens quàm neceſſaria omnibus in rebus charitas ſit,palàm teſtificatur his verbis,Si linguis hominum loquar & angelorum,charitatem autem non habeam,factus ſum ve lut æs ſonans,aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia,& omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem,ita vt montes transferam,charitatem autem non habuero,nihil ſum.Et paulò pòſt,Siue autẽ prophetiæ,euacuabuntur : ſiue linguæ, ceſſabunt: ſiue ſcientia,deſtruetur: quibus verbis continuò adiungit,Nunc autẽ manent ſpes, fides,charitas, tria hæc: maxima autem horũ eſt charitas.Hæc,inquam,& conſimilis formæ per multa cum adeo affirmatè à domino primum,deinde ab Apoſtolo dicta,ac definita ſint, vehementer demiror,qua ratione inducti homines ſtudium adeo magnũ in res fluxas ac fragiles conferant,& his tantopere inhient: in eas verò quę ſtabiles ſunt,& ad ſempiternũ tempus permanent,maximeq; in eam,quæ ex omnibus maior eſt,charitatem,& Chriſtiani homi nis peculiare eſt quaſi quoddam inſigne,non modo ipſi ſtudium nullum adhibeant,ſed ſiquis ſit qui adhibeat,ei aduerſentur,& contrà pugnantes, illud efficiant quod dictum eſt, Quòd neque ipſi introëunt,& alios prohibent intrare.Quod cum ita ſit,magnopere hortor & oratos velim vos fratres chariſſimi,vt miſſa iſtiuſmodi curioſa inueſtigatione,flagitioſaq; verborum contentione,his contenti ſimus,quæ à ſanctis viris , atque ab ipſo adeò domino noſtro Ieſu Chriſto dicta ſunt: eaq; ſentiamus, quæ reſpondeant cœleſti vocationi: & vitam agamus Chriſti Euangelio conuenientem,ſempiternam vitam , & cœleſte regnum ſperantes, paratum omnibus ſeruantibus mandata dei & patris, quæ ſunt ſecundum Euangelium beati dei Ieſu Chriſti domini noſtri,in ſpiritu ſancto & veritate.Hæc ſunt quæ à veſtra pietate admonitus neceſſario mihi duxi facienda,vt ad vos in poſtremis perſcriberem,ſenſumq; animi ſuper his rebus mei vobis,& per vos fratribus iis,qui in Chriſto ſunt,explicarem , vtq; & veſtris & illorum animis omni ex parte ſatisfieret,in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti : quò omnis prorſus omnibus de fide noſtra dubitatio tolleretur (orta fortaſſe propter diuerſam rationem eorum,quæ aliàs alio modo expoſita à nobis ſunt , quæ res eò nimirum vſu venit, quòd neceſſario aſſidue cogebamur aduerſus propoſita nobis à pietatis veræ impugnatorib⁹ argumenta,vt quæque ab ipſis in medium afferebantur,depugnare)neque cuiquam eſſet cauſa,cur fluctuaret: ſummè contrà adnitentibus illis qui quæ aliena ſunt , nobis attribuunt , aut ſæpenumero etiam,quo facilius ſimpliciores in ſententiam ſuam auferant,deprauatæ ſuæ ipſorum mentis flagitioſa commenta falſo nobis affingunt:à quibus neceſſario vos , vt ab hominibus ab Euangelica & apoſtolica fide,charitateq; alienis cauere debetis,memoriaq; verba Apoſtoli illa tenere: Sed licet nos,aut angelus de cœlo euangelizet vobis,præter id quod euã gelizauimus vobis,anathema ſit: vt illud ſeruantes,Attendite à falſis prophetis : & illud , Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante,& non ſecundum traditionem , quàm acceperunt à nobis: ordine incedamus in regula ſanctorum,tanquã ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarũ, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu domino noſtro,in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino.Deus au tem pacis ſanctificet vos per omnia,vt integer ſpiritus veſter,& anima & corpus ſine querela in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruetur. Fidelis deus qui vocauit nos , qui etiã faciet,modò mandata eius ſeruemus,gratia Chriſti in ſpiritu ſancto.

Ioan.15.b — G
Ioan.14.c — Ibidem. — Lucæ.10.c — παιδαμένια — Ioan.13.d
1.Cor.13.a — H
Att.quidmaximopere demiretur Baſilius — πόθεν τω pro quo alij, γνῶσιμ. — I
Luc.11.g
μακαρίου θεοῦ. — K
L
Galat.1.b
2.Theſ.3.b — στοιχῶμεν τῷ κανόνι. — Philip.3.c — Ephe.2.d — 1.Theſ.5.c — τηρηθείη. alij, ὠφεληθῆι. — M

DE HIS, QVAE IN SACRIS LITERIS *uel uetita ſunt,uel iuſſa.*

παρασκευὴ ad moralia.

CVm quæ ad ſanam fidem pertineant,de his ſatis, quantum huius temporis ratio requireret,ſuprà à nobis arbitrer demonſtratum : reliquum eſt vt ad ea ſtudioſè tractanda pergamus,quæ de his quæ ad mores pertineant , ſcripturos nos polliciti ſumus in nomine

A mine domini noſtri Ieſu Chriſti.Quæcunque igitur in nouo teſtamento hactenus ſparſim diuerſis in locis vel vetita inuenimus,vel iuſſa,hæc ſtudioſe operam dedimus, vt quoad facere nobis per vires liceret,in compendiarias quaſdam regulas redigeremus: quò facilius ab his, qui modo vellent,percipi poſſent,appoſito ad ſingulas regulas numero etiam capitum ſcripturæ,vt quæque ex ea deſumpta in regula continentur,ſiue ex Euangelio ea ſint,ſiue ex Apoſtolo,Actis ve: vt qui regulam legerit,& appoſitum ipſi, verbi cauſa , primum aut ſecundum numerũ animaduerterit,deinde ſcripturã ipſam in manus ſumpſerit , & prædicti numeri caput inueſtigauerit,hoc modo teſtimonium inueniat,cuius gratia confecta regula ſit.Sanèque initio erat animus apponere ad ſingulas regulas etiã de veteri teſtamẽto, vt quæque cum his B ſingulis viſa eſſent congruere, quæ ſumpſiſſemus de nouo.Verum quoniã neceſſitas vrgebat, maiorem in modum flagitantibus hoc tempore à nobis fratribus ea , quæ iampridem ipſis eramus polliciti: venit in mentem mihi ſcitum illud ſapientis,Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit.Quare licet vnicuique arbitratu ſuo,accepta iam ſatis magna occaſione ex his, quæ de nouo appoſita viderit,vetus ipſum teſtamentũ ſumere,ac per ſe ipſe intelligere,quàm ex omni parte diuinæ inter ſe literæ conſentiant: præſertim cùm vel vnica modo dictio fidelibus ſatis ſit , iiſq; quorum animus de ſumma verborum domini veritate omnino nihil dubitet.Quæ quidem etiam cauſa fuit,quam ob rem ſatis exiſtimauerim , ſi de nouo etiam non C omnia,quæcunque poſſent,ſed pauca quędam ex omnibus apponerem.Sunt autem regulę,vt ſummatim dicam,de hiſce rebus.

ἀπηγορευμένα ἢ ἐγκεκρυμμένα. — ἀφορμὴν.

INDEX REGVLARVM.

I — De pœnitentia,& quod ſit tempus idoneum ad pœnitentiam , deq; proprietatibus,& fructibus ipſius.
II — De eo,quòd qui à deo inire gratiam ſtudeat , eius ſtudium eſſe ſincerum debet, atque ab omni penitus rei contrariæ admiſtione vacuum.
III — De charitate erga deum,& quomodo ea vere cognoſcitur.
IIII — Qui ſit honor erga deum,& quæ item contumelia.
V — De charitate mutua,& proprietatibus ipſius.
VI — Quòd in confeſſione dei,& Chriſti eius fidenter,fortiterq; agendum ſit.
D VII — Quòd non ſit ſatis ad ſaluté confeſſio domini,facientibus cõtra mandata eius.
VIII — De fide & ſumma autoritate ac certitudine verborum domini.
IX — De cognitione ſiue ſcientia ignorationêque rerum ad officium noſtrum pertinentium.
X — Quæ ſit finis peccati,quæue item præcepti dei.
XI — De iudiciis dei,& quantopere ea ſint metuenda.
XII — De improbatione & impugnatione aut cõtradictione vel obedientia, & obſeruatione voluntatum dei.
E XIII — De eo quòd ſingulis momentis voluntate ac ſtudio indilato parati eſſe debeamus ad ea,per quæ poſſimus inire dei gratiam.
XIIII — De maturitate opportuna & commoda cuiuſlibet rectè facti.
XV — Quòd non debet quis,ſperans in aliorum rectè factis , negligere ipſe officium ſuum.
XVI — De iis qui prodeſſe ſibi aliquid opinantur, ſi cum bonis, & deo charis hominibus viuant,ipſi autem boni nihil faciant.
XVII — Quomodo occaſione vitæ huius,in qua ſumus,vti debemus.
XVIII — De modo & affectione animi,quæ teneri ab his debeat,qui ſtudium ſuum adhibent in conſeruandis præceptis dei.
F XIX — De iis,qui alios impediunt,vel ab aliis ipſi impediuntur , quominus obire poſſint mandatum dei.
XX — De baptiſmate,& quæ ſit ratio & virtus baptiſmatis,
XXI — De cõmunione corporis & ſanguinis Chriſti,& quę ſit ratio huius ſacramenti.
XXII — Quomodo alienatur aliquis à deo,quomodóve item conciliatur.
XXIII — De iis,qui præ animi impotentia,in ea etiam quæ oderunt, peccata prolabũtur.
XXIIII — De mendacio & veritate.
XXV — De inutili atque otioſo ſermone,dęque vtilium & ſtudioſorum ſermonum vſu ac tractatione.

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

XXVI Quòd ad ea confirmanda, quæ à nobis vel fiunt, vel dicuntur, primum petitis de sanctis literis testimoniis vtendum sit, deinde iis etiam, quæ in communi vitæ consuetudine nota sunt. G
XXVII Quòd pro viribꝰ enitendũ nobis est, vt quàm similimi deo, & sanctis eiꝰ simus.
XXVIII Quòd perspicaces esse debemꝰ & discreti in habẽdo honorũ & malorũ delectu.
XXIX Qua ratione efficere possimus, vt professioni nostræ autoritatẽ comparemus.
XXX De honore habendo rebus consecratis deo.
XXXI De vsu rerum quæ sanctis sunt attributæ.
XXXII De debitis & persolutionibus.
XXXIII De iis qui alios scandalizant, vel aliunde ipsi scandalizantur. H
XXXIIII Quòd debeat vnusquisque pro modulo virium suarum exemplar se ad res honestas cæteris præbere.
XXXV De iis qui res honestas ac bonas vituperant.
XXXVI De honore & animi propensione erga sanctos.
XXXVII De iis qui in rebus minutis studium suum adhibent pro facultate sua.
XXXVIII Quomodo accipiendi, tractandiq; sint hospites.
XXXIX De firmitate & constantia animi in scandalis retinenda.
XL De iis qui aliter docent.
XLI Quòd excidi debent, qui autores scandalorum sunt, & quòd cum infirmioribus temperate & indulgenter est agendum. I
XLII De eo quòd dominus venerit ad implendam legem.
XLIII De differentia inter mandata legis, & mandata Euangelij.
XLIIII Quòd onus domini leue sit, & quòd peccatum graue.
XLV De æqualitate in honoribus seruãda, & de summissione animi siue humilitate.
XLVI De studio recte factorum maiorum & minorum.
XLVII De diuitiis & paupertate, & de iis, quæ his esse solent adiuncta & cõsequuntur.
XLVIII De beneficentia in fratres, & quod propterea opus faciendum sit.
XLIX De iis, qui in iudicio experiũtur, ac litigant & seipsos defendunt, vel etiã alios. K
L De pace & pacificatione.
LI Cuiusmodi esse debeat is, qui proximum nitatur corrigere.
LII De mœrore suscipiendo eorum causa, qui peccant, quomodóve cum illis congrediendũ: quando defugiendi, quandoq; itẽ in cõsortiũ cũ cæteris recipiẽdi.
LIII Quod sit eorum iudicium, qui iniuriarum memoriam retinent, quæ sibi fuisse videntur illatæ.
LIIII De iudicio, & iudicij suspensione vel discretione.
LV De affectione animi erga deum, quomodóque eius beneficia prædicare debemus, & pro iis gratias agere.
LVI De oratione: & quando, & quid, & quomodo, & pro quibus orandum sit. L
LVII De elatione animi, quæ ex recte factis nascitur.
LVIII De acquisitione donorum dei, & de eorum in alios cõmunicatione.
LIX De honore & gloria humanis.
LX De differentia donorum diuinorum, deq; eorum inter se concordia, qui in his præcellunt, vel etiam inferiores sunt.
LXI De abiecta cõditione (si vt homines respicias) eorũ qui suscipiunt gratiam dei.
LXII De tentationibus, & quando iis concedere oporteat, & quando item resistere, quomodóve aduersariis occurrere.
LXIII De timore vel animi præsentia in periculis.
LXIIII De lætitia, quã habere debemus in iis, quæ Christi causa incõmoda sustinemus. M
LXV Quomodo in ipso etiam extremo vitæ exitu orare nos conueniat.
LXVI De iis qui eos deserunt, qui pro defendẽda pietate certamina suscipiunt, itemq; de iis, qui eos adiuuant.
LXVII De iis, qui morientium causa, miserè mœrore se affligunt.
LXVIII De differentia, quæ est inter vitam hanc & futuram.
LXIX De iis, quę simul & cõiunctim à sanctis literis vel vetãtur, vel etiam iubentur.
LXX De iis, quibus Euãgelij prędicatio cõmittitur: & quãdo, & quos, & quid docere, & quomodo antè corrigere seipsos debeant, qui tales sunt: & quomodo in A prædicatione liberè & fortiter agere, quomodóve eorum qui sibi crediti sint, commodis & saluti prouidere, & cuiusmodi animi affectione, & in cuiusmodi studiis versari: & quomodo castos se ab iis vitiis conseruare, quæ vt plurimum eiusmodi hominum generi solent esse adiuncta: & quos docendos susceperint, ad cuiusmodi mensuram eos perducere, quomodóve reluctantes inducere: & quomodo iis auscultare, qui propter metum aliquem eorum prædicationem recusant, quomodóq; item ab iis recedere qui ipsam ex improbitate nolunt admittere, & quomodo aliquos designare, vel designatos iam improbare: oportereq; vnumquenque qui cæteris præsit, obnoxium se B esse existimare ad reddendam iis qui eius curæ crediti sint, rationem de omnibus quæ faciant, & dicant.
LXXI De iis quæ coniunctim præcepta sunt iis, qui aliis præsunt.
LXXII Qua ratione debeant ij, qui docentur, spirituales magistros discernere ab iis qui tales non sunt, quomodóve erga ipsos esse animati, vel quomodo quæ ab ipsis dicantur, suscipere.
LXXIII De iis, qui matrimonio coniuncti sunt.
LXXIIII De viduis.
C LXXV De seruis & dominis.
LXXVI De filiis & parentibus.
LXXVII De virginibus.
LXXVIII De iis, qui militiæ operam dant.
LXXIX De principibus & subiectis.
LXXX Cuiusmodi in vniuersum ratio, esse Christianos, postulet, & cuiusmodi eos, qui aliis præsunt.

D

BASILII MAGNI
ARCHIEPISCOPI CAESAREENSIS
Ethica, hoc est, Moralia.

REGVLA PRIMA MORALIVM SENTENTIARVM.

E *Quòd credentes domino, oportet pœnitentiam agere primum ex prædicatione Ioannis, & ipsius domini nostri Iesu Christi: quando grauius, quàm qui ante Euangelium fuerunt, ij multantur nunc, qui pœnitentiam non agunt.* CAPVT I.

F LXINDE cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite. Appropinquauit enim regnum cœlorum. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factę fuerant plurimæ virtutes eius, quòd non egissent pœnitẽtiam. Væ tibi Chorazim, Vę tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidóne factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim vtique in sacco & cinere sedẽtes pœnitentiã egissent. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis, &c. Matth.4.c Matth.11.e

Quòd tempus uitæ huius, pœnitẽtiæ tempus est, & remissionis peccatorum, & quòd in futuro iustum erit iudicium retributionis. CAP. II.

VT autem sciatis, quòd filius hominis habet potestatem in terra dimittẽdi peccata, ait, Amen dico vobis. Quæcunque ligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlo. Et item, Amen dico vobis, quòd si duo de vobis consenserint super terram, de omni re, quancunque petierint, fiet illis à patre meo, qui est in cœlis. Quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Marc.2.b Matth.18.c Ioan.5.e

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem filij dei. & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala, in re- G
surrectione iudicij. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contenis, igno-
Rom.2.a rans quòd benignitas dei ad pœnitentiam te ducit? Secundum autem duritiam tuam, & im-
pœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis & iusti iudicij dei, qui reddet v-
Acto.17.g nicuique secundum opera sua. Et tempora quidem huius ignorantiæ cum dissimularet deus,
nunc annunciat omnibus hominibus, vt omnes pœnitentiam agant, eo quòd statuit diem, in
quo iudicaturus est orbem.

Quòd pœnitentiam agentes oporteat amarè flere, & reliqua quæ sunt pœni-
tentiæ signa, edere ex corde CAP. III. H

Matth.26.g 2.Cor.7.b ET recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, Priusquàm gallus cantet, ter me nega-
bis: & egressus foras fleuit amarè. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos in ad-
uentu Titi: non solùm autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consola-
tus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem
pro me. Et paulò inferius, Ecce enim hoc ipsum quòd secundum deum contristati estis, quã-
tam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed
desiderium, sed æmulationem, sed vindictam: in omnib⁹ vos exhibuistis incontaminatos esse
Acto.19.d negocio. Multiq; credentium veniebant, confitentes & annunciantes actus suos: multi autẽ
ex eis, qui erant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus. I

Quòd pœnitentibus illud satis non sit ad salutem, si tantummodo recesserint à pecca-
tis, sed opus esse ipsis, ut fructus pœnitentiæ dignos ferant. CAP. IIII.

Matth.3.c VIdens autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum suum,
dixit eis, Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite
ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne velitis dicere intra vos, Patrẽ habemus Abra-
ham. Dico enim vobis, quòd potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: Iam e-
nim & securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bo- K
num, exciditur, & in ignem mittitur.

Quòd confestim, ubi de hac uita migrauerimus, omnis nobis benefaciendi facultas præcisa est:
quodq; hoc ipsum, quod hic uiuimus, temporis, nobis pro bonitate sua deus ad ea facienda
præfiniuerit, per quæ eius gratiam incamus. CAP. V.

Mat.25.a TVnc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas,
exierunt obuiam spõso. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed
quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudẽtes verò ac- L
ceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt
omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiã
ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapien-
tibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Respondé-
runt prudentes, dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, &
emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum
eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime autem, veniunt & reliquæ virgines dicentes, Do-
mine domine aperi nobis. At ille respondens ait, Amen dico vobis, nescio vos. Contendite
intrare per angustam portam, quia multi (dico vobis) quærent intrare, & non poterunt. Cum M
Lucæ.13.c autem intrauerit paterfamiliâs, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium,
dicentes, Domine domine aperi nobis, & respondens dicet vobis, Nescio vos vnde sitis.

2.Cor.6.a Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes vllam offensionem,
Galat.6.c ne vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibentes nosmetipsos sicut dei mini
stros. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum erga omnes.

REGVLA SECVNDA.

Quòd nequaquam is deo poteſt ſeruire, qui etiamſe alienis à pietate negociis
immiſceat. CAP. I.

Nemo

A NEmo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum dili-
get: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet: Non potestis deo seruire & mam- Mat.6.c
monæ: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum i- 2.Cor.6.c
niquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christo ad Belial? Aut
quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo dei cum idolis?

Quòd is qui euangelicam doctrinam susceperit, debet primum purgatus esse ab omni inquinamento
carnis & spiritus, ut hoc modo ex iis, quæ recte ac sancte faciat, dei gratiam
promereatur. CAP. II.

B VAe vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & pa- Matth.23.c
ropsidis, intus autem pleni estis rapina & immundicia. Pharisæe cæce, munda prius
quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id, quod deforis est, mundum. Has ergo 2.Cor.7.a
habentes promissiones, charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus,
perficientes sanctificationem in timore dei.

Quòd neutiquam is domini fieri discipulus potest, qui de re aliqua uitæ huius nimio plus affectus
sit, uel ab aliqua earum rerum detineatur, quæ uel leuiter retrahere illum
possit à mandato dei. CAP. III.

C QVi amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Et qui amat filium
aut filiam plusquam me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & Matth.10.
sequitur me, non est me dignus. Si quis vult post me venire, abneget semetip-
sum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim vult animam suam sal- Matth.16
uam facere, perdet eam.

REGVLA TERTIA.

Quòd primum & magnum mandatum in lege domini testimonio confirmatum est esse deum ut di-
ligamus ex toto corde. Secundum item, proximum ut diligas, sicut teipsum. CAP. I.

D AIt illi Iesus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum manda- Matth.22.d
tum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum sicut teipsum.

Quòd certissimum sit argumentum, quòd aliquis deum non diligat, neque Christum eius, qui eius
præceptis non pareat: quodq; euidens contrà, erga eundem charitatis indicium sit, si Christi
præceptis obtemperet, in patientia passionum illius usque ad mortem. CAP. II.

E QVi habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui nõ diligit me, sermo- Ioan.14.c
nes meos non seruat. Si mandata mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, si- &.15.b
cut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectiõe. Quis nos se-
parabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? an persecutio, an fames? an
nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est, Quoniam propter te mortificamur to-
ta die, æstimati sumus sicut oues occisionis: sed in his omnibus superamus, propter eum qui
dilexit nos.

REGVLA QVARTA.

Quòd is honore & gloria afficit deum, qui uoluntati obtemperat illius: & contrà contumelia,
F *qui legem illius uiolat.* CAP. I.

EGo te glorificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi, vt faciam. Sic lu- Matth.5.b
ceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem
vestrum qui in cœlis est, vt sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructibus Philip.1.b
iustitiæ, qui sunt per Iesum Christum in gloriã & laudem dei. Qui in lege gloriaris, per præ-
uaricationem legis deum inhonoras.

REGVLA V.

Quòd Christiani officium est, liberum purumq; esse omnis odij erga cæteros, contráque, omnes e-
tiam inimicos diligere, & pro amicis uitam deponere, quandocunque id ita fieri conuenire uti-
litatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

litatis illius ratio suadeat: quodq; eiuscemodi charitas erga proximum haberi debet, qualem habuit erga nos Deus, & Christus eius. CAP. I. G

Mat.5.g Ioan.3.b Ioan.15.b Lue.6.e Rom.5.b Ephe.5.a

AVdistis quòd dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, Et paulo inferius, Estote ergo vos perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Sic enim deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorem hac charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Commendat autem charitatem suam deus in nobis, H
quòd cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam deo.

Quòd certissimum illud argumentum sit, aliquos esse Christi discipulos, si inter se mutuò se diligant. CAP. II.

IN hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Quòd euidens argumentum sit aliquem charitatem Christi aduersum proximum non habere, si fecerit aliquid, quod eius uel rem, uel animum offendat, & fidem impediat, licet genere ipso, quod fiat, concessum sit à scriptura. CAP. III. I

Rom.14.e

SI autem propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, propter quem Christus mortuus est.

Quòd Christiani officium est, quandocunque quis ipsi factus offensior est, cum studere sibi mitigare, & quantum in ipso sit, illius sibi gratiam reconciliare. CAP. IIII.

Matth.5.c

SI ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare: & vadens prius, recõciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem K
patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus.

1.Cor.4.c

Quòd qui ueram, quæ est secundum Christum, charitatem habet, is est, cum aliquando eius quem diligit animum offendere non dubitat, quandocunque id in rem illius esse animaduerterit.
CAPVT V.

Ioan.16.a

ET nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quò vadis? sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Ita vt L
magis gauderem: quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet, etsi me pœnituisset. Video enim quòd epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit. Nunc gaudeo, nõ quòd contristati estis, sed quòd contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

REGVLA VI.

Quòd intrepide ac sine ulla uerecundia liberè agere oporteat in confessione domini nostri Iesu Christi, & doctrinæ eius. CAP. I. M

QVod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor

Matth.10.d

& ego eum coram patre meo, qui est in cœlis. Nam qui me erubuerit & meos sermones, hũc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & angelorum sanctorũ. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri, neque me vinctum eius: sed collabora Euãgelio, vt bonus miles Christi.

2.Tim.c

Quòd

A

REGVLA VII.

Quòd licet quis uideatur dominum confiteri, & eius sermones auscultet: is tamen si eius mandatis non pareat, condemnatus est, licet ex aliquo consilio dei occulto permissum sit, ut aliquo ornatus sit dono spirituali. CAP. I.

Mat.7.c

NOn omnis qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui est in cœlis, ipse intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confite-
B borillis, Nunquam noui vos. discedite à me, qui operamini iniquitatem, & cætera. Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominabiles, & ad omne opus bonum reprobi.

Luc.6.g Titũ.1.d

REGVLA VIII.

Quòd ab iis, quæ dicũtur à domino, dubitatio omnis, omnisq; hæsitatio repelli debet: quodq; quicquid à domino dictum sit, id & uerissimum tenere oportet, eiusmodiq;, quod fieri possit, licet natura ipsa uideatur repugnare, quando in hoc fidei conatus declaratur. CAP. I.

Matth.14.c

C QVarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare: & videntes eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes, Phantasma est: & præ timore clamauerunt. Statimq; Iesus locutus est eis, dicens, Habete fiduciam. Ego sum. nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit, Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. Et ipse ait, Veni. Et descendens Petrus de naui, ambulabat super aquas, vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit dicẽs, Domine saluum me fac. Et continuo Iesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi, Modicæ fidei, quare dubitasti? Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes, Quomodo hic po-

Ioan.6.e

teſt dare nobis carnem suam ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vo-
D bis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis. Ne timeas Zacharia, quia exaudita est deprecatio tua. Et Helizabet vxor tua pariet tibi filium. Et paulò pòst. Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel, qui adsto ante deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euãgelizare: Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emor-

Luc.1.a

Rom.4.c

tuum, cum iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Sarræ. In promissione verò dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo, plenissime sciens quòd quæcunque promisit deus, potens est & facere: ideo & reputatum est illi ad iustitiam.

E

Quòd qui in rebus leuioribus domino fidem non habet, hic eam multò minus in iis habere conuincitur, quæ sunt grauioris momenti. CAP. II.

SI terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? Qui fi-

Ioan.3.b Luc.16.c

delis in minimo est, & in maiori fidelis est: Et qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.

Quòd nullo modo ratione proprij consilij niti debemus, ut iis fidem derogemus, quæ à domino dicuntur: contraq; quòd scire conuenit maiorem deberi autoritatem uerbis domini, quàm ulli quantumuis animi nostri certissimæ expletioni. CAP. III.

F

TVnc dicit illis Iesus, Omnes vos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Respõdens autem Petrus, ait illi, Et si omnes scãdalizati fuerint in te, ego nunquã scãdalizabor. Ait illi Iesus, Amen dico tibi, ẽp in hac nocte antè, quàm gallus cantet, ter me negabis. Ve-

Mat.26.c d

Matth.26.b

spere autẽ facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis: & edentibus illis, dixit, Amen dico vobis, quòd vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere, Nunquid ego sum domine? Et facta est vox ad eum, Surge Petre, occide, & mãduca. ait autẽ Petrus, Absit domine, quia nunquam manducaui quicquam commune, & immundũ. Et vox

Actо.10.b

iterum secundo ad eum, Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Cõsilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.

2.Cor.10.b

c Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGVLA IX.

G

Quòd nullo modo negligentes nos esse conueniat in iis cognoscendis, quæ officij nostri sint: quodq; contrà adhibita summa animi attentione uerba domini & auscultare debemus, & intelligere, & uoluntatem eius facere. CAP. I.

Matth.15.b REspondens autem Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis quòd omne quod in os intrat, in vẽtrem vadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt,
Matth.13.c & ea coinquinant hominem? Cùm quis audit verbum dei, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est, qui secus viam seminatus est. Paulò pòst, Qui H autem in terram bonam seminatus est, hic est qui audit, & intelligit, & fructum affert, aliud
Mar.7.c centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum. Et aduocans iterũ totam turbam, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite. Videte itaque quomodo cautè ambuletis,
Ephe.5.c non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas domini.

Quòd in rebus minime ad nos pertinentibus inuestigandis, nullo modo debemus esse curiosi. CAP. II.

Ioan.13.c ET post buccellam introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc I autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixit ei. Igitur qui conuenerant, interroga-
Acto.1.a bant eum dicentes, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israël? Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua ipsius potestate.

Quòd eorum proprium est, qui de iucunda dei gratia soliciti sunt, de rebus ad officium ipsorum pertinentibus percontari. CAP. III.

Matth.13.c &.19.b ET accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Et ecce vnus accedens, ait illi, Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Dicebat igitur venientibus ad se turbis, vt baptizarentur ab ipso: Genimina
Luc.3.b viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Et paulò pòst, Et interrogabãt eum turbę K dicentes, Quid faciemus? similiter & publicani, & milites. His autem auditis compuncti sunt
Acto.2.c corde, & dixerunt ad Petrum, Quid faciemus viri fratres?

Curandum ei qui interrogatur, digna fide ut respondeat: CAP. IIII.

Luc.10.e ET ecce quidam legisperitus surrexit tentans eum, & dicens, Magister bone, quid faciendo, vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptũ est? quomodo legis? Ille respondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
Colo.4.a anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. Di-
Lucæ.12.f xitq; illi, Rectè respondisti. Fac hoc, & viues. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, L vt sciatis quomodo vos oporteat vnicuique respondere. Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem domini sui & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

REGVLA X.

CAP. I.

Quòd finis peccati, Mors.

Ioan.3.d Rom.6.d QVi incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum. Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors. Et paulò pòst, Stipẽdia pec M cati mors: stimulus autem mortis, peccatum.

Quòd finis mandati dei, est uita æterna. CAP. II.

Ioan.8.g &.12.g Rom.6.c AMen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et scio quòd mandatum eius vita æterna est. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò, vitam æternam.

REGVLA XI.

Quòd nequaquã cõtemnere oporteat iudicia dei, potiusq; maiorẽ in modum metuere, licet ea cõfestim

A *festim debita pœna non subsequatur.* CAP. I.

SEd potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Quòd si di Matth.10.d
xerit seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere Luc.12.f
seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet dominus serui illius in die, in
qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet. Ecce Ioan.5.c
sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Nemo vos seducat inani-
bus verbis. Propter hæc enim venit ira dei in filios diffidentiæ, siue inobedientiæ. Ephe.5.b

B *Quòd qui semel ob commissa aliqua peccata castigatus à deo est, & tamen ueniam deinde consecutus, is si denuo post illud tempus peccat seuerius in se animaduertendi postea deo causam dat.* CAP. II.

ECce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ioan.5.c'

Quòd quãdocunque aliquos in dei offensionem uiderimus incidisse, dare nos studiosè operam debemus, ut illorum exemplo cautiores simus, ac uitam nostram in melius commutemus. CAP. III.

ADerant autem quidam ipso in tempore, nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguine Lucæ.13.a
Pilatus miscuerat cum sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis, Putatis quòd hi Ga-
C lilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis.
Sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decẽ & octo, super quos
cecidit turris in Siloë, & occidit eos. Putatis quòd & ipsi debitores fuerint præter omnes ho-
mines habitantes in Hierusalem? Non, dico vobis, Sed si pœnitentiam non egeritis, omnes
similiter peribitis. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. & factus est timor Acto.5.a
magnus super omnes, qui audierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum, & perie-
runt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura cõtingebant illis. Scripta sunt autem ad 1.Cor.10.e
correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.

D *Quòd sæpenumero propter præcedentem in alicuius animo impietatem, eum deus loco supplicij ea facere permittit quæ flagitiosissima sunt.* CAP. IIII.

ET sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sen- Rom.1.d
sum, vt faciant ea quæ non conueniunt. Pro eo quòd charitatem veritatis non recepe- 2.Thes.2.c
runt, vt salui fierent, ideo mittit illis operationem erroris, vt credant mendacio.

Quòd non est multitudo peccatorum illa, quæ exoret deum, sed is, qui est apud illum in gratia, licet unus modo, uel una etiam muliercula sit. CAP. V.

E IN veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cœ- Luc.4.d
lum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nul-
lam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniorum ad mulierem viduam. Nolo e- 1.Cor.10.a
nim vos ignorare fratres quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare tran-
sierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spi-
ritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant enim de
spirituali sequente eos petra, petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto.

REGVLA XII.

Quòd omnis, qui iussis domini aduersatur, licet id amico & pio animo faciat, is tamẽ ob eam causam abalienatur à domino: quodq; quicquid à domino dicatur, id summa cum animi expletione debemus suscipere. CAP. I.

F ET cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo, quo erat pręcinctus. venit ergo ad Ioan.13.a
Simonem Petrũ: & dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? Respõdit Iesus, & dixit
ei, Quod ego facio, tu nescis modò, scies autẽ postea. Dicit ei Petrus, Nõ lauabis mihi pe-
des in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Quòd nullo modo humanas traditiones sequi debemus, ita ut pro illis defendendis, præcepta diuina uiolemus. CAP. II.

ET interrogant eũ pharisæi & scribę, Quare discipuli tui nõ ambulãt iuxta traditionẽ se- Marc.7.a
niorũ? Sed cõmunibus manibus mãducant panẽ? At ille respõdens dixit eis, Bene pro- ἀνίπτοις il-
phetauit de vobis Esaias hypocritis, sicut scriptũ est: Populus hic labiis me honorat, cor lotis. eodem
autẽ eorũ longè est à me. In vanum autẽ me colũt, docẽtes doctrinas & mãdata hominũ, &c. recidit, vt
cõmunibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd ad unum omnia seruanda sunt, quæ à domino per euangelium & Apostolos tradita sunt, neque eorum omnino quicquam prætermitti debet. CAP. III. G

Matth.28.d Lucæ.1.a Idē.10.c 2.Thes.2.d

EVntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam tanquam per nos.

Quòd non debet Christianus dominicæ uoluntati suam præponere, ueluti meliorem: sed contrà omni in re quærere, & facere ea, quæ deum uelle intelligat. CAP. IIII. H

Ioan.5.e Luc.22.e Ephe.2.a

QVia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me patris. Et positis genibus, orabat eum dicens, Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. In quibus & nos aliquando conuersati sumus, in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum. Et eramus natura filij iræ sicut & cæteri.

REGVLA XIII.

Quòd oporteat Christianum hominē perpetuò sobrium esse: & ad ea studia, per quæ dei gratiam possit promereri, semper paratum, agnoscentē quantum periculum sit in mora. CAP. I. I

Lucæ.12.e

SInt lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis: vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant illi. Beati serui illi quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes, & reliqua. Hoc autem scitote, quòd si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos ergo estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. De temporibus autem & momentis, fratres non indigetis,

1.Thes.5.a

vt scribamus vobis. ipsi diligēter scitis, quòd dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Et paulo inferius, Igitur non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus.

Ibidem.b

Quòd nullum non tempus debemus aptum existimare ad studium earum rerum, quas Deo gratas esse intelligamus. CAPVT II. K

Ioan.9.a Philip.2.b

ME oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Itaque charissimi mei, sicut semper obedistis non in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia, cum metu & tremore vestram salutem operemini.

REGVLA XIIII.

Quòd in omni re, quam uel facimus, uel dicimus, habere rationem conuenit idoneæ opportunitatis temporis, & quòd iis alieni nihil admiscere debeat. CAP. I.

Matth.9.b

TVnc accedunt ad eum discipuli Ioānis, dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus, Nunquid possint filij sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus, & cætera. Itaque fratres non sumus filij ancillæ, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.

Gal.4.d.5.a

REGVLA XV.

Quòd neutiquam rectè facit, qui in aliorum rectè factis spem ponens, ipse ob eam causam negligit officium suum. CAP. I. M

Matth.3.b

FAcite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & non velitis dicere intra vosipsos. Patrem habemus Abraham.

REGVLA XVI.

De iis, qui prodesse sibi aliquid arbitrabantur, si cum bonis & Deo charis hominibus uiuant, ipsi autem boni nihil faciant: tametsi in speciem uideantur nihilo cæteris dissimiles. CAP. I.

Matth.25.a

TVnc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiā sponso. Quinq; autem ex eis erant fatuę, & quinq; prudētes. Sed quinq; fatuæ

A fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Et paulò pòst subiungit de fatuis: Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait, Amen dico vobis, nescio vos. Dico vobis in illa nocte, erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur. Erunt duæ molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur. Et respondentes dicunt illi, Vbi domine? Qui dixit, Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Luc.17.g

REGVLA XVII.

B *Quòd oporteat Christianum, cum ex declaratis ipsi à sanctis literis proprietatibus, quale sit instans tēpus cognouerit, pro capta de eo coniectura, res suas ad illud accōmodare.* CAP. I.

AB arbore autem fici discite parabolam: Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quòd propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quòd propè est in ianuis. Cum videritis nubem orientē ab occasu, statim dicitis, Nimbus venit: & ita fit. Et cum Austrum flantem, dicitis, quòd æstus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Hoc itaque dico fratres, tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habētes sint: & qui flent, tanquam nō flentes: qui gaudent, tanquā non gaudentes: & qui emunt, tanquā nō possidētes: C & qui vtuntur hoc mundo, tanquā non abutētes. Præterit enim figura huius mundi. Matth.24.c Luc.14.g 1.Cor.7.c

REGVLA XVIII.

Quòd mandata dei eo modo fieri debent, quomodo ea ut fierent, dominus præcepit: quando qui in iis faciendis offendit in modo, licet mandatum uideatur facere, is tamen neutiquam probatus est apud deum. CAP. I.

DIcebat autem & ei, qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, D claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non possunt retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Luc.14.c

Quòd mandatum domini, neque colligendæ causa gratiæ humanæ fieri debet, neq; omnino cū prænua ulla animi affectione: & q. in omni re illud constantissime usq; tenere propositū debemus, ut rem deo gratam faciamus, & eum, quantū facere possimus, glorificemus. CAP. II.

ATtendite, ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis? Alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synago- E gis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, & cætera. Siue enim manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in laudem dei facite. Sed sicut probati sumus à deo, vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur, nō quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ (deus testis est) nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. Matth.6.a 1.Cor.10.g 2.Thes.2.a

Quòd mandata domini adhibito mentis candore, cum apud deum, tum apud homines fieri debent & quòd qui hoc modo non facit, actum est de eius salute. CAP. III.

FVAE vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem estis pleni rapina & iniquitate. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & quod deforis est mundum. Qui tribuit, in simplicitate. Omnia autem facite sine murmurationibus & disceptationibus. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta. Habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, naufragium fecerunt circa fidem. Matth.23.c Rom.12.b Philip.2.b 1.Tim.1.a d

Quòd qui in rebus minoribus recte se gesserit, is ex iusto iudicio, maioribus mercedis loco, præficitur. CAP. IIII.

EVge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Et paucis pòst interiectis: Omni enim habenti dabitur, Mat.25.b c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.16.c & abundabit:ei autem,qui non habet,& quod habet auferetur ab eo. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis,quod verum est,quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est,quis dabit vobis? G

Quòd mandata domini inexplebili cum desiderio fieri debent, & quòd ulterius semper est festinandum. CAP. V.

Matth.5.a Philip.3.c BEati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.Fratres ego me nondum arbitror comprehendisse. Vnum autẽ.Quæ quidẽ retro sunt,obliuiscens,ad ea vero,quæ priora sunt,extẽdẽs meipsum,iuxta destinatũ persequor ad brabium supernæ vocatiõis dei,in Christo Iesu. H

Quòd mandata dei ita fieri debent,ut quantum in faciente sit omnes illuminentur,& gloria afficiatur deus. CAP. VI.

Matth.5.b VOs estis lux mundi.Non potest ciuitas abscondi,supra montem posita, neque accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio, sed super candelabrum , & lucet omnibus qui in domo sunt.Sic luceat lux vestra coram hominibus,vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum,qui in cœlis est.Nemo autem accendens lucernam, operit eam vase,aut subter lectum ponit,sed super candelabrum,vt intrantes videant lumen.Vt sitis sinceri & sine offensa in diẽ Christi, repleti fructu iustitiæ,qui est per Iesum Christum,in laudem & gloriam dei. I

Luc.8.c Philip.1.b

REGVLA XIX.

Quòd nullo modo impediri debet,qui dei uoluntatem facere uelit , siue ea sit ex mandato dei,siue ex ratione à mandato dei non aliena.neque faciens,impedire se uolenti cuiquã auscultare,licet ille arctissima ipsi necessitate cõiunctus sit,sed in suscepta deliberatione permanere. CAP.I.

Matth.3.d TVnc venit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Ioannem,vt baptizaretur ab eo.Ioannes autem prohibebat eum dicens,Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me ? Respondens autem Iesus,dixit ei,Sine modo.Sic enim decet nos implere omnem iustitiam,& cætera.Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quòd oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus,& scribis,& principib⁹ sacerdotum,& occidi , & tertia die resurgere. K

Matth.16.b & apprehendens eum Petrus cœpit increpare illum , dicens , Absit à te domine , non erit tibi hoc.Qui conuersus dixit Petro,Vade post me Sathana.Scandalum es mihi, quia non sapis ea

Marc.10.b quæ dei sunt,sed ea quæ hominum.Et offerebant illi paruulos,vt tangeret illos , discipuli autem cõminabantur offerentibus.Quos cum videret Iesus,indigne tulit,& ait illis,Sinite paruulos venire ad me,ne prohibueritis eos, talium est enim regnum cœlorum . Et cum morarentur dies aliquot,superuenit quidam vir à Iudæa nomine Agabus . Is cum venisset ad nos,

Acto.21.d tulit zonam Pauli , & alligans sibi pedes & manus dixit : Hæc dicit spiritus sanctus , Virum, cuius est zona hæc,sic alligabunt in Hierusalem,& tradent in manus gentium.quod cum audissemus,rogabamus nos,& qui loci illius erant,ne ascenderet Hierosolymam. Tunc respõ- L

dit Paulus,& dixit,Quid facitis flentes,& affligentes cor meum? Ego autem non solùm alligari,sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu . Et cum ei persua-

2.Thes.2.c dere non possemus,quieuimus,dicentes,Domini voluntas fiat.Qui & dominum occiderunt Iesum,& proprios prophetas,& nos persecuti sunt,& deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur,prohibentes nos gentibus loqui,vt salui fiant , vt impleant peccata sua semper.Peruenit autem ira dei super illos vsque in finem.

Quòd eum,qui animo non syncero dei mandatum facit,is si modò in iis,quæ extrinsecus apparent, exactam teneat disciplinam doctrinæ dominicæ , prohibere non debemus : quum quantum est in re ipsa,nemo lædatur ab eo,potiusq; sit,cum aliquis aliquãdo etiam iuuetur: & quòd non prætermittendum tamen,quin eum admoneamus saltem,ut ad recte facta,quæ apparẽt,animi quoque candorem uelit adhibere. CAP. II. M

Matth.6.a CVm ergo facis eleemosynam,noli tuba canere ante te,sicut hypocritæ faciunt in synagogis,& in vicis,vt honorificentur ab hominibus.Amen dico vobis,receperunt mercedem suã.Te autem faciente eleemosynã, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua,

Mar.9.c vt sit eleemosyna in abscondito,& pater tuus,qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto.Et de oratione,simili modo. Magister vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia,qui nõ sequitur nos,& prohibuimus eum, quia non sequitur nos.Iesus autem ait, Nolite

A lite prohibere eum . Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo , & possit cito male loqui de me.Qui enim non est aduersum nos,pro nobis est . Quidã quidem & propter inuidiam,& contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant, quidam ex charitate,scientes ꝙ in defensione Euangelij positus sum.Quidam autem ex con- Philip.1.c tentione Christum annunciant non sincere,existimantes se pressurã suscitare vinculis meis. Quid enim? dum omni modo,siue per occasionem,siue per veritatem Christus annunciatur, in hoc gaudeo,sed & gaudebo.

REGVLA XX.

B *Quòd domino credentes baptizari debent in nomine patris,& filij,& spiritus sancti.* CAP. I.

EVntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris , & filij , & spiritus Matth.28.d sancti. Amen amen dico vobis , nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu , non potest introire in regnum dei. Ioan.3.a

Quòd ratio & uirtus baptismi est,ut qui baptizantur , & animo, & uerbis , & opere immutentur,& pro data sibi uirtute illud efficiantur,quod est illud,ex quo nati sunt. CAP. II.

C QVod natum est ex carne,caro est,& quod natum est ex spiritu,spiritus est. Non mi- Ibidem. reris ꝙ dixi tibi,Oportet vos nasci denuo.Spiritus vbi vult spirat,& vocem eius audis,sed nescis vnde veniat,aut quò vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Rom.6.b Ita & vos existimate vos ipsos mortuos quidem esse peccato , viuentes autem deo in Christo Iesu . An ignoratis , quòd quicunque baptizati sumus in Christum Iesum , in Ibidem.a mortem ipsius baptizati sumus? vt quo modo Christus surrexit à mortuis in gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus . Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius,simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes , quòd vetus homo noster simul crucifixus est,vt destruatur corpus peccati , vt vltrà non seruiamus peccato . Qui enim mortuus Colo.2.b est , iustificatus est à peccato.In quo & circuncisi estis circumcisione non manufacta , in expoliatione corporis peccatorum carnis,in circuncisione Christi , consepulti ei in baptismo, in quo & simul resurrexistis per fidem operationis dei , qui suscitauit illum à mortuis . Qui- D cunque ergo in Christo baptizati estis, Christum induistis . Non est Iudæus , neque Græcus: Galat.3.b non est seruus, neque liber : non est masculus, neque fœmina . Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu, postquam exuistis veterem hominem cum actibus suis , & induistis nouum, qui renouatur in agnitione,secundum imaginem eius,qui creauit illum : vbi non est Gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium,barbarus & Scytha,seruus & liber,sed omnia in omnibus dominus Christus.

REGVLA XXI

E *Quòd necessaria etiam ad uitam æternam sit communicatio corporis & sanguinis Christi.* CAP. I.

AMen amen dico vobis,nisi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius san- Ioan.6.f guinem,non habebitis vitam in vobis,Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,habet vitam ęternam,& reliqua.

Quòd qui ad communicationem corporis & sanguinis Christi accedit, neque rationem illam considerat,cuius causa illa instituta est,utilitatis ex ea fructum nullum reportat: & quòd qui indigne communicat,is damnatus est. CAP. II.

F AMen amen dico vobis,nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius san Ibidem. guinem,non habebitis vitam in vobis.Et paulò inferius . Sciens autem Iesus apud se- Ibidem,g metipsum,quòd murmurarent de hoc discipuli eius,dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius ? Spiritus est qui viuificat , caro non prodest quicquam. Verba , quæ ego loquor vobis , spiritus & vita sunt . Itaque quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne , reus erit corporis & san- 1.Cor.11.f guinis domini . Probet autem seipsum homo,& sic de pane illo edat , & de calice illo bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit , non diiudicans corpus domini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd ratio, quamobrem corpus domini manducari, & sanguis bibi debeat, commemoratio sit oblationis domini usque ad mortem, ut qui uiuunt, non iam sibi uiuant, sed ei qui causa nostra ipse mortuus sit & resurrexerit. CAP. III. G

Lucæ.22.b ET accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens, Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis funditur. Quoniam dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Charitas enim Christi vrget nos, æstimantes hoc, quòd si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam nō sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit, & sint multi vnum corpus in Christo. Panis quem frangimus nónne communicatio corporis Christi est? quoniam vnus panis vnum corpus multi sumus. Omnes enim de vno pane participamus. H

1.Cor.11.c

2.Cor.5.c

1.Cor.10.d

Quòd qui sancta communicat, is canere deo laudes debet. CAP. IIII. I

ἢ ὅρος ἐλαιῶν. COenantibus autem illis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & quæ sequuntur. Quibus adiungit: Et hymno dictoexierunt in montem oliuarum.

REGVLA XXII.

Quòd peccati commissio ea est, quæ homines abalienat à deo, & conciliat diabolo. CAP. I.

Ioan.8.d AMen amen dico vobis, quòd omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati, vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. K

Rom.6.d

Quòd propinquitas, quæ est cum domino, ea non cernitur in naturali coniunctione sanguinis, quódque eam quilibet assequi potest, qui faciat uoluntatem dei. CAP. II.

Ioan.8.c QVi ex deo est, verba dei audit. Et nunciatum est illi à dicentibus, Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respōdens dixit ad eos, Mater mea, & fratres mei sunt, qui verbum dei audiunt, & faciunt. Vos amici mei estis, si feceritis ea quæ ego præcipio vobis. Quicunque enim spiritu dei aguntur, ij sunt filij dei.

Lucæ.8.c
Ioan.15.d
Rom.8.c

REGVLA XXIII.

Quòd qui præter animi sui uoluntatem trahitur ad peccatum, is intelligere debet, se ab alio prius à se commisso peccato constrictum teneri: cui inuitus cum seruiat, ab eo ad ea etiam pertrahitur, ad quæ minime uult. CAP. I. L

Rom.7.c SCimus enim quòd lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo, hoc ago, sed quod odi, illud facio. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi quòd bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quòd non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum: nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. M

REGVLA XXIIII.

Quòd mendacia sunt fugienda, & in unaquaque re ueritas dicenda. CAP. I.

Matth.5.f
Ephe.4.f
Colo.3.b SIt autem sermo vester, Est, est, Non, non. Quod autem his abundantius est, à malo est. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem, vnusquisque cum proximo suo. Nolite mentiri inuicem.

REGV-

REGVLA XXV.

Quod reiici debent quæstiones eæ, quæ inutiles sunt & contentiosæ. CAP. I. A

2.Timo.2.c HAec commone, testificans coram domino. Noli contendere verbis ad nullam vtilitatem, ad subuersionem audientium. Et paulo inferius: Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, Sciens quod generant lites.

Ibidem.d

Quòd nullo modo ociosa uerba debent proferri, ex quibus nulla utilitas nascatur: cum id ipsum etiam, quodammodo suapte natura concessum sit: non ad ædificationem fidei facere tamen, id sit contristare spiritum sanctum. CAP. II. B

Matt.12.c DIco autem vobis, quod de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Omnis sermo malus, ex ore vestro non procedat. Sed siquis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo obsignati estis in diem redemptionis.

Ephes.4.g

REGVLA XXVI.

Quod quidquid uel dicimus, uel facimus, id testimonio diuinarum literarum confirmari debet, ad confirmationem fidei bonorum & confusionem malorum. CAP. I. C

Matth.4.a ET accedens tentator dixit ei, Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondēs dixit, Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperūt loqui aliis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et paucis deinde interiectis verbis, Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem dicentes, Quidnam vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant, Musto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribꝰ percipite verba mea. Non enim, sicut vos putatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est, quod dictum est per prophetam Ioël, Et erit in nouissimis diebus, dicit dominus, Effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt, & quæ sequuntur. D

Act.2.a & b

Quòd similibus etiam ex natura rerum & quotidiano usu petitis uti possumus ad ea comprobanda, quæ à nobis uel dicuntur, uel fiunt. CAP. II.

Matt.7.c ATtendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas? aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor, fructus malos facit, & cætera. Et murmurabant Pharisæi & scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respondens Iesus dixit ad illos, Non egent qui sani sunt, medico, sed qui male habent. Nemo militans deo implicat se negociis secularibus, vt placeat ei, qui se probauit. Nam & qui certat in agone, nō coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. E

Luc.5.f
2.Tim.2.a

REGVLA XXVII.

Quòd nullo modo nos iis similes efficere debemus, qui alieni sunt à dominica doctrina: contraq;, quod deū & sanctos eius pro data nobis ab illo facultate nos conuenit imitari. CAP. I. F

Mar.10.c SCitis quod ij qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum potestatem habent in illos, non sic autem erit in vobis: sed quicunque voluerit maior fieri inter vos, erit vester minister. Et quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus: sicut & Filius hominis non venit vt ministraretur sibi, sed vt ministraret, & daret animam suam in redemptionem pro multis. Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei bona beneplacens & perfecta. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Roma.12.a

1.Cor.11.a

REGVLA XXVIII.

Quod nequaquam temere, inconsiderātérue sinere nos debemus in errorem auferri ab iis qui ueritatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritatem simulant: contráq; quod ex datis nobis ab diuinis literis signis agnosci debeat unusquisque qualis sit. CAP. I. G

Matt.7.g Ttendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. In hoc cognoscent omnes
Ioan.13.d quod discipuli mei estis, si dilectionem mutuam habueritis inter vos. Ideo notum vo
1.Cor.12.a bis facio, quod nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesum.

REGVLA XXIX.

Quòd debet unusquisque professionẽ suam factis ipsi cõsentaneis cõprobare. CAP. I. H

Ioan.5.f Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quod pater miserit me. Si nõ facio
Ioan.10.g opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operi-
2.Cor.6.a bus credite: vt cognoscatis & credatis quod pater in me est, & ego in patre. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrũ. Sed in omnibus exhibentes vosmetipsos, sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, &c.

REGVLA XXX.

Quòd res sacræ haberi in contumelia non debent, neque cum iis haberi promiscuæ, quæ sunt in communi ac prophano usu protritæ. CAP. I. I

Matth.21.b Et intrauit Iesus in templum dei, & eiiciebat omnes ementes & vendentes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis: Scriptum est, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam
1.Cor.11.c latronum. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut ecclesiam dei contemnitis? & confunditis eos, qui non habent? Si quis esurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis.

Quòd res deo dedicata tandiu in honore habenda sit, quandiu in ea uoluntas dei conseruatur. CAP. II. K

Matt.13.d Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur domus vestra deserta.

REGVLA XXXI.

Quòd res in usum eorum attributæ, qui deo se dedicauerunt, nullo modo in alios insumi debent, nisi ex eo forte, quod abundet. CAP. I. L

Mulier gẽtilis siue Græca Mar.7.e Erat enim mulier gentilis Syrophœnissa genere, & rogabat eum, vt dæmonium eiiceret de filia eius. Qui dixit illi, Sine prius saturari filios. Non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Et illa respondit, & dicit illi, Vtique domine, nam & catelli comedunt ab mensa de micis puerorum. Et ait illi, Propter hunc sermonem vade. exiit dæmonium de filia tua.

REGVLA XXXII.

Quod unicuique reddi debent quæ sua sunt. CAP. I

Luc.20.d Et interrogauerunt eum dicentes: Magister, scimus quia recte dicis, & doces, & non accipis personam, sed viam dei in veritate doces: licet nobis tributum dare Cæsari, an nõ? M
Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem, & inscriptionem? Respondẽtes dixerunt ei, Cæsaris. Et ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei, deo. Reddite ergo omnibus debita:
Roma.13.c cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorẽ. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.

REGVLA XXXIII

Quòd neminem debemus scandalizare. CAP. I.

Qui

A Qvi autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suMatth.18.a spendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et item:
Væ homini illi, per quem scandalum venit. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offeRoma.14.a diculum fratri, vel scandalum.

Quod id scandalum est, quicquid uoluntati domini aduersatur. CAP. II

B Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quod oporteret eum ire Hierosolymam, & Matth.16.c multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et apprehendens eum Petrus cœpit increpare illum, dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro: Vade post me Satana. Scandalum mihi es, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum.

Quod licet à scriptura uel res, uel uerbum aliquod concedatur, ea tamen missa fieri debent, quandocunque ex simili re alij uel alacriores ad peccatum fiant, uel ad rectè facta lentiores. CAP. III.

C De esu igitur eorum, quæ idolis immolantur, scimus quod nihil est idolum in mundo, 1.Cor.8.a & quod nullus est deus alius nisi vnus. Nam etsi sunt qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra (siquidem sunt multi dij, & domini multi) nobis tamẽ vnus deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum, sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia illorum vsque nunc idolothytum manducant, & conscientia illorum, cum sint infirmi, polluitur. Esca autem non nos commendat deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus. Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit te, qui habes scientiam in idolio recumbentem, nõne conscientia eius, qui infirmus est, ædificabitur ad manducandum idolothyta? & peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiã
D eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Nunquid non habemus po 1.Cor.9.a testatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri apostoli & fratres domini, & Cephas? Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plãtat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? & cætera.

Quod ne aliquem scandalizemus, ea etiam à nobis fieri debent, quæ minime alioqui necessaria sunt. CAP. IIII.

E Et cum venissent Capharnaum, accesserũt qui didrachma accipiebãt, ad Petrum, & di- Matth.17.d xerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? Ait, Etiam. Et cum intrasset in domũ, præuenit eum Iesus dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa vel censum? A filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

Quòd licet aliqui in uoluntatibus dei scandalizentur, non tamen idcirco nos de solita libertate dicendi quicquam oportet remittere. CAP. V.

F Non quod intrat per os, coinquinat animam, sed quod exit ex ore, hoc coinquinat ho- Matt.15.b minem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quòd Pharisæi audito verbo hoc, scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Cæcus autem si cęco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis Ioan.6.f carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Pt paulo post: Ibidem.g Ex eo multi discipulorum suorum abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire? Quia Christi bonus odor sumus deo in 2.Cor.2.d iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam: & ad hæc quis idoneus?

REGVLA XXXIIII.

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd eniti debet unusquisque, quantum in ipso est, ut talis sit, unde honestarum ac bonarum rerum cæteri exemplum sumant. CAP. I. G

Matt.11.d 2.Cor.9.a 1.Thes.1.c

DIscite à me, quia mitis sum,& humilis corde. Scio enim promptum animum vestrũ, pro quo de vobis glorior apud Macedones, quod Achaia parata est ab anno præterito:& vestra æmulatio prouocauit complures. Et vos imitatores mei facti estis, & domini, excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti, ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.

REGVLA XXXV. H

Quòd qui fructum spiritus sancti in aliquo animaduertunt, qui eundem ubique tenorem pietatis retineat, & illum non spiritui sancto, sed aduersario assignant, ij in ipsum spiritum sanctum blasphemi sunt. CAP. I.

Matt.12.b

TVnc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus,& curauit eum, ita vt loqueretur,& videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic est Christus filius Dauid? Pharisæi autem audientes dixerunt, Hic non eiicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diuisum contra se, desolabitur:& omnis ciuitas & domus diuisa contra se, non stabit. Et si Satanas Satanam eiicit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in I Beelzebub eiicio dæmones, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu dei eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnum dei. Aut quomodo potest quispiam intrare in domum fortis,& vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? & tunc domum illius diripiet. Qui non est mecum, contra me est:& qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: Qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. K

REGVLA XXXVI.

Quòd seruantes formam doctrinæ domini, omni cum studio atque honore excipi debent, idq; ad gloriam ipsius domini, quodq; qui eis non auscultauerit, neque susceperit, is prorsus est desperatæ salutis. CAP. I.

Matt.10.d Matt.10.b Ioan.12.c Philip.2.d

QVi recipit vos, me recipit:& qui me recipit, recipit eum qui me misit. Exeuntes de domo, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Qui accipit siquem misero, me accipit:qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Necessariũ L autem existimaui Epaphroditum fratrem,& cooperatorem,& commilitonem meum, vestrũ autem apostolum,& ministrum necessitatis meæ mittere ad vos. Et paulo inferius: Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino,& eiusmodi cum gaudio habetote.

REGVLA XXXVII.

Quod animi promptitudo pro uiribus in rebus quantumuis minimis accepta est deo, etiam in munerculis. CAP. I.

Matt.10.d Luc.21.a Matt.26.a Acto.16.c

ET quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum, in no- M mine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Respiciens autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem ærea minuta duo, & dixit: Verè dico vobis, quòd hæc pauper plus quàm omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi, miserunt in munera dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum, quem habuit, misit. Cùm autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti precioſi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait: Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. De Lydia autem in Actis: Cum autem baptizata esset & domus eius, deprecata est dicens: Si iudicastis me fidelem

A fidelem in domino esse, introite in domum meam,& manete:& coëgit nos.

REGVLA XXXVIII.

Quòd debeat Christianus adhibitos à se ad mensam suam fratres, remoto tumultu, modeste ac frugaliter tractare. CAP. I.

Ioan.6.a

B DIcit ei vnus de discipulis eius Andreas frater Simonis Petri, Est puer hic habẽs quinque panes ordeaceos,& duos pisces, sed hæc quid sunt inter tam multos? Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo Iesus panes,& cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Et mulier quædam Martha Luc.10.g nomine accepit eum in domum suam, & huic soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Iesu, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit,& ait: Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Respondens dixit illi Iesus, Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea.

C

REGVLA XXXIX.

Quòd Christianum oporteat esse non facile mutabilem, sed stabilem in fide, & eiusmodi, qui ab iis, quæ sunt in domino bonis, nullo modo dimoueatur. CAP. I.

Matt.13.c 1.Cor.15.g

QVi autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit,& continuò cum gaudio accipit illud: non autem habet in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote, immobiles, abundantes in opere domini, scientes quod labor vester non est inanis in domino. Miror quod tam cito transferimini ab eo, qui Gal.1.b D vocauit vos in gratiam, ad aliud Euangelium.

REGVLA XL.

Quòd neutiquam ferri debent, qui aliter docent: licet ea re id facere se simulent, quo eos, qui instabiles sunt, uel decipiant, uel redarguant. CAP. I.

Matth.24.a Lucæ.20.g

VIdete ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus,& multos seducent. Attendite à scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro,& primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in con- E uiuiis: qui deuorant domos viduarum, simulantes lõgam orationem, hi accipient damnationem maiorem. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Siquis vobis euangelizauerit, præter id, quod nunc accepistis, anathema sit. Gal.1.a

REGVLA XLI.

Quòd omne quidquid scandalizat, amputari debet, licet coniunctißimum quid, ac summe necessarium nobis uideatur. CAP. I.

Matt.18.a

F VAe homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum,& proiice abs te. Bonum est tibi ad ciuitatem ingredi debilem vel claudum, potius quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternũ. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum,& proiice abs te.

Quòd cum infirmioribus temperatè agendum est, & quòd diligenti cura adhibita ij & erigi, & duci ad perfectionem debent: ita tamen temperate, ut propterea dei mandatum non negligatur. CAP. II.

Matt.12.b Roma.14.a Gal.6.a

ARundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt. Infirmum autem in fide assumite. Et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stis,huiusmodi instaurate in spiritu lenitatis:considerãs teipsum,ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legem Christi. G

REGVLA XLII.

Quòd non est credendum iccirco dominum uenisse,ut legem tolleret,& prophetas, sed ut adimpleret,& quæ deerant,perfectiora adiiceret. CAP. I.

Matt.5.b Roma.3.d NOlite putare quòd venerim soluere legem, aut prophetas. Non veni soluere legem, sed adimplere.Legem ergo destruimus per fidem?Absit.Sed legem statuimus. H

REGVLA XLIII.

Quòd sicut lex actus prauos uetat, ita euangelium ipsa latentia animi uitia prohibet. CAP. I.

Matt.5.c Roma.2.d AVdistis quod dictum est antiquis:Non occides,qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico,quod qui temere irascitur fratri, reus erit iudicio. Non enim qui in manifesto Iudæus est,neque quæ in manifesto in carne,circumcisio:sed qui in abscondito Iudæus est,& circumcisio cordis in spiritu,non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo. I

Quòd sicut Lex in singulis officiis satis habet,si quædam tantummodo fiant, ita euangelium nihil penitus ult desiderari. CAP. II.

Luc.18.d Col.2.b OMnia quæcunque habes,vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni,& sequere me.In quo & circuncisi estis circumcisione non manufacta,in expoliatione corporis peccatorum carnis,in circumcisione Christi.

Quòd nullo modo cœlesti regno digni esse possunt ij, qui euangelicæ iustitiæ documenta non dederint maiora,quàm ea sint,quæ à lege tradita sint. CAP. III.

Matt.5.c Philip.3.b NIsi vestra iustitia abundauerit plus,quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.Siquis alius videtur confidere in carne, ego magis circuncisus octauo die,ex genere Israël,de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis,secũdum legem Pharisæus:secundum æmulationẽ,persequẽs ecclesiam dei:secundũ iustitiam, quæ in lege est, cõuersatus sine querela.Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christũ detrimenta.Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei:propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror stercora esse, vt Christum lucrifaciam,& inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam,quæ per fidem est Christi,quæ ex deo est,iustitiam. K L

REGVLA XLIIII.

Quod iugum Christi suaue est,& onus eius leue, & eiusmodi, quod illos reficiat, qui illud subeunt:quodq; omnia, quæ aliena sunt à doctrina euangelica, onerosa sunt & grauia. CAP. I.

Matt.11.d VEnite ad me omnes,qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.Tollite iugum meum super vos,& discite à me,quia mitis sum,& humilis corde,& inuenietis requiẽ animabus vestris.Iugum enim meum suaue est,& onus meum leue. M

REGVLA XLV.

Quòd nullo modo digni haberi possunt regno cœlorum, qui puerorum æqualitatem inter se ipsi imitati non fuerint. CAP. I.

Matt.18.a AMen dico vobis,nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Quòd qui maiorem gloriam assequi cupit in regno cœlorum,hic humilitatem, & infimam omnium conditionem debet sectari in hac uita. CAP. II.

Quicun-

A QVicunque ergo humiliauerit se,sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit minister vester. Et qui voluerit inter vos primus esse,erit omnium seruus.Nihil per contentionem,neque per inanẽ gloriam,sed humilitate alij alios superiores sibi inuicem arbitrantes. Matt.18.a Mat.20.d Philip.2.a

REGVLA XLVI.

Quòd ex similitudine rationis eius quæ in rebus leuioris momenti seruatur, studium à nobis in rebus maioribus requiritur à deo. CAP. I.

B VNusquisque sabbato non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ,quam alligauit Satanas,ecce decem & octo annis nõ oportuit solui à vinculo isto die sabbati? Dicebat autem parabolam ad illos in hoc, quod oportet semper orare,& non deficere,dicens:Iudex quidam erat in ciuitate, qui deum non timebat,& hominem non reuerebatur.Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum,dicens: Vindica me de aduersario meo, & nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se:Et si deum non timeo,nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua,vindicabo illam,ne in nouissimo veniẽs sugillet me.Ait autem dominus, C Audite quid iudex iniquus dicat. Deus autem non facit vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte.Nemo militans,implicat se negociis secularibus vt ei placeat,qui se probauit.Nam & qui certat in agone,non coronatur,nisi legitimè certauerit. Luc.13.a Luc.18.a 2.Timo.2.a

Quòd ex comparatione eorum qui in rebus minoribus ex fide metum, & ex laudabili cupiditate studium præ se tulerint, ij seueriore iudicio plectentur, qui in rebus grauioribus contemptum adhibuerint. CAP. II.

Luc.11.d REgina Austri surget in iudicio, cum viris generationis huius, & condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquàm Salomon hic.Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, D quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ,& ecce plusquàm Ionas hic.

Quòd qui in rebus minoribus diligens est,is nequaquam propterea maiores debet contemnere:sed cum in eo præcipue elaboret,ut præceptis maioribus satisfaciat, ea etiam obire simul debet,quæ uideantur leuiora. CAP. III.

Matt.23.e VAe vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ,qui decimatis mentham & anethum, & cyminum,& reliquistis quæ grauiora sunt legis,iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere,& illa non omittere.Duces cæci,excolantes culicem, camelum autem glutientes. E

REGVLA XLVII.

Quòd non debemus nobis thesaurizare in terra, sed in cœlo: & quis sit modus thesaurizandi in cœlo. CAP. I.

Matt.6.c NOlite thesaurizare vobis thesauros in terra,vbi tinea,& ærugo demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo,vbi neque ærugo,neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vendite quæ Luc.12.d possidetis,& date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis.Omnia quæcunque habes,vende,& da pauperibus,& habebis thesaurum Luc.18.d 1.Tim.6.d F in cœlo.Facile tribuere,communicare,thesaurizare sibi thesaurum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam.

REGVLA XLVIII.

Quòd misericordem & facilem ad communicandum esse Christianum oportet, quando accusantur,qui tales non sunt. CAP. I.

Matt.5.a Luc.6.d Roma.1.d BEati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequentur. Omni autem petenti te tribue.Sine affectione, absque fœdere, sine misericordia: qui cum cognouissent iustitiã dei,quòd qui talia agunt,digni sunt morte,& cætera.

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd quicquid habet quis ultra naturalem suam ad uictum necessitatem, id necessario in beneficium alterius debet conferre, ex mandato domini, unde ea etiam accepimus, quæ habemus. CAP. II. G

Luc.3.b
1.Cor.4.b

QVi habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Quid autẽ habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas sicut scriptum est: Qui multum, non abundauit, & qui modicum, non minorauit.

Quòd secundum ea, quæ à domino dicta accepimus, neutiquã diuitiæ nobis amplectendæ sunt, sed paupertas. CAP. III. H

Luc.6.d
2.Cor.8.a
1.Tim.6.b

BEati pauperes, quoniam vestrum est regnum dei. Væ vobis diuitibus, qui habetis cõsolationem vestram. Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem, & in laqueum, & in desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est auaritia, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerũt se doloribus multis.

Quòd nequaquam in eo soliciti esse debemus, ut rebus ad uitæ usum necessariis abundemus, neque in eo nobis occupandum est studium nostrum, ut aut saturitatem sectemur, aut apparatus magnificos: & quod à quacunque immodica habendi cupiditate casti ac puri esse debemus, similiterq; exquisitum omnem ornatum defugere. CAP. IIII. I

Luc.12.b
1.Tim.2.c
Ibidem.6.b

VIdete & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Ornare se non in intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.

Quòd nullo modo de iis rebus soliciti esse debemus, quæ necessariæ nobis ad uictum sunt: neque in iis, quæ ad hanc uitam degendam parta habemus, spes nostra ponenda: sed debere unumquẽque curam sui remittere prouidentiæ diuinæ. CAP. V. K

Matt.6.c

NOn potestis deo seruire & Mammonæ. Ideo dico vobis ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nõne anima pluris est quã esca? & corpus pluris quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam non seruunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa. Nõne vos pluris estis illis? Quis autem vestrum solicitè cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimento quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, nõ laborant, neque nent. Dico autem vobis, quòd nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum est ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse dicentes, quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quomodo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester cœlestis, quòd his omnibus indigetis. Quærite autem primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. Sufficit diei malicia sua. Et cætera. L

Quòd in procuratione rerum ad usum fratrum necessariarum, curam ac solicitudinem suscipere nos oportet, in eoq; uoluntati dominicæ satisfacere. CAP. VI.

Matth.25.e

VEnite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnũ à constitutione mũdi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, hospes erã, & collegistis me, nudus, & operuistis me, infirmº, & visitastis me, in carcere erã, & venistis ad me. Quibus illa mox adiunguntur: Amen dico vobis, quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Cũ subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quod multitudo magna venit ad eũ, dicit ad Philippũ, Vnde ememus panes, vt mãducent hi? & cætera. De collecta autẽ in sanctos, sicut ordinaui ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite, per vnã sabbatorũ vnusquisq; vestrũ seponat, recondens quod ei beneplacuerit, vt nõ cum venero, tunc collectæ fiãt. M

Ioan.6.b
1.Cor.16.a

Quòd debet unusquisq; qui posit, laborare, & ex quæstu, quẽ ex opere faciat, aliorũ inopiæ subuenire, quãdo qui laborare non uult, is nec dignus quidem uidetur, qui manducet. CAP. VII.

Dignus

A DIgnus est enim operarius cibo suo. Omnia ostendi vobis, quòd sic laborantes oportet susc ipere infirmos, & meminisse verborum domini, quod ipse dixit: Beatum est magis dare quàm accipere. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem iam laboret operando manibus suis quod bonum est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Nam & cũ essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quod si quis non vult operari, nõ manducet. Matt.10.b Acto.20.g Ephes.4.f 2.Thes.3.c

REGVLA XLIX.

Quòd nec de necessariis quidem ad corpus uestimentis, in iudicio cum aliquo experiri Christianus debet. CAP. I. B

ET qui te percutit in maxillam vnam, præbe illi & alteram: & ei qui aufert tibi vestimentum, & tunicam, noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Audet aliquis vestrum, habens negocium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Et post statim: Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. Luc.6.e 1.Cor.6.a

Quòd nullo modo debet Christianus cum aliquo pugnare aut seipsum defendere: sed aduersum omnes, si fieri posit, ex mandato domini pacem seruare. CAP. II. C

AVdistis quòd dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram, & quæ sequuntur. Charitatem habete in vobis, sed & pacem habete inter vos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: non vosmetipsos defendẽtes charissimi. Sed date locum iræ. Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse erga omnes. Matt.5.f Roma.12.d 2.Timo.2.d

Quòd neque etiam cum iniuria alter afficiatur, uiolantem illum ulcisci debemus. CAP. III.

D TVnc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex iis, qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens seruũ principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuũ in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Et misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi, & nõ receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes dixerunt: domine, vis dicamus vt ignis descendat de cœlõ, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Et abierũt in aliud castellum. Matt.26.a Luc.9.f

REGVLA L.

Quòd alios quoque ad pacem, quæ est in Christo, debemus inducere. CAP. I. E

BEati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Matt.5.a Ioan.14.d

REGVLA LI.

Quòd quicunq; ullt alterũ criminari, eũ castũ se ab omni uitio prius oportet præstitisse. CAP. I.

FQVid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo nõ vides: Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eiiciam festucã de oculo tuo? & ecce trabs est in oculo tuo. Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucã de oculo fratris tui. Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Eadem enim agis tu, qui iudicas. Scimus autem, quod iudicium dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas autẽ hoc ô homo qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quod effugies iudicium dei? Matth.7.a Roma.2.a

REGVLA LII.

Quòd nequaquam, perinde ac si nihil referret, æquo animo ferre debemus, quandocunque

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquos uideamus, qui peccent: sed contrà potius, eorum uicem dolere ac lugere nos oportet. CAP. I. G

Luc.19.f ET vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super eam, dicens, Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
1.Cor.5.a Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur, vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis,
2.Cor.12.g vt tollatur de medio vestrũ, qui hoc opus fecit? Ne iterũ cum venero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, &c.

Quòd nullo modo aliorum peccata, silentio debemus præterire. CAP. II. H

Matt.18.b SI autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum, & cætera. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem & arguite.
Ephes.5.c

Quòd ob eam causam tantummodo uenire cum peccatoribus in congressum debemus, ut eos à praua uiuendi uia ad meliorem frugem reuocemus, idq; eo modo, quem nobis dominus præcepit. CAP. III.

Matt.2.b ET factum est cùm accumberet in domo illius, multi etiam publicani, & peccatores discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Et Scribæ & Pharisæi videntes, quòd manduca- I
ret cum publicanis & peccatoribus, dixerunt discipulis eius: Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? Hoc audito Iesus ait illis: Non necesse habent sa-
Luc.15.a ni medico, sed qui male habent. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Erant autẽ propinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ dicentes: Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nõne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? & cætera. Quòd si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & ne commisceamini
2.Thes.3.d cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. Si-
2.Cor.2.b quis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, vt non onerem omnes vos. Suffi- K
cit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus, ita vt è contrario magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est.

Quòd illorum debemus hominum congressum defugere, qui post omnem adhibitam à nobis in ipsis curandis diligẽtiam, nihilominus tamen obstinati in peccato suo perseuerant. CAP. IIII.

Matt.18.b SI autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnũ vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. L

REGVLA LIII.

Quòd nullo modo debet uir Christianus præteritarum iniuriarum memoriam retinere, sed ex animo iis, qui deliquerint, delicta omnia condonare. CAP I.

Matt.6.b SI enim dimiseritis omnibus delicta eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis omnibus delicta sua, nec pater vester dimittet vobis delicta vestra.

REGVLA LIIII. M

Quòd in iis, quæ concessa nobis sunt à scriptura, neutiquam inter nos alter de altero secus debemus iudicare. CAP. I.

Matt.7.a NOlite iudicare, & non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.
Roma.14.a Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. Alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducat. Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim est, qui illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienũ seruum? domino suo stat, aut

A stat, aut cadit. Stabit autem. Potens enim est deus statuere illum. Nam alius iudicat diem iuxta diem, alius autem iudicat omnem diẽ. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, in domino sapit. Et qui non sapit diem, domino non sapit. Et qui manducat, domino mãducat, gratias enim agit deo. Quibus verbis ea confestim adiungit: Itaque vnusquisque pro se ra- Ibidem,b
tionem reddet deo. Nõ ergo amplius inuicem iudicemus. Manifestum est autem quòd in his quæ sunt huiusmodi, hæc dicuntur ab Apostolo, ita vt ex his etiam ea aperta fiant, quæ sunt in euangelio. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, Col.2.c
aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum.

B *Quòd nullo modo ea reuocari in dubium debent, quæ concessa sunt à scriptura.* CAP. II.

BEatus vir qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si man- Roma.14.d
ducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum Col.2.d
est. Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tanquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris: quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum.

Quòd de rebus incertis non est iudicandum. CAP. III.

C ITaque nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat dominus, qui & illuminabit 1.Cor.4.c
abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à deo.

Quòd in personarum acceptione iudicium fieri non debet. CAP. IIII.

SI circumcisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi indignami- Ioan.7.c
ni, quia totum hominem saluum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.

D *Quòd nullo modo debet aliquis condemnari, nisi prius ipso præsente diligenter causa cognita sit, esto multi sint qui illum accusent.* CAP. V.

DIcit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: Nunquid Ioan.7.g
lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Et
cum dies plures ibi morarentur, Festus regi indicauit de Paulo, dicens: Vir quidam est Acto.15.d
derelictus à Felice vinctus, de quo cum essem Hierosolymis, adierunt me principes sacerdotum, & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum damnationem: ad quos respõdi, quod non est Romanis consuetudo ob gratiam donare aliquem hominem, vt pereat, priusquàm is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad diluenda crimina, quæ ei obiiciuntur.

E

REGVLA LV.

Quòd pro certo tenendum est, & confitendum etiam, delationem cuiuscunque boni, atque adeo ipsam etiam eorum, quæ Christi causa patimur incommodorum tolerantiam, à deo nobis proficisci. CAP. I.

NOn potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cœlo. Quid autem habes Ioan.13.d
quod non accepisti? Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei do- 1.Cor.4.b
num est, non ex operibus, ne quis glorietur. Et hoc à deo, quia vobis donatum est pro
Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen ha- Philip.1.d
F bentes, &c.

Quòd dei beneficia silentio inuolui non debent, sed contra ipsi pro illis gratiæ agendæ. CAP. II.

ET rogauit illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autẽ illũ Iesus, di- Luc.8.f
cens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus. Et cum ingrederetur quod- Lucæ.17.c
dam castellũ, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mũdati sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit, quòd sanatus est, re- idẽ
gressus est cum magna voce glorificãs deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens ei. Et hic erat Samaritanus. Respondens autẽ Iesus dixit, Nõne decem mundati sunt? &

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.15.b 1.Tim.4.b nouē vbi sunt:Non est inuentus qui rediret,& daret gloriā deo,nisi hic alienigena. Et ait illi: G Surge,vade,quia fides tua te saluum fecit. Gratia autem dei sum, id quod sum. Omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.

REGVLA LVI.

Quòd orationibus & uigiliis assidue incumbendum sit. CAP. I.

Matth.7.a Luc.18.a Ibidem. PEtite,& accipietis:quærite,& inuenietis:pulsate,& aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit,& qui quærit inuenit,& pulsanti aperietur,& cætera. Dicebat autem & parabolam ad illos,in hoc quod oportet semper orare,& non deficere, dicens: Iudex quidā H erat in quadam ciuitate,& cætera. Attendite autem vobis,ne quando grauentur corda vestra in crapula & ebrietate,& curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa, tanquam laqueus enim superueniet in omnes,qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore,vt digni habeamini fugere ista omnia,quę futura sunt,& stare ante filiū hominis.

Col 4.a 1.Thes.5.c Orationi instate,vigilantes in ea in gratiarū actione. Sēper gaudete, sine intermissione orate.

Quòd de iis etiam,quæ quotidiana necessitas corporis requirit,gratias prius deo agere debemus,atque ita demum ea communicare. CAP. II.

Matt.14.b 1.Tim.4.b ET acceptis quinque panibus,& duobus piscibus,aspiciens in cœlum,benedixit, & fregit, I & dedit discipulis suis. Discipuli autem turbæ. Et cum hæc dixisset,accipiens panem,gratias egit deo coram omnibus. Et cùm fregisset,cœpit māducare. Omnis creatura dei bona est,& nihil reiiciendum,quod cum gratiarum actione percipitur.

Quòd nullo modo inani & prolixa oratione uti debemus in petendis á deo rebus, quæ sunt corruptioni subiectæ. CAP. III.

Matt.6.a Luc.12.d μὴ μετεωρίζεσθε ne solliciti sitis ORantes autem,nolite multum loqui,sicut ethnici. Putant enim quòd in multiloquio K suo exaudiātur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Et vos nolite quærere quid māducetis,aut quid bibatis. Et nolite in sublime tolli. Hæc autem omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quòd iis indigetis &c.

Quomodo orare conueniat,& cuiusmodi animi affectione. CAP. IIII.

Matt.6.b Ibidem.d Marc.11.c PAter noster qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua,&c. Quærite primum regnum dei,& iustitiam eius. Et cum stabitis ad orandum, dimittite siquid habetis aduersus aliquē, vt & pater vester dimittat vobis peccata

1.Timo.2.c vestra. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. L

Quòd deum alij pro aliis orare uicißim debemus, & pro iis etiam, qui docendæ ueritati præsunt. CAP. V.

Luc.22.c Ephes.6.e AIt autem dominus Simoni,Simon ecce Satanas expetiuit vos,vt excribraret vos sicut triticum,ego autem orauī pro te,vt non deficiat fides tua. Orantes omni tempore in spiritu,& in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis,& pro me,vt detur mihi sermo in apertione oris mei,cum fiducia, notum facere mysterium euangelij,pro quo legatione fungor in catena,ita vt in ipso audeam,prout me oportet, loqui.

2.Thes.3.a De cætero fratres orate pro nobis, vt sermo dei currat, & clarificetur in omnibus sicut & apud vos.

Quòd pro inimicis etiam orandum est. CAP. VI. M

Matt.5.g ORate pro calumniantibus & persequentibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est.

Quòd non debet uir uelato capite orare,prophetareue,neque mulier aperto. CAP. VII.

1.Cor.11.a VOlo autem vos scire, quòd omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput vero Christi,deus. Omnis vir orans vel prophetans velato capite, deturpat caput suum. Vnum est enim ac si decaluetur,& cætera.

REGVLA LVII.

Quòd

A *Quòd nullo modo magnificè sentire de nobis debemus,eáq; re cæteros despicere,si quæ sint,quæ recte facta á nobis sint.* CAP. I.

DIcebat autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti & aspernabant cæ- Luc.18.b teros, parabolam istam dicens: Duo homines ascendebant in templum vt orarent, vnus pharisæus & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: deus gratias ago tibi,quia non sum sicut cæteri hominum,raptores,iniusti,adulteri,velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato. Decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare,sed percutiebat pectus suum,dicens: deus propitius esto

B mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, quia omnis qui se exaltat humiliabitur:& qui se humiliat,exaltabitur.

REGVLA LVIII.

Quòd nullo modo debemus existimare dona dei uel pecunia, uel alia quapiam artificij alicuius solertia comparari. CAP. I.

C CVm vidisset autem Simon,quia per impositionem manus apostolorum daretur spiri- Acto.8.c tus sanctus,obtulit eis pecuniam,dicens: Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunque imposuero manus,accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem,quoniam donum dei existimasti pecunia possideri, nō est tibi pars, neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua,& roga deum,si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis,& obligatione peccati video te esse.

Quòd pro rata portione fidei, quam quisque habet, unicuique dona dantur á deo, ad utilitatem. CAP. II.

D HAbentes autem donationes secundum gratiam dei,quæ data est nobis, differentes,si- Roma.12.a ue prophetiam secundum rationem fidei,siue ministerium in ministrando, & cætera. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per fidem 1.Cor.12.a datur sermo sapientiæ:alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides, in eodem spiritu:alij gratia sanitatum,in vno spiritu:alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum:alij genera linguarum:alij interpretatio sermonum.

Quòd dona dei ut gratis accipienda sunt,ita etiam gratis impartienda,neque aut in quæstum,aut in uoluptates proprias conferenda. CAP. III.

Matt.10.a aliàs æs χαλκὸν Acto.3.a 1.Thes.2.a E INfirmos curate,mortuos suscitate,leprosos mundate, dæmones eiicite: gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum,neque argentum,neque pecuniam in zonis vestris,nō peram in via,neque duas tunicas,neque calceamenta,neque virgam,& cætera. Petrus autem dixit,Argentum & aurum non est mihi:quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et apprehensa manu eius dextera,eleuauit eum, & cætera. Neque enim fuimus in sermone adulationis(sicut scitis) neque in auaritia (deus testis est) neque quærentes ab hominibus gloriam,neque à vobis,neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse,vt Christi apostoli: sed facti sumus indulgentes in medio vestri. Tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum euangelium dei,sed etiam animas nostras,quoniam charissimi nobis facti estis.

F *Quòd qui grato animo in donis,quæ á deo primum acceperit,studiosius seipsum exercuerit, ad laudem dei, is idoneus efficitur, cui alia dentur præterea,& quòd qui talis non fuerit,ei etiam,quod ante habebat, adimitur, & iis,quæ alioqui ei parata fuerant futura, indignus iudicatur,& insuper supplicio male multatur.* CAP. IIII.

ET accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens ait Matt.13.b illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Qui enim habet,dabitur ei,& abundabit. Qui autem non habet,& quod habet,auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis,quia videntes nō vident,& audientes nō audiunt,neq; intelligūt:& impletur in eis prophetia Esaię,& cætera. Sicut enim homo peregre proficiscens,vo- Matt.25.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauit seruos suos,& tradidit illis bona sua.Et vni dedit quinq; talẽta, alij autem duo, alij vero G
vnũ,vnicuiq; secundum propriã virtutẽ:& profectus est statim. Abiit autẽ, qui quinq; talenta
acceperat,& operatus est in eis,& lucratus est alia quinq;. Similiter & qui duo acceperat, lu-
cratus est alia duo.Et paulo post.Omni enim habẽti dabitur, & abundabit: ei autẽ qui nõ ha-
bet,& quod habet,auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores,illic erit
fletus,& stridor dentium.

REGVLA LIX.

Quòd res aliena est ab homine Christiano,cupiditate humanæ gloriæ permoueri, patiq; ut sibi
præter modũ honos habeatur,quodq; contra debet eos qui se huiusmodi honoribus afficiant,
uel nimis de ipso elate sentiant,corrigere. CAP. I. H

Matt.19.b ET ecce vnus accedens ait illi: Magister bone, quid faciam vt habeam vitam æternam?
Luc.11.f Qui dixit ei,Quid me interrogas de bono?Vnus est enim bonus deus. Gloriam ab ho-
minibus non accipio.Et post non multis ita interpositis verbis: Quomodo vos potestis
Ioan.5.g credere,qui gloriam accipitis ab inuicem?& gloriam,quæ à solo deo est,non quæritis?Væ vo
1.Thes.2.a bis Pharisæis,quia diligitis primas cathedras in Synagogis,& salutationes in foro. Neque e-
Acto.10.d nim aliquando fuimus in sermone adulationis,sicut scitis,neque in occasione auaritiæ (deus
testis est)neque quærentes ab hominibus gloriam,neq; à vobis, neq; ab aliis. Et factum est cũ I
Acto.12.d introisset Petrus,obuius venit ei Cornelius:& procidens ad pedes eius, adorauit eum. Petrus
autem eleuauit eum dicens:Surge,& ego ipse homo sum.Statuto autem die Herodes vestitus
veste regia,sedit pro tribunali,& concionabatur ad eos.Populus autem acclamabat:Vox dei,
& non hominis.Confestim autem percussit eum angelus domini, eo quòd nõ dedisset gloriã
deo,& consumptus à vermibus expirauit.

REGVLA LX.

Quòd cum diuersa sint dona spiritus,neq; unus ad omnia posit idoneus esse, neq; idem donũ posit
esse in omnibus,debet unusquisq; per modestiã eo cõtentus esse,quod sibi datũ sit, & pro eo gra- K
tias agere,quodq; eo modo seruari à nobis inter nos concordia debet,quo Christi charitas iubet,
non secus ac membra in corpore solent:ut qui in donis inferior est, is ex eius cõparatione, quem
sibi iudicat præstare,minime animũ despõdeat:neq; itẽ cõtra,qui superior sit, inferiorẽ aspernẽ-
tur:quando qui discordes inter se sunt, ij digni sunt,qui de medio tollantur. CAP. I.

Matt.12.b OMne regnum diuisum contra se,desolabitur:& omnis ciuitas vel domus diuisa con-
Gal.5.c tra se,nõ stabit.Quòd si inuicem mordetis,& comeditis, videte ne ab inuicem con-
Ioan.17.c sumamini.Non pro eis autem rogo tãtum,sed & pro eis,qui crediturí sunt per verbũ
Acto.4.g eorum in me,vt omnes vnũ sint.Sicut tu pater in me,& ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint.
Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna: nec quisquã eorum quæ possi- L
Roma.12.a debat,aliquid suum esse dicebat.Sed erant illis omnia communia.Dico autem vobis per gra-
tiã,quæ data est mihi,omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed
sapere,ad sobrietatẽ.Et vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei.Sicut enim in vno corpore
multa membra habemus,omnia autẽ membra nõ eundem actum habent, ita multi vnũ cor-
1.Cor.12.b pus sumus in Christo:singuli autem alter alterius membra.Obsecro autem vos fratres per no
1.Cor.12.b men domini nostri Iesu Christi,vt idipsum dicatis omnes,& nõ sint in vobis schismata.Sitis
autem perfecti eadẽ mente,& eadem sententia. Sicut enim corpus vnũ est, & membra habet
multa,omnia autem membra corporis cum sint multa,vnũ tamen corpus sunt,ita & in Chri
Philip.2.a sto.Etenim in vno spiritu omnes nos in vnũ baptizati sumus,siue Iudæi, siue gẽtiles, siue ser- M
ui,siue liberi,& cætera.Vt idem sapiatis,eandẽ charitatem habentes,vnanimes, idem sentien-
tes,nihil per cõtentionem,neque per inanem gloriam, sed humilitate alij alios superiores si-
bi inuicem arbitrantes:non quæ sua sunt singuli considerantes,sed & ea quæ aliorum.

REGVLA LXI.

Quòd aspernandi non sunt,qui adiuuant gratiam domini,propterea quòd nullius precij esse
ipsi uideantur, abiectiq;, cum huiusmodi hominum genere deus ut plurimum solitus sit
delectari. CAP. I.

Confiteor

A COnfiteor tibi Pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudẽ- Matt.11.e
tibus,& reuelasti ea paruulis.Ita pater,quoniam sic fuit placitum ante te. Et veniens in Matt.13.g
patriam suam,docebat eos in Synagoga eorum, ita vt mirarentur & dicerent: Vnde
huic sapientia hæc,& virtutes? Nõne hic est fabri filius? Nõnne mater eius dicitur Maria? &
fratres eius Iacobus,& Iose,& Simon, & Iudas? Et sorores eius nõnne omnes apud nos sunt?
Vnde ergo huic omnia ista?Et scandalizabantur in eo.Iesus autem dixit eis, Non est prophe-
ta sine honore,nisi in patria sua & in domo sua.Et non fecit ibi virtutes multas, propter in-
credulitatem illorum. Videtis enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes 1.Cor.1.d
B secundum carnem,non multi potentes,non multi nobiles:Sed quæ stulta sunt mundi, elegit
deus,vt confundat sapientes:& infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia
mundi,& contemptibilia elegit deus,& ea quæ non sunt,vt ea quæ sunt destrueret,vt nõ glo-
rietur omnis caro in conspectu eius.

REGVLA LXII.

Quòd qui iã crediderunt,& baptizati sunt,ij confestim ad id præparare se debent, ut cũ ab aliis,
tũ ab ipsis etiã suis domesticis tentẽtur, idq; quoad uixerint: quãdo qui non eo modo se præpa-
rauit,is si repẽtino quid ipsi calamitatis oblatũ sit, facile pulsus loco prosternitur. CAP. I.

C

BAptizatus autem Iesus,cõfestim ascẽdit de aqua:& ecce aperti sunt ei cœli.Et vidit spi- Matt.3.d
ritum dei descendentem sicut columbam,& venientem super ipsum. Et ecce vox de cœ
lis dicens:Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene cõplacui. Tunc Iesus ductus est
in desertum,vt tentaretur à diabolo.Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.Estote Matt.10.b
ergo prudentes sicut serpentes,& simplices sicut colũbæ. Cauete autẽ ab illis hominibus, tra-
dent enim vos in cõciliis:& in synagogis suis flagellabunt vos.Et ad præsides,& ad reges du-
cemini propter me,in testimoniũ illis & gentibus.Quibus illa confestim adiũgit:Tradet au- Ibidem.d
tem frater fratrem in mortem,& pater filium,& insurgent filij in parentes,& morte eos affi-
D cient,& eritis odio omnibus propter nomen meum.Qui autem perseuerauerit vsq; in finem,
hic saluus erit.Et qui non accipit crucem suam,& sequitur me, non est me dignus. Hæc lo- Ioan.16.a
cutus sum vobis,vt non scandalizemini.Absq; synagogis facient vos.Sed venit hora, in qua,
qui interficit vos,arbitretur obsequium se præstare deo: & hæc facient vobis, quia nõ noue-
runt patrem,neq; me,&c.Nam qui supra petram,hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio su- Luc.16.a
scipiunt verbum,& hi radicẽ non habent,qui ad tempus credunt,& in tẽpore tentationis re-
cedunt.Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est nobis 2.Cor.1.b
in Asia,quoniam supra modum grauati sumus supra virtutẽ, ita vt desperaremus etiã viue-
re.Sed ipsi in nobisipsis respõsum mortis habuim⁹,vt nõ simus fidẽtes in nobis, sed in deo qui
E suscitat mortuos. Et omnes, qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patientur. 2.Tim.3.c

Quòd nequaquam se ultro quis offerre tentationibus debet, antequàm id ei suo tẽpore cõcedatur,
& quòd orare unusquisque debet,ut ne incidat in tentationem. CAP. II.

SIc ergo vos orabitis.Pater noster qui es in cœlis.Sanctificetur nomẽ tuum.Adueniat re- Matt.6.b
gnum tuum,quibus ea mox adiungit:Et ne nos inducas in tentationem:Sed libera nos à
malo.Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam am- Ioan.7.a
bulare,quia quærebant eũ Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorũ Sce-
nopegia.Dixerunt autẽ ad eum fratres eius:Transi hinc,& vade in Iudæam, vt & discipuli tui
F videant opera tua,quæ facis.Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse.
Si hæc facis,manifesta teipsum mundo,neq; enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo
eis Iesus:Tempus meum nondum aduenit.Tempus autem vestrum semper est paratum.Non
potest mũdus odisse vos:me autem odit,quia testimonium perhibeo de illo, quòd opera eius
mala sunt.Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego nondum ascendo ad diem festum istum,
quia tempus meum nondum impletum est.Hæc autem cum dixisset illis, ipse mansit in Gali-
læa.Vt autem ascenderunt fratres eius,tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, Luc.22.d
sed quasi in occulto.Surgite,orate,ne intretis in tentationem.

Quòd debet unusquisq;,data idonea occasione, subtrahere se ab insidiantibus sibi aduersariis: &
quod, si diuinitus permissum sit,ut in tentationes incidat, precibus à deo poscere debet facultа-
tem,per quam illas posit sustinere,& uoluntati eius integre satisfacere. CAP. III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.10.c Idem.12.b Ioan.11.g Luc.22.d 1.Cor.10.c

CVm autem persequentur vos in ciuitate ista,fugite in aliam. Exeuntes autem Pharisæi, G consilium faciebant aduersus eum,quomodo perderét eum.Iesus autem sciens, secessit inde.Ab illo ergo die consultabant inter se,vt interficerent eum.Iesus autem iam non in palàm ambulabat inter Iudæos.Et positis genibus orabat,dicens:Pater,si vis, transfer calicem istum à me,veruntamen non mea voluntas,sed tua fiat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana.Fidelis autem deus est,qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Sed faciet etiam cum tentatione euentum,vt possitis sustinere.

Quòd debet Christianus in singulis quæ sibi offerantur tentationibus, meminisse eorum, quæ in sanctis literis scripta sint,apposite ad illa, quæ tum in manibus habeantur, atque ita se illæsum seruare,& aduersariorum in se conatus irritos facere. CAP. IIII. H

Matt.4.a

TVnc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus,& quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei: Si filius dei es,dic vt lapides isti panes fiant.Qui respõdens dixit:Scriptũ est, Nõ in solo pane viuit homo,sed in omni verbo,quod procedit de ore dei,&c.

REGVLA LXIII.

Quòd nullo modo metuere Christianus debet, aut solicitus esse,quandocunque in aliquo periculo constitutus sit,aut opem diuinam desperare, sed confidere potius, tanquàm præsente domino,& rebus ipsius omnibus consulente,& ipsum ad omnia confirmante, ipsoq; adeo spiritu sancto omnia docente,uel idipsum etiam quod aduersariis respondeat. CAP. I. I

Matt.10.c

NOlite timere eos,qui occidunt corpus, animam autem nõ possunt occidere.Sed potius timete eum,qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Nõne duo passerculi asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem etiam capilli capitis omnes numerati sunt.Nolite ergo timere:multis passerculis meliores estis vos.Cùm autem inducent vos in synagogas,& ad magistratus,& potestates, nolite soliciti esse quomodo,aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus do- K
cebit vos in ipsa hora,quid oporteat vos dicere.Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebant in nauim,ita vt impleretur nauis.Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Et excitant eum,& dicunt illi:Magister,non ad te pertinet quòd perimus? Et exurgens comminatus est vento,& dixit mari:Tace,obmutesce,& cessauit ventus,& facta est trãquillitas magna.Et ait illis,Quid timidi estis sic?Quomodo non habetis fidem? Exurgens autem princeps sacerdotum,& omnes qui cum illo erant,quæ est hæresis Sadducæorum, repleti sunt zelo, & iniecerunt manus in apostolos,& posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris,& educens eos, dixit:Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.Qui cum audiuissent,intrauerunt diluculo in templum, & docebant.Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est nobis L
in Asia,quibus verbis illa paulo post adiungit,Qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus,quod & adhuc eripiet.

Luc.12.b Marc.4.d Acto.5.d 2.Cor.1.b

REGVLA LXIIII.

Quòd debet Christianus quoduis incommodum pro domini nomine,& pro mandatis eius sustinere. CAP. I.

Matt.5.a

BEati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœ M
lorum.Beati estis,cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum aduersum vos,mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam
Luc.6.d merces vestra copiosa est in cœlis.Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separauerint vos,& exprobrauerint,& eiecerint nomẽ vestrũ tanquã malũ,propter filiũ hominis.Gau
Acto.5.g dete in illa die,& exultate.Ecce enĩ merces vestra multa est in cœlis. Et cõuocãtes apostolos, cæsis denũciauerunt,ne loquerentur in nomine Iesu,& dimiserũt eos. Et illi quidẽ ibant gaudentes à cõspectu cõcilij,qui digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati.Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes, & euangelizantes Iesum Christũ Cu-
Col.1.d ius factus sum ego Paulus ministerr:nũc gaudeo in passionibus meis pro vobis & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius,quod est Ecclesia.

REGV-

A

REGVLA LXV.

Quòd uel in ipso ctiam mortis articulo ea precari debemus à deo,quæ recta ratio nobis,ut precemur,præscribit. CAP. I.

ET circa horam nonam clamauit Iesus voce magna,dicens: Eli,Eli,lamazabatani? hoc Matth.27.e
est, Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Et clamans voce magna Iesus,ait: Lucæ.23.f
Pater,in manus tuas commendo spiritum meum.& hæc dicens expirauit.Et lapidabant Acto.7.g
Stephanum inuocantem,& dicentem: Domine,ne statuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixisset,obdormiuit.

B

REGVLA LXVI.

Quòd nequaquam deseri debent, qui certant pro pietate. CAP. I.

REspondit eis Iesus,Modo creditis.Ecce venit hora,& iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & tamen non sum solus,quia pater Ioan.16.g
mecum est.Scis hoc, ꝙ auersati me omnes sunt qui in Asia sunt, ex quibus est Phygellus,& Hermogenes.Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refri- 2.Tim.1.d
gerauit,& catenam meam non erubuit: sed cùm Romam venisset,solicite me quæsiuit,& inuenit.Det illi dominus inuenire misericordiam à deo in illa die. Et quæcunque Epheſi mini- 2.Tim.4.e
C strauit mihi,tu melius nosti.In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt.Non illis imputetur.

Quòdpro iis,qui in tentationibus sunt constituti,deus orari debet. CAP. II.

SImon,Simon,ecce Satanas expetiuit vos,vt cribraret,sicut triticum.Ego autem rogaui Luc.22.c
pro te,vt non deficiat fides tua.Et Petrus quidem seruabatur in carcere.Oratio autẽ fie- Acto.12.a
bat sine intermissione ab Ecclesia ad deum pro eo.

REGVLA LXVII.

D *Quòd alienum est ab iis, quorum animus de mortuorum resurrectione expletus sit,eorum causa mœrore affici,qui obdormierunt.* CAP. I.

SEquebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.Cõuersus autem ad illas Iesus,dixit:Filiæ Hierusalem,nolite flere super me. Luc.23.d
Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & 1.Thes.4.c
cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum,adducet cum eo.

REGVLA LXVIII.

E *Quòd neutiquam expectandæ sunt nobis post resurrectionem proprietates uitæ huius,sed illud intelligendum,uitam,quam in futuro seculo acturi sumus,angelicamfuturam,& affluẽtia omnium rerum instructam.* CAP. I.

ET ait illis Iesus, filij huius seculi nubunt,& traduntur ad nuptias: illi verò qui digni habebuntur seculo illo,& resurrectione ex mortuis,neque nubunt,neque traduntur ad nu Luc.20.f
ptias.neque enim vltrà mori possunt: æquales enim angelis sunt,& filij sunt dei, cũ sint filij resurrectionis.Sed dicet aliquis, Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore venient? Insipiens tu.quod seminas,non viuificatur,nisi moriatur.Et quod seminas, nõ corpus 1.Cor.15.e
quod futurum est seminas,sed nudum granum,vt puta tritici,aut alicuius cæterorum. Deus
F autem dat illi corpus, sicut vult,& vnicuique seminum proprium corpus. Quibus confestim adiũgit:Sic & resurrectio mortuorum.Seminatur in corruptiõe, surgit in incorruptione. Seminatur in ignobilitate,surgit in gloria.Seminatur in infirmitate,surgit in virtute. Seminatur corpus animale,surgit corpus spirituale.

Quòd non debent Christiani aduentum domini,aut localem intelligere,aut carnalem: sed in gloria patris repentinò in uniuerso orbe expectare. CAP. II.

ET tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus,ecce illic: ne credideritis. Exurgẽt enim pseudochristi,& pseudoprophetę,& dabunt signa & portenta ad seducendos,si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte: Ecce prædixi vobis omnia.Sed in illis diebus Mar.13.c
post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post tribulationem illam sol contenebrabitur,& luna non dabit splendorem,& stellæ cœli e- G
1.Thes.4.d runt decidentes,& virtutes,quæ in cœlis sunt,mouebuntur.Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini,quòd nos qui viuimus,qui residui sumus in aduentum domini, non præueniemus eos qui dormierunt.Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli,& in tuba dei descendet de cœlo,& mortui qui in Christo sunt,resurgent primum,&c.

REGVLA LXIX.

Quæcunque in sacris literis coniunctim uetita sunt, & quæ si fiant, supplicij denunciationem habent adiunctam. CAP. I. H

Matth.15.b Matth.25.d DE corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia,blasphemiæ: hæc sunt quæ coinquinant hominem. Discedite à me maledicti in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius.Esuriui enim,& non dedistis mihi manducare.Sitiui,& non dedistis mihi bibere.Hospes eram,& non collegistis me.Nudus,& non operuistis me.Infirmus,& in carcere,& non visitastis me. Væ vobis
Luc.6.d diuitibus,qui habetis consolationem vestram.Væ vobis,qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis,qui ridetis nunc,quia lugebitis & flebitis.Væ vobis,cum benedixerint vobis omnes homines. Attendite autem vobis nequando grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & I
Luc.21.f curis huius vitæ,& superueniat in vos repentina dies illa. Et sicut non probauerunt deum ha
Rom.1.d bere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt,
Rom.13.c repletos omni iniquitate,malicia,fornicatione,auaritia,nequitia,& cæteris.Nam non adulterabis,non occides,non furaberis,non falsum testimonium dices,non concupisces, & si quod
1.Cor.6.b est aliud mandatum,in hoc verbo instauratur,Diliges proximum tuum sicut teipsum.Nolite errare,neque fornicarij,neque idolis seruientes,neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores,neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces
2.Cor.12.g regnum dei possidebunt.Ne forte sint inter vos contentiones,æmulationes, animositates,dis-
Galat.5.d sensiones,detractiones,susurrationes,inflationes,seditiones.Manifesta sunt autem opera car- K
nis,quæ sunt fornicatio,immunditia,impudicitia,luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ,contentiones,æmulationes,iræ,rixæ,dissensiones,sectæ,inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: de quibus prædico vobis, sicut prædixi, quòd qui talia a-
Ephe.4.g gunt,regnum dei non consequentur.Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem inuidẽtes.
Ibidem,5.a Omnis amaritudo,& ira,& indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malicia.Fornicatio autem & omnis immũditia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos,
Colo.3.a aut turpitudo,aut stultiloquium,aut scurrilitas,quæ ad rem non pertinent. Mortificate ergo membra vestra,quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupi-
scentiam malam,& auaritiam, quæ est idolorum seruitus: propter quæ venit ira dei super fi- L
lios incredulitatis: in quibus & vos ambulastis aliquando,cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia,iram,indignationem,maliciam,blasphemiam,turpem sermonem de
1.Tim.1.b ore vestro.Nolite mentiri inuicem.Iniustis & non subditis,impiis,& peccatoribus, sceleratis & cõtaminatis,patricidis &matricidis: fornicariis,masculorũ concubitorib⁹, plagiariis,men
1.Tim.4.a dacib⁹ & periuris, & siquid aliud sanæ doctrinæ aduersatur,secundũ Euangelium gloriæ beati dei,quod creditum est mihi.In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendẽtes spiritibus erroris,& doctrinis dæmoniorum,in hypocrisi loquentium mendacium,& cauteriatam habentium conscientiam suam,prohibentiũ nubere,abstinere à cibis,quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus,& iis qui cognouerunt veritatem. Si- M
1.Tim.6.a quis aliter docet,& non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei,quæ secundum pietatem est,sanæ doctrinæ,superbus est,nihil sciens,sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ,contentiones,blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.abstine à talibus.In nouissimis diebus instabunt tẽpora periculo-
2.Tim.3.a sa.Erunt enim homines seipsos amãtes,auari,elati,superbi, blasphemi, parẽtibus non obediẽtes,ingrati,scelesti,sine affectione,sine pace,criminatores,incontinentes, immites, sine benignitate,proditores, proterui, tumidi, voluptatum magis amatores quàm dei: habentes spe-
Tit.3.a ciem quidem pietatis,virtutem autem eius abnegãtes.Et hos deuita.Eramus enim & nos aliquando

A quando insipientes,increduli,errantes,seruientes desideriis,& voluptatibus variis,odiosi,odientes inuicem.

Quæcunque in sanctis literis coniunctim iubentur, quæq; si facta sint, benedictionis promissionem habent adiunctam. CAP. II.

Matth.5.a BEati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cœlorum.Beati mites,quoniam ipsi possidebunt terram.Beati qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,quoniam ipsi saturabuntur.Beati misericordes, quoniam ipsi mise-
B ricordiam consequentur.Beati mundo corde,quoniã ipsi deum videbunt.Beati pacifici,quoniam filij dei vocabuntur.Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint,& dixerint omne malum verbum aduersum vos,mentientes,propter me:gaudete &
Matth.25.c exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.Esuriui enim & dedistis mihi manducare.Sitiui,& dedistis mihi bibere.Hospes eram,& collegistis me.Nudus,& cooperuistis me. Infir-
Rom.12.b mus,& visitastis me.In carcere eram,& venistis ad me.Siue qui ministrat,in ministrando:si-
C ue qui docet,in doctrina: qui exhortatur,in exhortando: qui tribuit,in simplicitate: qui præest,in solicitudine: qui miseretur,in hilaritate.Dilectio sine simulatione,odientes malum,adhærentes bono.Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, solicitudine non pigri,spiritu feruentes,domino seruientes, spe gaudentes,in tribulatione patientes,orationibus instantes,necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem se-
ctantes.Benedicite persequentibus vos,benedicite & nolite maledicere.gaudere cum gaudẽtibus,flere cum flentibus,idipsum inuicem sentientes,non alta sapientes, sed humilibus consentientes.Nolite esse sapientes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona,non solum coram deo,sed etiã coram omnibus hominibus.Si fieri potest, quod
D in vobis est,cum omnibus hominibus pacem habentes: non vosmetipsos vindicantes charissimi,sed date locum iræ.Scriptum est enim,Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus,ciba illum.Si sitit,potum da illi.Hoc enim faciens,congeres carbones ignis super eius.Noli vinci à malo,sed vince in bono malum.Nemini dantes vl-
2.Cor.6.a lam offensionem vt non vituperetur ministerium nostrũ: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia,in tribulationibus,in necessitatibus, in angustiis,in plagis,in carceribus,in seditionibus,in laboribus,in vigiliis,in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate,in suauitate,in spiritu sancto,in charitate non ficta,in verbo veritatis,in virtute dei per arma iustitiæ à dextris,& à sinistris,per gloriam, & ignominiam, per infamiam,& bonam famam: vt seductores,& veraces: sicut qui ignoti,& cogniti:quasi mo-
E rientes,& ecce viuimus: vt castigati,& non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes,multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.Quod superest fratres,valete,perfecti estote,consolamini,idipsum sapite, pacem habete. χαίρετε. 2.Cor.13.d
Gal.5.d Fructus autem spiritus est gaudium,pax,patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo,fides,modestia,continentia,castitas. Obsecro itaque vos ego vinctus in domino, vt
Ephe.4.a digne ambuletis vocatione qua vocati estis,cum omni humilitate & mansuetudine,cum patientia,supportantes inuicem in charitate,soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis:
Ephe.4.g vnum corpus,& vnus spiritus,sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Estote ergo inuicem benigni,misericordes,donantes inuicem,sicut & deus in Christo donauit vobis.Esto-
F te ergo imitatores dei,sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione,sicut & Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Si-
Philip.2.a qua ergo consolatio in Christo,siquod solatium charitatis,siqua societas spiritus,siqua viscera & miserationes,implete gaudium meum,vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes,idem sentientes:nihil per contentionem,neque per inanem gloriam, sed humili-
Philip.4.b tate alij alios superiores sibi inuicem arbitrantes: non quæ sua sunt singuli considerantes,sed & quæ aliorum.Quod reliquum est fratres,quæcunque sunt vera,quæcunque pudica,quęcũque iusta,quæcunque sancta,quæcunque amabilia,quæcunque bonæ famæ, siqua virtus, siqua
Colo.3.a laus,hæc cogitate.Quæ didicistis,& accepistis,& audistis,& vidistis in me, hæc facite. Igitur si consurrexistis cum Christo,quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedẽs: quæ sursum sunt sapite,non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philip.4.b est cum Christo in deo. Induite ergo vos, sicut electi dei sancti, & dilecti, viscera miseratio- G
Hebr.13.a num, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam ad omnes homines. Charitas fra-
ternitatis maneat, hospitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim nescientes quidam angelos
hospitio receperunt. Mementote vinctorum, tanquam simul vincti: & laborantium, tanquã
& ipsi in corpore morantes. honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. For
nicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus.
1.Thes.5.c Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patientes estote erga om-
nes, Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est, sectamini in
vos inuicem, & in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agi-
te. Hæc est enim voluntas dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: H
Titũ.2.a prophetias nolite spernere: ab omni specie mala abstinete. Senes vt sobrij sint, pudici, mode-
sti, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices,
non multo vino seruientes, honesta docentes: vt modestiam doceant adolescentulas, vt vi-
ros suos ament, filios suos diligant, vt sobriæ sint, castæ, domus custodes, benignæ, subdi-
Titũ.3.a tæ viris suis, vt non blasphemetur verbum dei. Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint. Ad-
mone illos principatibus & potestatibus subditos esse, magistratibus obedire, ad omne opus
bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, ostendentes
omnem mansuetudinem erga omnes homines.

I

REGVLA LXX.

*Quòd debent, quibus commissum munus est prædicandi Euangelij, quandocunque aliquos siue dia-
conos designare, siue presbyteros uolunt, id præmissa oratione & obsecratione facere: eosq;
tales eligere, quorum superior uita omnis omni crimine uacet, & probata sit.* CAP. I.

Matth.9.d Luc.6.b TVnc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergo do-
minum messis, vt mittat operarios in messem suam. Et cum dies factus esset, vocauit
discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit, Petrum &
Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & K
Luc.10.a Thomam, Iacobum Alphei, & Simonem, qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam
Iscarioth, qui & fuit proditor. Post hæc autem designauit dominus & alios septuaginta, &
misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus, &
Acto.1.a dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt
mittat operarios in messem suam. Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophi-
Ibidem.d le, quæ cœpit Iesus facere & docere, vsque in diem, qua præcipiens Apostolis per spiritum san
ctum, quos elegit, assumptus est. Et statuerunt duos Ioseph, qui vocatur Barsabas, qui cogno-
minatus est Iustus, & Matthiam, & orantes dixerunt: Tu domine qui corda nosti omnium,
1.Tim.3.a ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & Apostolatus, L
de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eorum, & cecidit
sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Si quis episcopatum de-
siderat, bonum opus desiderat. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris
virum, vigilantem, sobrium, modestum, ornatum, hospitalem, doctorem, non vinolentum,
non percussorem, non turpi lucro deditum. Sed mitem, non litigiosum, non auarum, sed suæ
domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni reuerentia. Si quis autem do-
mui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? non neophytum, ne in su-
perbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bo-
num ab his, qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat & laqueum diaboli. Diaconos simi- M
Titũ.1.a liter compositos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habẽ-
Ibidem.b tes mysterium fidei in conscientia pura, & hi quidem probentur primum, & deinde minis-
trent. Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuita-
tes presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est vnius vxoris vir, filios ha-
bens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine cri-
mine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, nõ per-
cussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, & iustũ,
sanctum, continentem, complectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermo-
nem, vt potens sit exhortari doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.

Quòd

A *Quòd nullo modo, qui Ecclesiæ præest, facilis esse ad designationes debet, neque ad eas incõsideranter accedere: cum non uacet periculo, quicquid probatum non sit. quodq; si quem in crimine aliquo esse deprehenderit, cum corripere debet, ne ipse quoque ueniat in societatem peccati, & ne ob eam causam cæteri offensionem incurrant, sed potius discant metuere.*

CAP. II.

MAnus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Aduersus 1.Tim.5.d
presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. peccan- Ibidem.e
tes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.

B *Quòd qui ideirco designatus est, ut Euangelium prædicet, is nullo modo ex sua animi libidine aggredi ad huiusmodi munus debet, sed maturam temporis opportunitatem operiri, cum id uidelicet uisum deo opportunum fuerit, ac tum demum prædicationem aggredi, cum ei permissum sit, & apud illos, ad quos missus sit.* CAP. III.

HOs duodecim misit Iesus, quibus præcepit, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in Matth.10.a
ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues, quæ perierunt, do-
mus Israël. Et ecce mulier Cananæa egressa è finibus illis, clamauit, dicens ei: Mise- Matth.15.b
rere mei domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei ver-
bum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum: Dimitte illam, quia clamat post nos. Ipse au
tem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Ego enim ex
C deo processi, & veni: neque enim à meipso veni, sed ille me misit. Et illi quidem qui dispersi Ioan.8.e
fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ob Stephanum, perambulauerunt vsque Phœnicem, & Acto.11.c
Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis. Paulus seruus Iesu Chri
sti, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium dei. Quomodo autem audient sine præ- Rom.1.a
dicante? quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Paulus Apostolus Iesu Christi secũdum Rom.10.e
imperium dei saluatoris nostri, & domini Iesu Christi spei nostræ. 1.Tim.1

Quòd qui ad prædicationem Euangelij uocatus est, is obedire confestim debet, neque ullam rei moram interponere. CAP. IIII.

D AIt autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primùm Luc.9.g
ire, & sepelire patrem meum. Dixitq; ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos.
Tu autem vade, & annuncia regnum dei. Cum autem placuit deo, qui me segregauit Gala.1.e
ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum per me, vt euan-
gelizem illum in gentibus, continuo non contuli cum carne & sanguine, neque veni Hiero-
solymã ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterũ reuersus sum Damascũ.

Quòd nullo modo est aliter docendum, quàm quomodo accepimus ab Euangelio. CAP. V.

E AMen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouium stabulum, sed ascendit a- Ioan.10.a
liunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Quibus ver
bis illa paulò pòst adiungit: Ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fu-
res sunt: sed non audierunt eos oues. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, Gala.1.b
præter id, quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Si quis aliter docet, & non acquiescit 1.Tim.6.a
sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ, su-
perbus est, nihil sciens, & cætera.

Quòd omnia quæcunque à domino in Euangelio, & per Apostolos præcepta sunt, docendi sunt ij, qui crediderunt, similiterq; quæcunque etiam his consentanea sunt. CAP. VI.

F EVntes ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus san Matth.28.d
cti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Hæc doce & exhortare. 1.Tim.6.a
Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam. Titũ.2.a

Quòd cui commissa est prædicanda doctrina domini, is si quid reticuerit eorum, quæ ad incundam dei gratiam necessaria sunt, reus est sanguinis eorum qui periclitantur, siue quòd ea faciant, quæ uetita sunt, siue quòd ea omittant, quæ necessariò fieri deberent. CAP. VII.

VAe vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & qui introibant Luc.11.g
prohibuistis. Cùm venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur Acto.18.b
spiritu Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum. Contradicentibus autem eis &
blasphema-

Universidad de Deusto
Biblioteca

blasphemantibus,excutiens vestimenta sua,dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum. G
Act.20.e Mundus ego,ex hoc ad gentes vadam. Quapropter contestor vos hodierna die,quòd mundus ego sum à sanguine omnium vestrum.Non enim subterfugi quominus anũnciarem omne consilium dei vobis.

Quòd in iis etiam,quæ à scriptura expresse præcepta non sunt, hortandus est unusquisque ad id, quod melius est. CAP. VIII.

Matth.19.b SVnt Eunuchi,qui de matris vtero sic nati sunt.Et sunt Eunuchi,qui facti sunt ab homi-
1.Cor.7.b nibus.Et sunt Eunuchi,qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. De virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem H
do,tanquam misericordiam consecutus à domino,vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter præsentem necessitatem,quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori, noli quærere solutionem.solutus es ab vxore,noli quærere vxorem,&c.

Quòd eorum,quæ quis ipse non præstat,necessitas aliis imponi non debet. CAP. IX.

Lucæ.11.g ET vobis legisperitis væ,quia oneratis homines oneribus,quæ portare non possunt,& ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas.

Quòd qui docendi alios munus suscepit, is seipsum exemplar reliquis ad res honestas omnes debet præbere:eaq; ipsum præstare prius,quæ alios doceat. CAP. X. I

Matth.11.d Ioan.13.b VEnite ad me omnes qui laboratis,& onerati estis,& ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos,& discite à me,quia mitis sum & humilis corde. Postquam ergo lauit pedes eorum,& accepit vestimenta sua,cum recubuisset,iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister,& domine, & benefacitis , sum etenim.Si ergo ego
Act.20.g laui pedes vestros dominus & magister , & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis,vt quemadmodum ego feci,ita & vos faciatis inuicem. Omnia ostẽdi vobis,quòd sic laborãtes oportet accipere infirmos,ac meminisse verbi domini Iesu, quo-
1.Cor.11.a niam ipse dixit: Beatius est magis dare , quàm accipere . Imitatores mei estote , sicut & ego
1.Tim.4.c Christi.Nemo iuuentutem tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo , in con- K
uersatione,in fide,& cætera.

Quòd qui præest aliis docendis,is propter ea,quæ ipse rectè fecerit, securo animo esse non debet, sed illud intelligere, propriũ ac præcipuum traditæ sibi procurationis munus illud esse,ut meliores efficiat illos,qui ipsi crediti sint. CAP. XI.

Mat 5.b Ioan.6.d VOs estis sal terræ.Quod si sal euanuerit,in quo salietur? ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras,& conculcetur ab hominibus . Omne quod dat mihi pater,ad me veniet: & eum,qui venit ad me,non eiiciam foras. quia descendi de cœlo, non vt faciã voluntatem meam,sed voluntatem eius qui misit me.Hæc est autem voluntas patris mei,qui L
1.Thes.2.d misit me,vt omnis qui videt filium,& credit in eum,habeat vitam æternã.Quæ est enim nostra spes,aut gaudium,aut corona gloriæ? nónne & vos ante dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius?Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

Quòd qui docendi alios in Ecclesia prouinciam suscepit, is uicos omnes, & ciuitates curæ ipsius creditas debet inuisere. CAP. XII.

Matth.4.d ET circuibat Iesus totam Galilæam docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni,& sanans omnem languorem,& omnem infirmitatem in populo.Et ipse iter faciebat per ciuitates omnes , & castella , prædicans & euangelizans regnum dei , & M
duodecim cum illo.

Quòd ad auscultationem Euangelij aduocari omnes debent, & quòd summa cum libertate prædicanda est doctrina dominica, & dandum testimonium ueritati,licet sint aliqui qui id facere nos prohibeant, & quoquo modo uel ad mortem usque persequantur. CAP. XIII.

Ioan.10.c QVod dico vobis in tenebris,dicite in lumine:& quod in aure auditis,prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus , animam autem non possunt occi-
Matth.22.a dere.Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni: Ite ergo ad exitus viarum,& quotcunque inueneritis,vocate ad nuptias.Ego palàm locutus

A locutus sum mundo.Ego semper docui in synagoga,& in templo , quò omnes Iudæi conue- Ioan.18.d
niunt,& in occulto locutus sum nihil.Et cum adduxissent illos,statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens: Nónne præcepiendo præcepimus vobis, ne do- Act.5.e
ceretis in nomine isto? & ecce replestis Hierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.Respondens autem Petrus, & Apostoli dixerunt: Obedire oportet magis deo quàm hominibus . Quia spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur,dicens,quòd vincula,& tribulationes Hierosolymis me manent.Sed nihil horum vereor,nec facio animam meam preciosam mihi, dummodo cõsummem cursum meum cum
B gaudio,& ministerium verbi,quod accepi à domino Iesu testificari Euangelium dei . Nam & 1.Thes.2.a
ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos , quòd non inanis fuit : sed ante passi, & contumeliis affecti,sicut scitis,in Philippis , fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos Euangelium dei in multa solicitudine.

Quòd orandus est deus,ut qui ad fidem uenerunt,meliores quotidie fiant, & ob eam causam gratiæ illi agendæ. CAP. XIIII.

C NOn pro eis rogo tantùm,sed & pro eis, qui crediturí sunt per verbum eorum in me, Ioan.17.c
vt omnes vnum sint,sicut & tu pater in me, & ego in te, & vt ipsi in nobis vnũ sint. Et paulò pòst: Pater,quos dedisti mihi,volo vt vbi sum ego,& illi sint mecum. Confiteor tibi Pater domine cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & Luc.10.d
reuelasti ea paruulis. Etiam pater , quoniam sic placuit ante te . Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis,quòd fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est deus , cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius , quòd Rom.1.a
sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Testis enim mihi est Philip.1.a
deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi . Et hoc oro,vt charitas vestra adhuc magis,ac magis abundet in omni scientia,& in omni sensu, vt probetis potiora.Vt si- Ibidem.b
tis synceri,& sine offensa in diem Christi,repleti fructu iustitiæ , qui est per Iesum Christum
D in laudem & gloriam dei.

Quòd qui dei beneficio recte aliquid fecerit, is cæteris quoque notum facere illud debet,ut dei gloria celebrior efficiatur. CAP. XV.

ET reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt.Cum autem venissent & con- Luc.9.b
gregassent Ecclesiam,renunciauerunt quanta fecisset deus cum illis. Vt autem sciatis Act.14.d
& vos quæ circa me sunt,quid agam,omnia vobis nota faciet Tychicus charissimꝰ frater,& fidelis minister in domino,quem misi ad vos in hoc ipsum , vt cognoscatis , quæ circa Ephe.6.d
me sunt.

Quòd non eorum modo , qui præsentes sunt , sed eorum etiam qui absunt,curæ geri debet, & quòd
E *omnia facienda,quæcunque rectæ in fide ædificationis ratio postulat.* CAP. XVI.

ET alias oues habeo,quæ non sunt ex hoc ouili . Et illas oportet me adducere : & vocem Ioan.10.e
meam audient,& fiet vnum ouile,& vnus pastor.Propter quod cum non ferremus am- 1.Thes.3.a
plius,placuit nobis remanere Athenis solis: & misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum dei, adiutoremq; operis nostri in Euangelium Christi , ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra,vt nemo moueatur in tribulationibus istis.

Quòd debet qui ad benemerendum de aliquo inuitatur,æquo animo inuitanti se auscultare. CAP. XVII.

F HAec illo loquente,ecce princeps vnus accessit, & adorabat eũ dicens: Filia mea mo Matth.9.c
do defuncta est: sed veni,impone manum tuam super eam,& viuet. Et surgens Iesus Act.9.g
sequebatur eum,& discipuli eius. Cum autem propè esset Lydda ab Ioppe , discipuli audientes quòd Petrus esset in ea , miserunt duos viros ad eum rogantes: Ne pigriteris venire vsque ad nos.Exurgens autem Petrus,venit cum illis.

Quòd qui ueritatis uerbum acceperunt,ij per uisitationem in eo sunt stabiliendi. CAP. XVIII.

POst aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam : Reuertentes visitemus fratres no- Act.15.g
stros per vniuersas ciuitates,in quibus prædicauimus verbum domini,quomodo se habeant.Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ,aspectu, non corde abundã- 1.Thes.2.d
tius festinauimus faciem vestram videre , cum multo desiderio: quoniã voluimus venire ad vos,ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos,ego quidem Paulus semel & iterum : sed impediuit nos Satanas. Et paulò pòst : Propter G
1.Thes.3.a quod non sustinentes amplius,placuit nobis remanere Athenis solis: Et misimus Timotheum fratrem nostrum,& ministrum dei in Euangelio Christi ad confirmandos vos,& exhortandos pro fide vestra, vt nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.

Quòd proprium est eius, qui dominum diligit,magna cum charitate aduersus eos, quos doceat, omni studio eorum saluti quauis ratione prouidere, & in eo proposito constantissime uel ad mortem usque perseuerare,cum publice,tum priuatim. CAP. XIX.

Ioan.10.b Ioan.21.c BOnus pastor animam suam dat pro ouibus suis.Cum ergo prandissent,dixit Simoni Pe H
tro Iesus : Simon Iona diligis me plus his ? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quòd amo te.Dicit ei: Pasce agnos meos.Dicit ei iterum: Simon Iona diligis me? Ait illi : Domine tu scis quòd amo te.Dicit ei:Pasce agnos meos.Dicit ei tertio: Simon Iona amas me?Cõtristatus est Petrus,quia dixit ei tertio, Amas me, Dicit ei : Domine, tu omnia nosti, tu scis, quòd amo te.Dicit ei Iesus:Pasce oues meas.Vna autem sabbatorum cum venissemus ad frãgendum panem,Paulus disserebat eis,profecturus postridie, protraxitq; sermonem vsque in
Act.20.b mediam noctem. Et paulò pòst, Quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quominus annunciarem vobis,& docerem vos publice,& per domos, testificans Iudæis atque gentilibus
Ibidem,f in deum pœnitentiam,& fidem in dominum nostrum Iesum Christum. Propter quod vigi- I
1.Thes.2.b late, memoria retinentes, quòd per triennium nocte & die non cessaui cum lachrymis monere vnumquenque vestrum. Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis. nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium dei,&c.

Quòd qui eo munere fungitur,ut alios doceat,is misericors esse ac mitis debet,maxime autem erga eos,quorum animæ morbo grauiter sint affectæ. CAP. XX.

Matth.9.b ET videntes pharisæi dicebant discipulis eius : Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Iesus autem audiens, ait: Non est opus valentibus medico. K
Ibidem. Euntes autem discite, quid est: misericordiam volo, & non sacrficium . non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.Videns autem turbas , misertus est eis, quia erant vexati,& dispersi sicut oues non habentes pastorem.

Quòd clementer occurrere debet necessitati corporis subditorum,& ipsorum curam gerere. CAP. XXI.

Marc.1.d MIsereor turbæ , quia triduo iam perseuerant mecum , & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo , ne deficiant in via. Et venit ad eum leprosus,
deprecans eum, & genu flexo dixit: Si vis,potes me mundare.Iesus autem misertus L
Act.6.a eius,extendit manum suam,& tangens eum, ait illi: volo,mundare. In diebus autem illis,crescente numero discipulorum,factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos,eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum . Conuocantes autem duodecim multitudinem , dixerunt : Non est æquum nos derelinquere verbum dei , & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos spiritu sancto, & sapientia,quos constituamus super hoc opus.

Quòd non debet,qui præest uerbo dei , minorum quorundam causa , quæ maioris cuiusdam laudis causa agere ipse sua sponte uelit,ea quæ sunt maiora,negligere. CAP. XXII.

Ibidem. COnuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: Non est æquum M
nos derelinquere verbum dei , & ministrare mensis . Quibus verbis paulò pòst ea adiungit: Nos vero orationi,& ministerio verbi instantes erimus.

Quòd nullo modo neque ad ostentationem,neque ad quæstum uerbum domini cõferri debet, blanditiis in aures audientium influendo , quò nostris uel uoluptatibus , uel commodis consulamus. Quòq; contrà in docendo tales nos esse conuenit , perinde ac si pro gloria dei , ipso audiente loqueremur. CAP. XXIII.

Matth.23.a OMnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.dilatant enim phylacteria sua,& magnificant fimbrias vestimentorum suorũ.Amant autẽ primos recubitus in cœnis

A cœnis,& primas cathedras in synagogis,& salutationes in foro, & vocari ab hominib⁹ rabbi.Vnus est enim magister vester Christus. Omnes autem vos fratres estis . Et patrem nolite vocare vobis super terram.vnus est enim Pater vester qui in cœlis est.Neque vocemini magistri , quia magister vester vnus est Christus . Mea doctrina non est mea , sed eius qui misit Ioan.7.b
me.Siquis voluerit voluntatem eius facere,cognoscet de doctrina, vtrum ex deo sit,an ego à meipso loquar.Qui à semetipso loquitur,gloriam propriam quærit . Qui autem quærit gloriam eius,qui misit eum,hic verax est,& iniustitia in illo non est.Non enim sumus sicut plu= 2.Cor.2.d
rimi,adulterantes verbũ dei, sed ex synceritate,sicut ex deo,coram deo,in Christo loquimur. Exhortatio enim nostra neque de errore , neque de immunditia , neque in dolo : sed sicut 1.Thes.2.a
B probati sumus à deo , vt crederetur nobis Euangelium , ita loquimur : non quasi hominibus placentes,sed deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis apud vos, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ(deus testis est)nec quærentes ab hominibus gloriam neque à vobis , neque ab aliis , cum possemus vobis oneri esse , vt Christi Apostoli.

Quòd qui aliis in Ecclesia docendis præest,is data sibi potestate,nequaquam ad subiectorum cõtumeliam abuti debet,neque se supra illos efferre,sed potius gradum illum,tanquam materiam quandam exercendæ aduersus ipsos humilitatis tenere. CAP. XXIIII.

C QVis putas est fidelis seruus,quem constituit dominus super familiam suam,vt det illis cibum in tempore? Beatus seruus ille, quem, cum venerit dominus eius,inuenerit sic facientem.Amen dico vobis,quòd super omnia bona sua constituet eum. Matth.24.d
Si autem dixerit malus seruus in corde suo : Moram facit dominus meus venire , & cœperit percutere conseruos, manducet autem, & bibat cum ebriosis : veniet dominus serui illius in die qua non sperat,& in hora,quam ignorat,& diuidet eum , partemq; eius
ponet cum hypocritis.illic erit fletus & stridor dentium . Vos vocatis me magister & domi- Ioan.13.b
ne,& bene dicitis. Sum etenim . Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister , & vos
debetis alter alterius lauare pedes.Facta est autem & contentio inter eos,quis eorum videre- Luc.22.c
tur esse maior.Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eis,& qui potestatem habent su-
D per eos benefici vocantur.Vos autem non sic.Sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior : & qui præcessor est,sicut ministrator.Nam quis maior est,qui recumbit,an qui ministrat?Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum,sicut qui ministrat.A Mileto autem mit Act.20.d
tens Ephesum,vocauit presbyteros Ecclesiæ: qui cùm venissent ad eum, & simul essent , dixit eis: Vos scitis à prima die,qua ingressus sum in Asiam , qualiter vobiscum per omne tempus fuerim,seruiens domino cũ omni humilitate & lachrymis , & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum.Libenter enim suffertis insipientes, cùm sitis ipsi sapientes . Su- 1.Cor.11.d
stinetis enim siquis vos in seruitutem redigit,siquis deuorat,siquis accipit,siquis extollitur,siquis in faciem vos cędit,secundum ignobilitatem dico,quasi & nos infirmi fuerimus in hac
E parte.

Quòd nequaquam ex æmulatione,inuidiáue,aut contendendi studio, quæ nobis aduersus aliquos sint,prædicandum à nobis est euangelium dei. CAP. XXV.

ECce puer meus,quem elegi,dilectus meus,in quo bene complacuit animæ meæ.ponam Matth.12.b
spiritum meum super eum: iudicium gentibus nunciabit,non contendet,neque clamabit , neque audiet aliquis in plateis vocem eius . Quidam quidem propter inuidiam & Philip.1.b
contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prędicant.Quidam ex charitate,scientes quòd in defensionem Euangelij positus sum . Quidam autem ex cõtentione Christum annunciant,nõ syncere:existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.
F

Quòd ad prædicationem Euangelij, humanæ facultates, per quas cæteris præstamus, adhibendæ à nobis non sunt,ea re,ne offuscata dei gratia minor appareat. CAP. XXVI.

CONfiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & pru- Marc.11.d
dentibus, & reuelasti ea paruulis.Non enim misit me Christus baptizare, sed euange- 1.Cor.1.c
lizare,non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi . Non enim iudicaui me 1.Cor.2.a
scire aliquid inter vos,nisi Iesum Christum , & hunc crucifixum . & ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos : & sermo meus , & prædicatio mea non in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis , sed in ostensione spiritus , & virtutis , vt fides vestra non

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit in sapientia hominum,sed in virtute dei. G

Quòd non debemus putare posse nos consiliis nostris illud assequi,ut prosperè prædicatio nostra succedat: quodq; contrà huius rei spes omnis nobis collocanda est in auxilio dei.
CAP. XXVII.

2.Cor.3.b 2.Cor.4.b FIduciam autem habemus talem per Christum ad deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Habentes autem thesaurum istum in vasis fictilibus,vt sublimitas virtutis sit dei,& non ex nobis.

Quòd non debet,cui traditum est munus Euangelij,aliquid plus possidere,quàm quantum naturalis usus desiderat. H
CAP. XXVIII.

Matth.10.a Lucæ.9 a Acto.20.g 2.Tim.2.a NOlite possidere aurum,neque pecuniam in zonis vestris,non perà in via, neque duas tunicas,neque calciamenta,neque virgam. dignus est enim operarius cibo suo. Nihil tuleritis in viam,neque virgam,neque peram, neque panẽ, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Argentum aut aurum,aut vestem nullius concupiui. Nemo militans implicat se negociis secularibus,vt ei placeat,qui se probauit.

Quòd in suscipienda cura aliqua de rebus uitæ huius nemo iuuari debet,qui nimio plus in his animum suum occupet.
CAP. XXIX. I

Luc.12.b DIxit autem ei quidam de turba: Magister,dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? 2.Tim.2.a Nemo militans implicat se negociis secularibus,& cætera.

Quòd qui ineundæ ab auditoribus gratiæ causa negligunt iussa dei liberè proloqui,atque hoc modo illis se mancipant,quorum studia sibi cupiunt adiungere,ij se alienos faciunt à mancipio domini.
CAP. XXX.

Ioan.15.f Gala.1.b QVomodo vos potestis credere, qui gloriam accipitis abinuicem? & gloriam quæ à solo deo est,non quæritis?Si adhuc hominibus placerem,Christi seruus nõ essem. K

Quòd qui aliorum in ecclesia docendorum munus suscepit,illud debet spectare, ut omnes ille quidem in uirum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi perfectos producat, unumquenque tamen seorsum,ordine ac gradu ipsius seruato.
CAP. XXXI.

Mat 5.g Ioan.17.c Ephe.4.c ESTote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Non pro iis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint,sicut tu pater in me,& ego in te,vt & ipsi in nobis vnum sint. Alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum perfectum,in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Quòd qui aduersum nos disputant, ij adhibitis patientia ac mansuetudine, leniter edocendi à nobis sunt,neque illorum pœnitentia unquam desperanda,quoad omnia illa officia præstiterimus, quæ ad illorum correctionem pertineant.
CAP. XXXII. L

Matth.12.b NEque contendet,neque clamabit, neque audiet quis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet,& linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium.Seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse erga 2.Tim.2.b omnes,aptum ad docendum, patientem,cum modestia corripientẽ eos,qui resistunt: si quãdo deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueo. M

Quòd iis,qui propter metum aliquem, periculi alicuius deuitandi causa præsentiam prædicantis Euangelium recusant,cedere ille debet,neque se ultrò peruicaciter nimis obtrudere.
CAP. XXXIII.

ET rogauerunt illum omnis multitudo Gadarenorum, vt discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur: ipse autem ascendens nauim reuersus est.

Quòd ab illis etiam,qui ex rudi improbitate prædicationem Euangelij nolunt admittere, recedere debemus,atque ita recedere,ut ne ea quidem ab illis accipiamus,sine quibus uita consistere non potest.
CAP. XXXIIII.

Et qui-

A ET quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes de domo, vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris.In quamcunque ciuitatem intraueritis,& non susceperint vos,exeuntes in plateas eius dicite,Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. veruntamen scitote quòd appropinquabit regnum dei. Cùm venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur spiritu Paulus,testificans Iudæis esse Christum Iesum. Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus,excutiens vestimenta sua,dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum. Mundus ego ex hoc ad gentes vadam. Matth.10.b Act.18 b

B *Quòd hominum illorum congressum debemus defugere,qui post præstita omnia à nobis pro salute ipsorum officia,nihilominus tamen in pristina animi sui obstinatione perseuerant.*
CAP. XXXV.

HIerusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur domus vestra deserta. Vobis oportebat primùm loqui verbum dei.Sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus: Posui te in lucem gentium, C vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.Hæreticum hominem post vnam & alteram correptionem deuita,sciens quia subuersus est,qui eiusmodi est,& delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Matth.23.d Acto.13.g Titũ.3.c

Quòd aduersus omnes omni in re retinenda est uerborum domini ueritas integra, neque omnino quicquã faciendũ maiore animi in hanc quàm in illam partẽ perpensione. CAP. XXXVI.

TEstor corã deo & domino Iesu Christo, & electis angelis, vt hæc custodias sine præiudicio,nihil faciens in alteram partem declinando. 1.Tim.5.d

D *Quòd qui aliis in Ecclesia præpositus est,is ad singula quæ facit,dicitue, diligentem adhibere circunspectionem & maturum iudicium debet,eo consilio,ut rem faciat gratam deo, proinde ac si illorum, qui curæ ipsius crediti sint, iudicio,ac testimonio, uel probandus esset,uel improbandus.*
CAP. XXXVII.

VOs scitis à prima die,qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim seruiens domino, cum omni humilitate, & lachrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt.Argentum, aut aurum, aut vestem nullius concupiui. Sed ipsi scitis, quòd ad ea, quæ mihi opus erant, & iis qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Vos testes estis, & deus quàm sancte & iuste, & sine querela, vobis qui credidistis,affuimus, sicut scitis. Acto.20.d Ibidem.g 1.Thes.2.b

E

REGVLA LXXI.

Quæcunque coniunctim præcepta sunt de episcopis, & presbyteris. CAP. I.

SIquis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse,vnius vxoris virum, vigilantem,sobrium,modestum, ornatum, hospitalem,&c.Seniorem ne increpaueris,sed exhortare vt patrem: iuuenes,vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores, in omni castitate. Iuuenilia autem desideria fuge: sectare verò iustitiam,fidem,charitatem,pacem cum iis,qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quòd generant lites.Seruum autem domini non oportet litigare,sed mansuetum esse erga omnes,&c. Tu autem assecutus es meam F doctrinam,institutionem,propositum,fidem,longanimitatem,dilectionem,patiẽtiam,persecutiones, passiones. Huius rei gratia reliqui te in Creta,vt ea,quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros,sicut & ego disposui tibi.Siquis sine crimine,&c. 1.Tim.3.a 1.Tim.5.a 2.Tim.2.d 2.Tim.3.c Titũ.1.b

De diaconis. CAP. II.

ET elegerunt Stephanum virum plenum fide,& spiritu sancto,& Philippum,& Prochorum, & Nicanorem,& Timotheum,& Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Diaconos similiter compositos,non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes,& cætera. Acto.6.b 1.Tim.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGVLA LXXII.

G

Quòd debent auditores, qui sacrarum literarum periti sunt, adhibito diligenti iudicio, ea auscultare, quæ à doctoribus dicantur, & ex iis, ea quæ scripturæ esse consentanea cognouerint, admittere: contraq; quæ aliena, repudiare. Qui autem pertinaciter praua eiuscemodi decreta uoluerint defendere, maiorem in modum defugere, auersariq;. CAP. I.

Matth.18.a Ioan.10.a

VAe autem homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te. Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in stabulum ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Et paulò pòst: Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. H

Gal.1.b 1.Thes.5.d

Sed licet nos, aut angelus de cœlo, euangelizet vobis, præter id quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Prophetias nolite spernere. Omnia probate: quod bonum est, tenete. ab omni specie mala abstinete.

Quòd qui diuinarum literarum cognitionem non ita magnam habent, ij ex fructibus spiritus uerum sanctorum uirorum signum ac notam debent agnoscere: & in quibus hæc inesse animaduerterint, eos admittere: & contrà, à quibus abesse, illos repudiare. CAP. II.

Matth.7.c Philip.3.d

ATtendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. à fructibus eorum cognoscetis eos. Imitatores mei estote, & I obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

Quòd qui recte uerbum ueritatis tractant, ij ita suscipi debent, quasi dominus ipse, pro gloria eius, qui illos misit Iesu Christi domini nostri. CAP. III.

Mat.10.d Luc.10.c Gala.4.b

QVi recipit vos, me recipit. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et tentationem meam in carne mea non spreuistis, neque respuistis. Sed sicut angelum dei accepistis me, sicut Christum Iesum.

Quòd qui iis non auscultat, qui mittuntur à domino, nõ in hos modo contumelioſi sunt, sed in eum etiam, à quo illi mittuntur. quodq; grauius aduersum seipsos iudicium parant, quàm qui olim Sodomæ & Gomorræ peccauerunt. K CAP. IIII.

Matth.10.b Luc.10.e 1.Thes.4.b

ET quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes de domo vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorræorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Qui vos spernit, me spernit. Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed deum, qui dedit spiritum suum sanctum in vos.

Quòd doctrina præceptorum dei perinde accipi debet, quasi ea, per quam æternam uitam, & cœleste regnum nobis comparemus. quodq; in ea studioſe nos exercere debemus licet laborioſa L *uideatur.* CAP. V.

Ioan.5.d Act.14.d

AMen amen dico vobis, quòd qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte in vitam. Cúmque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animos discipulorum, exhortantesq;, vt permanerent in fide, & quòd per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.

Quòd castigatio & obiurgatio ita accipi debent, quasi medicamentum quoddam, quo & morbus depellatur, & sanitas confirmetur. Ex quo perſpicuum est, quòd qui in assentationis uitio lenes se haberi uolunt, neque peccãtes castigant, ij maximè illos detrimento afficiunt, nempe qui æternæ illorum uitæ insidiantur. M CAP. VI.

Matth.18.b 1.Cor.5.b

SI autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute domini nostri Iesu tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini Iesu. Quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet, etsi pœnituisset. Videó enim quòd epistola illa, etsi ad horam, vos contristauit. Nunc gaudeo, nõ quòd contristati estis, sed quòd contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secũdum deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristi-

2.Cor.7.b

tia est,

A tia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Quam ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide.

REGVLA LXXIII.

Quòd nullo modo debet uir, qui legitimo matrimonio cum uxore coniunctus sit, ab ea separari: neque uicissim uxor à uiro, nisi illorũ alter in adulterio deprehensus sit, nisi uè causa aliqua alia interſit, quæ ueræ aduersus deum pietati officiat. CAP. I.

Matth.5.e

B DIctum est autem, Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quòd omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Siquis venit ad me, & non Luc.14.e odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Dico autem vobis, quòd quicunque dimiserit v- Matth.19.b xorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. 2.Cor.7.b

Quòd non licet uiro uxore dimissa, aliam ducere: neque item uxori uicissim quæ dimissa sit, uiro alij nubere. C CAP. II.

DIco autem vobis, quòd quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & Matth.19.b aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, adulterat.

Quòd ea charitate uiri debent diligere uxores suas, quam Christus aduersus ecclesiam adhibuit, qui ut ipsam emundaret, uoluntariæ se ipse morti subiecit. CAP. III.

VIri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro Ephe.5.e ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo. Ita viri debent dili- Ibidem.f gere vxores suas, vt sua ipsorum corpora.

Quòd nihilo minus debent uxores subiectæ esse uiris suis, atque ecclesia subiecta est Christo, & in hoc dei uoluntati obtemperare. D CAP. IIII.

MVlieres viris suis subditæ sint, sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Ibidem.e Christus caput est ecclesiæ, & ipse saluator corporis est. Sicut ecclesia subiecta est Christo, ita mulieres viris suis in omnibus. Vt castitatem doceant adolescentulas, vt Titũ.2.a viros suos ament, filios suos diligant, vt sobriæ sint, castæ, domus custodes, benignæ, subditæ viris suis, vt non blasphemetur verbum dei.

Quòd nullo modo debent mulieres nimis exquisitæ in ornatu corporis elegantiæ studere, potiusque curam eas omnem in bona opera conferre, atque hunc uerum & germanum Christianorum ornatum esse existimare. E CAP. V.

SImiliter & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate, ornare se non in- 1.Tim.2.c tortis crinib⁹, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

Quòd in ecclesiis silere mulieres debent, ac domi de rebus iis serio loqui, per quas gratia initur à deo. CAP. VI.

MVlieres vestræ in ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, 1.Cor.14.e F sicut & lex dicit. Siquid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Do- 1.Tim.2.c cere autem, mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua: & Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

REGVLA LXXIIII.

Quòd debet uidua, cui modo integra, ac firma corporis ualetudo sit, in assidua sollicitudine, ac studio esse, ac illorum meminisse, quæ dicta sunt ab Apostolo, eiusq; testimonij, quod Dorcadi

Universidad de Deusto
Biblioteca

datum est à scriptura. CAP. I. G

Act.9.f IN Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata, dicitur Dorcas. hæc erat plena operibus bonis,& eleemosynis quas faciebat. Et circunsteterunt illam
Ibidem.g omnes viduæ, flentes,& ostendentes ei tunicas & vestes,quas faciebat, dum esset cum illis Dorcas. Vidua deligatur non minor sexaginta annorum,quæ fuerit vnius viri vxor,in o-
1.Tim.5.b peribus bonis testimonium habens. Si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit,si tribulationem patientibus subministrauit,si omne opus bonum subsecuta est.

Quòd debet uidua,quæ in operibus bonis,de quibus Apostolus loquitur,bene se gesserit,& in ordinem uere uiduarum iam peruenerit, assidue oratiõibus,& obsecrationibus instare,similiterque ieiuniis etiam,nocte & die. CAP. II. H

Luc.2.e ET erat Anna prophetissa, filia Phanuel,de tribu Asser,& hæc processerat in diebus multis,& vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua, & hæc vidua vsque ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus ser-
1.Tim.5.a uiens nocte ac die. Quæ autem vere vidua est,& desolata, sperat in deum, & instat obsecrationibus,& orationibus seruiens nocte ac die. Nam quæ in deliciis est,viuens mortua est.

REGVLA LXXV.

I

Quòd debent serui omni cum beneuolẽtia dominis suis, quibus seruiunt in hac uita,obedire ad dei gloriam, idq; omnibus in rebus,in quibus id,saluis mandatis dei,fieri possit. CAP. I.

Ephe.6.a SErui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes,quasi hominibus placentes, sed vt serui Chri-
1.Tim.6.a sti,facientes voluntatem dei ex animo:cum bona voluntate seruientes domino, & non hominibus, scientes quòd vnusquisque quod fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus,siue liber. Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur,ne nomen dei, & doctrina blasphemetur: qui autem fideles habent dominos, non con-
Tit.2.c temnant,quia fratres sunt,sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Seruos dominis suis subditos esse,in omnibus placentes,non contradicentes, non K
fraudãtes,sed in omnibus bonam fidem ostendentes, vt doctrinam saluatoris dei nostri ornent in omnibus.

Quòd debent domini,cum meminerint eius,qui est uerus dominus,mutuas ipsi quoque operas reddere seruis suis quantum possint in timore dei,& clementia aduersus ipsos,idq; exẽplo domini. CAP. II.

Ioan.13.a SCiens Iesus,quòd omnia dedit sibi pater in manus,& quòd à deo exiuit, & ad deum vadit,surgit à cœna,& ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum,præcinxit se,dein-
Ibidem.b de misit aquam in peluim,& cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Et paulò inferius. Vos vocatis me magister & domine, & bene facitis. Sum L
etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplum enim dedi vobis,vt quemadmodum ego feci,ita & vos faciatis. Et vos
Ephe.6.b domini eadem facite illis,remittentes minas, scientes quòd & illorum & vester dominus est in cœlis,& personarum acceptio non est apud deum.

REGVLA LXXVI.

Quòd debent filij parentes suos honorare,& illis omnibus in rebus obedire,quæ modo dei mandato non sint impedimento. CAP. I.

M

Luc.2.g ET dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Deinde paucis interpositis verbis: Et descendit cum eis,& venit Naza-
Ephe.6.a reth,& erat subditus illis. Filij obedite parentibus vestris in domino. hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primun in promissione, vt bene sit tibi,& sis longæuus super terram.

Quòd debent parentes in disciplina & correptione domini filios suos educare, adhibita lenitate atque clementia: neque quantum in ipsis sit, ullam omnino ipsis causam dare, quamobrem aut irasci debeant, aut dolere. CAP. II.

Et vos

A ET vos patres nolite prouocare ad iracundiam filios vestros,sed educate eos in disciplina & correptione domini. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt Ephe.6.a
non pusillo animo fiant.

REGVLA LXXVII.

Quòd debent uirgines ab omni rerum uitæ huius solicitudine liberæ esse,quo assiduè possint agere gratias deo: neq; ab eo ullo modo,seu mẽte distrahi,seu corpore,spe consequẽdi regni cœlestis. CAP. I.

B ET sunt Eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est,solicitus est quæ sunt Matth.19.b
domini,quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini 1.Cor.7.f
sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico,non vt laqueum vobis iniiciam: sed vt id,quod honestũ est,sequamini,& quod facultatem præbeat, domino sine impedimento seruiendi.

REGVLA LXXVIII.

C *Quòd stipendia in bello merentibus neminem licet neque percutere,neq; calũniari.* CAP. I.

INterrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Nemi-
Lucæ.3.c nem percutiatis,neque calumniam faciatis,& contenti estote stipendiis vestris.

REGVLA LXXIX.

Quòd debent qui principes aliorum sunt,uindices esse iustificationum dei. CAP. I.

D NAm principes non sunt terror bonorum operum, sed malorum. Vis autem non timere potestatem? bonum fac,& laudem habebis ex illa. Dei enim minister est tibi in
Rom.13.a bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei,qui malum agit.

Quòd maioribus potestatibus subiecti esse debemus in iis rebus, quæ modo non sint impedimento mandatis dei. CAP. II.

OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. non est enim potestas nisi à deo. Ibidem.
Quæ autem sunt potestates,à deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam prin-
Act.5.e cipes non sunt terror bonorum operum, sed malorum, &c. Obedire oportet deo, magis
E quàm hominibus. Admone illos principatibus,& potestatibus subditos esse,& obedire,ad om
Titũ.3.a ne opus bonum paratos esse.

REGVLA LXXX.

Cuiusmodi esse ratio Christianos uelit. Tanquam discipulos Christi,qui ad ea se tantummodo confirment,quæ uideant in ipso, uel quæ audiant ab ipso. CAP. I.

TOllite iugum meum super vos,& discite à me. Vos vocatis me magister & domine,& Matth.11.d
bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos Ioan.13.b
debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum e-
F go feci vobis,ita & vos faciatis.

Tanquam oues Christi,qui solam audiant uocem pastoris sui,& ipsum sequantur. CAP. II

OVes meæ vocem meam audiunt,& ego cognosco eas,& sequuntur me. Alienum au- Ioan.10.e
tem non sequentur,sed fugient ab eo.

Tanquam palmites Christi,in ipso radicatos,& ipsi fructum ferentes, & omnia, quæ illo digna sunt, & ipsius uoluntati consentanea facientes,& habentes. CAP. III.

EGo sum vitis,& vos palmites. Ioan.15.a

Tanquam membra Christi,in omni executione mandatorum domini, aut donorum spiritus sancti absolute perfectos,ad dignitatem capitis ipsorum,qui est Christus. CAP. IIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.6.d Ephe.4.c NEscitis quòd corpora vestra membra sunt Christi? Veritatem autem facientes in cha G
ritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus cõpactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque mẽbri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

Tanquam sponsam Christi, seruantem castitatem, in eo quòd in solis sponsi sui uoluntatibus ambulet. CAP. V.

Ioan.3.d 2.Cor.11.a QVi habet sponsam, sponsus est. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. H

Tanquam templum dei, sanctos ac mundos, & iis repletos solum, quæ ad dei cultum pertineant. CAP. VI.

Ioan.14.c 2.Cor.6.d SIquis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Vos enim estis templum dei viui, sicut dicit deus: Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus.

Tanquam uictimam immaculatam, omnibusq; suis membris & partibus absolutam, ueræ in deum pietatis integritatem conseruantes. CAP. VII. I

Rom.12.a OBsecro itaque vos fratres per miserationes dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

Tanquam filios dei, formatos ad imaginem dei, secundum mensuram, quæ donata est hominibus. CAP. VIII.

Ioan.13.d Gal.4.c FIlioli adhuc modicum vobiscum sum. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

Tanquam lucem in mundo, ut & ipsi uidelicet puri sint ab omni uitio, & eos qui ad ipsos accedant, illuminẽt ad agnitionẽ ueritatis, ut uel tales fiant, quales conuenit, uel declarẽt quid sint. K
CAP. IX.

Matth.5.b Philip.2.b Vos estis lux mundi. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.

Tanquam sal in terra, ut uidelicet qui communionem cum ipsis habuerint, spiritu renouentur ad incorruptionem. CAP. X.

Matth.5.b Vos estis sal terræ.

Cuiusmodi ratio esse in uniuersum eos uelit, quibus credita est prædicatio Euangelij. Tanquam Apostolos & ministros Christi, & dispensatores fideles mysteriorum dei, sola ea, quæ à domino præcepta sunt integerrime, & re & uerbo implentes. CAP. XI.

L

Mat.10.b Matth.28.d 1.Cor.4.a ECce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Euntes docete omnes gentes. Sic nos existimet homo tanquam ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Quod autem superest, quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.

Tanquam præcones regni cœlorum, ad destructionem eius, qui habet imperium mortis in peccato. CAP. XII.

Mat.10.a 2.Tim.4.a EVntes autem prædicate dicentes: Appropinquauit regnum cœlorum. Testificor ego coram deo, & domino Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos per aduentum ipsius: prædica verbum dei.

Tanquam formã, aut regulam pietatis, ut per eos ad rectitudinem omnem dirigantur illi, qui dominum sequuntur, & illorum peruersitas detegatur, qui in quauis re illius imperium detractẽt. M
CAP. XIII.

Philip.3.c QVæ quidem retro sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens meipsum, iuxta destinatum persequor ad brabium supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: Et siquid aliter sapitis, & hoc vobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, in eadem permaneamus regula. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Solicitè autem cura teipsum probatum exhibere deo, operarium incõfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.

1.Tim.4.c 2.Tim.2.c

Tanquam

A *Tanquam oculum in corpore, ut uidelicet habere delectum & bonorum, & malorum sciant, atque ut Christi membra ad singula quibusque accommodata officia dirigant.* CAP. XIIII.

LVcerna corporis est oculus. Si ergo oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matt.6.b

Tanquam pastores ouium Christi, qui quandocunque tempus postulet, ne animam quidem ponere pro illis dubitent, ut euangelium illis impartiant. CAP. XV.

B BOnus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei. Ioan.10.b Acto.20.c

Tãquã medicos: qui magna adhibita animi lenitate, sciẽter secundũ doctrinã domini animarũ morbos curẽt, in acquisitionẽ eius, quæ est in Christo sanitatis, & perseuerãtiæ. CAP. XVI.

NOn est opus valentibus medico, sed male habentibus. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum portare. Matt.9.b Roma.15.a

Tãquã parẽtes, & nutrices filiorũ, qui ex magnitudine eius, quæ est in Christo charitatis, parati sint libenti animo cõmunicare illis nõ solũ euangeliũ dei, sed suam etiã ipsorũ uitã. CAP. XVII.

C FIlioli, adhuc modicum vobiscum sum. Nam in Christo Iesu per euãgelium ego vos genui. Tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras, quia charissimi nobis facti estis. Ioan.13.d 1.Cor.4.d 1.Thes.2.b

Tãquã dei adiutores, qui solis deo dignis operibus totos se mãcipẽt pro ecclesia dei. CAP. XVIII.

DEi enim sumus cooperarij: dei agricultura, dei ædificatio estis. 1.Cor.3.b

Tanquam plantatores palmitum dei, qui in uitæ, quæ est Christus, nihil alienum, aut infructuosum relinquant, & ea quæ conuenientia sunt, atque fœcunda, meliora efficere studeant, omni diligentia adhibita. CAP. XIX.

D LEgo sum vitis vera, & pater meus agricola est: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructũ, purgat eum, vt fructus plus afferat. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Ioan.17.a 1.Cor.3.b

Tanquam ædificatores templi dei, qui uniuscuiusque animam ita concinnent, ut fundamẽto apostolorum & prophetarum apte congruat. CAP. XX.

E SEcundum gratiam dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Vnusquisque autẽ videat, quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Ergo iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. 1.Cor.3.b Ephes.2.d

CAPVT XXI.

Quid proprium Christiani?
Charitas, quæ per charitatem operatur.
Quid proprium fidei?
F Certissima animi expletio de diuinorum verborum veritate, quæ nulla, neq; à naturali necessitate inducta ratione, neque ad veræ pietatis simulationẽ conformata vllo modo possit labefactari.
Quid proprium fidelis?
Vt cum eiusmodi certa animi expletione veram esse illorum vim credat quæ dicta sunt in scriptura, nihilq; reiiciat, aut nouum statuere audeat. Etenim si omne, quod ex fide non est, peccatum est, vt ait Apostolus, fides autem ex auditu, auditus autem per verbum dei, sine dubio cum quicquid extra diuinam scripturam est, ex fide non sit, id peccatum est.
Quid proprium eius, quæ est in deum, charitatis?
Mandata eius seruare, eò animo, vt ille glorificetur.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid proprium eius,quæ est in proximum,charitatis? G
Vtilitatem propriam non quærere,sed vtilitatem eius,qui diligatur,cum animæ,tum corporis.
Quid proprium Christiani?
Vt per baptismum denuo ex aqua & spiritu generetur.
Quid proprium eius,qui natus est ex aqua?
Vt quemadmodum Christus peccato semel mortuus est,ita ipse etiam mortuus sit, & ad
Roma.6.a omne peccatum immobilis, sicut scriptum est: Quicunque in Christum Iesum baptizati sumus, in mortẽ ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem,hoc scientes, quòd vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus H
peccati,vt vltrà non seruiamus peccato.
Quid proprium eius,qui natus est ex spiritu?
Ioan.3.a Vt pro data sibi mensura illud fiat,quod est id,ex quo genitus est,sicut scriptum est: Quod ex carne natum est,caro est:& quod natum est ex spiritu,spiritus est.
Quid proprium eius,qui denuo natus est?
Exuere veterem hominem vnà cum actibus eius, & cupiditatibus, & induere nouum, qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem illius, qui creauit illum, sicut scriptum est:Quicunque in Christum baptizati estis,Christum induistis.
Quid proprium Christiani? I
Mundari ab omni inquinamento carnis & spiritus,& perficere sanctitatem in timore dei, & charitate Christi, & nullam habere neque maculam neque rugam, aut aliud quippiam generis eiusdem.Qui enim manducat & bibit indigne,iudicium sibi manducat & bibit.
Quid proprium illorum qui manducant panem,& bibunt poculum dei? Seruare perpetuam memoriam illius,qui pro nobis mortuus est,& resurrexit.
Quid proprium Christiani?
Vt omni in re iustitia illius maior sit iustitia scribarum & Pharisæorum pro mensura doctrinæ dominicæ,quæ est secundum euangelium.
Quid proprium Christianorum? K
eiusmodi dilectio inter ipsos,cuiusmodi ea fuit,qua dilexit nos Christus.
Quid proprium Christiani?
Prouidere dominum in conspectu suo semper.
Quid proprium Christiani?
Quotidie ac singulis horis vigilare,& assidue paratum esse ad eam perfectionem, per quã placeat deo,illud scientem,venturum esse dominum hora illa,qua non sperat.

Sancti

A # Sancti patris nostri Basilij Magni Archiepiscopi Caesareae Cappadociæ.

DE INSTITVTIONIBVS MONACHORVM,Sermo.

B HOmo ad imaginem & similitudinem dei fuerat factus. Imaginis autẽ dignitatem illam ac decorem peccatum, animo ad vitiosas cupiditates depresso,deformauit. At enim deus,qui hominem creauit,vera vita est. Itaque qui dei similitudinem amisit, is vitæ etiam amisit cõmercium. Qui autem à deo dsiunctus est, is sine dubio intra beatæ vitæ limites esse nõ potest. Agedum igitur, ad eam, in qua ab initio eramus,
C & à qua propter peccatum abalienati sumus,redeamus gratiam, nosq; rursum ad diuinæ imaginis speciem cõformiter exornemus: abiectisq; prorsus omnibus vitiosis animi affectionibus sedulo operam demus,vt ortus nostri autori similes efficiamur. Qui enim in seipso,quantum in ipso sit,naturæ diuinæ liberrimam affectuũ τὸ ἀπαθὲς
tranquillitatem imitatus fuerit, hic defœdatam prius in animo suo dei imaginẽ restituit pristino nitori. Qui verò eo modo, quo diximus, deo se similẽ effecerit, is prorsus diuinæ etiam τῆς θείας
vitæ similitudinem acquisiuit,perpetuo deinceps, in assidua vsque beatitudine permãsurus. Si ζωῆς
igitur vitiorum vacuitas ea est, per quam amissam dei imaginem recuperamus, & similitudo,quæ cum deo nobis est,vitæ nobis æternitatem largitur, haud dubie cæteris omnibus cæterarum rerum studiis omissis, in hoc vnum toto pectore debemus incumbere, vt videlicet
D animus noster nullius vnquam vitij opprimatur tyrannide,illudq; diligenter curare, vt neutrobi mens nostra euariet, neque propter vllos tẽtationum impetus se in terrã patiatur prosterni,vt hoc modo in diuinæ beatitudinis societatem venire possimus. Porrò ad huiusmodi studium mire conducit & cooperatur virginitas,siquis eam recta ratione coluerit. Neque enim in hoc tantummodo virginitatis donum cõsistit, siquis in eo abstinens fuerit, vt progignendis liberis operam nõ det:sed vt quis id rectè assecutus dici possit, victus ipse omnis, vita quoque, omnisq; animi morum conformatio,virginitatem seruent oportet: nullumq; esse in eo studium debet,in quo non perpetuo cœlibis integritatem præ se ferat. Siquidẽ fieri po- ὁ βίος τῆς ζωῆς
test,vt quis sermone etiam scortetur,& oculis adulter sit, & auditu polluatur, & cor inqui-
E nandum præbeat:immodiceq; edendo,potandoq; temperantiæ finibus egrediatur. Qui enim adhibita in his temperantia,se intra virginitatis limites continuerit,vere hic absolutissimum ὑπὸ κανόνα παρθενίας. χάριτι
se habere virginitatis donum declarat. Quamobrem si per vitiorum euacuationem ad dei similitudinem animæ nostræ characterem cõponere nobis in animo est, & hac ratione sempiternam nobis vitam acquirere,danda omnino nobis sedulo opera est, ne quid quoquo pacto professione nostra indignum faciam⁹,nève simili, atque Ananias, iudicio efficiamur ob- Act.5.a
noxij. Licebat enim initio Ananiæ possessiunculam suã deo non polliceri ac vouere:sed post- διὰ ἐπαγγελίας
quàm humanæ gloriæ cupiditate inductus, quicquid in bonis habebat per professionem deo
F cõsecrauit,quo videlicet egregio istiusmodi facto hominum de se admirationem excitaret, de precio autem callidè postea nescio quid interuertit, eiusmodi aduersum se indignationem dei prouocauit, cuius Petrus minister fuit, vt ne ad pœnitentiam aditum inuenire potuerit. Quocirca ante religiosæ istius vitæ professionem liberum est vnicuique,quatenus per dei in- θύραν
dulgentiam leges permittunt,communem cum cæteris viuendi morem sequi, sibiq; vxorem adiungere: Vbi verò iam quis spõte sua ipse professus est,hic deo custodire seipsum debet, ve- Att. lutheranę vota
luti eorum aliquid,quæ dicata sunt deo, ne sacrilegij iudiciũ incurrat, cum videlicet corpus, nõ esse noquod semel deo consecrauit,ministerio rursum communis vitæ contaminet. Atque hoc di- uitia aut re-
co,non vnum tantummodo vitiosæ affectionis genus spectans, quemadmodum opinantur cens inuẽta.
quidam,qui perfectam habere se virginitatem existimant, si castum modo corpus suum custodierint:sed vt doceam eum,qui deo seruare se integrum velit,nulla debere prauæ affectione mundana inquinari iuxta omnem vitiosæ affectionis modum. Nam iracundia, inuidia, &

præterita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præteritarum iniuriarum tenax memoria, mendacium item, & superbia, & elatio spiritus, & G
intempestiua locutio, & in oratione facienda lentitudo, & rerum quæ nullæ sunt, cupiditas,
mandatorum negligentia, in vestitu nimio plus exquisitus ornatus, orisq; ad venustatis spe-
ciem compositio, congressionesq; ac colloquia nō habita vel decori, vel necessitatis ratione,
hæc omnia adeo diligenter ab eo sunt cauenda, qui per virginitatem deo seipsum consecra-
uit, vt par sibi propemodum esse periculum intelligat, si in aliquo istorum lapsus sit, atque si
in vetitum proprie peccatum incurrat. Siquidem cuncta, quæ cū vitiosa animi affectione fiūt,
ea animi quodammodo candorem contaminant, & ad diuinam vitam impedimento sunt.
Ad hæc igitur omnia respiciat oportet, qui seculo nuncium remisit, vt videlicet nullo modo, H
posteaquam iam diuinum veluti vas factus sit, vitioso se vsu pollui patiatur. Eaq; is in primis
secum versare in animo debet assiduè, cū vltra humanæ naturæ fines processerit, vitæ se cui-
dam instituto à corpore seiunctæ tradidisse, angelorum conuersationem dum sibi imitandā
proponit. Siquidem proprium hoc est angelicæ naturæ, liberam esse à vinculis coniugij, neq;
ad aliam vllam contemplandam pulchritudinem animo distrahi, sed oculos in dei os assidue
intentos habere. Quamobrem qui in angelicæ iam dignitatis ordinem transiuit, is si huma-
ἐμοίωσις ele gans. nis se postea prauis affectionibus cōtaminet, Pardi assimilis efficitur pelli, cuius setæ neque ex
toto albæ sunt, neque ex toto nigræ, sed cum sint dissimilium colorum mistione variegatæ &
interpunctæ, neque in albis numerantur, neque in nigris. Atque hoc quidem communius eo- I
rum præceptum sit, qui vitam sibi continentem ac castam delegere. Verum quoniam viden-
tur singula quoque distinctius debere tractari, operæprecium fuerit fortasse, si de his breuia
aggressio τῆς παρεμπ- quædam admonita tradiderimus. Igitur qui à communi cum cæteris viuendi more recesse-
σεως runt, animumq; suum ad diuinius quoddam vitæ genus colunt & exercent, ij non suo se per-
mittant arbitrio, neu per solitudinem vitam exigant. Siquidem ad euitandas prauas hominū
suspiciones, huiusmodi vitam non remotis arbitris, neque in obscuro agi conuenit. Et quem-
admodum lex spiritualis pauciores esse, quàm duodecim vetat illos, qui mysticū pascha mā-
ducent, item quoque eorum qui spirituali vitæ simul operam dāt, denarius numerus ampliā-
dus est potius, quàm restringendus. Vnus totius illorum disciplinæ moderator sit, qui & pro- K
pter vitę ac morum probitatem, & reliquis in rebus moderationem, ipse cæteris antelatus sit:
γνῶμη γεραρώτερον lege γερα- νώτερον aut γεραίτερον Ad Ro. 13. a adhibita etiam ad hoc, vt cæteris præponeretur, ætatis maturitate. Siquidem maiorem nescio
quomodo venerationem habet in hominum natura, quod prouectiore ætate est. Huius autē
potestas ea sit, vt parente ipsi ex libera animi inductione, summissioneq;, fratrum conuentu,
eorum nemini eius volūtati liceat aduersari, in his, quæ ad susceptæ vitæ honestatem & exa-
ctiorem quendam cultum facienda ille suadeat. Sed vt Apostolus ait, nullo modo constitu-
tis à deo potestatibus esse resistendum, quando male illi multentur, qui dei ordinationi resi-
stant: item hic quoque animū in eo suum explesse ac sibi persuasisse fratres reliqui omnes de-
bent non fortuitu, neque casu, sed dei voluntate huiusmodi potestatem antistiti suo fuisse de- L
latam, vt quæ secundum deum in virtute progressio est, ab impedimēto libera esset, quippe cū
& ille quicquid ad vtilitatem, ac fructum animarum pertineret, proponeret, istiq; vicissim li-
bentes ac morigeri data sibi ab eo consilia capesserent. Quoniam igitur illud è re prorsus est
antistitis, vt fratrum cōuentum in officio ac potestate sua habeat, necessario talis aliquis hu-
iusce modi vitæ moderator deligi debet, in cuius vitam quicunque intueantur, omnium vir-
tutum exemplar ante oculos propositum habeant: & qui, vt est apud apostolum, sobrius, tem-
perans, modestus, & sua sponte ad docendum propensus sit. Ad eum modum huius vitā mi-
hi placet spectari, non vt illud modo inquiratur, vtrum senilem ipsa ætate maturitatem ha-
γνῶμη beat, nêene: (siquidem fieri potest, vt canis aliquis, ac rugis oppletus, iuueniles tamen mores
obtineat) sed illud cum primis spectandum existimo, num illi ipsa vitæ conuersatio, moresq; M
ex moderatione incanuerint, vt quicquid ab eo dicatur, fiátve, id cunctis fratribus pro lege ac
regula sit. Ratio proinde quærendi victus his, qui in eiusce modi vitæ genere degant, ea ma-
xime conueniens iudicanda est, quæ ab Apostolo præscribitur nimirum vt manibus labora-
tes, honestè suum quisq; panem manducet. Quid porro quilibet conficere debeat operis, pe-
nes vnum aliquem vt ætate grauem, ita & vitæ retrò actæ testimonio commendabilem, ar-
bitrium erit, qui manuaria isthæc opera ad numerum dispertietur, præut viderit in rem esse
vsus necessarij vnicuilibet, vt mandatum impleatur eius qui iubet, in sudore & labore nobis
victum vt acquiramus, & honestatis decor reprehensione ac nota omni vacuus teneatur, cū
nulla eos quotidiani victus necessitas adigat in publicum prodire. Continentiæ autē hic mo-
dus opti-

A dus optimus, hęc inquam regula erit, Si corpus neque diffluat deliciis, neque maceratione ni- ἐγκρατείας ὅρος καὶ κανών.
mia atteratur, illudq; in vtranque partem teneatur, vt ne quid nimis, ne videlicet animus, si
carnium obesitate grauetur, variis perturbationibus reddatur obnoxius: neque si item contrà
plane morbosus fuerit effectus, dei mandata exequi non possit. Quandoquidem par vtrinque
animo detrimentum solitum est vsu venire, & cū corpus ex bona habitudine luxurians quo-
dammodo animi imperium detrectat, & ad prauas cupiditates præceps se cum impetu fert in
indecoros motus, & cum item languidum, ac dissolutum, & doloribus oppressum, mouere se
loco non potest sed sistitur immotè. Neque enim in eiusmodi corporis constitutione libere
B per ocij temperiem se animus ad rerum altiorum cōtemplationem potest erigere, sed neces-
sario ipso oppressus doloris sensu, impeditus tenetur fitq; deuexior & velut in humum accli-
nis per corporis afflictionem. Quare cibi vsus eiusmodi esse debet, qui ad solam necessitatem
referatur: itemq; vinum neque omnino respui debet, si quando valetudinis causa assumendū
sit, neque studiosè nimis, si necessitas non sit, exquirēdum, ac reliqua omnia similiter eiusmo-
di sunto, vt necessario ad victum vsui, non autem libidinosis voluptatibus inseruiant eorum
qui se ad religionis exercent cultum. Cùm autem ad orationem nulla non vitę pars opportu-
na habenda sit: quia tamē datis quibusdam interuallis ab illa psalmodiæ genuq; flexionis acri
contentione nonnunquam est interquiescendum, is est maxime horarum modus tenendus,
C qui à veteribus olim sanctis viris ad orationem descriptus est. Etenim eximius ille Dauid ait:
Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ, quem sanè Paulus quo- Psal. 118.
que & Silas secuti reperiuntur, cùm in carcere positi, circiter mediam noctem deū ambo col- Actо. 16. ē
laudarent. Addit deinde idem Propheta: Vespere, mane, & meridie. Quin & spiritus sanctus Psal. 54. e
circiter horam diei tertiam fuit, sicut ex Actis accepimus, quo tempore cum propter variam Actо. 2. a
illam linguarum efficacem vim Pharisæi discipulos irriderent, negauit Petrus eos ebrios esse,
qui ea loquerētur: siquidem horam illam tertiam fuisse. Porrò nona dominicæ passionis me-
moriam refert, illius quæ vitæ nostræ causa susceptа est. Verum quoniam item hoc est apud
eundem Dauid, septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ: tempora autē illa, quæ
diximus, neutiquam septenarium orationis numerum conficiunt: bipartito diuidenda meri-
D diana oratio est, ita videlicet vt pars vna cibū præcedat, altera subsequatur, quo perpetua hæc Meridiana
nobis formula sit deum septies per singulas dierum conuersiones laudibus celebrandi. Mulie- oratio cur
res à monasteriorum ingressu prorsus arcentor. Viri non quiuis temere admittuntor, sed ij bipartito
tantummodo, quos idoneos, qui ingrediantur antistes iudicarit. Plerunq; enim hęc temere fa discreta
cta omnibus ingrediendi potestas intempestiuorum quorundam sermonum, ac narrationū τὴν ἡμέρας περιοδον διαφορία
minime conuenientium causa est, ex quibus animus in futiles, minimeq; necessarias postea
cogitationes delabitur. Quocirca communis quædam statui lex debet, vt solus antistes ipse
consulatur, & respondeat, de rebus iis, ad quas necessario videatur debere responderi: reliqui
nugantibus oblocutionibus variis nihil respōdeant, ne ad perpetuandam nugacium verborū
seriem illi pertrahantur. Apotheca vero communis omnium sit, neq; propriū alicuius quic- Hoc meum,
E quam nominetur, non vestimentum, non calceamentum, non denique aliud quippiam eorū, hoc tuum à
quæ ad necessarium corporis vsum spectant. Sed ea potestas antistitis sit, vt ex iis quæ in cō- monasteriis
muni posita fuerint, vt quodq; cuique aptum esse ad vsum iudicauerit, ita ab eo illi pro tempo procul fūto.
re assignetur idq; iuxta præpositi sententiam. Porrò in huiusmodi hoc communi cōtubernio γνώμη μερικὸς φιλίας καὶ ἑταιρείας
neutiquam patitur charitatis lex aliquas coīri seorsum aut amicitias, aut sodalitates. Siquidē
nullo modo fieri potest, quin affectiones istæ quæ in hanc magis, quàm in illam propendent
partem, plurimum incommodent communi omniū cōcordiæ. Quamobrem æqualiter se di-
ligere inter se omnes debent, idemq; aduersus vniuersum fratrum cœtum charitatis tenēdus
est modus. Quòd siquis inuentus fuerit, qui maiore quadam animi propensione monachum,
F fratrem, vel propinquum, vel alium quemuis quauis de causa videatur diligere, hunc casti-
gare oportebit vt iniurium publicæ charitati: Siquidem in eo quòd quis aliquem vnum plus
diligit, facile indicat reliquos se in amore inferiores habere. Iis autem qui in culpa aliqua de-
prehensi fuerint, ad magnitudinem delicti, pœnæ etiam modus accommodator, videlicet vt Pro modo
vel in communi cum cæteris psalmorum decantatione interesse prohibeatur, vel ad oratio- delicti, sit &
nis communionem neutiquam admittantur, itemq; à cibi communicatione arceantur. Qua pœnę mod⁹.
in re qui erit communis disciplinæ moderator, is cum magnitudine culpę, pœnam etiam cō-
metietur. Porrò quæ necessario in communi conuentu tractanda ministeria sunt, ea mutatis
in orbem vicibus circunaguntor, biniq; singulis hebdomadis necessariū omne in hoc genere
munus

ἐκ περιόδου

Universidad de Deusto
Biblioteca

munus explento, vt & humilitatis merces communis sit, neque cuiquam facultas in rebus etiam laudabilibus cæteros superandi amplior detur, & vt æqualiter à laboribus requiescere omnes possint. Nam hęc laboris & requietis repetita identidem vicissitudo lassitudinem laborantes sentire non sinit. Cum autem necessaria aliqua de causa necesse fuerit in publicũ prodire, antistitis arbitrium sit, eos ad hoc deligere, quos idoneos, qui prodeant, ipse iudicauerit: itemq; contrà præcipere, vt domi remaneant, quorum similiter ex re hoc esse censuerit. Plerunque enim in adolescentum corporibus, tametsi summopere continentia colenda macerare se studeãt, nescio quomodo naturalis ætati illi coloris quasi decor quidam efflorescit, in quem qui inspexerint, ij libidinum plerunque stimulis solent permoueri. Quocirca si quis sit, qui quod ad corporis florem attinet, adolescens sit, is huiuscemodi decorem suum occultato, eumq; tandiu celatum teneto, quo ad species pulchritudinis illa, ad maturum statum aliquem peruenerit. Iracundiæ autem, aut memoriæ iniuriarum, aut inuidiæ, aut contentionis nullus prorsus sit neque gestus, neque motus, non verbum, non oculorum acris obtutus, non vultus conformatio vlla, non aliud quippiam, ex quo eorum, quibus cum viuimus, iritari animus possit. Quod si fortè alicui euenerit, vt prior ipse ab alio læsus sit, hæc nequaquam idonea haberi peccati excusatio debet, quo ille teneatur. Siquidem malum, vt quouis tẽpore perpetretur, nihilo tamen minus propterea æquè semper est malum. Iusiurandum de fratrũ conuẽtu prorsus expellitor. Siquis autem vel nutu capitis, vel simplici voce assensus fuerit, id pro iureiurando habeatur, tam ei qui dicit, quàm ei qui audit. Siquis vero simplici alicuius affirmationi fidem non habuerit, is indicio est de sua ipsius mente, se videlicet, dum loquitur, veritatem non semper seruare, eaq; re à magistro ordinis, in delinquentium referri numerum debet, & salutari imposita multa, ad sanitatem restitui. Completo iam die, omniq; opere cum corporis, tum spiritus etiam absoluto, præclare fiat, si diligenter vnusquisque antequam cubitum eat, cum animo suo conscientiam suam exquirat, ac si quid quis vel cogitauerit, vel etiã locutus fuerit eorum quæ non decent, vel si inter orandum minus attentus, aut in psalmorũ decantatione tædio anxius fuerit, aut communis vitæ desiderio se senserit titillatũ, admissum à se delictum nullo modo occultum teneto, sed in medium audientibus cunctis enunciato, vt per communem orationem sanetur morbus illius, qui in eiusmodi malum inciderit.

γνώμη

τὸ διπουρεῖν

εἰς πρέπουσαν κατάστασιν.

γνώμη.

δόγμα memorabile

G H I K

EIVSDEM
DE INSTITVTIONE MONAchorum, Sermo.

Monachorum vitæ ratio vnum sibi tantummodo propositum habet, animæ salutem, & quicquid prodesse ad eum finem potest, id vt tanquam dei mandatum cum timore obseruet. Neque enim ipsa dei mandata quicquã aliud spectant, nisi vt salutem adipiscatur is, qui ipsis auscultauerit. Conuenit igitur vt quemadmodum qui in balneum ingrediuntur, vestimentis se omnibus denudant: ita & qui colendæ pietatis causa ad solitariã vitam accedunt, omni rerum vitæ huius materia exuti, genus vitæ, quod est secundum philosophiã, ingrediãtur. In hoc autẽ illud caput est, & in quo præcipue elaborare Christianus debet, vitiosas animi affectiones diuersas ac varias, quibus illius anima infici solet, ab se segregare. Deinde oportet, vt qui ad excellens hoc & sublime vitę genus aspirat, is pecunia sua omni se spoliet. Siquidẽ earũ rerum, quæ sunt cũ materia cõiunctæ, solicitudo, procuratioq; magnopere mentẽ atq; animũ distrahunt. Quoties igitur plures inuenti fuerint, qui eodẽ sibi cuncti proposito fine, vitã vnà inter se agere decreuerint, hoc cũ primis firme tenere illi debent, vt cunctorũ vna omnino mens sit, & voluntas vna, & idem prorsus desiderium, & vt, iuxta legem quam sancit Apostolus, omnis quæ in vnũ conuenerit, multitudo, corpus vnum efficiatur, ex dissimilibus inter se membris coagmentatum. Hoc autem aliter nullo modo legitime confici potest, nisi apud eos illud probè stabilitũ teneatur, vt nihil quicquam suum cuiusquam esse præcisè & peculiariter dicatur, non vestimentum, non vas, non aliud quippiam eorum, quæ ad societatem vitæ conducunt, ea re, vt singula hæc vtilitati communi, non autem priuato sibi vendicantis commodo seruiant. Et quemadmodum vestimentum, quod contractius est, amplioris staturæ corpori conuenire non potest, itemq; contrà, quod

ἀσκητικὸς βίος

A simili argumentum.

κανὼν cedro dignus.

A simili Apostoli sententia

Simile

L M

A trà, quod iustæ staturæ habile esset, id exiguo corpori non conuenit: sedquicquid vnicuique aptum est, id vtile est, & commodum: item quoque seruari in reliquis rebus idem debet, vt lectus videlicet, vt stragulæ vestes, vt calidum indumentum, calceamentúmque eius sint, quibus valde his opus sit, non autem eius qui illa possideat. Vt enim medicamento non is vtitur, qui sanus est, sed qui saucius, sic iis etiam, quæ leuandi causa corporis inuenta sunt, is vti debet, non qui delicatulus est, sed qui imbecillus. Quoniam autem varia sunt hominum ingenia, neque similiter de rebus vtilibus omnes iudicant, tollendæ causa omnis, quæ oriri posset, perturbationis, si vnusquisque videlicet eum maxime sequi ritum vellet, quem adamasset, illud curandum est, vt qui omnium testimonio omnibus in rebus prudentia & gra
B uitate, vitæq; sanctitate, cæteris omnibus præstare iudicatus fuerit, hic deligatur, qui cæteris præsit, quo videlicet virtutis, quæ in ipso sit, fi uctus promiscuè in cunctos redundet, qui eum sint imitati. Vt enim si plures pictores, omnes, separatim quisque, vnius oris alicuius formam effingant, effictæ illę omnes imagines similes inter se sint: eodem modo si multiplicia multorum ingenia, animi vnius alicuius cõstantes mores sibi imitandos proposuerint, præclaræ in cunctis vitæ forma eluceat necesse est. Delata igitur ad vnumquempiam de communi omnium consensu, potestate, priuatæ cuiusque separatim omnes facessere voluntates debent, seq; cuncti deinceps, ad magistri sui mentem conformare, & præcepto Apostoli obtempera-
C re, qui excellẽtioribus potestatibus subiectos esse omnes iubet, cum qui ipsis restiterint, ipsi sibiipsis damnationem inueniant. Porrò vera, perfectaq; subiectorum aduersus moderatorem ordinis obedientia in eo cernitur, siquis ex eius consilio nõ à rebus modo flagitiosis abstineat, sed si, ne ea quidem, quæ laudabilia sunt, sine sententia illius faciat. Nam abstinentia, & omnis corporis incommodorum perpessio vtiliter hæc quidem comparata ad aliquid sunt, at siquis propriæ obsequens voluntati spretis consiliis antistitis sui, id facere voluerit, quicquid ipsi collibitum sit, hîc plus erit, quod faciet mali, quàm quod boni. Qui enim potestati resistit, dei ordinationi resistit, & præmium obedientiæ maius debetur, quàm rectè facto cum continentia.
D Porrò nihilo minus communi æqualiq; inter se omnes charitate esse animati debent, atque naturaliter homo quisque aduersus sua ipsius membra est, quilibet enim æqualiter sanum totum suum corpus vult, quando læso vno aliquo membro, dolor ex eo in totum corpus redũdat. Verumenim sicut in nobisipsis, etsi singularum corporis nostri partium dolor, æque in totum corpus permanat, sunt tamẽ membra alia aliis nobiliora (neque enim similiter affecti sumus, & cum ex oculo, & cum ex pedis digito laboramus, etiam si vtrinq; iuxtà angat dolor,) Sic quoque in cuncto conuentu seruari debet, vt videlicet cum æqualiter misericordia ex malis cuiusque moueamur, & similiter charitate aduersus omnes simus propensi, nihilo minus tamen iis, qui vtiliores sint, maiorem vt æquum est, honorem habeamus. Quoniã autẽ æquali prorsus inter se vicissim charitate complecti omnes debent, iustitia violatur, quotiescunq;
E in communi conuentu priuatæ aliquæ coitiones reperiuntur, aut sodalitates. Qui enim vnũ aliquem magis quàm cæteros diligit, is, quòd non perfectè cæteros diligat, de seipso indicio est. Quocirca similiter ex conuentu reiicienda sunt, & turpis & indecora contentio, atque amor iste singularis. Siquidem ex contentione inimicitiæ, ex amore autem singulari, sodalitateq;, suspiciones, inuidiæq; oriuntur. Vbique enim æqualitatis defraudatio, inuidiæ, odiiq; materia, ac seminarium existit iis, qui ea defraudantur. Quare factum est vt præceptum etiam à domino nobis sit, vt bonitatem imitemur illius, qui solem suum oriri facit super iniustos, nihilo minus atque super iustos. Quemadmodum igitur de⁹ promiscue omnibus lucem impartitur, sic imitatores dei, charitatis ipsorum radium æqualiter communicare omnibus de-
F bent: quandoquidem vbi deliquium patitur charitas, eo prorsus eius loco odium succedit. Quòd si, vt Ioannes ait, deus charitas est, sine dubio necesse est diabolum odium esse. Vt igitur qui charitatem habet, is deum habet, sic qui odium habet, is diabolũ in seipso nutrit. Quocirca æqualis, similisq; ab omnibus tenenda aduersus cunctos charitas est, vnicuique autem separatim pro cuiusque decoro, honos habendus. In his autem, quos hoc modo charitas inter ipsos coniunxerit, ac copularit, ad maioris amoris cumulum conciliandum, nihilo plus momenti afferet naturalis sanguinis necessitudo: neque si aliquis quidem frater alicuius germanus sit, filiúsve, aut filia, huic maiorem charitatem quàm cæteris consanguinitatis vinculum conciliabit. Qui enim in rebus huiusmodi naturam sequitur, is plane declarat seipsum nondũ ex toto à naturali defecisse affectu: sed adhuc regi carnis imperio. Sermo futilis, & quæ è familiaribus ac mutuis congressionibus mẽtis importuna nasci solet distractio, prorsus exterminantor,

ἀνομοίωσις.

κῦμα

διαζεύσεως φρατρείας ἢ συσκηνίας

γνώμη

Matt. 5. g

βεβαίωσις petita à simili

1. Ioan. 4. c

ἐπαγωγὴ ex collatione

Perstat in metaphora corporis & charitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

minantor,at ſiquid ad animarum ædificationem vtile ſit,de hoc tantummodo ſermo habeatur.Quin in iis ipſis quoque quæ vtilia ſunt,ordinis, modeſtiæq; , & temporis ad loquendum idonei habenda ratio eſt:& quæ dicenda ſunt , ea ab iis dici debent , quibus permiſſum ſit loqui.Quòd ſi ex inferiorum numero aliquis ſit , is tandiu expectato , quoad à ſuperiore ad loquendum fuerit inuitatus.Suſurrationes verò , atque in aurem locutiones , & quæ per nutus fieri ſolent,ſignificationes,hæc omnia à fratrum conuentu longiſſimè ſubmouentor. Nam & detractionis ſuſpicionem habet ſuſurratio , & quæ nutu fit ſignificatio , ea fratri indicio eſt maliciosum aliquem dolum in re obſcurè latere . Porrò ex iſtiuſmodi rebus odia , ſuſpicionesq; naſcuntur.Quoties verò de re inter ſe colloquium haberi conueniet,vocis modum ipſis neceſſitas ipſa definiet,vt ſcilicet cũ eo,qui propinquior ſit , preſſius agatur, qui autem remotior,is altiore aliquanto voce appelletur . Illud autem vt aliquis in dando alicui conſilio, hortationè ve de re aliqua adhibenda,maiore,aſperioreq; vtatur vocis ſono,hoc, vt res contumelioſa,è conuentu prorſus amouetor. Egredi vero extra monaſterium , præterquam vbi ſtatutis temporibus neceſſitas poſtulauerit,nemini licitum eſto. Verum quoniam non virorum modo conuentus ſunt,ſed etiam virginum,cætera quidem omnia quæcunque hactenus præcepta tradidimus,æque vtriſque communia ſunto.Vnum tamen illud ſcire conuenit, longe accuratiorem,maioremq; in fœminarum vita quàm in virorum , diſciplinam requiri, veluti voluntarie paupertatis virtutem,quietem,atque ſilentium,obedientiam,ſtudium in ſorores,cautionem in publicum prodeundi,diligentem quibus cum colloquium ſit , animadueſionem , parem inter ipſas mutuo beneuolentiam , & illud , quòd nulla ſeorſim apud eas conuenticula ſint.In his enim omnibus in virginum vita accurandis , maiore quodam multo opus eſt ſtudio . Porrò cui communis diſciplinæ commiſſa moderatio fuerit , ea non quæ iucunda ſororibus ſint,quærito,neque illud ſtudeto,vt illarum cupiditatibus gratificetur : ſed illud agito ſemper,vt retenta grauitate,ſeueritateq;,ſe illæ & metuant ſimul , & reuereantur. Siquidem ſcire illud debet , eorum omnium , quæ in communi commiſſa delicta fuerint,rationem ſe apud deũ reddituram. Similiterq; ſorores ipſæ totius congregationis neutiquam à magiſtra ſua illa quærunto,quæ ſuauia, ſed quæ vtilia ſint , ac fructuoſa , neque de iis quæ ſibi imperentur,litigioſè cum ea diſputanto.Huiuſmodi enim conſuetudo meditatio quędam,ac via eſt ad rebellionem: ſed ſicut præceptis domini , reiecta omni diſceptatione , autoritatem ſummam tribuimus,ſcientes quòd omnis ſcriptura diuinitus inſpirata etiam vtilis eſt: ſic ſorores quoque iuſſa antiſtitis ſuæ omni cum animi expletione ſuſcipiunto , omniaq; quæ ſibi data ab illa conſilia fuerint,alacri animo exequuntor:non ex triſtitia,neceſſitatéve,vt videlicet ipſarum obedientia mercedem promereatur . Neque verò modò in eo conſiliis illius obtemperanto , cum ea doceantur quæ ad maiorem quandam arctioris diſciplinæ ſeueritatem ſpectent,verum in eo etiam ipſi auſcultanto, quandocunque vel à ieiunio ceſſare , vel idoneũ ad reficiendas amiſſas vires cibum ſumere ipſas iuſſerit,aut aliud quippiam eorum,quæ ad laborum leuamen pertineant,ita poſtulante vſu, faciendum adhortetur , cum illud planiſſimè ſibi habeant perſuaſum, legem eſſe, quicquid ab illa dicatur . Quoties verò ex neceſſitate aliqua inciderit vt de re aliqua earum, quæ quotidianus vitæ vſus requirit , facienda verba ſint, apud virum aliquem,ſiue apud eum,cuius procuratio illa ſit propria , ſiue apud alium quemuis,cuius ad id quod quæritur,vtilis eſſe opera poſſit, ſanè eſſe antiſtes ipſa debet , quæ loquatur,adhibitis ſecum de ſororum numero vna,alteráve,quæ & propter ſpectatam ipſarum ſuperioris vitæ probitatem,& ætatis maturitatem , ſine periculo in conſpectum & colloquium venire alicuius poſſint . Si vero ſit aliqua , cui ipſi ſeorſum vtile aliquid in mentem venerit, quod dicat,hæc de eo cum magiſtra communicato,atque ita quod dicendum fuerit , per illã dicetur.

κανὸν ſeruandus

ζωχαμοσύνην

μεχωρισμένη lege,μεχαρισμένη

ἀκολουθία ἀναρχίας

2.Timo.3.d

2.Cor.9.b

Eiuſdem

Eiuſdem proœmium in præceptiones lativs disputatas.

POſtquam dei gratia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in vnum conuenimus,qui vnum & eundem ſecundum veram pietatem viuendi nobis finem propoſuimus,vosq; haudquaquam obſcurè præ vobis fertis, eorũ, quæ ad ſalutem veſtram pertineãt, expetere aliquid diſcere, mihiq; viciſſim iuſtificationes dei annunciandi neceſſitas incumbit : quippe Apoſtoli verba illa dies noctesq; aſſiduè mecum memoria verſanti quando ait:Per triennium nocte & die non ceſſaui cum lachrymis monere vnumquenq; veſtrum:cum egregiè ad hoc ipſum accommodata huius occaſio temporis ſit , tum non minus etiam idonea loci ipſius opportunitas eſt,qui ab omni externo ſtrepitu tumultuq; lõgiſſimè ſit remotus,& vt hoc facere poſſimus,pacatiſſimam nobis quietem largiatur : Hæc igitur cum ita ſint,agedum inter nos viciſſim alij pro aliis oremus:vos quidem,vt nos cõſeruis noſtris dare poſſimus tritici menſuram in tempore opportuno:noſq; item , vt vos ſuſcepto ſermone noſtro,more feracis ſoli,perfectum,& multis partib⁹ vberiorem iuſtitiæ fructum afferatis,ſicut ſcriptum eſt.Obſecro igitur vos per charitatem domini noſtri Ieſu Chriſti,qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris , incipiamus aliquando ſoliciti eſſe de animabus noſtris, doleamus ſuperioris vitæ vanitatem,de eo,quod ad viuendum nobis reliquum eſt, temporis ſpatio attentiore cura cogitemus ad gloriam dei,& Chriſti eius,itemq; adorãdi, ſanctiq; ſpiritus.Nolimus obſecro perpetuo in hac ſocordia,diſſolutioneq; permanere , ne, dũ quod præmanibus eſt,in aliud ſemper tempus reiicimus & futiliter deterimus atque in perendinum,ac reliquos ordine inſequentes dies rectè viuendi initium differimus , inopinantes deinde ab eo qui animas noſtras repetit,imparati à bonis operibus inuenti,ab illa nuptialis thalami lætitia excludamur,ac tum demum, cùm id prodeſſe nobis nihil iam poterit, alieno tẽpore caſſis & fruſtraneis lachrymis lamentemur:tuncq; malè prætermiſſum vitę tempus deploremus,quãdo nullus amplius querelarum eſſe poterit fructus.Nunc tempus acceptabile, inquit Apoſtolus,nunc dies ſalutis.Vita hæc pœnitentiæ vita eſt, illa præmiorum : ſeculum hoc quæſtus eſt per opera pietatis promerendi,illud rependendæ mercedis:hoc tolerantiæ , illud conſolationis recipiendæ. Nunc adiutor conuertentium ſe à via mala eſt deus,tunc factorum omniũ humanorum pariter ac dictorum,cogitationumq; formidabilis & quem nemo fallit,inquiſitor.Nunc in indulgendo illius longanimitatem experimur,tunc in iudicando æquitatem cognoſcemus,cum videlicet reſurrexerimus,alij ad ſupplicium æternũ, alij contrà ad vitã æternam,& receperit vnuſquiſq; ſecundũ opera ipſius.Quouſque tandem præceptis Chriſti, à quo ad cœleſte ipſius regnum vocati ſumus,obtẽperare ceſſabimus? Nõne ad noſmetipſos per reſipiſcentiã redibimus aliquando?nõne à praua nos cõmunis vitæ conſuetudine abducemus?& ad perfectionem euangelij conferemus? Nõne ante oculos nobis horribilem cunctiſq; illuſtrẽ & conſpicuum futurum illum nouiſſimi iudicij diem proponemus ? quando qui rectè vixerint,ad dexteram dei collocabuntur,& cœleſte regnum adipiſcentur: contra, qui malè, ad ſiniſtram retruſos ignis gehẽnæ,& ſempiternæ tenebræ perpetua caligine inuoluent.Ibi,inquit, erit fletus & ſtridor dẽtium.Enimuero nos quidem cœleſte regnũ concupiſcere nos ingenuè profitemur,de iis autem rebus,per quas illud aſſequi poſſumus,ſoliciti nihil ſumus. Cũq; nullum pro tenendis domini mandatis laborem velimus ſuſcipere, vana quadam perſuaſione pares nos cum illis honores adepturos putamus,qui vſque ad mortem ipſi peccato reſtiterunt. Quis quæſo vnquam qui ſementis tempore, domi deſederit ocioſus , aut etiam dormiens, vbi poſtea meſſis aduenit , ſinum ſuum manipulis impleuit ? Quis ex vinea , quam ipſe non plantauit , vuas vnquam collegit ? illorum enim ſunt fructus , quorum & labores , ſicut coronæ præmiáque illorum , qui victores euaſerint . Quis enim eum , qui ne in certamen quidem cum aduerſario deſcendit , corona vnquam duxit eſſe inſigniendum ? cùm ad eam promerendam , non victoria modò, ſed legitimus etiam in certando conflictus requiratur , vt eſt apud Apoſtolum , quod quidem nihil aliud eſt , quàm vt eorum , quæ obſeruanda deſcripta ſunt , nihil omnino quicquam prætermittatur , ac ſingula ita fiant , vt à præſcripto nihil di-

δικαιώματα Acto.20.f

προϊσμενοι τὸ παρὸν

2.Cor.6.a ἀεὶ ὢν

καταχρύσει Matt.25.c

Metaphoræ elegantes

γνώμη ex collatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ.12.c Gene.4.a

hil discedatur. Beatus enim, inquit, seruus ille, quem cum venerit dominus eius, inueni- G
rit non simpliciter quiduis facientem, sed sic facientem. Et, si rectè quidem obtuleris, non
rectè autem diuiseris, peccasti. Nos verò si vel vnicum nos mandatum confecisse arbitrati
sumus(neque enim confecisse nos dixerim: omnia siquidem, siquis rectè illorum finem per-
penderit, connexa illa inter se ac cohærentia reperiet: atque adeo,vt vno soluto, reliqua et-
iam omnia vnà cum eo solui necesse sit)non propter ea,quæ facere negleximus,metuimus ne
pœnæ dandæ nobis sint:sed pro eo quod rectè fecerimus,præmia videlicet atque honores ex-
pectamus. Qui de decem talentis,quæ deposita apud se sint,vnum aut alterum retinuerit,reli-
Argum.à simili qua verò omnia domino reddiderit,non ea re iustus habeatur,quòd maiorem partem reddi-
βεβαίωσις per alterum simile. derit,sed improbus ac fraudulētus,quòd minore illa defraudarit,arguetur. Sed quid dico de- H
fraudarit?quando cui vnum modo talētum creditum fuerat, & illud ipsum, quod acceperat,
integrum,ac nulla ex parte imminutum reddiderat,propterea quòd ad illud quod sibi datum
Matth.28.d erat,nihil acquisiuerat,malè videamus fuisse multatum. Simili ratione, qui decennium totū
debitum patri honorem habuerit,is si eum postea semel tantum pulsauerit,non vt bene de il-
lo meritus,honore aliquo afficitur, sed vt parricida condemnatur. Euntes, inquit dominus,
docete omnes gentes,docentes eos,non hæc quidem obseruare,illa autem negligere,sed om-
nia obseruare,quæcunque præcepi vobis. In quam sententiam illa etiam scripta sunt ab Apo-
2.Cor.6.a stolo:Nemini dantes vllam offensionem,vt non vituperetur ministerium nostrum,sed in o- I
Siue cōmē- dantes, συν- ιστῶντες ἑ- αυτούς. mnibus exhibentes nosmetipsos,sicut dei ministros. Neque enim, si præcepta non omnia ad
salutem,quam petimus,necessaria essent,literis omnia fuissent mandata, neque aperte fuisset
edictum,vt omnia seruarentur. Quid enim quæso mihi reliqua omnia, quæcunque rectè fe-
cero,sunt profutura,si quòd fratrem meum modo fatuum appellauero, iccirco sempiternis
Perstat in metaphora. Ioan.8.d gehennæ cruciatibus addicendus sum? Quemadmodum,quid prodest alicui, data à plerisque
libertas,si is vel vni modo seruiat? Qui enim peccatum facit, inquit, seruus est peccati. Quid
vero in hoc esse emolumēti potest, vt quis prauas omnes suas cupiditates compressas teneat,
si is idem corpus suum vni tantum addictum perdēdum tradat? Sed hic dicet aliquis fortas-
se:Quid obsecro maxima Christianorum pars,quæ dei omnia præcepta nō seruat, itáne pro-
pterea quòd quibusdam satisfecerit,nullum ex ea re referet fructum? Ad hæc scitum fuerit, si K
Ioan.13.a illud principis apostolorum recordemur,meminerimusq;,quia post tot præclarè sibi acta, &
beatitudinis à Christo delatam gloriam vnius duntaxat errati gratia audiuit: Nisi lauero
te,non habebis partem mecum. Neque nunc illud dico, quod neque id, quamobrem grauem
adeo comminationem audiuit,eiusmodi erat, quod ipsius aut negligentiam vllam, aut con-
temptum domini indicaret: quin contrà potius honoris exhibendi ac reuerentiæ ipsius erga
dominum suum significationem fuisse expressissimam. Sed dicat aliquis haberi in sanctis lite-
ris,saluum futurum,quicunque inuocauerit nomen domini, ac propterea satis esse vnicuique
Rom.10.c ad salutem adipiscendam,hanc dominici nominis inuocationē. Verumenim is etiam audiat
velim,quæ dicantur ab Apostolo: Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non credide-
Matth.7.c runt? Quod si non credis,audi quæ dominus dicat: Nō omnis qui dicit mihi domine domi- L
ne,intrabit in regnum cœlorum:sed qui facit voluntatem patris mei,qui in cœlis est. Quan-
do sanè is qui domini voluntatem facit,non item eo modo,quo deus vult,& charitate,quam
aduersus deum habeat,inductus hoc faciat,studium ei illud nihil prodest:idq; ex sententia ip-
Matth.6.a sius domini nostri Iesu Christi,cuius verba sunt hæc: Faciunt enim vt videantur ab homini-
bus. Amen dico vobis,receperunt mercedem suam & hac Christi doctrina eruditus Aposto-
1.Cor.13.b lus dixit:Etsi distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas,& si tradidero corpus meū,
ita vt ardeam,charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Prorsus autem tripartitā
Deo vt pa- reas, triplex necessitas te trahit. hanc ego summam deo parendi necessitatem animaduerto. Nam aut metu supplicij à vitiis
declinamus, atque ita animum seruilem induimus:Aut mercedis spe ducti,ad vtilitatem no M
Serui,merce- narij,filij. stram præceptorum obseruationem referimus, atque hoc modo mercenariis efficimur simi-
les:Aut certè,honestate ipsa impulsi, charitateq;, quam erga ipsum habemus à quo legē acce-
pimus,gaudentes quod digni habiti simus,qui adeò glorioso, ac benigno seruiremus deo, ipsi
paremus,atque hoc modo bonorum filiorum erga parentes suos animū imitamur. Neq; igi-
tur,qui aut supplicij metu imperanti aliquid deo obtemperat,assidueq; suspectam negligentiæ
Beatus hō qui semp est pauidus. pœnam habet,is cum eorum,quæ facere iussus fuerit,partem executus fuerit,partem omittet:
quin potius vbicunque dicto audiens non fuerit, imminentis sibi supplicij grauitatem perti-
mescet(quæ quidem causa est etiam quamobrem & beatus is nominetur, quicunque ex re-
ligione

A ligione ad omnia paueat) in veritate autem stabilis stat, vereq; dicere illud potest: Prouide-
bam dominum in conspectu meo semper,quoniam à dextris est mihi ne commouear. Siqui- Psal.15.c
dem volens animum nunquam inducit,vt eorum quicquam prætermittat,quæ officij neces-
sitas fieri oportere præscribat. Similiterq; illud etiam: Beatus vir qui timet dominum. Quid Psal.111.a
ita?quia in mandatis eius volet nimis. Ex quo sanè colligitur non esse eorum, qui timent deū, ὑπαγωγή
aliquid prætermittere quæ præcepta sint,aut negligenter exequi. Sed neque mercenarius ani-
mum vnquam inducet,vt eorum sciens aliquid negligat, quæ præcepta sunt. Quî enim fieri
poterit,vt susceptī in cultura vineæ laboris mercedem ferat,nisi quæ ex pacto condicta re ip-
B sa præstiterit?quandoquidem si vel vnum modo,de iis,quæ necessaria sint, neglexerit, is inu-
tilem seipsum domino reddidit. Quis est autem qui damni mercedem,iniuriæ autori persol-
uat? Tertium erat,opera,quæ ex charitate dabatur. Hic quæro, quis est filius, qui proposita ὑπηρεσίαι
ipsi parentis gratia,cùm in rebus illi maioribus obsequatur, in iis quæ leuioris momenti sint,
prudens ipsum velit offendere? ac non multò magis verborum Apostoli illorum meminerit,
Et nolite contristare spiritum sanctum, in quo obsignati estis? Qui igitur maiorem præce- Ephes.4.g
ptorum partem obire neglexerint, hi quo tandem in horum se numero reponi volunt? qui
neque deo,vt parenti obsequantur,neque vt magna pollicenti obediāt, neque vt domino ser-
uiant? Si enim pater sum, inquit, vbi est honor meus? Et si dominus sum ego, vbi est timor Mal.1.b
C meus? Qui enim dominum timet,is in mandatis eius volet nimis. Per trāsgressionem autem Roma.2.d
legis,inquit,deo contumeliam facis. Qua ratione igitur qui in voluptate magis, quàm in dei
mandatis vitam agere maluerimus,vitæ beatitudinem,& æquale cum sanctis in cœlesti repu-
blica ius, municipiúmve, & cum angelis inenarrabilem lætitiam, ante Christi conspectum
nobis pollicemur? Prorsus amentium talia secum comminisci. Quî enim vnà cum Iob pofe-
ro ego collocari,qui ne leuissimum quidem incommodum vnquam cum gratulatione susce τὴν τυχοῦσαν θλῖψιν
perim? Quî cum Dauid,qui lenitatem aduersus hostem non adhibuerim? Quî cum Daniele,
qui non per continentem abstinētiam,& præcationem sedulam deum exquisiuerim? Quî de-
D nique cum sanctis singulis viris, qui illorum vestigia secutus non sim? Quis quæso ludorum
Gymnicorum arbiter adeo nullo est iudicio,qui paribus censeat oportere coronis dignari, &
qui ex certamine victores euaserint,& qui nullum in certaminibus laborem suscipere volue-
rint? Quis exercitus ductor vnquā in æquam prædæ partem cum victoribus eos vocauit, qui
nusquam in prælio comparuerint? At enim bonus est deus,at idem etiam est iustus. Porrò iu-
stitiæ proprium est,vt suum cuique pro merito reddatur, sicut scriptū est: Bonis benefac do- Psal.124.a
mine:declinantes autem,in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatē. Mi-
sericors est deus? at idem etiam est iudex. Diligit enim, inquit, misericordiā & iudicium do- Psal.32.a
minus. Iccirco,misericordiam,inquit, & iudicium cantabo tibi domine. Qui autem illi sint,
aduersum quos ille misericordia vtatur,nimirum ex verbis illis didicimus: Beati misericor- Matt.5.a ἐλεήμονες.
E des quoniam ipsi misericordiam consequentur. Animaduertis quanta cum discretione, mi- κεκραμένως
sericordia dominus vtatur? Siquidem neque citra iudicij discretionem clemens est,neque in- Psal.144.a
clementer iudicat. Misericors enim & iustus est dominus. Hæc igitur cum ita sint, nolimus
quæso nos deum ex dimidia tantum parte cognoscere,neque eius erga nos bonitatē,ad igna-
uiæ occasionem arripiamus. Propterea tonitrua, propterea fulminum terrores, vt ne bonitas
contemnatur. Qui solem oriri facit,is cæcitate etiam multat. Qui imbrē dat,etiā ignem pluit. γνῶμη
Illa clementiæ,hæc seueritatis: Aut enī per illa ad amandū alliciamur,vel per hæc ad metū as- Matt.5.g
suescamus,ne nobis quoque dicatur: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimita- 4.Reg.6.d
tis contemnis? ignorans quòd benignitas dei ad pœnitentiam te ducit? Secundum autem du- Zach.10.a
ritiam tuam,& impœnitens cor,thesaurizas tibi iram in die iræ. Quoniam igitur neque salui Gene.19.e
F esse possunt,qui opera,quæ fieri deus iussit,non fecerint,neque periculo vacat, siquis eorū ali- Roma.2.a
quid præterierit,quę imperata sint(siquidem graue est hoc arrogantię genus,velle nos legis-
latori iudices assidere,& delatis ab eo legibus pro arbitrio nostro alias ascisere,& approbare
alias repudiare) Agedū nos qui verā tueri pietatem habemus in animo,quiq; quietā,& vacuā
negociis vitam, tanquam ad conseruanda euangelij dogmata adiutricem nobis tāti æstima-
nimus,communiter susceptā curā,rationem quisq; ineamus,ne quid omnino eorū,quæ à deo
iussa sunt,nos effugiat. Etenim,si hominem dei oportet perfectum esse, sicut scriptū est, & ita
esse à nobis allata superius ratio docuit:prorsus necesse est, vt præceptis is omnibus defungē-
dis efficiatur perfectus in mensuram ætatis plenitudinis Christi, quando etiam ex diuina le- Ephe.4.e
ge animal quod aliqua sui parte accisum & imminutū sit,etiam si sit mundū,deo ad sacrificiū

ἐνδεῶς ἔχειν acceptum non est. Quamobrem quod sibi abesse quisque arbitratur, hoc communiter in medium omnibus consultandum proponito. Facilius enim id adhibita à multis diligenti perue- G
stigatione, in lucem eruetur, quicquid cognitionem nostram nunc fallit, quippe cum deus
Ioan.14.d videlicet, sicut pollicitus est Iesus Christus dominus noster, largiturus sit nobis, vt à spiritu
sancto admoniti, doctiq; inuenire possimus quod quærimus. Quemadmodum igitur mihi ne-
1.Cor.9.c cessitas incumbit, & væ mihi nisi euangelizauero, itidem vos quoque in pari mecum estis pe-
ricolo, si aut in exquirendo segniores, aut ad ea quæ tradita vobis fuerint, conseruanda, & re
Ioan.12.g ipsa conficienda, lento animo fueritis, ac dissoluto. Propterea dominus dicit: Sermo, quem lo
cutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Et item: Seruus, qui nescierit voluntatem do- H
mini sui, & fecerit digna plagis, vapulabit paucis, qui vero scierit, & non fecerit, vapulabit
multis. Oremus igitur communiter fratres, vos quidem, vt hoc delatum mihi loquendi mu-
nus careat offensione, ego vicissim, vt doctrina mea vobis accidat fructuosa. Tanquam igi-
tur, qui sciamus fore, vt ex aduerso nobis ante Christi tribunal ea statuantur, quæ in diuinis
Psal.49.d literis memorata sunt: Arguam enim te, inquit, & statuam contra faciem tuam peccata tua:
Ita aduigilemus, & quæ dicuntur sedulo attendamus, studioseq; in id incumbamus, vt re ipsa
dei scita conficiamus, quia nescimus qua die, aut qua hora dominus noster venturus sit.

I

τῶν κατὰ πλάτος ὅρων.

CAPITA REGVLARVM EARVM, QVAE FVSIVS *disputatæ appellantur, siue interrogationum per monachos propositarum, unà cum responsionibus Diui Basilij.*

I De ordine & serie mandatorum domini.
II De charitate aduersus deum, & quòd naturaliter insita hominibus est ad exequenda dei mandata & propensio & facultas.
III De charitate erga proximos.
IIII De timore dei. K
V De eo, quomodo quis assequi possit, ne mente ad futiles cogitationes distrahatur.
VI Quòd necessaria res est secessio, siue singularis vita & secretior.
VII De eo, quòd cum iis debemus viuere, qui vnum & eundem sibi nobiscum vitæ finem propositum habent, idq; eo consilio, vt rem deo gratam faciamus: & quòd difficilis simul, ac periculosa res est, solitarium viuere.
περὶ ἀποταγῆς VIII De nuncio rebus vitæ huius remittendo.
IX Quòd naturali sibi necessitudine coniunctis, ad solitariam vitam accedés aliquis, relinquere pecunias suas non debet. L
X Quinam ad vitæ genus illud, quod secundum deum est, admitti debeant, & qua ætate, & quomodo.
XI De seruis.
XII Quomodo admittendi sint, qui matrimonio sunt coniuncti.
XIII Quòd rudibus adhuc vtilis est per silentium in pietate colenda exercitatio.
XIIII De iis qui religiosam vitam professi, dein professionem illam conãtur rescindere ac reddere irritam.
XV Quomodo pueri assumi debeant, quomodo educandi iidem sunt atque instituendi, & de professione virginum. M
XVI De continentia.
XVII Quòd in risu etiam continentia seruari debet.
XVIII Quòd omnia sunt degustanda, quæcunque in mensa nobis apponantur.
XIX Qui sit modus in continentia seruandus.
XX Quomodo, quod ad cibos pertinet, accipi à nobis hospites debeant.
XXI Quæ à nobis teneri ratio debeat in sessionibus, accubationibúsve, quandocunq; ad prandium, cœnámve ventum sit.
XXII Quod vestimenti genus conueniens sit homini Christiano.
XXIII De Zona.
XXIIII De modo viuendi, quem communiter tenere inter se fratres debent.

XXV Quòd

A XXV Quòd in magno periculo versatur, quicunque, cùm cæteris præsit, delinquentes non arguit.
XXVI Quòd omnia cordis arcana cum antistite communicari debent.
XXVII Quòd ipse etiam antistes ab iis, qui maioris in conuentu autoritatis sunt, admoneri debet, si aliqua in re offendat aliquando.
XXVIII Quomodo cũcti animo affecti esse aduersus contumacem debent, siue immorigerum & inobedientem.
XXIX De iis, qui cum elatione animi, aut murmuratione laborant.
B XXX Cuiusmodi animi affectu fratrum curam gerere antistes debet.
XXXI Quòd nullo modo refugere debemus, siquando ministrare nobis antistes velit.
XXXII Quomodo animati esse aduersus illos debemus, qui naturali nobiscum necessitudine coniuncti sint.
XXXIII Quæ ratio seruari debeat in colloquiis cum sororibus.
XXXIIII Qualem esse illum par sit, qui res ad vsum fratrum necessarias dispenset.
XXXV Num in vno & eodem pago plures constitui fratrum conuentus debeant.
XXXVI De iis, qui extra reliquorum societatem egressi, in solitudinem seorsum secedunt.
C XXXVII Nunquid propter orationes, psalmorúmve decantationem negligi opera debeant, & quæ tempora apta sint orationi, & primò an laborandum sit.
XXXVIII Cuiusmodi artificia professioni nostræ conueniunt.
XXXIX Quę ratio teneri debeat in operibus diuendendis, quæúe item in peregrinando.
XL De negociationibus quæ in celebritatibus dierum solẽnium agitari solitæ sunt. ἐν ταῖς συνόδοις
XLI De imperio & obedientia.
XLII Quid in opere faciendo spectare debeant illi, quicunque opus faciunt.
XLIII Quales esse illos conueniat, qui aliis præsunt: quomodoq; qui in ipsorum ditione sint, gubernare.
XLIIII Quibus permitti debeat, vt domo absint: quomodoq; item iidem, cum se domũ receperint, exquirendi.
D XLV Quòd præter antistitem, alium etiam esse quendam oportet, qui illo absente, vel aliis in rebus occupato, fratrum curam possit suscipere.
XLVI Quòd neque nostra, neque fratrum nostrorum peccata celare debemus.
XLVII De iis, qui quæ statuuntur ab antistite ac designantur, nolunt admittere.
XLVIII Quòd consilia antistitis curiosè inuestiganda non sunt, sed vnusquisque assignatum sibi munus exequi, quantum possit, debet.
XLIX De controuersiis, quæ orìri solitæ sunt inter fratres.
L Qualis esse antistitis obiurgatio debeat.
LI Quomodo corrigi debeat culpa illius, qui peccatum aliquod admiserit.
E LII Cuiusmodi mente irrogatas sibi aliquis animaduersiones debeat accipere.
LIII Quomodo artium magistri corrigere pueros debeant.
LIIII Quòd de rebus suis cõmunicare inter se vicissim antistites debent, & conferre.
LV Nunquid à veræ pietatis proposito alienum sit vti præceptis medicinæ, an non.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Basilij Magni Archiepiscopi Caesareensis

Regvlarvm fvsivs disputatarum liber.

INTERROGATIO. I.

De ordine & serie mandatorum domini.

QVando, vt audimus, potestatem ex te quærendi nobis facis, illud abs te scire expetimus cumprimis, num ordo aliquis, seriésve sit in mãdatis dei, ita videlicet, vt vnum primum sit, alterum secundum, ac reliqua deinceps simili modo: an, quòd inter se cohæreſcant, & quod ad principij rationem attinet, paria omnia inter se sint, ita vt securè possit quiuis auspicari, vnde velit, veluti in circulo aliquo.

A simili

RESPONSIO.

Vetus est ista quæstio, & iam olim antè in Euangelio tractata, quãdo scilicet legis peritus ille accessit ad dominum, eumq; ita est percontatus: Magister, quod primum mandatum est in lege? & is illi respondit sic: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua, hoc est primum & magnum mandatum. Secundum autem simile huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ex quibus verbis sine dubio illud appãret, statuisse dominum ordinem in mandatis suis, quippe qui primum illud ac maximum esse mandatum pronunciauerit, quod est de charitate aduersus deum. Secundo autem loco, & simile illi primo, imò quod primi perfectionem in se continet, & quod à primo dependet, nempe, hoc de diligendo proximo. Quocirca cum ex his, quæ modo citauimus, tum ex aliis etiam, quæ in sacris literis feruntur, ordo seriesq; in omnibus domini mãdatis animaduerti potest.

Matt. 22. d

INTERROGATIO II.

De charitate aduersus deum.

AGè igitur, quando ita est, primo de charitate nobis edisserе, quæ est aduersus deum, nã quòd charitas haberi debeat, id iam audiuimus: at quonam pacto eam assequi & legitimè præstare possimus, hoc verò ex te scire desideramus.

RESPONSIO.

A simili docetur, quòd diligendus deus.

Sanè quæ ad deum charitas est, ea non in doctrinæ præceptis posita est. Neque enim aut luce gaudere, aut vitam diligere, aut eos charos habere, à quibus geniti, educatiue sumus, à quoquam didicimus. Sic igitur ac multo etiam magis, nulla charitatis in deum externa est disciplina: sed simul atque constitit animal illud (de homine loquor) insita ei naturalis etiam quædam rationis est vis, quæ in seipsa amandi necessitudinis initia continet. Eam vbi schola diuinorum præceptorum excepit, & diligenter excolere, & scienter alere, & dei munere ad maturitatem vsque perducere consueuit. Quamobrem nos quoque studio vestro veluti ad finẽ, quem nobis proposuimus, necessario assensi, deo permittente, vobisq; vestris nos orationibus adiuuantibus, dabimus operam, vt intus occultam in vobis diuini amoris scintillam pro data nobis à spiritu sancto facultate, excitemus. Verumenim illud scire nos cõuenit, cum re ipsa hæc vna tantummodo virtus sit, eiusmodi tamen esse eius vim, vt cętera mandata omnia cõficiat atque comprehendat. Qui enim diligit me, inquit dominus, mandata mea seruabit. Et item: In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Neque verò omnia quæ huc afferri

ἐν κατόρθωμα

Ioan 14. b
Matt. 22. d

afferri possent, in præsentia nobis animus est subtiliter persequi. Siquidẽ si hoc facere vellemus, imprudentes omnia, quæcunque de diuinis dici præceptis possent, hanc vnam in partẽ aggereremus. Sed id tantũmodo, quãtum facultas nostra fert, & ad id, quod hoc tẽpore spectamus, facit, vos de ea, quam deo debemus, charitate cõmonebimus: si prius illud dixerimus, ad omnia nos, quæ descripta nobis à deo præcepta sunt consequenda, naturales etiam ab ipso facultates accepisse: idq; ea re nimirum, ne aut grauatè illis pareremus, perinde quasi insolens aliquid à nobis exigeretur, néue contrà, causam haberemus, vnde animis efferremur, vt qui plusquam quantum nobis datum esset, ipsi conferremus. Saneq; facultates hæ eiusmodi sunt, vt si his rectè, & vt par est, vsi fuerimus, egregiè pietatem tenentes, ei, quæ cum virtute coniuncta est, vitæ satisfacere possimus: cõtraq;, si earum deprauata à nobis virtus sit, proni in vitia delabamur, quandoquidem hæc est vitij definitio, prauus & à præceptis domini abhorrens vsus earum facultatum, quæ boni causa datæ nobis à deo sunt: quemadmodum contrà virtutis, quæ ex deo est, earundem vsus, bona adhibita mente, præceptis domini conueniens. Quod cum ita sit, sine dubio hoc idem etiam dici à nobis debet de charitate. Cum igitur præceptum nobis sit, vt charitatem in deum habeamus, in ipso confestim ortus nostri initio, vim quandam nanciscimur, per quam nostrapte sponte ad ipsum diligendum impellimur: ad quã quidem rem confirmandam, nihil est cur argumenta foris petamus, cum per se quisque, atque adeò in seipso facilimè illud possit intelligere. Nam & rerum pulchrarum natura appetentes sumus, neque hoc impedit, quod inter homines de rerum pulchritudine opiniones sint variæ: & item sponte nostra quicquid necessitudine aliqua, propinquitateq; coniunctum nobis est, diligere, & iis, quicunque bene de nobis meriti sunt, charitatem omnem præstare consueuimus sine præuia doctrina. Verùm quid est quæso pulchritudine diuina admirabilius? quæ notio dei maiestate excogitari gratiosior potest? quod eiusmodi desiderium quis secum comminisci queat, cuiusmodi est illud, quod animæ vitiis omnibus perpurgatæ diuinitus ingeneratur? adeo vehemens, adeóve intolerandum? quæ vere syncereq; dicere illud possit, Ego amore langueo. Et, vulnerata charitate ego sum. Inexplicabiles prorsus, nec vlli pro dignitate enarrabiles quæ è fulgurantissimo fonte illo diuinæ pulchritudinis intermicant ac prosiliunt fulgetræ. Nulla eas oratio dignè repræsentet, nullus percipiat auditus, licet Luciferi prænitidum iubar, licet Lunæ splendorem, licet Solis radiantissimam claritatem dicas, obscura ista sunt, si cum eius fulgore comparentur, & nullius prorsus precij, si horum similitudine gloriam illam velis exprimere: plusq; à vera luce distant, si cũ ea cõferantur, quàm distet profunda nox, & cæcæ noctis tenebræ à clarissima luce meridiana. Tantę istius pulchritudinis dignitatẽ nemini licet corporis oculis contemplari? Siquidẽ animo tantum & cogitatione vtcũq; apprehenditur. Ea siquando sanctorum virorum quempiam circunfulsit, intolerabilem illorum in animis defixum desiderij aculeum reliquit, quippe qui, cum vehementer eos vitæ huius tæderet, in voces illas erũpere soliti essent: Hei mihi, quia incolatus meus prolõgatus est. Et, Quãdo veniam, & apparebo ante faciem dei? Et, Dissolui, & esse cum Christo longè melius est. Et, Sitiuit anima mea ad deũ fortem viuum. Et, Nunc dimittis seruum tuum domine, vehementer enim vitã hanc veluti tetrum quendam carcerem abhorrebant, vsqueadeò difficiles ad cohibendum animis erant ij, quorum mentes dei amor perstrinxerat. Cum enim inexplebili intuendæ diuinę pulchritudinis cupiditate flagrarent, illud exoptabant, vt æquata infinito sempiternæ vitæ curriculo, sibi iucunditatis domini contemplandæ facultas præberetur. Sic igitur, duce natura, sua sponte hominum animi ad rerum pulchrarum expetitionẽ excitantur. Illud autem propriè vereq; pulchrum est atq; expetendum & amabile quicquid est bonũ, at bonus est deus: quod autem bonum est, id ab omnibus expetitur: ergo deum expetunt omnia. Ex quo sanè colligitur, quicquid rectè facimus voluntate nostra, eius faciendi vim, nos natura etiã in nobis insitam habere, eos modo, quorum rectam rationẽ non penitus vitiositas deprauarit. Quamobrem necessariũ à nobis veluti æs alienũ charitas erga deũ requiritur, qua carere malũ est, malorũ omniũ longè grauissimũ. Etenim alienatio à deo, auersioq;, cui modo ea cõtigerit, malũ est, omnibus, quæ in gehẽna expectantur intolerabilius, veluti oculo priuatio luminis, etiã si dolor nõ adsit, itemq; animanti adẽptio vitæ. Quòd si iis etiã, qui geniti sunt, naturalis erga eos, qui ipsos genuere, charitas inest, quod ex ea animi affectione cõprobatur, quã cũ brutas animãtes, tũ ipsos etiã homines, ipsa prima ætate aduersum matres habere animaduertimus, ne quæso id cõmittere velimus nos, vt aut rationis inopia pusiones istos, aut immanitate feras bestias antecedere videamur, qui & alieno scilicet ab eo, vnde cõditi sum⁹, animo

Cant. 2. b

Psal. 119. a
Psal. 41. a
Philipp. 1. c
Psal. 41. a
Luc. 2. d

ἰσχυρὸν, ζῶντα

Vt ęs alienũ à nobis erga deũ charitas requiritur

A simili argu.

Argu. à minori

Universidad de Deusto
Biblioteca

ὁμοίωσις

γνώμη

Esaiæ.1.a Deũ à nobis maximopere debere diligi confirmat τοῖς παραδείγμασι.

simus ac volũtate,nullaq; aduersus illũ charitate propensi:quẽ profectò,vt ex eius bonitate nõ G
noscerem⁹,at certè ob id vnũ,quòd is est, qui nos procreauit,mirabiliter diligere,& charitate summa complecti deberemus,perpetuoq; de eius memoria non secus pendere, quàm de parentum suorum teneri infantes soleãt.Inter eos autem, ad quos diligẽdos natura incitamur, sine dubio is præstat,qui bene etiam de nobis meritus est.Atq; hæc animi affectio non hominum peculiaris est modo,verum ipsis etiam cum omnibus fere animantibus cæteris commu nis est,vt videlicet eos diligant,à quibus beneficiũ acceperunt. Cognouit enim, inquit Esaias, bos possessorem suũ,& asinus præsepe domini sui.Nolim autẽ id dictũ esse de nobis, quod sequitur,Israël autẽ me non cognouit,& populus me non intellexit.Nã de cane compluribusq; eiusmodi aliis animalibus quid attinet cõmemorare,quàm insignẽ beneuolentiã declarent & H
gratitudinẽ in eos,à quibus ipsis alimẽta præbentur?Quòd si natura nobis tributum est, vt ad cõplectendos beneuolentia atq; amore eos excitemur,qui bene de nobis meriti sunt, neque labor est vllus,quem,vt illis pro collatis in nos officiis gratiam referamus , non libenti animo excipiamus,quænam obsecro inueniri orationis facultas potest,quæ data nobis à deo beneficia digne satis queat explicare?quæ quidẽ numero adeo sunt multa, vt numeri vim omnẽ effugiant:vi verò ac magnitudine tanta,vt vel vnicũ modo ex iis idoneũ sit,propter quod nihil non subeamus,vt illius voluntati obsequamur.Ac nimirum hoc loco missa faciã cætera,quæ quãuis,si per se singula considerentur,magnitudine,ac dignitate mirabiliter excellunt, illorũ

Collatio elegans

tamen,quæ ampliora sunt,claritate maiore,nõ secus ac stellæ eximio splendore radij solis offusæ,ab ea quã ipsa seorsum essent habitura,lucis suæ dignitate descisc unt. Neque enim vacat omissis iis,quæ amplitudine præstant,ex iis, quæ sunt minutiora , dei erga nos benignitatẽ vt metiamur.Nulla sit igitur mentio solis exortũ,missæ fiant lunæ cõuersiones,aëris multiplex cõtemperatio,quatuor temporũ vicissitudines,aquæ cum cœlestes,tum etiam terrestres,mare ipsum vnà cum vniuersa tellure,terrestria,aquatiliaq; animãtia , nihil de tot volucrum generibus dicatur,taceantur innumerabiles inter se animalium differẽtiæ . Quid quòd hæc omnia in famulitiũ obsequiũ ve hominis ordine decentissimo cõdita sunt? Illud quidẽ certè prætermitti,etiam si maximè velimus,non potest(quanquam beneficiũ est eiusmodi, vt cum à cordato modo,ac dicendi facultate prædito viro silentio præteriri non queat,tum multo minus ita verbis explicari,vt illius magnitudinẽ oratio cõsequatur) quòd videlicet cũ ad imaginẽ ac similitudinẽ suã hominẽ deus procreasset,eiq; honorẽ illum habuisset,vt se ipsi noscendũ tradidisset , ac rationis participẽ effectũ mirabiliter vnum præ cæteris animantibus honestasset, eamq; esset facultatẽ largitus,qua se incredibili rerũ,quæ in paradiso essent,pulchritudine intuenda summa cũ iucunditate oblectaret,eorumq; omniũ,quæ in terris cernerentur , imperiũ detulisset,posteà serpentis fraude delusum,atq; in peccatum prolapsum,& ex peccato inde in mortẽ,& in ea deinceps quæ adiuncta sunt morti,neutiquã neglexit,sed legẽ, qua se tueretur, dedit,angelos custodiæ ac defensionis causa adhibuit,prophetas ad vitia reprehendenda , ac magisteriũ & doctrinã virtutis,misit,malitiæ omnis impetus suppliciis denunciandis repressit,vicissimq; rerum bonarũ studia pollicitationibus alacritatẽq; vtriusq; instituti excitauit,& exitus sæpenumero in diuersis hominibus ad reliquorũ cõmonefactionẽ antè declarauit.Cũq; hæc & huiusmodi omnia ab ipso nobis præstita essent , & nos tamẽ nihilominus obstinati ei⁹ imperio obsequi recusaremus,nequaquã eo tamen est aspernatus,nec auersari voluit.Ea enim diuina est bonitas,vt neutiquã nos potuerit destituere:neq; illud ardentẽ eius erga nos charitatẽ restinxit,quòd optimè de nobis meritũ spretis delatis ab ipso nobis honoribus in cõtumelia habueramus.Sed contra reuocati sumus à morte, & ad vitã denuo ab ipso domino nostro

Philip.2.a

Iesu Christo restituti.Qua in re auget miraculi magnitudinem beneficij modus.Siquidem cũ M
in forma dei esset,non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo,sed semetipsum exinaniuit,

Esaiæ.53.b Gal.3.c

formam serui accipiens:& infirmitates nostras tulit,& languores portauit,& pro nobis vulnerat⁹ est,vt nos liuore eius sanaremur:& à maledicto nos redemit, factus ipse pro nobis maledictum,& ignominiosissimam mortem sustinuit,vt nos ad gloriosam denuo vitam reuocaret.Neque verò satis hoc illi fuit,quod ademptã nobis vitam reddidisset, quin & diuinæ naturæ consortium dignitatemque est elargitus , locaq; in quibus perpetua frueremur quiete, præparauit,vbi quæ futura est lætitiæ magnitudo,ea cogitatione à nemine potest comprehẽdi.Porro ipse adeo bonus est,vt neque gratiam sibi pro his vllam referri postulet , ac satis habet,si pro iis,quæ largitus est,à nobis modo diligatur . Quæ omnia quandocunq; mecum ipse cõsidero(vt planè quod euenire mihi in animo sentio,apud vos etiã enunciem) terribilis me

quidam

A quidam cum mentis consternatione horror inuadit, metuentem videlicet, ne si aliud agendo in rebus futilibus ac vanis animum occupauero,à dei charitate deiectus,Christo dedecori sim.Qui enim assiduè nunc suis nos artificiis circumuenire,& mundialis istius vitæ illecebris inescans omni conatu efficere studet,vt datorum nobis à deo beneficiorum,Deiq; ipsius memoriam ex animis nostris reuellat, is, vbi hinc migrauerimus , cum animarum nostrarum exitio nobis insultans,vehemẽtissimeq; insectans, contemptionem domino nostram contumeliose exprobrabit,contumaciaq;,ac defectione ab ipso nostra, gloriandi materia aduersus illum vtetur,quòd videlicet,cùm nos ipse neque crearit,neque pro nobis mortem subierit,si-
B bi tamen,spretis,contemptisq; dei præceptis,obsequentes habuerit.Equidem istam ego futuram aduersus dominum contumelioſam opprobrationem ac dedecus , & insolentem hostis gloriationem , grauiora longè esse statuo,quàm ea,quæ sunt in gehenna supplicia,materiam videlicet nos aduersarió Christi , glorioſius sese aduersus illum efferendi extitisse qui conciliandæ nobis causa salutis & mortuus sit & resurrexerit,cui etiam vel hac gratia maiorem in modum debitores sumus,sicut scriptum est . Sed hæc hactenus de ea quæ erga deum est,charitate.Neque enim vt suprà dixim⁹,iccirco hæc à nobis suscepta est oratio, vt omnia in præsentia,quæ de hac re dici possent,sigillatim subtiliter persequeremur(neque enim res patitur) sed illud vnum spectauimus modo,vt breuem quandam , & summatim capitibus quibusdum
C comprehensam admonitionẽ in animis vestris relinqueremus,per quam assiduè ad diligendum possetis deum excitari.

INTERROGATIO III.

De charitate erga proximum.

QVando de charitate,quæ est in deum,satis iam disputatum est, consequens nunc sit, vt de secundo & vi & ordine mandato disseratur.

RESPONSIO.

ENIMVERO legem quidẽ earum, quæ in animis nostris naturaliter veluti semina quæ-
D dam insita sunt, facultatum cultricem , atque altricem esse , superiore iam disputatione docuimus.Verùm quoniam proximum nostrum iuxtà ac nosmetipsos diligere iussi sumus, cõsideremus,si placet,nũquid facultatem aliquam datam nobis habeamus à deo , per quam hoc eius præceptum exequi possimus.Quæro igitur,quis est ex omnibus,qui nesciat hominem esse animal mite,& natura congregabile? non autem soliuagum,neque ferum? Siquidem naturæ nostræ nihil est tam peculiare, quàm mutua inter nos communicatio , mutuaq; aliis aliorum operæ indigentia,& in eos qui eiusdem nobiscum sunt generis,charitas.Eò fit vt dominus eorum,quæ nobis largitus est,seminum,nõ iniuria etiam fructus à nobis requirat, Sic enim ille ait: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Ad cuius mandati conseruationem cum animum ille nostrum vellet excitare, non certissimum ille argumentum , quòd
E quis ipsius esset discipulus,illud voluit haberi,si prodigia ac stupẽda miracula effecisset. Esto horum quoque efficiendorum facultatem per spiritum sanctum gratuitò dedisset : Sed quid dicit? In hoc cognoscent omnes quòd discipuli mei estis , si dilectionem habueritis ad inuicem.Et sic vbique præcepta hæc duo semper copulat , vt quod proximo quisque benignè fecerit,id habeat perinde,ac si ipsi factum fuisset.Esuriui enim,inquit,& dedistis mihi manducare,&c.Tum addit: Quatenus autem fecistis vni de his fratribus meis minimis , mihi fecistis.Ex quo sanè intelligi potest, qui primum seruet , eum secundum quoque per illud ipsum posse seruare , vicissimq; per secundi obseruationem , reditum aperiri ad primum , vt videlicet & qui dominum diligat,consequens sit eum proximum etiam diligere . (Qui enim di-
F ligit me,inquit dominus , mandata mea seruabit . Idem autem , Hoc mandatum meum est, inquit,vt diligatis inuicem,sicut ego dilexi vos) similiterq; vicissim in quo charitas aduersus proximum sit,eum quoque charitati satisfacere,quæ est aduersus deum , quippe cum ipse beneficium illud perinde accipiat,acsi in se proprie fuisset collatum . Quare & fidelis ille domini famulus Moses vsque adeo magnam aduersus fratres suos charitatem præ se tulit, vt de libro dei,in quo scriptus erat , deleri se petere non dubitarit , si populo non condonatum esset delictum.Itemq; Paulus apertè optare ausus est,vt ipse pro fratribus suis cognatis sibi secundum carnem, anathema esset à Christo, nempe qui exemplo Christi suam cum illorum salute cuperet commutare,& illud tamen etiam simul non ignoraret , non posse fieri , vt is alienaretur

ἄνθρωπος ἥμερον καὶ κοινωνικὸν ζῶον,συγχὶ μονασικὸν, οὐδὲ ἄγριον

κατινὴν ἐντολήν. Ioan.13.d

Ibidem.

Matth.25.a

Ioan.13.d

Exod.32.g

Rom.9.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

naretur à deo,qui ob charitatem eam,quam in illum haberet ſeruandi cauſa maximi omnium mandati,dei gratiam abiecisſet,ſeq; ob eam cauſam multo plura accepturum, quàm quæ dediſſet. Cæterum quòd in animis ſanctorum charitas erga proximum hucuſque progreſſa ſit,ex his,quæ hactenus diximus,ſatis eſſe intellectum puto.

INTERROGATIO IIII.

De timore dei.

RESPONSIO.

ATque iis quidem, qui ab initio rudes modo ad pietatis veræ cultum inducuntur,ea, quæ per timorem fit,informatio vtilior eſt,ſicut ſapientiſſimus vir Salomon admonet,cum dicit: Initium ſapientiæ eſt timor domini. Verum vobis, qui ex ea iam, quæ in Chriſto eſt,infantia exceſſiſtis, neque lacte iam amplius egetis,ſed quod ad interiorem hominem attinet,ſolido doctrinæ cibo ad perfectionẽ adoleſcere & prouehi poteſtis,præceptis ſublimioribus opus eſt,iiſq; in quorum expletione vniuerſa charitatis Chriſtianæ veritas legitimè abſoluitur. Qua in re illud videlicet eſt vobis cauendum, ne largiſſima in vos dei beneficiorum copia cauſa ſit,cur grauioribus poſtea ſuppliciis plectamini, qui ſcilicet aduerſus tantopere bene de vobis meritum ingrati extiteritis. Cui enim commendauerunt multum, plus repetent ab eo.

Ecclē.1.b

Luc.12.f

INTERROGATIO V.

De cohibenda mentis ad futiles cogitationes euagatione.

RESPONSIO.

CAeterum illud noſſe conuenit, nos cum nullius alterius mandati cuiuſquam, tum ne charitatis quidem ipſius aduerſus deum ac proximum obſeruationem poſſe præſtare, ſi huc,illucq; mentem temerè paſſi fuerimus aberrare. Neque enim artem vllam,ſcientiámve quiſquam exactè diſcere poterit,qui ea relicta identidem modo ad hanc,modo ad illam tranſeat: quin ne vel vnam quidem modò quis conſequi poteſt, qui quæ ad illius finem accõmodata officia ſint,ea perſpecta nõ habeat. Siquidem conſentanea fini officia & actiones ſint,oportet,neq; enim res eſt vlla earũ modò quę via ac ratione tractãtur,quę ſi officia adhibueris, quæ ab ea ſint aliena,rectè vnquã confici poſſit. Siquidẽ natura non fert,vt quod effecturam ſe fabrilis ferrariæ ars pollicetur, id per figulinæ artis opificium conſequamur. Nec item ad coronam decertanti athletæ propoſitam aliquando pertigeris, qualicunque tandem te addixeris ſtudio tibia canendi,cum ad ſingulos ſingularum artium fines obtinendos accõmodata peculiaris etiam illarum vnicuique induſtria quædam requiratur. Quocirca ipſa etiam, quæ ex Euangelio eſt pietatis cultura, ſtudiumq; ineundæ apud deum gratiæ, in eo tota poſita ſunt, ſiquis animũ ſuum ab omnibus prorſus mũdi huius ſolicitudinib⁹ auocarit,ſeſeq; funditus ab quauis re,vnde animo mentéve diſtrahi poſſit,abduxerit. Quamobrem Apoſtolus quoque licet matrimonium genere ipſo eſſet conceſſum,& benedictione habitum dignũ, occupationes tamen,quæ ex eo naſcuntur,curis his,quæ propter deum ſuſcipiuntur,oppoſuit, perinde quaſi hæ inter ſe cohærere non poſſent, his verbis: Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt domini, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt de his quæ ſunt mundi,quomodo placeat vxori. Simili modo etiam dominus diſcipulis ſuis vbi ſyncera illam & ab omni diſtractionis intemperie expurgatam affectionem fuerant adepti,aſſeuerans dicebat: Vos de hoc mundo non eſtis. Idemq; è contrario etiam iiſdem aſſeueranter teſtificabatur,dicens,fieri non poſſe,vt dei cognitionem mundus perciperet, aut ſpiritũ ſanctum acciperet. Pater enim,inquit,iuſtè,& mũdus te non cognouit. Et: Spiritus veritatis: quẽ mundus non poteſt accipere. Animaduertimus itaque neceſſe eſſe, vt qui modò verè deum ſit ſecuturus,is à vinculis affectionum vitæ huius ſolutus ſit: id quod non multo negotio aſſequimur,ſi & à ſuperioris vitæ nos conſuetudine penitus abducimus, eamq; obliuioni funditus mandamus, quandoquidem niſi ab ea nos, quæ ex ſanguinis neceſſitudine nobiſcum intercedit, coniunctione alienauerimus,& à familiari congreſſu ſecularium, ac mentis habitu in alium veluti mundum commigrauerimus,conſentaneum in modum verbis illis Apoſtoli: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt: nullo modo ſcopum animi attingemus deo videlicet vt

τὸ ἀκριβῶσαι.

Probatio p diſſimilia

1.Cor.7.f

Ioan.15.c

Philip.3.d

licet vt placeamus,cum præciſè dominus dixerit: Sic omnis ex vobis,qui non renunciat omnibus,quæ poſſidet,non poteſt meus eſſe diſcipulus. Hæc autem vbi præſtiterimus, omni cuſtodia cuſtodiendum fuerit cor noſtrum,neque patiendum,vt aſſidua de deo cogitatio ex animis noſtris elabatur,néve eorum quę mirabiliter ab eo facta ſunt,memoria contaminetur, per futiles & euanidas cogitationes: contráque illud agendum aſſiduè, vt ex perpetua ac puriſſima recordatione impreſſam in animis noſtris piam de deo cogitationem, veluti indelebile aliquod ſignum circunferamus. Siquidem hæc eſt ratio, per quam erga deum acquiri charitas conſueuit,quæ ſimul cùm ad conficienda ipſa dei mandata nos excitet, tum viciſſim quoque ab iiſdem ipſa ad perpetuitatem ſtabilis cõſeruetur. Quod ita eſſe docet dominus ipſe,qui quidem modo dicit: Si diligitis me,mandata mea ſeruate. modò vero: Si præcepta mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea. Et, quod efficacius etiam poſſit commouere: Sicut ego mandata patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Quibus ſanè verbis illud nos docet,debere nos,vt quodcunque faciendum nobis opus inſtituerimus, eius voluntatẽ, à quo illud nobis imperatum ſit, veluti finem quendam nobis proponere, ad eamq; omne ſtudium noſtrum dirigere,quemadmodum alio in loco etiam dicit: Deſcendi de cœlo,non vt faciam voluntatem meam,ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Vt enim artes hæ,quæ ſunt ad parandum viaticum neceſſariæ, vbi fines ſibi quoſdam ſuos propoſuerint, conueniẽtia ad eos obtinendos officia etiam poſtea ſua quædam peculiaresq; actiones accommodant: ſic cum eorum,quæ nos facimus operum omnium,vna ſit regula,normaq; vna, nempe videlicet, vt dei iuſſis ex dei voluntate pareamus, fieri non poteſt vt opus noſtrum aliter perfectè efficiamus,niſi quandiu illud in manibus nobis eſt,aſſiduè vſque voluntatem eius qui ſciuit ſanxitq; legem mandatorum,ſemper ſpectemus. Porrò ex hac ſedula operis noſtri effectione ad voluntatem dei accommodanda,illud conſequetur, quòd ex recordatione illa cum deo coniungemur. Vt enim faber ferrarius, verbi gratia, quandocunque dolabram aliquam ſiue aſciam cudit,ſi aſſiduè illius memor ſit,vnde inſtrumentum illud faciendum ex pacto acceperit, & præſcriptam ſibi ab illo formam & magnitudinem animo verſat,& ad eius voluntatem eius qui condixit opus dirigit quod facit: alioqui ſi eius memoriam menti ſibi patiatur excidere, prorſus aut aliud quippiam omnino,aut lõge diſſimile efficiet ab eo, quod facere inſtituerat: ſic Chriſtianus quoque,ſi actiones ſuas omnes,ſiue minores,ſiue maiores ad dei voluntatem direxerit,is ſine controuerſia & egregiè opus illud perficit, & ſimul aſſiduam illius in animo ſibi memoriam conſeruat,à quo id iuſſus eſt facere: vereq; illud dicere poterit: Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne cõmouear. itemq; Pauli præcepto illi ſatisfaciet: Siue mãducatis,ſiue bibitis,ſiue quid aliud facitis,omnia ad gloriam dei facite. Quod ſiquis in eo,dum opus adminiſtrat, à perfecta illa præſcripti mãdati norma deſciſcat,hunc perſpicuũ eſt debilem dei memoriã retinere. Quocirca memores aſſiduè verborum domini illorum,Nunquid non cœlum & terram impleo ego? dicit dominus. &, deus appropinquans ego ſum,& non deus de longe. &, Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo,ibi ego in medio illorum ſum: ſic omnia tanquam in oculis illius & agere debemus, & cogitare. Hac enim ratione & perpetuus in nobis timor permanebit, odio habens iniquitatem(ſicut ſcriptum eſt)animiq; elationem,ac ſuperbiam, & vias improborum: & charitas conflabitur,cumulatè efficiens illud,quod dictum eſt à domino: Non quæro voluntatem meam,ſed voluntatem eius qui miſit me, patris. cum hæc firmiſſimè vſque in animis noſtris hæreat perſuaſio,& quæ rectè gerantur,ea iudici,ac remuneratori actionum noſtrarum placere,& quæ contrà, flagitioſe,ab eodem condemnari. Ex quo quidem illud ego etiam neceſſariò exiſtimo ſequi,vt qui ita ſit animatus,is ne mandata quidem domini ad gratiam hominum exequi poſſit. Neque eſt enim quiſquam, qui vbi verè præſtantiorem adeſſe aliquem ſibi perſuaſit,eo ſpreto ſe ad minus præſtantem conuertat. Quin contrà potius ſi aliquando inciderit,vt quæ facit,ea clarioris illius opinione ac iudicio approbentur,ab altero autem illo reprehendenda videantur,haud dubiè ille ſpreta inferioris vituperatione,clarioris illius approbationem antiquiorem habebit. Quòd ſi hoc in hominibus contingit,quî tandem putandum ſit animum,qui modo ſanus ſit ac ſobrius, ſi verè deũ adeſſe ſibi perſuaſerit, omiſſis iis, quæ placere intelligat deo conuerſum iri ad aucupandam ab hominibus ſui exiſtimationem? aut neglectis dei præceptis, hominum eſſe conſuetudini & ingenio ſeruiturum? aut de vulgari exiſtimatione pendens vinci ſe ſinet? aut vlla vllius dignitate exterritus de ſtatu dimouebitur? Hoc modo affecta mens erat illius,qui dixit: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt

Luc.14.g
Prouer.4.d

Memorabilia hæc quia ſalutaria.

Ioan.14.b
Ioan.15.b

δυσωπητικώτερον. κανὼν ad cuſtodiam mãdatorũ dei.

Ioan.6.d

Canonẽ præcedentẽ cõfirmat τῇ ὁμοιώσει.

A ſimili βεβαιωτής.

Pſal.15.c
1.Cor.10.g

Hier.23.a
Ibidem.

Matth.18.c

Pſal.118

Ioan.5.c

ὧν πληροφορίαν δίνυκεν.

γνώμην.

Pſal.118

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.118. non vt lex tua domine. Et item: Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non G
commouebar.

INTERROGATIO VI.

τὸ ἰδιάζον. *Quòd necessaria res sit pietatem colere uolenti seorsum uiuere.*

RESPONSIO.

ATque etiam ad continendam in officio mentis agitationem, ne ad futiles videlicet ac minimè necessarias cogitationes aberret, illud adiuuat, siquis seorsum à cæteris cõmunem vitam sectantibus viuat. quandoquidem promiscuè vitam agere cum iis, qui H
ζωὴν, alij ψυχήν. Prouc.22.d θυμώδη καὶ ὀργίλον. Esa.52.c securi perfectam illam domini præceptorum obseruationem contemnunt, pernicioſum esse etiam Salomon ipse docet. Sic enim est apud ipsum: Noli amicus esse homini iracundo, neq; habitaueris cum viro furioso, ne forte discas vias eius, & sumas laqueos animæ tuæ. Et item illud: Exite de medio eorum, & separamini, nimirum eodem pertinet. Quocirca ad illud euitandum, ne oculis, auribúsve instigationes ad peccatum admittamus, eiq; imprudentes assuescamus: néve earum rerum, quas vel viderimus, vel audierimus, impressæ pestilentes, capitalesq; in animis nostris formæ, ac veluti notæ quædam insideant: contraq; vt animum in officio suo attentum tenere possimus: Principio, quod ad habitationem attinet, separata ea à
τὴν προσοχήν, alij προσδυχὴν legunt. cæteris nobis quærenda est. Ita enim & superioris temporis consuetudinem poterimus euin- I
γνώμην. cõsuetudo altera natura. cere, in qua alienam à Christi præceptis vitam egerimus. (Non mediocri autem hoc eget cõtentione, vt consuetudinem suam aliquis peruincat. Consuetudo enim vetustate firmata, naturæ vim solet nancisci) & contractas ex superioribus peccatis labes, oratione assidua, & perpetua dei decretorum conseruatione abstergere poterimus. Eam autem nullo modo licebit euincere, si multa hinc inde habeamus, quibus temere huc illucq; animus noster distrahatur,
Lucæ.9.c & vitæ huius negociis implicetur. Illud autem, Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, quomodo vnquam consequi poterit is, qui rebus sit istiusmodi distentus? Siquidem oportet, vt nos ipsos primum abnegemus, & crucem sustollamus, ac tum demum illum sequamur. Nihil est autem aliud suipsius abnegatio, nisi summa rerũ omnium vitæ superioris ob- K
Abnegatio suipsius. liuio, atque à suis ipsius voluntatibus recessio: quam in vita communi assequi longè est difficilimum, ne dicam ab omni prorsus, vt fieri possit, facultate remotissimum. Atque etiam ad
Colo.3.a tollendam crucem suam, & Christum sequendum officit commercium, quod cum istiusmodi vita habetur. Siquidem & animi ad mortem pro Christo subeundam alacritas, & membrorum quæ sunt super terram, mortificatio, & illud, quòd quis libenter se cuiuis impendenti periculo offerre pro Christi nomine paratus sit, & nulla de rebus vitæ huius affectione tã-
Tollere crucem suam. gatur, hoc nimirum est tollere crucem suam. Porrò ad hanc rem magna nobis obiici impedimenta videmus à vita communi. Et præter cætera, quæ multa sunt, illud etiam, quòd magnum in ea diuinas leges violantium numerum intuens animus, peccata sua agnoscendi, & L
φαντασίαν προσκαθ. se per pœnitentiam afflictandi spacium nõ habet. Quin potius facta sui cum deterioribus de se comparatione, de virtute sibi nescio quomodo abblanditur. Tum deinde variis tumultibus, occupationibusq;, quæ vita solet communis afferre, à dei memoria, cuius haberi ratio maior debet, abstractus, non in eo solùm detrimentum facit, quòd nõ exultat in deo, delectatúrve, neque voluptate, aut verborum domini dulcedine vlla perfunditur, ita vt verè dicere
Psal.34.b illud queat: Memor fui dei, & delectatus sum. &, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: Sed in eo etiam assuefit, vt iudicia ipsius penitus contemnat, obliuiscaturq;, quo neque maius ei, neque capitalius malum vllum potest accidere.
Psal.76.a

INTERROGATIO VII. M

De eo, quòd cum iis debemus uiuere, qui unum & eundem sibi nobiscum uitæ finem propositum habent: idq; eo consilio, ut rem deo gratam faciamus: & quòd difficilis simul ac periculosa res est, solitarium uiuere.

POstquam satis iam nobis oratione tua persuasisti rem esse minime tutam, promiscuè esse cum illis, qui præcepta domini contemnunt: Libenter hoc nunc ordine ex te scire vellemus, nunquid, qui se ab istiusmodi hominum genere subduxerit, ipsum seorsum à cæteris solitariam vnum agere vitam oporteat, an verò cum fratribus, qui eiusdem secum animi sint, & idem cum eo sibi propositum vitæ finem habeant, viuere.

RESP-

A
RESPONSIO.

EQVIDEM ad multas ego res vtilius esse intelligo, si vno & eodem in loco plures viuãt vnà: ac primò quidem, quòd nostrum est nemo, in quo vno ad res sibi necessarias ad vitã parandas esse satis præsidij possit, quando in his inquirendis, vicissim alios aliorum videmus opera indigere. Vt enim pes cum virtutem aliam habeat, alia caret, & neque sua vi ipse sine reliquorum membrorum adiumento ad diuturnum tempus incolumis posset permanere, neque aliunde illud, quo caret, nancisci: ita in vita soliuaga, & inutile nobis est quod superat, & quod abest, habere aliunde non possumus. Hoc autem nimirum, vt alij vicissim aliorum opera egeremus, eo consilio statutum est ab opifice nostro deo, sicut scriptum est, vt officiorum
B permutatione, inter nos dando, accipiendoq;, hanc, ad mutuam vicissim coniunctionem, cautam haberemus. quanquam est etiam lex Christianæ charitatis, quæ nullo modò patitur, vnũquenque id modò, quod suum sit, spectare. Charitas enim, inquit, non quærit, quæ sua sunt. At istud vitæ genus, quo seorsim se quisque ab aliorum communione diremit vnum tantummodo sibi propositum habet, nempe procurationem suorum cuiusque commodorum. Hoc autem apertè charitatis legi aduersatur, quam perfectè obseruasse Apostolum videmus, qui non suam ipsius vtilitatem quæreret, sed multorum, vt salui fierent. Ad hæc in huiusmodi vitæ à cæteris secessione, illud etiam erit incommodum, quòd neque peccare se facile quis in-
C telliget, quippe qui neminem habeat, à quo & arguatur leniter, & clemẽter corrigatur. Siquidem fieri potest, vt facta criminis accusatio, etiam ab inimico, plerunque in animo alicuius, qui rerum modo æstimator sit æquus nec ingratus, voluntatem excitet petendæ medicinæ. Sine dubio autem, errati medicinam sciens ac prudens is faciet, qui charitatem synceram habuerit. Qui enim diligit, inquit, diligenter corripit. Hunc autem in solitudine reperire nõ licet, nisi nobiscum prius in vitæ fuerit communione coniunctus. Quo fit vt in eum illud con
Eccl.4.c ueniat: Væ soli, quoniam cum ceciderit, non habet subleuantem se: Tum illud etiam accedit, quòd qui plures simul eodem in loco congregati sunt, ij pluribus etiam simul possunt præceptis satisfacere. Quod contrà est in eo, qui solus sit: dum enim vnum exequitur, ab alio impeditur. Veluti ægrum visitans, hospitem recipere non potest: neque in opere faciendo studium
D retinere, qui in partiendis, distribuendisq; ad vsum vitæ necessariis rebus occupetur, præsertim quando in ministeriis hisce obeundis fratres diutius necesse sit distineri. Ex quo illud sequitur necessario, vt maximum, & ad salutem omnium maximè expeditum præceptum negligatur, cum videlicet neque esurienti cibus subministretur, neque nudo vestimenta. Quæ cum ita sint, quis est, qui inertem, & infructuosam vitam ei velit anteponere, quæ & fructuosa sit, & præceptis domini consentanea? Quòd si etiam omnes, qui in vna spe vocationis assumpti vnum corpus sumus, & caput Christum ipsum habemus, singuli autem vicissim alij aliorum membra: profectò nisi in hoc conspirauerimus, vt ad similitudinem compagis corporis vnius in spiritu sancto nexi, aptiq; inter nos simus, ac non seorsum vnusquisque diuunctum sibi à reliquorum communione vitæ genus quoddam instituerit, neque communi vti-
E litati, vt deo acceptus sit, inseruierit, sed suæ potius animi cuidam libidini obsequi maluerit: quî quæso fieri poterit, vt in istiusmodi auulsione distractioneq;, mutuam inter ipsa membrorum conuenientiam, officiaq; præstemus? aut qua ratione illud poterimus obtinere, vt capiti nostro, qui est Christus, subiecti simus? Neque enim res patitur in istiusmodi vitæ disiunctione vt congaudeat aliquis ei, qui glorificatur, aut qui patiatur, ei compatiatur: siquidem facit disiunctio, vt vicissim inter se aliorũ alij notum statum habere non possint. Ad hæc cum nemo vnus idoneus sit, qui dona spiritualia omnia suscipiat, cum secũdum rationem fidei, quæ
Rom.13.b ἀναλογίαν πίστεως. 1.Cor.12.a est in vnoquoq;, spiritus etiam suppeditatio fiat: illud vsu venit in vitæ consociatione, vt donum, quod in quoque est peculiare, id aliorum quoque commune sociorum fiat. Alij enim da
F tur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij prophetia, alij gratia sanationum, &c. Quæ singula qui habet, is non sua magis, quàm aliorum causa habet. Quamobrem necesse est in vitæ societate, quæ in vno aliquo est spiritus efficacia, eam in vniuersos simul peruadere. Igitur qui seorsum à cæteris vitam degit is vnum aliquod (si ita fors ferat) donum habet: & illud ipsum, eò quòd nihil exerceat, sed in seipso defossum detineat, inutile facit. Quod facere quàm periculosum sit, profectò intelligitis omnes, qui Euangelia legitis. Contrà vero, vbicũque multorum societas viget, & quod suum est, eo fruitur quisque, & ex alienis nihilominus, vt ex suis, fructum capit. Plura præterea in se commoda, hoc in communi viuẽdi institutum habet, quæ enumerare singula haud facile sit. Nam & ad conseruationem eorũ, quæ data nobis di-

Caue, putes hæc scripta esse B. isti viro in suggillationem verissimæ anachoreseos, qualé exercuere Samuel, Helias, filij, phetarũ, Baptista, Paul°, Antoni°. Absit. In Sarabaitas detorquet hęc, quorũ inexplebilé auaritiã schemate cõuelatã anachoreticæ paupertatis elegãter pingit Ioã. Cassian° c.7. Col.18.c. ité.8.de 4. genere.

σύντομον legit pro σύντονον vrgẽs vehemens.

Perstat in metaphora mẽbrorum & capitis.

ὡν κοινωνικῶς βίῳ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis diuinitus bona sunt,solitudine est longè prostabilior, & ad cauēdas hostis insidias tutior G
expergefactio illa,quæ à vigilantibus fit,si modo alicui aliquando incitat, vt somnum illum,
Psal.12.a ἁμαρτίας ἀναχώρησις 2.Cor.2.b qui est in mortem,obdormiscat(quem vt deprecaremur,docuit nos Dauid, cùm dixit: Illumina oculos meos,ne vnquam obdormiam in mortem)& peccanti,qua resiliat à peccato,facilior est via: nimirum qui consentiens aduersum se multorum iudicium magis reuereatur,
vt verè in eum illud possit conuenire: Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus. & rectè & cum virtute aliquid agenti maior quædam in eo ipso animi fiducia accrescit,cum de eo quod agit,multorum secundum se habeat approbationem, atque consensum.Si enim in ore duorū vel trium testiū stabit omne verbū,multò,sine cōtrouersia,stabili- H
Deut.19.b us is,qui bene aliquid & cum virtute agit, ex multorum testimonio confirmabitur. Adde,
quòd periculum etiam istiusmodi solitariam vitā comitatur & assidet præter iam dicta: primum quidem ac maximum,ne qui eam degat,is sibi veluti planè iam perfectionē adepto blā-
κίνδυνος ἀυταρκείας. diatur.Cum enim neminem in ea sit habiturus, qui iudicare possit de his, quæ ab ipso fiant,
cumulatissimè mandato iam arbitrabitur se satisfecisse: ex quo illud sequetur, vt cum animi
habitum quem habet ad virtutem,illum assiduè apud se compressum tenuerit, ac velut introclusum,neque quibus rebus destituatur,intelligat,neque progressionem vllam, quam in virtutibus faciat,videat.nempe qui vndique materiam sibi exercendorum mandatorum omnē
ademerit.Qua enim re humilitatis suæ documentum dabit, qui neminem habeat, quo seip- I
sum humiliorem declaret:Quod item specimē edet suæ in alios commiserationis,à plurium
cōmunione dissectus? cui cum nullo penitus cōmercium sit?Ad patientiam verò quomodónam tandem se exercebit,cum voluntatibus illius obsistat nemo? Quod siquis dicat,ad com-
ponendas animi sui affectiones moresq; rectè instituendos, sufficere sibi diuinarum literarū
A simili arg. doctrinam,is similiter facit,vt siquis disceret ædificare,neque vnquam tamen ædificaret, &
æs cudere,& quæ didicisset,ea in actum nunquam educeret. Sine dubio autem in huiusmodi
Rom.2.b hominem probe Apostoli illud conueniat,siquis dixerit: Non auditores legis iusti sunt apud
deum,sed factores legis iustificabuntur.Neque enim(vt videmus)dominus ipse (quæ incredibilis eius in nos bonitas fuit)simplici modo verborum doctrina contentus fuit, sed vt expres K
sè euidenterq; humilitatis nobis exemplum proderet,perfectè charitatis mandatum vt expleret,ipse seipsum linteo præcinxit,& discipulorum suorum pedes lauit. Tu vero, quem ablues?
Psal.132.a in quem officiosus eris?à quo vltimus numerabere,qui ab aliorum societate disiunctus degas?
Bonum verò ac iucundum illud,fratrum videlicet eodem in loco habitatio,quam vnguento
de capite summi sacerdotis suauè fragranti & aspiranti spiritus sanctus assimilat,qui tandem
in solitaria vnius habitatione locum habebit vt impleatur? Concludendum est igitur certa-
συμπέρασμα totius capitis. minis curriculum,& progressionis ad virtutem facilitatem, & mandatorum domini execu-
tionem assiduam,ac meditationem,fratrum habitationem esse vno & eodem in loco. quæ cū
Matth.5.b propositum sibi finem habeat gloriam dei ex præcepto domini nostri Iesu Christi sic dicētis: L
Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem
vestrum qui in cœlis est: tum eorum de quibus in Actis mentio est,sanctorum virorum prę-
cipuum insigne illud obtineat.Ita enim de illis scriptum est: Omnes autem qui credebant, e-
Acto.2.g rant pariter in eodem loco,& habebant omnia communia.Et item: Multitudinis autem cre-
Acto.4.g dentium erat cor vnum,& anima vna,nec quisquam eorum quæ possidebat,aliquid suum esse dicebat,sed erant illis omnia communia.

INTERROGATIO VIII.

De nuncio rebus uitæ huius remittendo.

NVnquid homini omnia relinquenda sint prius, atque ita postea ad eam quæ secun- M
dum deum est vitam accedendum?

RESPONSIO.

Matth.16.d CVM dominus noster Iesus Christus post multa, eaq; multis ex rebus gestis firmissimè à
Luc.14.g se tradita documenta,ad omnes loquatur,ac dicat: Siquis venit ad me, abneget semetipsum,
& tollat crucem suam,& sequatur me.& item: Sic igitur quicunque ex vobis,qui non renun-
Renunciationis formulæ. ciat omnibus,quæ possidet,non potest meus esse discipulus: Nos præceptum hoc ad plura ar-
bitramur pertinere,quorum necessaria alienatio sit: Nam & diabolo in primis renunciamus,
itemq; affectionibus carnis,qui abdicauimus occulta dedecoris, consanguinitatibusq; ac familiarita-

A miliaritatibus,quæ cum hominibus nobis sint: similiterq; consuetudini etiam vitæ, quæ per-
fectioni Euangelij salutis aduersatur.Et,quod his omnibus magis necessarium est,quilibet si- Colo.3.b
bimetipsi renunciat,qui exuit veterem hominem cum actibus suis, qui corrumpitur secundū
desideria erroris.Postremo affectionibus cunctis mundanis,quæ pietatis propositum valeant
impedire,nuncium remittit.Ac nimirum,qui ita fecerit,is parentes veros esse illos existima- Qui veri parentes,fratres.
bit,qui in Christo Iesu per Euangelium ipsum genuerint.Fratres verò qui eundem secum spi-
ritum adoptionis acceperint,ad facultates omnes,vt ad alienas(sic vt etiam sunt reuera)ani- 1.Cor.4.d
mum adhibebit.In summa,denique cui propter Christum mundus totus crucifixus est,& ip-
se Christo,qui possit particeps esse amplius eorum quæ in mundo sunt?cum dominus noster
B Iesus Christus rem ipse ad summum prorsus fastigiū perducat, nempe odium animæ, & sui-
met ipsius abnegationē,quando dicit:Siquis vult post me venire,abneget semetipsum,& tol-
lat crucem suam,tumq; subiunxit: Et sequatur me.Et rursus: Siquis venit ad me, & non odit Luc.14.f
patrem suum,& matrem,& vxorem,& filios,& fratres,& sorores,insuper & animam suam,
non potest meus esse discipulus.Perfecta igitur renunciatio in eo consistit,siquis id assecutus
fuerit,vt ne de vita quidem sua quicquam affectus sit omnino, esto habeat mortis resp̄sum, ἀπόκειμα θανάτου.
ita vt nihil sibi confidat. Porrò eiusce modi renunciatio initium sumit ab alienatione rerum
externarum,veluti possessionum,inanis gloriæ,consuetudinis vitæ superioris,ad res inutiles 2.Cor.1.b
affectionis,quomodo sanè vt faceremus exemplo suo admonuerunt nos sancti domini disci-
C puli,Iacobus quidem & Ioānes,relicto patre suo Zebedæo,ipsoq;, de quo tota illorum victus Matthæus nō facultates modo, sed & pericula contēpsit.
ratio pendebat,nauigio.Matthæus verò quando è Telonio ipso surrexit,& dominum secutus
est,qua in re non lucra modo reliquit,sed pericula etiam contempsit,quæ ipsi, totiq; ipsius fa-
miliæ à ciuitatis magistratibus imminebant,quòd redemptorum à se vectigalium rationes di-
scedens non confectas reliquisset.Paulo verò etiam totus mundus crucifixus erat,ipseq; vici-
sim mundo toti.Adeò qui vehementer Christum sequi desiderat,is de nulla omnino vitæ hu
ius re curare amplius potest:idq; eousque,vt ne parentum quidem ingenti amore moueatur,
aut domesticorum,siquidem is aduersetur dominicis mandatis: (Tunc enim & illud locum
habet: Siquis venit ad me,& non odit patrem suum & matrem,&c.)non humano terrore vl
D lo de statu dimoueri,vt propterea in his quæ fieri animæ vtilitas suadeat, de animi præsentia
quicquam remittat.Quod quidem tum animaduertimus sanctos fuisse illos viros assecutos, Acto.5.e
quum dicerent: Obedire oportet deo magis,quàm hominibus. Non derisione denique vlla,
qua auersi à pietate homines,ea quæ laudare ipsos magnopere oporteret,prosequi soliti sunt, ἀκριβέστερον καὶ τρανότερον.
commoueri,eaq; re ipsorum vituperationi succumbere.Quòd siquis explicatius etiam diligē-
tiusq; soliditatem vimq; flagranti illorum desiderio coniunctam velit cognoscere,qui Chri-
stum sectantur,enimuero hic repetere animo debet,quæ docendi nos causa de seipso Aposto
lus loquitur,cum dicit: Siquis alius videtur confidere in carne,ego magis circuncisus octa-
uo die ex genere Israël,de tribu Beniamin,Hebræus ex Hebræis,secundum legem Pharisęus,
secundum æmulationem persequens ecclesiam dei,secundum iustitiam, quæ in lege est,con-
E uersatus sine querela.Sed quæ mihi fuerunt lucra,hæc arbitratus sum propter Christum ster-
cora.Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentē scientiam Iesu Chri-
sti domini nostri, propter quem omnia detrimentum feci,& arbitror stercora esse, vt Chri-
stum lucrifaciam.Etenim si(vt audacter aliquid,at verè tamen eloquar.)Sed si Apostolus iis,
quæ fœdissima in corpore sunt,eiusmodiq;, quæ à nobis quàm fieri potest studiosissimè pro-
cul amandamus,concessa ad tempus legis priuilegia similia dicere non dubitauit, veluti quæ
impedimento essent,ad cognitionē Christi,illiusq;,quæ in ipso iustitia est,eiusq;,quæ ad mor
tem ipsius fit conformationis,quidnā de iis dicere oportebit, quæ sancita ab hominibus sint?
Quanquam quod dico,quid aut rationibus à nobis inuentis, aut sanctorum virorum exem- πρὸς τ̀ ἀνθρώποις νενομισμένων.
F plis attinet confirmare? cum ipsa domini nostri verba in medium liceat afferre,iisq; ipsis re-
ligiosum ac dei timentem animum magnopere commouere,quibus ille palàm ac citra con-
trouersiam testificans,sic dicit: Sic igitur,quicunque ex vobis non renunciat omnibus, quæ Luc.14.g
possidet,non potest meus esse discipulus. Et alio in loco, cum post oblatam conditionem il-
lam: Si vis perfectus esse,verba illa subiecisset, Vade, vende quæ habes, & da pauperibus,pòst Matth.19.e παραβολὴ ἐμπόρου. Matt.13.e
illud adiecit: Veni, sequere me.Atque etiam similitudinem illam de negociatore huc quoq;
manifestè spectare nemo non (modo æquus interpres) intelligit. Simile enim est,inquit,re-
gnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas.Inuenta autem vna precio-
sa margarita,abiit,& vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. Planum est enim preciosam
margari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

margaritam cœleste regnum significare hoc in loco. Quod regnum nos assequi posse dominus negat, nisi omnia simul quæ habemus, diuitias, gloriam, genus, & siquid sit aliud eorum, quibus plerique ambitiosius inhiant, pro eo parando, neglexerimus. Deinde illud etiam fieri non posse, vt illud obtineatur, quod cupitur studiosius, si mens diuersis sit curis distracta, G

Matth.6.c idem dominus asseruit, cum dixit: Nemo potest duobus dominis seruire. Itemq; Non potestis deo seruire & Mammonæ. Quæ cum ita sint, sine dubio vnum nos deligere thesaurũ conuenit, nempe illum cœlestem, in quo mentem habeamus defixam. Vbi enim est, inquit, Thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Ex quo intelligitur, quandocunque vel peculiarem possessiũculam aut certe exuberantem opum copiam, terrenam quidem illam & corruptelæ expositã, H

Ibidem. nobis reseruamus, in his mente nostra veluti in cœno quodam consepulta, necesse sit, animo ad rerum diuinarum contemplationem aditum præcludi, eumq; ita iacere, vt de cœlestibus ac promissis nobis à deo bonis cogitare non possit. Quæ bona non possumus assequi, nisi ad ea petenda indiuulsa & vehemens nos, quædam cupiditas inflammet, ac rapiat, quæ susceptos pro iis adipiscendis labores faciat leues. Est igitur, quemadmodum docuimus, renũciatio nihil aliud quàm vinculorum crassæ huius ac tẽporariæ cõuersationis absolutio, quæ nos dum emancipat semel ac subducit anxiis & humanam vitam comitantibus negotiis, expromptiores ac magis idoneos reddit ineundæ viæ ad dei contemplationem rectà prouehenti. Renunciatio eiusmodi citra vllius impedimenti remoram subsidio est nobis nec mediocri, ad I

parandam possessionem vsumq; rerum preciosissimarũ, nempe super aurum & lapidem precio sum multum, vtq; breuiore compendio circunscribam renunciationem: est cordis ab humano viuendi ritu ad eum transcriptio qui in cœlis est, adeò vt iure optimo dicere possimus:

Philip.3.d 2.Cor.g Nostra conuersatio in cœlis est: &, quod omnium maximũ est, similitudinis, quam cũ Christo habere debemus, initium. qui ipse cum diues esset, egenus factus est propter nos: quam sine controuersia nisi prius consequemur, nunquam viuendi ex Euangelio Christi institutum poterimus attingere. Quando enim aut cordis contritio, aut propriis sensus humilis demissio, aut iracundiæ, mœrorisve, ac solicitudinum, vtq; concisius absoluam omnium pestilentiũ animi perturbationum liberatio in diuitiis, & vitæ huius angoribus, intemperantique mentis ad res istiusmodi alias applicatione poterit obtineri? In summa cui ne de ipsis quidem necessariis ad tuendam vitam præsidiis solicito esse concessum est, veluti victu atque vestitu, huic quæso quænam ratio permittit, vt prauis diuitiarum causa susceptis solicitudinibus, veluti spinis, quæ iactam ab animarum nostrarum agricola sementem ad vberem vsque frutica K

tionem emergere & emicare non sinunt, suffocatus teneatur? cũ dominus noster Iesus Christus dixerit: Hi sunt, qui seminati sunt in spinis, qui à solicitudinibus & diuitiis, & voluptatibus vitæ suffocantur, & non referunt fructum.

Lucæ.8.b

INTERROGATIO IX.

L

Qui adiungi uult deo cõsecratis & in eorum transire sodalitium, debẽtne sui iuris facultates cedere & citra delectum permittere ingratis familiaribus ac domesticè sibi notis.

RESPONSIO.

Matth.19.c Luc.12.d λογίζομαι. CVm dominus noster Iesus Christus dixerit, Vende quæ habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me. & item, Vendite quæ possidetis & date eleemosynam: Equidem ex hoc colligo, qui hac mente à suis discedat, hunc huiuscemodi curam de parte patrimonij sua nullo modo oportere negligere, contraq; illud accurare, vt cum eam omnem diligentissimè secum abstulerit, eam veluti rem iam domino consecratam summa cum religione distribuat, vel ipse per se, si huiuscemodi muneri scienter adminiM

strando esse ipse par possit, vel per alios, quos antè maxima adhibita diligentia delegerit, quiq; certissima dederint documenta, posse se illam fideliter ac prudenter distribuere, cum illud persuasum sit, non vacare periculo, siue propinquis suis illam relinquat, siue in ea distri-

βεβαίωσις à simili petita. buenda, cuiusuis, nulla adhibita delectione, opera vsus sit. Etenim si, qui præfectus est procurandæ regiæ pecuniæ, esto de rebus iis, quæ partæ iam sunt, nihil interuerterit omnino, ad seq; transtulerit: is tamen, si quæ præterea acquiri potuerant negligentia sua non acquisiuerit, sed passus sit deperire, nihilominus tamen vtique in crimine est: quàm graue tandem censere debemus iudicium illis imminere, qui in rebus dei nomini iam consecratis, vindicandis, lente ac negligenter se gesserint? An non in eadem cum illis iudicij causa futuros, de quibus scriptum est,

A ptum est, Maledictus homo, qui facit opera domini negligenter? Illud autem vbique nobis Hiere.48.b tenendum est, vt ne, dum præcepto vni volumus satisfacere, ab altero videamur discedere. Neque enim conueniens est decoro nostro, si cum iniquis hominibus contendere videamur, aut delitigare. Siquidem seruum domini non oportet litigare, sed contrà potius aduersus quẽ 2.Tim.2.d iniquius se naturales cognati gerunt, is tenere memoria debet, dominum dixisse, esse neminem, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, non quauis de causa, simpliciter, sed propter ipsum, & Euangelium, qui non centies tãtum recipiat in tempore hoc, & in seculo futuro vitam ęternam. Admonendi sunt tamen qui Mar.10.d διαμαρτύρασθαι κελ-

B tales sunt, seduloq; testificandum, sacrilegij scelere se ipsos obstringere, idq; vt pareamus prę- cepto domini, qui dixit: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c. Porrò de his Matth.18.b rebus experiri apud iudices extrarios, vetat nos idem dominus, cùm dicit: Et ei qui vult te- Matth.5.f cum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et Paulus similiter: sic enim est apud ipsum: Audet aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum, iu- 1.Cor.6.a dicari apud iniquos, & non apud sanctos? Atque apud hos ipsos etiã in iudicium citabimus, si quando citabimus, maiore habita ratione fraternæ salutis, quàm facultatum, quæ ex pecu- πλεονεξίας nia possint proficisci. Etenim dominus cum antè dixisset, Si te audiuerit: postea addidit, Lucratus es, non pecuniam, sed fratrem tuum. Est tamen quum clarius aperiendæ causa verita-

C tis sæpenumero ipsi ab ipso illo, qui nobis infert iniuriam, vocati ad dictam vtrique parti cõmuniter indictam, ad nos purgandos debemus descendere, non lacessentes ipsi, sed lacessiti: idq; ita facere, vt manifestè appareat nos neque iracundia, neque contentiosa pertinacia vlla adductos eo descendisse, sed ea re solum, vt veritas illustrior reddatur cæteris, atque conspicua magis. Sic enim & illum etiam inuitum, è malis, in quibus eatenus versatus fuerit, eximemus, & nos à præceptis domini non discedemus, si videlicet tanquam dei ministri non cõtentionis studio, aut auaritia vlla adducti, cõstanter pro illustrãda veritate propugnabimus: neq; omnino vsquam maius quàm quantum permissum sit, studium in re istiusmodi adhibebimꝰ.

INTERROGATIO X.

D *Nũquid qui ad religiosam uitam accedent, promiscue omnes conueniat admitti, an aliqui tantummodo? nunquid item confestim recipi debent, an probandi primum? Si probandi, ecqua tandem illa esse debet probatio?*

RESPONSIO.

CVm benignus hominum amator deus, idemq; autor salutis nostrę, dominus noster Iesus Christus prædicet, ac dicat: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & Matth.11.d ego reficiam vos: nõ fit sine periculo, si qui ad dominũ per nos accedere in animo habent, & suaue ipsius iugũ, ac præceptorum onus, quo ad cœlum extollimur, subire parati sunt, ij à nobis reiiciantur. Verum neque illud tamen permitti debet, vt quiuis illotis pedibus in

E sanctimoniam domini mandatorum ingrediatur. Sed quemadmodum dominus noster Iesus Christus adolescentem illum, qui ad ipsum accesserat, de superiore eius vita percontatus est, cúmque rectè actam fuisse illam comperisset, quod ad perfectionem amplius pręterea desiderabatur, id illum iussit adiungere, quod vbi fecisset, tum demum sequendi se, ipsi potestatem fecit: Sic quoq; faciendum nobis est, vt videlicet illorum, qui ad nos mansuri nobiscum, accedant, diligenter quæ superior vita fuerit, inquiramus. Et si quidem aliquos inuenerimus, qui aliquos iam in ea progressus ad virtutem fecerint, iis ad perfectionem propius pertinentia præcepta cõmendemus. Quos verò ab eo vitæ genere quod aut vitiosum sit, aut quod in-

ter bonũ malumq; medium sit, ad illud quod perfectum in dei cognitione positũ est, animad-

F uerterimus se velle trãsferre, eos exquiramꝰ, qui ipsorũ mores sint, num cõsilio instabili, & ad cõstituendũ quiduis in vtrãlibet partẽ pręcipiti. Siquidẽ in iis, qui istiusmodi sunt, magnopere suspecta haberi incõstantia debet, qui præter id, cp nullã ipsi vtilitatẽ inueniunt, cæteris etiam sunt detrimento, quòd institutũ viuendi nostrum falsis probris, & nequissimis maledictis magnopere infament. Verumenim quando in rerum natura nihil est, quod non diligentia corrigatur, neq; vitium est vllum adeo graue, quod non dei timore peruincatur, qui huiusmodi γνώμης sunt, ij nullo modo à principio statim sunt desperãdi, sed ad idoneas duci exercitatiões debẽt: ibiq; & adhibendo temporis spatio, & grauioribus imponendis laboribus periculum faciendum de illorum natura, constantiaq;, vt videlicet, siquid ineſſe in ipsis stabilitatis cognoue-

g rimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rimus,eos tuto admittamus: sin minus, dum adhuc extrà sunt, repudiemus, neque ex istiusmodi periclitatione detrimentum vllum in fratres redundet. Porrò illud etiam animaduerti debet, nunquid præoccupatus aliquis in delictis, abiecta omni verecũdia, palàm enunciet occulta dedecoris, ipseq; seipsum accuset, simulq; num superioris vitæ peccatorum suorum socios præ pudore defugiat, eósque ab sese procul submoueat, velut ille, qui dicebat: Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: seseq; hoc modo ad id, quod sibi reliquum sit vitæ, antè præmuniat, ne in similia de reliquo flagitia delabatur. Cæterum communis illa est ratio vnumquenque pertentandi, si illud animaduertatur, nunquid is, de cuius sententia periculum fiat, paratus sit libenter ad omne humilitatis genus descendere, missa omni verecũdia, ita videlicet, vt sordidissima etiam quæque artificia suscipere non recuset, quandocunque illorum exercitationem vtilem esse ratio consuadeat. Vbi verò facta iam omnibus in rebus diligens ab iis exploratio fuerit, qui res istiusmodi callide sciant peruestigare, isq; veluti vas aliquod perappositum & accommodum domino, & ad omne opus bonum paratum, compertus fuerit, tum verò ad illorum numerum debet ascribi, qui seipsos domino consecrarunt. Maxime autem ei, qui ab splendido aliquo vitæ genere, ad imitandum modestissimæ humilitatis domini nostri Iesu Christi exemplum festinat, munera quædam præscribi debent de numero eorum, quæ illi sordida existimant, qui in ciuili vita versantur: obseruandumq;, num in iis cum omni animi alacritate non erubescentem & incõfusibilẽ se deo operariũ exhibeat.

Galat.6.a
1.Cor.4.a
Psal.6.b
2.Tim.2.b

G H I

INTERROGATIO XI.

De seruis.

RESPONSIO.

QVicunq; verò sub iugo sunt serui, ij si ad fratrum conuentũ profugiant, admoniti, ac meliores effecti, remittendi dominis sunt: & in hoc Paulus imitãdus, qui Onesimum, quẽ per Euãgelium ipse genuerat, Philemoni remisit, cũ quidẽ & illi persuasisset iugum seruitutis, si eo quis ex dei voluntate vteretur, dignũ esse quod ad regnũ cœleste promoueret, & hunc esset hortatus, vt nõ minas modo remitteret, quas aduersus illũ intenderat, memor eorum, quæ dicta essent à domino, Si dimiseritis hominibus delicta eorũ, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra: verum etiã, vt benigniorem erga ipsum animum gereret, sic scribens: Forsitan enim ideo discessit ad horã, vt æternum illum recipe-res, iam nõ vt seruum, sed vt pro seruo fratrẽ charissimum. Verùm enimuero, si forte dominus improbus sit, vt qui flagitiosa quædam imperet, & adhibita vi seruum cogat eius, qui verus est herus, dominus noster Iesus Christus, præcepta violare, hîc contẽdere magnopere debemus, ne nomẽ dei blasphemetur, propter seruum illum, ꝙ fecerit aliquid, quod non placeat deo. Porrò huiusmodi contentio in eo conficitur, si aut seruo illi persuasum sit, eum grauissimas quasq;, quæ sibi inferantur, acerbitates perferre debere, vt deo magis obediat, quàm hominibus, sicut scriptum est: aut si qui illum receperint, libenti animo tentationes omnes, quæ sibi propter illum inferantur, suscipere parati sint, eo modo, quo placet deo.

1.Tim.6.a
Matth.6.b
Philip.1.c
Acto.5.c

K L

INTERROGATIO XII.

Quomodo recipi debeant, qui matrimonio iuncti sint.

RESPONSIO.

ATque ij etiam, qui matrimonio coniuncti, ad huiusmodi vitę genus accedunt percõtandi sunt, num consentiente altera parte hoc faciant, ex præcepto Apostoli. Vir enim, inquit ille, sui corporis potestatem non habet. Et si hoc ita ab ipsis fieri cõpertum sit, tum multis adhibitis testibꝰ admitti debet, qui accedit. Siquidẽ nihil est, quod dei iussis potius haberi debeat. Si verò dissidens sit altera pars, & assiduè vsq; ex aduerso cum altera contendat, quòd videlicet minus solicita sit, quomodo placeat deo, hîc ea cõuenit meminisse, quæ dicta sunt ab Apostolo: In pace autem vocauit nos deus. Et sic parendum præcepto domini qui dixit: Siquis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, &c. non potest esse meus discipulus. Neque enim est, quod haberi antiquius debeat, quàm vt dei iussis pareatur. Cæterùm nos plerosque nouimus, sæpe qui ex intenta oratione, assiduõque ieiunio, ad finem, quem optabant, vitæ cum castitate peruenerunt, quippe cum dominus

1.Cor.7.a
τῆς πρὸς θεὸν ὑποκοῆς οὐδὲν μεῖζον τιμώτερον.
1.Cor.7.c
Luc.14.f

M

A dominus videlicet eos qui vsquequaque sunt obstinati, sæpenumero etiam per corporalẽ necessitatem adigat sensim, vt recto alterius partis iudicio consentiant.

INTERROGATIO XIII.

Quòd iis qui nouicij primis pietatis rudimentis imbuuntur, utilis taciturni silentij etiam exercitatio sit.

RESPONSIO.

B ATque iis etiam, qui rudes adhuc ad pietatis culturam accedunt, vtilis est ea quæ per taciturnitatem exercitatio fit, quandoquidem in eo, quòd linguæ moderentur, hoc satis magno erit argumento, cõtinentiam ab ipsis coli: & in assiduo ac perpetuo silẽtio, de iis, quos loqui scitẽter audiuerint, exemplum sument, quemadmodum & proponi quæstiones debeant, & item quomodo vnicuique oporteat respondere. Est enim & vocis moderatio, & in sermone modus quidam, itémque occasionis apta maturitas, ac verborum proprietas, quæ propria ac peculiaria sunt pietatis cultorum: quæ quidem nullo modo doctrina is potest percipere, qui non quæ ex superioris vitæ consuetudine impressa habeat, ea antè dedidicerit, quippe cum taciturnitas simul & obliuionem ex desuetudine pariat, & ad ea, quæ recta sunt, C discenda, ocium suppeditet. Quamobrem nisi aut peculiaris causa aliqua vel ad salutem animæ, vel ad operis alicuius, quod tum in manibus sit, confectionem summe necessaria, aut istiusmodi posita quæstio aliqua vrgeat, tenendum assidue vsque silentium est, excepta videlicet psalmorum modulatione.

συντόνως ἡ μετεωρίσως. Νόμα.

INTERROGATIO XIIII.

De iis, qui cum per professionem deo seipsos deuouerint, tum professionem illam conantur rescindere.

RESPONSIO.

D CAeterum horum vnusquisque, si postea quàm intra reliquorum fratrum societatem adscriptus fuerit, factam iam ab se professionem rescinderit, is perinde aspici debet, vt qui in deum peccauerit, quem videlicet professionis suæ testem adhibuerit, cuique solenni se voto obligarit. Si verò in deũ quis peccauerit, inquit, & quis orabit pro eo? Etenim qui seipsum deo semel deuouit, hic si ad aliud deinde vitæ genꝰ trãsiuerit, sacrilegij se scelere obstrinxit, quippe qui seipsũ deo, cui se cõsecrauerat, veluti subterfuratus sit. Porrò huiusmodi hominibus rationi quidem consentaneum fuerit vt nullo modo aperiantur fratrum ianuæ, ne si prætereuntes quidem ea re modo, vt tecto recipiantur, ad ipsos diuerterint. Perspicua est E enim regula Apostoli, qua iubemur subtrahere nos ab omni inordinato, neque vllo modo cum illo commiscẽri, vt confundatur.

1.Reg.2.c
Vel huc oculos cõuertant Lutheri hygaspistæ.
2.Thes.3.b

INTERROGATIO XV.

Quænam idonea haberi ætas debeat, in qua permittatur alicui, ut per professionem deo se dedicet: itemq; quo tempore facta uirginitatis professio rata habenda sit?

RESPONSIO.

CVm dominus dicat, Sinite paruulos venire ad me. & Apostolus eum laudet, qui ab infantia sacras literas didicisset: idemq; alio in loco præcipiat educãdos esse filios in disciplina & correptione domini: prorsus ad eos, qui ad nos accedant, admittendos, nullum non ætatis tempus idoneum esse iudicamus, vel ipsius adeo teneræ, atq; ineuntis, vt videlicet qui orbati parentibus sint, eos nostrapte sponte ipsi assumamus, & exemplo Iob parentes pupillorum simus. Qui autem sub parẽtibus sint, eos ab ipsis ad nos adductos multis adhibitis testibus recipiamus, vt nõ demus occasionẽ, iis qui volũt occasionẽ: sed obtrectatoribꝰ nostris maledicẽdi causa omnis hac etiã in parte præcisa sit. Atque in illis quidem recipiendis hæc, quam dixi, teneri à nobis ratio debet: non ij tamen continuo propterea ad reliquum fratrum corpus aggregandi, aut cum his simul censendi sunt: ne videlicet, si illi propositum suum minus fuerint assecuti, eorum postea probra in omnes promiscuè pietatis sectatores redundent. Sed educandi illi quidem sunt cum omni charitate, non secus ac si cõmunes

Matth.19.a
2.Tim.3.d
Ephe.6.a
F
2.Cor.11.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

totius fratrum collegij filij essent,seorsumq; ipsis & locus in quo habitent, & victus ratio quã G
teneant,assignari debet,tam masculis,quàm fœmellis à se diuerso domicilio disparatis: vt ne
se superiores cõpellandi maiorem sumant fiduciam præfidentiores facti, quin potius vt rari-
tate congressus reuerentiã aduersum ipsos retineant,néve ex multis,quæ iis,qui adultiore æ-
tate sunt,imponuntur,q̃ in exequendis officiis suis nõ ita interdum diligentes fuerint (si mo
do,vt assolet,inciderit aliquando, mentẽ ipsorum temere aliud agentem aberrasse) procliui-
tas quædam maior ad peccandum in animis illorum nascatur,aut sæpenumero etiam senti-
re de se elatius incipiant,cum in quibus ipsi rectè se gerant,in iis natu grãdiores labi animad-
uertant.Neq; enim interest,vtrũ sapientia quis an ætate puer sit. Itaq; nihil est mirum eadem
γνώμη. plerunq; in vtrisque animi vitia reperiri. Simulq; ex huiuscemodi separatione & habitatiõis, H
& victus,illud etiã prouidebitur,ne quibus in rebus, natu maiores,si eas gerant, decorũ pro-
pter ætatem seruatur,ad eas adolescentuli,ob assiduum cum ipsis vsum, indecorè ante tẽpus
assiliant.Quocirca cùm huius,quẽ dixi,ordinis,tum reliquæ etiam seruandæ disciplinę,ac san
ctimoniæ causa,separata esse loca illa oportet,in quibus & pueri,& natu grandiores versen-
tur.Qua ex re illud etiam cõmodum sequetur, quod in præceptorum cõmentatione adole-
scentulis necessaria,strepitu illo,qui illam solet comitari, reliqui monachi non offendentur.
Verumenim precationes,quæ statis interdiu horis descriptæ sunt,ac præfinitę, cõmunes illæ
quidẽ & pueris esse,& natu maioribus debent.Siquidem hoc modo & parui ex grandiorũ æ-
mulatione ad cõpunctionem assuefiunt,& qui ætate antecedunt, in orationibus à pueris non I
mediocriter adiuuantur.Cęterum quod ad somnum,ad vigiliam,ad cibi sumendi tempus,e-
iusq; cum modum,tum genus pertineat,seorsim pueris præcepta,ac regulæ quædam,adhibita
tamen ea pro ætatis decoro,moderatione,describũtor.His autem,qui tales sint, prę ficitor is,
qui cùm ætate,tum vsu etiam rerum cæteris antecedat , cuiusq; omnibus testata morum fa-
γυμνάσιον ἀπαιδείας. cilitas sit,quo videlicet cùm paterna lenitate,tum prudenti etiam sermone errata corrigat a-
dolescentulorum,appositis ad singula errata remediis adhibendis,eiusmodiq;,quibus vno &
eodem tempore & noxa castigetur,& animus ad tollendas perturbationes , vitiaq; assuefiat.
Veluti iracũdia aliquis elatus est aduersus æquęuum fratrem? hunc ille pro magnitudine de- K
licti sibi conciliare cogitor,ac ministrare. Siquidem hæc huiuscemodi ad humilitatem exer-
citatio,iracundiæ veluti neruos elĩdit,quando animi elatio illa est, quæ iracundiam plerunq;
in nobis ingenerat . Alieno tempore cibum assumpsit? ad multam diem ieiunus permaneto.
Inter vescendum se immodeste gessisse animaduersus est, & indecorè? ieiunus ipse accũben-
tes,ac cibum cum decoro capientes cæteros spectare cogitor. Hoc enim modo & abstinẽtia
ille castigabitur,& quod in huiusmodi rebus par est,decorum discet retinere. Verbum emisit
ociosum?contumeliam in proximum?mendacium,aut aliud quippiam de iis , quæ minus li-
cent? inedia ventris ac silentio plectitor. Atq; illud quoque considerandum est , vt literarum
cõmentatio instituto nostro conueniens sit , vt & magistri scilicet vocabulis in sacris literis
vsitatis apud ipsos vtantur,& loco fabularũ, historias ipsis rerum mirabiliter à deo gestarum L
denarrent,itemq; sumptis ex prouerbiis sentẽtiis ad virtutem erudiant.Profuerit illis, si pro-
ponentur præmia memoriæ cum rerum,tum etiam verborum.Siquidem fiet hac ratione, vt
quæ volumus,ea iucundius,ac facilius sint percepturi,nulla cum molestia,nullaque offensio-
ne: atque etiam qui ista ætate sunt , ij rectè educti , & mente esse attentiores , & cogitatione
minus temere aberrare consuescent , si à magistris identidem interrogentur , quò dirigant
mentem , quid secum versent cogitationis. Etenim ętas illa vtpote simplex , maximèque ab
astutiis remota,& ad mẽdacium fingendũ non satis idonea,animi arcana facilè enũciat.Por-
rò qui eiusmodi est,is reprehensione metuens, operam dabit, vt absurdas istiusmodi cogita-
tiones fugiat,sesq; subinde,ne in illis frequẽter deprehendatur,reuocabit.Quãobrem anim⁹, M
Collatio elegans. dum tener est adhuc,& ritu ceræ,quæ ipsa impressas in se formas quascunq; facilimè recipit,
mollissimè cedit, confestim ab ipso initio, omni rerum bonarum imbui exercitatione debet,
quo videlicet,vbi postea rationis vsus accesserit,& habitum illum rerum diiudicandarum ętas
maior attulerit,pietati iam ab ineunte ętate assuetus,nullo impedimẽto,cursu vtatur facili-
ore,cũ & ratio quid expediat,admoneat,& ad id assequendum facilitatẽ prębeat cõsuetudo.
Quo sanè tempore admittenda est virginitatis professio, tanquã firma iam,& eiusmodi, quæ
à proprio consilio , iudicioq; proficiscatur , ratione iam probè adulta . Post quod tempus &
præmiis & suppliciis à iusto iudice afficiuntur ij, qui vel bene vixerint , vel malè , pro meri-
tis videlicet eorum , quæ gesserint . Porrò sententiæ eiusmodi testes assumendi ecclesia-
rum

A rum antistites sunt,quò videlicet per ipsos & sanctificatio corporis , veluti res sacra deo de-
dicetur,& actionis illius per illorum testimonium confirmatio sit . In ore enim duorum vel Matth.18.b
trium,inquit,stabit omne verbum.Sic enim & studium fratrum maledicta maximè euitabit,
& qui seipsos deo palàm dedicauerint,si professionẽ postea rescindere conati fuerint,iis nul-
la ad impudentiam causa reliqua fiet.Qui vero vitam cum virginitatis professione suscipere
nolit,is tanquam qui res domini accurare solicitè non possit,ipsis iisdem adhibitis testibus di
mittitor.Verũenim qui iam professus fuerit,idq; diligẽti habita quæstione, animaduersioneq; Ad virginitatis ꝓfessionẽ quãta moderatiõe vtebantur, attende.
(ad quam plurium ipsi dierum dari spatium debet , quibus secum seorsum deliberet , nequid
astutè repentino per raptum fieri à nobis videatur)is tum demum sic recipi debet , & ad reli-
B quorum fratrum numerum ascribi,communem deinceps cum cæteris & locum ad habitã-
dum, & victus rationem habiturus . Cæterum , quod penè nos fugerat dicere , id haudqua-
quam alienum sit, si nunc etiam adiungatur,nos videlicet, quando sunt quædam artes, quas
à paruulo exercere statim conueniat , simul ac iam ad eas perdiscendas de puerorum nume-
ro habiles aliqui visi fuerint,neutiquam prohibere,quo minus continenter interdiu illi apud
artis illius magistros sint.Nam noctu necessario illos ad æquales suos transmouemus , qui-
buscum necessario etiam vnà capere cibum debent.

INTERROGATIO XVI.

C *Nunquid pietatem in uita colere uolenti, necessaria continentia sit?*

RESPONSIO.

Nullo nõ loco sumit ἐγκράτειαν cõtinẽtiam, ꝓ abstinentia siue temperantia.

AC quòd necessaria quidem sit continentia, perspicuum est: Primum quidem,quòd ab
Apostolo ea inter fructus spiritus connumerata est , tum quòd ex hac etiam illud as-
sequi nos affirmat, vt ministerium nostrum reprehensione careat , quando dicit: In 2.Cor.11.f
laboribus,& vigiliis,in ieiuniis,in castitate.& item alibi,In labore & ærumna,in vigiliis mul- 1.Cor.9.d
tis,in fame & siti, in ieiuniis sæpe.similitèrque alio in loco : Omnis autem,qui in agone con-
tendit , ab omnibus se abstinet . Castigatio præterea corporis , & in seruitutem illa redactio, ὑπωπιασμὸς σώματος.
nulla re tantopere efficitur,quàm continentia. Siquidem feruor ille, qui vigere in iuuenibus
D solet,itemq; difficilis ille ad coërcendum , ad libidines impetus , continentia veluti quodam
fræno cohibetur:Non enim,vt ait Salomon inutiles sunt stulto deliciæ . Quid autem carne,
quæ molliter accuretur, & iuuentutis ꝑstu temere , huc illucq; agitetur , fingi stultius potest?
Iccirco Apostol⁹ dicit,Et carnis curã in desiderio ne feceritis.Et quę in delitiis est,viuẽs mor Rom.13.d
tua est.Adde quòd exemplum diuitiis illi⁹ luxu ac deliciis diffluentis , necessariam esse nobis 1.Tim.5.a
continentiam declarat,ne scilicet quod ille audiuit,nos quoq; audiamus: Recepisti,videlicet, Luc.16.f δικαιοῦται.
bona tua in vita tua.Quàm verò metuenda intẽperantia sit,etiam Apostolus docet,qui inter
ea,quæ illorum propria sunt,qui desciscunt à deo,illam enumeret,In nouissimis enim,inquit, 1.Tim.3.a
diebus,instabunt tẽpora periculosa.Erunt enim homines seipsos amantes.& pluribus enume
E ratis vitiorum generibus,postremo adiunxit,Criminatores,incontinentes.Atque Esau etiam
vitio,quasi maximum malorum omnium,data incõtinentia est,qui vno ferculo primogeni-
ta sua vendidisset.Incontinẽtia etiam illa fuit, propter quã à dei præceptis homo primùm di Gene.25.a
scessit.Cõtrà vero sancti viri omnes, quotquot vnquã fuere, continentiæ laude sunt cõmen- Ab exẽplo cõmendat abstinẽtiã.
dati.Ad hęc omnis sanctorum ac beatorũ vita,ipsiusq; adeò domini nostri Iesu Christi, quã- Exod.33.b
diu ille cum corpore apud nos fuit,exẽplum,ad hanc vtiliter nos adhortatur.Ac Moses qui-
dem per longinquã illam in ieiunio ac precatione assiduitatẽ,legem accepit, & verba dei au-
diuit,tanquã siquis loqueretur,inquit,amico suo. Helias verò tum demum dign⁹ habitus est
visione dei,cum ipse quoq; ad parem cõtinentiæ magnitudinem peruenisset . Quid autẽ Da-
F niel? quomodo res admirabiles illas vidit?an nõ post vicesimum ieiunij diem ? Quid tres a-
dolescentuli illi,qua ratione alia ignis impetum extinxere,nisi continentia? Ioannis præterea
totum vitæ institutum, hinc sumpsit exordium. Hæc illa etiam fuit , à qua seipsum ostende-
re dominus cœpit. Continentiam autem appellamus , non siquis se à cibo penitus abstineat: Cõtinẽtiæ noẽ quid intelligat, vide.
quando hoc violenta quædam vitæ dissolutio est: sed eam, quam tollendæ contumaciæ cor-
poris causa, pietatis ergò de industria sequimur rerum voluptatem titillantium abstinentiã.
Atque vt semel finiam , quarum rerum voluptates ab iis , qui ex libidine vitam degunt , ex-
peti solitæ sunt , ab his, nobis, qui ad veram pietatis culturam contendimus , est temperan-
dum. Proinde nequaquam in vna tantum escarum fugienda voluptate,cõtinentiæ culturam

Universidad de Deusto
Biblioteca

consistere existimandũ est,sed eam ad omnẽ etiam rem, quæcunq; proposito nobis fini aduersaria sit,& impedimento,pertinere.Ex quo intelligitur,qui hanc perfectè virtutẽ tenuerit, eũ nullo modo,cum ventrẽ in potestatẽ redegerit suam , humanã sibi passurum gloriã dominari: aut cum obscœnam voluptatem deuicerit,opũ cupiditatem: aut aliam quãuis degenerẽ animi affectionẽ,veluti iram,ægritudinẽmve,aut quæcunq; imperitis animis dominari consueuerunt,nõ superaturum.Ferme enim quod in omnibus præceptis animaduertimus , ea videlicet inter se connexa esse,neq; fieri posse , vt vllo modo vni separatim ab altero satisfiat, hoc præcipue in cõtinentia cernitur . Nam & demisse de se sentit verè humilis qui in gloria cõtinentiam adhibet,& Euãgelicæ inopiæ mensuram explet,qui in cõgerendis opibus continentiam seruat:& ab ira tranquillus est,qui animi elationẽ atq; iracundiam in officio continet.Ea deniq; absolutæ continentiæ ratio est vt linguæ, vt oculis limites præscribat, vt auribꝰ minime curiosam indulgeat auscultationem , & singulis his cancellos ipsorum officij quasi quosdam circumscribat atq; circundet, extra quos qui egressus sit,is incontinens ac petulans est.Animaduertis quemadmodum circum hoc vnum præceptum , reliqua omnia , veluti in choro coniunctim inter se connexa cohæreant?

ἀκρατὴς καὶ ἀκόλαστος

INTERROGATIO XVII.

Quòd in risu etiam continentiam adhibere conueniat.

RESPONSIO.

ATque illud etiã,quod à pleriſq; negligitur,nõ mediocriter caueri ab iis debet,qui colendæ pietati studeãt,ne in risum videlicet præter modũ effusi sint,quandoquidẽ non abesse à se intemperantiam significat is,qui profuso nimis, petulantiq; risu teneatur, sesèq; animi sui motus nequaquã sedatos,eiusq; molliciem, ac veluti laxitatem nequaquã ratione seuera habere compressam declarat.Verũenim modicè rictum diducere, eoq; modo animi sui diffusionem leniter significare,non est contra decorum , quatenus illud tantum indicetur,quod scriptum est:Cor gaudẽs exhilarat faciem.Illud autem,in immanes cachinnos prorumpere,& corpore,contra animi voluntatem,sussultare,nequaquam est eius,qui animo cõposito sit,aut planè probo,& cõpote suiipsius.Porrò hoc ita esse, vir sapiẽtissimus Salomon cõfirmat his verbis:Fatuus in risu exaltat vocem suã,vir autem sapiens vix tacitè ridebit.Huiusmodi genus risus etiam Ecclesiastes damnans,tanquam rem animi constantiæ & grauitati maxime cõtrariam,sic dicit:Risum reputaui errorem.Et item:Sicut sonitus spinarum ardẽtium sub olla,sic risus stulti.Atq; hoc ipsum etiam ita esse,dominus ostendit, qui susceptis cæteris,quę necessario corpus sequuntur,affectionibus,iisq; omnibus,quæcunq; virtutis testificationem habent,veluti lassitudinem,& misericordiã aduersus calamitosos,risu,quantũ euãgeliorũ historia cognosci potest,vsus nunquam sit.cõtraq; omnes quotquot ab eo tenerẽtur, miseros appellauerit. Neque verò vocabuli nos ambiguitas fallat: quandoquidẽ familiare est scripturæ sæpenumero lætitiam & festiuitatem illam , quæ ex rebus bonis in animo exoritur, risum appellare,vt ait Sarra:Risum fecit mihi deus,Et illud item:Beati qui nunc fletis,quoniam ridebitis.Et quod est in historia Iob: Os autem verax implebit risu. Siquidẽ omnibus his in locis vocabulum hoc pro hilaritate,quæ ex prorumpente animi gaudio nascitur, vsurpatũ est.Quãobrem qui omnibus animi sui affectionibus moderatur , neq; voluptatis titillatione vlla permouetur,cõtraq; fortiter constanterq; aduersus quancunq; prauam libidinem animatus est,hic perfectè cõtinens est.Porrò qui est eiusmodi , is sine dubio liber est ab omni peccato. Atq; etiam est cum interdum ab rebus iis cõuenit abstinere , quæ alioqui genere ipso concessæ ac necessariæ ad vitæ vsum sunt,quotiescũq; abstinentia illa fratrum nostrorum salutis causa à nobis suscipitur.quemadmodum est apud Apostolum : Si esca scandalizat fratrẽ meum,nõ comedam carnes in æternum.Qui etiam cum haberet potestatem viuendi ex euangelio,ea potestate vsus nõ est,ne quod offendiculum daret euangelio Christi.Est ergo continẽtia,peccatorum sublatio,vitiosarũ affectionum amãdatio, corporis ad naturales etiam vsque passiones,cupiditatesq; mortificatio,principiũ vitæ spiritualis,sempiternorũ bonorum conciliatio,voluptatis aculeum in seipsa abolens.Siquidem voluptas nihil est aliud,quàm esca illa maligni,per quam nos homines ad peccatum valde procliues sumus . Ab ea omnis anima non secus atq; ab hamo quodã ad exitium pertrahitur.Quòd siquis adhibita cõtinentia,ab ea se neq; effœminari passus sit,neq; inflecti,hic sine cõtrouersia quodvis penitus peccatũ effugerit.Si

Prouer.15.b
Eccle.21.c
Eccl.2.a
Eccle.7.a
Dominus suscepit affectiones quæ virtutis habent testimonium.
ὁμοιυμία
Risus in sacris.
Gene.21.a
Luc.6.b
ἐπαγωγὴ
1.Cor.8.d
1.Cor.9.g
Cõtinentiæ verissimæ finitio.
Voluptas inescatio & illecebra diaboli.

rit.Si verò cùm à pluribus euaserit,tamen sub vnius adhuc dominatu sit , nequaquã is haberi in continentibus debet: quẽadmodum neq; sanus,qui vno aliquo corporis vitio laborat, neq; cui tantum vnus dominatur,liber.Ac reliquæ quidem virtutes,cùm in occulto exerceantur, minus sæpe illustres apud homines existunt.Cõtinentia autem,in quo inest,eum vel primo ipso aspectu tantum notum facit.Vt enim opimus corporis habitus & coloris bonitas,pugilem à cæteris distinguit: sic Christianum à cæteris macilentia corporis palloq; defloreſcens , qui cõtinentiæ veluti adiunctus est comes,indicio est,eum Christi mãdatorum verè pugilem esse,qui in infirmitate corporis aduersarium suũ in lucta prosternat,& quàm potens sit , in pietatis certaminibus declaret,conuenienter verbis illis:Cum enim infirmor, tunc potens sum. Quantum enim vel in solo continentis alicuius aspectu lucri est, videre illum videlicet parcè,tenuiterq; res etiam ipsas necessarias attingentem , ægreq; naturæ ministerium perinde ac tributum molestiæ & angoris plenum pendentem,temporisq;,quod in hoc ipso consumitur, moram animo iniquo ferentem,celerrimeq; à mensa ad obeunda munera sua resilientem:Siquidem opinor ad animum illius,qui ventris libidinibus seruiat,peruellendum,& ad frugem reuocandum meliorem,nullam cuiusuis generis orationem posse excogitari,quæ tantundem valeat,quantum vel solum continentis alicuius aspectum . Atque hoc est , ni fallor, illud, ad gloriam dei manducare & bibere , vt in mensa etiam luceant bona opera nostra , vt glorificetur pater noster,qui in cœlis est.

Collatio aĩę ad corpus.
ἀνομοίωσις.
2.Cor.12.c
Ad gloriam dei manducare.
1.Cor.10.g
Matth.5.b

INTERROGATIO. XVIII.

Quòd nihil non conuenit degustare eorum,quæ in mensa nobis apponantur.

RESPONSIO.

ATque illud etiam necessario statuẽdum est, ad hoc, vt maceretur corpus & in officio cõtineatur,iis qui in pietatis curriculo decertant , cõtinentiam apprime necessariam esse.Omnis enim qui in agone cõtendit,in omnibus abstinens est.Verũ enimuero, ne similes efficiamur inimicorũ dei,qui cauteriatã habent cõscientiam suam,ac propterea abstinent à cibis,quos deus creauit ad sumendum cum gratiarũ actione fidelibus:singula(si quãdo tempus inciderit)attingẽda nobis sunt,quatenus iis,qui nos cernunt, ostendamus omnia esse munda mundis,& nihil reiiciendum,quod cum gratiarum actione percipiatur.Sanctificatur enim per verbum dei & orationẽ.Videndum est tamen , vt ea in re ab instituto continentiæ nostræ nõ discedamus, vt videlicet de iis, quæ viliora sunt , & ad necessitatem solam parata,eatenus sumamus,quoad necessitati factum sit satis, atq; in his ipsis saturitatis etiam malũ declinemus,& ab his quæ voluptaria sint,penitus nos abstineamus.Hoc enim modo & voluptariorum hominum libidinem excidemus , & eos qui cauteriatam habẽt conscientiam suã, quantum in nobis erit,curabimus,à nobisq; suspicionem illam,quæ in vtranq; partem posset existere,amouebimus.Vt quid enim libertas mea,inquit, ab alia conscientia iudicatur ? Sanè continentia illa est,quæ hominem mortuum esse simul cum Christo,ac membra sua,quę sunt super terram,mortificasse declarat.Hanc scimus esse temperãtiæ matrem,sanitatis conciliatricem: ab hac egregiè,quicquid, id est, quod Christianarum virtutum fœcunditati officiat, extirpari.Siquidem(vt dictum est à domino)solicitudines vitæ huius,voluptatesq;,ac reliquæ cæterarum rerum cupiditates eæ sunt,quæ verbum dei suffocant,& infœcũdum efficiunt . Ab hac dæmones profugiunt,cùm ipse nos dominus docuerit esse eorum genus quoddam,quod in re alia nulla exeat,nisi in oratione & ieiunio.

1.Cor.10.g
Cõtinẽtia quàm efficax.

INTERROGATIO XIX.

Qui modus seruari in continentia debeat.

RESPONSIO.

ATque in vitiis quidem animi vnus continentiæ modus est,summa earum rerum,quę ad pestiferam voluptatem ferunt, à nobis alienatio . In cibis autem quemadmodum alij aliis necessarij sunt,ꝓ ætate videlicet cuiusq; ac studiis, iiq; appositè ad corporis cuiusq; habitudinem distincti:item quoq; diuersa sunt,vsus illorum,modus, ratioq;. Quo fit vt nequaquam omnes vni & eidem regulæ subiici possint . Verumenim ea præscripta semel à nobis regula , quam ab iis , qui valetudine integra pietati operam dant , seruari conueniat,

1.Cor.9.g
1.Tim.4.a
Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab ea licere volumus iis,quibus tradita est prouincia cæteros gubernandi,habita nouorum cu G
iusque temporum ratione,immutare quantum velint. Quæ enim vnumquenque singillatim
attingunt,ea oratio complecti non potest,sed ea tantummodo,quæ in vniuersum à commu-
ni quadam doctrina dependent.Nam quemadmodum refici escis ægroti debeant, aut vehe-
mentibus alioqui laboribus defatigati,quomodóve agi cum illis par sit,qui se ad grauem ali-
quem laborem,veluti iter, aut aliud quodvis laboriosum munus accingant, antistites ipsi iu-
dicabunt,& ad necessitatem vniuscuiusque rem totam attemperabunt, illúdque, quod est in
Actis,imitabuntur, vbi dicitur, Quòd diuidebantur illa singulis, prout vnicuique opus erat.
Ex quo sanè intelligimus neutiquam omnibus, neque idem cibi sumendi tempus, neque mo H
dum eundem, regulámve eandem posse describi. Verumenim commune illud propositum
sit,videlicet,vt nequid cuiquam desit eorum,quæ necessitas cuiusq; desideret. Nam illud im-
modicè ventrem distendere, & immoderatis se epulis onerare, præterquam quod detestabi-
lis, atque execratione digna res est,cum dominus dixerit,Væ qui saturi estis nunc:corpus e-
tiam ipsum ineptum prorsus reddit ad labores,& procliue in somnos, & morbis magis expo
situm facit ac peruium.Neq; verò suauitate metiendus est finis aut spectandus cibi sumendi,
sed necessario tantum vsu ad vitæ conseruationem expeti debet, reiecta voluptatis libidine.
quando voluptatibus seruire,nihil est aliud, quàm ventrē deum suū efficere. Quoniam enim
corpus nostrū,quod assiduè singulis momētis exinanitur,ac defluit,ea re subinde opus habet,
vt repleat (quæ etiā causa est,cur cibi appetitiones naturales sint)sanè recta ratio vsus ciborū, I
id replendū admonet,quod exinanitū sit,quo videlicet constare animal possit,siue aridum,si-
ue humidum illud alimentum sit,quod natura desideret.Proinde quod minore negocio à na
turalis nos desiderij molestia liberet,illud adhibendū nobis est. Hoc autem ita fieri cōuenire,
facto illo dominus declarauit, cum delassatam illā ingentem multitudinem epulo illo acce-
pit,ne deficerent in via,sicut scriptū est. Etenim cum miraculi vim magnifico excogitando
epularū apparatu in solitudine ei liceret exaugere,adeò simpliciter,adeoq; frugaliter illos ac-
cepit,vt(quod quidem est apud Ioannem)ad panem,qui ipse etiam erat ordeaceus,frustū tan-
tummodo piscis adiectum sit.Nam de potione prorsus nulla mētio, quippe tanquā videlicet
aqua sponte sua ex humo scaturiens, omnibus esset in promptu, quæ naturale vniuscuiusque K
desiderium affatim posset explere.Extra quam tamē si sit aliquis,cui propter imbecillitatē va-
letudinis noceat huiusce modi potio: tunc enim ex cōsilio Pauli ad Timotheū ea reiici debe-
ret.neq; hæc modo,sed illa etiā omnia,in quibus euidens esset nocumentū. Neq; enim cohæ-
ret hoc,vt cum tuendi corporis causa escas assumamus, per easdem ipsas ei rursum bellū in-
feramus,impedimentoq; simus,quominus præcepta dei exequi possit.Atque hoc idem etiam
exemplo nobis est,vt animum nostrum ea assuefaciamus fugere,quæ ipsi nocent,esto alioqui
illa voluptatem habeant.Verūenim eæ omnino nobis præferendæ epulæ sunt,vt quæq; mino
re possunt negocio comparari,ne prætextu continentiæ,ex his eas quæ nobiliores sint,ac ma
ioris precij, exquiramus, nempe qui magno partis condimentis epulas nostras apparemus. L
Sed quod in quaque regione,& haberi facile potest & vile est, & quo passim populus vtitur,
eo est nobis vtendum, iisq; tantummodo importatis, quæ ad vitam summe sint necessaria,
veluti oleo,& aliis generis eiusdem,& siquid est præterea,quod ad necessarium ægrotantium
solatium pertineat.Atque hoc ipsum ita procuretur citra curiositatis notam. Absit,item tu-
multuosa omnis & importuna distractio.

Acto.2.f ἐπαγωγὴ ab exēplo Apostolorū

Lucæ.6.d

πρὸς ζῴου σύσασιν, ἐπιθεῖναι τὸ πληρώ-σεως.

Matth.15.d

λιτὴν καὶ ἀπέριττον τροφήν.

Ioan.6.b

ἀναπόλυθον

ὑπόδειγμα.

INTERROGATIO XX.

Quæ ratio tenenda sit in accipiendis hospitibus. M

RESPONSIO.

IAm cum inanis gloria,& humani fauoris captatio, & quælibet prorsus in quacunque re ostentatio interdicta Christianis hominibus sint(quando qui ipsa etiam mandata iccirco exequitur,vt spectetur ab hominibus, eáque re apud illos in gloria sit,debitam alioqui stu dio illi mercedem amittit) tum verò iis, qui seruandi causa præcepti dominici ad omne sese humilitatis genus abiecerunt, mirabiliter quælibet fugienda inanis gloriæ significatio est.Sed quoniam videmus eos, qui in ciuili vitæ genere versantur, humilitatem paupertatis fugere,veluti rem ignominiosam,ob eámque causam quotiescunque, aliquis ipsis suscipien-dus hospes sit, epularum & copiam & magnificentiam studiosius cōsectari: equidē metuo ne ad nos

A ad nos quoque furtim se istiusmodi pestis insinuet,néue planè ij esse conuincamur,quos tan-
topere commendatæ à Christo paupertatis pudeat.Vt igitur,si vasa argentea,velaue purpura
prætexta,aut mollia stragula, & pellucida amicula foris arcessita compararemus, ex decoro
nostro non esset:sic indecorum prorsus fuerit,si noua, & à cōmuni victus nostri ratione lon-
gè abhorrentia escarum genera excogitare velimus.Illud enim circuncursare nos, vt ea per-
uestigemus,quæ non ad necessarium vitæ vsum requiruntur, sed ad explēdam miseram libi-
dinem,ambitionemq; anxiè solita sunt inueniri:præter quàm quòd fœdum ac turpe est, & ab
instituto nostro alienum,exemplo etiam apprimè nocet:quando videlicet, qui luxu diffluunt
B ac deliciis,& vitam beatam ventris voluptatibus finiunt,nos quoque in earundem rerū, qui-
bus inhiant ipsi,curis solicitudinibusq; versari animaduertant. Si enim res damnanda ac fu-
gienda indulgentior ille est deliciarum luxus, nullo eas pacto amplecti ac deligere debemus.
Siquidem de iis, quæ iudicata sunt praua, nullo vnquàm tēpore videri nobis debet expediens
& commodum.Qui luxuriosè viuunt,& optimis vnguentis delibuti incedūt, & vinum per-
colatum bibunt,incusantur à scriptura.Et vidua in deliciis viuens, mortua dicitur.Et diues il
le propter delicias,quas in hac vita fuerat sectatus,deliciis paradisi priuat⁹ est. Quid ergo no
bis cum apparatibus sumptuosis? Accessit ad nos hospes aliquis? si frater est, & idem nobiscū
vitæ institutum habet,is domesticam suam mēsam agnoscet:quippe cum, quæ domi relique-
C rit,ea inuenturus sit apud nos.at defatigatus ex itinere? eatenus cum eo prolixius liberaliúsve
agatur,quatenus ad recreandam eius lassitudinem sit satis. Accessit alius à communi vulga-
riq; viuendi consuetudine?hic discat ex factis, quæ ratio illi persuadere nō potuit,formulam
& adumbrationem hinc mutuetur vitæ frugalioris. Insideant in eius animo monumēta, quæ
ipsi memoriam excitent mensæ Christianorum,neque pudendę propter Christum paupertā-
tis.Quòd si his minimè ille permouebitur,ac potius ridiculo habebit, prorsus iterū nobis mo
lestus non erit.Verùm enimuerò nos,quandocunque diuites aliquos animaduertimus, ex iis,
qui summum bonum in voluptatibus ponunt, vehementer admodum illorum vicem dole-
mus,deploramusq;,quòd totum vitæ tempus in futilibus, ac nullius precij rebus consumant,
nempe qui voluptates suas deum sibi suum constituerint, nec ipsi sentiunt vt partem bonorū
D suam in hac vita recipiant & per hasce delicias, ad sibi paratum ignem & illius æstuantissi-
mum ardorem hinc emigrent. Ac siquando nacti occasionem fuerimus, hæc longiore ora-
tione apud illos persequi non dubitemus. Quòd si futurum est vt nos quoque in iisdē, in qui-
bus ipsi,criminibus simus,& ea quæ voluptaria sunt, inquiramus & ad ostentationem ea ap-
paremus equidem metuo,ne quæ destruximus,ea ædificare videamur, illis etiā iisdem rebus,
per quas cæteros iudicamus,nempe quorum vita assimulatio sit, qui videlicet modò in hanc,
modò in illam formam pro varia temporum ratione transeamus, nisi fortè vestitus etiā de-
mutandus nobis sit,quotiescunque casus tulerit, vt in superbos, ac fastidio elatos aliquos in-
ciderimus. Quòd si hoc facere minus instituto nostro conueniat,illud certè multò ab hone-
sto alienus, si ob istos delicatulos à mensæ nostræ solito ritu recesserimus. Constans atque μονότροπος
E vniusmodi est vita germane Christiani,eaq; vnum modo sibi propositum habet,gloriam dei.
Siue enim manducatis,siue bibitis,omnia ad gloriam dei facite.Verba Pauli sunt hæc, ex cu-
ius ore Christus loquebatur.Contraq; eorum,qui à vera pietate sunt alieni,inconstans ac va- 1.Cor.10.d
ria:nempe quæ sese modo in hanc,modo in illam formam per simulationem transmutet, & πολύτρο-
ad illorum,quibúscum est,libidinem accommodet. Quamobrem tu quoque cum & largiore πος
epularum copia, & exquisita nimis in illis ad voluptatem apparandis solertia in fratre acci-
piendo,mensæ tuæ solitum ritum immutas, sine controuersia ipsum veluti hominem volu-
ptatibus deditum accusas,& apparatu illo ei contumeliam infligis,nimirum qui ventris illi li
bidinem obiicias.An non sæpenumero & genere ipso, & modo apparatus animaduerso, cō-
iecturam consueuimus facere quis,aut cuiusmodi ille sit,qui expectetur? Nequaquam domi-
F nus Marthæ illud laudi tribuit,quod in apparatione rerum multarum occuparetur:sed, Soli-
cita es,inquit,& turbaris circa plurima.Porrò paucis est opus, vel vno potius, ac paucis qui- Luc.10.g
dem,quod pertinet ad apparatum:vno verò,nempe fine ipso,vt videlicet necessitati fiat satis. ἑνὸς δὲ ἐστῦ
Ipse autem dominus,prorsus non nescis, cuiusmodi mensam quinque illis milibus appōsue- σκοπεῦ
rit,neque non similiter votum Iacob ad deum scis:Si dederis mihi panem, inquit,ad vescen- Gene.28.d
dum,& vestimentum ad induendum:non autem dixit, Si dederis mihi affluentiam opū, aut Prouer.30.b
magnificentiam.Quid vero sapientissimus vir Salomon?Diuitias & paupertatem ne dederis σύνταξεμ
mihi,inquit,sed tribue tātum victui meo necessaria,ne fortè repletus, mendax efficiar, & di-
cam,Quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam,Quis me videt:aut egestate compulsus,furer,& periurem nomen dei mei. Sic ille diuitias saturitatem,egestatem verò summam rerum ad vitam necessariarum inopiam definiuit: nimirum ex eo,quod dicit necessaria,medium quid inter egestatem & abundãtiam rerum ad vsum necessariarum declarans.Porrò aliis rebus est opus, pro dissimilitudine videlicet naturæ corporis cuiusque,& propositæ rei gerẽdæ necessitate. Siquidem huic largiore & validiore opus est cibo,propter defatigationem laboris,illi contra tenuiore, leuioreq; ,& ad corporis ipsius imbecillitatem accommodato.In communi autem hoc statuendum est, vt cibaria, quæ promiscuè omnibus apponantur, eiusmodi sint, quæ cum vili precio, tum paruo etiam negocio comparentur.Adhibenda tamen in mensa necessario vbique mundicia est atque elegantia,ita tamen,vt nusquam extra fines nostros egrediamur:atque hoc vnum in acceptione hospitum nostra spectemus modo,vt eorum cuiusque,quos acceperimus, necessitati satisfiat. Qui enim vtuntur hoc mundo,inquit,sint tanquam non abutentes. Porro abusus nihil est aliud,quàm sumptus ille,qui vltra necessarium vsum fit.Non sunt nobis pecuniæ:nec sint. Nõ sunt referta penora,quid tum? Viuim⁹ enim in diem,& in labore positus nobis est victus. Cur igitur escam à deo esurientibus datam, peruersè in istorum delicias ac voluptates insumimus? & peccamus vtrinque,qui & illis egestatis angustias intendimus,& his saturitatis incommoda exaugemus.

ζυτελισίρας καὶ ζυπερισοτίρας τροφῆς.

1.Cor.7.c

Psal.145.b

G H

INTERROGATIO. XXI.

I

Quæ ratio in sessionibus, & accubationibus teneri debeat,quandocunque ad prandium, cœnámue uentum sit.

RESPONSIO.

QVoniam præceptum est domini(qui vbique nos ad humilitatẽ assuefacit) vt in prãdiis etiam accumbentes nouissimum locum præoccupemus:haud dubiè ne hoc quidem præceptum ab eo negligi debet, qui in eo studeat, vt omnia agat ex mandato. Quamobrem si vulgaris ac communis vitæ sint qui nobiscum accũbant, danda nobis sedulo opera est,vt hac etiam in parte exemplo nostro illi discant se intra modestiæ fines continere,neque prima subsellia appetere.Sin qui in vnum simul conueniunt,eorũ omnium vnum est,atque idem vitæ propositũ,vt videlicet quouis tempore suæ humilitatis edant specimen:hîc enimvero ex præcepto domini æquè ad omnes pertinet, nouissimum locũ occupare.Veruntamen pugnax nimis ea de re damnanda contentio est:nempe vt quę modestię inimica ordinem tollat,& perturbationem ac tumultum inducat. Quin etiam si in eo peruicaces simus,neq; sit qui alteri cedat,peruicaciterq; inter nos velimus contendere,simile quiddam eueniet plane,ac si,de principe loco pugnaremus.Proinde hic quoque considerandũ est, vt cognito diligẽter,quid nos facere addecẽs sit,vbi id facere studuerimus, loci posteà in accubatione assignationem arbitrio permittamus illius,apud quem simus: Sicuti dominus etiã videtur admonuisse,quando dixit pertinere ad patremfamiliãs huiusmodi locorum distributionem.Hoc enim modo & inter nos vicissim supportabimus in charitate, honestè omnia,& secundum ordinem facientes:& illud demonstrabimus, omissa vehementi, atque obstinata illa contentione, neutiquam nos ostentationis, aut captandæ causa gloriæ popularis, humilitatem consectari. Quin cedendo potius, parendoq; ad veram humilitatem peruenie-mus:quando maius superbiæ signum est,nimis præfractè cõtendere, quàm principem locum in subselliis tenere,quandocunque id facere iussi obtemperemus.

K

Ephes.4.a

1.Cor.14.g

L

INTERROGATIO. XXII.

Qui uestitus conueniens sit homini Christiano.

M

RESPONSIO.

PRorsus & humilitatem, & in victu cultuq; tenuitatem,& omnibus in rebus frugalitatẽ ac parsimoniam necessarias esse superius demonstratum est, si multitudinem velimus occupationum præcidere, quibus dum necessitatibus corporis famulatur, variis modis distrahi animus consueuit.Nimirum ad eosdem quoque fines dirigendum nobis est,quicquid ad vestitum etiam pertinet.Si enim in eo studendum est nobis,vt omnium infimi simus,sine dubio,& quod in hoc genere indumentorũ infimũ est, id summopere nobis est amplectendũ. Vt enim qui studiosi gloriæ sunt,ex amictu etiã vestimentorũ,gloriã sibi soliti sunt aucupari, nempe

ἀνομοίωσις

A nẽpe qui ex illorum magnificentia splendoreq; spectabiles se,& in admiratione esse cupiãt: sic videlicet qui ob vitæ humilitatẽ in infimũ seipsum abiecerit, in his quoq;, quod omniũ infimũ est,cõsectari debet.Quemadmodũ enim in publica cœna Corinthiis vitio datur,quod magnifico suo epularum apparatu, egentibus inopiam viderentur exprobrare ac pudore aspergere, eodem modo in forensi quoque & conspicuo omnibus vestimentorum vsu, is qui à populari consuetudine elegantior recedit ornatus,ex quadam veluti comparatione,eos dedecorat,qui tenuiores sunt.Cum autem Apostolus dicat:Non alta sapientes,sed humilibus consentientes: exquirat seipsum quisque,vtrine magis assimilem esse Christiano homini cõueniat, iisne, qui B habitant in aulis regum,& mollibus vestiuntur,an nuncio & præconi aduentus domini, quo in natis mulierum nullus surrexit maior,de Ioanne loquor filio Zachariæ, cuius vestimentũ ex setis camelorum erat.Quin & veteres sancti illi viri circumibant in melotis & pellibus caprinis.Porrò ad quem finem vsus is dirigi debeat,docuit nos Apostolus vnico verbo, cum dixit:Habentes victum,integumentaq;,his contenti simus: Quippe tanquam solo nobis integumento sit opus,neque iam amplius propter varietatem,eamq;,quæ ex illa consequitur,exquisitam elegantiam,in damnatum luxuriæ vitium(ne quid dicam grauius) incidamus.Siquidẽ hæc postea ab inutilibus minimeq; necessariis artibus in hominum vitam sunt importata. Atque etiam perspicuum est,quis nam primus integumentorum vsus fuerit, qui à domino ipso C eo indigentibus est datus.Fecit enim illis,inquit,deus tunicas pelliceas: quandoquidem ad ea in corpore contegenda,quæ aspectu ipso minus fuerant honestatis habitura, satis erat etiam huiusce modi tunicarum vsus.Sed quoniam in vestimentis non hoc quæritur tantummodo, sed illud etiam præterea, vt videlicet per ea frigoris incommoda depellantur, necessario ad vtranque rem accommodatus esse vestimentorum vsus debet, vt per ea scilicet & corporis deformes partes obtegantur,& quæ ab cœli inclementia afferuntur, incommoda propulsentur.Iam quando in his quoque quædam sunt,quæ ad plures,quædam quæ ad pauciores vsus aptantur:consentaneum videtur ea à nobis pluris fieri oportere,quę ad plures possint vsus ac- D commodari,quo videlicet nihil quicquam cõtra susceptum à nobis summæ in victu paupertatis institutum fiat.Neque alia ad forensem ostentationem, alia ad domesticum vsum parta habeamus, atque ex his ipsis item ad diurnum quædam, quædam ad nocturnum tempus distributa,sed eiusmodi quoddam nobis vestimenti excogitãdum est genus, quo ad omnia vti commodè possimus:vt videlicet eo amicti,& diurnæ pariter honestati, & nocturnæ etiã necessitati faciamus satis.Ex quo quidem illud cõtinget, & communem omnium nostrum inter nos in vestitu ornatum esse,& veluti insignem quandam ac peculiarem ex ipso amictu etiam homini Christiano impressam notam.Quæ enim ad vnum & eundem finem spectant, illa vt plurimum inter se conueniunt. Vtilis etiam præterea in hoc peculiaris hæc amictus ratio est,quòd ea,qualis sit vnusquisque,antè indicat,& vitæ, quæ ex deo est, professionem antè E veluti testificatur:quæ res facit,vt ab iis,qui nos viderint, actiones etiã isti professioni cõsentaneq; requirant. Neq; enim siquid indecorũ inhonestúmve geritur,id similiter & in obscuris hoĩbus & in iis qui illustres magna quædã profitentur,animaduerti perinde solet aut propalã eluceſcit.Nã de vulgo aliquẽ,aut alioqui obscurũ,si in publico is aut pulset aliquẽ,aut aliunde ipse pulsetur,& obscœnas voces emittat,aut frequens in ganeo versetur, & alia generis eiusdem flagitioſẽ agat,haud facilè quisquam attenderit,quippe cum id existimet quisque,eius facta illa vniuerso vitæ ipsius instituto respondere.At,qui vitæ genus ab omni parte absolutam profiteatur,hunc,si vel latum vnguem ab officio suo recedere visus sit, omnes confestim obseruant,ipsiq; probri loco illud obiiciunt,& id quod in euangelio scriptum est, faciunt: Conuersi dirumpent vos.Quò fit,vt imbecillioribus, veluti pædagogi disciplina sit quædam, qua F inuiti etiam à rebus flagitiosis prohibentur,hæc quæ in vestitu foris appãret professio. Vt igitur peculiaris quidam in vestitu est ornatus militis,alius Senatoris,itemq; aliorum alius,vnde vt plurimum de dignitate illorum cuiusque capitur coniectura:Sic decorum quoque esse, ac consentaneum videtur,hominem Christianum in vestitu etiam præcipuum aliquid à cæteris seruare oportere,per quod traditum ab Apostolo modestum ornatum illum conseruet. Qui quidem modò cẽsens statuit episcopum ornatum esse debere,modò mulieribus, vt in habitu ornato incedant,præcipit, ita tamen scilicet, vt ornatus ille cum vita Christiani hominis congruere intelligatur.Eadem mihi quoque in calceamentis ratio est, vt videlicet, quod quàm minimum præferat curiositatis,minimoq; sumptu parari possit,& ad necessarium modo vitæ vsum sit satis.Hic canon perpetuo tenore seruetur.

περὶ τῆς ἀγάπης

accõmodãtes vel cõsortantes συναπαγόμενοι.

Roma.12.e
Matt.11.a
Idem.16.b
Heb.11.g
1.Timo.6.b

εἰς ἀπηγορευμένην περιεργίαν

Gene.3.d

χιτῶνας δερματίνους

Idẽ & cõcolor habitus cur Ascetis.

γνώμη

Matt.7.b
A simili argumentum

1.Timo.3.a
Ibidem.2.a

INTER-

Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERROGATIO XXIII.

De Zona.

RESPONSIO.

mat.3. 4.Reg.1.b

IAm zonæ vsum necessarium esse, & qui ætate nobis sŭperiores fuerunt, sancti viri declarant. Ioannes quidem, qui zona pellicea solitus esset præcingere lūbos suos, & ante ipsum etiam Helias, quando de eius veluti peculiari quodam insigni scriptum est illud. Vir pilosus, & zona pellicea circa renes eius. Quin Petrus etiam zona ostenditur vsus fuisse, quemadmodum ex verbis angeli ad ipsum appâret, sic dicentis, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Similiterq; beatum Paulum, ex Agabi in ipsum vaticinio, zona constat vsum fuisse. Virum enim, inquit, cuius zona hæc, sic alligabŭt in Hierusalem. Et præter hos etiam videmus à domino præcipi Iob, se vt præcingat. Perinde enim quasi hoc animi strenui & ad rem gerēdam expediti signum sit, sic eum alloquitur: Accinge, inquit, sicut vir, lumbos tuos. Saneq; discipulis etiam domini familiarem fuisse zonæ vsum, ex eo etiam intelligitur, quòd interdictum ip sis fuerit, ne æs haberēt in zonis: alioqui cum necesse sit, vt qui per se ipse aliquod est opus tractaturus, succinctus sit, & ad omnes corporis motiones expeditus, ei necessaria sit zona, qua tunica restringatur, & corpori pressius adhæresc at. Quin etiam ea in sinus collecta, complicataq; naturalem calorem impendio magis fouebit, tolletq; quicquid naturales corporis motus posset impedire: quando etiam dominus, quo tempore parabat se, vt discipulis ministraret, sumpto linteo præcinxit se. De multitudine autem vestimentorum, nihil sanè nunc attinet dicere, cùm hac de re ea in parte, quæ est de rerum omnium possessione abiicienda, superius disputatum à nobis sit. Etenim si qui duas tunicas habet, is ei qui nullam habeat, alteram iubetur impartiri, haud dubie huic plurium retētio, ipsius causa, interdicta est. Quod si ita est, quibus habere tunicas duas vetitum est, his quid attinet de illarum vsu legem sancire?

ὑπόδησαι σανδάλιόν σου. Ibidē.21.c Iob.38.a

Ioan.13.a περὶ τῆς διακονίας.

INTERROGATIO XXIIII.

His abs te satis abunde nobis explicatis, iam consequens fuerit, ut rationem discamus, quam in uita communi tenere inter nos debeamus.

RESPONSIO.

1.Cor.14.g

CVm Apostolus dicat, Omnia honestè, & secundum ordinem fiant: equidem illam ego existimo honestā, & ex ordine esse viuēdi in cōmuni fideliū societate rationem, in qua mēbrorū inter se corporis similitudo conseruatur: vt videlicet alius sit, qui oculi locū obtineat, cui scilicet regēdæ totius societatis delata procuratio sit, quiq; & quæ iam facta sint, aut probet, aut improbet, & quæ facienda, antè prouideat, diligenterq; consideret. Alius item, qui aurium, ac manus, in iis audiendis, tractandisq;, quæ audiri, ac tractari conueniat: qua in re singuli ex ordine, singulorum inter se membrorum similitudinem attingant. Nosse igitur oportet, quia quemadmodum in corpore, munus suum sine periculo deserere vnumquodque membrum non potest, aut non alio vti ad eam rem, cuius causa ab ipso conditore deo fabricatum est (quandoquidem si aut manus, aut pes oculum habere ducem recusent, necessario & illa res sibi pernicios as cum vniuersi corporis interitu attrectabit, & hic aut impinget, aut in præceps etiam deferetur. Siue contra oculus ita se operuerit, vt nihil aspiciat, necessario ipse quoque vnà cum reliquis mēbris, quibus ea vsu veniant, quæ diximus, interibit) sic nihilo minus intelligendum est, non esse extra periculum, qui cæteris præsit, si negligenter se gerat, cū futurum sit, vt omnium ipse in iudicio causam sustineat. Similiterq; qui est sub alterius ditione, eum scire cōuenit, se, si contumax fuerit, neutiquam id impune laturum: In maiore autem periculo versari, si alios etiam præterea scandalizet. Quamobrem debet vnusquisque eo in loco, in quo est, studium suum, abiecta prorsus omni cunctatione, alacriter præ se ferre. Siquidē hoc modo obtemperans præcepto Apostoli, qui dicit, Studio non pigri, animi parati, promptiq;, laudem nanciscetur. Contraq;, si lentescens ignauia neglexerit officij sui munia, hoc est miseri appellationem incurret, audietq; illud, væ. Maledictus enim, inquit, qui facit opus domini negligenter.

Perstat elegāter in metaphora

Hier.48.b

INTERROGATIO XXV.

Quam terribile antistiti iudicium imminet, si fratres delinquentes non arguat.

RESPON-

RESPONSIO.

QVamobrem cui communis totius regēdæ societatis data prouincia est, is ita esse animo affectus debet, quasi qui intelligat reddendam sibi de vnoquoque rationē: illudq; sibi persuadere, si de fratribus aliquis in aliquod peccatum inciderit, quem prius ipse de iudicio dei non præmonuerit, vel si iam lapsus, in eo perstiterit, ac non rationem ipsam, qua sanari possit, docuerit, fore vt sanguis eius requiratur de manibus ipsius, sicut scriptum est, præsertim si non ex inscitia aliquid tacens præterierit eorum, quæ deo non placent, sed ex assentatione, quòd se demittens ad cuiusque vitia accommodet, exactā sibi creditæ Reipublicæ disciplinam dissoluerit. Qui enim beatos vos dicunt, inquit, ipsi vos decipiūt, & viam pedum vestrorum disturbant. Qui autem turbat vos, ipse iudicium portabit, quicunque ille est. Quod ne vsu nobis eueniat, in iis, quæ agenda nobis cum fratribus sunt, exemplum Apostoli imitari debemus. Neque enim aliquando, inquit, fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ (deus testis est) nec quærētes ab hominibus gloriam, neq; à vobis, neque ab aliis. Quamobrē qui à vitiis planè istiusmodi est alienus, hic sit fortasse, qui iter rectum cum sibi, tum cæteris, qui ipsum sequantur, & fructuosum, & salutare possit commonstrare. Etenim qui neque studiosē humanos honores consectatur, neque pro deuitanda apud delinquentes offensione laborat, ea re, vt iucundus apud illos gratiosusq; sit: prorsus hic syncere, vereq;, charitate ac præsentia animi adhibitis, dei verbum tractabit, neque ob rem vllam animum inducet, vt veritatem adulteret: eaq; merito in eum conuenient, quæ dicta sunt deinceps, Sed facti sumus indulgentes in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras. Qui verò in auditores non hoc pacto afficitur, is dux cæcus est, & seipsum agit in præceps, & sequentes se etiam inducit. Quantum autem malum sit illud pro recto itinere, erroris cuipiam fratrum ducem esse, hoc ex iis, quæ dicta sunt signa, intelligi potest. Ex hoc porrò significatio fit etiam, neutiquam esse illum charitatis præceptum consecutū, quandoquidem nullus est pater, qui in eo conniueat, si filium in foueam lapsurū prouideat, aut delapsum iam, in ea iacere patiatur. Quantò autem illud sit grauius, animam, quę in profundum malorum deciderit, pati in interitu illo diutius iacēre, quid hoc vero attinet dicere? Necessario igitur ei pro totius fratrum societatis animabus vigilandum est, & quæ ad salutem cuiusque conducant, omnia solicitè accurāda, vt qui de ipsis rationem sit redditurus: & eatenus solicitè accuranda, vt se pro testando suscepto illorum salutis causa studio, morti exponere nō dubitet: Neque id ex eo, quòd omnibus à domino promiscuè dictum est de charitate, vt videlicet animam suam ponat quis pro amicis suis: sed ex eo etiam, quod singulariter dictum est ab eo, cuius verba sunt hæc: Desiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis nō solum euāgelium dei, sed etiam animas nostras.

Exech.3.ē

Esa.3.b Gal.5.b

παρέλκοσιν

1.Thes.2.a

εὐσχημόνως καὶ ἀλλήλοις

1.Thes.2.b ἤπιοι

Ioan.15.b

INTERROGATIO XXVI.

Quàm omnia etiam cordis arcana à fratribus cum antistite communicari debent.

RESPONSIO.

DEbet autem vicissim vnusquisque eorum, qui inferiores sunt, siquidem memorabilē vllam facere progressionem studet, & ad perfectionem vitæ illius, quæ præceptis domini nostri Iesu Christi est cōsentanea, peruenire, cum nullum animi sui motū apud seipsum celatum retinere, tum in sermone nihil non diligenti antè cura consideratum proferre, sed mentis suæ arcana aperire fratribus iis, quibus datum illud negocium sit, vt adhibitis facilitate ac misericordia, ægrotantes curent. Hoc enim modo fiet, vt & quod laude dignū sit, in nobis confirmetur, & quod minus probandum congruo remedio sanetur: atque ex huiusmodi mutua exercendi inter nos consuetudine, per modicas accessiones ad perfectionem perueniamus.

ἐν ἕξει

ἀβασανίστως προϊσθῇ

INTERROGATIO XXVII.

Quòd ipse quoque admoneri antistes debet, per eos qui inter fratres eminent, si quando incidat ut aliqua in re etiam ipse labatur.

RESPONSIO.

Verùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

VErùm enimuerò quemadmodum necessario iis, quibus præest, omnibus in rebus recti G
itineris dux esse antistes debet, item quoque vicissim reliquorum officium est, siqua
vnquam minus laudabilis de antistite orta suspicio sit, ipsum admonere. Verumenim
ne qua constanti disciplinæ ordini iniuria fiat, huiusmodi admonitio ad eos est deleganda,
qui cùm ætate, tum prudentia in societate, reliquis præstent. Ita enim fiet, vt siue quid fuerit,
quod emendationem desideret, & fratrem ipsum nostrum iuuemus, simulq; vna atque eadem
opera nos ipsos etiam, qui videlicet ipsum, qui vitæ nostræ veluti norma sit quædam, suaq; ip-
se rectitudine prauitatem nostram arguere debeat, distortum, ad rectum reuocemus. Quòd si
temere quidam secus de ipso suspicati non nihil turbelæ adierint ij cognita veritate eorum, H
propter quæ in falsam suspicionẽ illam venerant, certi de eo, amplius iam dubitare desistant.

INTERROGATIO XXVIII.

Quo esse omnes animo affecti debent aduersus contumacem, siue inobedientem?

RESPONSIO.

CAeterum qui ita animo affectus sit, vt ad exequenda domini mandata cunctabundus
accedat & lentescens eius primo simul misericordiã capere reliqui omnes debent, ve-
luti membri grauiter affecti, ipseq; priuatis admonitionibus antistes operam dare, vt I
morbum ab eo illum depellat: permanentem autem in obstinatione, neque ipsum seipsum e-
mendantem, acrius coram cunctis fratribus redarguere, eiq; medicinam summa cum lenita-
te, & verborum exhortatione adhibere. Porrò is, si postquam admonitus sæpius fuerit, nihilo
minus tamen inuerecundè in vitio perseuerare, neque subeundis alacriter laboribus, segnitiẽ
suam emendare contendere, animaduersus sit, hũc perinde, vt ipsum suimetipsius corrupto-
rem (vt est in prouerbio) non sine multis quidem lachrymis, lamentationibusq;, vt membrũ
tamen penitus vitiatum, inutileq;, medicorum more à reliquo corpore præcidere conuenit.
Etenim illi quodcunque tandem in aliquo membrum insanabili morbo correptũ inuenerint,
ne vitium latius proserpat, nêve ex contage se diffundente contiguas partes corrumpat, illud K
secando, vrendóve tollere funditus soliti sunt. Hanc autem eorum consuetudinem necessariò
nos quoque in iis debemus imitari, qui præceptis domini aduersantur, impedimentoq; sunt,
ita enim iussit ipse cum dixit: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te,
quando clemẽtia illa, qua quis aduersum istiusmodi homines vtitur, stultæ illi Heli indulgẽ-
tiæ facilitati assimilis est, qua præter dei voluntatẽ erga filios suos ille vsus fuisse animaduer-
titur. Proinde veritatis proditio, & communis noxa & ad nullum prorsus bonorũ malorũq;
habendum delectum assuefactio, est hæc in speciem aduersus istos de industria peccantes ho
mines lenitas atque clementia, cum nec iam illud fiat, quod scriptum est, Cur non magis lu-
ctum habuistis, vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit? & necessario tamen illud L
contingat, quod ascriptum est, Quòd scilicet modicum fermentum totam massam corrum-
pit. Peccantes autem, inquit Apostolus, coram omnibus argue: causamq; cur ita iubeat, confe-
stim adiungit, vt & cæteri timorem habeãt. In summa autem, qui adhibitam sibi à fratre me-
dicinam recusat, hic sine controuersia etiam à semetipso dissentit. Etenim si parêre alteri non
vult, ac voluntatem ipse vindicat suam, quid est tandem cur cũ ipso amplius moretur? Quã-
obrem vitæ suæ moderatorem illum appellat? Verumenim, vbi quis semel se in reliquum fra-
trum corpus coaptandum tradiderit, is si membrum postea ad ministrandum aptum iudica-
tum fuerit, esto quod ipsi impositũ sit, vires ipsius videatur superare, de iudicij periculo pror-
sus illum esse solicitum sinito, qui ea imperet, quibus vires suæ pares esse non possint: ipse au-
tem parendo, obediẽdoq;, alacritatem pro virili declaret studij sui vsque ad mortem memo- M
ria assiduè dominum tenens, qui factus fuit obediens vsque ad mortem, mortem autem cru-
cis. Illud autem antistitis imperium detrectare, & verbis aduersum iussa ipsius litigare, magno
indicio est, eum qui id faciat, multis vitiis laborare, fidei debilitate, spei ambiguitate, arrogan-
tia morum, atque superbia. Neque enim alterius dicto audiens vnquam esse quisquam recu-
sat, nisi prius ipsum sibi cõsilij autorem apud seipsum despexerit: neque qui sibi certa fide per-
suasit, vera esse promissa dei, deq; ipsorũ spe nihil dubitat, etiam si laboriosa sint, quæ sibi im-
perentur, grauatè ad illa vnquam accedet, vt qui certo nouerit, non esse condignas passiones
huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: Neque nõ, cui illud persuasum
est, verum esse, Quòd qui se humiliat, exaltabitur, studio suo imperantis sibi aliquid, expecta-
tionem

ἐμβριθέστερον ἐπέγχειν
A simili ducta metaphora

Matt.5.d

πρὸς ἀδιαφορίαν κακῶν
1.Cor.5.a

1.Timo.5.e

Philip.2.b

Memorabilis γνώμη.

Roma.8.d

Lucæ.14.c

A tionem superabit: quippe qui nihil addubitet, hoc quod in præsenti est momentaneum, & leue 2.Cor.4.d
tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari.

INTERROGATIO XXIX.

De iis qui cum elatione, murmuratione ue opus faciunt.

RESPONSIO.

B CAeterum siquis murmurasse, aut plus æquo extulisse se animaduersus fuerit, huius o-
pus nequaquam cum illorum commiscerì operibus debet, qui humiles sint, spiritúque
contriti, neque id vllo modo in pietatis veræ cultorum vsus erogari. Siquidem quod Luc.16.d
altum est hominibus, id abominabile est apud deum: eoq; magis, quòd hac de re est præceptũ 1.Cor.10.c
Apostoli, qui quidem sic dicit: Neque murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & pe-
rierunt ab exterminatore. Itemq; alio in loco: Non ex tristitia, aut ex necessitate. Ingratum est
igitur istiusmodi hominum opus, veluti sacrificium immundum, eoq; neutiquam fas sit mi- ὠφθυσία ἐπίμωμος
stum aliorum inseri piis operibus. Si enim qui alienum ignem altari admouerunt, ea re graue Leuit.10.a
adeo in se dei iram experti sunt: quî nõ obsecro periculosum sit, opus quod ab animi affectio- A simili cõfirmatio
ne deo inuisa proficiscatur, ad exequenda mandata ipsius admittere? Quę enim, inquit, partì-
cipatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ pars fideli cum infideli? Iccirco scriptum est in lege, Esaiæ.66.b
C Qui immolat mihi vitulum, quasi qui interficiat canẽ: Et qui offert Semidalim, quasi qui san- σεμίδαλιν similaginẽ
guinem suillum offerat. Ex quo intelligitur, necessariò pigri & contumacis hominis opera à
fratrum conuentu amandari oportere. Summeq; hac in parte aduigilare antistites conuenit,
vt neque ipsi decretum violent illius qui dixit, Ambulans in via immaculata, hic mihi mini- Psal.100.b
strabat. Non habitabat in medio domus meæ, qui facit superbiam. Neque id agant, vt eum, qui
mandato peccatum admiscet, & opus quod facit, siue laboris segnitie, siue elatione propter
maiorem industriam, contaminat, in ea quasi prauitate confirment, qui ex eo, quod illud ad-
mittunt, persentire illum non sinant, quantis in malis versetur. Oportet itaque & antistitem
ipsum illud sibi persuasum habere, se nisi, vt debet, fratris saluti in munere fungendo suo con- ὀργὴν iram, nempe dei.
D suluerit, grauissimas atque ineuitabiles pœnas daturum. Siquidem sanguis illius requiretur de Ezech.3.d
manibus eius, sicut scriptum est. Et vicissim, qui est sub illius imperio, ita se animo comparas-
se, vt nulla res sit quanlibet difficilis quæ sibi imperetur, ad quam suscipiendam grauatè acce-
dat, aut cuntetur, vt cui sit persuasum, mercedem sibi præsto esse copiosam in cœlis. Proinde
quicunque subest alterius imperio, is glorię spe oblectare se debet, vt in omni gaudio & patiẽ-
tia opus domini fiat.

INTERROGATIO. XXX.

Cuiusmodi cum animi affectione curam reliquorum fratrum gerere antistites debent?

E RESPONSIO.

ET antistes ipse neutiquam dignitate illa extolli debet, ne ipse quoque à beatitudine illa Matt.5.a
excidat, quæ promissa est humilibus, vel etiam inflatus incidat in iudicium diaboli. Si- 1.Timo.3.b
quidem illud habere sibi persuasum debet, vt quo præsit pluribus, hoc necesse sit, pluribus
vt ministret. Vt igitur qui sauciis multis ministrat, & saniem de singulis eorum vulneribus βεβαίωσις à simili.
abstergit, & pro natura vniuscuiusque mali remedia ei adhibet accommodata, munere illo
neutiquam ad animorum elationem vti consueuit, sed ad demissionem potius, & solicitudi-
nem, ac maiorem quãdam curam: itidem, ac multò etiam magis, is, cui totius fratrum socie-
tatis sanandæ prouincia est delegata, perinde vt qui omnium minister sit, & rationẽ de vno-
quoque illorum redditurus, sic secum agitare animo, & contendere anxiè debet. Hoc enim
F modo, & illud assequetur, quod propositum est à domino sic dicẽte: Siquis vult esse inter vos Mar.9.e
primus, erit omnium nouissimus, & omnium minister.

INTERROGATIO XXXI.

Quòd nequaquam recusare inferiores debent, quo minus interdum sibi ab antistite ministretur.

RESPONSIO.

Atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

ATque officia etiam ad corpus pertinentia, quæ ab iis adhibeantur, qui principes in ordine existimantur, admittere cæteri debent, qui inferiores sunt. Nam & superiorē humilitatis ratio admonet, vt ministret: & inferiorem, si ministrari sibi patiatur, nequaquam facere contra officium, declarat. Hoc enim ita fieri conuenire domini exemplo, ac discipulorum eius docemur: ac domini quidem, qui discipulorum suorum pedes lauare ipse dedignatus non sit: discipulorum verò, qui nequaquam cōtra hoc ausi sint repugnare. Quin qui initio propter eximiam quandam, ac pietatis plenam erga dominum suum reuerentiam hoc recusauerat Petrus, confestim vbi certior factus est de periculo, quod iis immineret, qui obedientiam abiecissent, mutata sententia, obediētiam auidissime est amplexus. Quamobrem nō est cur metuere debeat is, qui subiectus est, ne ab humilitate discedat, si quando contingat, vt ipsi ministret, qui maior sit ipso, quando docendi causa sæpe, & exempli in animis cernentiū altius infigendi, potius, quàm quod necessitas id vlla desideret, huiusce modi officia ab eo solita sunt adhiberi. Obediendo igitur, imitandoq;, humilitatem suam probet vnusquisque: non autem altercando, per humilitatis simulationem superbiæ, arrogantiæve munere fungatur. Contradictio enim indicio est, velle qui repugnat, eum sui iuris esse, neque alteri parēre. Itaque superbiæ potius ac contumaciæ signum est, quàm humilitatis, & perfectæ omnibus in rebus obedientiæ. Quapropter necessariò parendum est illi, qui dixit: Supportantes inuicem in charitate.

ὑπόδειγμα

γνώμη

Ephe.4.a

INTERROGATIO. XXXII.

Quomodo nos animatos esse conueniat aduersus propinquos nostros, & cognatos.

RESPONSIO.

ATque illud etiam cauendum est, ne qui intra reliquorum semel recepti fratrum ordinē fuerint, iis ab antistite permittatur, vt mente distracti huc illucq; cogitatione temere rapiantur, simulationéve propinquorum visendorum suorum à reliquis fratribus discedant, ac vitam in obscuro sine vllis testibus agant, aut certè vt curam suscipiant cognatorum secundum carnē, prætextu quouis illis patrocinādi. Siquidē verba hæc, meū & tuū, in vniuersum à fratribus vsurpari ratio vetat. Erat enim, inquit, multitudinis credentium cor vnū, & anima vna, nec quisquā eorū, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat. Sanè si cui naturales aut fratres sunt, aut parentes, & eorū vita ex deo est, iis à cunctis pariter, tanquā cōmunibus parentibus cōsuli debet. Quicunq; enim, inquit dominus, fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, hic frater meus, & soror, & mater est. Porrò huiusmodi curam peculiariter arbitramur ad antistitem pertinere. Si verò in cōmuni ij, ac vulgari viuendi consuetudine sunt implicati, sine dubio nulla nobis est cum illis societas, quorū studium omne huc ab initio spectauit, vt honestati maxime seruiremus, & sine vlla distractiōe deo assiduè cohærerem⁹. Præter id enim quòd visitatione nostra, vtilitatis ipsis nihil afferimus, incōmodum etiā illud accedit, quòd vitam nostrā sexcentis curis ac perturbationibus exponimus, eaq; re ipsi ad peccādum nobis multiuariā occasionem accersimus. Quin etiam ne si ipsi quidem, qui mādata dei contemnunt, & pietatis officium pro nihilo ducunt, aliquādo ad visendos apud nos propinquos olim accesserint suos, ij recipi intro videntur oportere, veluti qui dominū non diligant, qui dixit: Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Quæ autem participatio iustitiæ cū iniquitate? aut quæ pars fideli cum infideli? Et quod in eo summe est elaborandum, vt iis, qui se adhuc in veræ pietatis spatiis exercent, omnes ab omni parte ad peccandum causæ circuncidantur: in quibus illa est maxima, recordatio vitæ superioris, nequando id illis vsu veniat, quod dictū est, Quòd cordibus suis conuersi sunt Aegyptum, quæ res per frequentē cum naturalibus propinquis consuetudinē ac familiarē cōgressum solet accidere. In vniuersum autē nemini est permittendū, neq; propinquo, neq; alieno, sermonē cū fratrib⁹ de re vlla instituere, nisi de illis id planissimè nobis sit persuasum prius, quibus de rebus collocuturi illi inter se sint, eas ad ædificationē & tranquillā animarū sedationē conducere. Quòd si omnino ad eos, qui se aliquādo intro semel ingesserint, necessariò adhibēdus sit sermo, huiusmodi ad eos delegari munus debet, quibus creditū est donū loquendi, tanq̄ iis qui scienter ea possint & loqui & audire, quæ ad fidei ædificationē pertineāt, cum manifestè Apostolus doceat neutiquā adesse omnibus rectè loquendi facultatē: sed raros esse, quibus datū sit huiusce modi donū. Sic enim ait: Alij quidem per spiritū datur sermo sapientiæ, alij autē sermo scientiæ, & alio in loco:

ἀπομετιωρί ζιωδς

γνώμη Acto.4.g

Matt.3.d

2.Cor.6.d

ἐν γυμνασίᾳ πατορθωμάτων

2.Cor.12.a

Vt potens

A Vt potens sit exhortari in sana doctrina, & eos, qui contradicunt, arguere. Tit.1.c

INTERROGATIO XXXIII.

Quæ ratio tenenda sit in congressionibus cum sororibus faciendis?

RESPONSIO.

OMnino qui semel iam matrimonium abnegauit, hunc sine dubio solicitudines illas quoque multò magis par est, abnegaturum fuisse quibus cum angi solere Apostolus ait, qui in matrimonio est, qua ratione videlicet placeat vxori, omnēq; prorsus ab se curam illam ablegaturum, quæcunq; ineundæ causa ab vxore gratiæ suscipi solet, nimirū ꝙ sententiam formidet illius, qui dixit, Dissipauit deus ossa eorum, qui hominibus placēt. Ita, ne cum mare quidem, alliciendæ sibi causa voluntatis illius, congredi animum inducet, sed propter studium illud, quod ex mandato dei vnusquisq; proximo debet, si necessitas postulabit, cū eo in colloquium veniet. Neq; verò omnibus tamen nullo delectu quicunq; velint, libera hæc fieri colloquij potestas debet, neq; ad eam rē quoduis tēpus, aut locus quiuis aptus existimari: sed si quidem, vt Apostolus præcipit, sine offensione futuri sumus cū apud Iudæos, tum apud Græcos, tum apud Ecclesiam dei, omniaq; decenter, ac secundū ordinē facturi, & ad proximi animæ vtilitatem omnia relaturi, necessario personæ, tēporis, vtilitatisq;, ac loci seruato decoro, haberi delectus debet, quibus simul omnibus & omnis, quæ secus oriri posset praua de nobis suspicionis vmbra depellatur, & documentum certissimum morum, sanctitatis, pudicitiæq; in iis vbiq; appareat, qui idonei fuerint iudicati, qui mutuo se conuenirent, & de rebus placētibus deo, tam ad necessarium corporum vsum, quàm ad animarum etiam culturā pertinentium inter se communicarent. Porrò hi ab vtraque parte neque pauciores esse debent, quàm duo. Siquidem & qui vnus est, facilè is causam ad suspicionem dat (ne quid dicam grauius) & ad ea quæ dicuntur, confirmanda, minus habet autoritatis, manifestè asserentibus sacris literis, In ore duorum, vel trium stare omne verbum, neque plures item quàm tres, ne susceptæ exequendi causa mandati domini industriæ sedulitas retardetur. Cæterum si necessitas postulauerit, vt de iis, qui in societate sint, aliqui alij aut dicant aliquid, aut audiant, quod ad illorum quempiam nominatim pertineat, hi nullo modo ipsi inter se in colloquium veniunto: sed qui ætate prouectiores fuerint delecti, ij apud eas, quæ similiter delectæ ætate grandiores sint, quæ ab illis tractanda acceperint, tractanto, & his internunciis quicquid necessariò transigendum sit, transigitor. Huiusmodi autem disciplinæ seueritas, non in fœminis modo ad mares, aut vicissim maribus ad fœminas, sed inter eos etiam, qui eiusdem sint sexus, conseruator. Porrò hi præter reliquam in rebus omnibus religiosam circunspectionem, vitaq; sanctitatem, in percontando etiam ac respondendo prudentiam adhibento, & in iis quæ vltro citroq; perferri oporteat, fideles, intelligentesq; sunto, vt videlicet, qui se ipsorum fidei committunt, & voti compotes efficiantur, & quibus de rebus inter se communicauerint, de iis, quin syncerè perlatæ tractataq; sint, omnino nihil addubitent. Atque etiam in muneribus iis, quæ corporis necessarios vsus attingunt, deligi certi debent, qui iis præficiātur: & hi similiter cum delectu, qui scilicet & ætate cæteris præstent, & cum in gestibus, tum etiam in moribus grauitatem conseruent, ne conscientiam alicuius ad suspicionem prauam percutiant. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? 1.Cor.10.g

Psal.52.b

1.Cor.10.g

Ibidē.14.g

σεμνότητος καὶ σωφροσύνης ἀπόδειξις.

Matt.18.c

INTERROGATIO XXXIIII.

Cuiusmodi esse debent ij, qui res in conuentu usibus fratrum necessarias dispensant?

RESPONSIO.

ATque etiam iis, qui intus res ad fratrum vsum necessarias distribuunt, prorsus in singulis ordinibus aliqui erunt, qui illos possint imitari, de quibus est in Actis, Solitos eos fuisse singulis distribuere, prout vnicuique opus erat: Diligenterq; illud circunspiciāt, vt faciles se ad omnes, & clementes præbeant, neque suspicionem alicui aliquam commoueant maioris alicuius erga aliquos beneuolentiæ, inclinationisve animi propensioris, quem admodū Apostolus præcipit, sic dicens: Nihil faciens in alteram partē declinando, aut contrà simultatis, cōtentionisq; (quod vitium tanquam ab hominibus Christianis alienū, idem Apostolus reiicit, cum dicit: Siquis videtur inter vos contentiosus esse, nos talem consuetudinem

Acto.4.g πρόνοιαν ἐυστολόγχου καὶ μακροθύμου.

1.Timo.5.d

1.Cor.11.c

h non ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fauor quo quis alterutrã euariat partẽ, propẽdet & inclinat, vitã dẽ Antistiti.

non habemus,neque Ecclesiæ dei)vt ob eam causam,& iis,quibus infensiores sint, necessarias G
res subtrahant,& illis,in quos animi inclinatione propendeant, amplius quàm quãtum sit opus,largiantur:quorum alterum fraterni est odij,alterum amoris vitiosi,quod est vitium maximè infame.Quibus ex rebus illud nobis vsu venit,vt mutua & concors conspiratio, quæ ex charitate nasci consueuit,ea distrahatur, & in eius locum suspiciones prauæ, æmulationesq;, atque obtrectationes clam arrepunt, & ad labores in operibus administrandis subeũdos lentescentis animi cunctatio. Quamobrem cum ob ea quæ dicta sunt, tum ob alia etiam eiuscemodi multa,quæ illa comitantur,ab hac praua animi propensione, ac fauore studioq; contẽtionis,necesse sit,se vt liberrimos atq; expurgatos reddant, qui res intus ad fratrum vsus ne- H
cessarias distribuunt.Saneq; cum ij,tum reliqui omnes, qui aliud quoduis vtile, ac necessariũ fratribus munus administrant,eiusmodi & animum adhibere,& studiũ debent,proinde quasi non hominibus,sed domino ipsi ministrent, qui pro incredibili sua bonitate delata iis qui se ipsi consecrarunt,honorem ac studium,perinde habet,quasi ea ipse accepisset, & pro his cœ-
Matt.25.d lestis se regni hæreditatem daturum promittit.Venite enim,inquit,benedicti patris mei, hæredes estote parati vobis regni à constitutione mũdi, quia quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis,mihi fecistis.Similiterq; ex contrario, imminẽs iis qui negligẽtes fuerint,
Hier.48.b periculum intelligere,ac memoria verba illa tenere:Maledictus omnis, qui facit opus domini negligenter,neque enim à regno excludũtur modo, sed horroris etiam, ac terroris plenis- I
simam domini aduersus istiusmodi homines latam sententiam illam expectant: Discedite à
Argu. à cõtrariis. me maledicti in ignem æternum paratum Diabolo & angelis eius. Quòd si qui curam & administrationem adhibent,ij studij sui fructum adeo magnum adipiscuntur,& contra, negligentiæ horribile adeo iudiciũ expectant:quanta tandem animi cõtentione eniti debent ij, qui huiuscemodi munus suscipiunt,vt dignos se præbeãt,qui fratres domini appellentur?Id quod voce eiusdem domini doctrice astruitur dicentis : Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei,qui est in cœlis,hic frater meus,& soror,& mater est,quando quicunque non totius vitę suæ actiones ita instituit,vt eas ad domini voluntatem referat,vt videlicet,& cum integra sit K
valetudine,tenendæ causa charitatis,studiose se in laboribus,& faciẽdis operibus exerceat, &
cum aduersa laboret,summam tolerantiam, & cum gaudio patientiam adhibeat, hic primo in eo periculo,eoq; maximo versatur,q̃ alienatus est à domino,& dum voluntati eius nõ obtemperat,seipsum auulserit à fratrũ suorũ consortio.Deinde in illo etiam,q̃ ea indignè audet cõmunicare, quæ parata idoneis sunt . Quocirca necessariò in hoc quoq; illorum meminisse
2.Cor.6.a nos cõuenit,quæ dicta sunt ab Apostolo,his verbis:Adiuuãtes autẽ exhortamur, ne in vacuũ gratiã dei recipiatis,& operã vt detis,ne,qui vocati in locũ fratrũ domini sumus, eiuscemodi dei donũ in contumelia habeamus: nẽve magnã adeo dignitatẽ dum omnimodã eius voluntatem cunctamur explere, prodamus. Sed potius eidem Apostolo pareamus, dicenti: Obse-
Ephes.4.a cro vos ego vinctus in domino,vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis. L

INTERROGATIO XXXV.

Nunquid in uno & eodem pago plures constitui fratrum conuentus conueniat?

RESPONSIO.

ὑπόδειγμα μελλῶν

SAnè huiuscemodi quæstionem,membrorum similitudo,quam ad res pleraſque cõmodè vsurpamus,dilucidè nobis explanat.Quoniã igitur superius declaratũ est,corpori,quod ad omnia mẽbrorum officia ex decoro, ac ratione habile futurum sit & articulatim cõpactũ,opus esse oculis,& lingua,& cæteris,quæcunq; necessaria, ac præcipua in corpore sunt, membris:arduamq; rem esse,inuentuq; difficilimam,animum nancisci,qui pluribus præditus M
esse oculis possit (etenim absoluta seueræ disciplinæ ratio moderatorem conuentus & prouidum,& nec parũ eloquentem requirit,& præterea vigilantem ac mitem,& eiusmodi,qui perfecto corde dei iustificationes exquirat)quî quæso fieri potest,vt plures tales in vno atq; eodẽ pago reperiãtur?Quòd si omnino fors ferat aliquando,vt duo,trésve reperti sint tales (quod quidẽ neq; factu facile est, neq; factũ vnquã cognouimus)sanè lõgè esse videtur præstabilius, si hi gubernandi inter se prouinciam ac solicitudinẽ communiter partiantur,vicissimq; alter alterius laborẽ subleuet:videlicet vt peregrè profecto altero,aut occupatione aliqua distento, aut alio quolibet casu impedito,quemadmodũ vsu venire solitũ est plerunq;, vt antistes absit à reliquis fratribus,præstò sit alter,qui eius desideriũ sentiri non sinat.Hoc si nõ est,ad cõuentum

A tum alium se conferat,cui opus sit moderatore . Atque etiam magnopere ad id, quod nobis proposuimus,prodesse exemplum potest earũ rerum, quas vulgo quotidie cernimus fieri . Vt igitur artium earum,quæ in communi vita versantur,periti,iis soliti sunt obtrectare, æmulatione quadam mutua qui eiusdem secum sunt artificij , q̃ res videlicet ipsa naturaliter sensim eorum in animis mutuam inter ipsos parere solita sit:item plerunque idem ferè in huiusmodi vita solet accidere.Initio enim contentionem à rebus honestis auspicantes,cũ inter se certatim alij alios studeant superare,aut hospitibus recipiendis,aut numero eorum augendo,qui se aggregant exercendæ pietati,aut muneribus huiusmodi honestis quibusdam fungendis,dũ
B progressus maiores faciunt,postremo in simultates cõtentiosas delabuntur.Quę res cùm aduenientibus peregrè fratribus magnam & ancipitem curam afferat, & difficultatẽ (nẽpe quibus cum ex labore itineris fessis capienda requies esset,animus necessario sit distrahendus, dubitantibus ad vtros potius diuertant,quando & hos illis anteponere odiosum est,& tamen vt simul satis vtrisque fiat,res ipsa non patitur,eoq; magis , si fortè necessario ipsis iter vrgere festinantius conueniat)tum iis etiam,qui tenendæ causa eiusdem cum ipsis vitæ,initio ad ipsos se conferunt,haud mediocrem afferunt animi anxietatem: quandoquidem necessario cogũtur addubitare,vtrorum magis disciplinæ vitam committãt suam, cum id omnino animaduertant fore , vt si se ad hos certa destinatione applicuerint , alios improbasse videantur.Ipsõ igitur mox initio eos lædi necesse est,quod elatius de seipsis sentiant, quippe qui non se peni-
C tus tanquam prorsus rudes,aliorum disciplinæ instituendos,ac veluti formandos tradũt, sed iam tum ordinum iudices,& ceu æstimatores esse assuefiunt . Quocirca cũ illud intelligatur, in huiusmodi separata aliorum ab aliis habitatione,certum prorsus & confessum nullum bonum inesse,cõtraq; incõmoda manifesta cõtineri tam multa: sine dubio statuendũ est, inutilẽ esse penitus hanc inter se aliorum ab aliis contubernalium disparationẽ.Quod si fortè aliqui aliquãdo in ea reperti fuerint,antequã,ne essent, prouideri potuerit,adhibenda est quãprimũ correctio,& maximè,postquam quæ inde incommoda nascantur , re ipsa experti didicerint. Nam illud,iñ suscepta semel sententia præfractè velle permanere , manifestæ est peruicaciæ. Siquis autem videtur contentiosus esse,inquit Apostolus,nos talem consuetudinem non ha-
D bemus,neq; Ecclesiæ dei.Quam enim causam afferent,quominus in vnius corporis cõpagem agglutinari possint?an eam fortasse, quod necessariarum ad vsum rerũ inopia laboraturi minus sint,si disiunctim quilibet vixerint, quàm si coniunctim? Atqui eæ longè ipsis,si vnà inter se viuãt,parabiliores sunt,quibus & lucerna vna,& focus vnus,& si quæ sunt huiusmodi, singula quæque cunctis simul satisfaciant:quando(si qua alia in re) summè in hoc ipso debemus adniti,vt facilitati maximè consulamus,omniq; ratione contendamus,vt necessarias ad vitã copias quàm maximè in angustum deducamus. Atq; ad hoc illud etiã accedit , q̃ qui res fratrum vsibus necessarias externe quæsitas important,iis disiunctis ordinibus,pluribus est opus, cõiunctis vero,dimidio paucioribus.Quàm autẽ difficile sit,virum aliquẽ nancisci,qui Chri-
E sti nomen non aliquo pacto dedecoret,& cum foris sit,cũ iis,qui cõmunis vitæ consuetudinẽ tenent,ita congredi sciat,vt cũ sua ipsius professione congressio illa aliqua ex parte nõ discrepet,id me tacente,etiã per vos intelligitis.Ad hæc,qui in huiusmodi distractione permanent, ij quî fieri poterit,vt doctrina cæteros ædificent,qui in cœnobio versantur illis , si quãdo vsus fuerit,vel ad concordiam conciliandis,vel ad reliqua conseruanda præcepta cohortãdis?qui quòd nolint in vnã inter se ipsi societatem concurrere, prauas in se suspiciones commoueãt? Quin & videmus,quæ ad Philippẽses Apostolus scribat.Sic enim ait: Implete gaudium meũ, Philip.2.a
vt idem sapiatis,eandem charitatem habentes,vnanimes,idẽ sentientes, nihil per contentionem,neq; per inanem gloriam,sed humilitate alij alios superiores se inuicem arbitrantes,non
F quæ sua sunt singuli cõsiderantes,sed & quæ aliorum. Verumenim quod maius afferri humilitatis exemplum potest, quàm si conuentuum antistites vicissim alij aliorũ imperio subiiciãtur?Si enim spiritualibus donis ambo æquè sunt ornati,præclarius fit, si ambo pariter in certamen descendant vter alterum humilitate vincat,quod à nobis fieri oportere dominus exẽplo illo nos docuit,qui apostolos miserit binos.Prorsusq; ex ipsis alter lætabundus vltro se al- ἀνὰ δύο δύο
teri subiiciet,cũ meminerit dictũ esse à domino,exaltatũ iri,quicunque seipsum humiliauerit. Luc.18.c
Sin hic plura habuerit,ille pauciora,præstabilẽ est,vt qui imbecillior sit,is à valẽtiore assumat. Deinde nisi ita fiat,quî nõ manifestè contra præceptũ Apostoli fit? quo iubemur vt nõ res nostras singuli consideremus, sed & quæ aliorum. Neq; enim hoc in eiusmodi distractione existimo posse legitime perfici:quippe videlicet cum ordines singuli, seorsum quisq; suorum sibi

Argu.à simili.

Contentiones ex æmulatione alienæ virtutis.

Concludit vniri debere fratrum collegia.

γνώμη 1.Cor.11.c Eadem quæ prius ad inf. terrog.7. replicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nō in veros Anachoretas, sed in Sárabaitas hæc detorquet. Lege Cassianum

curam vendicet,aliorū vero minimè ad se putent pertinere.Quæres manifestè (vt dixi) præ- G
cepto Apostoli aduersatur. Neque vero (cum de sanctis illis viris , de quibus est mentio frequens in Actis,testimonia illa proferuntur,quod videlicet multitudinis credentium erat cor vnum,& anima vna,& quod omnes credentes erant simul in eodem loco, & habebant omnia communia)est quamobrem dubitare quisquam debeat,vllam in tota illa multitudine disiunctionem fuisse,aut ex ipsis quēlibet seorsum,more suo,solitum degere , quin potius id existimare debet, sub vna & eadem cura vniuersos fuisse solitos gubernari , atque hæc in pleno numero quinque millium.In quibus fortasse non pauca erant,quæ mutuæ eorum inter se cōiunctioni hominum ritu ac iudicio viderentur obsistere . Cæterùm cum qui nunc in singulis vicis reperiuntur,adeo inferiores illis numero sint:quæ permittit ratio, hos vicissim alios ab H
aliis esse disiunctos?Vtinam autem fieri posset,vt non modo,qui in eodem vico , eodemq; in loco sunt congregati,huiusmodi, quem dico, statum tenerent, sed plures etiam, qui diuersis in locis constituti sunt,fratrum conuentus,ab vna tantum cura,eorum,qui inoffensè, sapiēterq; rebus omnium possent consulere,in vnitate spiritus & vinculo pacis regerentur.

Ephe.4.c ἀπροσκλήτως καὶ σοφῶς.

INTERROGATIO. XXXVI.

De iis qui à reliquorum fratrum societate se separant ac secedunt.

RESPONSIO. I

VErumenimuero,inter quos certis conditionibus & ex professo semel cōuenit, vt vnà inter se vno & eodem in loco vitam agerent , iis nequaquam licitum sit nullo discrimine & inconsulto à communi reliquorum fratrum corpore auellere se:quando illud quòd quis in susceptа semel sententia non permaneat , duabus de causis contingit , vel ex detrimento videlicet,quod ex necessitudine contubernij nascitur, vel ex mentis instabilitate illius,qui sententiam mutet.Qui igitur fugiendi causa detrimenti, quod illi ex contubernio nascatur,se ab reliquis fratribus segregat,is nullo modo discessionis suę causam tenere apud seipsum occultam debet,sed eo modo,quo docuit dominus,illā detegere,quando dixit: Si peccauerit in te frater tuus,vade, & corripe eum inter te & ipsum solū , & cætera. Ita enim si secuta ea,quam quærebat,emendatio fuerit,& fratres lucrabitur,& societatem illorū nō aspernabitur.Sin contrà, in vitio eos perseuerare , neque correctioni locum dare animaduerterit, hæc iis nota facere debet,ad quos iudicium huiuscemodi pertineat . Quod vbi fecerit , tū demum,adhibitis multorum testimoniis discedat. Neq; enim iam à fratribus se segregabit , sed ab alienis:cum dominus,eum,qui in peruersitate sua perseueret, ethnico assimilet ac publicano.Sit enim tibi,qui eiusmodi est,inquit,sicut ethnicus & publicanus. Qui vero ad relinquēdam cæterorum fratrum societatem à propria animi sui leuitate impellitur,is suamipsius curare imbecillitatem debet . Alioqui si medicinam noluerit admittere , ipse excluſus à nemine
ἀλλ' ὀικονομίαν πολιτεύσηται. admittatur.Cæterum si tenendi causa mandati dominici , alius alio distrahatur, talis distractio neutiquā pro segregatione habenda est , sed assignati potius vnicuique muneris administratio existimanda.Aliam præterea causam,propter quam quis se à reliquorum fratrum cōsortio segreget,ratio nullā admittit:Primùm quidē quod nomini domini nostri Iesu Christi, à quo congregati sumus,infligitur contumelia:deinde quod vicissim alterius aduersus alterū conscientia pura esse non potest,quod scilicet mutuo inter se , alter alterū suspectum habeat.
Matt.5.c Hoc autē manifestè repugnat præcepto domini qui dixit:Si offers munus tuū ad altare,& ibi recordatus fueris,quòd frater tuus habet aliquid aduersum te , relinque ibi munus tuum ante altare,& vadens,prius reconciliare fratri tuo,& tunc reuersus offer munus tuum: M

INTERROGATIO. XXXVII.

Nunquid per simulationem orationum,psalmodiæ ne negligi opera debeant: & quæ sint ad orationem appositа tempora,& primo an oporteat laborare.

RESPONSIO.

οὐχ ἑκὼν, οὐδ' ὡς ἔτυχεν. Matt.10.b Ephes.4.g CVm dominus noster Iesus Christus dicat, Dignus est,non simpliciter , neque sine vlla exceptione,quilibet,sed operarius cibo suo:cumq; Apostoli præceptum sit,qui fatigari & laborare nos iubet propriis manibus quod bonum est,vt sit nobis, vnde egētibus tribuamus:sanè,quin studiosius sit laborandum re ipsa liquet,neque enim causa ad inertiam,aut laboris

A laboris fugam spectante,vita secundum pietatem instituta existimari debet, sed materia potius subeundi certaminis,& maioris laboris,& in rebus difficilibus tolerantiæ: vt nobis quoq; vere liceat dicere,In labore & ærumna,in vigiliis multis,in fame & siti: Cum non ad corporis castigationem modo, vtilis nobis huiusmodi vitæ ratio sit , sed ad charitatem etiam erga proximum:si videlicet de fratribus nostris,iis,qui valetudine aduersa laborent,necessaria per nos deus vitæ subsidia subministret,conuenienter exemplo illi, quod propositum nobis in Actis est ab Apostolo . Sic enim ille ait : Omnia ostendi vobis , quòd sic laborantes oportet suscipere infirmos . Et alio in loco : Vt habeat vnde tribuere possitis necessitatem patienti, quò scilicet digni habeamur,illud audire : Venite benedicti patris mei , possidete paratum vobis
B regnum ab constitutione mundi.Esuriui enim,& dedistis mihi manducare. Sitiui,& dedistis mihi bibere.Verumenim quantum ex otio mali sit,quid attinet memorare,cum Apostolus apertè præcipiat , vt qui non laborat , is nec manducet etiam . Sicut igitur vnicuique ad vitæ sustentationem necessarius est cibus quotidianus , item nihilominus vnicuique in opere faciendo necessaria industria est. Neque enim temere laudis loco positum fuit illud à Salomone,Panem ociosa non comedit.Itēmque ab Apostolo de seipso dictum est illud , Neque gratis panem manducauimus ab aliquo,sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes. Atqui tamen licebat ei , cum Euangelium prædicaret , de Euangelio viuere , si voluisset . Quin dominus etiam ipse pigritiam cum malitia coniunxit , cum dixit : Serue male & piger,Idem
C præterea vir,sapientiæ gloria excellens Salomon non solum ex iis, quæ à me memorata sunt modo , virum gnauum laudat , sed ignauum etiam castigat , illa ex tenuissimarum bestiolarum comparatione , cum dicit : Vade ad formicam ô piger . Proinde metuere debemus,ne aliquando nobis hoc in die iudicij obiiciatur : quum qui ad excipiendos labores idoneas nobis vires suppeditauerit,is parem quoque illis à nobis in laborādo industriam reposcet.Quoniam cui commendauerunt multum , plus petent ab eo. Verumenim quia sunt nonnulli,qui orationum prætextu,psalmodiæve , necessarios in exercendis artificiis labores defugiunt : illud est intelligendum, certis quidem aliis quibusdam in rebus esse certam vnicuique temporis tempestiuitatem , vt est apud Ecclesiasten , qui omni negocio suum esse tempus dicit: Orationi vero , & psalmorum modulationi,sicut in aliis etiam plerisque,nullum non esse tempus idoneum , ita videlicet, vt vel in eo ipso , dum manibus opus tractamus, & lingua nonnunquam (quandocunque id fieri potest , aut expedit potius , & ad fidei ædificationem conducit) munere hoc fungi possimus : Sin id minus, corde certe in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus deum collaudemus , sicut scriptum est , atque ita orationi satisfaciamus : interim dum laboramus , gratias agentes deo , qui ad opera facienda manuum vires nobis suppeditauerit : itémque ad percipiendam artium singularum cognitionem , ingenium largitus sit : materiámque donauerit , ex qua instrumenta conficerentur , tum eam etiam , quæ artibus iis esset subiecta , quam in manibus habeamus operantes: simulq; etiam ipsum orantes,vt opera manuum nostrarum dirigantur ad eum finem,vt ipsi placeamus.Hoc modo etE iam mentem à futilibus cogitationibus cohibemus , quandocunque in singulis , quæ administramus,operibus,conficiendi felicitatem à deo postulamus, & eigratias agimus , qui ad ea τὸ ἐμπεσὸν ἀπὸ θεοῦ αἴτημα. administranda vires nobis tribuerit,& à proposito ineundæ gratiæ illius nō aberramus , sicut ante dictum est.Etenim nisi hæc ita se habeant , quî fieri potest,vt inter se illa cōcordent,quæ dicta sunt ab Apostolo? & illud videlicet , Sine intermissione orantes , & illud , Nocte & die laborantes. Neque vero tamen,quanquàm hanc assiduè, atque adeo omnibus momentis adhiberi oportere gratiarum actionem , & lex ipsa præcepit, & nos eam vitæ nostræ necessariā esse,cum natura,tum ratione docuimus , propterea illæ statis temporibus præscriptæ orationes negligendæ veniunt , quas obseruari in conuentibus solenne est & quotidianum . Siquidem ea re à nobis necessariò huiusmodi tempora delecta sunt , quòd in eorum singulis peculiaris quædam dei in nos beneficiorum est commemoratio. Ac matutinum quidem,vt primi animi ac mentis nostræ motus consecrentur deo,neque vllius rei curæ antè aditū ad nos demus,quàm nos in cogitatione de deo oblectauerimꝰ:sicut scriptum est,Memor fui dei, & delectatus sum.Neq; corpus prius ad functionem muneris alicuius moueamus , quàm illud fecerimus,quod dictum est,Orabo ad te domine:mane exaudies vocē meam. Mane astabo tibi. Tertia verò hora,vt in ea ad orationem surgatur,fratresq; omnes in vnum congregentur, licet diuersis in locis,alij in aliis operibꝰ sint occupati:idq; ea re,vt admoniti doni spiritꝰ, quod circiter hanc ipsam horam apostolis datum fuit,vno eodemq; animo cuncti illū venerentur,

γνώμη multis paradoxa

2.Cor.11.f

Acto.20.g

Ephe.4.c

Matt.25.e

Collatio

Prouer.31.d

2.Thes.3.b

Matt.25.c

πονηρὲ, ὀκνηρὲ.

Prou.6.a

Luc.12.f

Ecclc.8.d

Col.3.c

Col.1.a

2.Thes.3.b

Matutinæ horę cur institutæ.

Pſal.76.a

Prima.

Pſal.5.a

Tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab eoꝝ petant,vt & ipſi digni ſint,qui ſanctificationem ſuſcipiant:ſimulq; vt ſalutaris ſibi doctrinæ,& recti itineris dux eſſe,& autor velit,illum imitantes,qui dixit:Cor mundum crea in me deus,& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritũ ſanctum tuum ne auferas à me.Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.Et alio in loco:ſpiritus tuus bonus deducet me in terram rectam , atque ita denuo ad intermiſſa opera redeatur . Quòd ſi fors aliquos vel propter operũ, vel propter locorũ naturam eo tempore abeſſe longius contigerit,quàm vt vnà cum reliquis præſto eſſe poſſint,ij vbicunque fuerint,ea neceſſariò ibi exequi debent,quæ cõmuniter ſtatuta ſunt,nihil hæſitantes omnino.Quia vbi ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo,inquit, dominus, ibi in medio eorum ſum.Porrò ſexta hora,ſanctorum exemplo , neceſſariam eſſe orationem iudicauimus, apud quos eſt:Veſpere & mane,& meridie narrabo, & annunciabo , & exaudiet vocem meã. In qua quidem,vt liberemur ab incurſu & dæmonio meridiano,nonageſimus etiam pſalmus recitetur.De nona verò,quòd ea ad orationem nobis neceſſaria ſit, id apoſtoli ipſi declarauerunt in Actis,in quibus eſt , quòd Petrus & Ioãnes aſcẽdebant in templum ad horam orationis nonam.Cõpleto verò iam die,pro iis omnibus,quæ in eo data nobis fuerint,felicitérve nobis euenerint,gratiarum actio ſuccedet:eorumq;, quæ vel per cõſenſum aut ſecus cõtra animi ſententiã prætermiſſa ſint, cõfeſſio:ac ſicubi latens delictum aliquod admiſſum fuerit verbis, operibúsve, aut etiam corde , pro his omnibus oratione adhibita veniam nobis à deo cõprecabimur.Siquidem ad ſimilia peccata iterum euitanda , valde vtilis eſt præteritorum cõſideratio.Iccirco Dauid dicit,Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.Tum autem primis ſe iam noctis intendentibus tenebris,ſequetur petitio , vt quies, quam ſumus capturi,inoffenſa & ab omni perturbatione ac vitio libera ſit: qua hora etiam neceſſariò nonageſimus recitari pſalmus debet.De tempore autem dimidiæ noctis , quod id ad orationem neceſſarium ſit,traditum nobis eſt à Paulo & Sila in Actis.Scriptum eſt enim ſic,Circiter autem mediam noctem Paulus & Silas laudabant deum. Atque hoc quidem etiam concentor pſalmorum confirmat,ſic dicens,Media nocte ſurgebam ad cõfitendum tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.Pòſt anteuertendũ diluculũ eſt,& ad orationem ſurgendum,cauendumq; ne dies nos in lectulo dormientes opprimat:& ille imitandus,qui dixit, Præuenerunt oculi mei diluculũ,vt meditarer eloquia tua.Porrò ex his omnibus,quæ diximus,ſtatis temporibus, nullum ab iis prætermitti debet,quorum vitæ propoſitum eſt,vt quæ acturi ſunt,omnia ad laudẽ dei,& Chriſti eius referant, Atque vtilis etiam,meo quidẽ iudicio,hæc in orationibus, & pſalmorum decantationibus,quę certis temporibus fiunt,diuerſitas eſt,atque varietas,ob eã cauſam,quod in perpetua ſimilitudine & æqualitate rerũ animo neſcio quo modo torpedo quædã plerunq; oboritur,atq; tædiũ,eaq; re aliud agẽs, ad futiles & vagas cogitationes aberrat.In viciſſitudine autem varietateq; cum pſalmodiæ , tum ſingularum horarum rationis & ſtudium ipſum renouatur,& attentio inſtauratur.

Pſal.50.c
Pſal.142.c
Matt.18.c
Sexta
Pſal.54.c
Nona.
Acto.3.a
Veſperę
ἐξαγόρευσις ἐξομολόγησις. γνώμη
Pſal.4.a
Cõpletorium.
Pſal.90.
Hora medię noctis
Acto.16.e
Pſal.118.
γνώμη

INTERROGATIO XXXVIII.

Hactenus ſermone tuo nos docuiſti, & orationem, nullo pacto omittendã & in operibus laborem neceſſariũ eſſe:reliquũ eſt iam,vt doceamur,cuiuſmodi artificia profeßioni noſtræ conueniant.

RESPONSIO.

OMnino etſi artes quaſdã præciſè ſtatuere,in quibus nos verſari conueniat,haud facile eſt,quod aliæ aliis magis ſunt opportunæ: quemadmodũ videlicet cum locorum , tũ negociationum,quæ in ſingulis regionibus tractãtur, & natura & commoditas deſiderat:in vniuerſum tamen harũ deſcribi & cõſignari delectus quidã poteſt. Ac nimirũ eæ videntur eſſe,quæcunq; vitæ noſtræ & quietẽ,& tranquillitatẽ conſeruent, quarum ſcilicet neq; materia magno labore quæratur,neq; opera,magna ſolicitudine diuendantur: ſimiliterq; illæ omnes,per quas neq; virorum,neq; mulierũ indecoros cõgreſſus nobis conciliant & noxi.Siquidem omnibus in rebus illud peculiariter debemus ſpectare,vt ſimplicitatem ac frugalitatẽ teneamus:& illud ſummopere fugiamus,ne inſeruiamus ſtultis ac planè noxiis hominũ cupiditatibus,iis efficiendis,quæ in ſtudio apud ipſos eſſe animaduerterimus. Quocirca & in telis texendis,in ea modo opera,noſtra à nobis induſtria conferetur,quæ in quotidiano cõmunitate vitæ vſu apud omnes ſint: iis penitus reiectis , quæ à libidinoſis mulierculis inuenta ſunt , ad captandos , ac laqueis irretiendos miſeros adoleſcentulos . Similis quoque in conſuendorum ca-

λιτότητα καὶ αὐτέλειαν.

rum calceamentorum artificio tenenda à nobis ratio erit,vt videlicet earum rerum in illa arte miniſtri ſimus,quæ ad neceſſarium modo hominum vitæ vſum requiruntur . Cæterum & ædificandi ars,item fabrilis lignaria & æris cudendi,& agri colẽdi diſciplina , etſi ſuapte natura ad vitã neceſſaria ſunt, & magnã vtilitatẽ adferũt ac ne ſuopte quidẽ genio ſunt à nobis repudiandæ:tamen quandocunq; aut quietẽ noſtrã perturbare , aut fratrũ vitæ coniunctionẽ videbuntur diſtrahere,tũ neceſſario à nobis ſemper declinari debẽt:maioreq; in precio habẽdæ ſunt artes illæ,quarũ exercitatio eiuſmodi ſit , quæ neq; nos diſtrahat, neq; impedimento ſit,quominus deo aſſiduè cohæream⁹,& quæ neq; à tẽporibus pſalmodiæ,orationísve aut reliquæ diſciplinæ cõſtantia eos auocent,qui ſtudio pietatis operã dant. Si quando autẽ eiuſmodi in iis nihil ineſſe animaduerſum ſit, quod præcipuũ vitæ noſtræ propoſitũ impedire videatur aut hinc nihil noxæ cõtrahere,multis ſine dubio hæ aliis anteponi debẽt, & maxime agricultura,quãdo ex ea facillimè res ad vitæ vſum neceſſariæ haberi poſſunt:& qui in ea verſantur,nullas hi ſurſum,ac deorſum curſitationes coguntur ſubire , modo, vt diximus, ea nobis neque à vicinis,neque ab accolis tumultus afferat, aut turbas.

INTERROGATIO XXXIX.

Quæ ratio teneri debet in uendendis mercibus,quomodoq; peregrinatio ſuſcipiẽ?

RESPONSIO.

ATque illud etiam ſtudendum eſt, ne quæ fecerimus opera, ea in longinquas quaſdam regiones exportemus:nêve venditionis cauſa,temere nos in publicum demus.Siquidem honeſtior eſt ea,quæ ſit vno & eodem in loco permanſio , vtiliorq; cum ad mutuam ædificationem,tum ad perfectam quotidiani victus conſeruationem.Itaq; vt quieti cõſulamus,detrahendum eſt aliquid de precio potius , quàm modici lucri cauſa peregrè lõgius abeundum.Cæterum ſi hoc fieri non poſſe vſus ipſe docuerit, ne ſuſcepta huiuſcemodi de cauſa peregrinatio infructuoſa nobis accidat, deligere nos & ciuitates & loca oportebit hominũ religioſorum,eoq; ſtatis nundinarum temporibus plures vnà ſimul fratres concurrere , nobiſcumq; quiſque,quas elaborauerimus,merces afferre, communiterq; cuncti iter inire, viãq; pſallendo,orandoq;,noſq; viciſſim alter alterum ædificando , conficere : ac poſtremò vbi ad locum iam peruenerimus,quem petebamus,eadem communiter cuncti hoſpitia capere , idq; cum mutuæ cuſtodiæ cauſa,tum vt nullum nos orationis tempus neque diurnum,neque nocturnum effugiat:tum etiam,vt improborum ac fraudulentorum hominum congreſſus minore noxa euadamus,ſi in multorum ſocietate ſimus,quàm ſi ſoli tantummodo , quando etiam qui iniurioſiſſimi ſunt,iniuriarum ſuarum teſtes habere multos recuſant.

αὐτὰς καταγωγὰς ἀιρεῖσθαι δυσδυναλλάκτων καὶ πλεονεκτῶν. γνώμη

INTERROGATIO XL.

De nundinis illis,quæ in ſanctorum celebritatibus fiunt,quid?

RESPONSIO.

VErum enimuero neque nũdinationes illæ,quæ ad ſepulchra ſanctorum martyrum celebrari ſolitæ ſunt,conuenire nobis putandæ ſunt:neque enim vllam aliam ob cauſam adeſſe decet Chriſtianos ad martyrum conditoria aut iſtis contingua loca inuiſere, quàm orandi cauſa,& vt ſanctorum conſtantiæ admoniti , in qua illi ne pietatem amitterẽt, ad necem vſque fortiter perſeuerarunt,ipſi quoque ad ſimilis fortitudinis æmulationem incitentur.Nimirum memoria tenendum eſt illud , quàm terrifica & formidabili ira olim exarſerit dominus,qui cum ſemper & vbiq; manſuetus & humilis corde fuiſſet , in eos tamẽ ſolos flagellum intendit,qui circum templum vendendis emendisq;,mercibus operã dabant,quippe quaſi nundinatio illa orationis domum in latronum ſpeluncam conuerteret. Neque vero quod alij ante nos fuerint,à quibus ſolita olim in diebus ſanctorũ feſtis obſeruari cõſuetudo, violata ſit(quiq; cũ inter ſe alij pro aliis orare deberẽt,& vnà cum pluribus Deũ adorare & lacrymas offerre, ab eoq; cũ peccatorum veniã poſcere , tũ de acceptis beneficiis gratias agere, ſeſeq; mutuis viciſſim cohortationibus in pietate vera confirmare & ædificare id quod etiam memoria noſtra vſurpari fuiſſe ſolitũ ſcimus,pro his omnibus forum,ac nundinas,& cõmunem mercatum & tempus illud & locum efficiunt)non ob hoc ſtatim nos quoq; illos imitari par eſt,& hoc modo autoritate noſtra prauam illorũ conſuetudinẽ confirmare:ſed cõuentus

Confirmat exemplo Chri.

Cõſuetudo præiudicans pietati abroganda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illos exprimere potius,de quibus in euangeliis mẽtio est, præsente domino nostro Iesu Christo solitos celebrari,& in his,quæ ab Apostolo descripta sunt,veluti huiuscemodi vitæ instituto conuenientia,facere.Scribit autem sic:Cùm conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet,doctrinam habet,apocalypsim habet,linguam habet, interpretationẽ habet, omnia ad ædificationem fiant. G

1.Cor.14.c

INTERROGATIO. XLI.

De autoritate superiorum,& obedientia,quid.

RESPONSIO. H

Qui se priua voluntate exuit, non quod vult, finendus est facere.

CAeterum in his,quæ concessa sunt artificiis,neutiquam permittẽdum est vnicuique vt arbitratu suo discat quod velit:sed illud tantummodo, ad quod aptum esse illum antistites iudicauerint.Qui enim seipsum abnegauit,seseq; voluntatibus suis omnibus spoliauit,is nõ quod vult,facit,sed quod docetur.Neque verò ratio permittit, cum sibi ipsi quod expediat deligere,qui gubernationem sui aliis tradiderit.Siquidem hi esse debent,qui ad quãcunq; rem habilem esse illum iudicauerint,arbitratu suo in nomine domini ipsum instituant. Qui autem ipse in deligenda sibi aliqua arte muneréve cupiditati suæ obsequitur, is planè sibi notã inurit,seq; prodit,primo se sibi ipsi placere,documento est deinde artẽ illam cæteris anteponere,aut propter gloriã vitæ huius,aut lucri spem,aut aliud aliquid id genus in eã artem propensiore sit affectu,aut postremo propter ignauiã, pigritiámve, quod ea videlicet laboris sit leuioris.In quo autẽ hæc insunt,ab hoc planissimè intelligi potest, nondũ absterſas esse oẽs animi morborũ labes. Sed neq; semetipsum abnegauit, qui suis ipse affectib⁹ perficiundis obsequitur,neq; rebus vitę huius nunciũ verè dici potest remisisse,si eum adhuc vel cõpendij,vel gloriæ admiratio tenet:itemq; nullo modo mẽbra sua,quæ sunt super terrã mortificauisse,ille qui necessariũ in faciendis operibus laborẽ nõ sustinet,quin potius is esse se arrogantẽ & pertinacẽ declarat,qui suũ,qui vnus est,iudicium melius esse arbitretur q̃ aliorũ, qui plures sunt. Quamobrẽ siue quis artẽ aliquam tenet,eaq; cæterorũ fratrum iudicio non improbatur, nequaquã is eam confestim abiicere debet(est enim animi incõstantis,& infirmi iudicij,temerè aspernari quæ habeas)siue no habet,non sibi sua sponte assumito ipse:sed quę probata à maioribus fuerit,ad illã se accõmodato,idq; ea re,vt vbiq; obedientiã conseruet. Quemadmodum autẽ vnumquenq; sua sponte quod ipsi placitũ sit,eligere,indecorũ esse docuimus: item quoq; pari ratione putandũ est in vitio esse,siquis,quæ alij probauerint,ipse recusет. Quin potius,siquis etiã artem aliquã habeat,cuius tractatio cõmunitati fratrũ nõ placeat,æquissimo animo abiicere illã debet:illudq; declarare,nulla se rei vllius vitæ huius cupiditate adductum teneri, quando perficere voluntates cogitationũ,est illius,qui spẽ non habet,vt est apud Apostolum: contraq;,exprõpta vbiq; omnibus in rebus obedientia, laudi semper tribuitur:cũ idẽ Apostol⁹ laudet quosdã,ac dicat,Semetipsos dederunt primum domino, deinde nobis propter voluntatẽ dei.Cæterum assignato iam sibi artificio,vacare vnusquisq; attente debet,studioseq; inuigilare,& nihilo secius,quasi inspectore deo,summa sedulitate, & attẽtiore cura accuratissimè illud exercere,vt fidẽti animo semper dicere illud possit:Ecce sicut oculi seruorũ ad man⁹ spectant dominorũ suorũ,ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrũ:nõ item ab hoc ad aliud temerè resilire.Neq; enim natura nostra plura simul assequi studia potest: multoq; est præstabili⁹ vnũ modo solerter & industriè cõfecisse,q̃ multa attẽtasse, quæ necessario postea sint relinquẽda. Siquidẽ quæ ad res plures animi fit distractio,& mentis identidẽ modo ad hãc, modo ad illã applicatio,præterquã quòd opus nullũ perfectè perduci ad exitũ sinit,etiã morũ leuitatẽ,vel si ineſt,arguit,vel si nõ ineſt,ingenerat.Si quãdo autẽ necessitas postulet, vt reliquis etiã artibus subueniatur,sanè par est is vt auxilietur,qui cõmodè possit:neq; id suapte spõte, sed arcessitus: nõ quod hunc ad id muneris obeũdum quasi illi præcipuũ,accersamus,sed casu quopiam circunstante:idq; imitari,quod in membris corporis solitum est vsu venire, in quibus si pes ab officio suo per claudicationẽ aberrauerit, manu solemus inniti ac suffulcire corpus reliquum. Vicissimq;, quemadmodum sua sponte ad artem aliquam assilire ac velut vtilitati repugnat: sic nolle admittere quod iussus sis,castigatione dignum est:idq; ea re,ne & arrogantię vitium in nobis alatur,& morigeræ & ad omnia persuasibilis obedientię disciplina pessum eat ac dissoluatur.Cæterùm cura instrumentorum quanquam ad eum præcipuè videtur pertinere, vt quis cuiq; artificio præpositus sit:nihilominus tamen,si fors tulerit, vt ex iis aliquod aliquãdo neglectum

I

K

L

M

γνώμη

γνώμη

γνώμη

Collatio ex contrariis.

Cõfirmatio διὰ ὁμοίωσιν

neglectum fuerit,id perinde vt res,quæ ad omnes æquè pertineat,eo modo,quo par fuerit,ab iis debet accurari,qui id primi animaduerterint. licet enim illorum tractatio vnum aliquem seorsum priuatim attingat: attamen,quæ ex eo nascitur vtilitas,ea promiscuè in cunctos redundat.Nam quę alterius sint artis,ea perinde,ac si sua nihil interesset,contemnere,argumẽto ipso tantidem fuerit,ac si alienaret.Veruntamen neque qui artes tractant,ij pertinentium ad illas ipsas instrumentorum vindicare sibi dominium debent,ita videlicet, vt aut antistiti fratrum iis arbitratu suo vtendi potestatem non faciant,ad quam ipse cunque rem velit: aut eorum ipsi,vel vendendorum,vel permutandorum,aut alioqui alienandorum ius ad arbitriũ reuocent suum: aut præter ea,quæ habent,aliorum comparãdorum, penes se esse potestatem velint.Nam qui in eo semel animum obfirmarit, vt ne suarum quidem ipsius manuum esset dominus,& alterius arbitrio permisit dispensandum, quicquid possent conficere operis:quopacto non is à seipso videatur dissentire, si eorum, quæ ad artium exercitationem necessaria sint,instrumentorum,postulet,vt ius penes se sit? in eaq; dominij sibi autoritatem vsurpet? A B

INTERROGATIO. XLII.

Cuiusmodi consilio,aut animi affectione laborare ij debent,qui laborant?

RESPONSIO.

Matth.25.b παντάπασιν.

κόσμου. Matth.6.d

Matth. 25.d

2.Thes.3.c

Ibidem.

2.Thes.2.c

Ephe.4.d

Hier.17.a

C D E F ATque illud etiam intelligendum est,eum qui laborat,nequaquam id eo animo facere debere,vt necessitatibus inseruiat suis, sed vt domini præcepto satisfaciat, qui dixit: Esuriui,& dedistis mihi manducare,&c.Quando illud vnumquenque suiipsius causa solicitum esse,vetuit idem dominus,cum dixit: Nolite soliciti esse animæ vestræ, quid manducetis,neque corpori vestro, quid induamini, quibus adiecit : Hæc enim omnia gentes inquirunt.Quamobrem in suscipiẽdis laborib⁹, illud spectare vnusquisque debet,vt per ipsum, qui in egestate sunt,subleuentur: non autem,vt commodis ipse prouideat suis,si quidem hoc modo,& crimen seipsum immodicè amantis effugerit, & fraternæ charitatis benedictionẽ à domino inuenerit,qui sic dixit: Quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis,mihi fecistis.Neque verò his,quæ hoc loco à nobis dicuntur,Apostoli verba illa aduersari quisquam existimet,vt operantes panem suum manducent . Siquidem hoc ad ordinis & laboris desertores dictum est,perinde ac si ipsis diceret, præstabilius esse vnumquenque necessaria sibi saltem ad vitam præsidia parare,neque aliis grauem esse,quàm vitam in ocio traducere. Audimus enim,inquit,quosdam inordinatè ambulantes inter vos, nihil operantes, sed curiosè agentes.His igitur,qui eiusmodi sunt,denunciamus,inquit,& obsecramus, vt cum silentio operantes suum ipsorum panem manducent.Et illud,Nocte & die operantes, ne quem vestrũ grauaremus,nimirum eodem etiam pertinet, quippe cum Apostolus ad commonendos ordinis desertores,charitate fraterna impulsus, ipse seipsum laboribus vltra præscriptum sibi, sua sponte subiiceret.Cæterum eius, qui ad perfectionem contendit, est, diem noctemq; assiduè laborare,vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti : quando qui in seipso, aut in eo etiam,ad quem cura pertinet distribuendarum rerum cuique necessariarum, positam spem habet,& laboris susceptionem,siue suam,siue eius, quicum est, satis magnum sibi ad degendam vitam subsidium existimat: huic,quatenus in homine spem ponit, magnopere est metuendũ ne in execrationem illam incidat,Maledictus homo, qui confidit in homine : & fulcit carnẽ brachij sui,& defecit à domino anima eius.Quæ verba cum dicunt,Qui confidit in homine, illud præcipiunt,nequaquam spem in altero poni debere . Cum autem , Et fulcit carnem brachij sui,in se sui habendam fiduciam vetant . Horum autem vtrunque defectio à deo nominatur.Similiterq; etiam exitus adiungitur vtriusque: Quia erit tanquam myrica syluestris in deserto,neque videbit quando venient bona.Quibus verbis illud ostenditur , quòd spem suã siue in seipso ponere,siue in alio quouis,nihil est aliud quàm deficere à deo.

INTERROGATIO XLIII.

Prorsus,quod attinet ad eam rationem,quam in artium exercitatione teneamus, satis iam abs te nobis demonstratum est: extra quam,siquid fortè reliquum sit,quod usus ipse postea nos doceat.Cæterum illud planius abs te nobis nunc cupimus explicari, cuiusmodi esse in conuentibus antistites conueniat,quomodoq; ab iis,qui in eorum disciplina sint,fratres gubernari. προσκυρεῖν διδαχθῆναι.

RESPONSIO.

Omnino

Universidad de Deusto
Biblioteca

γνώμη. OMnino,etsi veluti summatim dictum est etiam de hac parte: attamen quoniam (ne- G
que hoc iniuria)eam planius etiam vobis cupitis explanari,quòd quales principes ac
moderatores sint,tales etiam plerunque existere soliti sint cæteri,necessariò accura-
tius etiã tractari hic locus debet.Cõuenit igitur,vt qui in cõuentu reliquis fratribus præest,is
1.Tim.4.c præceptum illud Apostoli memoria teneat:Exẽplum esto fidelium.vitamq; suam exercendo-
rum domini mandatorum exemplum præbeat euidentissimum,vt videlicet iis, quos docen-
dos susceperit,causam nullam reliquam faciat,quamobrem præcepta domini, aut contem-
nenda,aut eiusmodi,quæ nemo assequi possit,esse arbitrentur. Principio igitur hoc esto pri-
mum, Antistitem nimirum conuentus præferuida erga Christum charitate sui modestiam H
animi studio propensiore exprimere debere,adeò vt vel tacens ipsis suis operibus exemplum
non fucatæ humilitatis relinquat quouis sermone multo efficacius,ad communem fratrum
doctrinam. Etenim si Christianæ vitæ limes eo pertendit, vt Christum imitere iuxta pro-
portionem assumptę ab eodem carnis,ex eo,quòd ad vocationem cuiusque pertineat: sine du
bio,quibus ea data prouincia est,vt ipsi cæterorũ duces sint, ij opera sua & intercessione im-
becilliores adhuc deducere ad Christi assimilationem viam præstruendo debent,& ea re bea-
μιμηταὶ μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. 1.Cor.11.a tum Paulum imitari sic dicentem,Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Proinde primi
ipsi obseruanda ea,quæ à domino nostro Iesu Christo tradita est, summissioris animi & hu-
militatis regula,clarissimum reliquis & absolutum virtutis huius esse exemplum debent.Di- I
Matth.11.d scite enim à me,inquit, quia mitis sum & humilis corde. Morum igitur mansuetudo, &
χαρακτῆρες τοῦ ἤθους. Luc.12.c humilitas cordis, hæc præcipua antistitis veluti insignia sunto.Si enim dominus discipulis
suis ministrare non erubuit,sed terræ ac luti,quod ipse finxerat,& hominis forma figurauer-
rat, minister esse non recusauit: Ego enim in medio vestrum sum,inquit, sicut qui ministrat,
quid est tandem,quo erga æquales nostros præstando, illius imitationem assecutos nos exi-
stimare possimus? Hoc igitur est quod primum & eousque magnum in antistite requiritur.
Tum clementem esse ipsum oportet,eiusmodiq; qui per rerum inexperientiam in officio de-
linquentes leniter sufferat:non tamen qui obticescat ad peccata, sed immorigeros ac detre-
ctantes imperium clementer toleret,& ipsis cum quanta maxima possit lenitate,moderatio- K
neq; medicinas adhibeat.Idoneum præterea, qui accommodata eorum morbis remedia cõ-
2.Tim.2.d miniscatur & excogitet,non atrociter obiurgantem, sed in mansuetudine monentem, cle-
menterq; corripientem, sicut scriptum est. Eundemq; in rebus præsentibus administrandis
Rom.15.a peruigilem & attentum in futuris prospiciendis sagacem,talemq;, qui & certare cum valen-
tibus possit,& infirmorum imbecillitates portare,cuius cùm dicta, tum facta omnia ad illo-
rum,quorum disciplinæ præsit,perfectionem pertineant: non qui sibi ipse prælationem assu-
mat,sed qui à cæteris,qui autoritate in conuentibus præstent,delectus sit,& satis magnum in
1.Tim.3.c superiore vita documentum dederit probitatis morum suorum.Nam & hi,inquit,probentur
primùm & deinde ministrent, vt nullum crimen habentes. Quod similiter quoque in hoc L
seruari debet,quem diximus: quò videlicet sic creatus,fratribus ipse ordinem disciplinæ præ-
scribat,quem sequantur,operaq; dispartiatur in vnum quemlibet præut viderit expedire.

INTERROGATIO XLIIII.

Quibus permitti debeat,ut domo peregre proficiscantur: quomodóque item ij,cum se domum receperint,interrogandi sint?

RESPONSIO.

PEregrinandi quidem potestatẽ ei permittito, qui in peregrinatione sine animæ suæ de-
trimento,& cum vtilitate eorum,quibus cum congrediatur,possit versari: quando, nisi M
idoneus aliquis affuerit,longè est præstabilius summam rerum omnium necessariarum
penuriam perpeti,atque egestatem, etiam si propterea subeunda mors sit, quàm subleuandæ
necessitatis corporis causa,perspicuum & omnibus confessum animæ detrimentum neglige
1.Cor.9.c re.Bonum est enim,inquit Apostolus,mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis eua-
cuet.& hoc in iis,quæ liberè vnicuique licet omittere. quanto igitur impensius in iis, de qui-
bus præcisè extat mandatum? Quanquam huic ipsi etiam incommodo medetur lex charita-
tis.Si enim inciderit aliquando,vt in conuentu aliquo desit,qui tutò commodèue foras pos-
sit amandari,necessitati huiuscemodi satisfacient ij, qui loco proximi erunt, quum & com-
munia itinera faciant,& absentes à domo, vicissim alij ab aliis nunquam separentur, vt tam
qui

A qui animi,quàm qui corporis etiam viribus imbecilles sunt, ij hoc modo cum valentioribus
coniuncti,incolumes ac vegetiores conseruentur. Quod quidem multò antè prouidere de-
bet, is cui procuratio necessariorum concredita est, ne in ipso postea necessitatis articulo,
rebus iam in summas angustias adductis, remedium ipsi ex tempore quærendum sit.Cæterũ,
vbi qui emissus fuerit,domum iam se ex peregrinatione receperit, eum diligenter perconta-
tor,quid absens interim egerit,in quorum hominum congressus inciderit, cum illis quos ser
mones contulerit,in cuiusmodive secum ipse cogitationibus sit versatus, num assiduè die no
ctuq; in dei timore permanserit,an à recta semita interdum aberrarit,& à communi decreto
aliquid innouarit, idq; terrore perculsus externarum calamitatum, an propria socordia la-
B psus.Et quod rectè ab ipso factum audierit,approbatione confirmato: Quod autem contrà,
vitiosè,leni cura prudentiq; admonitione corrigito.Ita enim & attẽtiores esse assuescent, qui
itineribus se dabunt,si de reddenda ratione soliciti sint:& nos, quandiu abiuncti illi à nobis
permaneant,neutiquam videbimur illorum vitæ curam negligere. Porrò huiuscemodi etiã,
de qua loquimur, consuetudinem ex Actorum historia accepimus solitam fuisse à veteribus
sanctis viris vsurpari.Siquidem ex ea docemur, quemadmodum & Petrus, cum se Hieroso- Acto.11.a
lymam recepisset,iis qui tunc in ea ciuitate erant,rationem reddiderit eius societatis,quæ sibi
cum gentibus fuisset.Similiterq;, quemadmodum Paulus & Barnabas reuersi ex peregrina- Ibidem.15.m
tione,congregatæ ab ipsis Ecclesiæ renunciauerint omnia,quæcunque deus fecisset cum illis.
C Et alio in loco,quemadmodum siluit omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum Acto.15.c
narrantes quæcunque fecisset per illos deus.Illud tamen hoc loco intelligendum est, nundi-
nationes,& quæstus illos omnes,qui caupones attingunt,fratrum conuentus longissimè fu-
gere debere.

INTERROGATIO XLV.

Quòd præter antistitem alius etiam esse aliquis debet,qui illo absente aut alioqui occupatione alicuius distento, fratrum ipse curam possit suscipere.

RESPONSIO.

D VErumenim quoniam incidit sæpenumero, vt vel ob valetudinis imbecillitatem vel κατὰ περίστασιν.
peregrinandi necessitatem,vel aliam quãuis ob causam abesse à reliquorum fratrum
conuentu,necessariò antistes cogatur,alius etiam esse præter ipsum debet,qui cum ip
sius,tum cæterorum etiam fratrum diligenti animaduersione circunspectioneq; adhibitis,ad
hoc delectus sit,vt absente illo curã in se conuentus recipiat:vt & qui remanserint,vnius cõ-
silio gubernentur,neque absente magistro,ad formam quandam popularis reipublicæ status, καὶ δημοκρατικήν τινα σχῆμα.
familia traducatur: atque eo modo regula, & traditæ disciplinæ seueritas imminuatur: Sed
quæ de communi omnium sententia adscita à cuncto collegio instituta fuerint ad dei gloriã
conseruentur: atque vt sit, qui accedentibus ad nos hospitibus, prudenter sciat respondere:
E quò videlicet & qui aliquid audire à nobis desiderant, pro propositi argumenti dignitate æ- γνώμη.
dificentur,& cõmune fratrum collegiũ neutiquã dedecoretur. Nam hoc quòd passim omnes
sine vllo discrimine ad dicendum assiliant,præterquam quòd tumultus causa est, etiam signũ
est perturbatæ disciplinæ,cum Apostolus ne iis quidem, quibus delatum fuerat donum rectè Confirmat argumẽto à maiori.
docendi dei verbum,pluribus simul loqui licere voluerit. Sic enim est apud ipsum: Quod si 1.Cor.14.d
alicui reuelatum fuerit sedenti,prior taceat. Qui idem etiam apertè perturbatæ huiuscemodi Ibidem.d
disciplinæ absurditatem demonstrans sic dicit:Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum,
& omnes loquantur linguis, intrent autem idiotæ, aut infideles, nónne dicent quòd insani-
tis?Atque etiam si inciderit aliquando,vt qui alicunde accesserit, aliquem de re aliqua quam
F ignoret interrogauerit, isq; qui vice alterius interrogatus sit,haberet, quod commode respõ
deret,conseruandæ tamen disciplinæ causa,tenere silentium debet,& is hospitem doceat,sed
submissa voce, cuius officium est respondere, eaq; in re exemplum Apostolorum domini i-
mitari conuenit, à quibus,dum cum domino essent,solitus erat mos iste vsurpari,idq; vt pro
ordinis atque honestatis decoro,indulto nobis sermone vtamur. Etenim,si vbi de corporum Cõfirmat à simili.
curatione agitur,in remedio ægris adhibendo,non temere quemuis medicamento,ferramẽ-
tóue vti videmus: sed illos tantummodo,qui medendi artem teneant, quam & à peritis an-
tè didicerint,ac doctrice multiplici experientia, & assidua ipsi postea secum commeditatio-
ne expoliuerint,& longinqua exercitatione,longinquoq; vsu confirmauerint: quæ ratio per-
mittit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittit,vt ad curationem eam,quæ sermone adhibetur, nulla habita delectione, temere quiuis,qui velit,assiliat:qua in re, rei vel minimæ prætermissio, maximum afferre detrimentum solet? Apud quos enim ne panis quidem distributio quibusuis temere permittitur, sed munus huiuscemodi administrandi panis vnius cuiusdam est, ad quem illud de communi aliorum sententia delatum est, quî non multò maiore cum delectu ac cautione hoc in danda petentibus esca spirituali obseruari cõueniat? videlicet vt munus hoc peculiare sit alicuius,qui melius id ipse præstare possit, quàm cæteri? Ex quo intelligitur animi esse valde sibi præfidentis, cum quis de aliquo,iudicio interrogatus, intrepidè sic,temereq; audeat respondere. neque digitum ad illum intendat,cui huiusmodi dispẽsandi sermonis munus delegatum sit. Qui quidem ea re,quòd fidelis esset dispensator & prudens,iccirco delectus est,vt spiritualem cibum tempore distribueret,sermonesq; suos in iudicio disponeret,sicut scriptum est. Quod si etiam incidat,vt ad quem pertinet respondere,hunc aliquid effugiat aliquãdo, illudq; alteri occurrat,non propterea tamen,cui illud occurrerit,is confestim prosilire, ac palàm arguere illum debet,sed seorsum arbitris semotis,quod sibi occurrerit,de eo ipsum admonere,quãdo ni hoc ita fiat,qui inferiores sunt,ij elatiores fieri aduersum superiores solent. Quapropter esto commode aliquis responderit,tamen si responsio ad illum non pertinebat, pœnis is tenetur obnoxius violatæ disciplinæ.

Alterũ simile nec inelegans ex collatiõe panis & verbi.

Luc.12.e

Psal.111.a γνώμη memorabilis.

In desertorẽ disciplinæ, vt animaduertendum.

INTERROGATIO XLVI.

Quòd neque fratrum,neque sua obtegere quis delicta debet.

RESPONSIO.

QVicquid est autem,in quo peccetur,id referri ad antistitem debet,siue ab eo ipso,qui peccatum admisit,siue ab iis,qui illius conscij sint,si illud ipsi curare non possint, & mederi eo modo quo præceptum est à domino, quando vitium dissimulatum morbus est in animo oblitescens, & supputris qui etiam propterea incurabilis efficitur. Quemadmodum igitur nullo modo benemeritũ illum de nobis diceremus, qui quæ pestifera essent,ea in corpore nobis includeret,sed eum potius, qui cum dolorifico cruciatu, & cruoris etiam missione per lancinationẽ ea in apertum extraheret,quo videlicet, aut quod noxium esset, per vomitum recelleret atque extũderet à corpore, aut in vniuersum,per morbi cognitionem, eius quoque curandi ratio facilius cognosceretur: ita nimirum peccatum occultare,nihil est aliud,quàm ægrum sua sponte ad mortem ruentem, impellere, & procliuiorem reddere. Stimulus enim peccati mors est, inquit. Porrò occulta beneuolentia præstabilior est ea, quæ palàm libereq; fit obiurgatio. Nemo sit ergo,qui aut peccato alterius latebras quærat,ne pro amore,quem fratri debet,exitium illi conciliet. Neque suo. Qui non medetur sibiipsi,frater est sua opera dissipantis.

Argumentũ à minori ad maius.

INTERROGATIO XLVII.

De his qui nolunt admittere, quæ per antistitem præscripta sunt ac designata.

RESPONSIO.

VErum is qui nolit admittere quæ Antistes perficiunda iusserit,debet ei apertè quidem sed semotis arbitris,cur dicto audiens esse ac moriger nolit, respondere,allata si quã habet,ratione,sacris literis consentanea: alioqui quod imperatum sit,silentio exequitor. Quòd si hoc facere pudore retractus non ausit, aliis quibusdam ad eam rem sequestribus vtitor,quo videlicet, si aliena fortè à sacrosanctis literis illa antistitis iussio sit, ipse cùm seipsum,tum reliquos fratres à noxa eximat. Sin contrà,planum factum sit, eam rectè fuisse ac ratione factam,à vana seipsum ac periculosa secum disceptatione liberet. Qui enim secum disceptat, inquit,si manducauerit,damnatus est,quia non ex fide,& vt ne simpliciores exemplo suo ad abiiciendam obedientiam instiget,ac veluti procliuiores efficiat. Expedit enim,inquit dominus,vt suspendatur mola asinaria circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis his. Quòd si qui diutius in contumacia hæserint aduersus antistitem clàm queruli, nec in apertum voluerint sui mœroris causam prodere: hi perinde ac disceptationis inter fratres exortæ autores aut qui certissimam auctoritatem collisserint & labefactarint eius quæ maiorum debetur præceptis, obedientiæ ac velut rebellionis & inobedientiæ

Rom.14.c

Matth.18.a

dientiæ magistri,prosus à reliqua fratrum familia exiguntor. Eiice enim è concilio pestilentem,inquit,& exibit cum eo iurgium.

Proue.22.b

INTERROGATIO XLVIII.

Quòd nullo modo curiosè consilia moderaminâue antistitis exquiri debent, sed debet unusquisque muneri suo uacare.

RESPONSIO.

CAeterũ ne quis facilè in huiuscemodi vitiũ secus de antistite suspicãdi, aut diiudicãdi cum detrimento cùm suo,tum reliquorum etiam fratrũ incurrat, illud in vniuersum obseruari in conuentu debet, vt nullo modo quis curiosè antistitis consilia peruestiget,aut in eius facta anxiè inquirat,iis duntaxat exceptis,qui cùm dignitatis gradu, tum cõsilij prudentia antistiti ipsi proximi sint. quos quidem ille necessariò sibi,quandocunque de re aliqua erit deliberaturus,in consilium ac naturam cõsiderationem adhibebit, nimirum præcepto illi obtemperans,Omnia fac cum consilio. Quam enim illi animas nostras gubernandas commisimus, tanquam deo de iis rationem reddituro, prorsus absurdissimè facimus, si huic fidem in rebus cõtemptissimis abrogamus, & cum ipsi falsis aduersus fratrem nostrum suspicionibus impleamur,tum reliquos exemplo nostro,vt idem faciant, incitamus. Ne igitur hoc eueniat, vnusquisque maneat in ea vocatione, in qua vocatus est: & cum animum suum totum in rerum ad se pertinentium cura occupauerit,minimè in aliorum consiliis inquirendis sit curiosus,sed sacrosanctos domini discipulos imitetur. Quorum,esto illud,quod in Euangelio est, de Samaritana, suspicionem ipsis posset commouere, Nemo tamen dixit, inquit,quid quæris,aut quid loqueris cum ea.

κενὸν animo imprimendus.

Eccl.32.d

1.Cor.7.d Vt vitanda curiositas.

Ab exẽplo discipulorũ domini. Ioan.4.d

INTERROGATIO XLIX.

De controuersiis, quæ nonnunquam solent inter fratres existere.

RESPONSIO.

DE controuersiis autem, quæ inter fratres interdum oriuntur, illud statuendum est, Quotiescunque aliqui inter se de re aliqua collidunt dissidentes & corrixantes, eos nequaquam inter se pugnaciter nimis contendere debere, sed controuersiæ decisionem superioribus se reseruare. Verumenim ne quâ disciplinæ ordo violetur, si omnes passim nullo temporis,locíve ad agendum idonei delectu habito,quærant,nêve futilibus & inanibus quæstiunculis,aut nugacitati detur locus,certum quendam esse oportet, eumq; de communi reliquorum omnium sententia,idoneum iudicatum,qui quidem de quibus inter fratres controuersia sit,ea aut communiter in medium omnibus disceptanda proponat, aut seorsum de iis cum magistro conuentus communicet. Ita enim quæ in quæstione posita erunt, melius, certiusq; disputabuntur. Si enim nulla est res, cuius tractatio non scientiam, & vsum desideret,ea certè multo magis in rebus his requiruntur,quæ sunt huiusmodi. Et si instrumentorũ eorum,quæ ad artium ministrationem necessaria sunt,tractationem,nemo esset,qui imperitis committeret, sine dubio multo magis sermonis tractatio concedi debet in dicẽdo potioribus: qui quidé ipsi cum loci,tum temporis,tum modi,quibus poni quæstiones debeant, cõmodè habere delectum sciant: quiq; citra contentionem cum prudenter quærendo, tum intelligenter auscultando,rerum, quæ sint in quæstione versatæ, explicationes ad communem possint omnium ædificationem seruare.

A minore ad maius

INTERROGATIO. L.

Quæ ratio teneri ab antistite debeat in obiurgationibus adhibendis.

RESPONSIO.

VErum enimuerò illud cauere magnopere antistes debet, ne ad castigandum verbis aliquem ex iis qui deliquerint, affectu quouis vitioso percitus accedat: quando cum indignatione & ira,castigatione aduersus aliquem vti,hoc haudquaquam est,à peccato illum liberare,sed delictis seipsum obstringere,quamobrem Apostolus dixit, In mãsuetudine corripientem eos, qui resistunt. Neque, si in contemptum veniat alicui, ob id præbere se vehemen-

2.Tim.2.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

vehementem debet,aut æquo seueriorem:vbi verò alium contemni viderit erga eum qui deliquit,declaret se benignum,ac indulgẽtem.Quinimo multo grauius ei ferendæ aliorum iniuriæ sunt,quàm suæ.Hoc enim si fecerit, & suspicionem à se illam hominis seipsum immodicè amantis submouebit,& planissimè se non peccantem odisse, sed peccatum auersari declarabit,cum ita videlicet diuerso modo se gerat in rebus & suis & alterius. Cæterùm si quãdocunque indignatur,non hanc,quam dixi,sed huic contrariam rationẽ adhibuerit, is prorsus indicabit,se neque propter deum,neque propter periculum eius, qui peccauerit, sed propter gloriæ cupiditatem,aut imperitandi studium, indignationem illam suscepisse. Oportet enim illum & pro dei gloria,cui violando ipsius mandato infligitur cõtumelia, iustam iram ac zelum præ se ferentem, & peculiarem fraternæ charitati misericordiam retinentem, pro
Ezech.18.a fratris sui in peccato periclitantis salute tuenda (quia anima, quæ peccauerit, ipsa morietur) in quocunque,quod committatur peccato, tãquam aduersus peccatum animo incitari,& in eo acriter vindicando,animi sui iustum ardorem præ se ferre.

INTERROGATIO LI.

Quomodo corrigi debeat delictum eius,qui peccauit.

RESPONSIO.

IN adhibendis verò curationibus iis,qui vitioso animi affectu aliquo laborent, consuetudinem imitari medicorum debet,vt videlicet ægris non irascatur,sed contra morbum ipsum pugnet:in eoq; impugnando,duriore victus ratione,si ita res postulat,animi vitia sanet:veluti inanem gloriam,abiectioribus exercitiis imponendis:futilem & otiosam loquacitatem,silentio:immodicum somnum peruigilio & excubiis orationum: segnitiem corporis, laboribus imponendis grauioribus:edacitatem indecoram ieiunio: murmurationem, à reliquis segregatione: vt videlicet neque ex fratribus quisquam vnà cum ipso esse in opere velit, neque opus, quod ipse elaborauerit, vnà cum reliquis reliquorum misceatur,sicut suprà dictũ est, nisi siquando suscepta alacriter ac citra pudorem vllum pœnitentia, morbo eo liberatum esse illum appareat.Tum enim opus,quod murmurãs elaborauerit,admitti poterit:verùm ne sic quidem,id in vsus fratrum vllos erogetur, sed ad alium aliquem vsum dispensetur. Hæc autem cur ita fieri debeant,satis superius intellectum puto.

INTERROGATIO LII.

Quo animo quis accipere impositas sibi multas debet,siue irrogatas iuxta præscriptum Canonis pœnas.

RESPONSIO.

QVemadmodum autem diximus vacuum affectibus antistitem ad curationes ægris admouendas accedere oportere,item quoque vicissim eorum, quibus medicina fit, partes existimari debent, antistitis in se animaduersiones, non ad odium accipere,neque impotentem dominationem existimare, curationem eam, quã misericordia quis adductus,consulendi causa animæ ipsorum saluti, ipsis adhibeat. Esset enim à decoro abhorrens,si cum qui aduersa corporis valetudine laborant, iis vsque adeò magnam
ἀνομοίωσις. ἀνίωσιν. medicis suis fidem habeant,vt esto ipsos secent, esto vrant, esto amarissimis dandis medicamentis medeãtur,nihilominus tamen inter benemeritos de se illos numerẽt:nos non itidem quoque aduersus animarum nostrarum medicos, quandocunque duriore imponenda nobis
2.Cor.2.a re aliqua,salutem nobis efficiunt,fuerimus animati:Cum Apostolus dicat: Et quis est,qui me lætificat,nisi qui contristatur ex me? Et itẽ,Ecce enim hoc ipsum quòd contristati estis,quàm magnam in vobis solicitudinem operatum est.Proinde rei spectari exitus debet,& is bene de nobis meritus iudicari,qui nobis contristationem illam afferat,quæ est secundum deum.

INTERROGATIO. LIII.

Quomodo artium magistri peccantes pueros corrigere debeant.

RESPONSIO.

Atque

ATque illud etiam seruandum est,vt qui artes docent,ij,siqua in re,quæ ad artem eam pertineat,quã tradunt,labi illos animaduerterint,quos in disciplinam acceperint,seorsim eos verbis castigent,& errata corrigant. Quæcunque autem ab eis peccata cõmittantur,eiusmodi,quæ animi morum peruersitatem indicent, veluti siquis contumax sit, verbis contrà contendat,in elaborandis operibus negligenter se gerat, garrulus sit, & otiosiloquus, aut vanus, aut aliud denique aliquid agat eorum, quæ pietatis cultoribus vetita sunt: hæc in quibus animaduersa sint,ij ad communis disciplinæ moderatorem duci debent,& coram eo accusari,vt ipse sit videlicet,qui statuat,quatenus,quáve ratione vnumquodq; pecca-
ἐπὶ τὸν ἐφορεύοντα. B tum curari conueniat.Si enim obiurgatio est animæ curatio, prorsus obiurgare non est cuiuslibet,sicut neque curationem admouere,nisi siquis sit,cui munus hoc antistes ipse adhibita prius diligenti circumspectione delegarit.

INTERROGATIO LIIII.

Quòd præpositi conuentuum uicissim de his quæ se concernunt,conferre inter se debent.

RESPONSIO.

C OPeræprecium est autem,si statis interdum quibusdam temporibus, certisq; locis consessus celebretur,eorum,qui fratrum conuentibus præsunt, in quibus videlicet, cum de rebus iis,quę sibi præter rationẽ acciderint,tum de difficilibus etiam ad tractandũ naturis, aut moribus,& quo modo in singulis moderandis se gesserint, vicissim inter se communicent,& cõferant. Quò videlicet,si aliquid aliquando minus rectè ab aliquo factum fuerit, id adhibita locuplete multorum sententia, maiore cum autoritate quod in medium ἀσφαλέστερον. adductum est,quale sit,iudicetur.Contraq; siquid rectè gestum,multorum similiter testimonio comprobetur.

INTERROGATIO LV.

D *Nunquid ex uera pietatis proposito sit, uti medicina.*

RESPONSIO.

QVemadmodum vniuscuiuslibet artis suffragium in hoc nobis à deo est indultum, vt nostræ occurramus infirmitati: ceu sunt,agricultura quòd quę sua sponte è terra gignuntur,ad subleuandas victus necessitates satis non erant: texendi ars, quòd indumentis necessariò vita hominum indigebat, cum ad honestatem tenendã, tum ad cœli incommoda depellenda: similiterq; ædificandi disciplina, quòd sine ea haud facilè stare vita hominum potuisset: item eadem quoque in medicina ratio est.Cum enim cor-
γεωργία. ὑφαντική. οἰκοδομικὴ. E pus nostrũ morbidum noxiis variis expositum,partim extrinsecus aduenientibus,partim intrinsecus agnatis morborum generibus, obnoxium sit,eaq; modo largiore cibi copia, modo subductione nimia affligatur: medicinæ nobis ars à totius vitę nostræ moderatore deo concessa est,à qua nimirum cum demendis iis, quæ superarent, tum quæ deessent, addendis, rationem disceremus,quemadmodum nos animæ quoque curationem adhibere oporteret. Vt enim si in paradiso deliciarum essemus,nihil agresti nobis,neque labore opus esset,neque solertia: sic si vacuam penitus morbis vitam ageremus,ad similitudinem temporis illius,quando ab initio statim creati,nondum de dei gratia decideramus,sine dubio nihil nobis opus esset, cur valetudinis tuẽdæ causa præsidium vllum à medicina peteremus.Verũ quemadmodũ posteaquam in locum hunc,veluti in exilium quoddam detrusi sumus,veraq; illa audiuimus,
F In sudore vultus tui vesceris pane tuo: diuturna deinde periclitatione assiduaq; in excolenda terra industria, ærumnaq; agriculturæ artem effecimus, cum deus ad lenienda vtcunque ea,quæ ab execratione illa inuecta nobis incommoda fuerant, agricolandi intelligentiam, perceptionemq; nobis sit elargitus: Sic vbi iussi sumus, vt in terrã, de qua sumpti eramus denuò reuerti & dolorificæ carni,morti propter peccatum addictæ, ac propterea huiuscemodi morbis subiectæ aptati sumus, datum nobis medicinæ remedium est,quo(adhibita tamen ea, quam adhiberi par est,moderatione)aduersum ægros vteremur. Neque enim fortuito ortæ de terra herbæ sunt ad singula morborum genera accommodatæ, sed nimirum eæ supremi opificis voluntate editæ sunt,eo cõsilio,vt iis nos ad vtilitatem nostram vti possemus. Quocirca ea quidẽ,quæ in radicibus,floribúsve,aut foliis,aut fructibus, aut succis naturalis vis in-
ἰατρική, πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις Hippo. de flatib. Collatio. Gene.3.d
est,aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,aut quodcunque etiam ex metallis,marive aliquid ad corporis nostri vsum appositum ha G
bere inuenta sit,ea omnia earum rerum inuentioni similia iudicari debent,quibus in cibo potioneq; vti consueuimus.At in quibus exquirendis curiosa quadam, & anxia nimis solertia, curaq; est opus,quæq; magnas nobis molestias quasdam conciliant, ac quasi vitã nostram in corporis curatione implicatam tenent, ea à Christianis hominibus funditus repudiãda sunt: dandaq; nobis studiosè opera est,vt huiusmodi arte(si quando res postulet)ita vtamur,vt nul lo modo omnem ei aut prosperæ,aut aduersæ valetudinis causam assignemus, sed vt ad gloriam dei,& formulam quandam, qua nos in animorum nostrorum curatione vti oporteat, ita salutaria ab ea corpori nostro subsidia petamus. Ac si quando medicinæ nos remedia de- H
1.Cor.10.c Ab exéplo argu. fecerint, neutiquam leuandi mali spem omnem in hac arte collocatam habeamus: sed illud intelligamus,aut quòd non patietur nos tentari deus supra id,quod possumus:Aut quod sicut olim,dum inter nos versaretur dominus,modo lutum faciens, illud alicui illinebat, illitoq; vt se in Siloam ablueret,præcipiebat,modo ad sanandum,voluntate sola contentus erat, dicens,Volo: mundare.Quosdam etiam præterea,vt in acerbitatibus certarent,dimisit:nimirũ qui periclitatione illa spectatiores ipsos vellet efficere: Ita nunc etiam pari ratione agere nobiscum velit,tum ex occulto ratione quadã oculis nostris minimè aperta, salutari nobis imponenda medicina,quotiescunque ita facere ex animarum nostrarum vtilitate esse ipse iudi- I
ὑλικοῖς μεχρῶδαι βοηθήμασι. cauerit: tum id etiam agendo interdum,vt ad depellendos à nobis morbos eos, quibus laboremus,crassiorib⁹ remediis quibusdam vtamur,idq; ea re nimirum, quòd curationis longinquitate memoriã eius,quod acceperimus, beneficij,altius in animis nostris impressam velit. vel(vt antè dixi)ea re,vt formulam nobis tradat, quam in curandis nostris animi vitiis imitemur.Vt enim in corporibus necessariò & demi illa debent, quæ superuacanea sunt, & quæ absunt,apponi: sic idem quoque nobis in animis nostris seruandum est, vt quæ aliena sunt scilicet,amandemus,& quæ idonea,ascisc amus. Siquidem fecit deus hominem rectum,& ad
μεταφορὰ à medicina corporis ducta. bona opera creauit nos,vt in illis ambularemus.Et quemadmodum in iisdem corporibus se-
Sap.2.d cari,vri, & potiones amarissimas sumere, incolumitatis ipsorum causa non recusamus: sic in animis quoque,secantia,cum obiurgamur,verba,amaraq; pro ipsorum salute increpatio- K
num medicinæ accipiendæ sunt.quod quidem iis,qui emendati non erãt, Propheta obiectat,
Hier.8.d ἀνίβη ἴασις cum dicit,Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? Quare igitur non est restituta sanitas filiæ populi mei? Quin illud etiam,quòd quis in inueteratis morbis, non nisi ex longinquo tempore,variisq;, & iis dolorem facientibus medicamẽtis sanitatem expectat, indicio est,vitia similiter,quæ in animis nostris inueterauerint,assidua oratione, & diuturna patientia & acerrima animi contentione,quæ ad sanitatem adipiscendam ratio sufficere nobis ostenderit,à nobis curari oportere.Non igitur quoniam medicina peruersè quidam vtũtur,iccirco fugiẽda nobis omnis,quæ ab ea nascitur,vtilitas est.Neque enim eò quòd qui vo-
luptates intemperanter consectantur,coquinaria facultate,panificióve,aut texendi arte ad lu L
xum abutuntur,cum vltra præscriptos necessitatis limites progrediantur, continuò huiusmo di à nobis repudiari artes debent:contraq; potius,ex recta illarum tractatione, quod ab ipsis in illis fit,detegendum vitium est.Sic igitur in medicina etiam, haudquaquam rectè fieri ratio docet,si propterea,quòd sint qui illa vtãtur vitiosè, eius datum nobis diuinitus munus in crimen vocetur. Etenim cum illud, incolumitatis suæ spem omnem habere positam in manibus medicorum, planè iumentorum simile sit(quod quidem vsu venire miseris nonnullis animaduertimus,qui etiam non verentur apertè liberatores suos illos appellare)tum hoc,omnes penitus,quæ ab ea proficiscantur,vtilitates fugere, hominum est valde in sua sententia
4.Reg.2.b peruicacium.Sed quemadmodum Ezechias massam ficorum illam, neutiquam præcipuam M
sanitatis suæ causam fuisse arbitratus est,neque salutem corporis sui,quam recuperauerat,illi acceptam tulit,sed ad dei gloriam,etiam quòd ficos creasset, gratiarum actionem adiecit: Sic nos quoque,quandocunque ab eo,qui benignè,sapienterq;vitam nostrã moderatur deus, vapulamus,primùm illud petamus,vt causam nobis indicet,cur ita plectamur: tum illud po-
1.Cor.10.c stulemus,vt ab iis,quibus premimur, acerbitatibus liberemur, & animi ab ipso in tolerando fortitudinem comprecemur,vt vnà cum tentatione exitum etiam præbeat, vt sustinere pos
Luc.10.f Perstat in metaphora. simus.Restitutæ vero nobis sanitatis munus,siue per vinum oleo permistum,veluti ille curatus fuit,qui in latrones inciderat,siue per ficos,vt legimus de Ezechia, gratiarũ actione prosequi debemus:neque omnino referre quicquam existimemus,siue non cernentibus nobis,siue cernentibus corporeæ rei alicuius opera curationem nobis deus adhibeat, quando hæ sæ-

penumero

A penumero faciunt,vt dei in nos beneficium clarius agnoscamus. Atq; etiam sit plerunque vt cum iccirco in aduersam valetudinem inciderimus,vt hoc pacto admoniti,vitia nostra emẽ demus,loco pœnæ cuiusdam,huiuscemodi curationis acerbitatem cogamur perferre. Quocirca neque sectiones,neq; vstiones,neque cruciatus,quæ acerba,asperaq; medicamenta affer re secum solita sunt,neque inedias,neque arctissimas in victus obseruationes regulas,neq; denique declinationem à rebus,quæ obsunt,repudianda esse nobis recta ratio demonstrat,saluo tamen(iterum enim dico)proposito animæ vtilitatis,quippe cui in medicina corpori admouenda,formula quædam proponitur, quam in sui ipsius curatione ipsum conueniat imitari. Porrò haud mediocre periculum est,ne ab recto animus aberrans, vanas quasdam opiniones
B concipiat,quippe quasi ęgrotatio omnis petitis à medicina remediis curanda sit.Neque enim γνώμη. semper morbi omnes à natura, aut vitiosa victus ratione, aliisve quibusdam sitis in corpore nostro causis,ad quæ vtilem interdum medicorum artem videmus,ortum ducunt: quando- Morbi,flagella peccatorum. quidem morbi sæpenumero veluti quædam peccatorum flagella sunt, quibus nihil aliud agitur, nisi vt vitam nostram in melius commutemus. Quem enim,inquit, dominus diligit, Prouer.3.b castigat: & ideo multi in vobis infirmi,& imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur: dum iudicamur autem à domino corripimur, 1.Cor.11.g vt non cum mundo damnemur.Quamobrem qui eiusmodi sunt, hi omissis medicorum auxiliis, inuectas sibi acerbitates ferre silentio debent, quandocunque se peccasse animaduer-
C terint: atque illum imitari, qui dixit, Iram domini portabo, quoniam peccaui ei: necnon Mich.7.b vitæ suæ praua studia emendare,& dignos pœnitentiæ fructus edere,& verborum domini illorum meminisse, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Quin est, quando hoc diabolo ita deposcente permittitur à domino, cum aliquem tan- Ioan.5.c quam fortissimum aduersarium (quæ est eius benignitas) ipse cum illo in certamen committat, ac magnificam illius iactantiam summa seruorum suorum tolerantia retundat (quod quidem in Iob factum fuisse animaduertimus) aut mollioribus etiam in ferendis do- μακροθυμία B. Iob. loribus, laboribúsque exempla proferuntur eorum, qui vsque ad mortem continenter tolerare cruciatus possunt: veluti Lazarus, de quo, cum tot vndique vlceribus vrgeretur, nus- Lazari ité. quam tamen scriptum est, eum quicquam vnquam ab diuite illo petiuisse, significationẽm-
D ve vllam feciſſe,quòd iniquo animo eum, in quo erat,rerum suarum statum ferret: quæ quidem causa fuit,quamobrem postea quietem in sinu Abrahæ inuenerit, veluti qui mala rece- Luc.16.d pisset in vita sua. Quanquã aliam præterea in sanctis viris morborum causam euenire solitã reperimus,velut in Apostolo.Ne enim hominis natura egressus posset putari,aut naturaliter aliquid præ cæteris eximium habere quispiam ipsum existimaret (quemadmodum Lycaones, qui ad eum cum coronis & tauris accesserunt) quò facilius intelligi posset hominis illum natura præditum esse, in assidua vsque erat ægrotatione. Quocirca quid est, quod huiusmodi hominibus emolumenti afferre possit medicina? aut quod non iis potius contrà ab ea periculum procreari? qui quidem relicta recta ratione, curam suam in corporis cu-
E rationem tantum contulerint. Qui verò ex vitiosa, quam tenebant in victu, ratione, morbum sibiipsis contraxerunt, hi corporis curatione vti debent, perinde vti exemplo, & ad- τύπῳ καὶ ὑπογραμμῷ χρήσιον. umbratione quadam, quam in curando animo sequantur. quemadmodum dictum est suprà. quando quæ ex medicinæ ratione,à rebus quæ obsunt, declinatio fit, ea quoque nobis vtilis est,item delectus rerum vtilium, ac præceptorum conseruatio. Atque ipsa etiam aduersæ corporis valetudinis in secundam mutatio, quædam nobis esse veluti confirmatio debet, ne de animæ sanitate penitus desperemus, quasi verò ea ex peccatis ad pristinam integritatem per pœnitentiam se recipiendi facultatem omnem amiserit. Neque igitur fugienda pe- βεβαίωσις à simili.
F nitus ars ista est,neque rursum omnis in ea salutis nostræ præsidia collocanda: sed quemadmodum,licet agriculturæ vsum acceperimus, frugum prouentum tamen postulamus à deo: & quamuis gubernatori clauum committamus,deum tamen, vt nos ex alto incolumes conseruet,oramus: sic nihilominus cùm medicum adhibemus,idq; ratio fieri concedit,neutiquã à spe illius erga nos bonitatis debemus discedere.Mihi verò etiam ad colendam continentiam,haud mediocre momẽtum ars hæc,de qua loquimur,videtur afferre. Siquidem animaduerto ab ea & delicias amputari, & crapulam damnari, epularum præterea varietatem, & exquisitam nimis condimentorum prauè excogitatam solertiam,tanquã inutilem improbari.In summa deniq; indigentiam ab ea sanitatis matrem appellari.Proinde siue aliquãdo præceptis medicinæ vtimur,siue repudiamus ob aliquã causam earum,quas antè memorauimus:

i proposi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propositum tamen illud teneri vsque constantissimè debet, vt deus in primis propitius ha- G
beatur,& animę vtilitati consulatur,& præcepto Apostoli satisfiat illi, Siue manducatis, siue
1.Cor.10.g bibitis, vel aliud quid facitis, omnia ad gloriam dei facite.

CAPITA REGVLARVM QVAE Concisius disputantur.

1 Nunquid alicui licere, aut cõducere existimandum sit, vt sponte sua ipse faciat, dicátve quæ honesta esse iudicet, sine testimonio diuinarum scripturarum. H
2 Cuiusmodi conditiones esse debeant eorum, quibus mutuò se ij debent obligare, quibus decretum est vnà inter se vitam agere secundum deum.
3 Quomodo auerti à peccato debeat is, qui peccet: quomodoq; ,si obstinatè in proposito persistat, animati esse aduersus eum debemus.
4 Nunquid siquis pro leuissimis quibusque peccatis fratres pressè nimis vrgeat, ac pro iis pœnitentiam eos agere debere dicat, hic immitis dicendus sit:& vtrum is charitatem hoc modo dissoluat.
5 Quæ cuiq; pro quoq; peccato agenda pœnitentia sit.
6 Cuiusmodi is habendus sit, qui cùm pœnitere se dicat, re ipsa tamen solitam peccandi I
consuetudinem non intermittit.
7 Quodnam aduersum eos dei iudicium sit, qui peccantes defendunt.
8 Quomodo recipi debeat is, quem verè pœniteat.
9 Quomodo aduersum eum animati esse debemus, qui pertinaciter sine vlla pœnitentia in peccato perseuerat.
10 Quantis cum lacrymis, quantoq; cum timore recedere debeat à peccatis anima ea, quæ miserè in multis antè peccatis volutata sit.
11 Qua ratione quis odium concipere possit aduersus peccata.
12 Quomodónam certum sibi persuadere anima possit, quòd deus delictorum sibi gra- K
tiam fecerit.
13 Nunquid qui post susceptum baptismum peccauerit, is salutem suam debeat desperare, si multis postea implicatus peccatis inuentus sit.
14 Ex cuiusmodi fructibus probari possit vera alicuius pœnitentia.
15 Quam vim habeat illud, Quoties peccauerit in me frater meus,& dimittam ei?
16 Quamobrem anima peccatrix nullo interdum adhibito studio, tanquam si dolor ei aliquis incidisset, compungitur: interdum autem adeo languidus est, vt cum maximè conetur, compungi non possit.
17 Si cui cogitatio aliqua de edendo inciderit, deinde semetipsum condemnarit, nunquid hic in crimine illo sit, tanquam qui contra præceptum solicitus fuerit. L
18 Nunquid ei, qui in collegio peccatum aliquando aliquod commiserit, si diu postea rectè viuere perseuerauerit, procuratio aliqua demandari debeat: & si debeat, cuiusmodi eam esse conueniat.
19 Siquis in suspicionem venerit de aliquo peccato, neq; id apertè tamen committat, nunquid is obseruari debeat, vt id, de quo suspicio est, manifestò deprehendatur.
20 Nunquid debeat is, qui in peccatis diu volutatus fuerit, societatem solum cum prauè sentientibus in fide defugere, vel etiam prauè viuentium consuetudinem declinare.
21 Quæ causa sit, quamobrem huc & illuc animus futiliter distrahatur,& variis secum disceptationibus fluctuet:& quæ sit vitij huius emendandi ratio.
22 Vnde per somnum nocturna in nobis à decoro & honestate abhorrẽtia visa excitẽtur. M
23 Ad cuiusmodi vsq; verba, ociosus esse sermo iudicari possit.
24 Quid est maledictum, siue conuitium.
25 Quid est detractio.
26 Qui detrahit fratri, aut detrahenti alij aures accommodat, & non obsistit, qua is pœna dignus est.
27 Quomodo aduersus eum animati esse debemus, qui præposito detrahat.
28 De eo, qui minus modesta voce,& verbis petulantioribus respondet.

A 29 Qua ratione quis assequi possit, ne irascatur.
30 Quomodo à se vitium prauæ cupiditatis amputare quis possit.
31 An ridere prorsus permissum non sit.
32 Dormitatio intempestiua, & immodica vnde nascatur: & quomodo ab ea possimus liberari.
33 Quo argumento cognoscitur quis laudem ab hominibus affectare.
34 Qua ratione captandæ hominum laudis vitium quis possit effugere.
35 Quomodo superbus esse aliquis cognoscitur: itemq; quomodo curetur?
B 36 Nunquid honos quærendus sit?
37 Qui in exequendis dei mandatis iners est, quomodo is strenuus effici potest.
38 Quomodo cum fratre eo agẽdum sit, qui facere aliquid iussus, primùm parere recusauerit, deinde ipse obedientiæ vltro se subiecerit.
39 Quomodo cum eo agendum, qui murmurans obedierit.
40 Quomodo quis, qui aliqua in re fratrem offenderit, corrigi debeat.
41 Quomodo cum eo agi oporteat, qui ei, quem offenderit, recusset satisfacere.
42 Quæ ratio tenenda sit, quandocunque is, qui offenderit, satisfacere paratus sit: is autem qui offensus sit, redire cum eo in gratiam nolit.
C 43 Quomodo debeat quis animatus esse aduersus eum, à quo à somno ad orationem expergefiat.
44 Qua pœna dignus est, qui cùm à somno ad orationem expergefactus sit, id aut ægrè se ferre ostendat, aut etiam irascatur.
45 De iis, qui scire negligunt multiplicem dei voluntatem, ne grauius plectantur, tãquam qui scierint,& non fecerint.
46 Nunquid qui alium patitur peccare, cũ possit prohibere, ipse peccati illius particeps sit.
47 Nunquid dissimulatione vtendum sit aduersus eos qui peccant.
D 48 Auaritiæ quis sit finis.
49 Quid sit perperam agere.
50 Siquis in conuentu maiori sumptu confectis vestibus depositis, id quod minoris precij sit, verbi gratia, vel pallium, vel calceamentũ velit, idq; ob eam causam, quòd ex ipso se condecorari putet, nunquid is peccet, aut cuiusmodi vitio laboret.
51 Quam significationem habeat verbum, Racá.
52 Quis sit inanis gloriæ cupidus, quisve item humani fauoris captator.
53 Quodnam sit inquinamentum carnis, & quod item inquinamentum spiritus: & qua ratione ab iis mundi esse possimus: quæve item sit sanctificatio, & quomodo eius compotes esse possimus.
E 54 Quid sit seipsum amare,& quibus indiciis quisque talem se esse possit cognoscere. περὶ τῆς φιλαυτίας.
55 Quid intersit inter amaritudinem, furorem, siue iracundiam iram,& irritationem.
56 Quid intersit inter eum, quem altum sapere dicimus,& glorioſum, siuè arrogantem & superbum,& fastidio elatum,& inflatum.
57 Si cui vitium aliquod insit, quod emendari non possit, & cuius quò sæpius reprehenditur, eò sæpius lædatur, nunquid profuerit condonare illi ac sinere?
58 Nunquid is tantummodo censuram iudicij subire debeat, qui de industria mentitus sit: an is etiam, qui imprudens præter veritatem absolutè aliquid locutus fuerit. ἀπολύτως
59 Nunquid cui tantum in animo fuerit aliquid facere, neque postea fecerit, hic mendax iudicandus sit.
F 60 De eo qui temere facere aliquid decreuit ex iis quæ deo non placent.
61 Quomodo cum eo agi par sit, qui neque opus facere possit, neq; psalmos discere velit.
62 Si quis fecerit, perinde atque is, qui talentum occultauerat: num iudicio condemnandus venit?
63 Quid est, quod cum quis fecerit, simili iudicio condemnatur, atq; illi, qui aduersus nouissimos murmurauerant?
64 Scandalizare quid sit,& quomodo malum hoc fugere poterimus?
65 Quomodo quis veritatem in iniustitia detinet?
66 Quid est contentio, quídve item æmulatio?
67 Quid est immundicia, quídve item obscœna & petulca lasciuia?

Universidad de Deusto
Biblioteca

68 Quid proprium iracundi furoris, quídve item cum ratione ſuſceptæ indignationis. G
69 De iis, qui cum neque parcius edant, quàm cæteri, neque corpore ſint inualido, impares tamen ſe obeundis conuentus muneribus cauſentur?
70 Quomodo cum eo agendum ſit, qui veſtitu, aut calceamentis abutatur.
71 Cum aliqui ſint, qui in cibis ſuauitatē magis, quàm copiā conſectentur: alij autē contrà ſuauitati copiā ſaturitatis cauſa anteponant: quomodo vtriq; perſuadendi ſint.
72 De iis, qui in conuentu immodeſtè ad mēſam ſe gerunt, ſeſeq; voracius ingurgitant.
73 De iis, qui non ex deſiderio fraternæ emendationis eos redarguunt, qui peccant, ſed ex libidine ſeipſos vlciſcendi. H
74 De iis, qui ſe à cæterorum fratrū ſocietate ſeparant, & ſoliuagum vitæ genus ſectantur.
75 Nunquid omnis peccati, quod vel cogitatione, vel verbis, vel opere committatur, cauſa in Satanam conferri debeat.
76 Nunquid propter vtilitatem aliquam, quæ ex mendacio poſtea conſecutura ſit, liceat mentiri.
77 Quid ſit dolus, quid item morum peruerſitas.
78 Adinuentores malorum qui ſint.
συνεχῶς. 79 Quomodo ſiquis identidem ſemetipſum reprehendat, quòd durius ſe gerat aduerſus fratrem, is huiuſcemodi vitium poſſit emendare. I
80 Quænam ſit cauſa, vt mentem noſtram cogitationes bonæ, & deo placentes velut nos deſerant.
81 Nunquid pari modo obiurgandi ſint & religionis cultores, & cæteri quilibet de vulgo, quandocunque peccent.
82 Nunquid ſi aliquando contingat, vt quæ ætate prouectior eſt, idem cum ea quæ natu minor ſit, peccatum commiſerit, eâdem cum ea pœna plecti debeat.
83 Siquis multa rectè faciens, in vno tantū offendat, quomodo cum eo agendum ſit.
84 De iis qui moribus præditi ſunt tumultuoſis ac turbulentis.
85 An in fratrum ſocietate proprium aliquid habere liceat alicui. K
86 Quid aduerſus hunc obſeruādum ſit, qui dicat ſe neq; à fratrum ſocietate quicquā velle, neque de ſuo quicquam ipſum dare, ſed contentum ſe eſſe rebus ſuis.
87 Nunquid vnicuique liceat vetuſtate iam detritum veſtimentum pro arbitrio ſuo dare cui velit ex præcepto.
88 Quid eſt ſolicitudo huius vitæ.
προχώρησις 89 Quoniam ſcriptum eſt in ſacroſanctis literis, Precium animę hominis propriæ diuitię: quid faciendum ſit iis, qui diuitias non habent.
90 An liceat nocturnum veſtimentum habere, ſiue cilicium, ſiue alterius cuiuſuis generis.
91 Quid faciendum ſit ei fratri, à quo cum proprium nihil habeat, pallium aliquis petierit, maximéque ſi is, qui petierit, nudus ſit. L
92 Cum dominus iubeat, vt bona noſtra vendamus, qua mente præceptum hoc exequi debeamus.
93 Qui ſemel ſe rebus ſuis omnibus ſpoliauerit, iamq; proprium ſe nihil habere profeſſus fuerit, qua mente eum rebus ad viuendum neceſſariis vti oporteat, veluti veſtitu, ac victu.
94 De iis, qui relictis, quæ dependere ſoliti erant, tributis, ſe ad fratrum ſocietatem aggregarint.
95 An expedire iudicandum ſit, vt qui modo nouitij ingreſſi ſint, confeſtim ediſcant quæ de ſacroſanctis literis diſcenda ſunt. M
96 An debeat omnibus liberum eſſe literas diſcere, ſi velit, vel lectionibus vacare.
97 Nunquid is debeat admitti, qui petit, vt ad modicum tempus intra fratrum collegium recipiatur, eo cōſilio, quòd fratrum ſibi conſuetudinem profuturā ſperare ſe dicat.
98 Quem animum habere antiſtes conuentus debet in iis quæ imperat, ordinátve.
99 Qua animi affectione ad obiurgandum debeat accedere, qui obiurgaturus ſit quempiam.
100 Quæ ratio tenenda ſit in dimittendis iis, qui forinſecus mendicantes accedunt.
101 De eo, cui credita diſpenſatio eſt, & de mendicantibus.
102 De iis qui ſe à ſocietate aliorum abducunt, quacunque de cauſa.

Quoniam

A 103 Quoniam nonnunquam conſueuit euenire, vt quibus in rebus etiam qui natu grādiores ſunt, labantur, an ij reprehendi debeant.
104 Quæ ratio tenenda ſit in officiis fratribus delegandis.
105 An confeſtim vbi quis receptus intra fratrum ſocietatem fuerit, cum diſcere artes cōueniat.
106 Cuiuſmodi pœnæ illæ eſſe debeant, quibus in ſocietate fratrum vti oporteat.
107 De iis qui dicunt cupere ſe in fratrum ſocietate viuere.
108 Nunquid debeat antiſtes ſemota ſororum præſide cum aliqua de rebus ad fidei ædificationem pertinentibus loqui.
B 109 Nunquid cōuenire putandum ſit, vt antiſtes ſermonem ſæpe cum antiſtita conferat.
110 Nunquid quando ſoror presbytero peccata ſua confitetur, aliquam etiam natu maiorē ſororem adeſſe conueniat.
111 Si inſcia antiſtita, antiſtes aliquid faciendum ſororibus imperauerit, an propterea antiſtita iuſtè poſſit indignari.
112 Nunquid ſiquis ad genus vitæ, quod eſt ſecundum deum, acceſſerit, debeat, qui fratribus præeſt, huiuſcemodi hominē ſine cæterorum fratrum ſententia admittere.
113 An poſſit, cui animarum cura delegata ſit, illud ſeruare, Niſi conuerſi fueritis, & facti
C fueritis ſicut paruuli.
114 Nunquid cuiuis, & quodvis imperanti obedire conueniat.
115 Quomodo mutuam inter ſe fratres obedientiam debeant præſtare.
116 Quatenus obedientia progredi debeat.
117 Qui variis officiis, quæ in dies ſingulos ſibi pro propoſito mandato, demandantur, minimè acquieſcit, ac artem quampiam diſcere ſtudet, quo is morbo laborare putandus ſit: & nunquid ferri debeat, qui huiuſmodi ſit.
118 Qui ſtrenuus eſt in mandato, & opus facit, non quod ipſi præcipitur, ſed quod ei collibitum ſit, quam hic mercedem habet.
119 An liceat vnicuiq; delatum ſibi munus recuſare, & aliud ab eo diuerſum quærere.
120 An exeundum ſit aliquò, niſi petita prius ab antiſtite exeundi venia. χωρὶς ὑποκρίσεως.
D 121 An grauiora munera liceat recuſare.
122 Qui hac pœna dignus iudicatus ſit, vt benedictionem non accipiat: is ſi, niſi accepta prius benedictione, cibum ſe neget ſumpturum, nunquid ferendus ſit.
123 Nunquid eum ferri conueniat, qui cum (quod commodè non poteſt) facere non permittatur, ægrè id patiatur.
124 Nunquid ſi caſu quis cum hæreticis, gentilibúsve inuentus ſit, is cibum vnà cum illis capere debeat, aut eos ſalutare.
125 Cui munus aliquod creditum ſit, nunquid is munus illud debeat retinere, ſiquid prēter præſcriptum ipſe ſua ſponte fecerit, nulla eius rei venia prius petita.
E 126 Quomodo quis aſſequi poſſit, vt in edendo voluptatem ſibi imperare non ſinat.
127 An verum ſit, quod à quibuſdam dicitur, non poſſe vllo modo impetrari quin homo aliquando iraſcatur.
128 Nunquid ei permittendum ſit, vt ſuo more agat, qui vltrà quàm vires eius patiantur, colere continentiam velit, atque ob eam cauſam impediatur, quominus præcipuè propoſito mandato poſſit ſatisfacere.
129 De iis, qui ob ieiuniorum aſſiduitatem nimiam, communibus cum cæteris cibis veſci non poſſunt.
130 Quæ ſeruanda in ieiunio ratio ſit, quotieſcunq; ieiunandum ſit.
131 Qui communibus, quibus cæteri fratres cibis vtuntur, ipſe non veſcatur, ſed diuerſos
F quoſdam exquirat, vtrum is rectè facere iudicandus ſit.
132 Quid de eo ſentiendum ſit, qui aliquo cibi genere lædi ſe dicat, ac ægrè ferat niſi aliud detur.
133 Quid ſi idem etiam cibi cauſa murmurauerit.
134 Quid ſi etiam iratus ea ſumere recuſauerit, quæ natura deſiderat.
135 An debeat qui ægrotus eſt, ipſe quærere, vt aliquid ſibi vltra ſolitam conſuetudinem detur.
136 An neceſſe ſit, vt ad horam prandij cuncti conueniant: quomodóve agendum cum eo,

 qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui non tempori, ſed iam pranſis aliis ſuperuenerit. G
137 An is rectè facere exiſtimandus ſit, qui ad aliquod tempus, prout ipſi libitum fuerit, ſecum ipſe ſtatuat, ab hoc vel ab illo, vel cibo, vel potione abſtinere.
138 An in cõmuni ſocietate debeat aliquis plus, quàm cæteri cõmuniter faciant, ieiunare.
139 Cum ex vehementi ieiunio remiſſiores effici ad laborandum fratres ſoleant, vtrum potius faciendum ſit, opúsne negligendum propter ieiunium, an contrà ieiunium, vt vires ſuppetant ad laborandum.
140 Qui in lædentibus ſe cibis continentiam abiecerit, iísque ſeſe auidius ingurgitarit, ac propterea in aliquem morbum inciderit, nunquid ei curationem vllam adhiberi conueniat. H
141 Nunquid conuenire putandum ſit, vt extrarij homines in officinis reperiantur.
142 An debeãt opifices, opus aliquod ab aliquo faciendum redimere, ſine ſentẽtia antiſtitis.
143 Qui in operibus faciendis ſunt occupati, quam ij adhibere diligẽtiam debeant in commiſſis ſibi inſtrumentis accurandis.
144 Qualis habendus ſit, qui vel ex negligentia interire aliquid ſiuerit, vel ex contemptione eo perperam abuſus fuerit.
145 Qualis is iudicandús ſit, qui inſtrumenti alicuius vſum ipſe à ſe, non petita ab antiſtite venia arroget, aut illud etiam ſumere audeat.
146 Quomodo cum eo agendum ſit, à quo cum vrgente neceſſitate poſtulatum ab antiſtite ſit, vt inſtrumentum ſibi aliquod velit commodare, id facere nolle ſe dicat. I
147 Qui propterea quòd in rebus aut penu aut coquinæ, aut alio aliquo neceſſario obeundo munere ſit occupatus, ſi tam præſtò eſſe non poſſit vt adſit, cum decantari pſalmi incipiunt, aut oratio fieri, nunquid is ob eam cauſam vtilitatis animæ detrimentum aliquod facere exiſtimandus ſit.
148 Cuiuſmodi poteſtas ſit in diſpẽſando illius, cui de penu diſpenſando cura commiſſa ſit.
149 Quam pœnam commereatur, cui diſpenſandi officium traditum ſit, ſiquid ex animi maiore in aliquem propenſione, ſimultatẽve fecerit.
150 Qua multa dignus ſit, ſi res fratri ad victum neceſſarias ex negligentia ſubtraxerit, vel non dederit. K
151 An liceat ei, qui miniſtrat, voce vti in loquendo altiore.
152 De iis, qui vltrà quàm ferre ipſorum vires poſſunt, in miniſteriis defatigantur.
153 Quomodo cui lanæ creditæ ſint, illa eas habere debeat.
154 Si aliquãdo contingat, vt paucis fratrib⁹, qui pluribus ſororibus miniſtrẽt, neceſſitas aliqua incidat, vt mutuò alteri ab alteris diſtrahantur, quòd vnicuiq; ſeorſum ad diuerſa munera eundum ſit, nunquid huiuſcemodi factum periculo vacet.
155 Quomodo gerere ſe fratres debeant erga eos, qui aduerſa valetudine laborant in hoſpitali.
156 Nunquid oporteat, qui ſemel diſpenſandi penoris officio præpoſitus ſit, aut huiuſmodi alij muneri cuipiam præfectus, illud eum perpetuò retinere, an diſpenſandi reliquis etiam viciſſim locum concedere. L
157 Cuiuſmodi animi affectione deo ſeruire debeat vnuſquiſque.
158 Quo animo irrogatam ſibi multam accipere quiſque debeat.
159 Quodnam de eo faciendum iudicium ſit, qui ei ſuccenſeat, à quo obiurgetur.
160 Cuiuſmodi animi affectione danda nobis opera in miniſtrando fratribus ſit.
161 Quàm magna cum animi ſubmiſſione impenſum ſibi quiſque à fratre miniſterium debeat accipere.
162 Cuiuſmodi, & quanta eſſe mutua inter fratres charitas debeat. M
163 Quomodo quis charitatem in proximum conſequi poſſit.
164 Quidnam ſibi velit illud, Nolite iudicare, & non iudicabimini.
φιλαφθεσ. 165 Quo ſigno agnoſcere quis poterit, ſtudióne dei aduerſus peccantem commoueatur, an etiam ſuccenſeat, per vitioſam & illaudabilem iram.
166 Cuiuſmodi animi affectione ei auſcultandum ſit, qui ad exequendum dei mandatum nos adhortetur, denique & vrgeat.
167 Qualis debeat eſſe anima, quod digna habita ſit, quæ omnino totam ſe in dei muneribus occuparet.

Cuiuſmodi

A 168 Cuiuſmodi animi affectione accipiendum veſtimentum, vel calceamentum ſit, cuiuſcunque modi illud fuerit.
169 Si qui minor natu frater fuerit, maiorem natu ſe docere aliquid iuſſus fuerit, quomodo is ſe aduerſum illum gerere debeat.
170 An æqualiter nos gerere debemus aduerſus eos, quorum in officiis maior, & quorum minor vigeat induſtria.
171 Quomodo cũ eo agi par ſit, qui cũ inferior ſit, moleſtè ferat ſuperiorẽ ſe ſibi anteponi.
172 Quali ac quanto cum metu, ac fide cuiuſmodi, cuiuſmodi ve cum affectione ſumẽdum
B ſit corpus domini.
173 An tempore pſalmodiæ vllum omnino locutioni de re aliqua locum dari conueniat.
174 Qua ratione quis aſſequi poſſit, vt ex animo, ſtudioſéq; mandata domini exequatur.
175 Quomodo aliquis cognoſcatur, quòd fratrem conſentaneum in modum dei præcepto diligat.
176 Quinam ſint hoſtes, quos diligere iuſſi ſumus.
177 Quomodo debeant, qui fortes ſunt, ipſi imbecillorum infirmitates portare.
178 Quis ſenſus eſt illorum verborum, Alter alterius onera portate.
C 179 Quî fieri poſſit, vt ſine charitate adeò magnã quis fidem habeat, vt ea montes trãsferat, aut pauperibus bona ſua omnia diſtribuat, aut corpus ſuũ tradat, ita vt ardeat.
180 Cuiuſmodi cum animi affectione, attentionêve ea audienda ſint, quæ nobis interim dum ad menſam accumbimus, leguntur.
181 Si duæ vicinæ inter ſe fratrum ſocietates fuerint, & altera egeſtate prematur, altera ſit ad communicandum reſtrictior, quomodo aduerſus tenaces affecti eſſe debeant, qui egeſtate laborant.
182 Ex cuiuſmodi fructibus probari debeat aliquis, quòd miſericordia motus ad redarguendum fratrem accedat.
D 183 Si aliquando contingat, vt inter aliquos de re aliqua in fratrum ſocietate diſſenſio exorta ſit, nunquid (quod attinet ad charitatem) vacare periculo iudicandum ſit, vt huiuſcemodi hominum opinionibus, quæcunque arridere nobis magis viſæ fuerint, fauere nos oſtendamus. συμπαθφ̃ς ferendum.
184 Qua ratione aliquis, quoties aliquem vel hortatur, vel arguit, ſtudere poſſit non ſolùm quomodo ſcienter loquatur, ſed etiam quomodo debitam cùm deo, tum iis etiam, quibuſcum ſermonem habet, animi affectionem conſeruet.
185 Quonãmodo, ſiquis in aliquo, quem habeat, ſermone, aſſentientes ſibi auditores, animaduertens, lætetur, agnoſcere poſſit, vtrúmne lætitia illa ex proba ipſi animi ſui affectione, an ex improba quapiam motione oboriatur.
E 186 Cuiuſmodi illi amici ſint, pro quibus animam ponere iuſſi ſumus.
187 Nunquid oporteat ab iis quenque aliquid accipere, qui naturali ſibi propinquitate aliqua coniuncti ſint.
188 Quomomodo quibuſcum contubernij nobis aliquando vel cognationis neceſſitudo intercedebat, aſpiciendi à nobis ſint, ſi quando ad nos acceſſerint.
189 Quidnam agendum ſit, ſi iidem nos hortentur, vt domum ad eos adeamus.
190 An naturali nobis neceſſitudine coniunctorum vicem dolere nos oporteat, ex deſiderio ſalutis illorum.
191 Quis ſit, qui in Euangelio dicitur mitis.
192 Quæ ſit animi triſtitia ſecundum deum, quæue item mundi.
F 193 Quid ſit gaudium in Chriſto.
194 Cuiuſmodi ſuſcipiendus à nobis luctus ſit, vt beatitudinem illam, de qua eſt in Euangelio, conſequi poſſimus.
195 Quomodo quis omnia facit ad gloriam dei.
196 Quomodo edit quis, bibitve ad gloriam dei.
197 Quomodo illud accipiendum ſit, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.
198 Quid ſit humilitas, quâve ratione virtutis huius eſſe compotes poſſimus, eámque obire legitimis officiis.
199 Quomodo quis aſſequi poſſit, vt mandata domini libenti animo exequatur, & pro iis, periculis ſe alacriter obiiciat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

200 Quomodo qui in religione diutius laboribus & vsu peritiores redditi nouitios possint G iuuare.
201 Quomodo quis mentem suam possit cohibere, vt ne inter orandum distrahatur.
202 An possit impetrari, vt nulla in re mens prorsus distrahatur.
203 Nunquid rectè factorum, iuxta domini præceptum, æqualis mensura in omnibus sit: an alius aliquando maiorem, alius minorem habeat.
204 Quomodo quis idoneus efficiatur, vt particeps sit spiritus sancti.
205 Qui sint pauperes spiritu.
206 Cum præceptum domini sit, vt ne soliciti simus quid edamus, aut quid bibamus, aut quibus induamur: præceptum hoc quàm latè patere putandum sit, quomodóve ei H possit satisfieri.
ἀσκεῖν 207 Qua mente laborare conueniat.
208 An recte fieri putandum sit, siquis assiduè vsq; in vniuersum silentium velit seruare.
209 Quomodo id assequi possimus, vt dei iudicia pertimescamus.
210 Quis sit habitus ornatus, qui traditus est ab Apostolo.
211 Quis modus esse debeat charitatis eius, quæ est in deum.
212 Quomodo charitatem quis, quæ in deum est, possit adipisci.
213 Quæ sint indicia charitatis erga deum:
χρηστότης καὶ ἀγαθωσύνη. 214 Vt à se dissideant benignitas siue suauitas atque bonitas. I
215 Quis sit pacificus is, qui beatus à domino dicitur.
216 Qua in re conuerti nos oporteat, & effici vt paruulos.
217 Quomodonam accipere quis possit regnum dei, vt paruulus.
218 Cuiusmodi intelligentiam petere debeamus à deo.
219 Quomodo si beneficio affecti fuerimus ab aliquo, & debitam domino gratiarum actionem poterimus puram & integram persoluere, & simul etiam eam, quæ bene de nobis merito homini debeatur, eo modo, quo par sit, perfectè dependere.
220 An passim vnicuiq; qui velit, permitti debeat, vt cum sororibus in colloquium veniat.
221 Cum dominus doceat orandum nobis esse, vt ne intremus in tentationem, nunquid K orandum sit, vt ne in dolores corporis incidamus.
222 Quis sit aduersarius cuiusque nostrum, quomodóve beneuoli illi esse possimus.
223 Qui ratione aliqua motus ex iis, quæ placeãt deo, ieiunare animum induxerit, quidnam is agere debeat, cum, quomodo vellet, foris hominibus non appareat.
224 Nunquid hoc etiam tempore alij sint, qui hora diei prima opus facere inceperint, alij item qui vndecima, & quinam sint hi.
225 Cum dominus dixerit, Vbi duo, vel tres fuerint cõgregati in nomine meo, ibi ego sum in medio illorũ: quænam ineunda nobis ratio sit, vt hoc nos promereri possimus.
226 Cum Apostolus dicat, Maledicimur, & benedicimus: blasphemamur, & obsecramus: L quomodo benedicere debeat, cui maledicitur: & quid obsecrare, qui blasphematur.
227 Nunquid debeat vnusquisque de iis, quæ sentit ipse, aliorum etiam consilium exquirere: an verò, quòd certissimè sibi deo id gratum futurum persuaserit, neutiquam necesse ipsi sit, vt cum altero communicet.
228 Nunquid omni in re eorũ, qui scandalizantur, voluntas explenda sit: an verò sint quædam, in quibus simulatione agendum non sit, esto aliqui scandalizentur.
229 Nunquid flagitiosè facta abiecta verecundia apud omnes debeant enunciari, an apud quosdam tantummodo, & hos cuiusmodi.
230 Quid sit obsequium, & quid rationale obsequium. M
231 Siquis aliquem frater, vel etiam sacerdos nõnunquam, iniquo aut infenso animo persequatur, an tradita de inimicis præcepta aduersus eum liceat conseruare.
232 Si quis iniuria affectus ab aliquo, tenendæ animi sui lenitatis causa, patientiæq;, ea de re cum nemine loquatur, atque hoc faciens existimet se reddere iudicium deo, nunquid hic facere existimandus sit secundum deum.
233 Vtrum si ex omnibus benefactis vnum aliquod alicui tantum defuerit, is propterea salutem non adipiscatur.
234 Quomodo quis annunciet mortem domini.
235 An expediat multa ex scripturis addiscere.

Quicunq;

A 236 Quicunque digni habiti sunt, qui quatuor Euangelia intelligerẽt, quomodo ij gratiam hanc debeant accipere.
237 Cuiusmodi animus ille sit, qui ad dei voluntatem dirigitur.
238 Nũquid fieri possit, vt sine vlla intermissione quis psallat, legátve, aut serio de rebus ad deum pertinentibus disserat, neque vllum omnino ab his cessandi spatium concedatur, cum aliquibus nonnunquam necessitas accidat, vt sordidioribus corporis necessitatibus cogantur satisfacere.
239 Quis sit Thesaurus bonus, quísve item malus.
B 240 Quamobrem lata porta dicta sit, & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem.
241 Quomodo angusta sit porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam: quomodóve quis per ipsam ingrediatur. στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός
242 Quid sit illud, quod dicitur ab Apostolo, Amore fraternitatis inuicem vos diligentes.
243 Quid sibi velit Apostolus, cum dicit, Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iram vestram, cum idem alio in loco dixerit, Omnis amaritudo, & furor, & ira tollatur à vobis.
244 Quid est, Date locum iræ.
245 Quomodo accipiendum sit illud: Estote prudentes sicut serpens, & simplices sicut co-
C lumba.
246 Quę significatio sit eius dicti Apostoli, Charitas nihil pręter decorum agit vel perperã. ἀσχημονεῖ
247 Quænam sit gloriatio in domino, quæue item ea, quæ interdicitur gloriatio.
248 Quænam ratio sit, cur cum dominus det sapientiam, & à facie ipsius egrediatur scientia, & intelligentia: & cum per spiritum alij quidem detur sermo sapientiæ, alij autẽ sermo scientiæ, dominus exprobret discipulis, quòd adhuc sine intelligentia sint: & Apostolus quosdam accuset, tanquam quòd careant intelligentia.
249 Quid sit pium, quid item sit iustum.
250 Quomodo quis sanctum canibus det, aut quomodo proiiciat margaritas ante porcos: quomodóve ad propositum quadret, quod deinceps sequitur, Nequando conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant vos. ὅσιον καὶ δίκαιον
D 251 Quamobrem dominus modo discipulis suis prohibeat, ne sacculum aut peram secum gestent in via, modo autem ita dicat, Sed qui nũc habet sacculum, similiter tollat & peram: & qui non habet, vendat vestimentum suum, & emat gladium.
252 Qui sit panis quotidianus, quem docuit nos dominus, vt precaremur quotidie. ἄρτος ἐπιούσιος
253 Quídnam sit, quod per talentum significetur: quomodóve illud possimus multiplicare.
254 Quænam mensa illa sit, in quam oportebat te, dicente domino, mittere argentum.
255 Quónam abire iussus sit is, cui dictum est, Tolle quod tuum est, & vade.
256 Quænam sit merces, quam hi similiter accipiunt atque primi.
257 Quínam sint palea, quæ comburitur igne inextinguibili.
E 258 Quísnam sit, qui damnatur ab Apostolo, quod voles in humilitate & religione, & quæ sequuntur.
259 Quísnam sit feruens spiritu.
260 Cum Apostolus dicat, modò, Nolite effici insipientes: modò, Nolite prudentes esse apud vosmetipsos: nunquid fieri possit, vt qui insipiens nõ sit, is prudens esse apud seipsum possit.
261 Quamobrem ipsi etiam sancti viri multa quæ petierunt, ea à domino non impetrarũt.
262 Quid interfit inter mendicitatem, & paupertatem: & quomodo verus est Dauid cũ dicit, Ego autem mendicus sum & pauper. διαφορὰ πτωχείας καὶ πενίας
F 263 Quidnam sit, quod docere dominus velit per ea exempla, quibus ea statim adiungit, Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus suis, quæ habet, nõ potest meus esse discipulus.
264 Quænam vis verbi huius sit, quod dicitur, Syncerum.
265 Nunquid ad solos tantum sacerdotes dictum illud sit, Si offers munus tuum ad altare, & reliqua.
266 Quidnam intelligendum sit per sal, quod nos habere dominus iusserit.
267 Cum alius paucis, alius multis vapulaturus sit, quid ita nonnulli dicunt, nullũ pœnarum finem futurum iis, qui puniendi sint.

Quonam

Universidad de Deusto
Biblioteca

268 Quônam ſenſu dicantur quidam filij inobedientiæ,& filij iræ. G
269 Cum ſcriptum ſit in ſanctis literis,Facientes voluntates carnis,& cogitationũ,vtrúmne à voluntatibus carnis diuerſæ ſint voluntates cogitationum,& cuiuſmodi ſint hę.
270 Quidnam velit Apoſtolus dicens,Aporiamur,ſed non deſtituimur.
271 Nunquid quiſquam omnium peccatorum, quæ commiſerit,purgationem per eleemoſynam poſſit redimere.
272 Cum domini præceptũ ſit, vt ne ſoliciti ſimus de die craſtino , quomodo hoc rectè intelligi poſſit.
273 Quid ſit,quod cum quis fecerit,blaſphemat in ſpiritum ſanctum. H
274 Quomodo quis ſtultus efficitur in hoc ſeculo.
275 An ſancti viri propoſitum aliquod diſturbare Satanas poſſit.
276 Quid eſt quod dictum eſt ab Apoſtolo,Vt probetis quæ ſit voluntas dei bona, & beneplacens,& perfecta.
277 Quidnam ſit cubiculum,in quod orantem intrare dominus iubet.
278 Quomodo ſpiritus alicuius orat,eius autem mens ſine fructu eſt.
279 Quid illud velit,cum dixit,Pſallite ſapienter.
280 Quis eſt,qui mundo eſt corde.
281 Nunquid quæ ſoror pſallere nolit,ei vis,vt pſallat,afferenda ſit. I
282 Quinam ſint ij,quibus dicentibus,Manducauimus coram te, & bibimus : reſpondetur, Neſcio vos.
283 Nunquid qui voluntatem alicuius faciat,is ſocius illius ſit.
284 Nunquid fratrum ſocietas , quæ propter inualetudinem ad ſummam rerum omniũ inopiam reciderit , poſſit ſine vlla peccati dubitatione res ſibi ad ſuſtentationem vitæ neceſſarias accipere:& ſi poſſit,à quibus poſſit.
285 Vtrúmne ſi ſocietas fratrum,quid cum altera ſocietate contrahat , iuſtum rei quæ permutetur precium ſolicitè quærere debeat.
286 Nunquid qui in ſocietate cæterorum fratrum viuit,eum,ſi in aliquem corporis morbũ K inciderit,in hoſpitale abduci conueniat.

Hæc tantummodo quæ hactenus deſcripta ſunt,in eo exemplari reperiebantur,quod ex Ponto allatum fuerat:reliqua autem deinceps XXVII. capita unà cum animaduerſionibus ſeu ſtatutis pœnis addita ſunt de codice Cæſareenſi:

287 Qui ſint fructus digni pœnitentiæ.
288 Qui animum induxit,vt peccata ſua confiteatur,nunquid is omnibus temere ea,& quibuſlibet debeat confiteri,an quibus.
289 Quem commiſſi peccati alicuius pœnituerit,& in illud idem denuo reciderit, quid is fa L cere debeat.
περισσεύει 290 Quomodónam quis aſſiduè vſque in opere domini poſſit perfectior effici.
τυφόμενον λίνον 291 Quid ſignificetur per arundinem confractam,& per linum fumigãs: & quomodo quis alterum non confringet,alterum autem non extinguet.
292 Nunquid rectum ſit,vt in fratrum conuentu ſecularium puerorum magiſtri ſint.
293 Quomodo cum iis agendum ſit,qui grauiora peccata reiiciunt : leuiora autem ſi committant,nihil putant referre.
294 Quæ cauſa ſit,quamobrem quis perpetuam de deo memoriam ex animo ſibi ſinat elabi.
295 Ex cuiuſmodi ſignis aliquis deprehendatur,quòd aliud agat,vitio diſtractæ mentis.
296 Quomodónam certum ſcire aliquis poſſit,peccata ſibi ſua fuiſſe condonata. M
297 Quomodo facienda à peccatis conuerſio ſit.
298 Nunquid ratio concedat,vt quæ recta ſunt,ea faciamus, quòd ita nobis ea placeat fieri.
299 Quomodo perſuaderi alicui poſſit,vt à gloriæ ſtudio recedat.
300 Quis modus conuerſionis,quum de re agitur oculorum noſtrorum aſpectum fugiẽte.
301 Quid ſiquis dicat,ſe à conſcientia non condemnari.
302 Nunquid extrariis quoque indigentibus impertiendum ſit de iis , quæ ex communi penu diſtribui inter fratres debeant.
303 Nunquid iis omnibus obedire conueniat,quæ ab omnibus in conuentu dicantur.
304 Nunquid pro iis , qui in fratrum conuentum à neceſſariis ſuis traditi ſint , cum dare ij aliquid

A aliquid velint,id accipi oporteat.
305 Nunquid ab extrariis aliquid conueniat accipi,ſiue amicitiæ ergò, ſiue propinquitatis, quæ antè interceſſerit.
306 Cuiuſmodinam ratione mentem quis poſſit cohibere , ne inſtabilis ad varias & inanes cogitationes aberret.
307 Nunquid viciſſim ſingulis diebus modo hic,modò ille primus decantare pſalmos, & orationem facere debeat.
308 Vtrum remuneratione aliqua aduerſum eum vtendum ſit, qui communi fratrum aliquid ipſe donauerit:& nunquid æqualis rei datæ ea eſſe remuneratio debeat.
B 309 Nunquid cui contigerit,vt ea euenerint,quæ & conſuetudo, & natura fert, is accedere ad ſanctorum communionem debeat audere.
310 Nunquid in communi domo dominicam cœnam conueniat celebrari. προσκομιδήν
311 Nũquid aliquorum rogatu alicui ad viſendos aliquos extra monaſterium exeundũ ſit.
312 Nunquid laici,qui nos inuiſant,ad orationem adhortandi ſint.
313 Nunquid viſitati ab aliquibus,opus nos conueniat intermittere.

C

Diui Baſilij in regulas breuiores EXORDIVM.

D Benignus deus,qui docet hominem ſciẽtiam:iis quidem, quibus creditum Pſal.93.b
eſt donum docendi,prẽcipit per Apoſtolum,vt maneant in doctrina:eos
autem , qui ædificatione indigent quæ ex fonte cœleſtis hauritur doctri-
næ,per Moyſem hortatur,dicens,Interroga patrem tuum, & annuncia- Deut.33.a
bit tibi:maiores tuos, & dicent tibi. Quocirca neceſſe eſt, vt nos, quibus
creditum eſt munus docendi , parati animo & exprõpti ſimus quouis tẽ-
pore ad conciliandas deo animas & inſtituẽdas : vt alia videlicet partim
publicè cunctæ eccleſiæ conteſtemur,alia priuatim vnicuique eorum , qui ad nos acceſſerint,
arbitratu ſuo ſeorſim exquirendi à nobis poteſtatem faciamus , ea videlicet quæ pertinent ad
ſanitatem fidei,& veritatem eius viuendi ritus, qui eſt ex Euangelio domini noſtri Iẽſu Chri
ſti:ex quibus vtriſque homo Dei verè vſquequaq; perfectus efficitur.Similiter item vos quo- βεβαίως τε-
E que nihil debetis prætermittere,vnde non fructum aliquem capiatis, aut vbi non induſtriam λειοῦτου
veſtram exerceatis:ſed præter ea,quæ communiter cum cæteris diſcitis,etiam ſeorſim de re-
bus ad vtilitatem veſtram ſpectantibus interrogare , atque omne vitæ ocium ad hoc vnum
dirigere,vt vtilitati veſtrę conſultatis.Si ergo in hoc cõgregauit nos deus,& ab externis per-
turbationibus,multa perfruimur tranquillitate,nolimus quęſo nos ad aliud vllum opus con-
uertere,neque ſomno rurſum tradamus corpora noſtra,ſed in attenta meditatione & exqui-
ſitione rerum neceſſariarum eam,quæ reliqua eſt,noctis partem traducamus,illud facientes,
quod dictum eſt à beato Dauid,In lege domini meditabitur die ac nocte. Pſal.1.a

Sancti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sancti patris nostri Basilij Magni Archiepiscopi Caesareae, eius quæ est in Cappadocia.

REGVLAE PER COMPENDIVM & interrogationem.

Ἔροτ κατ' ἐπιτομὴν καὶ ἐρώτησιν.

INTERROGATIO I.

ANne liceat, aut conducat alicui, sponte sua ipsum facere, dicere ve, quæ recta existimet, sine testimonio diuinarum scripturarum?

RESPONSIO.

Ioan.16.b Ioan.5.c Ioan.12.g Cum dominus noster Iesus Christus dicat de spiritu sancto, Non enim loquetur à seipso, sed quæcũque audiet, loquetur, de seipso autem, Nõ potest filius à se facere quicquam, & item, Quia ego ex meipso nõ sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mãdatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio quòd mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor, quis esse tanta vesania percitus potest, vt aliquid audeat à seipso vel cogitatione tenus concipere? cùm ductore sancto, & bono spiritu indigeat, vt dirigatur Psal.142.c in viam veritatis, cogitatione, verbo & opere, & cæcus sit, & in tenebris degat, sine sole iustitiæ domino nostro Iesu Christo, cuius mandatis tanquam radiis quibusdam homines illuminantur. Præceptum enim domini, inquit, lucidum, illuminãs oculos. Sed quoniam eorum, Psal.18.c quæ apud nos in vsu sunt, vel rerum, vel verborum, alia distinctè tradita sunt in diuina scriptura, alia prætermissa: de iis quidem quæ scripta sunt, in vniuersum nulli potestas permissa est, eorum aliquid, vel quæ vetita sunt, facere, vel quæ iussa, prætermittere: cum dominus semel præceperit, ac dixerit, Et obseruabis verbum, quod mando tibi hodie, nec addas quicquã, Exo.34.b Deut.12.d nec minues ab eo. Formidabilis enim quædam iudicij expectatio, & ignis indignatio aut æmulatio deuorantis, eos manet, qui eiusmodi aliquid audẽt. De iis verò, quæ prætermissa sunt, habemus regulam traditam nobis ab Apostolo Paulo, cum dixit, Omnia mihi licent, sed non 1.Cor.6.c 2.Cor.10.c omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed nõ omnia ædificant. Et item, Nemo quod suum est, 1.Cor.10.f quærat: sed quod alterius, vnusquisque. Quocirca prorsus necesse est, in omnibus aut deo subiici, aut aliis propter mandatum ipsius. Scriptum est enim, Subiecti inuicem in timore Chri- Ephes.5.d sti. Et dominus ipse ait, Quicunque voluerit in vobis magnus esse, sit omnium infimus, & o- Matt.20.d mnium seruus, abalienatus videlicet à propriis voluntatibus, exemplo ipsius domini dicentis, Ioan.6.d Descendi de cœlo, nõ vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me patris.

INTERROGATIO II.

CViusmodi poscere à se mutuò professionis formulam debent, quibus in animo est cõmuniter vitam secundum deum inter se degere?

RESPONSIO.

Luc.9.c Eam, quæ omnibus ad se accedentibus proposita à domino est, cũ dixit, Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hoc autem quã habeat vim, dictum est in ea, quæ propriè de hoc est, interrogatione.

INTERROGATIO III.

PEccantem quomodo conuertemus? aut si durus in proposito permaneat, quomodo cũ eo agere debemus?

RESPONSIO.

Quemad-

A Quemadmodum iussi sumus à domino, cum dixit: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & Matt.18.b corripe ipsum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non te audierit, adhibe tecum etiam vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Si fortasse hoc modo contingat, vt dici de eo illud possit, Suffi- 2.Cor.2.b cit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus, & quemadmodum traditum est ab 2.Timo.4. Apostolo, cum ait, Argue, increpa, obsecra in omni patiẽtia, & doctrina, & item, Quòd siquis 2.Thes.3.d non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt cõfundatur vel suppudescat.

B

INTERROGATIO. IIII.

SI quis pro leuissimis etiam peccatis fratres acriter nimis vrgeat, ac dicat de iis pœnitentiam eos agere debere, nunquid is inclemens habendus est, & euersor charitatis?

RESPONSIO.

Cum asseueranter dominus affirmauerit, quòd iota vnum, aut apex vnus non præteribit à Matt.5.c lege, donec omnia fiant: cumq; idem etiam pronũciauerit, quòd omne verbũ ociosum, quod Ibidẽ.12.c locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij, nihil omnino tanquam minu- Prouer.13.d C tum cõtemni debet. Qui enim rem contemnit, inquit, contemnetur ab ea. Quanquam quis est, qui peccatum vllum (cuiuscunque modi illud sit) leue audeat appellare? cũ asseruerit Apo- Roma.2.d stolus, Quòd per transgressionem legis deum inhonoras. Si autem stimulus mortis non hoc 1.Cor.15.g est, aut illud, sed indefinitè quodcunque peccatum: inclemens ille habendus est, qui obticet, nõ Argu. à fiautem qui arguit: quemadmodum qui in corpore alicuius, qui à venenata aliqua bestia mor- mili sus esset, residere venenum sineret, cum posset extrahere, iure immitis diceretur, non autẽ qui Prou.13.d extraheret. Quin qui eiusmodi est, is charitatem etiam euertit. Siquidẽ scriptum est, Qui parcit virgæ, odit filium suum: Qui autem diligit, instanter erudit.

INTERROGATIO. V.

D QVomodo debet aliquis pœnitentiam agere de singulis peccatis, & cuiusmodi fructus ostendere dignos pœnitentiæ?

RESPONSIO.

Nimirum si similem illius animum induerit, qui dixit, Iniquitatem odio habui, & abomi- Psal.118. natus sum, & ea præstiterit, quæ scripta sunt in sexto psalmo, & aliis plerisque, & si ea fecerit, quæ pro alio, qui peccauerat, facta ab iis fuisse Apostolus testatur, qui secundum deum con- 2.Cor.7.c tristati fuerant: Ecce enim, inquit, hoc ipsum secundum deum contristatos esse vos, quantam in vobis operatum est solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed E desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incõtaminatos esse negocio. Et si, vt Zachæus, commissa peccata contrariis rectè factis multis compenset.

INTERROGATIO VI.

QVi verbo fatetur se pœnitere, in peccato tamen perseueret adhuc, cuiusmodi hic existimari debet?

RESPONSIO.

De hoc, qui huiusmodi sit, scriptum illud existimo, Si rogauerit te inimicus tuus grãdi voce, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius. Et alio in loco, Sicut canis Prou.26.d F qui reuertitur ad vomitum suum & eò odibilis fit, sic homo propria malicia reuersus ad pec- Ibidem.c μισητὸς catum suum. γίνεται.

INTERROGATIO. VII.

QVod est eorum iudicium, qui peccantes defendunt?

RESPONSIO.

Grauius illo opinor, de quo dictum est, Expedit ei vt suspendatur mola asinaria circa collũ Luc.17.a eius, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius,& proiiciatur in mare,quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. Siquidem non iã ob- G
iurgationem ad correctionem, sed defensionem ad confirmationem peccati accipit ille qui
peccauit:& alios ad similia flagitia excitat. Ex quo fit vt nisi fructus pœnitentia dignos ediderit,qui alium defendit,in eum conueniat illud,quod à domino dictum est:Quòd si oculus tuº
Matt.5.c dexter scandalizat te,erue eum,& proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum,& non totum corpus mittatur in gehennam.

INTERROGATIO VIII.

QVomodo suscipi debet,quem verè pœniteat? H

RESPONSIO.

Luc.15.a Quemadmodum dominus docuit,cum dixit, Quòd conuocat amicos & vicinos dicens, Congratulamini mihi,quia inueni ouem meam,quæ perierat.

INTERROGATIO IX.

ADuersus eum,qui obstinatè pergat peccare,quo modo erimus animati? I

RESPONSIO.

Matt.18.b 2.Thes.3.b Eo nempe,quo dominus iussit,cum dixit,Si autẽ ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & vt Apostolus docuit, cum scripto reliquit, Vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè,& non secundum traditionem,quam accepistis à nobis.

INTERROGATIO X.

ANima,quæ in multis peccatis miserè volutata fuerit, quo timore, & quibus lacrymis recedere debet à peccatis:& qua spe,quáve affectione accedere ad deum? K

RESPONSIO.

Psal.118. Primum quidem ea malè antè actam vitam suam odisse debet, eiusq; memoriam abhorrere ac detestari. Scriptum est enim, Iniquitatem odio habui,& abominatus sum, legem autẽ tuam dilexi, deinde etiam timoris quidem magistram sibi ascisceré comminationem æterni iudicij,suppliciiq;:lacrymarum autem locum agnoscere, locum pœnitentiæ opportunum eo modo,quo docuit Dauid in sexto psalmo,firmissimè credens purgationem peccatorum suorum factam esse per sanguinem Christi in magnitudine misericordiæ, & multitudine miserationum dei,& vt ille qui dixit,Quod si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealEsaiæ.1.e babuntur:& si fuerint rubra sicut vermiculus,velut lana alba erunt. Tunc enim nacta facultatem ac potestatem placendi deo,illud dicit,Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinũ L
Psal.29.c lætitia,& illud,Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, & dirupisti saccum meum, & circundedisti me lætitia,vt cantet tibi gloria mea. Atque ita ad deum accedens canit ac dicit,
περιέζωσας Psal.29.a Exaltabo te domine,quoniam suscepisti me,nec delectasti inimicos meos super me.

INTERROGATIO XI.

QVa ratione quis assequi possit,vt aduersus peccata odium concipiat?

RESPONSIO.

Vbique tristis & acerbus rei cuiusque euentus odium aduersus eos conciliat, qui eius au- M
tores fuerunt. Si cui igitur persuasum sit,quot & quàm grãdium malorum causa peccata sint,
ἐυτομάτως καὶ ἐνδιαθέτως Psal.118. sponte sua ipse,& ex animo aduersus ea odium concipit,eiusmodiq;,quale is indicauit,qui dixit,Iniquitatem odio habui,& abominatus sum.

INTERROGATIO XII.

QVomodo certò persuasus esse aliquis possit,deum sibi peccata remisisse?

RESPONSIO.

Peccatorũ condonatio quibus argumentis internoscitur. Psal.118. Nempe si affectionem animi in se esse animaduerterit similem illius,qui dixit,Iniquitatem odio ha-

A odio habui,& abominatus sum. Deus enim pro remissione peccatorum nostrorum demisso vnigenito filio suo,quantum in ipso est, ea ante iam omnibus condonauit. Quoniam autem Psal.100.a misericordiam & iudicium sanctus vir canit,& testatur,deum misericordem esse & iustum, necesse est,vt quæ & à prophetis,& ab apostolis,suis locis,de pœnitentia dicta sunt, ea à nobis præstentur,vt appareant iudicia iustitiæ dei, & misericordia eius consummetur ad condonationem peccatorum.

INTERROGATIO XIII.

B NVnquid qui post baptismum peccauerit, desperare salutem suam debeat in maxima multitudine peccatorum: vel vsque ad cuiusmodi mensuram peccatorum sperãdum sit in bonitate dei per pœnitentiam?

RESPONSIO.

Si fieri potest,vt multitudo miserationum dei numeretur, & magnitudo misericordiæ mẽ Nunquam
sura vlla comprehendatur,collata cum magnitudine peccatorum, adhibeatur sanè, si libet, desperandũ
desperatio. Si autem hæc & magnitudine possunt & numero definiri (Misericordia autẽ dei, & quatenus
& miserationes neque magnitudine vlla possunt,neque numero circunscribi)sine dubio non sperandum.
C est cur desperatio adhibenda sit:sed agnoscenda misericordia dei, & commissa peccata detestanda,quorum condonatio proposita est in sanguine Christi,sicut scriptum est. Quòd autem nequaquam desperandum sit,hoc variè multis in locis docemur: maximè autem ex ea parabola domini nostri Iesu Christi de filio,qui acceptam à patre substantiam flagitiosè totã pro- Luc.16.c
degerat. Cuius pœnitentia qualis,quantæq; lætitię causa fuerit,testimonio sunt ipsa verba domini. Quin & per Esaiam dicit deus:Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealba- Esaiæ.1.e
buntur:& si fuerint rubra sicut vermiculus,quasi lana alba erunt. Quod quidem verum tantummodo debemus intelligere,si modus pœnitentiæ ex animi affectione peccatum detestante,memorabilis consequatur,sicut scriptum est in veteri ac nouo Testamento: & fructus cõdignus,quemadmodum dictum est in ea,quæ de hoc est,interrogatione.

INTERROGATIO XIIII.

D EX cuiusmodi fructibus iudicari debet veram pœnitentiam esse eorum,quos pœnitet?

RESPONSIO.

Modus pœnitentium,& affectio animi recedentium à peccato, & studium dignorum fru Habes ἐν τῷ
ctuum pœnitentiæ,dicta sunt suis in locis. ὁρισθέντι
κανόνι

INTERROGATIO XV.

E QVid est illud,Quoties peccauerit in me frater meus, & dimittam ei?& cuiusmodi ea Matt.18.c
peccata sunt,quæ in mea potestate est dimittere?

RESPONSIO.

Potestas dimittendi nõ absolute data est:sed si dicto audiens fuerit,qui pœnitens sit, & cõ- Ibidem.
senserit cum eo,qui animam ipsius curat. De iis enim qui eiusmodi sunt, scriptum est: Si duo
ex vobis consenserint super terram,de omni re,quancunq; petierint, fiet illis à patre meo qui
in cœlis est. Illud autem de cuiusmodi peccatis hoc intelligi debeat,ne quæri quidem arbitror
oportere: cum Testamentum nouum nihil hac de re nobis distinctè tradiderit: sed prorsus
cuiuscunque peccati cõdonationem iis,quos verè,& vt par est,pœnituerit,polliceatur: & ma-
F ximè dominus ex propria persona pollicitus sit de omni re.

INTERROGATIO XVI.

QVid est quòd nonnunquam animus,etiam nullo à se adhibito studio, sua sponte ferè,tanquam si ei dolor aliquis incidisset,compungitur:interdum autem adeo lãguidus est,vt cum maximè conetur,compungi non possit? ἄπονός ἐστι λυπῆ

RESPONSIO.

Enimuero talis compunctio est donum dei, vel ad extimulandum mentis nostræ desiderium,vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium,vt videlicet animus gustata dulcedine huiusmodi doloris, eum perpetuo studeat retinere:vel ad id manifestè demonstrandum,posse animum adhibito diligẽtiore studio, assiduè in compunctione esse,ad eripiendam excusationem negligentiæ iis,qui illam amiserint.Illud autem conari,& non posse,simul & negligentiam nostram,qua alio tempore vsi sumus, manifestè arguit(neque enim fieri potest,vt homo cum ad aliquid aggressus sit,repentè illud sine commentatione,& maiore quadam,& assidua exercitatione obtineat)simul etiam indicio est animum esse in dominatu aliorum vitiorum, ab iisq; nequaquam permitti, vt ad ea, quæ vellet,liber sit:quod his verbis vidisse se Apostolus declarauit,Ego autẽ carnalis sum,venundatus sub peccatum.Non enim quod volo,hoc ago,sed quod odi,hoc facio.Et item,Nunc autem non iam ego operor illud,sed quod habitat in me peccatum,quippe cum deus hoc etiam nobis ad vtilitatem nostram euenire permiserit,quo videlicet,si fieri possit, per ea quæ animo inuitus patiatur,in cognitionẽ veniat eius,in cuius potestate sit:& vbi ad seipsum redierit, cognoueritq; quibus in rebus præter volũtatem suam seruiat peccato, resipiscat ex laqueo Diaboli,paratam inueniens misericordiam dei ad eos adiuuandos, qui verè pœnitentes sunt.

γνώμη

Roma.7.c

2.Timo.2.d

INTERROGATIO XVII.

Si cui in animum memoria de assumendo cibo inciderit, deinde ipse seipsum reprehenderit,vtrum hic propterea in crimine illo erit,quòd solicitus fuerit?

Matt.6.d

RESPONSIO.

Sine dubio,si memoria ista naturale edẽdi desiderium præuerterit, apertè arguit animum aliud agere per euagationem, & cum in res vitæ huius nimio plus esse propẽsum, tum etiam in iis,quæ deo grata sunt,negligentem.Veruntamen præsto etiã sic est misericordia dei. Cuicunque enim hoc acciderit,hic,si seipsum tacitus reprehendat, ratione pœnitentiæ liberatus est à crimine:& si offensionem in reliquum cauebit,memoria tenens domini verba illa, Ecce sanus factus es, iam noli peccare,ne deterius tibi aliquid cõtingat. Si verò ita cogente natura & fame stimulãte,sensus memoriã mouet,& ratio tamen superat,& memoriã illã euincit industria,& in rebus melioribus occupatio,non memoria damnanda est, sed victoria laudãda.

Ioan.5.c

INTERROGATIO XVIII.

NVnquid qui in fratrum conuentu aliquid aliquando deliquerit, huic, si diu postea in recto instituto perseuerauerit,procuratio committi aliqua debeat: & si committenda est,cuiusmodi esse ea debet?

RESPONSIO.

Memoria tenentes Apostolum dicere,Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & Ecclesiæ dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant: magnam adhibere debemus curam, ne quod offendiculum demus euangelio Christi, nẽve scandalum simus infirmis:sed ita tamen, vt è contrario, non ædificemus aliquos ad improbitatem. Quamobrem necessariò in his, qui huiusmodi sunt, illud prouideri, & considerari diligenter debet, quod ad ædificationem fidei faciat, & progessionem omnis, quæ sit in Christo,virtutis.

1.Cor.10.g

Ibidẽ.9.b

INTERROGATIO XIX.

Si quis suspectus sit de aliquo peccato,quod tamen palàm omnino non committat,nunquid is debeat obseruari,vt manifesto in eo deprehensus teneatur?

RESPONSIO.

Omnes quæ ab iniquo & maleuolo animo proficiscuntur suspiciones, culpantur ab Apostolo. Cæterum diligentiam in omnibus obseruandis adhibere in charitate Christi, & studio curandi eum,qui suspectus sit,hoc eius est,qui ei præfectus officio est,vt cunctos gubernet,vt illud efficiatur, quod dictum est ab Apostolo, Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.

Col.1.d

INTERROGATIO XX.

Debet

DEbẽt ne is qui in peccatis aliquot deprehensus est occalluisse, eorum qui secus in fide sentiunt societatem fugere,aut etiam praue viuentium consuetudinem declinare?

2.Tes.3.b

RESPONSIO.

Cum Apostolus dixerit,Vt subtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante, & non secundum traditionem,quam acceperunt à nobis:in vniuersum illud tenẽdum est, communionem omnem omnis vetitæ rei, cogitatione, verbo & opere omnibus calamitosam esse & periculosam.Qui autem in peccatis diu permanserint,ij maiore etiam egẽt animaduersione. primùm quòd animus cui peccato assuetus est,ad illud plerunque solet esse procliuior.deinde quòd quemadmodum in iis,qui corporibus ægrotant, diligentia quadam accuratiore, atque obseruatione maiore est opus,atque ita,vt ea sæpe etiam repudientur quæ sanis vtilia sunt: sic in iis qui animo ægrotant,obseruatione opus est & cura multo attentiore.Porro ex communitate cum peccantibus quàm magnum detrimentum sequi solitum sit, apertissime ostendit Apostolus,qui in simili argumento dixit, Modicum fermentum totam massam corrumpit. Quòd si in iis,qui in his,quæ ad mores spectant, labuntur, detrimentum est adeo magnum, quid de iis dicendum est,qui prauè sentiunt de deo?quos opinionis peruersitas facit,vt nec in cæteris etiam sanitatem possint obtinere: quippe qui per ipsam traditi sint semel passionibus ignominiæ:quemadmodum multis ex locis diuinarum literarum ostenditur, sed maximè ex his,quæ de quibusdã scripta sunt in epistola ad Romanos his verbis, Et sicut non probauerũt deũ habere in notitia,tradidit illos deus in reprobũ sensum,vt faciant ea,quę non cõueniunt, repletos omni iniquitate,malicia,fornicatione,auaritia,nequitia, plenos inuidia, homicidio, cõtentione,dolo,malignitate,susurrones,detractores,deũ odio habẽtes,cõtumelioso s,superbos,elatos,inuentores nouorũ malorum,parentibus non obedientes,insipientes,incõpositos, sine affectione,absq; fœdere,sine misericordia.Qui cùm iustitiam dei cognouissent, quòd qui talia agunt,digni sunt morte,non solum ea faciunt,sed etiam consentiunt facientibus.

B

ὁμοίωσις

μεταφορὲ 1.Cor.15.b

C

Roma.1.d

Ibidem.

INTERROGATIO XXI.

DQVæ causa est cur animus temere euagetur, & variis cogitationibus repleatur: & eas quomodo emendabimus?

RESPONSIO.

Sanè inanis quæ solet esse mentis agitatio,ea nascitur ex inertia ipsius,quandocunque scilicet in rebus necessariis minimè se occupat. Iners autem ex eo efficitur mens, seq; iusto plus dedit otiosæ securitati quòd deũ adesse non credit, qui scrutetur corda & renes. Si enim hoc crederet,prorsus illud faceret, quod dictũ est, Prouidebã dominũ in conspectu meo semper, quoniã à dextris est mihi,ne cõmouear. Qui verò hoc,& quæ huic similia sunt,facit, hic neq; audebit vnquã,neq; otij tantùm supererit cogitandi, ne eorũ quidem quicquam, quæ etsi suapte natura bona sunt,ad fidei tamen ædificationem non pertinent,nedum eorum, quæ vetita sunt,& deo non placent.

ἀπόκρισις memorabilis

Psal.7.c

E

οἰκονομουμένων

INTERROGATIO XXII.

VNde nam turpes nocturnæ visiones nascuntur?

RESPONSIO.

Nascuntur illæ quidẽ ex prauis, & abhorrẽtibus quæ interdiu existunt, animi motionibus. Si verò occupatus in iudiciis dei animus intaminat⁹ ab illis permãserit, & in assidua rerũ honestarũ & deo placentiũ meditatione versatus sit, cõsimilia etiã sine dubio habebit insomnia.

ἐνυπνίων κινημάτων

F

INTERROGATIO XXIII.

EX cuiusmodi verbis ociosus sermo iudicatur?

Matt.12.c

RESPONSIO.

In vniuersum,omne verbum quod ad propositum in domino vsum nõ facit, ociosum est: & adeo magnum est huiusmodi verbi periculum, vt licet genere ipso de numero bonorũ sit, quod dicatur,tamen,nisi ad ædificationem fidei dirigatur, nequaquam propterea quòd bonũ sit,liber sit à periculo,qui illud locutus sit: quippe qui videlicet ex eo quod ad ædificationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ephe.4.g σαπρὸς λόγος

illud non accommodauerit,cõtriſtaſſe noſcitur ſpiritum ſanctum dei. Hoc enim apertè docuit Apoſtolus,cum dixit,Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſiquis bonus ad ædificationem fidei,vt det gratiam audientibus. Et ſubiecit illud: Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei,in quo ſignati eſtis. Quàm autem pernicioſa res ſit contriſtaſſe ſpiritũ ſanctum,de hoc verò qui opus eſt vt dicatur? G

INTERROGATIO XXIIII.

QVid eſt maledictum ſiue conuitium?

RESPONSIO.

H

Omne verbum,quod eo animo profertur, vt ex eo cõtumelia ſeu ignominia alter afficiatur,maledictum eſt,licet verbum ipſum per ſe non videatur contumelioſum. Atque hoc manifeſtum eſt ex Euangelio,in iis,quæ de Iudæis loquens ait,his verbis, Maledixerunt ei, & dixerunt,Tu diſcipulus illius ſis. Ioan.9.f

INTERROGATIO XXV.

QVid eſt detractio? RESPONSIO.

Duo ego eſſe exiſtimo tempora,in quibus liceat ſecus aliquid de aliquo dicere:videlicet, & quando neceſſe habet aliquis conſultare vnà etiam cum aliis, qui ad hoc idonei iudicati ſint, quo pacto corrigendus ſit,qui peccatum commiſit:Et item quando neceſſitas poſcit vt periculo conſulatur aliquorum,qui ſæpenumero ex ignorantia commiſceri poſſent cũ malo tanquam cum bono:cum Apoſtoli præceptum ſit, Vt ne quis ſe cum his commiſceat, qui iſtiuſmodi ſunt,nequando capiat laqueos animæ ſuæ. quod quidem videmus eundem Apoſtolum feciſſe,ex his,quæ ipſe ad Timotheum ſcribit,his verbis, Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit,quem & tu deuita. Valde enim reſtitit verbis noſtris. Extra autem huiuſmodi neceſſitatem,qui aliquid ſecus de aliquo loquitur,illius inſimulandi, vel vituperandi cauſa, detractor eſt,eſto verum ſit quod loquatur. I 2.Theſ.3.d 2.Tim.4.c

INTERROGATIO XXVI.

K

QVi detrahit fratri, vel detrahentem auſcultat, & tolerat, qua hic animaduerſione dignus eſt?

RESPONSIO.

Exterminandi à reliquorum ſocietate ambo. Detrahentem enim ſecreto proximo ſuo, hũc perſequebar. Et alibi dictum eſt,Detrahentem nolito libenter audire,ne ſuſtollaris. Psal.100.a ἐξαρθῇς

INTERROGATIO XXVII.

SI verò antiſtiti etiam detraxerit,quo pacto cum illo nos geremus?

L

RESPONSIO.

Manifeſtum eſt hoc quoque iudicium ex ira dei aduerſum Mariam, quãdo detraxit Moyſi:cuius peccatum,ne ipſo quidem Moyſe deprecante,inultum dimiſit deus. ζυδὲ ἀνενδίκητον

INTERROGATIO XXVIII.

SIquis temeraria ac præſidenti voce & verbis contumaciæ alicui reſponderit,& ea de re admonitus dicat,Nihil habeo mali in corde:nunquid huic credendum eſt quod dicit?

RESPONSIO.

M

Animi vitia non omnia manifeſta omnibus ſunt,ne ipſi quidem illi, in quo inſunt vt & in corpore. Vt igitur in corporibus,qui harum rerum periti ſunt, ſigna habẽt quædam occultorum,& illius ipſius,in quibus illi inſunt,ſenſum fallentium morborum:ſic ſimiliter in animo etiam,eſto qui peccat,is morbum ſuũ ipſe non agnoſcat,credere tamen domino debet, qui & ipſi & cæteris ipſius ſimilibus affirmauit,malũ hominẽ de malo theſauro ſuo,corde videlicet, proferre mala. Etenim qui malus eſt,is bonũ aliquod dictũ,factũmve ſæpenumero, etiã ſi conetur ſimulare,proferre nõ poteſt. Bonus autẽ vt malũ aliquod ſimulet,hoc verò prorſus fieri nõ poteſt. Prouidentes enim bona,inquit,nõ ſolum coram deo,ſed etiam coram hominibus. Argumentũ à ſimili. Matt.12.c Roma.12.d

Interro-

A

INTERROGATIO XXIX.

QVomodo poterit aliquis non iraſci?

RESPONSIO.

Nempe ſi illud exiſtimet, deum quæ agat omnia animaduertere, eumq; aſſiduè ob oculos habeat,& tanquam in ſpeculo contempletur. Quis eſt enim alterius poteſtati ſubiectus, qui in oculis principis ſui aliquid auſurus ſit vnquam eorum,quæ ipſi non placent? Et præterea ſi non illud expectauerit,dum alij pareant ſibi:ſed potius ita ſe comparauerit,vt in aliorum ipſe officio ſit,omnesq; ſeipſo ſuperiores exiſtimet. Si enim vtilitatis ſuæ cauſa obedientiam requirit,intelligere debet,verba domini illud præcipere,vt quilibet ipſe miniſtret alteri. Si verò violatum dei præceptum vindicat,ſciat non eſſe opus iracundia, ſed miſericordia, & lenitate:& imitandum eſſe illum,qui dixit,Quis infirmatur,& ego non infirmor? B 2.Cor.11.g

INTERROGATIO. XXX.

QVomodo amputabimus vitium prauæ concupiſcentiæ? Col.3.a

RESPONSIO.

C

Aſſiduo & flagranti deſiderio explendi dei volũtatem,taliq;, quale ſe habere indicauit, qui dixit,Iudicia domini vera,iuſtificata in ſemetipſa,deſiderabilia ſuper aurũ,& lapidem precioſum,& dulciora ſuper mel & fauũ. Semper enim deſideriũ rerũ meliorum,quotieſcunq; in ipſius poteſtate eſt facultateq; iis potiri quæ deſiderantur,& cõtemnuntur,neceſſariò facit,vt ea contemnantur,deſpicianturq; quæ inferiora ſunt, quemadmodum ſancti viri omnes declararunt:quanto autem magis ea,quæ ſuo genere contemnenda ſunt,& plena dedecore? Pſal.18.c

INTERROGATIO XXXI.

D AN in vniuerſum ridere non liceat?

RESPONSIO.

Cum dominus eos damnet,qui in hac vita rident:admodũ perſpicuũ eſt, nullũ omnino locũ dari fideli,in quo ridere debeat, & maximè in tã magno numero eorũ, qui per trãſgreſſionẽ legis deũ inhonorant,& in peccatis morti ſe dant:quorũ vicẽ mœrere, ac gemere cõuenit. Luc.6.b Roma.1.d

INTERROGATIO XXXII.

QVæ cauſa eſt intempeſtiuæ, & immodicæ dormitationis: & qua ratione ipſam poterimus à nobis depellere? E

RESPONSIO.

Sanè iſtiuſmodi dormitatio naſcitur,quotieſcunq; animũ noſtrum in contemplatione rerum diuinarum ſinimus veluti lenteſcere,ac dei iudicia contemnimus:ipſam autẽ depellim⁹, quotieſcunq; verã,atq; eiuſmodi,vt par eſt, de dei maieſtate notitiã cogitationemq; concipimus,& deſiderium illius perficiundæ voluntatis,velut ille, qui dixit, Si dedero ſomnũ oculis meis,& palpebris meis dormitationẽ,donec inueniã locum domino, tabernaculũ deo Iacob. Pſal.131.a

INTERROGATIO. XXXIII.

F QVomodo conuinci aliquis poteſt,quòd placere hominibus ſtudeat?

RESPONSIO.

Nimirum quando apud laudantes ſtudium præ ſe fert,apud vituperantes verò lentior efficitur. Si enim verè habet in animo placere domino,idem vſq; erit vbiq;:& illud efficiet, quod dictum eſt,Per arma iuſtitiæ à dextris,& à ſiniſtris,per gloriam & ignobilitatem,per infamiã & bonam famam,vt ſeductores,& veraces. 2.Cor.6.d

INTERROGATIO XXXIIII.

QVomodo poterit quis captandæ humanæ laudis vitium declinare neq; iam ſuſpicere,aut miraculi loco admittere eas laudes,quæ ab hominibus ſunt?

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESPONSIO.

G

Si sibi certò persuaserit, vbique deũ adesse: & si assiduè vsq; ac solicitè placere studeat deo: & si ardenter eas,de quibus dominus locutus est, beatitudines concupiscat. Siquidem est nemo qui cum in oculis domini sit,cũ illius dedecore,conseruo suo malit gratiosus esse q̃ illi ac perinde ad propriam condemnationem vagus mente distrahatur.

μετεωρίζεται

INTERROGATIO XXXV.

QVibus signis superbus esse aliquis cognoscitur,quomodóve sanatur?

RESPONSIO.

H

Cognoscitur ille quidem ex eo,si ea quærat,vnde cæteris superior sit. Sanatur autem, si fidem habeat sententiæ illius,qui dixit,dominus superbis resistit. Illud tamen intelligendum est, vt quis superbiæ iudicium extimuerit,non posse tamen ab eo morbo sanari, nisi se à studiis omnibus excellentiæ reliquorum auocauerit: quemadmodũ idioma quoduis aut cuiusuis generis artem,nemo possit dediscere,qui non se prorsus remouerit,non modo à faciendis,aut loquẽdis rebus illis,quæ sint ex arte illa,& lingua, sed ab audiendis etiam qui loquantur, & qui faciant aspiciendis.Quod quidem etiam in quouis alio vitio obseruari debet.

Iac.7.b

ὁμοίωσις

INTERROGATIO XXXVI.

I

AN quæri honos debeat? RESPONSIO.

Reddere quidem cui honorem,honorem iussi sumus:quærere autem honorem,vetiti:cum dominus dixerit:Quomodo vos potestis credere,qui gloriam ab inuicem accipitis:& gloriã, quæ à solo deo est,non quæritis?Ex quibus verbis intelligitur,quòd gloriã ab hominibus quærere manifestissimum est argumẽtum infidelitatis,& animi alieni à cultu dei: cum Apostolus dixerit,Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Quod si qui delatam sibi ab hominibus gloriam acceperunt,sic condemnati sunt: sine controuersia qui vltro non delatã ipsi inquirunt,grauissimo,suprà quàm dici possit,iudicio plectentur.

Roma.13.b
Ioan.5.g
γνώμη

Gal.1.b

INTERROGATIO XXXVII.

K

QVi piger est ad mandatum,quomodo is ita poterit excitari,vt gnauus sit?

RESPONSIO.

Nempe si ei persuasum sit,vbiq; dominũ deũ adesse,& omnia cernere, & comminatioñe illam verã esse,quæ facta est aduersus pigrũ:& similiter contrà, spem magnæ futuræ mercedis ab illo,qui per Paulum pollicitus est, accepturum vnumquenq; propriam mercedem secundũ laborem suum,& quæcunque in hanc sententiam scripta sunt, ad studium vniuscuiusque, siue patientiam excitandam ad gloriam dei.

Matt.25.c
1.Cor.3.b

INTERROGATIO XXXVIII.

L

SI fratri aliquid imperatum sit,& is primò contumaciter responderit,deinde sponte sua ipse ad exequendum imperatum abierit,quid eo faciendum est?

RESPONSIO.

In eo quidẽ,quod contumaciter responderit,tanquam cõtumax,& exẽplo suo alios ad cõtumaciã instigãs,intelligatur obnoxius esse iudicio illi, Homo omnis peruersus suscitat lites: dominus autem angelũ crudelem immittit contra eum.Tibi proinde persuadeto quòd quidquid siue contumaciæ adhibet,siue obedientiæ, non aduersus hominem adhibet, sed aduersus ipsum dominũ,qui dixit,Qui vos audit,me audit,& qui vos spernit,me spernit: cõpunctusq;, satisfacito primùm:deinde si potestas facta sit,quicquid necessarium fuerit,perficito.

Prou.16.d
Ibidẽ.17.b
ἀντιλογίας
M
Luc.10.c

INTERROGATIO XXXIX.

SI autem dicto audiens fuerit aliquis,murmurauerit tamen?

RESPONSIO.

Cum Apostolus dixerit,Omnia facite sine murmurationibus,& hæsitationibus: abalienatus est

Philip.2.b

A tus est etiã qui murmurat,à coniunctione fratrũ, & similiter opus eius ab vsu illorũ. Planeq; qui huiusmodi est, hunc & diffidentiæ, & circa spem ambiguitatis morbo apparet laborare.

INTERROGATIO XL.

QVid si frater fratrem contristauit,quomodo is corrigi debet?

RESPONSIO.

Si quidem eo modo contristauit,quemadmodum Apostolus,cum dixit, Contristati enim estis secundum deum,vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis: non correctione indiget

B qui contristauit,sed qui contristatus est,is proprietates eius,quæ ex deo est,tristitiæ debet præ se ferre.Si verò in his contristauit,quæ indifferentia sunt, meminerit is, qui contristauit, dixisse Apostolum, Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas:& agnito huiusmodi peccato, impleat quod dictum est à domino, Si offers munus tuum ad altare,& ibi recordatus fueris,quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare,& vade prius reconciliare fratri tuo, & tũc accedes offer munus tuũ.

Roma.4.c

Roma.14.c

Matt.5.c

INTERROGATIO. XLI.

QVid si satisfacere nolit,qui contristauerit?

C

RESPONSIO.

Ea aduersus ipsum exequi debemus,quæ à dño de eo dicta sunt,qui peccauerit,& pœnitentiã nõ egerit,his verbis,Si autẽ etiã ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Matt.18.b

INTERROGATIO XLII.

QVid si parato ad satisfactionẽ eo qui cõtristat⁹ sit?

RESPONSIO.

Manifestum est domini iudicium aduersus hunc in parabola illa serui aduersus conseruũ

D suum,qui rogatus cum animum nollet inducere, vt patientiam adhiberet, Videntes,inquit, conserui eius,narrauerũt domino suo. Iratus autem dominus, pristinam gratiam in eum suã reuocauit,& tradidit illum tortoribus,quoadusque redderet,quod debebat.

Matt.18.d

INTERROGATIO XLIII.

QVomodo quis debet auscultare ei,qui se ad orationem expergefaciat?

RESPONSIO.

Siquis perspectum habet detrimentum,quod ex somno nascitur,videlicet quòd neque se

E ipsum tum viuere aliquis sentit:contraq; vigiliæ emolumentum intelligit,maximeq; excellẽtem supra modum quam adipiscitur quis gloriam, quandocunque ad deum, vt ipsum oret, adducitur:is veluti qui se magnis,& votum omne superantibus beneficiis afficiat, illi auscultabit,qui se expergefaciat,siue ad orationem,siue ad aliud quoduis mandatum.

INTERROGATIO XLIIII.

SI verò tristari visus fuerit qui expergefactus sit,vel etiam irasci,qua hic re dignus est?

RESPONSIO.

F Primo quidẽ segregatione ad aliquod tẽpus,inediaq;: si fortè ea re cõpunctus possit intelligere,q̃ magnis,qualibusq; semetipsum bonis,nõ animaduertens priuet:atq; hoc modo ad seipsum reuersus,simili in gratia lætetur atq; ille,qui dixit,Memor fui Dei,& delectatus sum. Si vero nõ sentiens permaneat,prorsus is à reliquo corpore veluti putrefactũ,ac penitus vitiatũ mẽbrum præciditor.Scriptũ est enim.Expedit tibi,vt vnum pereat mẽbrorum tuorum, q̃ totum corpus tuum mittatur in gehennam.

Psal.76.a
ὁμοίωσις

Matt.5.e

INTERROGATIO XLV.

SIquis eo audito,quod dominus dixit,Quòd seruus, qui cognouerit voluntatem domini sui,& non fecerit,neque se præparauerit ad voluntatem illius,vapulabit multis: qui autẽ

Luc.12.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

non cognouerit,& fecerit digna plagis,vapulabit paucis:multiplicem dei voluntatē cognoscere neglexerit,nunquid propterea hic per eā ignorationē nonnihil decerpet consolationis? G

RESPONSIO.

Qui huiusmodi est,de eo verò negari nō potest, quin ignorātiā fucatè prętexat ac simulet, ac propterea peccati iudiciū euitare nō potest.Si eni nō veniſſem, inquit dominus, & locutus fuiſſem eis,peccatū non haberent. Nunc autem excusationē non habent de peccato suo, cum sanctæ literæ omnibus vbique dei voluntatem prædicare non cessent. Quare non tanquā vn⁹ de numero eorum,qui ignorātes fuerunt,leuiore supplicio multatur,qui eiusmodi est: sed seuerius iudicatur,vt vnus de numero illorum,de quibus scriptum est, Sicut aspidis surdæ obturantis aures suas,quæ non exaudiet vocem incantantiū,venefici incantantis sapienter. Cæterum cui docendi munus commiſſum est,is si annunciare neglexerit,perinde vt homicida iudicatur,sicut scriptum est. H

Ioan.15.d
Psal.57.a
Ezech.33.b

INTERROGATIO XLVI.

QVi ad committendum peccatum cum altero consentit,nunquid hic peccati reus sit? I

RESPONSIO.

Iudicium hoc perspicuum est ex verbis domini ad Pilatum,quando dixit,Qui tradidit me tibi,maius peccatum habet. Ex hoc enim manifestè intelligitur Pilatum quoque cōsentientē iis,qui illum tradiderant,peccatum habuisse,licet non ita graue. Perspicuum etiam Adā hoc facit,qui cum Eua consenserit,& Eua ipsa consenserit Serpenti.Neuter enim istorum tanquā innocens impunitus dimissus est.Quin ipsa quoque dei aduersum ipsos indignatio, siquis diligenter obserue t, hoc indicat.Cum enim Adam loco excusationis illud prętendisset,Mulier, quam dedisti mihi sociam,dedit mihi de ligno,& comedi,respondit deus, Quia audisti vocē vxoris tuæ,& comedisti de ligno,ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in operibus tuis,& cætera. K

Ab exēplo argu. Ioan.19.b
Gene.3.d μετ' ἐμοῦ

INTERROGATIO XLVII.

NVnquid aduersus peccantes dissimulatione vti conueniat?

RESPONSIO.

Sanè quòd hoc fieri non debeat,perspicuum est ex præceptis domini,qui in veteri quidem Testamento dixerit,Correptione corripies fratrem tuum, & nō sumes propter illum peccatum.In euangelio autem, Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipsum solum.Si te audierit,lucratus eris fratrem tuum.Si autem te nō audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos:vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos,dic ecclesiæ.Si autem etiam ecclesiam non audierit,sit tibi sicut ethnicus,& publicanꝰ. Porrò peccati istius iudicium quàm graue sit, intelligi potest: primo quidem ex sententia domini,qui in vniuersum loquens,dixit,Qui non obedit filio,non videbit vitam, sed ira dei manet super eum, tum ex historiis etiam quæ feruntur tam in veteri quàm in nouo Testamento.Animaduerte enim quando Achan furatus est linguam illam auream,& indumentum illud,quomodo in cunctum populum sæuierit ira domini: quodq; maius est, qui etiam delicti autorem,& delictum ipsum ignoraret,vsque dum is ipse,quem dixi, manifesto deprehensus est,& horribile illud vnà cum suis omnibus exitium subiuit. Heli verò quamuis nequaquam dissimulanter scelus tulisset filiorum suorum, illorum inquam filiorum pestilentiæ, contraq; sæpe illos ab eo deterrere fuisset conatus,dixissetq;,Non filij, non est bona fama, quam audio de vobis:ac longiore oratione & magnitudinem sceleris, & necessitatem ineuitabilis iudicij demonstrasset:quia tamen de illis non meritas pœnas sumpserat, neque eo modo, quo æquū erat,aduersum ipsos indignatus fuerat,vsque eo dei iracundiam iritauit,vt & populus vnà cū filiis ipsius internitione absumptus sit, & arca ipsa capta in hostium potestatem deuenerit, & sub hæc omnia,ipse miserabili exitu vitā terminauerit.Quòd si aduersus eos,qui sceleris autori consciij non fuerant,& eos,qui adhibita contestatione peccantes à peccato auertere conati fuerant,dei vehemens adeo ira exarsit,quid de iis dicendum est,qui & consciij sunt,& conniuentes dissimulant:qui quidem nisi ea præstiterint, quæ in epistola ad Corinthios ab Apostolo scri- M

Matt.18.b
1.Reg.2.c
Confirmat autoritate

A stolo scripta sunt,his verbis,Quare nō magis luctum habuistis, vt tolleretur de medio vestrū qui hoc opus fecit?& quæ deinceps ipsos fecisse idem Apostolus testatur, cum ait, Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristatos esse vos,quantam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem,sed indignationem,sed timorem,sed desiderium, sed æmulationē, sed vindictam:hi inquam nisi hæc omnia præstiterint,prorsus periculum est, ne nunc etiam omnes simile exitium incurrant, vel eò grauius etiam, quo grauius peccat is,qui dominum spernit, quàm qui legem Moysi irritam fecerit, & qui idem audet cum eo, qui ob eandē causam antè damnatus sit.Septuplum enim vltio data est de Cain:de Lamech verò septuagies septies, qui simili in peccato lapsus fuerat. 1.Cor.5.a 2.Cor.7.c Heb.10.e Gene.4.c

B

INTERROGATIO XLVIII.

IMmoderata habendi cupiditas quatenus iudicari debet?

RESPONSIO.

Quando quis vltra præscriptos à lege fines prodierit,nimirum is tunc in hoc vitio esse iudicandus est.Est autem hoc in veteri quidem Testamento, quandocunque quis de seipso magis,quàm de proximo solicitus est.Scriptum est enim, Diliges proximum tuū sicut teipsum. Leuit.19.d
In euangelio vero,quandocunque quis præter id,quod singulorum dierum necessitas desiderat,sui causa vlterius aliquid inquirit. velut is, cui dictum fuit, Stulte hac nocte animam tuā repetunt à te,quæ autem parasti,cuius erūt?Quibus magis in vniuersum adiungit, Sic est,qui sibi thesaurizat,& non est in deum dives. Luc.12.c C κεφαλαιωδέστερον

INTERROGATIO XLIX.

QVid est περπερεύεσθαι hoc est impotenter gloriari & se ostentare? 1.Cor.13.a

RESPONSIO.

Omne, quod præter necessitatem est & ad humanæ gloriæ aucupiū assumitur, id perperia id est,ostentatio appellatur. Latinus interpres vertit,perperā agere. περπερεύεται D

INTERROGATIO L.

SIquis in vestitu,quæ maioris sint sumptus reiiciat,ipsum autem id quod vile sit, veluti vestimentum,calceamentúmve,velit se decere,in vitióne est is?& si est,cuiusmodi illud est?

RESPONSIO.

Qui iccirco vult quod se deceat,vt hominibus placeat, hunc perspicuum est, vitio illo laborare,quod placere hominibus studet,& propterea mentem habere auersam à deo,& in ipsis etiam iis,quæ vilis precij sunt,perperiæ hoc est,ostentationis vitio indulgere.

E QVid est Raca? INTERROGATIO LI. κενοῦ cerebri, sine intellectu vel scurra. Matt.5.c

RESPONSIO.

Vernaculum verbum contumeliæ lenioris,quod aduersus leuiusculos vsurpatur. οἱ κεκοπτόμενοι

INTERROGATIO LII.

CVm Apostolus dicat,aliâs quidem, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi: aliâs autem, Non ad oculum seruientes,quasi hominibus placentes: quis est inanis gloriæ cupidus? & quis hominibus placens? Gal.6.a Ephe.6.a

F

RESPONSIO.

Equidem inanis gloriæ cupidum existimo esse illum,qui simplicis tantūmodo gloriæ mūdanæ causa,quæ vel à spectantibus,vel ab audientibus ipsi nascitur,aliquid facit, dicitve. Hominibus placentem autem,quicunque ad volūtatem alicuius hominis,vt ipsi placeat, aliquid facit,licet culpabile sit quod fiat. κενόδοξος τις

INTERROGATIO LIII.

QVid est inquinamentum carnis,& quid inquinamentū spiritus:& quomodo ab iis mūdi erimus?Itemq; quid est sanctificatio,quomodóve ipsam assequi poterimus? 2.Cor.7.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESPONSIO.

μολισμὸς — In quinamentum carnis, fortasse illud sit, siquis se commisceat cum iis, qui res à lege vetitas ipsi faciunt: spiritus verò inquinamẽtum, siquis aduersum hos, qui res huiusmodi vel sentiunt, vel faciunt, perinde ac si nihil referret, ita se gerunt. Mundus autem efficitur aliquis, quando obtemperat Apostolo, qui præcepit, Cum huiusmodi homine ne cibum quidem vnà esse simul sumendum, & quæcunque sunt in hanc sententiam: vel quando in se eam, de qua loquitur Dauid, affectionem illam animi senserit, Defectio tenuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam: & dolorem talem præ se tulerit, qualem præ se tulerunt Corinthij, quando obiurgati sunt, quòd aduersus illum qui peccauerat, lente se gesserant: quippe qui in omnibus exhibuerint se incontaminatos esse negocio. Sanctificatio autem est, deo ex toto cõtinenter dedicatum adhærere, iis solicite exquirendis, & in studio habendis, quæ ipsi grata sint. Siquidem etiam in his quæ dona deo offeruntur, ea repudiantur vt minime grata, quæ curta aut mutila sunt: aut quod semel deo dedicatum donum est, id deinceps in communem vsum humanum retrahere, nefarium est ac sceleratum.

μολισμὸς G

ἀδιαφορεῖν

1.Cor.5.d

Psal.118.

2.Cor.7.c

H

INTERROGATIO LIIII.

2.Tim.3.a φιλαυτία — QVid est amor suiipsius, & quomodo seipsum talem cognoscit, qui suiipsius amans est?

RESPONSIO.

I

Ioan.12.d κατα χρηστικῶς plęraq; in sacris dicuntur. φίλαυτος — Multa impropriè dicuntur, veluti illud, Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Amans igitur suiipsius est qui seipsum amat, priuato & immodico amore. Talem autem se esse quis cognoscit, si quæ facit, ea commodi sui causa facit, licet quod fiat ex mandato sit. Nam illud, quietis suæ causa aliquid omittere eorum, quæ ad vtilitatem fratris pertineant, siue animi illa quies sit, siue corporis, iã hoc quibusuis etiam aliis perspicuum est vitium esse amoris suiipsius, cuius finis perditio.

Non seruauit proprietatẽ verborũ apud nos Latinus interpres.

INTERROGATIO. LV.

QVæ differentia est inter amaritudinem, furorem, iram, & excandescentiam? K

RESPONSIO.

ὀργὴ θυμὸς excãdescentia, indignatio παροξυσμὸς exacerbatio iritatio. πικρία Luc.14.c Ibidẽ.18.c Roma.9.c 2.Tim.3.a 1.Tim.3.a — Furoris quidem & iræ differentia fortasse in animi affectione, & motu consistit: cum qui irascatur, in sola animi affectione perturbationẽ habeat: quemadmodum apertè docet is, qui dixit, Irascimini, & nolite peccare. Qui autem furit, maius nescio quid etiam præ se ferat. Furor enim ipsis, inquit, secundum similitudinem serpentis. Et, Herodes erat furenter pugnans aduersus Tyrios & Sidonios. Porrò vehementior ille, qui ex furore existit motus, excandescentia nominatur. Amaritudo autẽ cõfirmationẽ perturbationis acriorẽ quandã significat.

Psal.4. Psal.57.a Acto.12.d

L

INTERROGATIO LVI.

τετυφωμένοι ὑψιλόφρων qui & πεφυσιωμένος inflatus Roma.12.c 1.Cor.4.d ἀλαζὼν, arrogans elat⁹ Philip.3.c ὑπερήφανος superbus. 1.Tim.3.a τετυφωμένος tumidus fastuosus & pro superbo 1.Timo.6.a — CVm affirmatè dominus dixerit, Qui se exaltat, humiliabitur: & item Apostolus præcipiat, ne altum sapiamus: & alio in loco dicat, Elati, superbi, in superbiam elati: & itẽ, Charitas non inflatur: quis est altum sapiens, & quis elatus, & quis superbus, & quis in superbiam elatus, & quis inflatus?

RESPONSIO.

M

Sanè mea quidem sententia, is altum sapiens dicẽdus sit, qui ipse seipsum extollit, qui propter rectè facta sua magnificè de seipso sentit, seseq; effert, more illius Pharisæi, & non cũ humilibus consentit. Idem etiam ritè dici possit inflatus, quòd Corinthiis quibusdam crimini datum est. Elatus autem, qui nõ ambulat in sancitis institutis, neque illud exequitur, quod est apud Apostolum, vt in eadem regula ambulemus, & idem sentiamus: potiusq; propriam suã quandam iustitiæ, ac pietatis viam comminiscitur. Superbus autem, qui in his quæ habet, magnificè se iactat, & suprà, quàm est, studet apparere. In superbiam autem elatus, vel fortasse idẽ est cum superbo, vel omnino non longe ab hoc distat: conuenienter illi, quod dictum est ab Apostolo, In superbiam elatus est, nihil sciens.

INTERROGATIO. LVII.

Siquis

A SIquis vitium aliquod habeat, quod emendari non possit, & de eo frequentius reprehensus, lædatur, an id ei condonari magis expediat?

RESPONSIO.

HOC etiam alibi dictum est, peccantes adhibita lenitate corrigi oportere eo modo, qui à domino subindicatus est. Quòd si ad id, vt resipiscat, plurium reprehensio, & obiurgatio satis nõ fuerit, quemadmodum Corinthio illi: qui eiusmodi est, is haberi velut ethnicus debet. Porrò qui à domino condemnatus sit, eum pati in societate cum aliis manere, id nullo modo
B cuiquam tutum est: cum dominus dixerit, expedire vt quis oculo vno, vel manu vna, vel pede vno amisso intret in regnum, quàm ex eo, quòd alicui horum membrorum pepercerit, totus mittatur in gehennam ignis, vbi est fletus & stridor dentium: & Apostolus testificetur, modicum fermentum totam massam corrumpere.

Matth.18.b

Matth.5.e

1.Cor.5.b Gala.5.a

INTERROGATIO LVIII.

VTrúmne is vt mendax iudicatur tantummodo, qui de industria mentitus sit: an etiam qui ex ignorantia quidvis præter veritatem locutus sit?

RESPONSIO.

C

Sanè iudicium domini in iis etiam, qui ex ignorantia peccant, perspicuum est, ex illis verbis, Qui non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Vbique autem condignè acta pœnitentia firmam spem habet remissionis.

Luc.12.f

INTERROGATIO LIX.

SIquis cogitauerit tantummodo aliquid facere, nec fecerit, an & hic tanquam mendax iudicetur?

RESPONSIO.

D Si ex mandato est, quod facere cogitauit, non vt mendax solùm, sed vt contumax etiam condemnatur. Scrutans enim corda, & renes deus.

Psal.7.c

INTERROGATIO LX.

SIquis antè facturum se aliquid constituerit eorum, quæ deo non placent, vtrum huic potius faciendum est, reuocandúmne quod malè constituit, an metu mendacij committendum peccatum?

RESPONSIO.

E Cum Apostolus dicat de seipso, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis. & dominus ipse de se confiteatur, ac dicat, Non possum ego à me facere quicquam. & item, Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. & alio in loco, Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris. culpam suã agnoscere debet, qui huiusmodi est. primùm quidem, quòd sua sponte ipse constituere aliquid ausus fuerit, cuiuscunque omnino generis illud sit (neque enim ipsa etiam, quæ suo genere bona sunt, ex proprio arbitrio geri cõuenit) deinde etiam ac multo magis, quòd rem dei voluntati contrariam statuere non sit veritus. Quòd autem rescindendum sit quicquid præter præceptum domini antè statutum sit, apertè hoc demonstratur in Apostolo Petro, qui antè ipse
F statuerat, ac dixerat, Non lauabis mihi pedes in æternum. Vbi verò affirmatè audiuit dominum dixisse, Nisi lauero te, non habebis partem mecum: confestim sententiam mutauit, ac dixit, Domine non tantùm pedes, sed & manus & caput.

2.Cor.3.b Ioan.5.e Ioan.14.b Ioan.6.d μετανοῆσαι

Ioan.13.a

INTERROGATIO LXI.

SIquis neque laborare, neque psalmos discere velit, quid de eo fieri debet?

RESPONSIO.

Cum dominus in parabola de infœcunda illa ficu dixerit, Succide illam, vt quid etiam terram occupat? adhibenda quidem omnino aduersus eum omnis diligẽtia est. Verùm si auscultare

Luc.13.b In agro dominico ficꝰ sterilis succidenda ab radice.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scultare nolit, quod de eo præceptum est, qui obstinatè in peccato permanet, etiã in hoc obseruari conuenit. Qui enim à rebus bonis ociosus est, is vnà cum diabolo & angelis eius iudicatur. G

INTERROGATIO LXII.

QVid est, quod cum fecerit quis, simili atque is, qui talentum occultauerat, iudicio condemnatur?

RESPONSIO.

Qui cuiusuis generis beneficium dei apud se cõpressum tenuerit, vt eo ipso potiatur, neq; id ad aliorum etiam vtilitatem contulerit: is, vt talentum occultans, condemnatur? H

INTERROGATIO LXIII.

Matth.20.b QVid est, quod cum fecerit quis, condemnatur, vt ij, qui murmurauerunt aduersus nouissimos?

RESPONSIO.

Vnusquisque ob proprium suum peccatum damnatur: ita &, qui murmurauerint, ob murmurationem. Verùm sæpe alij alia de causa murmurant. Nam hi quidem propterea murmurant, quòd vnde ventrem suo more distendant, non habent (vt qui gulæ præter modum diditi sunt, & ventrem faciunt deum suum) illi vero, quod in pari honore habeantur cum his, qui nouissimi sunt: in quo apertè indicio sunt ipsi de inuidia sua: quod vitium cum homicidio solet multis in locis scriptura coniungere. Alij præterea alia de causa. I

INTERROGATIO. LXIIII.

Lucæ.17.a CVm dominus noster Iesus Christus dicat, Vtilius est ei, vt imponatur mola asinaria circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis: quid est scandalizare? aut quomodo id euitare poterimus, ne adeo horribile iudicium veniat in nos? K

RESPONSIO.

Ab exẽplo cõfirmatio. Matth.16.d Sanè scandalizat quidem aliquis, quandocunque dictis, factisve legem violat, & exemplo suo alium ad legis violationem inducit: vt serpens Euam, & Eua Adam. Vel quandocunque prohibet exequi voluntatem dei: vt Petrus dominum, quando dixit, Absit à te domine, non erit tibi hoc. cui tum dictum est, Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Vel quando ædificat animum imbecilli ad aliquid eorum, quæ vetita sunt: conuenienter illi quod scriptum est ab Apostolo his verbis, Siquis enim viderit te, qui habes scientiam, in idolio recumbentem, nónne conscientia eius cum 1.Cor.8.c sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Quibus illico adiungit, Quapropter 1.Cor.8.d si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Oritur autem scandalum pluribus ex causis. Vel enim ab eo qui scandalizat, Scandalorũ origo non vna. scandalum nascitur: vel ab eo, qui scandalizatur, causa proficiscitur, cur scandalizetur, atque in his item, non vno atque eodem modo. Aliquando enim ex malicia, aliquando autem ex inscitia vel huius, vel illius. Est præterea, quando in iis, quæ rectè vel dicuntur, vel fiunt eorum, qui scandalizantur, malicia magis declaratur. Aut enim mandatum dei aliquo faciente, aut his, quæ in libera potestate posita sunt, liberè vtẽte, scandalizatur qui scãdalizatur. L

Nõ oscitãter legenda hæc. Quotiescunq; igitur in iis, quæ ex mandato vel fiunt, vel dicuntur, homines offensionem incurrunt, & in his scãdalizantur (vt in euangelio quidã in his, quæ à domino ex voluntate patris fiebant, & dicebantur) enimuero tunc ea in memoriã nobis sunt reuocanda, quæ de huiusmodi hominibus idem dominus responderit, quando illũ adeuntes discipuli, sic allocuti sunt, Matth.15.b Scis quòd Pharisæi, audito verbo hoc, scandalizati sunt? Sic enim illis respondit, Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos. Cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadent. Sanèque multa huiusmodi cum in euangeliis, tum apud Apostolum reperire quis facilè possit. Vbi verò in his, quæ posita in potestate nostra sunt, impingit aliquis, scandalizatúrve, enimuero Matth.17.d tunc veniendum est in memoriam eorum domini ad Petrũ verborum, quando dixit, Ergo liberi M

A liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. & item eorum, quæ Apostolus ad Corinthios scribit, his verbis, Non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. & alio in loco, Bonum est non mandu- 1.Cor.8.d Rom.14.d care carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Quàm autem metuendum sit in his, quæ videntur posita esse in potestate nostra, pati, vt frater scandalizetur, docet præceptum domini, quo in vniuersum, modus omnis interdicitur scandalizandi, quando dicit, Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico e- Matth.18.b B nim vobis, quia angeli eorũ in cœlis semper vident faciem patris mei, qui est in cœlis. Quod ipsum testatur etiam Apostolus, aliàs quidem cum dicit, Sed hoc iudicate magis, ne ponatis Ro.14.b c offendiculum fratri, vel scandalum. aliàs autem, cum grauius etiamnum ab huiuscemodi pec cato deterrens, sic dicit, Siquis enim viderit te, qui habes scientiam, in idolio recumbentem, 1.Cor.8.d nónne conscientia eius, cum sit infirmus, ædificabitur ad manducandum idolothyta? & peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est? Quibus adiungit, Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scãdalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternũ, ne 1.Cor.9.a C fratrem meum scandalizem. Et alio in loco cum dixisset, An ego solus & Barnabas non ha- Ibidem.b bemus potestatem non operandi? deinceps illud adiungit, Sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Cæterum cum rem adeo formidabilem esse demonstratum sit in iis quæ in potestate nostra posita sunt, fratrem scandalizare: quid de iis dicendum erit, qui rebus vetitis faciendis loquendisve scandalizent, Grad⁹ sublimitas addit epitasin scandalo. & maximè quando vel scientia quadam maiore præditus videatur, qui scandalizat, vel in sacro aliquo gradu censeatur, qui cùm cæteris tanquam regula, exemplárve esse propositus debeat, si vel minimum quid neglexerit, eorum, quæ scripta sunt, videlicet, vt aut eorum, quæ interdicta sint, fecerit, aut eorum, quæ iussa, omiserit, aut denique huiusmodi ali- D quid dissimulanter præterierit, vel in hoc vno tantum iudicium commeritus est illud, quòd Ezech.3.c sanguis peccantis exquiretur de manibus eius.

INTERROGATIO. LXV.

QVomodo veritatem in iniustitia aliquis detinet? Rom.1

RESPONSIO.

Quotiescunque datis sibi à deo bonis, ad proprias voluntates abutitur. Quod vitium in se fuisse negauit Apostolus, cum dixit, Non enim sumus (sicut plurimi) adulterãtes verbum dei. καπηλεύοντες. Et item, Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neq; in occasio- 2.Cor.2.d E ne auaritiæ (deus testis est) nec quærentes ab hominibus gloriam, neq; à vobis, neq; ab aliis. 1.Thes.2.

INTERROGATIO LXVI.

QVid est æmulatio, & quid concertatio? 2.Cor.12.f Gala.5.d

RESPONSIO.

Sanè æmulatio ea est, quandocunque quis, ne altero inferior videatur, facere aliquid stu- ἔρις cõtentio, lis, æmulatio ἐριθεῖαι rixa. det. Concertatio autem est, quando quis ex iis, quæ ostentationis, aut inanis gloriæ causa fa- Philip.2.a cit, alios etiam, vt similiter faciant, prouocat, atque irritat. Siquidem Apostolus aliàs quidem mentione facta æmulationis, confestim pòst inanem gloriam adiungit, his verbis, Nihil per F æmulationem, neque per inanem gloriam. aliàs autem mentione facta prius inanis gloriæ, vnà cum hac etiam æmulationẽ prohibet alio nomine, sic dicens, Non efficiamur inanis glo Gala.5.d riæ cupidi, inuicem prouocantes.

INTERROGATIO LXVII.

QVid est immundicia, & quid * ἀσέλγεια, id est, lasciuia? Mar.7.e Gala.5.c

RESPONSIO.

ἀκαθαρσία. ἀσέλγεια lasciuiens & obscœna consuetudo stupri. IMMVNDICIA quid sit, lex ipsa ostendit, quando vocabulum hoc vsurpauit in his rebus, quæ ex naturali necessitate præter voluntatem nostram nobis eueniunt. Aselgia autem quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

que sit videtur mihi Salomon exprimere, qui suauem illam, & doloris expertem appellauerit: ita vt ἀσπάλαγεια animi affectio sit non habens, vel non ferens dolorem athleticum: quemadmodum & incontinentia siue intemperantia ea est, quæ molestas libidines in officio continere non potest. G

ἀκρασία

INTERROGATIO LXVIII.

QVid proprium furoris, & quid proprium indignationis ex ratione susceptæ: quomôve plerunque exorsi ab indignatione, in furorem imprudentes delabimur?

RESPONSIO.

H

θυμὸς ἴδιον.

Furoris siue excandescentiæ proprium est, animi impetus cum meditatione vlciscendi illius, qui iritauerit. Susceptæ autē ex ratione indignationis proprium est velle corrigere eum qui deliquerit: quæ res ab animi affectione nascitur, cui displicet quod factum est. Illud autē, quòd sumpto initio à re bona animus, in malam postea delabatur, nihil est mirum: quando pleraque istiusmodi facilè possunt reperiri. Quocirca memoria tenenda sunt, quæ dicit diuina scriptura: Iuxta iter scandala posuerunt mihi. Et item: Si autem & certet aliquis, non coronatur, nisi legitimè certauerit, cauendaq; vbique est nimietas, importunitas, perturbatioq;. Siquidem hæc plerunque causa sunt, quamobrem vnumquodque etiam eorum, quæ recta iudicata sunt, secus multo eueniat.

ἀγαναχτήσεως ἐυλόγου ἴδιον.

Psal.139.b
2.Tim.2.a

I

INTERROGATIO LXIX.

QVi non minus comedat quàm cæteri, neque corpore sit viribus eneruato, neque vllum latentis morbi indicium præ se ferat, impotentiam tamen ad opus faciendum excuset, quomodo cum hoc agi debet?.

RESPONSIO.

Prætextus omnis cessantis ab opere, excusatio est & prætextus peccati. Siquidem studium, quemadmodum & patientia, perpetuò adhiberi vsque ad mortem debent. Quòd autem pigritia maliciæ coniuncta, pigro damnationis causa sit, hoc planum est ex verbis domini, qui dixit, Serue male & piger. K

Matth.25.c

INTERROGATIO LXX.

CVm eo qui vestimentis, calceamentísve abuti animaduertatur, quomodo agendum? Cum enim reprehenditur, reprehendentis se ariditatem & murmurationem suspectam habet. Si autem post alterā, tertiámve admonitionem in proposito permaneat, quid huic facere conueniat?

RESPONSIO.

L

Aliter vertit Latinus interpres.

Sanè abusum damnat Apostolus, cum dicit, tanquam vtentes hoc mundo, non tanquam abutentes. Vsus enim modum ipsa ineuitabilis rerum ad vsum pertinentium necessitas desinit. Qui autem vltra necessitatem progreditur, is aut intemperantis habendi cupiditatis, aut voluptatis libidinis, aut inanis gloriæ morbum habet. Qui autem permanet in peccato, is iudicium incurrit illius, qui pœnitentiam non agit.

INTERROGATIO LXXI.

SVnt quidam qui in cibis suauitatem magis consectantur, quàm copiam: sunt item qui saturitatis causa vbertatem malunt, quàm suauitatem: quî igitur vtrique satisfiet?

M

RESPONSIO.

Vtrique sine dubio laborant: hi nimio voluptatis studio: illi immodica auiditate. Verum enim neque voluptarius, neque qui in quacunque re nimio plus auidus est, noxiam à se recellunt condemnationis. quamobrem hi leniter curandi sunt. quòd si à morbo non conualescāt, perspicuum est iudicium contra eos, qui obstinati in peccato perseuerant.

INTERROGATIO LXXII.

SIquis inter cœnandum immodestius se gerat, cibóque se ac potione auidius ingurgitet, nunquid hic castigari debet?

RES-

A

RESPONSIO.

Qui huiusmodi est, is non seruat præceptum Apostoli, qui dixit, Siue manducatis, siue bibitis, vel quid aliud facitis, omnia ad gloriam dei facite. Et item, Omnia honestè, & secūdum ordinem fiant. Et indiget correctione, nisi iiqua grauioris operis, aut festinationis necessitas vrgeat. Sed & tunc quoque vitanda sedulo offensio est.

1.Cor.10.g
1.Cor.14.g

INTERROGATIO LXXIII.

B QVi non desiderio correctionis fraternæ, sed libidine seipsum vlciscendi peccantem castigat, quomodo is corrigi debet, si sæpius clementer admonitus in eodem perseueret?

RESPONSIO.

Qui huiusmodi est, is in eorū numero, qui seipsos valde amant, & dominandi cupidi sunt, haberi debet, eiq; correctionis modus cum pietate conueniens declarari. Si verò obstinatè in vitio perseueret, perspicuum est iudicium contra eos, qui pœnitentiam non agunt.

INTERROGATIO LXXIIII.

C QVi se è fratrum collegio subducunt, & vitam seorsum ipsi soli agere in animo habent, aut vnà cum paucis eiusdem secum in pietate propositi, doceri ex sacra scriptura libenter vellemus, nunquid hos excommunicari conueniat?

μονήρη βίον.

RESPONSIO.

Cum sæpe dominus dixerit, Filius à seipso nihil facit. &, Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me patris. & Apostolus item testificetur, carnem concupiscere aduersus spiritum, & spiritum contrà, aduersus carnem, hæc quæ sibi inuicem aduersari, vt non quæcunque velimus, illa faciamus: sine dubio quicquid ex propria voluntate concupiscitur, id alienum est à pietatis cultoribus. Vberius autem de iis, qui huiusD modi sunt, in disputationibus his respondimus, quæ fusius sunt disputatæ.

Ioan.5.b
Ibidem.6.d
Gala.5.c

Nimirū in responsione ad 7. interrogationē.

INTERROGATIO LXXV.

NVnquid omnis peccati, siue illud in mente, siue in dicto, siue in facto committatur, causa rectè conferri in Satanam possit?

RESPONSIO.

In vniuersum opinor Satanā non posse ipsum per se causam esse alicui vt peccet: sed cùm modò insitis vnicuique à natura motionibus, modò etiam interdictis cupiditatibus velut adiutricibus vtatur, per hæc ipsa eos, qui negligentiores sunt, ad propria vitia conatur abducere. Vtitur autem ille quidem adiutricibus secum naturalibus motionibus, sicut in domino facere tentauit, quando esurientem illum animaduertēs, dixit, Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Interdictis autem cupiditatibus, vt in Iuda, quem quòd auaritiæ morbo esse obnoxium intellexerat, huius ipsius cupiditatis opera vsus, auarum hominem ad sceleratissimæ proditionis lapsum, nummis triginta argenteis extimulauit. Quòd autem etiam mala ex nobis ipsis nascantur, manifestè dominus ostendit: De corde enim, inquit, exeunt cogitationes malæ, &c. Hoc autem vsu venit iis, qui ex incuria naturalia rerum bonarum semina inculta dereliquerunt: conuenienter dicto illi Prouerbiorum, Tanquam seges vir stultus, & velut vinea vir indigens prudentia. Si dimiseris eum, squalebit, & herbis luxuriabit tota, & fiet derelicta. Porrò quæ ex huiusmodi incuria in squallorem abiit, & derelicta est anima, consequens E est necessariò, vt spinas ac tribulos progeneret, & ei illud eueniat, quod dictum est, Expectaui vt faceret vuas, fecit autem spinas. De qua quidem anima illud prædictum est, Et plantaui vineam Sorech, quod si interpretari velis, electam significat. Consimile autem huic, quod hic dicitur, inuenias apud Hieremiam dicentem ex persona dei, Plantaui te vineam frugiferam totam veram, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?

F

κατηφόντησεμ.
Mat.15.b
γεώργιον.
Esa.5.a
Ibidem.
vinea שרק
Hier.2.d
ἄμπελος ἀλλοτρία.

INTERROGATIO LXXVI.

NVnquid vtilitatis alicuius causa consultò mentiendum sit?

οἰκονομίᾳ ψεῦσμ.

RESP-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESPONSIO. G

Hoc ſententia domini non permittit,à quo ſic præciſè dictum eſt,Mendacium ex diabolo eſſe.neque mendacij vlla omnino diſtinctio adhibita.Quin hoc idem Apoſtolus quoque teſtificatur his verbis,Si autem & certet aliquis,non coronatur,niſi legitimè certauerit. Ioan.8.f 2.Tim.2.a

INTERROGATIO LXXVII.

δόλος ἢ κακοήθεια. QVid eſt dolus, & quid eſt malignitas?

RESPONSIO. H

Malignitas quidem (vt ego arbitror) ipſa eſt primum & latens in moribus vitium. Dolus verò, ea quæ ad inſidiandum adhibetur exquiſita ſolertia: quotieſcunque videlicet quis per ſimulationem alicuius boni,eo alicui perinde vti eſca quadam obiecto,quæ ad inſidias pertinent,exequitur.

INTERROGATIO LXXVIII.

ἐφευρεταὶ. QVi ſunt adinuentores malorum?

RESPONSIO. I

Qui præter ea, quæ vſitata, & nota vulgo ſunt mala, alia quædam etiam excogitant ipſi, atque inueniunt.

INTERROGATIO LXXIX.

SIquis frequenter ſeipſum reprehenderit, quòd duriter ſe aduerſus fratrem gerat, quomodo hic emendabitur?

RESPONSIO.

Prorſus(vt quidem ego coniector) res hæc originem habet, vel ab animo de ſeipſo elatè ſentiente, vel ab animi offenſione: quæ quidem offenſio ſumitur, cum eorum, qui rectè agere deberent,vitia animaduertimus. Quod enim præter ſpem boni alicuius contrarium euenit,atque acerbum,id vehementius quodammodo animum ferit. Maiore autem hic quadam diligentia eſt opus: vt ſi quidem primum fuerit ſuperbiæ vitium emendemus: ſin ſecundum, antequam ad indignationem veniatur,leniter exhortando,admonendoq;, facilitatem animi noſtrã declaremus.Quòd ſi omnino curationis ratio iſta nihil proficere viſa fuerit,idq; propter ſubiecti morbi peruerſitatem,tum demum etiam vehemẽtia indignationis,adhibita miſericordia,ad vtilitatem & correctionẽ eius,qui peccauit,cum ratione in loco vti poterimꝰ. K γνώμη.

INTERROGATIO. LXXX. L

VNde fit illud,quòd cogitationes bonæ,& curæ deo placentes mentem veluti deficiunt: & qua ratione vitare poterimus,ne hoc nobis eueniat?

RESPONSIO.

Cum Dauid dixerit, Dormitauit anima mea præ tædio: ſanè perſpicuum eſt huiuſmodi vitium ex dormitatione animi naſci atque hebetudine.Siquidem animum vigilantem,& qui apud ſeipſum ſit,ſibi vni attentus cura deo grata, & cogitatio bona non ſolet deficere: Contraq; potius qui eiuſmodi eſt,illis deeſſe ſeipſum videt. Nam ſi corporis oculus neque ad cõtemplationem etiam paucarum quarundam rerum, quæ conditæ à deo ſunt, eſſe par poteſt: neque ſiquid ſemel contemplatus ſit, contemplatione tamen illa ſatiatus diſcedit, ſed illud idem aſſiduè contemplari non ceſſat: quanto magis animi oculus,ſi vigilans fuerit, & apud ſeipſum,vniuerſa non poterit mirabilia iudicia dei contemplari? Iudicia enim tua,inquit,abyſſus multa.Et alio in loco,Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam.Et multa huiuſcemodi.Si verò animum deficit cogitatio bona, perſpicuum eſt ipſum vnà cum cogitatione etiam illuminationem deficere: non quòd deficiat, quod illuminat: ſed quòd dormitet,quod illuminari debet. Pſal.118.d M Pſal.35.b Pſal.138.a

INTERROGATIO LXXXI.

AN æquè obiurgandi ſint & religioſi viri, & quilibet de vulgo, quandocunque in eodem vtrique peccato reperiantur?

RES-

RESPONSIO. A

Si inſpexerimus in animi affectionem eius,qui peccat, & modum peccati, ſine dubio intelligeremus etiam modum obiurgationis.Vt enim idem peccatum eſſe videatur,& cuiuſlibet de vulgo,& religioſi viri: inter eos tamen diſſimilitudo eſt non mediocris.Qui enim religioſus eſt,is cum de ineunda gratia dei ſolicitus ſit,in eaq; re elaboret,non de induſtria, ſed caſu aliquo,& præter animi ſui ſententiam labitur,caditq;.Qui verò de vulgo eſt,& in vtrãuis partem nihil pẽſi habet,is cum nullam neque ſui,neque dei rationem habeat, neque quicquam omnino referre exiſtimet,peccẽtne,an rectè agat,grauiſſimis ac pernicioſiſſimis duobus malis laborat: videlicet,quòd aut deum contemnit,aut tollit penitus.Siquidem hæc ſunt duo,à quibus peccandi initia animus ſumit: quemadmodum teſtantur diuinæ literæ, in quibus eſt modo, Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor dei ante oculos eius. modo,Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus: corrupti ſunt,& abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.Igitur aut contemptor factus eſt,atque ea re peccat, aut ipſum deum eſſe inficiatur,atque ob eam cauſam in ſtudiis ſuis corrumpitur,licet verbo confiteri videatur.Confitẽtur enim ſe noſſe deum,factis autem negant.Quæ cum ita ſe habeant,etiam rationem obiurgationis in his,qui huiuſmodi ſunt,diſſimilem eſſe arbitror oportere. Siquidem vir religioſus veluti locali(vt ita dicam)indiget ſubleuatione,& in ipſa re,in qua lapſus eſt,caſtigari debet.At ille alter,cum totum ſimul animi rectum penitus vitiatum habeat,& malis iis,quibus reliqua omnia ſubiiciuntur,laboret,vel vt contemptor(vt dixi) vel vt à fide alienus, eouſq; & lugeri,& admoneri,& obiurgari debet,quoad ei perſuaderi poſſit, aut deum eſſe iudicem iuſtum,& ita in metum inducatur: aut omnino eſſe deum,atque hoc modo percellatur. Atque illud etiam ſcire conuenit,peccata religioſorum virorum plerunque etiam euenire ex conſilio dei ad ipſorum vtilitatem,cum videlicet deus eos labi interdum permittat, ad ſanandam aliquam animi illorum elationem, quæ præceſſerit. cuiuſmodi eſt quod Petro dictum eſt, & in ipſo etiam contigit. Diſcrimen religioſi & ſecularis peccantium. Pſal.35.a Pſal.52.a Titũ.1.d B C Pſal.7.c καὶ ἀπλαγχ. Matth.26.c

INTERROGATIO LXXXII.

QVoniam ſcriptum eſt,Anus vt matres: ſi contigerit, vt anus idem peccatum incurrerit cum adoleſcentula,nunquid ea eidem animaduerſioni obnoxia eſſe debet? 1.Tim.5.a D

RESPONSIO.

Prorſus Apoſtolus quidem anus vt matres honorari oportere, non vt quæ culpabile aliquid facerent, docuit. Verumenim ſi contigerit aliquando vt anus in idem cum adoleſcentula peccatum incurrerit,animaduertenda ſunt primum naturalia(vt ita dicam) ætatis vitia, atque ita conueniens vtrique ætati curationis definiendus eſt modus. Veluti naturale eſt ferè ſenectuti pigritia: at non hoc item etiam iuuentuti: quemadmodum mentis ad futiles cogitationes diſtractio,& turbulentia,& ſui immodica fiducia,& quæcunque huius generis iuuẽtuti,non autem etiam ſenectuti adiuncta ſunt, & à naturali calore, qui in iuuentute eſt, videntur adiuuari.Quocirca idem peccatum,pigritia(verbi gratia)grauius in adoleſcẽtula plecti debet: cum illi ad minuendum crimen ætas ea nihil patrocinetur. Similiter quoque idem peccatum, mentis videlicet ad futiles cogitationes diſtractio, præfidentia ac turbulenta intemperies animi, ſeueriore animaduerſione in natu iam grandiore vindicanda ſunt. Siquidem ea etiam ab ipſa natura adiuuatur ad lenitatem, quietemq;. Ad hæc peccati etiam modus,& eius qui peccauit animi affectio conſiderari in vtraque perſona debent,atque hoc modo conueniens ipſis curationis ratio accommodata animaduerſione adhiberi. E

INTERROGATIO LXXXIII. F

SIquis multa rectè agens,in vno tantùm offenderit, quo pacto nos aduerſus illũ geremus?

RESPONSIO.

Quemadmodum dominus aduerſus Petrum. Niſi lauero te,non habebis partẽ mecum.

INTERROGATIO LXXXIIII.

SIquis mores habens turbulentos ac feroces, propterea correptus dicat, Deum alios bonos finxiſſe,alios nequam,nunquid is rectè dicat?

RES-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESPONSIO.

G

Is error est Manichæi. 1.Cor.5.b Gala.5.a δολοῖ.

Hæc opinio iampridem veluti hæretica explosa est: nam & blasphema est & in deum impia, & hominis ad peccatum procliuem reddit animã. Proinde qui hoc sentit, aut resipiscat, aut tollatur de medio, ne illud vsu veniat, Modicũ fermentum totam massam corrumpit.

INTERROGATIO LXXXV.

NVnquid priuatim aliquid haberi conueniat in societate fratrum?

RESPONSIO.

H

Act.4.f

Hoc contrarium est testimoniis his, quæ habentur in Actis, de iis qui crediderant: in quibus scriptum est, Neque quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat. Quare qui dicit suum aliquid esse, is seipsum alienum reddit ab ecclesia dei & charitate domini: qui quidem & verbo & re docuit ponendam esse animam pro amicis, nedum res externas.

INTERROGATIO LXXXVI.

SI verò dicat aliquis se neque sumere quicquam de communi fratrum, neq; sua in commune conferre, sed se suis rebus esse contentum, quomodo nos aduersus hunc geremus?

RESPONSIO.

I

διδασκαλίας. Ioan.13.d 2.Cor.5.d Ibidem.b

Hic nisi pareat doctrinæ domini illi, Diligite inuicem, sicut ego dilexi vos: pareamus nos Apostolo, qui dixit, Auferte malum ex vobis ipsis, ne illud eueniat, Modicum fermentum totam massam corrumpit.

INTERROGATIO LXXXVII.

NVnquid liceat vnicuique vetus vestimentum suum, calceamentúmve dare cui velit, cõuenienter mandato?

RESPONSIO.

K

Dare aut accipere, etiam secundum mandatum, non est cuiuslibet: sed eius, cui de communi sententia adhibita circunspectione delatum est munus dispensandi. Proinde hic erit, qui siue vetus, siue nouum habita ratione temporis cuiusque & dabit ipse, & accipiet.

INTERROGATIO LXXXVIII.

Luc.21.f

QVid est cura huius vitæ secularis?

RESPONSIO.

L

μέριμνα βιωτικὴ.

Quælibet cura, esto eorum nihil habere videatur, quæ interdicta sunt, tamen nisi ad pietatem conducat, vitæ huius cura est.

INTERROGATIO LXXXIX.

Prouer.13.b ῥῦσις ψυχῆς τοῦ.

QVoniam scriptum est, Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ: hoc autem, vt faceremus nobis non contigit, quid faciemus?

RESPONSIO.

M

Matth.19.b

Quamlibet ipsi voluerimus etiam si non contingat esse nos compotes. at meminerimus responsi domini ad Petrum, cum de huiusmodi re admodum solicitus dixisset, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Respondet autem ei sic, Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum & Euangelium, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Si verò ex incuria hoc prætermisimus, nunc studium adhibeamus. Quòd si iam neque tempus suppetit, neque facultas, consoletur nos Apostolus qui dicit, Non quæro vestra, sed vos.

καὶ ἵνα μὴ τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἐγκαλέσω. 2.Cor.12.c

INTERROGATIO XC.

NVnquid liceat nocturnum vestimentum habere, siue cilicium, siue alterius generis aliquod?

Respõ-

A

RESPONSIO.

Sanè cilicij vsus habet opportunitates suas: neque enim ad necessitates corporis comparatus est, sed ad macerationem animi, & afflictationem. Cum autem duorum mancipiũ prohibitum sit, vsus an possit assumi, remota ea quam dixi causa, vnusquisque ipse seipsum consulito.

INTERROGATIO XCI.

B

SI à fratre qui nihil habet, quod ipsius proprium sit, petat aliquis idipsum quo indutus est, quid ille facere debeat, maximè si nudus sit qui petierit?

RESPONSIO.

Siue nudus, siue improbus, & siue necessitate impulsus, siue ex immoderata habendi libidine, semel dictum est, quòd dare, acciperéve non est cuiuslibet, sed eius, cui de communi sententia delata est istiusmodi administratio: tenerique illud debet, Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. 1.Cor.7.d

INTERROGATIO XCII.

C

Lucæ.12.d

CVm dominus iubeat vendi quæ possideantur, qua mente hoc fieri conuenit? nunquid tanquam ea, quæ possideamus, lædant suapte natura? an ob distractionem, quæ ex illis ad animum peruenire solita sit?

RESPONSIO.

Ad hoc primò illud dici potest, quòd eorum vnumquodque quæ possidentur, si ipsum per se, ac sua vi esset malum, neque à deo etiam prorsus fuisset creatum: Omnis enim, inquit, creatura dei, bona, & nihil reiiciendum. tum illud etiam, quòd mandatũ domini non docuit abiicienda esse tanquam mala, fugiendáve ea, quæ possidemus, sed distribuenda. Et damnatur aliquis, non quòd habuerit omnino, sed quòd peruersè de ipsis senserit, vel quòd non rectè vsus fuerit. Siquidem recta sanaq; de illis animi affectio, & ex mandato distributio, ad res multas nobis, eásque maximè necessarias prodest: videlicet modò ad emendationem peccatorum nostrorum: quapropter scriptum est, Veruntamen quod supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. modò autem ad hæreditatem regni cœlestis, & acquisitionem thesauri non deficientis: sicut dictum est alio in loco, Nolite timere pusillus grex, quia placuit patri vestro cœlesti dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis.

Oĩs creatura dei bona est. 1.Tim.4.b

Luc.11.f

Luc.12.d

D

INTERROGATIO XCIII.

E

QVi semel omnium rerum possessione se spoliauerit, professusq; fuerit nihil se quod iuris ipsius proprium sit, habere, qua mente hic vti debet rebus ad viuendum necessariis, veluti vestitu, victúque?

RESPONSIO.

Ea nimirum, vt meminerit, secundum quod scriptum est, deum esse qui dat escam omni carni. Veruntamen ei maiorem in modum adhibita animaduersione curandum est, vt tanquam dei operarius dignus sit cibo suo: qui quidem cibus ipse etiam non sit positus in ipsius potestate, sed ab eo, cui de communi omnium consensu eius subministrandi datum negocium sit, subministretur, ratione habita temporis modique, sicut scriptum est, Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Psal.35.c

Act.4.g

F

INTERROGATIO XCIIII.

SIquis relicta tributorum pensione se ad fratrum conuentum contulerit, & propinqui illius ad ea persoluenda grauius vrgeantur, nunquid non istud scrupulum afferat, detrimentúmve, aut illi, aut iis, qui illum receperint?

RESPONSIO.

Dominus noster Iesus Christus iis, qui ipsum percontabantur, licerètne censum Cæsari

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.20.d dare,an non,reſpondens ait,Oſtendite mihi denarium.Cuius habet imaginem,& inſcriptio- G
nem? Cumq; illi, Cæſaris, dixiſſent: Reddite ergo,inquit, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ
ſunt dei,deo.Cum igitur ex hoc pateat declaraſſe dominum,eos ſubiectos eſſe imperatis Cæ-
ſaris,apud quos inueniantur quæ ſunt Cæſaris,ſine dubio is etiam, de quo agimus nunc, ſi a-
liquid quod ad Cæſarem pertineret ſecum ferens, ſe ad fratrum collegium aggregarit, pen-
dere tributa debet.Si verò ita diſceſſit, vt propinquis omnia reliquerit, nihil eſt cur quicquã
dubitet,aut ipſe,aut ij qui ipſum receperunt.

INTERROGATIO XCV.

H

NVnquid expediat iis, qui nouitij accedunt, ea quæ de ſacris ſcripturis ſunt, confeſtim ediſcere?

RESPONSIO.

κατευθυνόω. Et hæc ipſa quæſtio ex iis,quæ ſuperius iam dicta ſunt, explicatur. Quæ ad vſum nanque pertinentia ſunt, ea vt vnuſquiſque ex diuinis literis ediſcat, & rectum eſt,& neceſſarium, cum ad maiorem animi expletionem in pietate, tum etiam vt ne humanis conſtitutionibus aſſuefiat.

INTERROGATIO XCVI.

I

NVnquid vnicuique permitti debeat, vt arbitratu ſuo literas diſcat, vel legendis libris operam det?

RESPONSIO.

Gala.5.c Cum Apoſtolus dicat,vt non quæcunque vultis, illa faciatis: in vnaquaque re quicquid ex voluntate propria optabile eſt,id ſi alicuius arbitrio permittatur, calamitoſum eſt.Contraq; quicquid antiſtites rectum ſtatuerint,in eo manere vnuſquiſque debet, etiamſi cõtra voluntatem ipſius ſit. Porrò qui hoc non facit, is manifeſtè docet animum habere ſe alienum
Luc.12.c à fide: cum dominus dixerit,Eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. K
Manifeſtè enim indicat opinari ſe,diutius ſe in vita manſurum.

INTERROGATIO XCVII.

SIquis dicat, velle ſe apud nos,vt aliquantulum proficiat, ad modicum tempus commorari, nunquid hic admitti debeat?

RESPONSIO.

Ioan.6.d Gala.2.a Cum dominus dixerit, Eum, qui venit ad me, non eiiciam foras. & Apoſtolus ita ſcriptum reliquerit, Sed propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram,quam habemus in Chriſto,quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectioni, L
vt veritas euangelij permaneat apud vos.prorſus ei liberè patere introitum cõſentaneum ſit, tum propter incertitudinem euentus: ſiquidem ſæpenumero deguſtato fructu per modicum illud temporis ſpatium,fieri poterit, vt hoc vitæ genere delectatus prorſus animum inducat in ea remanere,id quod frequenter vidimus accidiſſe: tum ad declarationem etiam caſtigationis noſtræ diſciplinæ apud eum, qui longè aliter fortaſſe de nobis ſuſpicabatur. Porrò ſeueritas diſciplinæ neceſſario accuratius etiam in ipſo obſeruari debet,vt & veritas illuſtretur,& ſuſpicio negligentiæ omnis tollatur.Sic enim & nos deo placebimus,& ille aut iuuabitur,aut improbus conuincetur.
ὑποψία & διαφορίας.

INTERROGATIO XCVIII.

CVIuſmodi animum habere antiſtes debet in iis quæ imperat, conſtituítve obeunda diſcipulos? M

RESPONSIO.

1.Cor.4.a Quod quidem ad deum attinet, tanquam miniſter ſit Chriſti, & diſpenſator myſteriorum dei, metuens ne quid præter voluntatem dei, quæ ex confeſſo certa in ſacroſanctis ſcripturis ſit,dicat,ſtatuátve,exiſtátque aut falſus teſtis dei, aut ſacrilegus, ex eo quòd aliquid alienum à doctrina domini inducat, aut contrà eorum, quæ grata ſunt deo, prætermittat.
1.Theſ.2.b Quod verò ad fratres pertinet,Tanquam ſi nutrix ſit,quæ foueat filios ſuos, cupidus tradendi vnicuique ad gratiam dei,& communem omnium vtilitatem non ſolùm euangelium dei, ſed

A ſed etiam animam ſuam,ex mandato domini & dei noſtri Ieſu Chriſti,qui ipſe ſic dicit, Mã- Ioan.13.d
datum nouum do vobis,vt diligatis inuicem,ſicut ego dilexi vos.Maiorem hac dilectionem Ibidé.15.b
nemo habet,quàm vt animam ſuam ponat quis prò amicis ſuis.

INTERROGATIO XCIX.

CVIuſmodi animi affectione increpare debet, qui alterum increpat?

RESPONSIO.

Quod quidem ad deum attinet,ea, quam habebat Dauid, cum dixit, Vidi præuaricantes, Pſal.118.
B & tabeſcebam,quia eloquia tua non cuſtodierunt. Quod verò ad eos, qui increpantur, eiuſmodi quali vteretur pater,& medicus cum miſericordia ac lenitate,ſi filium ſuum curaret,& ὁμοίωσις.
maximè ſi adeſſet dolor,& ſine cruciatu adhiberi curatio non poſſet.

INTERROGATIO C.

EOs qui aliunde ad nos accedunt, ac mendicantes aliquid petunt, quomodo dimittemus? & nunquid arbitratu ſuo quiſque panem,aut aliud quidvis illis debet tribuere,an verò vnicuipiam munus hoc conueniat delegari?

RESPONSIO.

C
Cum dominus affirmatè dixerit, Non eſſe bonum ſumere panem filiorum, & mittere ca- Matth.15.c
nibus: & tamen illud etiam approbarit, Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum: cui diſpenſandi munus aſſignatum eſt, is illud diligenti adhibita animaduerſione exequi debet.Qui verò præter illius ſententiam aliquid facit,is tanquam euerſor diſciplinæ acriter obiurgari: idq; eouſque, quoad tueri locum ſuum diſcat: cum Apoſtolus dixerit,Vnuſquiſque in quo vocatus eſt,fratres,in hoc maneat. 1.Cor.7.d

INTERROGATIO CI.

D CVi delatum diſpenſandi munus ſit eorum, quæ dedicata domino ſunt,nunquid is neceſſe habeat illud ſeruare,Omni petenti te tribue: &,Volentem mutuari à te,ne auerſeris? Lucæ.6.d Matth.5.f

RESPONSIO.

Illud,Omni petenti te tribũe: &,Volentem mutuari à te,ne auerſeris: locum obtinet veluti tentationis,quemadmodum contextus ſeries eorum quæ coniuncta ſunt, declarat: & præceptum hoc datũ eſt propter improbos: quod quidem non vi præcepti,ſed intercedente caſu
Præceptum ſiue mãdatũ pro cõſilio vel E ordinatione quopiam ſeruari debet,Præceptum enim domini ex ſua vi ſeruãdum illud eſt, Vende quæ habes,& da pauperibus.Et item,Vendite quæ poſſidetis,& date eleemoſynam. Quòd ſi quod aliis attributum eſt,id ad alios transferre tutum non eſt,nec liberum periculi cum dominus dicat,Non ſum miſſus,niſi ad oues,quæ perierunt domus Iſraël.&, Non eſt bonum ſumere panem filiorum,& dare catulis:nunquis hoc nõ cenſeat per ſe vt facilimũ,ita & iuſtiſſimum? Lucæ.18.d Matth.19.e Lucæ.12. Matth.15.e Ibidem.

INTERROGATIO CII.

NVnquid qui è fratrum conuentu egrediatur quacunque de cauſa, leni admonitione retinendus ſit:& ſi retinendus,aduerſus quos hoc ſeruari conueniat?

RESPONSIO.

F
Cum dominus dixerit,Eum,qui venit ad me,non eiiciam foras. itemq;, Non eſt opus va- Ioan.6.d
lentibus medico,ſed male habentibus.& alio in loco,Quis ex vobis habens centum oues,ſi er- Matth.9.b
rauerit vna ex eis,nónne relinquit nonaginta nouem,& vadit,& quærit eam,quę errauit,do- Matth.18.b
nec inueniat?omni ratione curari debet,qui infirmus eſt,dandaq; eſt ſtudioſè opera,vt deartuatum(vt ita dicam)membrum in locum ſuum reſtituatur.Quòd ſi in vitio(cuiuſcunq; tandem generis illud ſit)perſeueret,dimittendus eſt, tanquam alienus. Scriptũ eſt enim, Omnis Mat.15.b
plantatio,quam non plantauit pater meus cœleſtis,eradicabitur.Sinite illos:cæci ſunt. Luc.15.a ἐξηρθρωμένον μέλος.

INTERROGATIO CIII.

QVòd quidem ſenioribus parendum ſit, vel vſque ad mortem,hoc iam didicimus.Verùm quoniã incidit aliquãdo,vt ipſe etiã ſenior aliqua in re labatur,hoc abs te ſcire velle-

 mus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, nunquid is increpari debeat, & quomodo,& à quibus : & si hoc ille non ferat,quid fieri conueniat? G

RESPONSIO.

De his enucleatè dictum est in latiore responsione.

INTERROGATIO CIIII.

QVomodo committi procurationes fratribus debent,ex vniúsne antistitis arbitrio,an adhibitis etiam reliquorum fratrum sententiis: itemq; in sororibus similiter? H

RESPONSIO.

Si vnusquis ita institutus est,vt quid de quaque re sentiat, id cum reliquis etiam communicet,quanto magis quæ huiusmodi sunt,ea adhibito eorum,qui ad hoc apti sint, iudicio,fieri debent? Etenim quæ diuina est procuratio,ea ex deo iis committi debet, qui manifestè docuerint posse se ex domini voluntate assignatum sibi munus administrare. Atque in vniuersum necessario omni in re memoria tenere antistes debet quid dicant diuinæ literæ: Sine cõsilio nihil fac. Eccl.32.d

INTERROGATIO CV.

NVnquid debeant, qui ad fratrum familiam se aggregant, illico, vbi recepti sint, artes doceri? I

RESPONSIO.

Antistites iudicabunt.

INTERROGATIO CVI.

CViusmodi in fratrum familia vtendum est animaduersionibus ad reuocandos in rectam viam,qui peccant?

RESPONSIO.

Pro iudicio suo antistites tempus modúmque considerabunt, ratione habita cum ætatis & corporis,tum animi habitus,& dissimilitudinis peccati. K

INTERROGATIO CVII.

SIquis cupere se dicat viuere inter fratres, propter officium tamen aduersus naturales propinquos suos,aut etiam propter pensionem tributorum sæpenumero impediatur,quominus penitus se in huiusmodi vitam det,nunquid ei concedi debeat,vt ad fratres ingrediatur?

RESPONSIO.

Prorsus rei bonæ cupiditas sine periculo impediri non potest : at neque tamen contrà, ei qui iam ingressus sit, sine periculo tempus ad ea curanda, quæ externa sunt, & ab ea, quæ secundum deum est, vita, aliena dari potest. Si verò ingressus quis seipsum rebus interioribus det, neque eorum quicquam quæ externa sunt, secum afferat, hic meliorem de se spem ostendit. L

INTERROGATIO CVIII.

NVnquid debeat antistes seorsum ipse ab antistita, sermonem conferre cum aliqua sorore de rebus ad ædificationem fidei pertinentibus?

RESPONSIO. M

In his non seruatur præceptum Apostoli, qui dixit, Omnia honestè,& secundum ordinem fiant. 1.Cor.4.g

INTERROGATIO CIX.

NVnquid conueniens sit,vt antistes vnà cum antistita sæpius in colloquium veniat, maximeq; si ex fratribus aliqui ex hoc ipso offendantur?

RESPONSIO.

Cum Apostolus dixerit,Vt quid libertas mea iudicatur ab alia conscientia? rectum est,ipsum 1.Cor.10.g

A sum imitari, qui de seipso sic dicit, Sed non vsi sumus hac potestate, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. & quoad fieri potest, danda opera est, vt colloquia quàm rarissima fiant,& quàm breuissima. 1.Cor.9.b

INTERROGATIO CX.

NVnquid conueniat,dum soror seniori confitetur,etiam antistitam ipsam adesse?

RESPONSIO.

Honestius cautiusq; per antistitam seniori confessio fiet, qui multa experientia edoctus
B possit & pœnitentiæ & correctionis modum suggerere.

INTERROGATIO CXI.

SI à sororibus aliquid insciente antistita, fieri senior præceperit, rectène facit illa si indignetur?

RESPONSIO.

Et admodum.

INTERROGATIO CXII.

C SIquis conferat se ad eam,quæ ex deo est,vitam, nunquid rectum sit,vt qui huiusmodi est, hunc antistes sine sententia fratrum admittat, an verò hoc cum illis quoque prius communicari conueniat?

RESPONSIO.

Dominus in eo qui pœnitentiam agit, conuocandos esse amicos, ac vicinos docet. Quare necessarium est multo magis, vt qui accedit,is consciis cæteris fratribus admittatur : idq; ea re,vt commune inter ipsos gaudium sit,communisq; vicissim aliorum pro aliis oratio.

INTERROGATIO CXIII.

D NVnquid possit,cui delata curandarum animarum prouincia sit, seruare illud, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli : quando cum multis dissimilibúsque illi personis res est? Matth.18.a

RESPONSIO.

Cum vir sapientissimus Salomon dixerit, Omnia tempus habent : intelligendum est, Eccl.3.a
quòd humilitatis quoque & potestatis exercendæ,& reprehensionis, & exhortationis, & reticentiæ,& libertatis,& benignitatis, & seueritatis, & (vt vno verbo dicam) omnium rerum suum est tempus : vt videlicet nunc adhibenda humilitas sit,& in ea paruuli imitandi, maximèque quando mutui honores, mutuáque officia, & quæ ad corpus pertinent, ministeria,
E obsequiáque tribui oportet,vt dominus docuit: nunc vtendum potestate, quam dedit dominus ad ædificationem,non autem ad destructionem,quando videlicet libertatem tempus requirit: similiterq; quando exhortatione est opus, adhibenda lenitas : contraq; vbi seueritate, iusta indignatio,atque in reliquis rebus singulis eodem modo. 2.Cor.10.d

INTERROGATIO. CXIIII.

CVm dominus præcipiat, ac dicat, Si quis te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo:& item Apostolus nos doceat,Vt subiecti simus inuicem in timore Christi:nunquid cuiuis passim,& quidvis imperanti obediendum sit? Matth.5.f Ephe.5.d

F RESPONSIO.

Omnino diuersitas eorum qui imperant,eorum quibus imperatur,obedientiæ officere nihil debet. Neque enim Moses Iothor, qui rectum sibi consilium dederat, non auscultauit. Cum autem eorum,quę imperantur,dissimilitudo exigua non sit(etenim ex his quidem partim repugnant mandato domini, aut aliqua ex parte illud vitiant,aut multis modis, admiscendis his,quæ interdicta sunt contaminant:partim verò cum mandato conueniunt:alia autem, licet apertè cum eo non conueniant, adiuuant tamen, ac veluti adminicula quædam mandati sunt)necessario ea nos in memoriam debemus redigere, quæ dicta sunt ab Apostolo,Prophetias nolite spernere.Omnia autem probantes,quod bonũ est tenete.Ab omni specie 1.Thes.5.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.10.b mala abstinete. Et item, Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus G
scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnē intellectum in obsequium Christi. Ex his
autem hoc intelligitur, quòd si quid nobis imperatum sit, quod idem sit cum mandato domi-
ni, adiuuétve, illud tanquam voluntas dei, studiosius, diligentiusq; à nobis suscipi debet, idque
Ephe.4.a seruari conuenit, quod dictum est, Supportantes inuicem in charitate Christi. Quoties ve-
rò aliquid, quod mandato domini aut repugnet, aut aliqua ex parte vitiet, contaminétve, fa-
Acto.5.c cere ab aliquo iussi fuerimus, tunc commodè illud vsurpabimus, Oportet obedire deo magis
Ioan.10.a quàm hominibus: memoria tenentes dictum esse à domino, Alienum autem non sequentur,
sed fugient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. itemq; Apostolum, vt nos securos
Gala.1.b faceret, ausum esse etiam angelos ipsos perstringere, cum ea dixit, Sed licet nos, aut angelus H
de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euāgelizauimus vobis, anathema sit. Ex quibus
illud docemur, quòd licet necessitudine maxima aliquis nos attingat, & gloria præter mo-
dum excellens sit, qui vetet, quod à domino imperatum est, aut contrà quod ille vetuerit fa-
ciendum suadeat, is ab omnibus, qui dominum diligunt, fugiendus est, atque execrationi ha-
bendus.

INTERROGATIO CXV.

QVomodo alij aliis obedientiam inter nos præstabimus?

RESPONSIO. I

Tanquam serui aduersum dominos: conuenienter illi præcepto domini, Qui vult in
Mar.10.g vobis esse magnus, sit omnium vltimus, & seruus omnium. Quibus verbis adiungit, quod
nos efficacius etiam possit permouere, Sicut filius hominis non venit vt ministraretur ei,
Gala.5.c sed vt ministraret. Et consentaneum in modum etiam dicto illi Apostoli, Per charitatem spi
ritus seruite inuicem.

INTERROGATIO CXVI.

QVatenus obedientia teneri debet, vt deo grati esse possimus?

RESPONSIO. K

Philip.2.a Hoc Apostolus docuit proposita nobis obedientia domini, Qui factus est obediens vsque
ad mortem, mortem autem crucis: cum antè dixisset, Hoc sentite in vobis, quod & in Chri
sto Iesu.

INTERROGATIO CXVII.

QVi iis, quæ quotidie proposito mandato consentanea imperantur, contentus non est,
neque artem doceri aliquam studet, cuiusmodi is morbo laborat, & nunquid hic
tolerandus est?

RESPONSIO. L

Matth.24.d Qui huiusmodi est, is & contumax, & sibimetipsi placens, & infidelis est. Siquidem iu-
dicium domini non extimuit, qui dixit, Estote parati: quia qua hora non putatis, filius ho-
minis veniet. Qui enim in singulos dies & singulas horas dominum expectat, is solicito ani-
ἀγωνιᾷ. mo est, ne quenuis in quo est, diem ociosum prætereat, neque amplius de re vlla curat. Si ve-
rò iussus sit artem discere, positum habeat in obedientia fructum gratificandi deo, non au-
tem in procrastinatione iudicium.

INTERROGATIO CXVIII.

QVi studiosus est in exequendo mandato, & opus facit non quod iubetur, sed quod ipse M
vult, qualem mercedem habet?

RESPONSIO.

Rom.15.a Qualem qui placet sibiipsi. Cum autem Apostolus dicat, Vnusquisque vestrum proxi-
mo suo placeat in bonum ad ædificationem: & maiorem in modum ex iis, quæ subiicit, nos
exemplo Christi ad hoc adhortetur, cum dicit, Etenim Christus non sibi placuit: animaduer-
tere debet quo in periculo sit, qui sibi ipsi placet. Porrò hic idem etiam obedientiæ contem-
ptor conuincitur.

Interro-

A

INTERROGATIO CXIX.

NVnquid liceat vnicuique assignatum sibi opus recusare, & aliud ab illo diuersum ex-
quirere?

RESPONSIO.

Cùm obedientia, sicut antè dictum est, vsque ad mortem seruari debeat, qui quod sibi assi-
gnatum est, recusat, & aliud ab eo diuersum exquirit, primum omnino hic obedientiam vio-
lat, & apertè declarat nequaquam seipsum abnegasse, tum etiam aliorum complurium ma-
B lorum, cum sibi, tum aliis etiam autor existit. Nam & reliquis ianuam ad contumaciam con
tradictionēmve patefacit, ipseq; ad eam seipsum assuefacit. Et quoniam non potest statuere
ἀλλλογίας. vnusquisque quid sit quod è re sua sit, sæpenumero opus illud deligit, quod sibi obsit. Ad hæc
prauas in animis fratrum aduersum se suspiciões mouet, veluti qui aut opus illud, quod quę-
rit, aut eos, quibuscum necessariò illud administrandum sit, nimio plus amet. Quocirca in v-
niuersum obedientiam abiicere, multorum ac magnorum malorum radix est. Verumenim si
causam habere se aliquam putat, quamobrem opus recuset, hanc magistris indicato, eamq; il-
lis disceptandam relinquito.

C

INTERROGATIO CXX.

NVnquid aliquò discedendum sit, non petita prius ab antistite venia?

RESPONSIO.

Cum dominus dicat, Neque enim à meipso veni, sed ille me misit: quî non magis nostrum
Ioan.7.d vnusquisque hoc ad arbitrium suum reuocare non debet? Nam qui hoc ad arbitrium suum
reuocat, hic apertè declarat, vitio elationis animi se laborare, & obnoxium esse iudicio do-
mini, qui dixit, Quod hominibus altum est, abominatio est coram deo. Atque in vniuersum
Lucæ.16.d D hoc quòd quis esse sui iuris velit, culpabile est.

INTERROGATIO CXXI.

AN liceat grauiora opera recusare?

RESPONSIO.

Qui sincerè & ex animo deum diligit, neque omnino de remuneratione domini quicquā
dubitat, is siquid fecit, nequaquam in eo acquiescit, enititurq;, vt assiduè vsque aliquid addat,
semperq; progredi vlterius studet. Et licet supra vires visus sit aliquid feciſſe, non propterea
tamen securus est, veluti qui plenè officio suo satisfecerit, contraq; potius in assiduo angore
est, veluti qui longè absit ab eo, quod factum oporteret, audiens videlicet præceptum domini
E illud, Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod de-
buimus facere, fecimus. Cum autem Apostolus, ille, cui mundus crucifixus erat, & ipse mun-
do, nequaquam dicere veritus sit, Ego me non arbitror comprehendisse: vnum autem, quæ
Luc.17.c quidem retro sunt, obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destina-
tum persequor, ad brabium supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Qui cùm legitimè pos-
Philip.3.c set euangelium annuncians, de euangelio viuere, In labore, & fatigatione, inquit, nocte & die
1.Cor.9.b operantes, non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vo
2.Thes.3.b bis ad imitandos nos: quis est adeo vecors, aut tam alienus à fide, vt in iis, quæ fecerit, vn-
quam acquiescat, aut aliquid veluti grauius recuset, aut laboriosum?

F

INTERROGATIO CXXII.

SIquis loco animaduersionis à benedictione excluſus, neget se nisi accepta benedictione ci
bum sumpturum, nunquid hic tolerandus sit?

RESPONSIO.

Omnino, si erratum animaduersione tam graui dignum visum fuerit, vt inedia etiam de-
buerit vindicari, iudicabit is, qui animaduerterit. Si verò sola benedictione indignus aliquis
iudicatus est, & cum edendi potestas facta sit, edere tamen recusat, is tanquam contumax in
hoc & peruicax iudicari debet: simulq; seipsum agnoscere, intelligereq;, se dum hoc facit, ne-
quaquam seipsum curare, sed peccatum peccato cumulare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERROGATIO. CXXIII.

SIquis ægrè ferat non permitti sibi, vt ea faciat, ad quæ aptus non est, nunquid hic tolerandus sit?

RESPONSIO.

De hac re dictum est plerisque in locis, quòd in vniuersum vti propria voluntate, arbitrióve, alienum est à recta ratione. Similiterq; quòd maioris partis iudicio non stare, est contumaciæ, & peruicaciæ periculum incurrere.

INTERROGATIO CXXIIII.

NVnquid rectè facere is existimandus sit, qui in fortuito alicubi cum hæreticis, gentilibúsve congressu inuentus, vnà cum ipsis cibum sumat, salutétve?

RESPONSIO.

Omnino communi hac salutatione, quominus arbitratu nostro aduersus quemuis vellemus, vteremur, non prohibuit dominus: neque enim dixisset, Si salutaueritis amicos vestros tantùm, quid amplius facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? De cibo verò vnà capiendo, habemus præceptum Apostoli, in quibus hoc fugere conueniat. Sic enim dicit: Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis: non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.

Matth.5.g
1.Cor.5.c

INTERROGATIO CXXV.

CVi munus aliquod creditum est, & aliquid facit præter supráve id quod iussus est, non petita venia, nunquid hunc retinere munus illud conueniat?

RESPONSIO.

Omnino hoc, quod quis sibi ipse aliquid sumat, in vniuersum displicet deo: neque ex decoro, neque ex re est eorum, qui student seruare vinculum pacis: tamen si in proteruia ille permaneat, vtilitati eius cósulitur, si ab eo munus illud auferatur. neque enim seruat præceptum eius, qui dixit, Vnusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat, & quod ad commouẽdum etiam magis valeat, Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei.

1.Cor.7.d
Rom.12.a

INTERROGATIO CXXVI.

QVomodo assequi aliquis possit, ne à ciborum libidine vincatur?

RESPONSIO.

Nempe si apud se statuerit rationem se vtilitatis ducem ac magistram semper habere oportere in iis, quæ assumantur, siue suauia siue insuauia.

INTERROGATIO CXXVII.

DIcunt quidam fieri non posse, quin homo irascatur.

RESPONSIO.

Esto fieri posse, vt miles præsente rege irascatur: non tamen eo etiam id rationi cõsentaneum est, quod dicitur. Etenim si hominis præsentia eousq; valet, vt qui in æquali naturæ cõditione constitutus sit, propter dignitatis tamen excellentiam, turbatum alicuius animi motum possit comprimere, qui non tandem hoc facilius futurum existimandũ est, si alicui persuasum sit, deum cogitationes suas omnes inspicere? Siquidẽ longè melius, qui scrutatur corda & renes deus, motiones animi peruidet, quàm homo ea, quæ oculis subiecta sunt.

παράδειγμα.
Psal.7.c

INTERROGATIO CXXVIII.

QVi vltrà quàm vires ipsius patiantur, colere continentiam velit, eaq; re impediatur, quominus propositum mandatũ exequi possit, nunquid hoc facere huic permittẽdum sit?

RESP-

RESPONSIO.

Interrogatio ista haudquaquam ritè mihi videtur posita. Neque enim in abstinentia ciborum ratione carentium posita cõtinentia est, ex qua consequitur illa, quæ ab Apostolo accusatur, immoderata corporis afflictatio: sed in eo, siquis voluntates suas omnes penitus ab se segreget. Quàm autem periculosa res sit potiorem habere voluntatem suam mandato domini, perspicuum est ex iis, quæ dicta sunt ab Apostolo, his verbis, Facientes voluntates carnis, & cogitationum, & eramus natura filij iræ.

Col.2.d
Ephes.2.a

INTERROGATIO CXXIX.

QVi ea re quòd multum ieiunat, communibus vnà cum reliquis, cibis vesci nõ potest, vtrum hic exoptare potius debet, ieiunarène vnà cum fratribus, & cibum eundem capere vnà cum ipsis, an eo quòd immoderatè ieiunet, necesse habere cibis vesci dissimilibus?

RESPONSIO.

Ieiunij idoneum tempus non voluntas est vniuscuiusque, sed vsus eorum, quæ pertinent ad cultum dei: quemadmodum ex Actis apostolorum, & Dauide intelligimus. Quamobrem siquis rationem huiusmodi sequatur in ieiunando, sine dubio hic à deo etiam ieiunandi facultatem consequitur. Fidelis est enim qui repromisit.

Heb.10.d

INTERROGATIO CXXX.

QVomodo ieiunandum est, quandocunque ieiunandum sit propter eorũ aliquid quæ ad pietatis cultum requiruntur, tanquam necessariòne, an adhibita etiã animi prõptitudine?

RESPONSIO.

Cum dominus dicat, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quicquid adiumẽto est ad pietatis culturam, id nisi libenter, ac studiosè fiat, periculosum est. Proinde vt quis ieiunet, & hoc non libenti animo faciat, id extra periculum non est. Cæterum quando tempus incidat eiusmodi, vt ieiunandum sit, ieiunare necessarium est: quippe cum Apostolus inter cætera ipsius rectè facta, hoc etiam docendi nos causa commemorarit, In ieiuniis sæpe.

Matt.5.a
2.Cor.11.f

INTERROGATIO CXXXI.

QVi non ex eodem, vnde reliqui fratres, cibo participat, sed cibum ipse diuersum exquirit, nunquid hic rectè faciat?

RESPONSIO.

In vniuersum hoc quod quis cibum exquirat, præter mandatum est: cum dominus dixerit, Nolite quærere quid edatis, aut quid bibatis, & nolite soliciti esse. Et quod ad perterrendũ magis valet, statim addiderit, Hæc enim omnia gentes inquirunt. Est autem eius, penes quem distribuẽdi munus est, illud exequi diligenter, Diuidebatur autẽ singulis prout cuique opus erat.

Luc.12.d
μετεωρίζεσθε
Matt.6.d
Acto.4.g

INTERROGATIO CXXXII.

QVi aliquo cibi genere lędi se dicat, & ægrè ferat, nisi aliud detur, quid de hoc dici debet?

RESPONSIO.

Apparet hunc non plenè habere illam spem Lazari, neque perspectam habere charitatem illius, cui omnium, atque ipsius etiam cura commissa est. In vniuersum autem de eo, quod obsit, prositúe, non est cur sibiipsi quisque debeat iudicium arrogare, cum hoc ad iudicandum eius arbitrio relinquendum sit, cui datum negocium sit, vt singulorum necessitates animaduertat. qui quidem sit eiusmodi, vt præcipuè animi illorum vtilitatem inquirat: tum autem secundo loco ea quæ ad vsum corporis pertineant, subministret ex dei voluntate.

INTERROGATIO CXXXIII.

SIverò etiam ob cibum murmurauerit?

RESPONSIO.

Prorsus

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.10.b Prorsus qui hoc facit,is eorum,qui in deserto murmurauerunt,iudicio obnoxius est. Scriptum est enim apud Apostolum, Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt,& perierunt ab exterminatore. G

INTERROGATIO CXXXIIII.

SIquis iratus,eorum quæ ad vsum necessaria sint,sumere aliquid recusarit?

RESPONSIO.

Qui eiusmodi est,is dignus est,qui ne cũ poscat quidem, impetret, quousque vitium illud, vel vitia potius in eo sanata esse antistes iudicarit. H

INTERROGATIO CXXXV.

AN rectè faciat,qui vehementer laborans,aliquid ipse præter consuetudinem exquirat?

RESPONSIO.

Omnino is si laborem propterea suscipit,vt præmium consequatur à deo, hinc eius leuamentum quærere non debet,sed operam dare, vt ad accipiendam domini mercedem idoneũ se comparet:cum illud intelligat,se vt ex laboribus præmium, sic ex angustiis etiam solatium
Acto.4.g à dei benignitate inuenturum.Verumenim cuius ea prouincia est, vt illud imitetur, Diuidebatur singulis,prout cuique opus erat : necessariò is singulos habere cognitos debet qui laborant,eorumq;, vt par est, necessitatibus prouidere. I

INTERROGATIO CXXXVI.

NVnquid necessario hora prandij adesse omnes simul debeant : & qui abfuerit, & peracto iam prandio superuenerit,quomodo nos aduersus ipsum geremus?

RESPONSIO. K

Omnino hic si eo abfuerit,quòd necessitate loci,operisve aliter facere non potuerit,veluti
1.Cor.7.d qui seruet præceptum eius,qui dixit,Vnusquisque,in quo vocatus est,fratres,in hoc maneat: disciplinæ magister ipse & cognoscet,& ignoscet.Si verò cùm vnà cum cæteris posset adesse, negligenter egit,agnita hic negligentiæ suæ culpa,vsque ad præfinitam horam insequẽtis diei ieiunus maneto.

INTERROGATIO CXXXVII.

NVnquid rectum sit hoc, quòd aliquis cum animo suo statuat se per aliquod certum tempus,ab hac vel illa esca,potionéve abstinere? L

RESPONSIO.

Ioan.6.d Cum dominus dixerit,Non vt faciam voluntatem meam,sed eius qui misit me:in quacũque re voluntatis suæ arbitrio stare periculosum est: quod intelligens Dauid dicebat, Iuraui,
Psal.118. & statui custodire iudicia iustificationis tuæ.

INTERROGATIO CXXXVIII.

NVnquid in fratrũ familia permitti alicui debeat, vt plusquam cæteri ieiunet, vigilétve ex proprio ipsius voluntatis arbitrio? M

RESPONSIO.

Ioan.6.d Cum dominus dixerit,Descendi de cœlo,non vt faciam voluntatem meam,sed voluntatẽ eius qui misit me patris:quicquid,quisque ex propriæ voluntatis arbitrio facit, id cum faciẽtis proprium sit,alienum est à cultu pietatis:metuendumq; est, ne de eo, quod videtur facere,
Gene.3.c ipsi dicatur à domino,Ad te conuersio eius,& tu dominaberis ei,Quanquam etiam in collatione cum cæteris,hoc quòd quis in rebus etiam bonis velit excellere, cõtentionis vitium est,
2.Cor.10.c quod ex appetitione nascitur inanis gloriæ : quod vitium fugiendum esse Apostolus docens ait, Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant.

Quocirca

A Quocirca omissis propriis voluntatibus,eoq;, vt videri velimus aliquid excellentius facere q̃ reliqui,parere debemus Apostolo admonenti ac dicenti,Siue mãducatis,siue bibitis,vel aliud quid facitis,omnia in gloriam dei facite.Sibi enim ipsi placere,& inani gloria, & contentionis studio delectari,res sunt prorsus alienæ ab iis,qui bonũ certamen legitime certant. Quocirca idem Apostolus ait,nunc quidem,Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. nunc verò, Siquis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ dei. & alio in loco,Debemus nos non nobismetipsis placere.quibus illud ad commouendum efficacius etiam adiungit,Etenim Christus non sibi placuit.Si verò sit, qui necessariò acriore sibi vel ieiunio,vel vigilia,vel alia q̃uis re opus esse arbitretur,ratione is, quare id sic existimet,
B iis aperito,quibus credita est cõmunis disciplinæ procuratio. & quod illi statuerint, id obseruato.Siquidem fieri poterit plerunque,vt necessitati ipsius alia ratione melius consulatur.
1.Cor.10.g
2.Tim.4.b
2.Tim.2.a
Gal.5.d
Roma.15.a

INTERROGATIO CXXXIX.

EX intentione ieiunij, remissiores ad laborandum efficimur : quid igitur est faciendum, potiúsne impediendum opus ob ieiunium,an illud negligendum propter opus? ἀτονώτεροι.

RESPONSIO.

C Omnino & ieiunium,& cibus ex ratione pietati accommodata assumi debent: vt videlicet quotiescunque mandato dei per ieiunium satisfaciendum sit,ieiunemus : quotiescunque item mandatum dei cibum desideret,quo corpus confirmetur,edamus,non vt helluones,sed vt operarij dei.Seruandum est enim quod dictum est ab Apostolo: Siue manducatis, siue bibitis, vel quod aliud facitis,omnia in gloriam dei facite.
1.Cor.10.g

INTERROGATIO. CXL.

SIquis propterea quòd in cibis quæ obsunt,incontinens sit,iisq; sese intemperanter ingurgitet,in morbum aliquem inciderit,nunquid eius curam conueniat gerere?

D

RESPONSIO.

Omnino de incontinentia,quin manifestum in se vitium habeat, negari nõ potest: necessarioq; danda studiosè opera est,vt morbus iste in primis curetur. Sæpenumero enim pro bonitate sua ostendere volens deus quàm graue malum sit continentiam non colere, permisit vt animus in iis etiam,quæ corpus lædunt,incontinentiæ vitio vteretur:eo consilio videlicet vt si fieri posset,ex morbo corporis,quem ex incontinentia contractum sustinet, detrimentũ suum intelligeret,& ita ad continentiam in omnibus rebus seruandam induceretur. Porrò in iis,qui in morbum aliquem ex incontinentia incurrerint, corporis curam aliquam gerere, id & rationi,& bonitati conueniens est:non temere tamen, sed summa adhibita circunspectio-
E ne,curaq;,ne aliquo modo,dum corpus curamus,animi medicinam negligamus.Quamobrẽ, siquis quempiam,qui huiusmodi sit,animaduerterit, medicinam corporis ita accipere, vt ex ea in cognitionem veniat, animum quoque in propriis vitiis medicina indigere, sine dubio ei adhibere curationem corporis debet. Si verò in admittenda corporis medicina, animum ille negligere deprehensus sit,præstabilius est,qui istiusmodi sit,hunc in doloribus iis, in quos ex sua incontinentia incurrerit,sinere permanere:ea re,vt si fieri possit,ad seipsum redeat aliquando,& de sempiterno supplicio incipiat cogitare,atque hoc modo animi incolumitatem studeat recuperare.Dũ enĩ iudicamur,à domino corripimur,vt non cũ hoc mũdo dãnemur. ἀκρασία
1.Cor.12.g

INTERROGATIO CXLI.

F NVnquid conuenire putandum sit,vt qui extrarij sunt,in officinis inueniantur, aut etiam de fratribus aliqui,relicto loco suo?

RESPONSIO.

Eo excepto,cuius munus sit laborantes inuisere,aut opera facienda distribuere, quicunque inuentus fuerit hoc facere, hic quasi rectissimum ordinem harmoniámve membrorum colluxauerit,prohibetor cæteris alioqui concesso cellæ egressu,atque in loco aliquo assidens, qui ad errata istusmodi castiganda idoneus iudicatus sit, attentiore cura, & impensiore labore,

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm sit consuetudo,pensum reddito,quoad illud seruare didicerit,quod dictum est ab Apo- G
1.Cor.7.d stolo,Vnusquisque in quo vocatus est,in hoc maneat.

INTERROGATIO CXLII.

NVnquid conueniat opifices opus aliquod alicunde faciendũ suscipere,sine sententia eius, qui huiusmodi officio præpositus sit?

RESPONSIO.

Pſal.49.c Iudicio furis,aut cum fure currentis obnoxius esto vterque,& qui dat,& qui suscipit. H

INTERROGATIO CXLIII.

QVomodo qui opus faciunt, curam gerere debent instrumentorum, quæ sibi credita sint?

RESPONSIO.

Primum,vt eorum quę dedicata & consecrata sint deo:deinde vt eorum,sine quibus debitum suum sine cunctatione atque impigrum studium nauare non possit.

INTERROGATIO CXLIIII. I

QVid si ex incuria aliquis amiserit,aut ex contemptu abusus fuerit?

RESPONSIO.

Prorsus qui abusus sit,is tanquam sacrilegus:qui verò amiserit, tanquam sacrilegij autor iudicator:cum omnia domino sint dedicata,& deo consecrata.

INTERROGATIO CXLV.

QVid si non petita venia aliquo vsus fuerit,sumpseritve? K

RESPONSIO.

Vt præsidens & contumax iudicator.Hæc enim eius,cui datum regẽdi negocium est, eaq; distribuit,propria sunt.

INTERROGATIO CXLVI.

QVid si etiam vrgente necessitate antistes ab ipso petierit,& ille denegauerit?

RESPONSIO.

Qui seipsum & membra sua,vt aliorum vtilitati inseruirent, tradidit in charitate Christi, L
quî fieri poterit,vt is de instrumentis litiget cum antistite, ad quem etiam pertinet cura instrumentorum?

INTERROGATIO CXLVII.

QVi in obeundo munere cellarij,coquinæue, aut istiusmodi alio aliquo occupatus sit,nisi præsto affuerit statuto tempore modulandorum psalmorum orationisve, nunquid is in animo iacturam aliquam faciat?

RESPONSIO.

Collatio. Vnusquisque in munere suo regulam propriam conseruat, tanquam membrum in corpore.& sine dubio ipse iacturam facit,quãdocunque facere neglexerit, quod sibi assignatum sit, M
& vt omnium insidiator publicus,maiorem in modum periclitatur.Quare iuxta mentem a-
Ephe.5.d postoli exequi debet,quæ scripta sunt,Cantantes & psallentes in cordibus vestris deo. Si verò
1.Cor.7.d etiam corpore vnà cum reliquis præsto esse non potuit,nihil dubitet,si faciat, quod dictũ est,
Vnusquisque in quo vocatus est,in hoc maneat.Verumenim cauendum est periculum, ne a-
Hier.48.b liquo modo,cum quis in tempore instituto possit satisfacere,ac cæteris exemplo esse, ad reliquorum offensionem, muneris occupationem excuset,& hoc modo iudicium negligentium incurrat.

INTERROGATIO CXLVIII. Cuiusmo-

A CViusmodi potestatis modum habet in rebus dispensandis is, cui datum est negocium cellarij?

RESPONSIO.

Quod quidem ad eum pertinet,qui illud dedit,quicquid is adhibita deliberatione designauerit, memoria tenens dominum ipsum de seipso dixisse, Non possum ego à meipso facere
Ioan.5.e quicquam. Quod verò ad eos attinet, quorum curam suscepit, necessitatem vniuscuiusque.
Act.4.g Scriptum est enim,Diuidebatur autem singulis,prout cuique opus erat.Porrò hæc eadem ratio ab omnibus tenetor,quibus dantur negocia huiusmodi.
B

INTERROGATIO. CXLIX.

CVi iudicio obnoxius est,qui dispensat, si hoc munere ad gratiam, aut simultatem fungatur? κατὰ προσωποληψίαν φιλονεικίαν.

RESPONSIO.

Cum Apostolus præcipiat, modo, nihil faciendum esse ex animi inclinatione in alterutrã
1.Tim.5.d partem:modo autem affirmans dicat,Siquis videtur contentiosus esse, nos talem consuetu-
2.Cor.11.c dinem nõ habemus,neque ecclesiæ dei:qui talis est,is vt alienus habeatur ab ecclesia dei, quo-
C usque se emendauerit.Animaduertendum est autem diligentius, ad quam quisque rem aptus γνωρίζω
sit, atque ita vnumquodque munus committendum: ne videlicet & qui alicui committunt, quod ei non conuenit,damnentur tanquam mali dispensatores, cum animarum, tum etiam mãdatorum domini:& quibus committitur, nequaquam ex hac re peccati excusationem videantur inuenire.

INTERROGATIO. CL.

QVid si ex negligentia res necessarias fratri non tribuerit?

RESPONSIO.

D Perspicuum est hoc iudicium ex verbis domini, cũ dixit, discedite à me maledicti in ignẽ
Matt.25.d æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & nõ dedistis mihi manducare.Sitiui,& non dedistis mihi potum, &c. Et quoniam Maledictus omnis qui facit opus do-
Hier.4.g mini negligenter.

INTERROGATIO CLI.

ANliceat ei qui ministrat,loqui voce altiore.

RESPONSIO.

Prorsus vocis modum, audientium necessitas ipsa definit. Quocirca ea si summissior sit,
E tanquam segnior propè ad susurrum accedit,ac propterea damnãda est. Si verò etiam sit al-
Susurrium Clamor tior,quàm res desideret,cum is qui audit,etiam summissius loquentem posset audire, tum cla-
Ephes.4.g mor existit,qui damnatus est ab Apostolo.Hoc excepto,nisi vbi lentitudo audientis tanta sit, vt necessario cogamur vti clamore,quo hũc ex somno veluti excitemus: Nam hoc dominus
Ioan.12.f etiam fecisse memoratur,vt est apud euangelistam:Iesus enim clamauit,inquit, & dixit, Qui credit in me,non credit in me,sed in eum,qui misit me.

INTERROGATIO CLII.

F SIquis in fungendo delato sibi ex vice sua munere exercendæ coquinæ,supra vires fatigetur,vt ex ea re per aliquot dies à solito opere impediatur, nũquid huic huiuscemodi munus imponi conueniat?

RESPONSIO.

Antè dictum est,oportere, vt cui munerum dispertiendorum commissa distributio sit, is habita ratione habilitatis & virium cuiusque,ea distribuat, ne ei dicatur, Qui fingit laborem in præceptum.Veruntamen repugnare non debet, cui assignatum est:cum obedientiam per-
Psal.93.d petuò retinere vsque ad mortem conueniat.

INTERROGATIO CLIII.

Cui lanæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

CVi lanæ creditæ sunt, quomodo eas debet habere, quomodoq; se aduersus laborantes so- G
rores gerere?

RESPONSIO.

Sanè illa lanas quidem ita habebit, vt creditum sibi depositum dei. Vnicuique autem sorori reiecta simultate, gratiaq; personæ, suum pensum assignabit, atque distribuet.

INTERROGATIO CLIIII.

SI aliquando tempus inciderit, vt qui pauci sint fratres, & pluribus sororibus inseruiãt, ij in
necessitatem deuenerint, vt mutuo inter se alij ab aliis disiungendi sint, ad pleraque diuersa H
opera obeunda, nunquid periculo vacet huiusmodi factum?

RESPONSIO.

Si quæ suscipitur cura, ea testimonium habet à mandato domini, & secundum deum exercetur, sine dubio vnusquisque, qui opus facit, in opere suo assequitur gratiam dei. Ipsorum autem coniunctio inter se, in eo est, si omnes vnanimes sint, atque concordes, & compleant id
Col.2.a quod dictum est ab Apostolo, Nam & si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum.

INTERROGATIO CLV. I

QVoniam qui ægrotis in hospitali ministram⁹, iis cum ea animi affectione iubemur ministrare, veluti si fratribus domini ministraremus: si talis non fuerit, cui ministratur, quomodo nos aduersus illum gerere debemus?

RESPONSIO.

Matt.12.g Cum dominus dixerit, Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ip
se meus frater, soror & mater est: quicunque talis non est, sed peccans est, in eum sententia il-
Ioan.8.d la videtur conuenire, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Quocirca primum leniter corripi, admoneriq; ab antistite debet. Quòd si hac ratione nihil proficiatur, perspicuũ est aduer-
Ioan.8.d sus ipsum iudicium eiusdem domini sic inferentis, Seruus autem nõ manet in domo: itemq; K
1.Cor.5.d Apostoli, qui præcepto cauit: Auferte malum ex vobis ipsis. Hoc enim modo & qui ministrãt liberi erunt ab hæsitatione, & reliquorum fratrum periculo erit consultum.

INTERROGATIO CLVI.

CVi credita est procuratio vel cellarij, vel alterius cuiusp iam istiusmodi muneris, nunquid hic perpetuo habere procurationem illam debeat, an etiam intermittere, & aliis illam vicissim tradere?

RESPONSIO.

Prorsus, si iste & disciplinæ modum, & regulæ rectitudinem cõseruat, mutationem fieri su- L
peruacaneum est, vel difficilimum potius. Necessariò autem habere aliquem veluti assectatorem debet, qui paulatim ad eam ipse procurationem esse idoneus insuescat: ne videlicet quotiescunque necessitas successorem desiderauerit, si hic præstò non sit, necessario cogamur perturbari, & huiusmodi muneri minus idoneum aliquem præficere, atque ita necessario ex hu ius imperitia illud sequatur, vt & disciplinæ corrũpatur seueritas, & ex ratione institutus ordo dissoluatur.

INTERROGATIO CLVII.

CViusmodi animi affectiõe seruire deo aliquis debet, & in vniuersum affectio hæc quid est? M

RESPONSIO.

Bonam animi affectionem ego esse existimo cupiditatem vehementem placendi deo, eãq; insatiabilem, & stabilem, & constantem. Comparatur autem hæc ex solerti & continenti cõtemplatione magnitudinis gloriæ dei, & grata repetitione, & recordatione assidua datorum
Matt.22.d nobis beneficiorum à deo: Ex quibus in anima illud ingeneratur, diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua, sicut faciebat ille, qui dixit,
Psal.41.a Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Cũ huiusce-

A huiuscemodi igitur animi affectione seruiendum est deo, illudq; efficiendum, quod dictũ est ab Apostolo, Quis separabit nos à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an Roma.8.f
nuditas, an periculum, an gladius? &c.

INTERROGATIO CLVIII.

QVa mente irrogatam sibi animaduersionem susc ipere aliquis debet?

RESPONSIO.

B Ea nimirum, quæ illi conueniat, qui morbo aliquo laboret, & de retinenda vita anxius sit, quandocunque aut à patre curatur, aut à medico, licet acerba sit, & aspera curationis ratio, reiecta prorsus omni de charitate, peritiáve eius, qui sibi illam irroget, dubitatione, cum summo desiderio recuperandæ sanitatis.

INTERROGATIO CLIX.

QVi aduersus illum, à quo obiurgatus est, offensionem sumit, is cuiusmodi est?

RESPONSIO.

C Hic neque peccati periculum cognouit, & maximè eius, quod est aduersus deum: neq; vti-
litatem pœnitentiæ: neque ei fidem habuit, qui dixit, Qui autem diligit, instanter corripit, & Prou.13.d
seipsum alienum statuit à fructu illius, qui dixit, Corripiet me iustus in misericordia. Et qui e- Psal.140.a
iusmodi est, huius conuersatio inter reliquos fratres pernicios a est. Siquidem exemplo suo à susc epto certamine cæteros abducit.

INTERROGATIO CLX.

CViusmodi animi affectione debemus fratribus ministrare?

D RESPONSIO.

Perinde ac si domino ipsi ministraremus, qui dixit, Quatenus fecistis vni de his fratribus Soluit simili
meis minimis, mihi fecistis. mirè conducit ad comparandam huiusmodi animi affectionem Matt.25.d
hoc etiam, si eiusmodi sint ij, quibus obsequium impendatur. Itaque accuratius curam illorũ gerere antistites debent, ne tanquam corporis studio dediti, ventri, & voluptatibus seruiant: sed vt dei & Christi amatores per perfectam patientiam tales existant, in quibus deus glorietur, & contumelia diabolus afficiatur, vt in iusto Iob.

INTERROGATIO CLXI.

E CVm cuiusmodi animi humilitate ministerium, quod sibi à fratre impendatur, accipere aliquis debet?

RESPONSIO.

Cum simili atque seruus aliquis, cui à domino suo ministraretur: & eiusmodi, qualem præ Simile.
se tulit Petrus, cum ei dominus ministraret. In quo etiam docemur de illorum periculo, qui recusant, quominus sibi ministretur.

INTERROGATIO CLXII.

CViusmodi mutuam inter nos alij erga alios habere charitatem debemus?

RESPONSIO.

F Qualem dominus ostendit, & docuit, cum dixit, Diligite inuicem, sicut ego dilexi vos, Ma Ioan.15.b
iorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quòd Amaiori ar-
si ponenda anima est, quî non multo magis in iis, quæ minoris precij sunt, necessariò adhibẽ gu.
da est animi promptitudo? non ea re, vt humanis officiis faciamus satis: sed eo cõsilio, vt deo placeamus, & vtilitati cuiusque consulamus.

INTERROGATIO CLXIII.

QVa ratione aliquis charitatem aduersus proximum poterit obtinere? Acquirendę erga proxi-
mũ charita-
tis formulæ

RESPONSIO.

Nimirum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.3.d Nimirum si primo iudicium metuerit,quod est aduersus illos, qui violant mãdatũ domi- G
ni:cum ipse dixerit,Qui incredulus est filio,non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.
Deinde,si animum ad vitæ æternæ cupiditatem adiiciat. Mãdatum enim eius vita æterna est.
Matt.22.d Primum autem & magnum mandatum est,diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,
& ex tota mente tua,& ex tota fortitudine tua. & secundum simile huic, diliges proximũ tuũ
Ibidem. sicut teipsum.Et si domino assimilis fieri studeat,qui dixit,Mandatum nouum do vobis, vt di
Ioan.13.d ligatis inuicem,sicut ego dilexi vos. Tum etiam si cum animo suo hoc modo cogitare insti-
tuerit,quòd videlicet, si frater ille bene de nobis meritus est, etiam humano more illi chari-
Luc.6.d tatem debemus,quam etiam gentiles seruant,vt in euãgelio dominus declarat, cum dicit,Et H
si diligitis eos,qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligũt.
Sin contrà,male meritus,& sic nihilominus non solum propter mandatum, sed etiam vt ma
iorem in modum de nobis bene meritum debemus diligere, si modò credimus domini vera
Matt.5.a esse verba illa,Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixe-
rint omne malum verbum aduersum vos mentientes,propter me.Gaudete & exultate, quo-
niam merces vestra copiosa est in cœlis.

INTERROGATIO CLXIIII.

Matt.7.a QVidigitur est,Nolite iudicare,& non iudicabimini? Nolite condemnare,& nõ condem- I
nabimini?

RESPONSIO.

Matt.7.a Cum dominus aliàs dicat,Nolite iudicare,& non iudicabimini:aliàs vero, Iustum iudiciũ
Ioan.7.c iudicandum esse præcipiat: nequaquam in vniuersum interdicitur nobis, quominus iudice-
Quatenꝰ finimur iudi- mus:sed in iudicio faciẽdo iubemur delectum adhibere. In quibus autem hoc seruari debeat,
care & in quibus non,dilucidè demonstrauit nobis Apostolus:qui in his quidem, quæ posita sunt
Roma.14.b in libera potestate vniuscuiusque,neque distincta à scriptura, dixerit, Tu autem quid iudicas
Ibidem.c fratrem tuum?& item,Non ergo amplius inuicem iudicemus.In his verò, quæ displicẽt deo,
1.Cor.5.a eos reprehendat,qui non iudicent,& ipse iudicium suum in medium afferat, cum dicit, Ego K
quidem absens corpore,præsens autem spiritu,iam iudicaui,vt præsens,eum, qui sic hoc ope-
ratus est,in nomine domini nostri Iesu Christi,congregatis vobis & meo spiritu cum virtu-
te domini nostri Iesu,tradere huiusmodi hominẽ Satanæ in interitum carnis, vt spiritus sal-
uus sit,in die domini nostri Iesu Christi.Quocirca siquid est, quod in potestate nostra positũ
1.Cor.4.d sit,aut plerunque etiam dubium sit,de hoc frater iudicari non debet.conuenienter verbis illis,
quæ sunt apud Apostolum,de his,quæ ignorantur ita dicentem:Itaque nolite ante tempus iu-
dicare,quoadusque veniat dominus,qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit
consilia cordium. At in iudiciis dei aliter faciendum est:nam ea omnino necessario sunt vin-
dicanda,ne iis dissimulandis in societatem constitutæ à deo pœnæ incurrat is, qui dissimula- L
uerit,nisi si sit aliquis,qui quòd in iisdem quoque ipse criminibus hæreat,cum eo, qui incusa-
Matt.7.a tur,liberè fratrem iudicare non possit:cum dominum audiat dicentem, Eiice primum trabẽ
de oculo tuo,& tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.

INTERROGATIO. CLXV.

QVibus signis intelligere poterit aliquis,vtrum zelo dei aduersus peccantem fratrem mo-
ueatur,an iracundia?

RESPONSIO. M

Psal.118. Si aduersus quoduis peccatum sentiat in se illud quod scriptum est, Tabescere me fecit ze-
lus tuus,quia obliti sunt eloquia tua inimici mei:Enimuero hîc de zelo dei dubitari nõ potest,
etsi hîc quoque non mediocri opus est prudentia ad ædificationem fidei. Hæc autem affectio
nisi prius in animo fuerit,& ipsum mouerit,& motꝰ ipse inæqualis existit, & nulla in re pro-
positum pietatis seruatur.

INTERROGATIO CLXVI.

CViusmodi animi affectione par est illi obedire, qui ad mandati executionem solicitet,vr-
geátve?

Respon-

A
RESPONSIO.

A simili ducta solutio. Nihilo minore quàm quanta paruus vehementer esuriens, vocanti se ad refectionem nu-
trici auscultat:& quilibet,cui chara vita sit,ei,qui sibi quæ ad viuẽdum necessaria sunt, largia-
tur: imò multo maiore etiam, quo videlicet longè hac, in qua sumus nunc, nobilior est ea,
quæ æterna est vita.Mandatum enim dei(inquit dominus)vita æterna est. Quod autem in pa
Ioan.12.g ne est comestio,id in mandato est operis executio:cum alio in loco idem dominus dicat,Me-
Ibidẽ.4.e cibus est,vt faciam voluntatem eius,qui misit me patris.

INTERROGATIO CLXVII.

B QValis esse anima debet,cogitans, quòd digna habita sit, quæ tota in dei opere occupa-
retur?

RESPONSIO.

Qualis erat illa,quæ dicebat, Quis sum ego domine meus domine & quæ domus mea, ꝙ
dilexisti me?complens quod scriptum est,gratias agentes deo patri, qui idoneos nos fecit in Col.1.b
partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in
regnum filij dilectionis suæ.

C
INTERROGATIO CLXVIII.

CViusmodi animi affectione sumere oportet vestimentum,calceamentúmve qualecunque
illud sit?

RESPONSIO.

Id si aut arctius sit,aut laxius,quàm vt ætati eius conueniat,cui detur, aperito is necessitatẽ
suam,adhibita ea,quam adhiberi par est,modestia.Si verò propterea mouetur, quòd aut vile
sit,aut non nouum:enimuero meminerit is dominum dixisse,non quemuis temere, sed ope-
rarium dignum esse cibo suo:& seipsum diligenter exquirat,num ex dignitate mandatorum,
D aut promissorum dei opus aliquod effecerit.Ita enim fiet,vt nõ aliud inquisiturus sit, potiusq;
de eo,quod sibi datum fuerit,solicitus erit,tanquam quod sibi immeritissimo datũ sit. Quod
enim de cibo dictum est,id in omni re,quæ ad corporis vsum pertineat, haberi tanquam re-
gula debet.

INTERROGATIO CLXIX.

SI frater qui natu minor sit,maiorem se aliquid docere iussus fuerit,quomodo is se aduersus
illum gerere debet?

RESPONSIO.

E Tanquam qui ministerio fungatur ex mandato domini dei: qua quidem metuens ne ob- Hier.48.b
noxius efficiatur iudicio illius,qui dixit, Maledictus qui facit opus domini negligenter. quà 1.Tim.3.b
verò cauens,ne aliquando fastidio elatus incidat in iudicium diabolí.

INTERROGATIO CLXX.

NVnquid eodem loco habendi sint, quorum in rectè factis maior, & quorum minor vi-
geat industria?

RESPONSIO.

F Quod in remissione peccatorum dominus sanxit,cum dixit,Remittuntur ei peccata mul- Luc.7.f
ta,quoniam dilexit multum.Cui autem minꝰ dimittitur,minus diligit. & quod item in pres-
byteris Apostolus præcepit,cum dixit,Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni ha 1.Tim.5.c
beantur,maximè qui laborant in verbo & doctrina,hoc rectum arbitror, vt in omnibus, qui
istiusmodi sunt,seruetur.

INTERROGATIO CLXXI.

SI verò doleat,qui inferior sit,præstantiorem in pietate sibi anteponi,quomodo nos aduer-
sus illum geremus?

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESPONSIO.

Matt.20.b Pſal.14. Qui huiuſmodi eſt,is ex parabola euangelij manifeſtæ malignitatis damnatur: in qua parabola dominus ait ad eos,qui ægrè tulerant quoſdam pari præmio ſecum fuiſſe affectos:An oculus tuus malignus eſt,quia ego bonus ſum?Et perſpicuum eſt aduerſus hunc, & qui huius ſimiles ſunt, iudicium dei per prophetam dicentem, Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius omnis malignus.Timentes autem dominum glorificat.

INTERROGATIO CLXXII.

QVanto cum timore, qualíve cum animi perſuaſione, affectionéve corpus & ſanguinem Chriſti communicemus?

RESPONSIO.

1.Cor.11.f Ibidem.e Ioan.1.b Philipp.2.a De timore quidem habémus Apoſtolum,qui dicit,Qui manducat,& bibit indignè,iudiciũ ſibi manducat & bibit.Fidem autem faciunt verba domini, qui dixit, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur:hoc facite in meam cõmemorationem. & teſtimonium etiam Ioãnis, qui cum gloriam verbi prius poſuiſſet,poſt confeſtim modum aſſumptę humanitatis adiecit, cum dixit,Verbũ caro factum eſt,& habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre,plenum gratiæ & veritatis.itemq; apoſtoli,apud quem ſcriptum eſt, Quod cum in forma dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinauiuit,formam ſerui accipiens,in ſimilitudine hominum factus,& habitu inuẽtus vt homo, humiliauit ſemetipſum,factus obediens vſque ad mortẽ,mortem autem crucis.Quotieſcunque igitur animus fide his atque huiuſmodi verbis adhibita, qua quidem in cognitionem venerit maieſtatis tantæ gloriæ, qua verò incredibilem magnitudinem humilitatis & obedientiæ admiratus fuerit,quòd videlicet ille talis ac tantus patri obediens fuerit vſque ad mortem Roma.8.f pro vita noſtra:prorſus in eo charitatẽ arbitror excitari aduerſus deum patrem, qui proprio filio non pepercerit,ſed pro nobis omnibus illum tradiderit: ſimiliterq; impelli ad diligendũ vnigenitum filium, qui obediens fuerit vſque ad mortem pro redemptione & ſalute noſtra: atque ita aſſentiri Apoſtolo poteſt,qui quidem iis qui ſani ſunt, quandam veluti regulam exponit,eam videlicet,quæ in his bona eſt conſcientia,cum ait, charitas Chriſti vrget nos æſtimantes hoc,quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt,ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus,vt qui viuunt,iam non ſibi viuant,ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt,& reſurrexit.Hoc modo animo affectus,& paratus eſſe debet, qui panem & calicem communicat.

2.Cor.5.c

INTERROGATIO CLXXIII.

NVnquid tempore domeſticæ pſalmorum modulationis,colloquiis vllis dandus ſit locus?

RESPONSIO.

Iis exceptis,quibus tuendæ diſciplinæ procuratio credita eſt, & operum delata diſtributio: & hoc ipſum,cum maxima aliqua vſus alicuius neceſſitas poſcat: & neque tunc inconſideratè,ſed habita ratione loci,ordinis,dignitatis,& vtilitatis cuiuſque: reliquis omnibus neceſſarium ſilentium eſt.Etenim ſi ipſo idoneo ad loquendum tempore, in ipſis etiam, quibus aſſignatum eſt munus docendi,prior ſilere iuſſus eſt, ſi alij reuelatum ſit, quî non multo magis tempore pſalmodiæ,vnicuique de multitudine neceſſarium ſilentium ſit?

1.Cor.14.f

INTERROGATIO. CLXXIIII.

QVomodo obtinere aliquis poſſit,vt ex animo, ac ſtudioſè mandatum domini exequatur?

RESPONSIO.

γνώμη Pſal.118. Simile. Naturaliter rerum delectationem & vtilitatem afferentium conſuetudo, & ipſa etiam expectatio animum ad res iſtiuſmodi expetendas & concupiſcendas mouet. Igitur ſiquis odio habuerit,& abominatus fuerit iniquitatem,& liber fuerit ab omni peccato, per quod,quemadmodum per morbum in corpore appetitus deiectio,& ciborum inſuaue faſtidium,ſic in animo etiam circa expletionẽ iuſtificationis diuinę pigritia ac lentitudo ingeneratur:& ſi perſuaſum ſit,mandatum dei vitam æternam eſſe,& quæcunq; iis,qui illud ſeruauerint, promiſſa ſunt,

A ſa ſunt,vera ſibi mórigeris & obſeruantibus nimirum hic animi ſimilem affectionem conſequitur,atque ille,qui dixit:Iudicia domini vera,iuſtificata in ſemetipſa,deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea,in cuſtodiendis illis retributio multa. Pſal.18.b

INTERROGATIO CLXXV.

QVomodo deprehenditur aliquis,quòd fratrem diligat ex mandato domini?& quomodo item conuincitur,quòd hoc modo non diligat?

B

RESPONSIO.

Charitatis præcipua ſunt hæc duo,dolere & angi in iis rebus,ex quibus lædítur is,aduerſus quem charitas habetur:ſimiliterq; ipſius vtilitate lætari,& pro ea laborare. Beatus igitur,quicunque mœret propter illum qui peccat,cum eius periculum adeo ſit metuendum: & lætitia afficitur,propter illum,qui rectè facit, cum eius lucrum incomparabile ſit:ſicut ſcriptum eſt. Quin & hoc etiam Paulus apoſtolus teſtatur, cum ait, Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra(ſeruata tamen prorſus ratione eius,quæ eſt in Chriſto, charitatis) Et C ſi glorificatur vnum membrum(ex propoſito videlicet voluntatis placendi deo) congaudent omnia membra.Qui autem hoc modo variè non afficitur, de hoc prorſus dubitari non poteſt,quòd fratrem ex mandato non diligat. Charitatis fraternę argumentum duplex. 1.Cor.12.d Simile Paulinum

INTERROGATIO CLXXVI.

QVi ſunt illi inimici,quos iuſſi ſumus diligere?& quomodo diligem⁹ inimicos, benignène factis tantũ, an verò adiuncta etiã animi in eos affectione?& nũquid hoc fieri poſſit?

RESPONSIO.

D Inimici proprium eſt nocere, & inſidiari. Quicunque itaque quocunque modo alicui nocet,ipſius ritè inimicus appellari poteſt:præcipuè autem,qui peccatum committit.Nam quãtum in ipſo eſt,variis modis nocet, & inſidiatur ei quicum viuit, aut conſuetudinem habet. Quoniam autem homo conſtat ex animo & corpore:quod quidem ad animum attinet, eos qui huiuſmodi ſunt,diligemus caſtigando,admonendo, & omnibus modis ad ſanitatem reuocando:quod vero ad corpus pertinet,beneficiis ipſos ſubleuando,cum aliqua re egeant,earum,quæ ſunt ad vitam neceſſariæ. Quod autem charitas in animi affectione conſiſtat, hoc verò nemini dubium eſt.Quòd autem fieri poſſit,dominus oſtẽdit,ac docuit,quippe qui charitatem & patris,& ſuam ipſius ſeruanda vſque ad mortem obedientia declarauerit, idq; pro inimicis,non pro amicis,quemadmodum teſtatur Apoſtolus,cum ait, commendat autẽ cha E ritatem ſuam deus in nos:quoniam cum adhuc peccatores eſſemus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt.Et nos quoque ad hoc idem faciendum hortatur, cum dicit, Eſtote ergo imitatores dei,ſicut filij chariſſimi:& ambulate in dilectione,ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem,& hoſtiam deo.Sine dubio autem non præcepiſſet hoc, qui bonus ac iuſtus eſt,niſi etiam facultatem qua id faceremus,fuiſſet largit⁹. Quam quidem etiam in natura ipſa expreſſè inſitam videri voluit.Bene enim de ſe meritos etiam beſtiæ naturaliter diligunt. Verùm quid eſt tandem quod ab amico magnum adeo beneficiũ poſſit proficiſci,quantum eſt illud,quod ab inimicis nobis datur?quorum opera fit,vt beatitudinem illam aſſequamur de qua loquens dominus ait, Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint,& dixerint omne malum verbum aduerſum vos,mentientes propter F me.gaudete & exultate,quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Inimici peculiare indicium Inimicus bifariã iuuãd⁹ Roma.5.b Ephe.5.a Feræ de ſe bene merito amãt naturę ductu Matt.5.a

INTERROGATIO CLXXVII.

QVomodo debent,qui firmiores ſunt,infirmitates infirmorum portare? Roma.15.a

RESPONSIO.

Si portare eſt tollere,& curare,ſecundum id quod ſcriptum eſt, languores noſtros ipſe tulit,& dolores noſtros ipſe portauit:non quod in ſe hæc ille ſuſceperit, ſed quòd eos in quibus hæc erant,curauerit:etiam hoc in loco pœnitentiæ modus & ratio cõueniet: per quam rationem qui infirmiores ſunt,à valentioribus adhibita diligentia curabuntur. Eſaiæ.53.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERROGATIO CLXXVIII.

Gal.6.a

QVid est, Alter alterius onera portate? & qualem legem adimplebimus, si hoc fecerimus?

RESPONSIO.

Hoc idem est, cum eo, quod proximè dictum est. Grauis enim res est peccatum, & suo põdere animam ad inferni profundum detrahit. Hoc autem inter nos vicissim alij ab aliis tollimus, atque amputamus, quotiescunque operam damus, vt respiscant, qui peccant. Cęterum

ἐις πυθμένα.

βασάζειν

vocabulum hoc, quo hîc vtitur Apostolus, bastazin id est portare, vulgo etiam ab agrestibus pro tollere solitum est vsurpari, vt sæpenumero ipse pleroscque ita loquentes audiui. Legẽ autem Christi adimplebimus, qui dixit, Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. & nobis, quid faceremus, lege illa præcepit, cum dixit, Si peccauerit in te frater tu°, vade corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.

Luc.5.d
Matt.18.b

INTERROGATIO CLXXIX.

1.Cor.13.a

QVomodo potest aliquis sine charitate tantam fidem habere, vt montes transferat, aut facultates suas pauperibus distribuat, aut tradat corpus suum, ita vt ardeat?

RESPONSIO.

Si in memoriam nobis redigimus, quod dominus dixit, Faciunt enim vt spectentur ab hominibus. itêq; quid illis responderit, qui dixerant, domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia multa eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? ad quos ait, Nescio vos, vnde sitis. non quòd illi mentiti essent, sed quòd dei munere ad proprias voluntates fuissent abusi, quæ res aliena est à charitate dei. Sed si hæc meminerimus, haud sanè difficulter dicta hæc possumus intelligere. Porrò quòd munus dei, donúmve tribuatur indigno alicui, non est mirandum. Siquidem deus in tempore bonitatis & patientiæ, solem suum oriri facit super malos & bonos, idq; sæpenumero ad vtilitatem etiam vel ei° ipsius, cui donum tribuitur, quo videlicet, si fieri possit, dei bonitatem reueritus aliquo modo incitetur, vt in eum gratus esse studeat: vel aliorum etiam: conuenienter verbis Apostoli illis, Quidam quidem & propter inuidiam, & cõtentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant. quibus postmodum adiungit, Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo.

Matt.7.c
Luc.13.f
Dei donum etiã immeritis tribuitur
Roma.2.a
Matt.5.g
Philip.2.b

INTERROGATIO CLXXX.

CViusmodi animi affectione, attentionê ve ea debemus audire, quæ ad mensam accumbentibus nobis leguntur?

RESPONSIO.

Maiore multo cum delectatione, quàm cum quanta aut edimus, aut bibimus: idq; vt appareat mẽtem nequaquam distrahi ad corporis voluptates, sed maiorem in modũ se in verbis domini oblectare: quod ille faciebat, qui dixit, dulciora super mel & fauum.

Solutio per collationem
Psal.18.b

INTERROGATIO CLXXXI.

δυχερισίρα

SI aliquæ vicinæ inter se fratrum familiæ fuerint, & altera inopia laboret, altera sit ad communicandum de his quæ habeat, restrictior, quomodo aduersus tenaces illos affecti esse animo debent, qui egentes sunt?

RESPONSIO.

Qui ita instituti sunt, vt in charitate Christi ipsam etiam animã vicissim alij pro aliis ponendam sciant, quî fieri potest, vt in his quæ ad corpus pertinent, restrictiores sint? tanquam si obliti sint eius, qui dixit, esuriui & non dedistis mihi manducare, & cætera. Veruntamen si hoc fiat, æquo animo ferre debent, qui in egestate sunt: cùm certum sciant se cõsolationem in consequenti seculo inuenturos, & Lazarum illum imitari.

Argumentũ à maiori
Matt.25.d

INTERROGATIO CLXXXII.

EX cuiusmodi fructibus iudicium de aliquo fieri debet, quod misericordia motus peccantem fratrem corripiat?

Respon-

RESPONSIO.

Primum ex iis, qui misericordiæ peculiares sunt: conuenienter verbis illis Apostoli, Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia mẽbra. &, Quis scandalizatur, & ego nõ vror? Deinde etiam, si ex quouis peccato similem ad se dolorem sentiat venire, nihilominusq; eorũ causa doleat, & qui in ipsum, & qui in alium peccent, illorumq; ipsam vicem misereat: & si in corripiendo, traditum à domino modum conseruet.

Solutio p similẽ Paulinum
1.Cor.12.d
2.Cor.11.g

INTERROGATIO CLXXXIII.

SI aliquando inciderit, vt in fratrum societate orta inter aliquos dissensio sit, nunquid tutũ sit, charitatis causa se ad eorum, qui istiusmodi sunt, partes vel has, vel illas aggregare?

RESPONSIO.

Cum dominus dixerit, Da pater, vt sicut ego & tu vnum sumus, sic & ipsi vnum sint in nõbis. & apud Apostolum scriptum sit, Vnanimes idipsum sentiẽtes. & item in Actis memoretur, quòd multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: inter quos dissensio est, ij alieni sunt ab iis, quæ dicta sunt. Porrò quæ rationi consentanea charitas est, ea seruat, quod dictum est: Qui autem diligit, instanter erudit. Quæ vero aliena est à ratione, qualiscunque illa sit, ea laudabilis nõ est: cum dominus dixerit, Qui autem diligit patrem, aut matrem pluſquã me, non est me dignus.

Ioan.17.b
Philip.2.a
Acto.4.f
Prou.13.c
Matt.10.d

INTERROGATIO. CLXXXIIII.

QVoniam docemur talem habere charitatem, vt etiam animam pro amicis ponamus, scire vellemus pro quibúsnam amicis hoc facere animum inducere debeamus.

RESPONSIO.

Sanè animi affectio, modusq;, quæ teneri in hoc officio debẽt, consentaneũ est vt ea diuersa inter se sint. Siquidem alia sunt plerunq;, quæ peccatorum causa suscipi debent, & alia item,

1.Cor.4.a
1.Thes.2.a
1.Thes.1.b
Simile Paulinum.
φιλάδελφος καὶ φιλάδελφος
1.Tes.2.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ iustorum. Veruntamen vt charitatem ad mortem vsque tam pro iniustis, quàm etiã pro G
Roma.5.b iustis seruemus, hoc sine vllo discrimine ipsi edocemur. Commendat enim charitatem suam
deus in nos, inquit, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.
1.Thess.2.b ὑπόδειγμα Ad sanctos autem quæ seruari debeat, Apostolus dicit his verbis: Tanquam si nutrix foueat
solenne Paulo. filios suos, ita desiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non solum euangelium dei,
sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.

INTERROGATIO. CLXXXVII.

DEbétne quisquis cœnobio se dedit, quæ se contingunt, à propinquis accipere? H

RESPONSIO.

Omnino iis, qui ad dominum accedunt, necessario quæ ad ipsos pertinent, reddere illorũ
propinqui debent, neque prorsus quicquam subtrahere, ne sacrilegij iudicium incurrant. Ve-
runtamen hæc ipsa in oculis illorum, ad quos pertinere visa sunt, consumi nihil est necesse.
1.Cor.11.c Siquidem hoc facere, plerunque illis ipsis causam præbet sese efferendi: contraq; pauperibus,
qui ad eandem vitam se contulerunt, dolendi. Ex quo illud sequitur, quod vitio datur Corin-
thiis ab Apostolo, cum ait, confunditis eos, qui non habent. Quamobrem cui credita singu-
larum ecclesiarum procuratio est, is si fidelis sit, & dispensare prudenter possit, hac in re eorũ I
Acto.4.g consuetudinem imitetur, de quibus est in Actis, quod ferentes ponebant ante pedes apostolo-
rum. Quòd si quæ huiusmodi sunt, dispensare non est omnium, sed eorum tantummodo,
quibus adhibita diligenti circunspectione huiusmodi demandata administratio sit: etiam
quod ab huiusmodi, quos diximus, hominibus datum fuerit, hic de eo ita statuet, quemadmo-
dum ipse rectum esse iudicarit.

INTERROGATIO CLXXXVIII.

QVomodo venientes ad nos domesticos aut cognatos nostros aspiciamus?

RESPONSIO.

παράδειγμα Quemadmodum dominus ostendit, & docuit, quando ei renunciatum fuit, quòd mater K
Matt.12.d eius & fratres starent foris, volentes illum videre: ad quos, quasi eos vehementius increpans,
respondet his verbis, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicunque enim fecerit vo
luntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est.

INTERROGATIO CLXXXIX.

SI verò nos etiam vt domum ad ipsos adeamus, rogauerint, nunquid ipsis auscultãdum sit?

RESPONSIO.

Si hoc propter ædificationem fidei fit, qui adire hoc modo potest, is data venia mittitor. Si L
Luc.9.g vero propter officium humanum, audiat quid illi dominus respondeat, qui dixerat, Permitte
mihi ire, & renũciare his, quæ domi sunt. ait enim, Nemo mittens manum suam ad aratrum,
& respiciens retro, aptus est regno dei. Quòd si de eo, qui renunciare tantum voluerat, tale iu
dicium est, quid de hoc dicendum est?

INTERROGATIO CXC.

NVnquid eorum, qui naturali nobis necessitudine cõiuncti sunt, misericordia moueri de-
bemus, cupidi salutis illorum?

RESPONSIO.

Qui natus est ex spiritu, vt dominus ait, & potestatem etiã assecutus est, vt fieret filius dei, M
Germanè fideles & mater & fratres domini Matt.12.d hunc pudet naturæ coniunctionis, & propinquos suos agnoscit, propinquos fidei, quibus te-
stimonium dominus dat, cum dicit, Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbũ dei audiunt,
& faciunt. Et æquè misericordia mouetur omnium, qui longè recedunt à domino, & in his
nihilo plus cognatorum suorum, qui secundum carnem sunt, quàm reliquorum. Si verò sit,
Roma.9.a Exemplo confirmat qui cum maiorem quandam his misericordiam tribuat, existimet huius affectionis suæ pa-
tronum habere se Apostolum, quod is dicat, Optabam enim ego ipse anathema esse à Chri-
sto pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem: intelligat is ex iis, quę sequun-
tur, apud

A tur, apud Apostolum non in precio haberi cognationem eam, quæ erat secũdum carnem, sed
Israëlem, & quæ præcipuè à deo in ipsum collata fuerant beneficia: neque quoniã cognati ip-
sius erant, Israëlitæ, sed quoniam Israëlitæ erant, qui secundum carnem cognati ipsius erant:
& quoniam tot talibusq; à deo beneficiis fuerant affecti, quoniam ipsorum erat adoptio filio-
rum & gloria, itemq; legislatio, & cultus dei, quoniam ipsis data fuerant testamenta, & pro-
missiones, quorum etiam ipsorum erant patres, quoniam ex ipsis Christus secũdum carnem,
iccirco tanti salutem illorum facit, non habita ratione cognationis, sed humanitatis ipsorum
causa à domino assumptæ, cuius verba sunt hæc, non missus sum, nisi ad oues, quæ perierunt, Matt.15.c
B domus Israël.

INTERROGATIO CXCI.

QVis est mitis? Matt.5.a

RESPONSIO.

Qui in iudiciis earum rerum, quæ deo placent, idem vsque stabilis perseuerat.

INTERROGATIO CXCII.

C QVæ est tristitia secundum deum, quæ item mundi? 2.Cor.7.c

RESPONSIO.

Sanè quæ secundum deum tristitia est, ea est, cum quis ex neglecto mandato dei, dolore Tristitia du
afficitur, sicut scriptum est, defectio tenuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam. plex.
Quæ autem mundi est, ea est, quandocunque quis ex re aliqua humana, mundanáve animi æ- Psal.118.
gritudinem sentit.

INTERROGATIO CXCIII.

D CViusmodi est, quod in domino gaudium est? & quid est, quod facientes gaudere debea- Philipp.3.a
mus? Ibidem.4.a

RESPONSIO.

In His quæ secundum mandatum domini fiunt, gaudere, est in domino gaudere. Quo-
circa quandocunque mandata dei exequimur, aut propter nomen domini aliquid patimur,
gaudere, & gratulari inter nos debemus.

INTERROGATIO. CXCIIII.

E CViusmodi est ille luctus, quem suscipere debemus, si beatitudinem illam, quam lugentibus Matth.5.a
paratam dominus ait, consequi volumus?

RESPONSIO.

Continetur quæstio ista in ea quæstione, quæ est de tristitia illa, quæ est secundum deum, Roma.2.d
quando videlicet propter admissa delicta lugemus: vel quòd deus contemnitur, cũ per trãs-
gressionem legis contumelia afficiatur deus: vel quòd eorum periculum videmus, qui peccãt. Ezech.18.a
Anima enim quæ peccauerit, inquit, ipsa morietur, imitantes illum, qui dixit, Et lugeam mul- 2.Cor.12.g
tos ex iis, qui antè peccauerunt.

INTERROGATIO CXCV.

F QVomodo omnia quis ad gloriam dei facit?

RESPONSIO.

Quando omnia propter deum ex mandato dei facit, & nulla in re humanas laudes quæ-
rit, atque assiduè vsque domini verba illa memoria tenet, Sic luceat lux vestra coram homi- Matth.5.b
nibus, vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.

INTERROGATIO CXCVI.

QVomodo manducat quis & bibit ad gloriam dei? 1.Cor.10.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESPONSIO. G

Nimirum quando diuinorum beneficiorum erga se memoriam conseruat, & eiuscemodi animi affectionem retinet, quæ ex compositione etiam corporis declaretur, vt non tanquam
Dogma securus omnino manducet, sed vt qui inspectorem habeat deum. Et quando in sumendo cibo illud sibi propositum habet, vt non tanquam ventris mancipium, propter voluptatem mã
ducet, sed tanquam operarius dei, vt in operibus iis, quæ sunt ex mandato Christi, exequendis esse firmior possit.

INTERROGATIO CXCVII.

Matt.6.a QVomodo quod dextera facit, nescit sinistra? H

RESPONSIO.

Quotiescunque defixo, ac vehementi desiderio deo gratificandi, mens ab omni parte solicita, ne ab officio discedat, legitimè certat, tunc de nullo prorsus membro alio cogitat, nisi de
βεβαίωσις à simili petita eo, quod ad id vtile sit, quod in præsentia fieri oporteat: vt artifex, qui in singulis operibus vnum illud tantummodo instrumentum spectat, quod ad ea administranda vtile est.

INTERROGATIO CXCVIII.

QVid est humilitas, aut quomodo hanc assequemur, & legitimè conficiemus? I

RESPONSIO.

Matt.11.d Sanè humilitas quidè ea est, cũ quis cæteros omnes seipso superiores existimat, ex præscripto Apostoli. Cõparatur autè hæc virtus, siquis meminerit mãdati domini illius, discite à me,
quia mitis sum, & humilis corde. quod quidè ipse variè multis in locis, & ostendit, & docuit.
Luc.14.c & si fidem ei adhibuerit, qui asseueranter affirmauit, Qui seipsum humiliauerit, eum exaltatũ
Ibidé,18.c iri, Præterea si æqualiter semper, atq; vno tenore omni in re humilitatè consectatus sit, in eaq;
& mẽte se & re ipsa exercuerit. Vix enim hoc modo per assiduam meditationem ad habitum
Collatio humilitatis poterit peruenire, vt in artibus fieri consueuit. Porrò idem modus assequendi nihilominus etiã est in quacunque alia virtute, quæ est ex mandato Iesu Christi domini nostri. K

INTERROGATIO CXCIX.

QVomodónam quis animũ possit inducere, vt pro mandato dei periculis se alacriter exponat?

RESPONSIO.

Philip.2.a Primũ ea ratione, si admonitus sit dominũ ipsum pro nobis patri obediẽtem fuisse vsq; ad
mortem: deinde si de virtute mandati domini persuasus sit, quod vita æterna sit, sicut scriptũ
Ioan.12.d est: tum etiã si sententiã illã domini verã esse crediderit, Quicunq; voluerit animã suã saluam
Mar.8.g facere, perdet eam: qui autẽ perdiderit animã suã propter me, & euangelium, saluam faciet eã. L
τῆ τοῦ εὐαγγελίου

INTERROGATIO CC.

QVi in opere domini ipsi ante laborarunt, quomodo ij alios ad idem modo accedentes possunt iuuare?

RESPONSIO.

Hoc modo nimirũ, vt si viribus corporis valeant, studij sui alacritatem præ se ferant, & in omnibus rectè factis exẽplo suo cæteris ipsi præluceant. Sin valetudine sint infirma, animũ ita cõpositum habeant, vt ex vultu, motuq; omni coniectura fieri possit, eos persuasos esse do-
minũ adesse, & quæcunq; faciãt, in oculis ipsius fieri. Et si enumeratas ab Apostolo charitatis M
1.Cor.13.b proprietates teneant, sic dicente, Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, nõ agit per-
ὁυ περπερεύ- perã, non inflatur, nõ indecore agit, non quærit quæ sua sunt, nõ iritatur, non cogitat malum,
εται non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam excidit. Quandoquidem quominus hęc haberi perfectè omnia possint, corporis imbecillitas nihil obstat.

INTERROGATIO CCI.

QVomodo quis assequi possit, ne inter orandum mente distrahatur?

Respon-

A RESPONSIO.

Nimirum si certò credat, deum se ante oculos habere. Si enim principem aliquis aut præsidem intuens, & cum eo loquens, oculos ab eo dimouere non solet, qui non tandem credibi- τὴν ὁμειδόσει soluit.
lius est, intentam mentem habiturũ illum, qui deo preces adhibeat, in eum, qui scrutatur corda & renes? & illud facturum quod scriptum est, leuantes puras manus sine ira & disceptatione? Psal.7.c 1.Tim.2.b

INTERROGATIO CCII.

B NVnquid fieri possit, vt mens ita omni in re attenta semper teneatur, ne vsquam distrahatur? & si fieri possit, quo modo?

RESPONSIO.

QVòd fieri possit, ostendit ille qui dixit, Oculi mei semper ad dominum. Et prouidebam Psal.24.c
dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Psal.15.b
Quomodo autem fieri possit, dictum est superius: nempe si cessandi spatium animo datum non sit, à cogitatione operum & beneficiorum dei, & pro his omnibus prædicatione, & gratiarum actione.

INTERROGATIO CCIII.

C EOrum, quæ sunt ex mandato dei rectè factorum, vtrúmne æqualis in omnibus mensura est, an in aliis maior, in aliis minor?

RESPONSIO.

Omnino quòd non eadem mensura sit in omnibus, atque alius sit cui plus credatur, alius cui minus, & præ se ferat etiam, perspicuũ est ex verbis domini: qui quidem aliàs dicit, Qui Matth.13.c
verò in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit, alius quidem centesimum, alius verò sexagesimum, alius verò tricesimum. Quòd quidem etiam in eo inuenitur, qui drachmam acceperat, aliàs autem, Vni quidem dedit quinque ἀνάμ. Matth.25.b
talenta, alij autem duo, alij verò vnum.
D

INTERROGATIO CCIIII.

QVa ratione aliquis dignus esse possit, qui assequatur, vt particeps fiat spiritus sancti?

RESPONSIO.

Dominus noster Iesus Christus docuit, cum dixit, Si diligitis me, mandata mea seruate. Ioan.14.b
Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Ex quo intelligitur, quandiu mandata domini non
seruamus, neque tales sumus, vt de nobis ille testificans dicat, Vos de hoc mundo non estis: Ioan.15.c
nequaquam debere nos expectare, dum spiritu sancto digni efficiamur.
E

INTERROGATIO CCV.

QVi sunt mendici spiritu? Matth.5.a

RESPONSIO.

Cum dominus dicat, aliàs quidem, Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Ioan.6.g
aliàs verò, Spiritus sanctus docebit vos omnia. & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero Ioan.14.d
vobis. Non enim loquetur, inquit, à semetipso, sed quæcunque audierit à me, hæc loquetur. hi Ibidé.16.c
sunt mendici spiritu, qui non aliam vllam ob causam ad mendicitatem deuenerunt, quàm πάρ ἐμοῦ.
ob doctrinam domini, qui dixit, Vade vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Si verò Luc.18.d
F quis oblatam sibi etiam quomodocunque mẽdicitatem susceperit, & eam ad dei voluntatem monderatus sit, vt Lazarus, neque hic à beatitudine illa excluditur.

INTERROGATIO. CCVI.

CVm dominus præcipiat, non debere nos esse solicitos, quid esuri simus, aut quid bibituri, Matth.6.d
aut quibus nos vestibus induturi, quousque præceptum hoc progredi putandum est, quomodóve ei satisfiet?

RESPONSIO.

Omnino mandatum hoc, sicut & reliqua omnia, vsque ad mortem tenendum est. Siquidẽ dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philip.2.a Mat.6.b dominus etiam ipse obediens fuit vsque ad mortem.Comparatur autem per fiduciam in deum.Etenim prohibita dominus solicitudine,confestim promissionem adiicit,cum ait,Scit enim pater vester cœlestis quid opus sit vobis,antequam petatis eum. Talis erat Apostolus cũ G

2.Cor.1.b diceret,Responsum mortis habuimus,vt non simus fidentes in nobismetipsis,sed in deo, qui suscitat mortuos.quippe qui quod ad animi ipsius propositum ac paratam voluntatem pertinebat,quotidie moreretur,benignitate autem dei in vita retineretur. Quæ quidem causa e-

2.Cor.5.b rat,cur fidenter diceret,Quasi morientes,& ecce viuimus.Porrò huiusmodi animi inductionem adiuuat vehemens in exequendis domini mandatis studium, & in exhausta inexplebilisque eorundem cupiditas: in qua qui est,hic ne spatium quidem habet, in quo ad curandas H corporis necessitates mentis cogitatione possit delabi.

INTERROGATIO CCVII.

Ioan.6.d IGitur si ne de rebus quidem ad viuendum necessariis solicitis esse nobis licet, & aliud est præceptum domini,qui dicit,Laborate nõ cibum,qui perit: superuacaneum est laborare?

RESPONSIO.

De opere manuũ ambiguã quæstionẽ soluit Mat.6.d Ipse dominus vtroq; in loco præceptum suum dilucidè explicauit. In eo enim quod prius posuimus,cum ea quæ ad victum pertinerent, vetuisset inquiri, illis verbis, Nolite quærere I quid manducetis,aut quid bibatis:hæc enim omnia gentes mundi inquirunt: præcipiens subiecit,Quærite autem regnum dei,& iustitiam eius.Quomodo autem ea quæri debeant, in il-

Matth.25.b Ioan.4.e lis, qui iis digni habentur declarauit.In hoc verò quòd posterius diximus, cum vetuisset operari cibum,qui perit,docuit vt illum operaremur, qui manet in vitam æternam. de quo ipse alio in loco apertè locutus est, quando dixit, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me patris.Quòd si dei voluntas est,vt famelici alantur,sitientibus potio, nudis vestitus

Matth.25.d Acto.20.g præbeatur,& cætera: necessario prorsus imitandus est Apostolus, qui de seipso loquens,sic dicit,Omnia ostendi vobis,quòd sic laborantes oportet suscipere infirmos. Et parendum illius

Ephe.4.f præcepto,cum ait,Potius autem laboret operans propriis manibus,quod bonum est,vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.His itaq; nobis à domino per euangelium, & ab Apostolo traditis,perspicuum est,quòd sua ipsius causa solicitum esse,laborarè ve,prorsus interdictum est.ex mandato autem domini propter vtilitatem proximi, & solicitudo & labor contẽtius suscipi debent. Maximè cum dominus collatum in eos,qui ipsi dedicati sunt, officium id perinde habeat, veluti si in ipsum nominatim conferretur, proq; eo cœleste se spondeat regnum daturum. K

INTERROGATIO CCVIII.

NVnquid rectum sit in vniuersum vbique silentium seruare? L

RESPONSIO.

Amos.5.d Psal.38.a 1.Cor.14.f Ibidem.g Silentij,decorum ex temporis opportunitate & persona spectatur, quemadmodum ex sacris literis docemur.ac temporis quidem opportunitate,veluti cum dicit,Prudẽs in tempore illo tacebit,quia tempus malum est.Et alio in loco,Posui ori meo custodiam,cum consisteret peccator aduersum me.Ex persona autem,veluti cum Apostolus scribit,Si autem alij reuelatum fuerit sedenti,prior taceat.Et item,Mulieres vestræ in ecclesiis taceant. Est autem quãdo etiam iis,qui lingua petulantiores sunt,atque illud seruare non valent, Omnis sermo ma-

σαπρὸς. Ephe.4.e τελέα σιωπή. lus ex ore vestro non procedat,sed siquis bonus,ad ædificationem fidei: necessarium est perpetuum silentium, quousq; in eo & à vitio petulantiæ in dicendo sanentur, & in ocio discere potuerint,quando,& quid,& quomodo loqui oporteat,vt quemadmodum scriptum est, det M gratiam audientibus.

INTERROGATIO CCIX.

QVomodo poterimus pertimescere iudicia dei?

RESPONSIO.

γνώμη simili confirmatur. Naturaliter expectatio cuiusuis mali,metus effectrix est.Hoc modo enim & bestias metuimus,& eos sub quorum imperio sumus,quandocunque malum aliquod ab ipsis expectamus. Si igitur aliquis comminationes domini veras esse crediderit,& horribilem,ac grauissimum illarum

A illarum in se euentum expectet,sine dubio fieri non poterit,quin hic iudicia dei pertimescat.

INTERROGATIO CCX.

QVis est ille,qui traditus est Apostolo habitus ornatus? 1.Tim.2.e

RESPONSIO.

Nempe vsus ad propositum cuiusque finem accommodatus cum decoro ac dignitate,habita ratione temporis,loci,personæ, vtilitatisq;, neque enim vestimenta eadem ratio admittit,& tempore hyemis,& æstatis: neque eundem esse conueniens putandum est,habitum eius

B qui laboret,& eius qui quiescat,ministrantis,& eius cui ministretur,militis,& priuati, viri, & fœminæ.

INTERROGATIO CCXI.

QVi modus est eius,quæ est in deum charitatis?

RESPONSIO.

Assidua vsque vltra vires,animi ad exequendam dei voluntatem contentio, cum propo-

C sito,ac desiderio gloriæ ipsius.

INTERROGATIO CCXII.

QVomodo acquiritur & conficitur charitas erga deum. κατορθῶ.

RESPONSIO.

A simili argumentum. Esa.1.a Nimirum datis ab eo nobis beneficiis,recto iudicio,æquitateq; æstimandis,iisq; grato animo prosequendis.Quod quidem etiam naturaliter inesse in brutis animalibus videmus. Siquidem animaduertimus etiam canes,eos diligere,qui sibi panem modo subministrant. Intel ligimus autem hoc etiam ex iis, quæ criminatoriè dicta sunt ab Esaia propheta, hoc modo: Filios genui,& exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.Cognouit bos possessorem suum, & asinus

D præsepe domini sui: Israël autem me non cognouit,& populus meus me non intelligit.Quẽ admodum enim boui & asino ex beneficio eius, vnde aluntur, naturaliter sua sponte aduersus ipsum amor excitatur: sic nos quoque si recto iudicio, gratoq; animo dei in nos beneficia tot tantaq; susceperimus,fieri non poterit,quin ipsum eorum autorem diligamus, quòd secũdum naturam (vt ita dicam) & sine vlla doctrina per se huiusmodi affectio sanis animis ingeneretur.

Alterum.

INTERROGATIO CCXIII.

QVæ sunt indicia charitatis erga deum?

RESPONSIO.

E Ipse dominus docuit,cum dixit,Si diligitis me,mandata mea seruate. Ioan.14.b

INTERROGATIO CCXIIII.

SVauitas & bonitas qua re inter se differunt?

RESPONSIO.

Gala.5.d Quod est hic, χρηστότης, & χρηστὸς, Latinus interpres varie extulit. Modò enim suauitatẽ, modo bonitatem alias iocunditatẽ, vel iocundũ vertit: nos ita interpretemur quasi semper suauitatẽ extulerit & suauem. 2.Cor.5.d Rom.3.d Cum Dauid dixerit,aliâs quidem, Suauis dominus vniuersis: & suauis homo qui miseretur,& commodat.aliâsverò,Benefac domine bonis.& Hieremias,Bonus est dominus sperãtibus in eum.latius opinor suauitatem patere ad benemerendum de iis, quibus ea quacunque

F ratione opus est: contractiorem autem bonitatem, nempe quæ in dandis beneficiis iustitiæ etiam rationes adhibeat.

INTERROGATIO CCXV.

QVis est qui à domino beatus dicitur pacificus?

RESPONSIO.

Is qui domini opus adiuuat, quod est apud Apostolum, Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos.obsecramus pro Christo,reconciliamini deo.& item,Iustificati ex fide,pacem habeamus ad deum. Quæ enim aliter se habet pax, ea negata est à domino,cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

no,cum dixit,Pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat,ego do vobis. G

INTERROGATIO CCXVI.

QVænam ratio esse debet eius conuersionis,qua efficiamur sicut paruuli?

RESPONSIO.

Ipse nos euangelij locus docet, cum argumẽtum declaret,cuius rei gratia hoc dictum est: nempe videlicet,vt excellentiam non quæramus,sed naturæ æqualitatẽ agnoscamus, & cum iis,qui quibusdam in rebus inferiores nobis videntur,libenter nos exæquemus. Siquidem ta-
Collatio. les sunt etiam parui inter se: de iis loquor,qui eorum,quibuscum versantur,malitiæ nondum H
sunt assuefacti.

INTERROGATIO CCXVII.

QVomodo regnum dei accipiemus, vt paruulus?

RESPONSIO.

Puerilis imitanda simplicitas. Nempe si ad doctrinam domini tales nos præbuerimus, qualis est paruus, in percipiendis disciplinis,qui non contradicit, neque se disputans aduersus magistros defendit, sed tradita sibi præcepta cum fide atque obedientia suscipit. I

INTERROGATIO CCXVIII.

CViusmodi intelligentiam petere debemus à deo,quomodóve id assequi possumus,vt ea digni habeamur?

RESPONSIO.

Hiere.9.c Sanè quid intelligentia sit,ipse nos dominus docet per prophetam, cum ait, Non glorietur sapiens in sapientia sua,& non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis,sed in hoc glorietur,qui gloriatur,intelligere & nosse dominum. Et per Apo-
Ephe.5.d stolum his verbis,Sed intelligentes quæ sit voluntas domini. Hac autem digni haberi possu-
Psal.45.b mus,si fecerimus quod scriptum est,Vacate,&videte,quoniam ego sum deus.Et si persuasum K
Esa.6.a nobis sit,verum esse omne verbum dei.Nisi enim credideritis,inquit,non intelligetis.

INTERROGATIO CCXIX.

SI beneficium ab aliquo acceperimus,quomodo pro eo poterimus & domino puram & integram gratiarum actionem persoluere,& ei qui benemeritus sit de nobis, satisfacere, ita videlicet,vt neque minus,neque plus quàm æquitas postulet,faciamus?

RESPONSIO.

L

Nempe si persuasum sit nobis deum quidem ipsum bonorum omnium & autorem esse,& perfectorem: eum verò, per quem ea accipimus,tanquam ministrum beneficij dei esse nobis persuaserimus.

INTERROGATIO CCXX.

NVnquid cuiuis permittendum sit, vt arbitratu suo cum sororibus in congressum veniat, an verò personæ,temporis,ac modi in congressu habendo adhiberi delectus debeat?

RESPONSIO.

Hæc in quæstionibus fusius disputatis explicata sunt: videlicet ne virum quidem cum al- M
tero viro passim quemuis temere congredi debere, sed adhibita delectione, eum videlicet, qui & iuuare possit & iuuari: nedum cum muliere. Quòd siquis memoria tenet dictum esse à
Matth.12.c domino,quòd omne verbum ociosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de
1.Cor.10.g eo in die iudicij: hic in omni re huiusce modi iudicium reformidat, & Apostoli præcepto il-
Ibidẽ.14.f li obtemperat,Siue manducatis,siue bibitis,vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.alio item loco,Omnia ad ædificationem fiant. neq; ociosè quicquam, inutilitérve sustinet facere.De eo verò,quod quæritur,quis,& quando,& quomodo:illud tenendum est,vt tempo ris,loci,personæ delectus habeatur,vnde omnis omnino mali exclusa suspicio sit, & nemini causa

A causa sit,quare offendatur,atque vt ad ædificationem fidei congressio fiat. Quin neque ratio permittit colloquium haberi tantummodo inter duos,arbitris remotis. Meliores sunt enim duo,inquit,super vnum.Et simul etiam ad faciendam fidem plus valent.Væ autem soli: quia Eccl.4.
cum ceciderit, non habet,qui subleuet eum.

INTERROGATIO CCXXI.

CVm dominus doceat orandum esse,vt non intremus in tentationem, nunquid orandum nobis est,vt ne in dolores corporis incidamus? & siquis inciderit, quomodo in iis gerere
B se debet?

RESPONSIO.

Tentationum dominus discrimen nullum adhibuit, sed in vniuersum præcipiens dixit, Luc.22.c
Orate ne intretis in tentationem. Qui autem iam inductus sit,huic à domino etiam petendus ὑπόστεγμα.
exitus talis est,quem possit sustinere,vt illud compleatur in nobis, Qui autem sustinuerit vsq; 1.Cor.10.c
in finem,hic saluus erit. Matth.10.c

INTERROGATIO CCXXII.

QVis est aduersarius vniuscuiusque nostrum, quomodóve cum eo cõsentientes erimus? Matth.5.d
C
RESPONSIO.

Præcisè hoc in loco dominus aduersarium illum appellat, qui aliquid nobis conatur adimere eorum,quæ ad nostrum ius pertinent. Porrò illi consentientes sumus.si præceptum do
mini illud seruamus, Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte Matth.5.f
ei & pallium.& in omni huiusmodi re ad eundem modum.

INTERROGATIO CCXXIII.

CVm dominus dixerit,Tu autem cum ieiunas,vnge caput tuum,& faciem tuam laua,ne vi Matth.6.c
dearis hominibus ieiunans: qui ob aliquam causam deo gratam animum inducat ieiuna-
D re,sicut & sancti viri frequenter reperiuntur fecisse,quoniam is nequaquam etiam,sicut vellet,foris apparet,quid faciet?

RESPONSIO.

Hoc præceptum ad eos pertinet,qui dei mandatum ob eam causam exequi studeant,vt spectentur ab hominibus,quo videlicet à vitio humanæ gloriæ liberentur. Quandoquidẽ quòd
mandatum domini,si ad gloriam dei fiat, nequaquam sua sponte apud dei cultores abscondi debeat,ipse dominus declarauit, cum dixit, Non potest ciuitas abscondi supra montem posi- Matth.5.b
ta: neque accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio,& cætera.

E
INTERROGATIO CCXXIIII.

NVnquid hoc etiam tempore alij à prima hora facere opus incipiunt,alij ab vndecima: & Matth.20.a
si sunt,qui sunt hi?

RESPONSIO.

De hoc prorsus fortasse nemini dubium est, ex iis,quæ in sacris literis memorantur, esse
quidem multos, quemadmodum testatur Apostolus, Qui ab infantia sacras literas discant: 2.Tim.3.b
esse item complures,qui quemadmodum Cornelius, cum rectè naturæ instinctibus vtantur, Acto.10.a
magistrorum tamen penuria sero ad eam,quæ est scientiæ, perfectionem perueniunt. Quo-
F modo enim credent,inquit,si non audiuerint? Si igitur inciderit, vt aliqui Cornelio similes Rom.10.c
sint,qui nulla in re mala sint occupati,ac cupidi perfectionis,bona illa,quæcunque in ipsorum posita facultate ac cognitione sunt, verè sincereq; exerceant, his sine dubio deus ea largitur, quæ etiam Cornelio,nequaquam ipsis crimini dans, quod temporis antea segniter consumpserunt(quandoquidem id,vt dixi,præter illorum culpam factum fuit)satisq; habet cupiditatem illam,quam ex iis, quæ pro tempore postea studiosè agunt, & in extrema ætate diligentius efficiunt,declarant.

INTERROGATIO CCXXV.

CVm dominus dixerit,Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo,ibi sum in me- Mat.18.c
dio eo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dio eorum: quî hoc nos poterimus promereri? G

RESPONSIO.

Qui in alicuius nomine congregati sunt, prorsus ij animi illius propositum scire debent, à quo congregati sunt, atque ad ipsum sese accommodare, quo videlicet gratiam ab illo inueniant, ac non maliciæ, aut negligẽtiæ iudicium incurrant. Vt enim qui vocati ab aliquo sunt, si is metere vult, ad metendum se parant: itemq;, si ædificare, ad ædificandum: sic quoque qui vocati sumus à domino, illorum Apostoli verborum debemus meminisse, Obsecro ego vos vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & H
mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Apertius autem totum hoc nobis dominus ostendit per eam, quam vni facit promissionem, his verbis, Siquis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quemadmodum igitur ex mandatorum obseruatione mansio apud eum fit, eodem modo etiam in medio duorum vel trium est, si se illi ad voluntatem ipsius conformauerint. Qui verò contrà non ex dignitate vocationis, neque vt voluntati domini pareant, congregati sunt, ij licet in vnum in nomine domini cõuenisse videantur, illud tamen nihilominus audiunt, Quid me vocatis, domine domine, & I
non facitis quæ dico?

Quæstioné soluit τῇ ὁμοιότητι. Ephe.4.a

Ioán.14.c ἀνομοίωσις.

Luc.6.g

INTERROGATIO. CCXXVI.

CVm Apostolus dicat, Maledicimur & benedicimus, blasphemamur & obsecramus: quomodo potest benedicere, cui maledicitur, aut quid consolari, qui blasphematur?

1.Cor.4.c pro παρακαλῶμεν cum ecclesia legit Ambr. obsecramꝰ, sed & interpretatur.

RESPONSIO.

In vniuersum existimo Apostolum hîc docere nos exemplo suo, vt patientia vtamur aduersus omnes, & vt qui iniquè nos infectantur, eos benignè factis remuneremur: vt videlicet hoc non aduersus maledicos tantum seruemus, sed aduersus quencunque, qui maleuolẽtiam suam aduersum nos exerceat, & dicto illi pareamus, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Porrò verbum hoc, consolari, solita est scriptura vsurpare diuersa significatione à communi loquendi more. Siquidem consolari pro eo ponit, quod est explere animum alicuius in veritatis perceptione: veluti cum dicit, Consolamini populum meũ, dicit deus, Et item Apostolus etiam ait, Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, id est simul consolari in vobis, per eam, quæ inuicem est, fidem vestrã, atque meam. Et alio in loco, Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos in aduentu Titi. K

Rom.12.d τὸ παρακαλεῖν vox est homonyma

Rom.1.b

2.Cor.7.b

INTERROGATIO CCXXVII. L

NVnquid debeat vnusquisque cum aliis etiam referre quod sentit, an verò quòd certissimè id deo gratum esse sibi persuaserit, neutiquam in eo consilium alterius exquirere?

RESPONSIO.

Memores illius sententiæ domini, qui per prophetam dixit, Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes: itemq; verborũ illorum Apostoli, Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos, id est simul cõsolari in vobis per eam, quæ inuicem est, fidem vestram, atque meam, necessarium esse arbitramur, vt cum iis communicemus, qui eiusdem nobiscum animi sint, fideiq;, atque intelligentiæ suæ certum documentum dederint, vt deliberatio nostra si mala sit, corrigatur, si bona confirmetur, & nos iudicium quod suprà dictum est, fugiamus, in eos videlicet, qui apud semetipsos sapientes sunt. M

Esa.5.c

Rom.1.b

INTERROGATIO CCXXVIII.

NVnquid in omni re eorum, qui scandalizantur, explenda voluntas sit? an verò sunt quædam, in quibus simulatione vtendum, esto sint aliqui, qui ob ea scandalizentur?

RESPONSIO.

In his quod discrimen sit, interrogati suo loco apertè declarauimus, & quantum in nobis fuit

A fuit accuratissimè totum, quicquid de hac re dici debuit, enucleauimus.

INTERROGATIO CCXXIX.

NVnquid flagitioſè facta abiecta omni verecundia enunciari apud omnes debeant, an apud aliquos tantummodo? & si hoc, apud quos, & cuiusmodi?

RESPONSIO.

Omnino in peccatorum confessione eadem ratio est, quæ etiam in apertione vitiorũ corporis. Vt igitur vitia corporis nequaquam quibusuis temere homines aperiunt, sed iis tantũmodo, qui rationem, qua ea curanda sint, teneant: eodem modo etiam peccatorum confessio fieri debet, apud eos videlicet, qui ea possint curare: consentaneum in modum illi, quod scriptum est, Vos qui firmiores estis, imbecillitates infirmiorum portate. hoc est, tollite diligentia, & cura vestra. Simile. B Rom.15.a

INTERROGATIO CCXXX.

QVid est obsequium, & quid rationale obsequium?

Rom.12.a Græce est λατρεία. Latinus interpres modò obsequium, modò seruitutẽ vertit, modò culturam. 1.Cor.12.a Rom.12.a

RESPONSIO.

Est quidem obsequium (vt ego existimo) nihil aliud, quàm contenta, ac perennis, & assidua vsque sine vlla distractione illius, cui obsequium defertur, cultura. Differentiam autem rationalis, & irrationalis obsequij Apostolus ipse nobis explanat, qui quidem quodã in loco ita scribit. Cum gentes essetis, ad simulachra muta, prout ducebamini, euntes. Itêmque, Exhibete corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationale obsequium vestrũ. Qui enim temere quoquo modo ducitur, huius obsequium rationi alienum est: nempe qui nequaquam rationem ducem sequutus, suo quodam animi impetu, ac libidine moueatur, atque ab eo, vnde ducitur, ipsius arbitratu, ad quancunque rem, etiam præter voluntatem suam quomodocunque rapiatur. Qui verò adhibitis sibi in consilium sana ratione & recto consilio, ea assiduè vbique spectet, & faciat, quæ ex dei volũtate sunt, hic præcepto paret de rationali obsequio: conuenienter verbis illius, qui dixit, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et item, Et consilium meum iustificationes tuæ. C D Psal.118.a Ibidem.e

INTERROGATIO CCXXXI.

SIquis frater, vel interdum sacerdos etiam, iniquè se aduersum me gerat, mihique infensus sit, nunquid possum aduersum ipsum etiam præcepta illa seruare, quæ de inimicis tradita sunt?

RESPONSIO.

Sanè dominus in iis præceptis, quæ seruãda aduersus inimicos dedit, nullum omnino neque inimici neque inimicitiarum discrimen expressit. Quin potius idem peccatum hoc esse grauius asseruit, quo altiore in gradu essent ij, à quibus illud committeretur, cum aduersus eos sic dixerit, Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non consideras? Maximè igitur in his, qui tales sunt, & qui in illustriore loco sunt positi, diligentia opus est, atque animaduersione, vt & quam debemus aduersum ipsos curam, siue leniter admonendo, siue acrius castigando, adhibita tamẽ, quã par est, moderatione, lenitateq;, præstemus, & reliqua omnia cum ex mandato domini erga ipsos seruauerimus, nos ipsos hac etiam in parte vacuos à culpa conseruemus. E Matth.7.a F

INTERROGATIO CCXXXII.

SIquis iniuria affectus ab aliquo, tenendæ animi sui lenitatis causa, patientiæq;, ea de re cum nemine loquatur, atque hoc modo existimet se reddere iudicium deo, nunquid hic faciat secundum deum?

RESPONSIO.

Cum dominus dixerit, modò, Dimittite, siquid habetis aduersus aliquẽ. modò verò, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autẽ te non audierit, adhibe tecum etiam vnum, vel duos, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam etiam

Mat.18.d Luc.17.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Formula dimittendæ iniuriæ proximis. Acto.7.g Matth.5.c Ephe.5.b

etiam non audierit,sit tibi sicut ethnicus & publicanus. hic lenitatis quidem animi sui fructũ G in eo ostendere debet,vt preces deo ex sincero animi affectu pro eo,à quo læsus sit,adhibeat, verbaq; illa vsurpet,Domine ne statuas illi hoc peccatum: ne vt iratus fratri suo, reus efficiatur iudicio.admonitione verò leni & castigatiõe aduersus ipsum iniuriæ autorem vti,quo videlicet illud quoque ab ira liberet,quæ venit in filios contumaciæ. Si verò in hoc negligẽs fuerit,& tenendæ videlicet patientiæ suæ causa id dissimulanter tulerit, dupliciter peccatum incurrit: & quòd præcepto illi non paret,Castigatione castigabis fratrem tuum, & nõ sumes propter eum peccatum: & taciturnitate illa peccantis particeps efficitur: & quòd quem castigationibus lucrari potuerat,sicut dominus præcepit,in malo eum patitur perire. H

INTERROGATIO CCXXXIII.

NVnquid ex omnibus rectè factis,si vnum aliquod alicui tantùm abfuerit,is propterea salutem non adipiscatur?

RESPONSIO.

Cum multa sint tam in veteri,quàm in nouo testamento, ex quibus planissimè quæstionis huius veritatem possimus intelligere, satis esse arbitror homini fideli vel illud vnum de Petro iudicium, qui cum ei talium ac tantorum rectè factorum testimonium à domino fuisset I datum,atque eo modò appellatus,ac beatus laudatus,vbi vna tantùm in re ab obedientia visus est discedere,atque hoc ipsum non ex negligentia,superbiáve,sed ex reuerentia, honorêque aduersus dominum suum,propter hoc ipsum tantum ei dicitur,Nisi lauero te,non habes partem mecum. Ioan.13.a

INTERROGATIO CCXXXIIII.

QVomodo quis mortem domini annunciat?

RESPONSIO.

Mar.8.d Matth.16.d Gala.6.d Gala.3.d Rom.6.a Colo.3.a Ioan.14.d

Dominus ipse docuit,cum dixit,Siquis venit ad me,abneget semetipsum,& tollat crucem K suam.Itemq; Apostolus explanauit,cũ illud apertè professus est, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Quod quidem iam antè in ipso baptismo spopondimus: Quicunque enim, inquit,in Christum baptizati sumus,in mortem eius baptizati sumus.Quib⁹ verbis,interpretans,quid sit baptizatũ esse in mortem domini,adiungit, quòd vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato,sed vt ab omni de hac vita affectione vacui,tales simus,in quos merito Apostoli testimonium illud conueniat, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo, ita vt alacres dicere fidenter possimus,Venit princeps mundi huius,& in me non habet quicquam.

INTERROGATIO CCXXXV. L

NVnquid expediat multa ex scripturis ediscere?

RESPONSIO.

Rom.12.b Ibidem.a Matth.25.b

Sanè cum magis generales ordines duo sint: videlicet & eorum, quibus credita aliorum gubernatio est: & eorum,qui obtemperare,atque obedire aliis iussi sunt, in differentibus donationibus: equidem sic existimo,cui aliorum rectio procuratioq; commissa sit, eum quæ apud omnes scripta sint,scientia comprehensa habere, ac ediscere debere, vt cunctos doceat multiplicem dei voluntatem,singulis præmonstrando officio suo.De cæterisverò vnusquisque memor verborum illorum Apostoli,Non plus sapere,quàm oportet sapere,sed sapere ad M sobrietatem.vnicuique sicut deus diuisit mensuram:quæ officij sui sint,studiosè discat,& persequatur,neque curiosè vlterius quicquam inquirat,vt vocem domini illam mereatur audire,Ades serue bone,super pauca fuisti fidelis,supra multa te constituam.

INTERROGATIO CCXXXVI.

QVicunque digni habiti sunt,qui quatuor Euangelia edidicerint, quomodo hi accepisse hoc beneficium debent?

RESPONSIO.

Luc.12.f

Cum affirmatè dominus dixerit,Cui commendauerunt multum, plus repetent ab eo:vehementius

A hementius ij debent & metuere,& soliciti esse,quemadmodum Apostolus docuit, cum dixit, Adiuuantes autem etiam exhortamur,ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Hoc autem fit,si domino pareamus dicenti,Si hæc scitis,beati eritis,si feceritis ea. 2.Cor.6.a Ioan.13.b

INTERROGATIO CCXXXVII.

QVis est animus ille,qui dirigitur ad voluntatem dei?

RESPONSIO.

B Is qui se domini patrocinio commisit,qui dixit,Siquis venit ad me, abneget semetipsum. & continuò pòst subiecit,Et sequatur me.Nisi enim quis illud prius assecutus sit, vt semetipsum abnegauerit,ac crucem sustulerit,is in processu postea multa per se inuenit,quæ ipsi impedimento sint ad sequendum. Matth.16.d

INTERROGATIO CCXXXVIII.

NVnquid fieri possit, vt continenter quis psallat, legátve, aut de verbis dei seriò loquatur, neque vlla ab his omnino intermissio fiat,propter necessitatem,quæ quibusdam eueniat parendi sordidioribus corporis necessitatibus?

C

RESPONSIO.

De hac re extat præscriptum Apostoli,apud quem est,Omnia honestè & secundum ordinem fiant.Quamobrem maiore cura,habita ratione & temporis & loci, honestas seruari, & disciplinæ ordo debet. 1.Cor.14.g

INTERROGATIO CCXXXIX.

QVis est thesaurus bonus,& quis item malus? Mat.12.c

RESPONSIO.

Thesaurus duplex,vt & prudentia.

D Sanè quidem prudentia omnis,quæ est in Christo, virtutis, ad gloriam dei, thesaurus bonus est. Contráque prudentia maliciæ eorum, quæ interdicta sunt à domino, thesaurus est malus, ex quibus, vt dominus ait, in suis vtriusque factis, dictisve vel mala proferuntur, vel bona.

INTERROGATIO CCXL.

QVamobrem lata porta est, & spatiosa via appellata,quæ ducit ad perditionem? Matth.7.b

RESPONSIO.

Simile non inelegans.

E Sanè dominus(quæ est eius in hominum genus ingens benignitas) vocabulis rerum, quæ vulgo notæ sunt,vsus est ad exprimendam veritatem dogmatum suorum.Vt igitur declinatio,quæ à recta via fit,latitudinem magnam habet: sic,inquit, qui egreditur è via, quæ ducit ad regnum cœlorum, in magna latitudine erroris versari reperitur. Hæc autem duo vocabula πλατεῖα & ἐυρύχωρον, id est, lata, & spatiosa, idem prorsus esse existimo. ἐυρὺ enim(hoc est, latum)etiam apud eos,qui in externis literis sunt eruditi, πλατὺς,(id est,amplum)dicitur. Spatium igitur,id est,locus erroris,amplus est,cuius extremum perditio. πλατεῖα ἡ ἐυρύχωρος.

INTERROGATIO CCXLI.

QVomodo angusta est porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam? & quomodo per eam quis ingreditur? στενὴ ἡ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός.

RESPONSIO.

F Rursum hoc etiã in loco Angustũ & Arctum nequaquã res inter se diuersas significãt.Sed arctum illud,angustiarum magnitudinem exprimit,via videlicet eousq; in angustum coacta, vt arctetur,hoc est,in angustum redigatur altrinsecus,qui per eam iter facit, cum egressio ab alterutra parte periculosa sit,siue ad dexteram,siue ad sinistram: Velut in ponte, à quo qui in alterutram partẽ declinet,eum illico à subterfluente amne excipi necesse sit.Propterea Dauid dicit: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi.Cõuenit igitur,vt qui per angustam & arctã viam in vitam ingredi vult,caueat diligenter,ne omnino egrediatur,declinétve à mandatis domini,sed præceptum illud teneat,Non declinabis neque ad dexteram,neque ad sinistram. Confirmat τὴν ὁμοιότητα. Psal.139.b Deut.17.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERROGATIO CCXLII.

Rom.12.b Q Vid est illud, charitate fraterna εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι; quod Latinus interpres vertit, Inuicem diligentes?

RESPONSIO.

στοργὴ affectus epitasin indicat. Sanè vocabulum hoc storge apud Græcos ad exprimendam intentiorem quandam charitatis vim vsurpatur, cum is, qui alterum diligit, cupidè eum atque ardenter diligit. Ne igitur perfunctoria in fratres charitas sit, sed & in animo insita penitus feruens, propterea dictum est τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. hoc est, charitate fraterna inter vos alij alios ex animo diligentes.

INTERROGATIO. CCXLIII.

Ephe.4.f Ibidem.g Q Vid sibi vult Apostolus, cum dicit, Irascimini, & nolite peccare: Sol non occidat super iracundiam vestrã: cum idem ipse alio in loco dixerit, Omnis amaritudo, & ira, & indignatio tollatur à vobis?

RESPONSIO.

Matth.5.e Psal.4.d In hoc existimo ego Apostolum dominum fuisse imitatum. Quemadmodum enim in euãgelio dominus, cum antè dixisset, Dictum est antiquis hoc, & hoc: postea adiũgit, Ego autem dico vobis hoc: Sic Apostolus etiam hoc in loco, mentione facta veteris præcepti, quod veteribus illis olim datum fuerat, Irascimini (videlicet) & nolite peccare: suum paulò pòst nobis cõueniens, subiicit, videlicet, Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollat à vobis.

INTERROGATIO CCXLIIII.

Rom.12.d Q Vid est, Date locum iræ?

RESPONSIO.

Matth.5.f Ibid.10.c Vel illud videlicet, non resistere malo (sicut scriptum est) sed & percutienti in dexteram maxillam, vertere etiam aliam, & cætera. Vel illud, Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.

INTERROGATIO CCXLV.

Matth.10.b Q Vid est, Prudentes sicut serpens, & simplices sicut columba?

RESPONSIO.

Prudens, vt serpens. Simplex, vt columba. 1.Thes.3.c Prudens quidem vt serpens is est, qui in doctrina tradenda ita se moderatur, vt adhibita circunspectione, considerationeq; qua ratione id & fieri, & facilè fieri possit, omnia faciat, vt audientium animos ad auscultãdum habeat paratos. Simplex autem vt columba, qui ne simpliciter quidem de vlciscendo eo, qui sibi aduersarius sit, cogitat, potiusq; in instituto suo bene de illo merendi perseuerat, ex præcepto Apostoli sic dicentis, Vos autem nolite deficere benefacientes. Ad prædicationem enim discipulos mittens dominus, hæc ipsis mandat, vbi & sapientia erat opus ad persuadendum, & patientia aduersus insidiatores: Vt videlicet quẽadmodum in paradiso serpens & blandiore aspectu callidè ad primos parentes accessit, & verborum probabilitate eos auertit à deo, ac peccato subiunxit, item nos quoque & personæ, & loci, & idonei ad agendum tẽporis rationem habeamus, & omnib⁹ modis sermones in iudicio disponamus, vt à peccato homines auertamus, & ad deum reducamus, & in tentationibus patientiam vsque in finem teneamus, sicut scriptum est.

Psal.111.a Matth.24.b

INTERROGATIO CCXLVI.

Q Vid est, charitas ἄυκ ἀσχημονεῖ; quod Latinus interpres reddidit, non est ambitiosa?

RESPONSIO.

Tantũdem est, ac si dixisset, ab habitu vel forma sua nõ discedit. Charitatis autem formæ charitatis proprietates sunt, quæ eodem illo in loco enumeratæ sunt ab Apostolo.

INTERROGATIO CCXLVII.

2.Reg.2.a CVm in scriptura legatur, Nolite gloriari, neque loqui sublimia: & Apostolus de seipso loquens, aliâs quidem palàm profiteatur, ac dicat, Quod loquor, non secundum dominum loquor,

A loquor, sed quasi in insipientia in hac substantia gloriæ. & item, Factus sum insipiens gloriando. aliâs verò hominem gloriari permittat, cum dicit, Qui gloriatur, in domino glorietur. quæ est gloriatio in domino? & quæ est illa, quæ vetita est, gloriatio? 2.Cor.11.d 2.Cor.12.d Ibidẽ.10.d

RESPONSIO.

Sanè necessario suscepta ab Apostolo aduersum animi vitia, eo in loco pugna manifesta est. Non enim sui cõmendandi causa hęc dicit, sed vt audaciam, & petulantiam gloriosorum quorundam reprimat. Gloriatio autem in domino est, quandocunque quis rectè facta sua nõ B sibi ascribit, sed domino, ac dicit, Omnia possum in eo, qui me confortat Christus. Quæ autem vetita est, ea dupliciter intelligi potest, vel videlicet vt cum dicto illo conueniat, Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. vel cum illo, Faciunt vt videantur ab hominibus, nempe qui ex eo, quòd ob ea quæ faciunt, laudari se volunt, in his quomodammodo glorientur. Porrò qui tales sunt, ij rite sacrilegi etiam possunt appellari, qui dona dei sibiipsis vendicent vt sua, & debitam deo gloriam ad seipsos rapiant. πρὸς πᾶθος ψεῦσις. Philip.4.e Psal.9.d Mat.6.a

INTERROGATIO CCXLVIII.

C SI dominus dat sapientiam, & à facie ipsius scientia est, & intelligentia: & si per spiritum, alij quidem datur sermo sapientiæ, alij verò sermo scientiæ: quomodo discipulos dominus reprehendit, cum dicit, Adhuc & vos sine intelligentia estis? & Apostolus quosdam accusat, velut intelligentia carentes? Prouer.2.a 1.Cor.12.a Matth.15.b Rom.1.d

RESPONSIO.

Siquis nouit bonitatem dei, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & spiritus sancti diligentiam animaduertit in diuisione, & operatione donorum dei: hic planè intelligit tarditatem intelligentiæ non ex eo nasci, quòd tardus sit, qui D beneficium dat: sed ex eo quòd increduli sunt, in quos confertur. Et rectè reprehenditur qui intelligentiæ expers est. Vt qui exorto sole de industria oculos operiat, vt in tenebris degat, neque sursum aspiciat, vt illuminetur. 1.Tim.2.b χνώμην confirmat τῇ ὁμοιώσει.

INTERROGATIO CCXLIX.

Q Vid est pium, & quid est iustum?

RESPONSIO.

Equidem id pium esse existimo, quod ab iis, qui inferiores sunt, ratione præstantiæ ex decoro ei debetur, qui præstantior est. Iustum autem, quod vnicuique pro meritis eorum quæ E gessit, tribuitur. Et in altero quidem pulcherrimè facta tantummodo gratè considerantur, & compensantur: In altero verò, etiam maleficia spectantur, & puniuntur.

INTERROGATIO CCL.

Q Vomodo dat aliquis sanctum canib⁹? aut quomodo margaritas proiicit ante porcos? quomodóve illud consequitur, quod continuò subiicitur, Ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos? Matth.7.a

RESPONSIO.

Apertè hoc nobis explicat Apostolus, qui ad ea, quæ dixerat aduersus Iudæos, illa etiam adiunxit, Qui in lege gloriaris, per violationem legis deo contumeliam facis. Contumeliam F igitur, qua sacrosanctam domini doctrinam afficimus, illa violanda, dominus hoc in loco prohibuit. Ex qua violatione illud consequitur, vt & qui sunt extra fidem, simul & contemnenda arbitrentur dogmata domini, & ex illis ipsis ansam arripiant præfidentius nos inuadendi, & conuitiis, accusationibusq; violatorem veluti proscindendi. Rom.2.d

INTERROGATIO CCLI.

Q Vomodo dominus nunc portari sacculum & peram in itinere vetat, nunc idem dicit, Sed nunc qui habet, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium? Luc.10.a Lucæ.22.d

RESPONSIO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.53.d Luc.22.d Matth.26.e

Hoc dominus ipse dilucidè explicat,cum dicit,Oportet enim hoc etiam impleri in me,Et cum iniquis deputatus est.Confestim enim post euētum vaticinij de gladio,dicit Petro, Cōuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. vt illud nequaquam præceptum sit, Sed nunc qui habet sacculum, tollat, vel tollet(ita enim pleraque habent exemplaria) sed vaticinium domini,prædicentis Apostolos oblitos donorū, & legis domini,gladio etiam rem gerere ausuros. Quòd autē in sacris literis imperatiuus loquēdi modus frequenter pro vaticinandi modo vsurpatus sit, manifestum est multis ex locis:veluti ex eo,Fiant filij eius orphani.&,diabolus stet à dextris eius.& quæcūq; sunt similia.

G

INTERROGATIO CCLII.

H

QVis est panis * ὁ ἐπιούσιος, qui vt detur nobis,quotidie precari instituti sumus?

RESPONSIO.

Quotiescunque is qui laborat, memoria tenens dominum dicere , Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis,aut quid bibatis: itemq; Apostolum præcipere laborandum esse, vt habeamus,vnde tribuamus necessitatem patienti: non propter propriam vtilitatem,sed propter mandatum dei laborat(Dignus est enim operarius cibo suo)tunc ille panē τὸν ἐπιούσιον, hoc est, ad quotidianam vitam, substantiæ nostræ vtilem , non sui iuris facit , sed à deo supplicitur petit. Et aperta ipsi necessitate indigentiæ suæ, tum demum manducat quod sibi datur ab eo,cui de communi cæterorum iudicio delatum illud munus est, vt quotidie illud faciat,Diuidebatur singulis,prout cuique opus erat.

1.Tim.4.b Tit.1.b Matth.10.b Luc.10.b

I

Acto.4.g

INTERROGATIO CCLIII.

Matth.25.b

QVidnam per talentum intelligere nos conueniat? quomodóve illud multiplicabimus?

RESPONSIO.

Equidem existimo parabolam hanc prolatā fuisse ad significanda quælibet dona dei,vt vnusquisq; quod donū habere à deo idoneus iudicatus sit, hoc multiplicet , eo ad beneficium, atque vtilitatem plurium conferendo. Siquidem est nemo,qui expers sit benignitatis dei.

1.Thes.2.a

K

INTERROGATIO CCLIIII.

Luc.19.d

QVæ est mensa illa , de qua dominus loquens ait , Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam?

RESPONSIO.

Parabolicæ similitudines quaten⁹ accipiēdæ. Solutio per simile.

Sanè quæ afferuntur similitudines,nequaquam eæ omnino singulis earum rerum ad quas allatæ sunt,partibus respondent.Sed illud agunt,vt mentem ad id, de quo agitur , argumentum dirigant.Quemadmodum igitur fieri solitum est, vt pecunia numulariis ad quæstū detur: Sunt enim(vt Alexandriæ ego animaduerti)qui illam recipiant, & hoc quod dico, præstent : Sic necessariò quicunque aliquod à deo cuiusuis generis donum acceperit, id cum eo communicare debet,cui illo sit opus.Vel illud facere,quod ab Apostolo dictum est de doctrina,Hæc commenda fidelibus hominibus,qui idonei erunt & alios docere . Naturaliter enim hoc non tantum in doctrina fieri consueuit, sed in quacūque etiam alia re.quoniam sunt qui ad ministrandum vires acceperunt,alij qui peritiam ad gubernandum.

L

2.Tim.2.a

INTERROGATIO CCLV.

Matth.20.b

QVò abire iussus est,cui dictum est,Tolle quod tuum est,& vade?

M

RESPONSIO.

Eo fortasse,quò abire iussi sunt ij,qui à sinistris constituti sunt : quibus crimini datum est, quòd à bonis operibus cessassent . Porrò quisquis inuidet fratri , is eo deterior est , qui cessat: cum morem habeat scriptura multis in locis vicina inter se duo hęc vocabula ponere φθόνον & φόνον,id est inuidiam & cædem.

Rom.1.d Gala.5.d φθόνου καὶ φόνου.

INTERROGATIO CCLVI.

Mar.20.a

QVæ est merces illa,quam hi similiter accipiunt,atque nouissimi?

Respon-

A

RESPONSIO.

Fortasse hoc,quòd alicui crimini data non sint mala quæ patrauit , commune est omnium mandato obedientium.Nam illud coronam adeptum esse, eorum proprium est, qui bonum certamen legitimè certarunt,cursum consummarunt,& fidem seruarunt , in charitate Christi Iesu domini nostri.Potest autem pacta illa merces esse illud centuplum , quod in hac vita dominus eos assecuturos spopondit,qui exequendi causa mādati ipsius , quibuis eorum, quæ in hac vita habentur,omisissent: ita vt de hoc intelligatur,quod dictum est,Tolle quod tuum est.Quoniam autem inuidiæ morbo contacti erant , qui priores in opere laborare visi

2.Tim.4.b

Matth.10.b Tolle,quod tuū est,nonē interpretatur.

B erant,& propterea ægrè ferebant in mercedis acceptione posteriores illos sibi fuisse exæquatos,illis dicitur,non esse amplius eos æternæ vitæ hæreditatem adepturos , sed centuplo illo accepto in hac vita,in futura propter inuidiam damnatum iri,auditurosq; illud, Vade,&c.

INTERROGATIO CCLVII.

QVi sunt illi,de quibus dicitur,Paleas autem comburet igne inextinguibili?

Matth.3.e Luc.3.d

RESPONSIO.

Ij nimirum,qui eo modo vtiles sunt iis, qui digni sunt regno cœlorum , quemadmodum

C paleæ tritico: neque id ex vllo charitatis instinctu aduersus deum, proximúmve faciunt, siue in donis spiritus,siue in corporis officiis:atq; ita imperfectos seipsos deserunt.

INTERROGATIO CCLVIII.

QVis est ille,qui dānatur ab Apostolo,quando dicit,In humilitate,& superstitione, &c.

Colo.2.d

RESPONSIO.

Quod sequitur,id apertè opinor argumentum explanare,de quo agitur in eo loco. Siquidem mox id immanitatem in eo , quòd non parcatur corpori, appellat : quo in genere sunt Manichæi,& siqui sunt eorum similes.

D

INTERROGATIO CCLIX.

QVis est feruens spiritu?

Rom.12.b

RESPONSIO.

Qui cum ardenti studio,& inexplebili cupiditate,& assidua diligentia voluntatem dei facit in charitate Christi Iesu domini nostri:conuenienter illi quod scriptum est , In mandatis eius volet nimis.

Psal.111.a

INTERROGATIO CCLX.

E

CVm Apostolus dicat,nunc quidem,Nolite fieri imprudentes : aliàs verò, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nunquid fieri potest,vt non sit prudens apud seipsum , qui imprudens non sit?

Ephe.5.d Rom.12.e

RESPONSIO.

Vnumquodque præceptum propriam adiunctam regulam habet.Illi enim quod est, Nolite fieri imprudentes: statim adiungitur,Sed intelligentes,quæ sit voluntas dei.Ei verò, quod est,Ne sis prudens apud temetipsum: illud, Time dominum . Ex quo intelligitur imprudentem illum esse, qui voluntatem domini non intelligit : Prudentem verò apud semetipsum,

δόγμα.

Prouer.3.a

F qui suiipsius consiliis nititur,neque secundum fidem ambulat in verbis dei. Siquis igitur neque imprudens vult esse,neque prudens apud semetipsum,hic intelligere voluntatem domini debet cum fide in ipsum,& in timore dei Apostolum imitari,qui de seipso loquens ait,Cōsilia destruentes,& omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei,& in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.

2.Cor.10.a

INTERROGATIO CCLXI.

CVm dominus spoponderit, ac dixerit, Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes,accipietis.& item,Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunq;

Matth.21.e Mat.18.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

petierint, fiet illis. quid est, quòd rogata quædam etiam sancti non obtinuerunt? sicut etiam G
2.Cor.12.c Apostolus: sic enim est apud ipsum, Pro hoc ter dominum rogaui, vt discederet à me. qui tamen, quod rogauerat, non impetrauit: similiterq; Hieremias propheta, & Moyses.

RESPONSIO.

Matth.16.d Luc.22.e Cum dominus noster Iesus Christus in oratione sua dixerit, Pater si possibile est, transeat à me calix iste: & statim deinceps adiunxerit, Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat: primò quidem scire illud conuenit, non esse permissum nobis, vt quæ volumus omnia petamus.
Rom.8.e quin ne intelligimus quidem, quid expediat nobis petere. Quid enim oremus, sicut oportet, H
nescimus. Quocirca in adhibendis rogationibus, magna vndique circunspectione vti debemus, vt ea sint ex voluntate dei. Si autem non audiamur, intelligendum est, opus esse aut perLuc.18.a seuerantia, aut contentione maiore, quemadmodum admonemur ex ea parabola domini, per
Lucæ.11.b quam docemur semper oportere orare, & non defatigari: & quemadmodum alio in loco dictum est ab ipso eodem domino, cum ait, Propter improbitatem eius tamen surget, & da-
Esa.1.d bit, quotquot habet necessarios. Aut emendatione & diligentia, ex eo, quod dictum est à deo per prophetam ad quosdam his verbis, Cum extenderitis manus vestras ad me, auertam faciem meam à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. lauamini, mundi estote, & cætera. Quod autem etiam hunc manus I
multorum efficiantur, & sint plenæ sanguine, de hoc verò nihil est, quod ambigant, qui fidem habent iudicio illi dei, quod aduersus eum pronunciauit, qui annunciare in popu-
Ezech.3.e lum iussus, obticuerit, his verbis, Sanguis peccatoris requiretur de manu speculatoris. Quod
Acto.20.f cum verissimum ac certissimum esse sibi Apostolus persuasisset. dicebat, Mundus sum ego à sanguine omnium. non enim subterfugi, quin annunciarem vobis omne consilium dei. Quòd si qui tantummodo obticuerit, is reus futurus est sanguinis eorum, qui peccauerint, quid dicendum sit de iis, qui factis, dictisve alios scandalizant? Fit autem interdum, vt rogantis indignitas causa sit, quamobrem non impetretur, quod rogatum sit: quemadmodum in Dauid, qui cum supplex rogasset à deo, vt liceret sibi ædificare domum deo, prohi- K
bitus est: & licet à dei gratia exclusus non esset, nihilominus tamen hoc, quod petebat, idoneus qui impetraret, iudicatus non est. Nam Hieremiam apparet non auditum fuisse, propter maliciam illorum, pro quibus orabat. Quin & incidit plerunque, vt omissa ex negligen
tia idonea occasione, in qua rogationem fieri oportuisset, animaduertamus postea alieno
2.Cor.12.c περὶς άτεως ratio multiplex. tempore nos & incassum rogare. De eo autem, quod est apud Apostolum, Pro hoc ter dominum rogaui, vt discederet à me: scire cõuenit earum calamitatum, quæ vel in rebus externis, vel in corpore ipso nobis eueniunt, variam atque multiplicem esse rationem: quippe deum es se, cuius vel numine, vel permissu illæ nobis contingant, idq; ad maiorem vtilitatem nostrã, quàm ea fuisset, si ab his liberi fuissemus. Siquis ergo intelligere potuerit calamitatem suam L
esse eiusmodi, à qua si liberari velit, precatione opus sit, ac postulatione: nimirum is auditur,
Matth.9.c Lucæ.17.c si eo modo postulet, quemadmodum duo illi cæci in Euangelio, & decem leprosi, & alij item
complures. Si verò rationem quis non intellexerit, quamobrem in tẽtationem inciderit (nam
Matth.24.b est plerunque, cum oblatas sibi tentatiõnes patientia peruincere debet) & cum eæ perferendæ toleranter essent vsque in finem, deprecetur, is non auditur. Et causa est, quoniam non accõ
ἡ περικοπὴ σαφηνίζει. modat se ad propositum benignitatis dei. Illud autem, Si duo ex vobis consenserint: quid sibi velit, apertè series ipsa loci declarat. Ibi enim de eo agitur, qui verbis corrigit eum, qui pecca
uit, & qui corripitur. Quòd videlicet cum deus nolit mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat: si qui correptus sit, animo indoluerit, & in idem propositum venerit cum eo, vnde corripiatur, de omni re, hoc est, de omni peccato, si relaxationem petierint, dabitur eis à M
clementissimo deo. Etenim nisi cum corripiente consenserit is, qui corripitur, non iam relaxatio fit, sed religatio: conuenienter verbis illis, quæ deinceps sequuntur, Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Completur enim iudicium illud, Si autem eccle-
Matth.18.c siam etiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.

INTERROGATIO CCLXII.

Quę est hic, πτωχεία, id est, mẽdicitas, Latinus interpres va CVm in numero rerum laudabilium scriptura mendicitatem ponat, & paupertatem, velut cum dicit, Beati mẽdici. &, Desiderium pauperum exaudiuisti domine. & item, Mendicus & pauper laudabunt nomen tuũ. quæ est differentia mendicitatis, & paupertatis? quomodóve verum

A verum est quod dicit Dauid, Ego autem mendicus sum & pauper? rię reddidit; modo enim paupertatẽ, modò ĩopiã modò etiã mẽdacitatẽ vertit.

RESPONSIO.

2.Cor.8.b Memoria tenens ea, quæ de domino Apostolus dixit, Quòd propter nos mendicus factus sit, cum esset dives: eum existimo appellari mendicum, qui ex diuitiis ad inopiam deuolutus sit: pauperem verò, qui ab initio in egestate semper fuerit, & in huiusmodi statu ita se moderatus sit, vt apud deum in gratia esse meruerit. Porrò Dauid mendicum se & pauperem asserit, fortasse hoc dicens ex persona domini, qui quidem ipse mẽdicus appellaretur ex eo, quod de eo scriptum est, Qui propter nos mendicus factus est, cum esset dives. Pauper verò, quate-
B nus (quod ad carnem attinet) non diuitis alicuius, sed fabri filius dictus est, Fortasse etiam, quoniam vt Iob, res suas non esset solitus in thesauris custodire, neque diuitiis animum adhibere tanquam propriis, sed omnia dispensare ex voluntate domini.

INTERROGATIO CCLXIII.

Luc.14.fg QVid est, quod docere dominus velit per ea exempla, quibus continuo subiicit, Sic omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus? Si enim qui habet in animo ædificare turrim, aut bello congredi cum alio rege, is pa-
C rare se debet vel ad ædificationem, vel ad bellum, & alioqui si ad hæc facienda impotens sit, est in ipsius potestate initio vel non iacere fundamentum, vel rogare quæ pacis sunt: ergóne eadem ratione, is etiam, qui voluerit discipulus domini fieri, renũciare debet? & si ad hoc difficultatem in se esse animadũerterit, est in ipsius potestate initio defugere disciplinã domini?

RESPONSIO.

Mens domini est in his exemplis, non permittere, vt cuiuis liberum sit domini discipulo esse, vel non: sed docere nullo modo fieri posse, vt qui in rebus versetur, ex quibus animus distrahatur, Deo verè possit placere: quippe cum in his periculum sit, ne expositus insidiis diaboli, atque ita captus, ridiculo ac ludibrio sit, iis imperfectis relictis, in quæ studium suum vi-
D debatur contulisse. Quod orans propheta, ne sibi eueniret, dicebat, Nequando supergaudeant Psal.34.e mihi inimici mei. &, Dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Psal.54.e

INTERROGATIO CCLXIIII.

Philip.1.b 2.Cor.2.d τὸ ἱλικρινὲς CVm Apostolus dicat, Vt sitis sinceri: & alio in loco, Sed vt ex sinceritate: sincerum quid est?

RESPONSIO.

Prorsus ego hoc nomine illud arbitror appellari, quicquid rei omnis alterius mistionis expers est, & summè ab omni contrario depurgatum, atque ad vnam totum pietatem intenE tum directumq;: neque ad pietatem modò, sed ad ea etiam omnia accuratè exequenda, quę in singulis & temporibus, & rebus ad huius propositum faciant: ita videlicet, vt qui alicui mũneri præpositus sit, is ne ad affinia quidem ei muneri officia ab illo distrahatur. Declaratur au
Rom.12.a tem id quod prius dixi, ex ipsa serie contextus. Verbis enim illis, Sed vt ex sinceritate: illud
Ibidem. subiicitur, Sicut ex deo coram deo in Christo loquimur. Alterum verò, ex eo, Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Et ex iis, quæ deinceps inferuntur.

INTERROGATIO CCLXV.

Matth.5.e FNVnquid ad solos modò sacerdotes illud dictum est, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum? An verò etiam ad omnes? Quomodóve vnusquisque nostrum offert ad altare?

RESPONSIO.

Hoc sine dubio consequens fuerit, vt præcipuè ac prima notione accipiatur dictum esse ad sacerdotes. Verùm quoniam scriptum est. Vos autem sacerdotes domini vocabimini, & ministri dei omnes. &, Sacrificiũ laudis honorificabit me. & item, Sacrificium deo spiritus con-
Esa.61.f Psal.49.d Psal.50.d tribulatus. & apud Apostolũ etiam est, Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentẽ, sanctã, Rom.12.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo placentem, raionale obsequium vestrum(quorum vnumquodq; commune omnium est) G necessario,quod hîc dicitur,sine vllo discrimine præstare singuli debemus.

INTERROGATIO CCLXVI.

Mar.9.g
Colo.4.a

QVid est sal illud,de quo dominus præcepit,cum dixit, Habete in vobis sal, & pacifici estote inter vos?Et quid item illud,de quo Apostolus ait, Sermo vester semper in gratia sale sit conditus?

RESPONSIO.

Et hoc in loco etiam ex contextu, & serie vtriusque capitis, sensus perspicuus est. Etenim H ex verbis quidem domini nihil aliud docemur, quàm vt nullam causam demus mutuæ disiunctionis,mutuíve dissidij: sed vt ad vnitatem spiritus nos semper conseruemus in vinculo pacis.Ex verbis autem Apostoli,siquis in memoria habuerit illum, qui dixit,Si comedetur panis absque sale, & si est gustus in verbis inanibus: docebitur profectò disponere sermones suos ad ędificationem fidei,vt det gratiam audientibus,tempore opportuno,& decenti ordine vtens,ad hoc vt faciliores ad auscultandum habere auditores possit,ac magis morigeros.

Ephe.4.a
Iob.6.a
Psal.111.a
Ephe.4.g
Psal.144.
1.Cor.14.g

INTERROGATIO CCLXVII.

Luc.12.f

SI verum est illud,fore,vt alius vapulet multis,alius paucis: quomodo dicunt quidam supI plicia non esse sempiterna.

RESPONSIO.

Quæ ambiguè & obscurè videntur dicta fuisse in quibusdam locis diuinę scripturæ, ea clarè explicantur ex iis,quæ dilucidè dicta sunt aliis in locis. Cum igitur dominus aliâs quidem affirmatè dicat hos ituros ad supplicium æternum: aliâs verò, quosdam amandet in ignem æternum,paratum diabolo & angelis eius: & alibi mentione facta de gehenna ignis, confestim subiiciat,Vbi vermis eorum non moritur,& ignis non extinguitur: & olim etiam multò antè per prophetam de quibusdam prædixisset,Vermem eorum nõ moriturum,neque ignẽ extinctum iri: hæc atque horum similia cum sic posita reperiantur in diuina scriptura, vnum K hoc etiam est ex artificiis diaboli, vt homines videlicet velut obliti horum & talium, quæ posita sunt plerisque in locis sacrosanctarum literarum,quo maiore cum audacia peccent, sibiipsis suppliciorum finem confingant.Nam si æterni supplicij finis futurus est aliquando,sine controuersia æternæ vitę etiam erit.Quòd si hoc in æterna vita nullo modo possumus intelligere,quænam afferri ratio potest, quamobrem æternum supplicium habere finem dicatur? æqualiter enim tam huic quàm illi æternitatis additio adiecta est.Ibunt,inquit,hi in supplicium æternum:Iusti autem in vitam æternam.His igitur ita concessis,intelligendum est illud,Vapulabit multis: & illud,Vapulabit paucis: non finem,sed diuersitatem supplicij declarat. Si enim deus iudex iustus est,non bonis solùm,sed etiam improbis, reddens vnicuique iuxta opeL ra sua: fieri potest, vt alius quidem dignus sit igne inextinguibili, atque hoc ipso vel lenius, vel acrius vrente: alius verò verme nunquam morituro,atque hoc ipso nihilominus vel mœtius quenque excruciante, vel seuerius, pro meritis videlicet vniuscuiusque: itemq; alius gehenna,habente prorsus ipsa etiam varia tormentorum genera: similiterq; alius exterioribus tenebris: quo in loco alius in fletu est solum, alius præter fletum, in stridore etiam dentium propter cruciatuũ videlicet acerbitatem. Quin & hæ quoq; tenebræ, quæ vocãtur exteriores, alias etiã prorsus esse interiores significant.Et illud quod dictum est in Prouerbiis,In profundum inferni:declarat quosdam esse quidem apud inferos,nõ tamen in profundo,qui leuioribus scilicet pœnis afficiantur. Porrò hoc ita esse etiam nũc possumus per similitudinẽ adumbratè in morbis corporis intelligere. Siquidem est alius, qui præter febrem alias etiam aliorũ M morborum accessiones habet. alius item, qui ex sola tantummodo febri laborat: & hic ipse diuerso modo atque alius.Similiterq; reperietur alius,qui febri quidẽ ipse non laborabit, dolore tamen membri alicuius vehementer cruciabitur: & hic ipse item alio aut acrius,aut remissius.Vsurpatum est autem etiam hoc à domino, Multis, & paucis, ex vsu quotidianæ loquendi consuetudinis,quemadmodum alia etiam huiuscemodi nonnulla. Quandoquidem scimus plerunq; huiuscemodi formam loquẽdi etiam in his solitam esse vsurpari, qui exvno aliquo morbo laborant.Veluti cum dicimus in aliquo,qui tantummodo febricitat,aut ex oculo dolet,admirantes,Hic quot sustinuit dolores,aut quot pertulit cruciatus? Quamobrem hoc,

Matth.25.d
Mar.9.g
Esa.66.g
Matth.25.d
Luc.12.f
Psal.7.c
Psal.61.c
Prouer.9.d
A morbis corporis similitudo.

A hoc,multis aut paucis vapulare(iterum dico) nequaquam temporis lõginquitatem, completionẽmve,sed pœnæ diuturnitatem significat.

INTERROGATIO CCLXVIII.

QVo sensu appellantur quidam filij contumaciæ,& filij iræ?

Ephes.5.b
Ibidem.2.a

RESPONSIO.

Sanè dominus natos & filios alicuius solitus est appellare eos, qui multiformem ipsius voluntatem exequuntur,tam boni,quàm mali.Si enim,inquit, filij Habrahæ essetis, opera Ha-
B brahæ faceretis.Et itẽ,Vos ex patre diabolo estis,& desideria patris vestri vultis facere. Quare contumaciæ quoque is filius efficitur,qui opera,quæ contumaciæ sunt,exercet. Fortasse etiam sicut non peccator modò,sed ipsum etiam peccatum diabolus appellatur, ea re, opinor, quòd ipse peccati primus autor extiterit: sic idem quoque ob eandem causam contumacia ipsa ritè appelletur.Filius autem iræ est aliquis,quatenus se ira dignum reddidit. Vt enim qui digni sunt domino,& qui diei ac lucis opera faciunt,Apostolus filios lucis, & filios diei appellauit:ita consentaneum videtur,vt eodem modo ex contrario etiam intelligatur illud, Eramus filij iræ.Cæterum scire illud conuenit,filium contumaciæ,& filium irę idem esse:cũ sententiam domini habeamus, Quòd, qui contumax est in filium, non videbit vitam æternam,
C sed ira dei manet super eum.

τέκνα καὶ υἱούς

Ioan.8.e
Ibidem.f
Filius contumaciæ siue diaboli.
Filiꝰ irę quis
1.Thes.5.a
Ephes.5.b
Ephes.2.a

INTERROGATIO CCLXIX.

QVoniam scriptum est,Facientes voluntates carnis & cogitationum: nunquid voluntates carnis aliæ sunt,aliæ cogitationum?& si sunt,cuiusmodi sunt?

RESPONSIO.

Sanè quidem carnis voluntates alio in loco seorsum nominatim enumerat Apostolus,sic dicens,Manifesta sunt autem opera carnis,quæ sunt adulterium,fornicatio,immundicia,luxuria,idolorum seruitus,veneficia,inimicitiæ,contentiones,æmulationes,iræ,rixæ,dissensio-
D nes,sectæ,inuidiæ,homicidia,ebrietates,comessationes, & quæ his similia. Et alibi magis in vniuersum,Sapientia carnis inimicitia est in deum. Legi enim dei non est subiecta, neque enim potest.Voluntates autem cogitationum ea,opinor, consilia appellentur, quæ scripturæ testimonium non habent:veluti sunt illa,de quibus dictum est,Consilia destruentes, & omnẽ altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, & intellectus qui non rediguntur in captiuitatem,in obsequium Christi. Quamobrem necessarium, & tutum est, vt semper, atque vbique illud seruetur,quod dictum est à Dauid,Et consilium meum iustificationes tuæ.

Gal.5.c
Roma.8.b
περιλαπτικώτερον.
2.Cor.10.a
Psal.118.

INTERROGATIO CCLXX.

E QVid est,ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι, quod Latinus interpres vertit,aporiamur,sed non destituimur? 2.Cor.4.b

RESPONSIO.

Vt animi sui expletionem in fiducia in deum ex collatione fortitudinis animi humanæ ostendat Apostolus,singula,quæ hoc in loco habentur, ponit hoc modo: Quod enim ad humanam prudentiam attinet,in omnibus tribulationem patimur, inquit. Quod verò ad fiduciam in deum, Sed non angustiamur. Item quod spectat ad fortitudinem animi humanam, Aporiamur,inquit:id est,summis circumuenimur difficultatibus. Quod verò ad fiduciam in deum,non destituimur penitus:id enim est ἐξαπορούμενοι.& reliqua simili modo. Veluti sunt
F etiam illa,quæ alio in loco dicta sunt ab eodem,Quasi morientes, & ecce viuimus. Vt castigati & non mortificati:quasi tristes,& semper gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes:tanquam nihil habentes,& omnia possidentes. 2.Cor.6.b

INTERROGATIO. CCLXXI.

CVm dominus dicat,Veruntamen quod superest, date eleemosynam,& ecce omnia munda sunt vobis:nunquid peccata omnia,quæ quis commisit, mundentur per eleemosynam? Luc.11.f

RESPONSIO.

Propositam quæstionem series ipsa eorum,quæ præcedunt,dilucidè explicat. Nam cum antea dixisset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixisset, Quod deforis est calicis, & catini, mundatis: Quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate. post hoc subiecit, Veruntamen, quod supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Omnia, hæc videlicet, quæ per rapinam, & defraudationē peccata committimus, & iniquè agimus. Hoc autem ita esse apertè declarauit Zacchæus, quum dixit, Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & siquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. vt videlicet intelligatur, peccata omnia, quæ eiusmodi sunt, vt retexi possint, ac pluribus contrariis rectè factis pensari, hoc modo ab homine emundari: atque hoc modo, dico, non vt qui ipse ad emundationem per se satis idoneus sit, sed qui egeat in primis misericordia dei, & sanguine Christi: in quo redemptionem habemus reliquorum etiam omnium, facientes in singulis fructus dignos pœnitentiæ. G H

Luc.19.b
ἐσυκοφάντησα

Ephe.1.b
Matth.3.b

INTERROGATIO CCLXXII.

QVoniam præceptum est domini, hominem non debere esse solicitū de crastino, quomodo præceptū hoc sanè intelligemus? Videmus enim nos in rebus ad necessariū vsum parādis magnū studiū adhibere, vt ea etiā reponamus, quæ durare possint ad longinquū tēpº.

RESPONSIO.

Qui doctrinam domini assecutus, qui dixit, Quærite primū regnum dei, & iustitiam eius: & certissimam autoritatē tribuit promissioni dei, qui statim subiecit, Et hæc omnia adiicientur vobis: nequaquam is in curis vitæ huius, quæ verbum suffocant, & infœcundum reddunt, occupat animū suum: sed certans in bono certamine, vt promereatur gratiam diuinā, in domino confidit, qui dixit, dignus est operarius cibo suo. Et de hoc nihil admodum laborat: sed laborat, & solicitus est non propter se, sed propter mādatum domini: quemadmodū exemplo suo ostendit Apostolus, & docuit, cum dixit, Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborātes oportet suscipere infirmos. Nam sui ipsius causa solicitum esse, hoc crimē est hominis seipsum amantis: contraq; propter mandatum solicitudinem suscipere ac laborem, hęc laus est hominis Christum amantis, & affectionis animi fraternam charitatem diligentis. I K

Matt.6.d
Luc.8.a
2.Tim.4.b
Matt.10.b

Acto.20.g

φιλοχρίστου

INTERROGATIO CCLXXIII.

QVid est, quod faciens aliquis, blasphemat in spiritum sanctum?

Matt.12.c

RESPONSIO.

Ex ea blasphemia, quam Pharisæi tunc vsurparunt, de quibus etiam lata est huiusmodi sententia, perspicuum est, eum etiam nunc blasphemare spiritum sanctum, hoc est, detrahere spiritui sancto, quicunque effectus & fructus spiritus sancti, aduersario ipsius attribuit: quod peccatum incurrimus plerique nostrum, qui securi periculi temere strenuum sæpenumero appellamus ambitiosum, & ei qui iusta indignatione per zelum moueatur & eam re indicans, iracūdiæ calumniam impingimus, & ad eundem modum alia iniquis adducti suspicionibus, ementitis nominibus, de aliquo dicimus. L

Blasphemia in spiritū.s.

INTERROGATIO CCLXXIIII.

QVomodo efficitur aliquis stultus in hoc seculo?

1.Cor.3.d

RESPONSIO.

Si formidauerit iudicium domini dicentis, Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & corā vobismetipsis prudentes. & illum fuerit imitatus, qui dixit, Vt iumentum factus sum apud te. atq; abiecta omni cassa opinione prudentiæ suæ, de iis, quæ cogitauerit, nihil antea tanquā rectum approbarit, imò ne initio quidē prorsus quicquam cogitauerit, priusquā ab ipso domini mandato scire didicerit, quid placeat deo, siue in opere, siue in verbo, siue in cogitatione: cum scriptum sit apud Apostolum, Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum. non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est, qui docet hominem scientiam, sicut scriptum est. M

Esaiæ.5.e
Psal.7.d

2.Cor.3.b

Psal.93.b

INTERROGATIO CCLXXV.

NVnquid alicuius sancti propositum impedire Satanas possit? quoniam scriptum est, Ego quidem Paulus & semel, & iterū proposueram venire ad vos, & impediuit nos Satanas.

1.Thes.2.d

Respon-

RESPONSIO.

Eorum, quę in domino sunt, rectè factorum, alia sola voluntate, ac deliberatione animi efficiuntur, alia ad hoc, vt efficiantur, indigent etiam opera corporis, adhibendis videlicet vel studio, vel tolerantia. Ac quæcunque quidem sunt eius generis, quæ in sola animi voluntate posita sint, hæc nullo modo impedire Satanas potest. Quæ verò eiusmodi, ad quæ consequenda necessaria est etiam opera corporis, in his plerunque etiam deus nasci impedimenta permittit, vel probandi, vel detegendi causa illius, qui impediatur: Vt vel si à recto proposito destiterit, conuictus, qualis sit detegatur: Vt hi, qui supra petram fuerant seminati, qui ad modicum tempus susceperunt quidem verbum cum gaudio, exorta autem tribulatione, statim recesserunt. Vel si in recto perseuerauerit, clarius appareat studium ipsius in rectè factis: vt ipsius Apostoli, qui cum sæpe Romam petere decreuisset, & prohibitus esset, vt ipse fassus est, tamen eatenus in ea voluntate permanere non destitit, quoad etiam effecit, quod statuerat. Adhibenda autem tolerantia, vt Iob, qui tam multa à diabolo perpessus, violenter ipsum vrgente, vt blasphemi quidpiam pronunciaret, aut ingratum aduersus deum, in extremis etiam calamitatibus à pio suo animi iudicio, sanáve de deo sententia non recessit. Siquidem scriptum est de eo, In omnibus his non peccauit Iob labiis suis coram deo, neque stultum quid contra deum locutus est. A B C

Mar.4.b
Luc.8.a
Matt.13.c
Roma.1.b

Iob.1.d.2.c

INTERROGATIO CCLXXVI.

QVid est, quod dictum est ab Apostolo, Vt probetis quæ sit voluntas dei bona, beneplacēs, & perfecta?

Roma.12.a

RESPONSIO.

Multa sunt, quæ deus vult: atque horū partim ex clementia, & bonitate, quæ quidē bona & sunt, & dicuntur: partim ex iracundia propter peccata nostra, quæ ipsa appellantur mala. Ego enim sum, inquit, qui facio pacem, & creo mala: mala autem non propter quæ plectimur, sed per quæ ad frugem corrigimur. Porrò quæ nos corrigunt, & auersos vexatione sua ad meliorem viam reuocant, ea vertuntur in bonum. Ac quæcunque quidem eius generis sunt, quæ deus, clementiam bonitatēmve exercens suam, vult, hęc nos quoq; necessariò & velle, & imitari debemus. Estote enim misericordes, inquit, sicut & pater vester misericors est. Et Apostolus item, Estote imitatores dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Quæ verò ex iracundia peccatis nostris commotus infert, & vt antè dixi, ea ratione mala appellantur, quòd malè illa nos habere solita sint: hæc verò nequaquam protinº facere etiam nobis licet. Neque enim propterea, quòd dei plerunque voluntas sit, vt vel fame, vel pestilentia, vel bello, vel alio quopiam istiusmodi calamitatis genere homines perimātur, iccirco nos quoque huiuscemodi illius voluntatis præbere nos ministros debemus: quandoquidem ad ea, quæ istiusmodi sunt, peragenda, administris etiam hominibus malis vti deus consueuit, vt ex verbis illis intelligi potest, Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissionem per angelos malos. Igitur quærēdum est primū, quæ sit bona voluntas dei: tum vbi, quæ illa sit, cognouerimus, exquirendū diligentius, vtrúmne bona hæc, sit etiam beneplacens deo. Est enim quædam, quæ suo quidem genere & dei voluntas est, & bona est. Ea tamen quandocunque aut in persona, aut temporis opportunitate peccetur, non continuò etiam est beneplacens deo. Verbi gratia: erat voluntas dei, & voluntas ea erat bona, vt in censum offerretur deo: at non erat beneplacēs deo, vt hoc facerent, qui erant circum Dathan & Abiron. Item simili modo voluntas dei est, & voluntas bona est, vt eleemosyna fiat: verum vt hoc fiat causa gloriæ humanæ, non iam hæc etiam beneplacens est deo. Ad eundem modum etiam voluntas dei erat, & ea voluntas erat bona, vt discipuli, quod in aure audierant, prædicarent in tectis: veruntamen vt aliqua dicerent, antequā dicendi matura opportunitas veniſſet, ea iam deo beneplacens non erat. Nemini enim dixeritis, inquit, visionem hanc, donec filius hominis à mortuis resurgat. In vniuersum denique omnis volūtas dei bona, tunc etiam beneplacens est, quando in ea seruatum sit, quod dictum est ab Apostolo, Omnia ad gloriam dei facite. &, Omnia honestè, & secundum ordinem fiant. Sed enim quandocunque item voluntas dei aliqua sit, eaq; bona sit, & beneplacens sit, neque sic tamen securo esse animo conuenit: sed in eo anxiè, ac solicitè est laborandū, vt hæc perfecta, ac nulla in parte manca mensura sit. Porrò mēsura hæc duplex est: aut eius rei videlicet, quæ fit, si ex D E F

Esaiæ.45.b

Luc.6.e
Ephe.5.a

Pſal 77.e

Δόγμα

Matt.10.c
Luc.12.a
Matt.17.b

1.Cor.10.g
Ibidē.14.g

præcepto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.22.c Luc.10.e Ioan.15.b Matt.24.d Luc.12.e

præcepto fit:aut virium illius,qui facit.Diliges enim,inquit,dominum deum tuũ ex tota anima tua,& ex tota virtute tua,& ex omnibus viribus tuis,& ex omni mẽte tua, & proximum, quemadmodum in euangelio secundum Ioannem dominus docuit, & præterea omne mandatum,sicut scriptum est.Beatus enim, inquit dominus, quem cum venerit dominus, inuenerit facientem sic. G

INTERROGATIO. CCLXXVII.

ταμεῖον

QVid est illud cubiculum quod eum intrare dominus iubet,qui oraturus sit?

RESPONSIO. H

Cubiculum siue cellariũ ἀναχωρητικῶν Esa.26.d

Cellarium communis loquendi consuetudo solita est appellare locum in domo vacuum, ac remotum à celebritate, in quo ea reponimus, quæcunque habemus in animo ad aliquod tempus seruare:vel in quo volẽtibus latere profugium est: qua in significatione acceptum est à propheta,cum ait,Vade populo meus,intra in cellarium tuum,absconde. Porrò vim mãdati argumentum ipsum declarat. Siquidem eo in loco sermo ad eos institutus est, qui vitio laborarent gloriæ humanæ.Proinde si cui molestiam exhibet vitium huiuscemodi, is rectè facit,si in facienda oratione se à celebritate subducit,& eousque in solitudine contineat, donec eò iam peruenerit,vt omnino de humanis laudibus nihil curet, sed oculos in solum deum ha- I
Simile Dauidicum Psal.122.a
beat intentos:velut ille,apud quem est,Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorũ suorum,sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrũ. Cæterum si aliquis,dei munere, ab eo vitio liber sit, huic non est necesse occultare quod bonũ est.Nam hoc dominus ipse docet,cum ait,Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio,sed super candelabrum, vt luceat omnibus,qui in domo sunt.Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum,qui in cœlis est. Atque hæc eadem ratio, & in eleemosyna intelligenda est,& in ieiunio,de quibus agitur in eodem loco,atque in vniuersum in re omni, quæ ad dei cultum pertineat.
Quorum sit nõ occultare rectè facta. Matt.5.b νοῦς

INTERROGATIO CCLXXVIII. K

1.Cor.14.b

QVomodo spiritus alicuius orat,& mens eius est sine fructu?

RESPONSIO.

πνεῦμα προσεύχεται, νοῦς ἄκαρπος 1.Cor.14.b

Hoc de iis dictum est,qui lingua audientibus ignota orationes factitarent.ait enim, Si orẽ lingua,spiritus meus orat,mens autem mea sine fructu est.Quotiescunq; enim iis, qui adsunt ignota sunt verba orationis,tunc sine controuersia orantis mens sine fructu est, quippe cum inde nemo fructum capiat.Contrà autem,quandocunque, qui adsunt,orationem intelligunt, quæ audientes possit iuuare,tunc sine dubio,qui orat, fructum habet, quòd meliores fiunt, qui L
Eph.4.g
iuuantur.Similis quoque etiam ratio est in omni prolatione sermonum dei. Scriptum est enim,Sed siquis bonus ad ædificationem fidei.

INTERROGATIO CCLXXIX.

Psal.46.d

QVid est,Psallite intelligenter?

RESPONSIO.

ὁμοίωσις Iob.34.a

Prorsus quod est in cibis sensus cuiusque cibi, hoc in verbis sacrosanctarum literarum est intelligentia.Guttur enim,inquit, escas gustu diiudicat:mens autem intelligẽdi verba discer- M
nit.Siquis igitur ad vim verbi cuiusque animo etiam ita simul efficiatur, quemadmodum gustatu ad qualitatem cuiusque cibi,prorsus hic mandato illi satisfacit,quod est,Psallite intelligenter.

INTERROGATIO. CCLXXX.

Matt.5.a

QVid est,Mundo corde?

RESPONSIO.

Qui seipsum non reprehendit, quòd dei mandatum aut spreuerit, aut plenè executus non sit,aut neglexerit.

Interro-

INTERROGATIO CCLXXXI. A

NVnquid quæ psallere nolit,ea cogenda est?

RESPONSIO.

Nisi alacriter ad psallendum accedat,& nisi eam animi affectionem præ se ferat,quam habere se testatus est is,qui dixit,Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. & Psal 118.a 1.Cor.5.b
nisi in cessatione magnum inesse detrimentum arbitretur,aut corrigitor, aut de medio tollitor,ne modicum fermentum totam massam corrumpat. Gal.5.b B

INTERROGATIO CCLXXXII.

QVi sunt illi,qui dicunt,Manducauimus coram te,& bibimus:& responsum ferunt,Nescio vos? Luc.13.e

RESPONSIO.

Fortasse illi,quos in persona sua descripsit Apostolus, cum dixit, Si linguis hominum loquar,& angelorum,&c.& si habuero omnem scientiam,& omnem fidem:& si distribuero o- 1.Cor.13.a
mnes facultates meas in cibos pauperum:& si tradidero corpus meum,ita vt ardeam: charitatem autem non habuero,nihil mihi prodest. quam quidem doctrinam acceperat idem A- C Matth.6.a
postolus à domino,qui de quibusdam dixerat, Faciunt enim vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis,receperunt mercedem suam.Quicquid enim non charitatis erga deum, sed humanæ laudis causa fit,cuiuscunque generis illud factum sit, id non laudem pietatis meretur:sed iudicium incurrit aut studij hominibus aliis placẽdi,aut sibi,aut æmulationis, aut inuidentiæ,aut alterius cuiuspiam istiusmodi criminis. Quamobrem quicquid huiusmodi est, hoc dominus iniquitatis opus appellat.Ita enim iis respondet, qui dixerant illud, Manducauimus coram te,& bibimus. Discedite à me operarij iniquitatis. Qui enim non ritè operarij iniquitatis appellentur,qui dei donis ad mercaturam voluptatum suarum abutantur?Cuiusmodi erant illi,de quibus est apud Apostolum,Nõ enim sumus sicut multi adulterantes ver- 2.Cor.3.d
bum dei.Et alio in loco,Existimãtium quæstum esse pietatem.& pleraque huiusmodi. A quibus omnibus liberum fuisse eundem Apostolum ex verbis ipsius illis intelligimus,Non quasi hominibus placentes,sed deo,qui probat corda nostra.Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis,sicut scitis,neque in occasione auaritiæ,deus testis est,nec quærentes ab hominibus gloriam,neque à vobis,neque ab aliis. 1.Tim.6.b 1.Thes.2.a D γνώμη catholica.

INTERROGATIO CCLXXXIII.

NVnquid qui facit voluntatem alicuius,is particeps est illius?

RESPONSIO. E

Si credimus domino dicenti,Omnis qui facit peccatum,seruus est peccati:& item, Vos ex patre diabolo estis,& desideria patris vestri vultis facere: sine dubio intelligimus hunc non solum esse participẽ,sed talem etiam,qui illius,cuius opus facit,filius mereatur appellari: Cõuenienter verbis domini.Porrò Apostolus etiam hoc ipsum apertè testatur, cum dicit, Nescitis quòd cui exhibetis vos seruos ad obediẽdum,serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem,siue obeditionis ad iustitiam? Ioan.8.d Ibidem.f Eius es & seruus & filius cuius opus exequeris. Roma.6.c

INTERROGATIO CCLXXXIIII.

SI fratrum familia in aduersam valetudinem inciderit, atque ob eam causam ad inopiam F
deuenerit,nũquid ea sine scrupulo res ad vsum necessarias accipere ab aliis possit: & si possit,à quibus possit?

RESPONSIO.

Qui memoria tenet dominum illa dixisse,Quatenus fecistis vni de his fratribus meis mi- Matt.25.d
nimis,mihi fecistis:is sine dubio maiorem in modum solicitudinem ac studium, & diligentiam adhibet,vt idoneus sit,qui in numero fratrũ domini collocetur. Eiusmodi igitur siquis fuerit,is de acceptione omnem à se dubitationem remouere debet, potiusq; gratias agere. A quibus autem conueniat accipere,& quando,& quomodo,is statuet,cui communis procuratio com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio commissa est, memoria tenens quod dicit Dauid, Oleum peccatoris nō impinguet caput G
Psal.140.b Psal.100.b meum. Itemq; Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.

INTERROGATIO CCLXXXV.

NVnquid in mutuis inter diuersas fratrū familias contractibus, rei, de qua contractio fiat, precium exiliter ad calculum conueniat reuocari?

RESPONSIO.

Vtrúmne permittat doctrina Christiana venditionem, emptionémve inter fratres exerceri, prorsus quid dicam compertum non habeo. Siquidem communicare inter nos alij aliis H
2.Cor.8.c admonemur res ad necessitatem vitæ pertinentes, sicut scriptum est, Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas. Verùm si omnino aliquando necessitas huiusmodi cōtingat, maiorem adhibere cu-
Prou.17.d ram debet qui emit, ne in persoluendo, de precio aliquid detrahat, quàm in accipiendo, qui vendit, ne plus accipiat, quàm quanti res sit. Simulq; illud in memoria habeant vtriq;, damnū inferre iusto non est bonum.

INTERROGATIO. CCLXXXVI.

NVnquid qui inter fratres vitam agat, & in corporis debilitatem inciderit, hic in hospitale I
oporteat amandari?

RESPONSIO.

In hoc habēda est ratio diligens cuiusque loci, & finis accommodati ad communem vtilitatem in gloriam dei.

τὸν μονήρη βίον ἤσκη-σεν. *Descriptus fuit liber hic ex uetustißimo exemplari, quod allatum fuit ex Ponto & locis illis, in quibus Magnus Basilius solitariam uitam exercuit: & post etiam cum eo collatum, quod inuentum est Cæsareæ in mendicorum hospitio, quod ipse exædificauit eo in loco, qui nunc de eius nomine Basilias appellatur. Quæ autem sequuntur* XXVII. *capita, & animaduersiones, de codice Cæsareænsi adiecta sunt.* K

INTERROGATIO CCLXXXVII.

QVi sunt fructus digni pœnitentiæ?

RESPONSIO.

Col.1.b Opera iustitiæ peccato contraria: cuiusmodi fructus ferre debet, qui pœnitentiam agit, dicto illi obtemperans, In omni tempore bono fructificantes.

INTERROGATIO CCLXXXVIII. L

QVi peccata sua confiteri vult, nunquid omnibus passim, & quibusuis ea confiteri debet, an certis quibusdam?

RESPONSIO.

Propositum benignitatis dei in his qui peccant, perspicuum est ex eo, quod scriptum est,
Ezech.18.g Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Quoniam igitur etiam cōuersionis modus accommodatus esse debet ei qui peccat, & præterea opus est fructibus dignis pœ
Matt.3.b nitentiæ, conuenienter verbis illis, Facite fructus dignos pœnitentiæ: ne si fructus abfuerint, il
1.Cor.4.a la vsu eueniant, quæ confestim post denunciantur: Omnis enim arbor, inquit, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: necessario iis peccata aperiri debent, quibus M
Matt.3.b credita est dispensatio mysteriorum dei. Siquidem rationem hanc in pœnitentia etiam vete-
Acto.19.d res illos cernimus secutos fuisse, quādo & in euangelio scriptum est, quòd Ioanni confitebā-tur peccata sua: & in Actis, apostolis ipsis, à quibus etiam baptizabantur cuncti.

INTERROGATIO CCLXXXIX.

QVem peccati alicuius pœnituit, is si in illud idem denuò relapsus sit, quid faciet?

RESPONSIO.

Quòd qui semel pœnitentiam egerit, denuò idem peccatum commiserit, hoc argumento est, illum

A est, illum primam causam peccati illius funditus non extirpasse, à qua veluti à quadam radice alia eiusdem generis pullulare necesse sit. Nā quemadmodum siquis relicta radice ramos ὁμοίωσις
arboris alicuius velit excisos, nihilominus radix manens alios similes illis protrudit: sic quoniam peccata sunt quædam, quæ nascendi principium in seipsis non habent, sed aliunde originem ducunt, necesse est prorsus, siquis esse ab illis liber velit, is vt causas primas peccatorū illorum stirpitus tollat. Veluti corrixatio & inuidia non ex seipsis nascuntur, sed ab radice appetitus gloriæ pullulant. Qui enim humanam gloriam magni facit, is ex æmulatione ei obtrectat, quem in gloria esse animaduertit, aut à quo in ea superari se videt, inuidet. Quocirca
B qui semel seipsum inuidiæ contentionisve condemnarit, is si in eadem ipsa denuò vitia relapsus sit, vtique intelligat graui se ac penitus insito cupiditatis gloriæ morbo, principe scilicet inuidiæ æmulationisve causa laborare. Nimirumq; ipsum conuenit contraria ratione, nempe humilitatis exercitationibus (humilitatis autem exercitatio in rebus contemptioribus exercitatio est) gloriæ morbum curare: vt hoc modo affectionem illam humilis animi adeptus, deinceps in ea, quæ antè diximus esse cupiditatis gloriæ genuina, non incidat. atque in singulis istiusmodi peccatis simili modo.

INTERROGATIO CCXC.

C QVomodo abundat quis in opere domini semper? 1.Cor.15.g

RESPONSIO.

Vel videlicet, cum aut delatum à deo sibi munus multiplicat, iuuandis & ad virtutem promouendis iis, quibus benignè facit: Vel quandocunque maiore studio persequitur opus domini, quàm ea, quæ vulgo in studio sunt apud homines.

INTERROGATIO CCXCI.

QVis est calamus quassatus, aut fumigans linum? quomodóve alterum quis non conte-
Esaiæ.42.a rit, alterum non extinguit?

D

RESPONSIO.

Sanè per quassatum calamum, illum intelligi arbitror, qui non ea qua oportet animi sin- Calamus quassatus.
ceritate mandatum dei exequitur: quem non conterere conuenit, neque abscindere, sed sanare potius, sicut docuit dominus, cum dixit, Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram Matt.5.b
hominibus vt videamini ab eis. Et Apostolus etiam præcepit dicens, omnia facite sine mur- Philip.2.b
murationibus & disceptationibus. Et alio in loco, nihil per contentionem, aut inanem glo- Ibidem. 2.a
riam. Linum verò fumigans, quotiescunque quis mandatum quidem exequitur, sed non ar- Linum fumigans.
denti desiderio, aut pleno studio, sed segnius quodammodo ac lentius: qui ideo nō est deter-
E rendus, sed excitandus potius admonitione assidua iudiciorum dei, & promissorum ipsius.

INTERROGATIO CCXCII.

NVnquid conueniat, vt inter fratres magister sit puerorum secularium?

RESPONSIO.

Cum Apostolus dixerit, Patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate Ephe.6.a
illos in disciplina & correptione domini: si qui eos adducunt, hac mente adducunt, & qui su- Col.3.c
scipiunt tales sunt, qui planissimè confidant posse se, qui sibi adducātur, in disciplina & cor-
F reptione domini educare, seruetur quod præceptum est à domino, qui dixit, Sinite paruulos Matt.19.a
venire ad me. talium est enim regnum cœlorum. Remoto autem huiuscemodi proposito ac spe, hoc neque deo gratum, neque ex decoro, aut vtilitate nostra esse existimo.

INTERROGATIO CCXCIII.

QVomodo agi par est cum iis, qui cum maiora peccata declinent, minora perinde ac si nihil referret, committunt?

RESPONSIO.

Primo quidem scire illud conuenit, differentiam hanc minorum & maiorum nusquam in nouo Te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouo Testamento reperiri. Siquidem vna est & eadem sententia aduersus quælibet peccata, G
Ioan.8.d Ioan.12.g Ioan.3.d cum dominus dixerit, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et item, Sermo, quem locutus sum vobis, ille iudicabit eum in nouissimo die. Et Ioannes vociferans dicat, Qui cõtumax est in filium, non videbit vitam æternam, sed ira dei manet super eum. cùm contumacia non in discrimine peccatorum sed in violatione præcepti, positam habeat futuri supplicij denunciationem. Prorsus autem, si id nobis permittitur, vt in peccatis hoc magnum, illud exiguum appellemus, inuicto argumento concluditur magnum vnicuique esse illud, à quo quisque superatur: contraq; exiguum, quod vnusquisque ipse superat. Vt in athletis, qui vicit, fortis est: qui
Argu. à simili autem victus est, imbecillior eo, vnde victus est, quisquis ille sit. Quocirca aduersus quẽcunq;,
Matt.18.c qui cuiuscunq; generis peccatum admittat, seruandum est præceptũ domini, qui dixit, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnũ vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam etiam non audierit, sit tibi ethnicus, & publicanus. Seruetur autem in omnibus, quæ sunt huiusmodi, id quod dictum est ab Apostolo, Quare nõ potius luctum habuistis, vt tolleretur de
1.Cor.5.a γνώμη medio vestrũ, qui hoc opus fecit? Ita enim exerceri seueritas debet, vt in ea tamen & clemẽtia & misericordia appareant.

INTERROGATIO CCXCIIII. I

QVæ causa est, quam ob rem quis excidat à iugi recordatione dei?

RESPONSIO.

Nimirum ea, si quis immemor sit beneficiorum dei, & aduersus bene de ipso meritum ingratus existat.

INTERROGATIO CCXCV.

ὁ μετέωρος. Luc.12.d EX cuiusmodi signis deprehenditur aliquis, quòd animo euariet ac distrahatur?

RESPONSIO. K

Nempè quandocunque quis in rebus ad gratiam dei promerendã pertinẽtibus negligens
Psal.15.c est: cum Propheta dicat, Prouidebam dominum in cõspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear.

INTERROGATIO CCXCVI.

QVa ratione persuaderi possit animæ cuipiam, quòd à peccatis libera sit & expurgata?

RESPONSIO.

Siquis in seipso animi affectionem illam similem Dauid inesse animaduerterit, apud quẽ
Psal.118. Col.3.a πάθος. est, Iniquitatem odio habui, & abominatus sum. aut assecutum se præceptum illud Apostoli, qui dixit, Mortificate igitur membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorũ seruitus, propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis, vt verè dicere illud possit, Non adhæsit mihi
Psal.118. cor prauum, declinantem à me malignum non cognoscebam. Porrò intelligit aliquis se in huiusmodi affectione positum, si etiam aduersus peccantes admirabilem, & horrore plenam sanctorum virorum misericordiam illam imitatus sit, velut Dauid quidem, apud quẽ est, Vi-
Psal.118. di prævaricantes, & tabescebam Apostoli verò, qui ait, Quis infirmatur, & ego nõ infirmor?
2.Cor.11.g Quis scandalizatur, & ego nõ vror? Etenim, si (vt veritas credere suadet) animus nobilior est M
corpore, in corpore autem videmus consueuisse nos fœditatẽ omnem odisse, respuereq;, itẽq; animum nostrum aspectu immanis cuiusuis carnificinæ, & insidiarum quarumuis naturaliter vehementer solere commoueri, tristariq;, quî non tandem credibilius sit, ea quæ antè diximus aduersus peccantes, in animis eorum euenire, in quibus Christiana, fraternaq; charitas
φιλόχριστον καὶ φιλάδελφον vigeat, quotiescunq; eorum qui peccant, animum velut à feris bestiis sauciari, absumiq; ani-
Psal.37.a maduerterint, ac veluti cruore vndiq; ac tabo oppleri? cum scriptum sit apud Dauid, Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus
Collatio. sum vsq; in finem, tota die cõtristatus ingrediebar. Et apud Apostolum, Stimulus mortis peccatum
1.Cor.15.g

A catum est. Quandocunq; igitur quis vel in suis, vel in alienis peccatis eo modo, quemadmodum suprà initio diximus, animo affectum se esse animaduerterit, tunc sine dubio credat se liberum esse à peccato.

INTERROGATIO CCXCVII.

QVæ teneri ratio debet in conuersione facienda à peccatis?

RESPONSIO.

Nimirum imitanda illa Dauid animi affectio est. Primò quidem, cum dicit, Iniquitatem Psal.31.a
B meam cognoui, & peccatum meum non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Deinde in iis denarrandis modus, qui habetur in sexto psalmo, similiterq; in aliis item vario modo, eaq; discenda sunt ab Apostolo, quæ pro alterius peccato Corinthios 2.Cor.7.c
ille fecisse testatus est, cum dixit, quòd quæ secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem parit: & statim post tristitiæ proprietates adiunxit, Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristatos vos esse, quantam in vobis peperit solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam, in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negocio. Ita vt ex his perspicuum sit, non solùm cõuenire à peccato discedere, & pro peccantibus huiuscemodi animi affectiones suscipere, sed
C ab ipsis etiam illis, qui peccant recedere. Nam & Dauid hoc apertè demonstrauit, cum dixit, Psal.6.b
Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Et Apostolus præcepit, cum eo, qui huiusmodi sit, ne cibum quidem vnà capere nos debere. 1.Cor.5.d

INTERROGATIO CCXCVIII.

NVnquid ratio concedat, vt quæ recta sunt, ea fiant, prout cuique placet?

RESPONSIO.

Qui sibimetipsi placet, homini placet. Homo enim etiam ipse est vnusquisque. Quemad- Hiere.17.a
D modum igitur maledictus est homo, qui spem suam ponit in homine, & fulcit carnem brachij sui: quod nihil indicat aliud quàm fiduciam suiipsius: quibus mox subiicit, Et à deo recesserit anima eius: item quoque qui vt alij placeat, vel ex eo, quod ipsi sibi placet, aliquid facit, is
alienus est à cultu dei. Faciunt enim (inquit dominus) vt videantur ab hominibus. Amẽ dico Matt.6.a
vobis, receperunt mercedem suam. Quin & Apostolus etiam prædicans dicit, Si adhuc ho- Gal.1.b
minibus placerem, Christi seruus non essem. Porrò aduersus eos, qui tales sunt, vehementior quædam fertur in sacris literis comminatio, dicentibus deum dissipasse ossa eorum, qui ho- Psal.52.b
minibus placent.

INTERROGATIO CCXCIX.

E QVomodo persuadere sibi quis possit, se remotum esse ab ambitione?

RESPONSIO.

Quotiescunque domino obtemperauerit, qui dixit, Sic luceat lux vestra coram homini- Matt.5.b
bus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. itemq; Apo
stolo præcipienti, ac dicenti, Siue mãducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia ad glo- 1.Cor.10.g
riam dei facite, ita vt cultor dei nihil neque de præsenti, neque de futura gloria laborans, sed charitatem, quæ est erga deum, rebus omnibus anteponens, fidenter simul cum his, quæ præ-
missa sunt, dicere illud possit, Neque instantia, neque futura poterunt nos separare à charitate Roma.8.g
F dei, quæ in Christo Iesu domino nostro. cum ipse dominus noster Iesus Christus dixerit, Nõ Ioan.8.f
quærere se gloriam suam. Et quòd qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui au Ibidem.7.c
tem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est.

INTERROGATIO CCC.

QVæ est ratio conuersionis, quum sermo est de re, quæ oculis tangi non potest?

RESPONSIO.

Sanè ratio quidem conuersionis declaratur in ea interrogatione, in qua quæritur, quæ te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neri ratio debeat in conuersione facienda à peccatis. Quòd autem sermo sit de re, quę oculo- G
Matt.10.c Luc.6.g rum aspectum fallit, meminerimus dictum esse à domino, Nihil occultum quod non postea sciatur. &, Ex abundantia cordis os loquitur.

INTERROGATIO CCCI.

QVid siquis dixerit, Conscientia me non reprehendit?

RESPONSIO.

Hoc accidit etiam in morbis corporis. Siquidem multi sunt morbi, quos non sentiunt, qui H
Responsio per simile in illis sunt. Veruntamen ij maiorem adhibent fidem medicorum peritiæ, quàm suo ipsorum stupori. Similiter etiam in morbis animi, peccatis videlicet, licet quis seipsum non reprehendat, quòd peccatum suum non sentiat, nihilominus tamen adhibere iis fidem debet, qui res eius peruidere melius possunt quàm ipse. Quod animaduertimus factum fuisse ab Apostolis,
Matt.26.b quo tempore cum de sua erga dominum sincera animi affectione nihil dubitantes, dici sibi audiuissent, Vnus ex vobis me tradet: maiorem domini verbis, quàm conscientiæ suæ autoritatem tribuerunt, altercabanturq; ac dicebant, Nunquid ego sum domine? Sed apertius hoc ip
Ioan.13.a sum videmus in Petro, qui cum ex vehementi humilitate ministerium domini dei ac magi- I
stri sui nollet admittere, tamen vbi illud audiuit, Nisi lauero te, nō habes partem mecum: hisce domini verbis summa adhibita fide, dicit, Non tantum pedes meos, sed & manus & caput.

INTERROGATIO CCCII.

NVnquid de extrariis hominibus, iis qui in indigentia positi sunt, de fratrum mensa subueniri conueniat?

RESPONSIO.

Matt.15.c Ibidem: κυναρίοις Cum dominus dixerit, Non missus sum, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël: &, Non K
est bonum sumere panem filiorum, & mittere catellis: nequaquā necesse est, ea, quæ in eorum vsus attributa sunt, qui consecrati sunt deo, temere ita in quosuis impēdi. Si verò id fieri possit, quod à muliere, quæ de fide laudatur, dictum est, videlicet, Etiam domine. nam & catelli
Matt.5.g edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. hoc positum sit in arbitrio dispēsatoris, adhibita eorum etiam sententia, qui secundum ipsum in familia cæteris præstantiores sunt: vt ex eo quod abundat, Sol (sicut scriptum est) oriatur super malos & bonos.

INTERROGATIO CCCIII.

NVnquid iis obedire conueniat, quæ ab omnibus in fratrum collegio dicantur? L

RESPONSIO.

Interrogatio hæc magnam habet difficultatem, siquis ei respondere velit. Primum quòd
1.Cor.14.f manifestæ perturbationis indicium prębet, ex eo, quòd ab omnibus aliquid dicatur: cum Apostolus dicat, Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Et idem in donorum
Roma.12.b ὑπόδειγμα à membris ductum. distributionibus, singulis, qui loquuntur, proprios ordines assignauerit, cum dixit, Vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Et in similitudine membrorum corporis apertè demōstret,
Ibidem. eum qui loquitur, ipsum quoque vicissim partem esse: apertiusq; hoc idem etiam ac magis distinctè declaret, cum dicit, Siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, & reliqua. Vt ex his perspicuum sit, nequaquam omnia omnibus esse permissa, sed vnunquenque in vocatione sua manere debere, illudq; quod sibi à domino creditum sit, diligentius accura- M
ἐσχασμένως re. Quamobrem qui in familia cæteris præest, & vniuersis, quæ facere illos oporteat describit, maiore quadam cum animaduersione huiuscemodi administrare munus debet, solicitēq; & vt par est, in singulis aduigilare, quo pacto videlicet conuenienter voluntati dei, & accōmodatè ad naturam, & facultatem vniuscuiusque, habita communis vtilitatis ratione, munera singulis describat, imperétve. Contrà verò, qui sub imperio sunt, ij seruata disciplina, o-
Ioan.10.e bedientiaq; (quatenus eam tamen seruari conuenit) verborum meminisse illorum domini debent, Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam
Ibidem. æternam do eis. memoriaq; tenere eundem superius dixisse, Alienum autem non sequentur,
1.Timo.6.a sed fugient ab eo, quia non nouerūt vocem alienorum. itemq; Apostolum dicere, Siquis aliter do-

A ter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens. & iis enumeratis, quæ inde nascuntur postea adiecisse, Absiste à talibus. itēq; alio in loco, Prophetias nolite spernere. Omnia probate, quod 1.Thes.5.d
bonū est tenete: ab omni specie mala abstinete. Ex quibus omnibus intelligitur, siquid sit quod ex mandato domini dicatur, aut cum mandato conueniat, in eo, licet mortem cum minis intentatam habeat, nihilominus tamen obedientiam seruari cōuenire. Sin contrà, aliquid præter mandatum est, aut aliqua ex parte mandato aduersatur, id licet angelus de cœlo, aut de apostolis aliquis imperet, licet vitam promittat, aut mortem minetur, nullo pacto admittendum esse: cum Apostolus dixerit, Licet nos ipsi, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter
B id, quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Gal.1.b

INTERROGATIO CCCIIII.

NVm quid pro his, qui traditi fratribus sint, à propinquis eorum, si dare aliquid velint, accipiendum sit.

RESPONSIO.

Huius rei cura arbitriumq; esto penes antistitem. Veruntamen in hoc si mea etiam sententia exquiritur, existimo magis consultum iri offensioni multitudinis, & ad ædificationem fi-
C dei fore commodius, si repudientur huiuscemodi munera. Siquidem ex illorum susceptione primum illud incommodum nascitur, quod sæpenumero ob eam rem malè audit fratrum respub. Deinde illud etiam, quòd ad sustollendos animos propinquorum illorum, vnde allata illa sunt, causam dant. Ad hæc, quòd secundum id, quod dictum est ab Apostolo de iis, qui in communi loco priuatas escas haberent, & potiones, illud consequitur, Confunditis eos, 1.Cor.11.e
qui non habent, & huiusmodi pleraque. Quare cum ex ea re tot simul causæ ad peccatum nascantur, rectum est, si quæ sunt huiusmodi, ea non accipiantur, & antistiti facultas detur, vt statuat ipse, à quibus sumi, & quæ sumpta sint, quomodo distribui conueniat.

INTERROGATIO CCCV.

D NVnquid ab extrariis accipi aliquid conueniat, vel amicitiæ gratia, vel cognationis quæ præcesserit.

RESPONSIO.

Hoc interrogatum eandem vim habet cū eo, Nunquid à propinquis aliquid accipi debeat.

INTERROGATIO CCCVI.

QVa ratione aliquis assequi potest, vt ne mente vnquam distrahatur?

RESPONSIO.

E
Nimirum siquis excellentem electi viri Dauid mentem illam induerit, qui de seipso loquēs ait, nunc quidem, Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniā à dextris est mi- ὑπόδειγμα Psal.15.c
hi, ne commouear. nūc verò, Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo Psal.24.c
pedes meos. aliâs autem, Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: sicut o- Psal.122.a
culi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum. Atque vt minore exemplo discamus, quàm accuratiore studio, solicitudineq; in rebus maioribus ritè administrandis vti nos conueniat, vnusquisque secum consideret cum animo suo, quomodo coram aliis se gerit, esto æquales sibi illi sint, quomodo omni in re vitare reprehensionem stu
F det, in statu, in ambulatione, in motu cuiuscunque membri, in locutione etiam. Quemadmodum autem quæ aperta apud homines sunt, ea damus operam vt declinemus, item quoque Argu. à minore.
ac multo magis qui persuasum habeat se deum habere inspectorem, scrutantē corda & renes Psal.7.c
(sicut scriptum est) & veram esse promissionem illam vnigeniti filij dei, Vbi duo vel tres Matt.18.c
congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum: itemq; spiritum sanctum adesse 1.Cor.12.b
moderatorem, & donorum distributorem, effectoremq;: similiter angelos custodes vniuscuiusque, secundum id, quod dictum est à domino, Videte ne contemnatis vnū de pusillis istis. dico enim vobis quoniam angeli eorum in cœlo semper vident faciē patris mei, qui est in cœ Matt.18.b
lis: Is longè maior, ac vehemētiore animi contentione laborat, vt pietatē ita colat, vt ne qua in re dei voluntatem offendat. Atque hoc modo mens ipsa in officio vehementius ac diligē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius confirmatur. Amplius, si illud etiam implere studuerit, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et item illud, Meditabitur in lege domini die ac nocte. quo videlicet mens in æquabili perennique meditatione, contemplationeque volutatum dei occupata, nequaquam spatium inueniat, quo ad futiles cogitationes possit aberrare. G

Psal.33.a
Psal.1.a

INTERROGATIO CCCVII.

NVnquid in psalmodiæ, orationisve inceptione vicissitudine vtendum sit?

RESPONSIO.

Hoc in multitudine eorum, qui idonei sunt, disciplinæ ordinem seruato, ne res cõtempta, indifferênsve existimetur: neque tamen contrà perpetua æqualitas in vna, aut altera persona suspicionem det superbiæ illius, qui Antistes sit, & contemptionis reliquorum. H

INTERROGATIO CCCVIII.

NVnquid in collegio fratrum conueniat, vt qui aliquid dederit, ei par pari referatur? Et nunquid ex conuenientia eius quod datum sit, referri gratia debeat?

RESPONSIO.

Hoc totum interrogatum humanum est. Si autem grati animi signum dandum sit, in eo, penes quem distributio est, positum sit arbitrium, & accipiendi ea quæ dentur, & gratiam referendi illi, qui det. I

INTERROGATIO CCCIX.

NVnquid cui ea contigerint vt faciat, quæ & consuetudo fert & natura, is audere debeat ad sanctorum communionem accedere?

RESPONSIO.

Roma.6.a

Superiorem natura, & consuetudine illum esse demonstrat Apostolus, qui in baptismo sepultus sit vnà cum Christo: qui quidem eo in loco, vbi agitur de baptismo, quod per aquã fit, ad ea quæ supra dixerat, illud adiunxerit, Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato. Et alio in loco præcipiens dixerit, Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus, propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis. Atque aliâs etiam regulam statuerit, cum dixerit, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Porrò scio ego ad hoc Christi virtute multos peruenisse tam mares, quàm fœminas ex vera in dominum fide. Quod vero in immunditia positus quispiam ad sacrosanctam communionem accedat, id verò quàm vehementer formidandum sit, animaduertimus etiam ex iudicio veteris Testamenti. Quòd si plus quàm templum est hic, sine dubio terribilius videlicet docebit nos Apostolus, qui dixerit, Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. K

Col.3.a
πάθος.
ἀπειθείας
Gal.5.d
Matt.12.a
1.Cor.11.g
L

INTERROGATIO. CCCX.

NVnquid in communi domo dominica cœna debeat celebrari?

RESPONSIO.

Soluit collatione.
Matt.12.a
1.Cor.11.c
Psal.144.c

Quemadmodum ratio non permittit, vt vas vllum commune in sancta inferatur, eodem modo etiam vetat sancta, in domo communi celebrari: cum ex iussu dei in veteri Testamento nihil isto modo fieri permittatur. Cum autem dominus dicat, Plusquam templum est hic: & Apostolus item, Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? Quid dicam vobis? Laudabo vos in hoc? Non laudo. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis, & quæ sequuntur. sanè admonemur, non debere nos, neque communem cœnam in ecclesia manducare, aut bibere, neque dominicam in priuata domo in contumelia habere: extraquàm siquis, cum necessitas poscat, locum, ædemve elegantiorem deligat in tempore opportuno. M

Interro-

INTERROGATIO CCCXI.

NVnquid rogati ab aliquibus, ad eos visitandi gratia abire nos conueniat?

RESPONSIO.

Omnino visitandi officium vnum est ex iis, quæ grata sunt deo. Veruntamen qui eo fungitur, is & ad intelligendum esse sagax debet, & ad respondendum prudens: & illud facere, quod dictum est, Sit sermo vester semper in gratia sale conditus, vt sciatis, quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Illud autem, quempiam visere vel consanguinitatis, vel amicitiæ causa, alienum est à nostra professione. A B

Col.4.a

INTERROGATIO CCCXII.

NVnquid visitantes nos laici, ad orationem adhortandi sint?

RESPONSIO.

Si sunt amici dei, haud ab re est: cum ad eos Apostolus scripserit, orate & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium dei.

Ephes.6.a
aliâs loqui
λαλῆσαι.

INTERROGATIO CCCXIII. C

NVnquid visitantibus nos aliquibus in opere faciendo pergere nos conueniat?

RESPONSIO.

Eorum quæ ex mandato dei fiunt, nihil interrumpi debet, propter eos, qui ad nos humani gratia officij ingrediantur, nisi quæ peculiaris animæ quædam procuratio sit, quæ ex mandato domini corporis industriæ debeat anteponi: cum in Actis sancti Apostoli dixerint, Nõ est bonum nos derelinquere verbum dei, & ministrare mensis.

Acto.6.a

D ANIMADVERSIONES ADVERSVS CANONICOS *delinquentes constitutæ.*

1 SIquis integra corporis valetudine orationes facere, aut psalmos memoriæ mandare neglexerit, excusans excusationes in peccatis, hic à reliquorum consortio segregator, aut hebdomadam vnam ieiunato.

2 Siquis de errato aliquo adhibita charitate corripiatur, & correptionem non admittat, summa cũ solicitudine obsecrans, ac propter ea, quæ deliquit, ignosci sibi postulans, hic quoque hebdomadam vnam à reliquorum societate excluditor. E

3 Siquis alicuius alicui peccati conscius fuerit, neque illum correxerit, aut pacificè, & adhibita Christiana charitate corripuerit, sed cum perturbatione animi, veluti fratrem potius triumphans, quàm causam morbi tollere studens, hic quoque vnà cum eo, qui de peccato castigabatur, hebdomadas duas à reliquorum consortio abesse cogitor: quia vt inimicus, nõ autem vt frater corripuit.

4 Siquis quæ facere possit, à fratre iussus, contumelioſè se, aut contumaciter gerat, neq; adhibita omni, quæ est in Christo lætitia, obtemperet, tanquã qui præfidens in suo abundet sensu, similiter hebdomadam vnam segregator. πληροφορῶ ἐν τῷ.

5 Siquis futiliter garriat, aut in sermone facetias consectetur, neq; adhibito timore ac tremore doctrinam beati Apostoli, & Euangeliorum conseruet, nihilominus hic etiam hebdomadam vnam segregator. F

6 Siquis præter Etiam, & Non, iusiurandum aliud det, & ipse hebdomadam vnam segregator.

7 Siquis fratri alicui peccati alicuius conscius fuerit, & id dissimulauerit, postea autem exprobrauerit, veluti traducendi causa, similiter hic quoque tanquam malo alterius minimè indolescens & qui insultans delectetur potius, à reliquorum consortio hebdomadam vnam segregator.

8 Siquis alicuius alicui peccati conscius sit, & illum negligenter ferre animaduertat, ac nõ

 adhibita

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhibita cordis contritione, multisq; lacrymis deum sibi propitium facere hortetur, & ad- G
moneat ipsum, vt pœniteat, & opera pœnitentiæ digna præ se ferat. Si autem his ita seruatis,
nihilominus tamẽ ille salutem suam negligat, qui eiusmodi est, is ex conuentu prorsus exter-
1.Cor.5.b minator. Modicum enim fermentum totam massam corrumpit.

9 Siquis præterquam vbi necessarij vsus postulent, extra egrediatur, ac temere diuagetur,
qui huiusmodi est, segregator, vt quiescant domi pedes eius, sicut scriptum est.

10 Siquis temere iracundia elatus fuerit, ac non actutum fratrem rogauerit, quem offen-
derit, vt peccatum sibi, quod in ipsum peccauerit, condonet, hic similiter hebdomadam et-
iam vnam segregator.

11 Siquis contumelia aliqua à fratre affectus fuerit, & à conuentu rogatus, peccatum non H
Col.3.b condonarit, memoria tenens eum qui dixit, Siquis aduersus aliquem habet querelam: sicut &
dominus donauit vobis, ita & vos. & hic similiter à cæterorum cõsortio hebdomadam vnã
segregator.

ANIMADVERSIONES ADVERSVS CANONICAS delinquentes constitutæ.

1 VÆ iusiurandum quoduis dederit, hebdomadas duas segregator.

2 Quę de natu maioribus alicui maledixerit, quibus administrandi res monaste- I
rij cura mandata sit, hebdomadam vnam segregator.

3 Quæ aduersus sororem aliquid dicat, eo consilio, vt ipsam criminetur, hebdomadã vnã
segregator.

4 Quæ contumelia quauis aliquam affecerit, hebdomadam vnam segregator.

5 Quæ præter natu maiores eas, quibus commissa monasterij administratio sit, aduersus
sororem absentem susurrare aliquid animaduersa fuerit, segregator hebdomadam vnam.

6 Quæ nulla cogente necessitate, intempestiua illata sermocinatione futiliter garriat, se-
gregator hebdomadam vnam.

7 Quæcunque scurrilitatem in sermone adhibuerit, aut immodestum risum, hebdomadã K
vnam segregator.

8 Quæcũque in opere ministerij occupata, & necessarium præ manibus munus habens, cla
mosè, procacitérve proximam appellarit, hebdomadam vnam segregator.

9 Quæcunque reprehensam aliquam delicti alicuius ab iis, quibus gubernatio, & rerum fa
ciendarum commissa moderatio sit, defendit, hebdomadas duas vnà cum ea, quam defendit,
à reliquarum consortio segregator.

10 Quæ cum extrario aliquo, eorum qui intrò ingrediuntur, sermonem contulerit, antequã
ei ab ea permissum sit, cui moderandæ disciplinæ summa tradita autoritas sit, hebdomadam
vnam segregator.

11 Quę in difficultate rerum ad vsum necessariarum, aut in operibus faciendis fatigatione, L
murmurare animaduersa sit, segregator hebdomadam vnam.

12 Quæ imperio aduersatur illarum, quibus regendi prouincia tradita est, segregator heb-
domadam vnam.

13 Quæ contemptim, hoc est, restitans, lenteq; iussum (vt par esset) non expleat, hebdoma-
dam vnam segregator.

14 Quæ exquisitè ornare se velit, post vnam, & alteram correptionem, coram antistite ar-
guitor.

15 Quæ sine sententia illarum, quibus delata disciplinæ moderatio est, ad matrem suam, aut
ad sororem abierit, hebdomadam vnam segregator.

16 Quæ nutu oculi, aut prauo aliquo gestu proximam offenderit, segregator habdomadam M
vnam.

17 Quæ dimissis synaxibus sermonem cũ extraria muliere aliqua conferat, segregator heb-
domadas duas.

18 Quæ iniussu illarum, quibus regendi tradita prouincia est, ab vno opere ad aliud trãseat,
segregator hebdomadam vnam.

19 Quæ irrogatam sibi multam reiiciat, contumacitérve contrà respondeat, aut murmu-
ret, non intelligens quid sibi ex correctione vtilitatis nascatur, segregator hebdomadas duas.

Paræneſis

A Paræneſis ad Lectorem.

Poterant his aliæ adlegi animaduersiones numero quadragintanouem, nisi eas in postremum penè reiecissẽt locum exemplaris Græci recognitor aut excusor. Quatenus datur coniecturâ assequi, in causa fuit, quòd authoris nullius præferrent nomenclaturã, cui certius ceu domino asseri possent. Sunt enim ἀνεπίγραφα καὶ ἀδέσποτα τοῦ ἐπιτιμίου. Quarè locum illum adito, qui proximus est operi: De uera & integerrima uirginitate.

B

CONSTITVTIONVM MONASTICARVM, *tam ad eos, qui in societate, quàm ad illos, qui solitariam uitam agunt, pertinentium,* Index.

I Quòd oratio debet omnibus rebus anteponi.
II De moderandis agitationibus animi, & quòd corpus malum non est, vt quidam putauerunt.
III Quòd non temere in colloquium veniendum est cum mulieribus.
C IIII Quòd ad vires corporis accommodari abstinentia debet, & quòd honesta, ac legitima res est corporis in opere faciendo exercitatio.
V Quòd opera illa consectari monachus debet, quæ professioni ipsius aliena non sint.
VI Quòd non debet monachus temere cum quibusuis sermonem conferre.
VII Quòd neque sine causa, neque crebro extra monasteriũ monachus debet.
VIII Quòd locum identidem demutantibus monachis, neque liberè loquendi, neq; similiter aliud quippiam agendi fieri potestas debet: contraq; quod vitandi sunt, qui tales sunt.
D IX Quòd clerum, gubernationẽmve fratrum nullo modo appetere monachus debet.
X Quòd ad recta studia consectanda neutiquam commouere nos debet cupiditas inanis gloriæ.
XI De idoneo ad loquendum tempore.
XII Quòd in sermone suo sales sectari monachus non debet.
XIII De animi facilitate, & quomodo charitas conflatur.
XIIII De prudentia.
XV De fide & spe.
E XVI De animi submissione.
XVII Quot modis prauæ in animo cogitationes oriantur.
XVIII Ad canonicos vitam communiter in societate degentes.
XIX Quòd qui ad religiosam vitam accedit, ad eam cum stabili iudicio debet accedere: & de obedientia.
XX Quòd qui semel religiosam vitam ingressus sit, is neutiquam illorum sectari familiaritates debet, qui in communi vita versantur, neque de rebus ipsorum solicitudinem omnino vllam suscipere.
XXI Quòd nullo modo à spirituali fratrum cœtu separare se aliquis debet.
XXII De obedientia vberius.
F XXIII Quòd quæuis sordidissima etiam opera summa cum alacritate facienda vltro suscipere monachus debet.
XXIIII Quòd nullo modo debet se monachus in quærendis honoribus aut dignitatibus occupare.
XXV De moderatione ac simplicitate in cibis sectanda.
XXVI Quòd ad perfectionem contendenti nihil obesse poterit è monasterio in publicum proditio.
XXVII Quòd nullum seorsum priuatum habere monachus negocium debet.
XXVIII Quòd qui cæteris præest, is adhibita paterna charitate, rebus eorũ qui ipsi subiecti sint, debet consulere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

XXIX Quòd in conuentu monachorum, duorum vel trium fratrũ coitioni esse nullo modo locus debet. G

XXX Quòd nullo modo vestimentorum, calceamentorúmve delectionem sectari monachus debet.

XXXI Quòd debet, qui cæteris fratribus præest, pro rata viriũ corporis cuiusque portione imperare, quæ imperat: & de iis, qui malicioſè vires ſuas occultant.

XXXII Quòd neutiquam dolere cæteri fratres debent, ſi cum iis, qui imbecillioribus viribus ſint, agi clementius videant.

XXXIII Quòd monachis iis, qui à ſuorum ſodalitio deſciuiſſe deprehenſi ſint, nullo modo debent, qui conuentibus fratrum præſunt, loquendi liberè poteſtatem vllam facere, aut in eandem ſecum vitæ communionem recipere. H

XXXIIII Quòd qui communem cum cæteris vitã monachus agit, is nihil, quod ad pecuniam pertineat, penes ſe debet retinere.

Beati patris Baſilij Magni Archiepiscopi Caesareaensis, I

CONSTITVTIONES MONASTICAE, TAM AD eos, qui in ſocietate cum cæteris, quàm ad eos, qui ſolita riam ipſi ſeorſum uitam agunt, pertinentes.

CAPVT I.

SAepenumero, veluti qui eam, quæ eſt ſecundum Chriſtum, philoſophiã amplexus ſis, cupiditatibuſq;, ac voluptatibus, & vitę huius curis contẽptis, ſtudium in eam rem tuum cõtuleris, vt à prauis, quæ à carnalibus iſtis proficiſcuntur, affectionibus, te quàm fieri poſſet maximè cogitatione abduceres, auocaresq;, de hoc mecum agens queſiuiſti, quã conficiendo inſtituti tibi atque adeo initi iam certaminis curſu rationem te ſequi oporteret, quomodoq; cupiditatum illarum, quæ à corpore profectæ, ſe ad animum inſinuare ſolitæ ſunt, laqueos declinares, & quid primo potiſſimum cauere deberes, & quid item deinceps, ſimiliterq;, quid ſtudioſè conſectari: quo videlicet & rebus prauis atque à vero abhorrentibus declinandis & rectis conſectandis, eadem opera & vitia fugeres, & honeſtis virtutum officiis fungerêre. Saneq; poſt illud etiam poſtulaſti, vt literis meæ de hac re tibi ſententiæ explicationem mandarem. Sanè nos quoque ea res impulit, vt neutiquam honeſtum huiuſcemodi ſtudium tuum negligẽdum putaremus, ſed contra potius quantum viribus conſequi poſſemus, admonitis dandis, fulciremus, cõſtabiliremusq;. neque id, vt qui parem omnino propoſiti argumenti dignitati, orationis facultatem allaturos nos ſperaremus, ſed ne quam haberemus, eam ſilentio, veluti quodam terrę tumulo obrueremus, atque hoc modo denunciatum intentatúmve ei, qui humi talentum defoderat, ſupplicium euaderemus. Enimuero cauſa quidem, quam prætexere ſoleant homines dũ ſe totos cupiditatibus, voluptatibuſq;, ac vitæ huius curis immergunt, coniugium eſt vt plurimum. Neque enim vehementior vlla, violentiórve hominum corporibus inſita reperiri libido poteſt, quàm maris cum fœmina, & fœminæ viciſſim cum mari coniunctionis appetitus (neque id mirum omnino: Cum enim is mortalium generi ad propagandam ſobolem diuinitus eſſet datus, conſentaneum fuit, vt quod omnium in ſe functionum caput contineret, huic vehementior etiam, quaſi impetus vis quædam eſſet adiuncta) ſimiliterq; neque curæ vllæ, quæ accidere hominibus ſoleant grauiores, quàm eæ, quæ à coniugio profectæ gregatim innumerabiles penè aduolant: cum Paulus dicat, Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt de iis, quæ ſunt mundi curarum ſarcina degrauatus. Etenim qui ſolus eſt, hic eam vnam tantummodo neceſſitatem habet, vt ſibi, & rebus ſibi & corpori ſuo neceſſariis prouideat. quanquam hanc ipſam etiam, ſi velit, poſſit negligere: quippe cum haud magno hoc negocio indigeat, vt hoc ſibi im-

ἐγγραφομ ένου.

Collatio.

1. Cor. 7. f

K

L

M

A ſibi imperet vnuſquiſque. Qui verò cõiugis ac liberorum ſemel curam ſuſceperit, hic ſine dubio, cum ipſe ſui iuris amplius non ſit, neceſſario illa adigitur facere, per quæ voluntatibus vxoris mos geratur, & in filiorum curatione occupatus, infinitas cogitur curas exhaurire: quas profectò, ſi ſingulas velim exponere, longior ſim, quàm hoc loco neceſſe ſit. Qui igitur à mũdi vinculis eſſe liber gliſcit, hic coniugium veluti compedes quaſdam profugit, & deo vitam ſuam conſecrauit, & caſtitatem profeſſus eſt, ea re, ne ſibi amplius liberum eſſet vxorem ducere, ſed aſſiduè vſque pro tenenda caſtitate aduerſus naturam decertaret, & naturæ impetus illos, qui omnium habentur acerrimi. Qui enim eiuſmodi eſt, hic cum deum vnicè ſibi amãdum propoſuerit, & eius ab omnibus perturbationibus vacuitatem aliquatenus ſaltem, quã-

B tum poſſit, cupiat conſequi, & ſpiritualem puritatẽ, tranquillitatemq; mentis & ab omni intẽperie ſubmotam placiditatem, & quæ ex his naſcuntur, lætitiam & gaudium optet deguſtare, in eo elaborat, vt ab omni concretione materiæ, corporaliq; affectione animum turbulenter exagitante longiſſimè cogitationes abducat ſuas, & cœleſti lumine citra vllam ſatietatẽ largiter hauſto, puro neque vmbra vlla præpedito mentis oculo res diuinas vndique contemplatur. Is autem vbi ad huiuſmodi habitum, ſtatumq; hoc modo animum ſuum iugi exercitio deduxerit: deo, quatenus dei ſimilitudinem mortalis poteſt attingere, ſimilis efficitur, ab eoq; ſummè & diligitur, & charus cum primis habetur: vt qui factu difficilimum certamen confecerit, & mente ab omni penitus materiæ contagione, ac corporea labe expedita, atque

C pura affectionum iſtarum effecta familiariter cum deo congredi potuerit. Proinde qui per eam, quam dixi, exercitationem, ad huiuſmodi habitum peruenerit, hic flagitioſiſſimè, ac peruerſiſſimè fecerit, ſi voluptatum blanditiis delinitus, ad carnis vitia denuò delabatur, & ſi ſuſcipiendis quæ inde ſurſum aſcendunt exhalationibus animi oculos ſibi veluti craſſiſſima quadam nebula offuſos eſſe patiatur, vellicatáque ab libidinum fumo mentis acie, excidat à contemplatione rerum diuinarum.

Cõiugium, curarũ abyſſus & compedes.

Attẽdãt votum caſtitatis Lutherani.

Quòd oratio debet omnibus rebus anteponi. CAP. II.

D OMnis actio, chariſſime, omnis item ſermo ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti excolendæ pietatis virtutisq; obeundæ regula eſt. Propter hoc enim etiam humanam naturam ſuſcepit, vt in ſe, velut in tabula quadam veram nobis pietatem ac virtutem depingeret, eamq; omnibus nobis, marib⁹ ſimul ac fœminis ante oculos ſtatutam, vnicuiq; pro viribus imitãdam ceu Archetypon proponeret. Neque enim alia de cauſa ille corpus noſtrum gerit, niſi vt quoad fieri poſſit, nos ad imitanda vitæ ipſius ſtudia nos conformemus. Quapropter tu quandocunque vel factum ipſius audieris memorari, vel dictum, ea nolito negligenter, & tanquam aliud agens audire: quin ſtude potius, vt mente tecum ipſe cogitando, rimandoq; ad eorum profundum peruenias, eorumq; quæ ibi opertè traduntur, particeps fieri

E contende. Etenim Martha quidem hoſpitio dominũ ſuſcipit: ad eius verò pedes aſſidet Maria. laudandum ſanè in vtraq; ſorore ſtudium. Cæterum tu res diſtinguito. Nam Martha ipſa in miniſterio occupata, ea parabat, quæ hoſpitis corpori futura erant neceſſaria. contrà Maria, cum ad pedes illius aſſideret, audiendis, quæ ab eo dicebantur, vacabat, Sic altera domini partem illam, quæ tangi aſpectu poterat, reficiebat: altera parti illi, quæ occulta cerni non poterat, conſulebat. Verè enim qui aderat, is & homo erat & deus, idem dominus ambarũ mulierum ſtudium approbabat. At Martha cùm labore nimio delaſſaretur, dominum rogabat, vt ad ſe in ſuſcepto munere adiuuandam, ſororem vellet adhortari. Dic enim illi tu, inquit, vt ſurgens ſimul mecum miniſtret. Cui dominus, Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſſarium. Maria autem optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea. Neque enim ea fuit cauſa, quamobrem huc veniremus, vt in toris ſupini recumberemus, neque vt ventrem expleremus: ſed ob eam rem hîc ſumus, vt paſcamus vos verbo veritatis, & myſteriorum contemplatione. Ita dominus neque illam ab ſuſcepto miniſterio eſt

F dehortatus, & huic laudem tribuit, quòd quæ diceret, attẽtius auſcultaret. Agedum igitur per duas mulieres duo mihi vitæ genera introduci animaduertito. vnum quidem inferioris notæ, nempe quod in craſſioribus ſe obeundis vitæ huius muneribus occuparit: quanquam ipſum quoque mirificè commodum eſt. alterum nobilius, & cum ſpiritu magis cõiunctum, nimirum quod ſeſe ad arcanas res contemplandas altius extulerit. Hæc tu, qui audis, ſpiritui cõuenienter interpretare, & vtrumuis magis placuerit, deligito. Et ſi miniſtrare vis, in nomine Chriſti miniſtrato. Ipſe enim dixit, Quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feci-

ὡς ἐν εἰκόνι.

ὑπογραμμέν.

μυστικῶς.

Per Mariã & Marthã duo vitæ genera.

Matth. 25. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

hi feciſtis.Nam ſiue hoſpites recipis,ſiue mendicos reficis, ſiue dolentium miſericordia com G
moueris,ſiue neceſſitate aliqua calamitatêve oppreſſos auxiliari manu ſubleuas, ſiue aduerſa
valetudine laborantibus inſeruis, omnia iſthæc officia perinde Chriſtus habet,ac ſi in ipſum
propriè conferrentur.Quòd ſi mauis Mariam imitari, quæ ſpreto corporis obſequio, altius
ad rerum diuinarum contemplationem aſcendit,legitimè,& vt par eſt, verè negocium tra-
ctato,corporis curam abiicito,agricolationē deſerito, apparatus etiam epularum, & obſo-
niorum aſpernator,& ad domini pedes aſſideto, & quæ ille dicat, auſcultato, vt arcanorum
diuinitatis particeps efficiare. Siquidē officiis iis,quæ corpori impenduntur, potior eſt dog-
ἀπόδειξιν. matum Chriſti contemplatio. Accepiſti igitur chariſſime exempla, & vnà etiam rationem, H
vtra mauis, ſectare : aut videlicet egentium miniſter eſto, aut Chriſti dogmatum ſtudioſus
inueſtigator.Quòd ſi vtraque ſimul potes imitari, vtrinque omnino ſalutis fructum repor-
tabis. Cæterùm præcipuum ſpiritualis doctrina locum tenet,reliqua verò omnia in ſecundis
conſiſtunt.Maria enim,inquit,optimam partem elegit,quæ non auferetur ab ea.Proinde ſi ti
μύησιν. bi quoque in animo fuerit Chriſti arcanis imbui,& ad pedes illius aſſederis, & Euangelium
ipſius ſuſceperis,totam ibi rem deferes familiarem tuam,& vacuus ab omni ſolicitudine de-
ges, corporis proprij etiam obliuiſcêre, atque hoc modo in contemplationibus verſans,fa-
miliarius cum eo colloqui poteris,vt Mariam ita imitere,& ſupremæ gloriæ fructum conſe-
quare.Porrò quandocunque oras,caue diligenter,ne quæ petis,peruerſè petas,& aduerſum te I
dominum irites,non pecuniam,non gloriam humanam, non vt agas pro poteſtate, non a-
liud quippiam ex numero eorum,quæ cito præteruolant.ſed pete regnum dei,& quæ ad vſum
Mat.6.d corporis pertinent,omnia ille tibi ſuppeditabit,quemadmodum ipſe dominus dicit,Quærite
Orandi mo dus duplex. primum regnum dei,& iuſtitiam eius,& hæc omnia adiicientur vobis.Duplex eſt autem cha
riſſime orandi modus: quorum alter in glorificatione, adhibita animi ſubmiſſione cernitur:
alter in petitione,qui quidem priori ſubiicitur.Cum oras igitur,nolito confeſtim ad petitio-
nem accedere: quòd ſi hoc non facis,indicio es ipſe de voluntate tua, te ſcilicet, quòd neceſ-
ſitate vrgearis,deo preces adhibere.Quapropter quandocunque inſtituis orare,coniugem,li-
beros,teq; adeo ipſum relinquito,à terraq; procul abſcedito,cœlumq; ſuperato,& naturas om K
nes tam quæ cerni,quàm quæ cerni non poſſunt,relinquito,& ab eius glorificatione exordi-
tor,qui omnia condidit.cumq; in eo ſatis fueris commoratus, non mente vaga, neque huc,
illúcve temere deerrante,neque(vt Græcorum mos eſt) fabulas garriens, ſed de ſacroſanctis
ἑλληνικῶς. literis carpens,quæ dicas,dic,Gratias ago tibi domine propter incredibilem clementiam, &
Baſilij ora tio memo rabilis. in ferendis hominum culpis facilitatem tuam, qui peccantem me quotidie patientia tua ſu-
ſtines,& ad reſipiſcendum omnibus nobis poteſtatem facis. Propter hoc enim taces,& nos
ſuſtines domine,vt tibi gratias agamus,qui ſalutem generis noſtri,modò terrendo,modo le
niter exhortando moderaris,quiq; per prophetas primò,poſtremò etiam per aduentum Chri
ſti tui nos viſitaueris.Tu enim finxiſti nos,non autē ipſi nos.tu es deus noſter. Vbi verò iam L
ſatis gratias egeris,Deumq; petitis è diuina ſcriptura laudibus glorificaueris,tum iterum ad-
hibita humilitate,ordire,ac dic,Equidem non ſum dignus domine,qui coram te verbum fa-
ciam,quoniam vehementer peccator ſum.& licet nullius tibi culpæ cōſcius ſis, nihilominus
tamen ita te oportet dicere.Etenim cùm multis in rebus offendamus omnes, maiorem tamē
1.Cor.4.2 offenſarum partem ne intelligimus quidem.Iccirco Apoſtolus dicebat, Nihil mihi conſcius
ſum,ſed in hoc iuſtificatus nō ſum.quod idem eſt ac ſi diceret,Multa delicta committo, quæ
Pſal.18.d committere me non intelligo.Propter hanc cauſam etiam propheta ait, Delicta quis intelli-
git?Quare nihil mentitus ſis, ſi te peccatorem appellaueris. Nam ſi intelligis, vel hoc ipſum
peccas,quòd te peccatorem negas. Quin potius ſic dicito, Peccatis peccatores omnes vinco
Luc.17.c domine,nempe qui diuinum præceptum violem,quo iubemur,vt cum omnia fecerimus,in- M
utiles nos ſeruos appellemus,nimirum qui ea præſtiterimus,quæ præſtare debebamus.In hac
aſſiduè cogitatione eſſe te oportet,te vt eſſe inutilem credas,& aſſiduè præceptum illud me-
Philip.2.a moria retinere,Humilitate inter vos alij alios ſuperiores vobis arbitrantes. Cum timore igi
tur,humilitateq; deum orato. Vbi verò verbis humilitatem tuam ſatis oſtenderis, dixerisq;
Gratias ago tibi domine,quòd peccantem me tandiu patientia tua ſuſtinuiſti,& in hodiernū
Aſpellerer noue. vſque diem nullas à me peccatorum meorū pœnas expetiſti. Equidem domine infinita iam-
pridem commeritus eram ſupplicia,dignusq; eram,qui longiſſimè à cōſpectu aſpellerer tuo:
verum tua me patientiſſima lenitas peccantem clementiſſimè ſuſtinuit. Gratias inquam ago
tibi,tametſi ad parem tuæ in me clementiæ gratiarum actionem haudquaquam eſſe me ido-
neum

A neum intelligo.Simulac verò ambabus hiſce partibus ſatisfeceris, gratiarum actionis vide-
licet,& humilitatis,tum demum quod petere debes,petito : non diuitias (vt antè dixi) neque
terrenam gloriam,non ſanitatem corporis(Ipſe eſt enim qui te creauit, ipſi curæ eſt incolu-
mitas tua,neque non probè intelligit, quàm è re cuiuſque ſit, vel bene valere, vel male) ſed
quemadmodum iuſſus es,regnum cœlorum pete tantummodo,& neceſſitatibus corporis tui
ipſe(vt dixi)prouidebit.Munificentiſſimus eſt enim idem & auguſtiſſimus rex noſter, & in- ἀξιωματι-
dignè fert,quandocunque quis exiguum à ſe aliquid petit, quandocūque quis noſtrum de re- κώτατος.
bus ipſum minimè ipſi conuenientibus rogat. Noli igitur illum tibi oratione tua iratum fa-
cere,ſed ea petito tibi,quæ digna ſunt & rege & deo,Hæc autem petens ab eo,ne prius receſ-
B ſeris,quàm quod petis, impetraueris. Hoc enim fieri oportere in euangelio ſubiudicans do-
minus dicit,Quis ex vobis habebit amicū,& ibit ad illum media nocte,& dicet illi,Amice cō
moda mihi trespanes,quoniā amicus meus venit de via ad me,& nō habeo, quod apponā ei: Luc.11.b
& ille deintus reſpondens dicat,Noli mihi moleſtus eſſe,iam hoſtiū clauſum eſt,& pueri mei
mecū ſunt in cubili, nō poſſum ſurgere,& dare tibi.Et ſi ille perſeuerauerit,pulſans, dico vo-
bis,etſi non dabit illi ſurgens,eò quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſur-
get,& dabit illi quotquot habet neceſſarios.Hoc autem exemplum iccirco nobis proponitur ὑπόδειγμα
à domino,vt in fide acres ac pertinaces eſſe nos doceat. Exemplum enim ab homine ad aliū hoc à dño
hominem ſumit,vt intelligas nulla laboris fatigatione debere te à ſuſcepto ꝓpoſito deſiſtere, cur,ꝓpoſitū.
C vt videlicet quandocunque aliquid petieris, neque impetraueris, tandiu perſeueres, quoad
impetres.Si tamen(vt ſuprà dixi)ea petas,quæ voluntati dei non repugnent. Neque verò te-
cum tacitus dixeris,Peccator ſum,& propterea non exaudior.Vt enim diffidētiæ ille tibi cau
ſam omnem præcideret,illud adiecit,Et ſi non dabit illi ſurgens,eò quòd amicus eius ſit,pro-
pter improbitatē tamen eius dabit illi quotquot habet neceſſarios.De cætero autem & ſi mē- μὴ, lege μὴμ
ſis præteriit,& ſi annus,& ſi triennium,& ſi quadriennium,& ſi anni complures, acriter per- παρέλθοι.
ſeuerato tamen,donec impetres.ſed poſtula cum fide,neque interea rectè vnquam viuere in-
termiſeris.Incidit enim plerunque,vt pudicitiam quis quandiu adoleſcens fuit,conſtāter re-
tinuerit, tum latenter inſinuante ſe voluptate naturales libidines excitantur, oratio langui-
D dior efficitur,iuuentuti vinum ſuperiniicitur, actum eſt de pudicitia,idem deniq; non eſt ho
mo,qui erat antea.Hoc modo exiſtere in hominibus mutationes ſolent,ſiquis non generoſo
animo vitioſis iſtiuſmodi affectibus obſtiterit,& quantum in ipſo ſit non omnia præſtiterit,
& ad deum vociferans, opem ſibi illius implorauerit. Si enim libidinibus ſe quis ex ignauia
dediderit,ſequemet ipſe volens hoſtibus ſuis prodiderit, hunc nullo modo deus neque adiu-
uat,neq; exaudit,quippe cum prior ipſe vitio ſuo à deo ſe alienauerit.Qui enim à deo ſe optat
iuuari,is nunquā deſerit quod ſe addecet, officium ſuū. qui autem hoc facit,is diuino auxilio
nunquā deſtituitur.Quapropter danda in eo opera eſt, ne vlla in re cōſcientia noſtra nos cō
demnet,tum,vbi hoc fecerimꝰ,implorandū eſt diuinū auxiliū:implorandū autē non lentè, nō
E mēte huc illucq; temere aberrante.Qui enim ſic facit,is tantū abeſt,vt impetraturus ſit,quod
petit,perficiet prius,vt ſibi dominus iraſcat. Etenim ſi qui corā principe aliquo ſtat,& ipſum γνώμη cōfir
alloquitur,magno cum metu ſtat,& cùm corporis extrinſecus,tum mentis etiam intrinſecus matur per
attentos oculos tenet,periculi metu : quanto tandem maiore cum metu trepidationeq; cen- ſimile.
ſendum eſt oportere nos ſtare in conſpectu dei, tota mente in illum vnum intenta, neq; vſ-
quam aliò? cum ipſe non hominis partem illam modò,quæ foris apparet,vt homines faciūt,
ſed illam etiam,quæ intus occulta oculorum aſpectum fallit, clariſſimè peruideat. Si igitur
ſic,quemadmodum decet,ſteteris coram deo,& quæ in te ſunt, omnia pro viribus præſtite-
ris,perſta,donec omnino tandem impetres, quod petis. Sin conſcientia te tua condemnat,
F tanquam qui negligentius rem tractes,& ſi in oratione aliud agens animo minus attēto ſtes,
cū poſſis omnem abs te recellere diſtractionē, ne præſidentior auſis cōſiſtere coram deo, ne Pſal.118.a
fiat tibi oratio tua in peccatum.Si verò propterea,quòd à peccato debilior factus, hoc à teip-
ſo impetrare non potes,quin interim dum oras, animo ac mente diſtrahare, enitere contrà
quantum potes,& ipſe tibimetipſi vim affer,& coram deo ſtare perſeuera,mentemq; tuam in
illum defixam tene,ipſamq; ad ſeipſam aduoca.Si ita feceris,ignoſcet tibi deus,quoniam non
ex contemptione,ſed ex infirmitate, eo modo, quo conueniret, coram deo ſtare non valēs.
Hoc modo ſi tibimetipſi vim feceris,teq; ad omne opus bonum paraueris,ne deſtiteris prius,
quàm illud impetres,quod rogas.Sed patienter fores eius pulſa, dum petis. Omnis enim qui Luc.11.b
petit,accipit,& qui quærit,inuenit,& pulſanti aperietur.Quid enim eſt aliud, quod velis im-
petrare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

petrare,nisi salutem tantummodo,quæ est secundum deum? Scire vis charissime, quo pacto G
olim patienter sancti viri expectare soliti essent,neque desperationi se daret. Abraham deus,
Gene.17.b Abrahæ in deũ fides. cum iunior esset,vocauit,& è terra Assyriorum in Palæstinorum fines transtulit, cum ei di-
xisset,Tibi dabo terram hanc, & semini tuo post te: & sicut astra cœli, sic erit semen tuum,
quod numerari non poterit.Multorum deinde annorum iam numerus effluxerat,naturalis-
q; in eo iam ad procreandum vis erat extincta,& iamiam moriendi tempus instabat, neque
tamẽ ille cum hæc hoc modo ire animaduerteret,dixit vnquã,Domine semper tu mihi filios
promittis,& gentium multarum futurum me patrem prænuncias.Naturales in me ad crean-
שרה dam sobolem motus exacta iam ætas extinxit: & Sara vxor mea senio confecta amplius iam
per annos parere non potest: proinde fallax est promissum tuum.Quam enim vetuli duo so- H
bolis habere spem possumus? Neutiquam hæc ille dixit,potiusq; nec cogitauit quidem, sed fi-
de immobilis permansit: cumq; ætas quotidie magis ac magis ad maius senium declinaret,
nihilominus excitabatur in eo tamen ac veluti iuuenescebat spes,& collabente corpore,& de-
sperationem afferẽte fides ipsi & animo simul & corpori vires addebat.Sic enim secum cum
animo suo cogitãs ipse dicebat,Deus est qui promisit,ipse est dominus naturæ,& aliter quàm
quemadmodum ille promisit,res cadere non potest.ipse est,qui quæ sua sponte fieri non pos-
sunt,vt fieri possint,facit.Omnium enim rerum potens est,& arbitratu suo cũcta commutat.
Hanc tu Abrahæ fidẽ imitare.Igitur quum naturæ in eo iam vis defecisset, & innati ad pro-
creandum motus in eo essent extincti,tum demum viuum dei promissum apparuit. Hæc tu I
tibi imitanda exempla propone.Nosverò annum oramus,& desistimus postea: biennium ie-
iunamus,& ieiunandi postea facimus finem. Nolimus igitur animum ad dei promissum de-
spondere. Qui enim illi promiserat multiplicaturum se semen illius, idem quoque promisit
Matth.11.d nobis daturum se quicquid ab eo petierimus.Similiterq; ille etiam est,qui dicit,Venite ad me
omnes,qui laboratis,& onerati estis,& ego reficiam vos. Etenim cùm ab eo longius abesses,
laboresq;,& grauissima peccati sarcina esses oneratus,misericordia motus leuandi tibi one
ris causa,& requietis in posterum largiendæ,te ad seipsum accersiuit, & tu ei fidem non ha-
bes? Atqui licet tacere velimus,ab ipsa tamen nostra ipsorum arguimur conscientia. Neque
enim propterea ipsi fidem abrogamus,quasi nos reficere non possit:sed iugum eius supra nos K
tollere recusamus, suaue illud & leue: pigetq; nos ingredi per angustam portam in regnum
cœlorum,potiusq; gestare malumus sarcinam peccatorum, & per voluptatis libidines latam
κακῶς ἢ τα- σως,ἢ ἀταλλί σως,ἢ μέτεώ φως,ἢ τὰ μὴ συμφέροντά σοι. ἐν ὑπομονῇ hic pro παρα μονῇ. viam tenere,& per amplam portam ingredi in perditionem.At sæpe petiui,inquit,neque im-
petraui tamen.Prorsus,quia non rectè petiuisti,videlicet aut dubitabundus, aut aliud agens,
aut quæ tibi vtilia non erant futura.Quòd si & quæ tibi erant vtilia sæpe petiisti,at non tamen
perseuerantiam adhibuisti.Scriptum est enim,In perseuerantia vestra possidebitis animas ve Lucæ.21.d
strras. Et qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Nouit dominus cor eorum qui o- Matth.10.c
rant.Quid est ergo,inquit,quamobrem deus à nobis rogandus sit? An nescit fortasse ipse qui-
bus rebus nobis sit opus? Quid ergo attinet illum orare? Scit sine dubio dominus quibus no-
bis rebus sit opus: & omnia ad corpus pertinentia largiter nobis ad potiundum suppeditat:& L
cùm singulari sit bonitate,pluit super iustos & iniustos, & solem suum oriri facit super ma-
Matth.5.g los & bonos,etiam priusquam à nobis rogatus sit.Fidem verò,& virtutis opera,& regnũ cœ-
lestе,nisi cum labore & perseuerãtia forti admodum orauerís,nunquam impetrabis.Deside-
randum enim est primùm: tum vbi desideraueris, ex animo quærendum, adiunctis fide, ac
perseuerantia: neque omnino quod præstare ipse possis,quicquam prætermittendum: neque
patiendum,vt à tua ipsius conscientia condemnêre, veluti qui negligenter, & cum socordia
ores: & cum hæc omnia seruaueris,tum demum voti compos efficière tui, quando dominus
voluerit. quandoquidem quæ tibi expediant, melius ipse intelligit quàm tu: & ea re fortasse M
differt,quæ daturus est,vt hoc modo magis te ad assiduitatem vocet,& vt intelligas,quod sit
γνῶμη. donum dei,& vt datum diligenter custodias.Siquidem nititur vnusquisque,quod magno la-
bore inuenit,id maiore etiam quadam diligentia custodire, ne eo amisso, labores etiam vnà
βεβαίωσις ab exẽplo. cum eo suos multos amittat,nève neglecto dei munere,æterna vita indignº efficiatur. Quid
enim profuit Salomoni,citò sapientiæ donum inuenisse, quod postea erat amissurus? Proin-
de noli vnquam animum despondere,nisi celeriter inuenias quod rogas.Si enim intellexisset
dominus te,si munus celeriter impetrasses,id nequaquam esse amissurum, sine dubio, quæ eiº
est bonitas,vltro ipse tibi nullo tuo rogatu detulisset.Nunc autem tibi prospiciens hoc facit.
Etenim si qui talentum,quod acceperat,saluum custodierat, is tamen propterea, quod illud
ad quæstum

A ad quæstum non contulerat,condẽnatus fuit,quî non verisimile est, eum multò grauius mul
tatum iri,qui illud etiam amiserit? Hæc ergo cum ita esse intelligamº, siue maturius aliquid, ἐπαγωγή.
siue serius consequimur à deo,hoc tenere constanter debemus,vt ipsi gratias agamus, quan-
do dominus,quæcunque facit,ea omnia,saluti nostræ consulens facit,tantum nos ne pusilla-
nimitatis vitio à petitione constanti desistamus. Iccirco enim similitudinẽ attulit de vidua
illa,quæ duritiã iudicis iniqui emolliuit assiduitate sua, vt nos quoq; assiduitate adhibita im-
petraremus postulata nostra.Ex hoc enî & fides nostra & charitas erga deũ declaratur, quã- Ab exem-
docũq;,esto quod petimus nõ celeriter auferamus,gratias ipsi tamẽ agere non desistimus,cõ- plo viduæ
B stanter immanẽtes petitioni.Gratias ergo illi agamº assiduè,vt digni habeamur,qui sempiter
na ipsius bona consequamur. Ipsum etenim addecet gloria in seculorum secula,Amen.

De moderandis animi cogitationibus. & quòd corpus malum non est, ut quidam suspectim opinati sunt. CAP. III.

PRincipiò sanè omnis in eo adhibenda cura est, vt animi agitatio in officio retineatur:
quod assequemur,si eam mentis imperio subiiciemus,quę ipsa diligentissimè obseruans
prouideat, ne ab recto animus futiliter aberret, nève à trahentibus ipsum in diuersam
partem corporis affectionibus prauis prægrauetur. quemadmodum enim per oculum cor- ὁμοίωσις.
C pus videt,sic animus cernit per mentem ipsi agnatam: at neque vt vnum in altero,sed vnum
& idem prorsus animus est & mens. hæc autem naturalis est vis quædam, neque aduentitia Mens quid
eius animi partis,in qua posita ratio est.Etenim anima quando excitata vi intellectili,quam à & eius fun-
procreatrice sua sacrosancta trinitate insitã accepit, de rebus,de quibº debet,ex officio, quæ- ctio.
q; honesta sunt,consultat,tunc liber est ab insidiis corporis,motusq; eius perturbatos prospi-
ciens,comprimensq;,& in se digna tranquillitate versatur, & in pacatissimo ocio res naturæ
conuenienter contemplatur, oculis, quantum fieri potest, in sacrosanctam ac venerandam
trinitatem intentis: nimirumq; illud reputat,& secum assiduè expendit,quàm excellens diui-
næ gloriæ maiestas sit,ad quam(quę est illius fulgoris incredibilis magnitudo)aspirare nemo
potest.splendorem præterea immortalitatis cõtemplatur, sapientiæ infinitam vim quãdam,
D solidissimam,& omni fluctuatione vacuam tranquillitatem,itemq; affectione omni ac motu
carentem naturam.Cui enim ex improuiso accidere nihil potest, veluti qui reconditam in
seipso,non secus atque in quodam thesauro rerum omnium scientiam teneat,tam præsentiũ,
quàm futurarum,& vniuersa ipse complexus sit,cuiusq; ditioni subiecta sunt vniuersa,nihil-
q; sit in rerum natura,quod aut aduersum accidere,aut omnino contrà attollere oculos pos-
sit,huic consentaneum est perpetuam semper pacem adesse atque tranquillitatem. Siquidem
repentini,& qui præter spem eueniunt rerum casus, ij sunt, qui perturbationem mortalium
mentibus solent afferre.Quem autem praua affectio prorsus nulla obturbat, cõtraq; cui vir-
tus est omnis,omnisq; dignitas comes adiuncta,hunc sine dubio ritè,& vt par est, lætari exi- Lætitia vir-
stimandum est,eiusq; lætitiam immutabilem esse atque sempiternam,quando lætitia virtutis tutis comes.
E ac bonitatis est assectatrix,vt est apud prophetam,Lætabitur dominus in operibus suis. Ani- Psal.103.d
mus igitur quicunque mentem suam peruigilem, & in actionibus rectis assiduè occupatam
detinuerit,is & in his, quas dixi, contemplationibus versabitur, & huiusmodi exercitatione
consuetudineq; mores suos ad æquitatem,ad iustitiam, modestiamq; ac tranquillitatem com
ponet,atque perpoliet. Idem verò vbi mentem agitare destiterit, & in res cognitione dignas
intendere, extemplo, veluti importuni proterui atque canes absente moderatore, ex diuersis Collatio nõ
partibus libidines corporis foras se dant,& vehementer in ipsum oblatrant, & variis modis inelegans.
dilacerare conantur: quippe videlicet, quum earum singulæ vitalem pro se quæq; illius vim
ad se rapiant.Siquidem duplicem ego animi esse arbitror vim, cum ipse vnus sit atque idem: Animæ vis
F quarum altera corpus attingat,vitalis scilicet: altera,quæ tota in perspicienda veritate verse- duplex.
tur,quam quidem rationalem etiam appellamus. Sed enim ex his quam vitalem nominaui- δύναμις ζω
mus vim,eam,quoniam contemperata est cum corpore, animus propter contemperationẽ τικὴ μὴ λο-
illam naturaliter,non voluntariè progignit.Etenim quemadmodum fieri non potest, quin γιστική.
sol res eas illuminet, ad quas radios suos appulerit: item quoq; fieri nõ potest,quin animus,in ὁμοίωσις.
quo corpore insit,illud viuificet.Cõtrà vis illa veri perspiciẽdi, à volũtate proficiscitur motũ
hinc sortita suum.Quamobrem qui animus vim illam contemplatricem siue rationalem ita
instituerit,vt assiduè peruigil sit(vt ait propheta, Neque dormitabit, qui custodit te)duplici-
ter is vitiosos corporis motus consopit ac tranquillat. Siquidem & se in rebus potioribus si-
biq; af-

Universidad de Deusto
Biblioteca

biq; affinibus inquirendis occupat,& motus corporis sui confusaneos obseruans cohibet,atque compescit. Si verò quòd ignauiæ se dediderit,eam cõtemplatricem desidem torpere passus sit,ociosam itidem vitalem vim nactæ libidines corporis,partitæq;,nullo moderãte,prohibentêve,animũ ad suos appetitus ac functiones pertrahunt. Ex quo intelligi potest affectiones corporis tunc esse violetas,quotiescunq; ratio,quę in nobis est,cessat:easde illa moderãte, & imperium suũ exercente,facilimè obtẽperare. Quare siquis rectè modo rem putare voluerit,nullo pacto is corpus culpandum existimabit. Neque enim alienum est,opinor,si in haccemeæ tibi sententiæ explicatione etiã prauas illorum opiniones eripuero,qui malè de corpore suspicati sunt. Vt enim charissime luculenta quędam res ac per se bona equus est,& quo is natura ferocior est,ac vehemẽtior,eo præstantior haberi solet:sessore tamẽ perito eget, moderatoreq;,nẽpe qui ipse rationis sit expers(Enimuero in eum vbi moderator ascẽderit, ille quidem conabitur vti ingenio suo : Hîc si naturales rector iumenti motus rectè ac ratione insidens gubernet,præterquã quòd ipso vtiliter vsus est,etiam ad finem,quẽ sibi proposuit, peruenit,nẽpe qui & ipse incolumis seruatus sit , & iumentũ ad vsum sibi cõmodissimum esse intellexerit. cõtrà verò,vbi pullum qui infrenãdo pręest vitiose instituerit,& pullus sæpenumero ab recta via aberrat,& per cõfragosa ruens,se & sessorem ipsum plerunq; in eandem ruinã dat,& vtriusq; casus nõ aliũde quàm ex rectoris ignauia proficiscitur) Similem etiã in animo quoq; & corpore esse existimare rationem debes. Neque enim temere tributi corpori appetitus sunt,sed vt ad res aliquas prorsus vtiles essent & cõmodi. Ipsum autem rationis est expers, nimirum ob eam causam , vt rationis præstantia maiorem animus dignitatem obtineret . Si enĩ naturales ipse corporis rectè tẽperet motus,præter id,quòd incolume illud cõseruat, hoc etiã accedit,quòd ipse perpetuo à periculis permanet liber . Si verò neglecta ratiõe se somno dediderit, & moderãdi corporis habenas ignauiæ remiserit,& ipsum corpus,veluti quod ratione moderatrice destitutum sit , ab recta egreditur via , & animam secum vnà in eandem perniciem trahit:non quidem ob eam causam,quòd suapte natura ipsum vitiosum,sed quòd illa negligens sit. Etenim si eiusmodi essent affectiones istæ corporis , quæ ab animo domari non possent,meritò culpa in corpus posset transferri. Si verò inuenti sunt multi,quorum studiis deuictæ illæ cessere,nequaquam ab iis iure corpus culpatur,qui ipsum tanquam vitiorum autorem traducere non dubitant: sed negligentiæ culpa in eo est , cui delatum corporis imperium est,cum neque ipse animus naturaliter malum in se habeat , sed propterea in vitio sit (siquando sit)quòd virtutem deserit. Siquidem vitium nihil est aliud,quàm virtutis desertio.

Corporis bona est cõditio cõtra Manichæũ.

Collatio corporis.

κακίας ἀπόλειψις ἀρετῆς.

Quòd nequaquam temere cum mulieribus congredi & colloquia texere conueniat. CAP. IIII.

AC de moderandis quidem animi in cogitando motionibus , corporisq; affectionibus in officio continendis , deq; amplitudine ac tranquillitate hominis interioris, similiterq; de rerũ ad ipsum pertinentium contẽplatione ac cura,superius, quantum potuimus,abunde disputauimus. Verũenim nõ in eo tantum elaborandum nobis est,vt motus animi in cogitando moderemur,sed quoad fieri possit,ab earum etiam rerum cõgressu longissimè fugiendũ est cum primis,quęcũque in conspectum nobis adductæ, refricata libidinũ memoria,cõsilium rationisq; vim nobis perturbãt atq; confundunt,bellaq; & solicitos in animo angores cient. Etenim bellum,quod præter voluntatem nostrã incidat nobis,excipere,fortasse necessarium sit;ipsum verò aliquem sibi voluntarium creare , id verò summæ stultitiæ est. Siquidem ignosci ei forsitan possit , qui in priore illo victus sit (nolim autem omnino hoc Christi athletis euenire)at qui in posteriore hoc superatus discedat, is præterquam quòd rem admodum ridiculam facit,nõ meretur etiã,cur sibi ignoscatur. Quocirca fugiendę in primis cum mulieribus nobis congressiones sunt, collocutionesq; , neque ad eas vnquam accedendum,nisi cum grauissima nos aliqua ad eas necessitas impellat,& aliter facere non possimus. Atque ipsa etiam vbi nos necessitas adegerit , ab ipsis non secus atque ab igne cauendum est. adeò vt quàm ocyssimè nulla mora ab istis nos extricemus . Animaduerte enim quid de hac re Sapientia dicat : Abscondet quis ignem in sinu suo , & vestimenta sua non comburet ? Aut : Ambulabit quispiam super carbones ignis , & pedes non comburet ? Quòd siquis dicat ex assiduo se cum mulieribus colloquio , congressũque & conuictu non admodum lædi , hic sine dubio aut maris naturæ particeps non est , & portentum est quoddam insolentissimum,& præter omnium opinionem admirabile,& in vtriusque sexus(vt ita dicam) confiniis positum: cuiusmodi esse illos ferunt, qui nati eunuchi sunt : si quidẽ hoc illis etiam velimus

γνώμη.

γυναικῶν ὁμιλίας καὶ συντυχίας.

A muliere vt ab igne cauendum.

ἀποδύσεται alligabit.

Prouer. 6.c

velimus tribuere,quod nullo modo fœminarum libidine afficiantur aut moueantur,Concupiscentia enim spadonis deuirginans iuuenculam,inquit Sapiens. aut certè, si expers non est, cum totus immersus libidinibus obruatur, ebriis aut phrenitide correptis similem se esse non sentit,qui grauissimis affecti morbis,morbum à se tamen abesse omnem existimant . Verùm quod ratio non dat,hoc demus nos in disputatione:posse videlicet aliquem existere,qui nullis libidinum aculeis pungatur aut extimuletur. Verùm etsi hoc ipse non sentit,quî quæso hoc ita esse,cæteris item facilè poterit persuadere ? Porrò quòd quis nulla proposita vtilitatis spe, multitudinem scandalizet,hoc ei arbitror non vacare periculo. Quanquam ad hanc alia etiã ratio spectanda est : quòd esto vir nullam ipse in animo suo pernicioſæ cogitationis noxiam cõceperit,de muliere certè,quòd ea quoque idem faciat,nunquã nobiscũ controuertet, quòd ipsa videlicet nullis corporis libidinibus moueatur. Quin incidit sæpenumero,propter consilij imbecillitatem,& maiorem quandam in eo sexu ad libidines procliuitatem , cum fœmina ipsa aliquantulum eius,qui inconsideranter secum congressus sit, libidine commota sit. Atq; ille quidem nullum vulnus accepit,sed sæpenumero inflixit:& quemadmodum id fecerit,nõ intelligit . Tum per simulationem videlicet spiritualis charitatis monachum crebrò adiens muliercula,oculis primum peccato largiter explere se incipit, & formam illius aspectibus lasciuis depascitur, & abditam intus virginem , cuius amore præcipuè spõsus tenetur , impuris cogitationibus vitiat & corrumpit. Proinde ne eorum,quæ diximus,quicquam eueniat, danda est opera, vt(si qua fieri possit)mulierum colloquia,congressusq; funditus fugiamus. Sin id non possit,in eo enitendum est certè,vt quàm rarissima illa,& quàm breuissima fiant : neque id ex odio sexus, apagè: neque vt qui cognationem illarum abnegemus : quin potius earum etiam patrocinium suscipiamus,& quantum in nobis est benignè faciamus,& cum omnibus promiscuè,quæ naturæ humanæ participes sunt,tũ verò illis præcipuè, quæ pro seruãda integra castitate in certamen descenderunt, veluti quæ in pari ac fraterno nobiscũ curriculo certent: congressum tamen defugiamus,ne ex ipsarum aspectu,in memoriã eius,cui semel nuncium remisimus,libidinis,cuiq; aditum ad nos perpetuò intercluſimus,redire cogamur.

Ecclꝛ.20.a

μηδενὸς καταρθώματος.

ἀπαγε abominantis, absit.

Quòd uiribus corporis admetienda continentia est, & quòd honesta ac legitima res est corporis in opere faciendo exercitatio. CAP. V.

VErum enimuero illud consequens est , vt venter ipse quoque in officio contineatur. Siquidem ventris moderatio animi perturbationum compressio est : perturbationũ autem compressio,animi pax est,atque tranquillitas . Animi verò tranquillitas nihil aliud quàm virtutũ fœcundissimus fons. Porrò continens ventris moderatio ea præstantissima iudicanda est,quam vires corporis cuiusque definiunt . Siquidem inuenti nonnulli sunt, qui in rebus grauissimi laboris perferendis nihil omnino graue pertulisse sibi visi sunt , eaq; laxamenti loco potius quàm laboris habuere,idq; propter vegetam ac præduram, quæ illorũ in corporibus inesset,harmonicam temperaturam ac robur eximium . Verumenim quod hi tolerare facilè potuerunt,aliis causa fuit,cur periclitarentur , quandoquidem ea nonnunquã in diuersis corporibus dissimilitudo reperitur,quæ inter æs ferrúmve , ac arentia siue sarmẽtitia ligna. Quãobrem ita amplectẽda à nobis continẽtia est, vt eam cũ viribus corporis cõmetiamur. Quę enim solo animo cernũtur virtutes,eæ omnes omnibus promiscuè æqualiter seruandæ proponentur: veluti mãsuetudo,morum facilitas,summissio animi siue humilitas, bonitas,amor in fratres,innocentia,studium veritatis,misericordia, lenitas, humanitas. has enim peculiares animi esse virtutes dicimus: quando ad eas parandas,colẽdásve animo,corpus nihil plus affert,quàm quod ipsi quædam(vt ita dicam)veluti curia est,in qua huiusce modi res deliberantur. Porrò modum vires corporis finient , si neque videlicet leuiores quis labores suscipiet,quàm quantis ferendis esse par possit: neque si ea item persequi voluerit , quæ sustinere se nõ posse intelligat. Siquidem huius rei quoque rationem haberi arbitror oportere,ne cum,propterea quòd in continentiæ cultu seruatus modus non sit , corpus eneruaueri-mus,inertes deinceps,& ad res gerendas inutiles existamus . Neque enim eo consilio dominus hominem finxit,vt segnis ac languens desidẽret,sed contrà potius vt esset,qui se in laboribus honestis exerceret. quandoquidem & primò in paradiso Adæ præcepit vt laboraret, & paradisum ipsum custodiret(etsi enim hisce verbis altior quidam adiũctus est sensus, nihilominus tamen propterea hoc ipsum etiam,quod omnibus expositum est, imitatione ac studio dignum est)& tum deinde postquam ex eo ille eiectus exulauit,sententiam tulit, vt pane suo in sudore

κλίμαξ.

Collatio p dissimilia.

Corpus est aiæ βουλευτήριον.

In omni re seruãdã mediocritatẽ & discretionẽ.

Quæ in hũc locũ & huic assimiles cõgerit Basilius suos adigẽs discipulos

Universidad de Deusto
Biblioteca

tolerãdo laborimanuũ, pulchrè Tho.eluſt. 2.2.q.187. Niſi eni religioſi per ſui ordinis ſtatuta obligentur vt hi Baſiliani, vt Aegyptij, de quibus Hierony. ad Ruſticũ, nõ tenentur ad manuaria opera.

in ſudore vultus ſui veſceretur. Quòd autẽ quæ Adæ dicta tum fuerint, ea omnibus etiam dicta ſint, qui ab eo ſint oriũdi, ex hoc liquido perſpici poteſt, quòd cum illum tantũmodo tum nominatim deus morte multaſſet, quando dixit, Terra es, & in terram reuertẽris: nihilominus tamen omnes, quotquot ab eo originem duxere, eiuſdem ſimiliter vnà cum eo calamitatis participes extitêre. Quamobrem conuenit vnumquẽq; neque naturæ ordinem, neque præſcriptos ab naturæ opifice limites tranſilire, potiusq; in his continere ſe, & corpus in actione aliqua occupatum tenere, illudq; prouidere, ne ipſum, dum grauius, quàm par eſt, premit, opprimat. Quandoquidem ſapientiſſimè ego illum rationem arbitror ſuam inſtituere, quicunque ſe intra conſtitutos huiuſcemodi fines contineat. Pluribus præterea hoc quod dicimus, ſanctarum literarum teſtimoniis poſſumus confirmare. Siquidem præcipiunt diuina oracula, vt laboremus, & corpus actuoſum motionĩq; expoſitum habeamus, potiusq; aliorum indigentiis ſubueniamus, quàm aliunde ipſi opem expectemus. Vt autem ipſum immodicis macerationibus extabefactum reddamus ac diſſolutum, hoc verò nullo modo. Huius autem rei fide omni digniſſimus teſtis eſt Paulus, apud quem quodam in loco ſcriptũ eſt ſic: Audimus inter vos quoſdam inordinatè ambulantes, nihil laborantes, ſed curioſè agentes. Et ordinis diſſolutionem, laboris deſertionem pronunciat: Non enim, inquit, inordinatè nos inter vos geſſimus, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione nocte & die laborantes. Et quod hoc etiam maius eſt, Ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum erant, miniſtrauerunt manus hæ. Itemq; alio in loco, Vt laborantes, inquit, panem ſuum manducent. Et alibi, Vt quieti ſitis, & vt veſtrum negocium agatis, & laboretis manibus veſtris. Prorſus liber eſſe ab omni animi elatione monachus debet, & mediam verè, ac regiam viam ingredi, neque ab ea vel in hanc, vel in illam partem vſpiam declinare, vt videlicet aut ſegniciem amplectatur, aut continentia ita corpus affligat, vt ad obeunda deinceps munera ſua vtile eſſe non poſſit. Si enim rectum eſſet, homines diſſoluto corpore deſidêre, & veluti ſpirãtes mortuos iacêre, credibile eſt tales nos à prima conditione deum fuiſſe cõditurum. Quòd ſi hoc ille non fecit, illud haud dubiè ſtatuendum eſt, eum rationem eſſe illam ſecutum, quam eſſe rectam intelligebat. Quòd ſi tales ille nos finxit, quales ſi eſſemus, rectiſſimum erat futurum, peccant, quicunque quantum in ipſis eſt, quod rectè factum eſt, non conſeruant. Illud autem diligẽter pietatis cultor obſeruato, num qua ex incuria in ipſius animo domicilium ędificarit praua affectio ac delituerit, nuncubi peruigil illa ac vehemens in deum mentis intentio oblanguerit, ne fortè ſpiritus ſanctificatio, & quæ inde in animum promânat, illuminatio obſcurata ſit. Vigentibus enim his, quæ diximus, bonis nullam prorſus rebellionis occaſionem nanciſcentur hę corporis affectiones: quippe cum animus videlicet in rerum altiorũ cura ſit occupatus, neq; corpori vſquam libidines excitandi locum concedat. Si enim cogitãtibus ſæpenumero aliquid nobis de rebº vitæ huius, mẽte acriter in aliquã cogitationẽ defixa, neq; oculi, neq; aures muneribus funguntur ſuis, animusq; relictis ſenſibus in ea cõmentatione totus inhæret, multo profectò facilius ſi in animis noſtris diuinus amor viguerit, oĩs prorſus vel leuiſſima etiam à nobis de libidinibus aberit cogitatio. Quòd ſi ſeſe hæ interdum loco paululum commouerint, extemplo facilimè eas in ordinem rediget magnanimis prudentia. Vtrúmne quæſo præſtabilius eſt, fœcundas arbores imitari, quæ & ipſæ copioſæ ſunt, & alios fructuum, quos habẽt, vbertate delectant: an aſſimilem eſſe holeribus iis, quæ immodico toſtæ ſolis ardore & ſiccitate langueſcunt, neq; vlla in re (vt eſt apud prophetam) à beta ſemielixa differre? (quippe qui ne tuarum quidem ipſius neceſſitatũ eſſe miniſter valeas, & quod grauius eſt, qui integras ad teipſum tuendum ab natura vires acceperis) atque ex dimidia tantum parte, ſolo videlicet animo, ac non etiam corpore philoſophiæ operam dare? Etenim ſi eſſemus extra corpus conſtituti, neceſſario ſolo tantùm animo optima ac præclariſſima quæque ſequeremur. Verum quia ex duplici natura conſtamus, duplex virtutis quoq; eſſe ſtudium debet, idq; cum ſtrenuitate corporis, tum animi etiam induſtria exerceri. Porrò ſtrenuitas corporis nõ in ocio poſita eſt, ſed in negocio. Quanquam illud quoq; diligenter animaduerti debet, ne per cauſam neceſſitatis corporis, eò impingamus, vt voluptatibus ſeruiamus. Si enim hoc poſſet impetrari, vt cùm in perpetua inedia corpus tenerem⁹, ipſius nihilominus integra opera ad munera ſua obeunda vti poſſemus, vtique eſſet hoc optimum. Verùm quoniam rariſſima ea inueniuntur corpora, quæ in iſtiuſmodi victus ratione non concidant, & adhibita moderatione ieiunandum eſt, & corpori neceſſarium maximè ſubſidium tribuendum: neque in aſſumendis cibis dux habenda voluptas eſt, ſed ratio, quæ neceſſitati ipſa modum prudẽter

Gene.3.d

Argum. à minori.

Collatio à ſimili.

Duplicis naturæ homo.

In ſumẽdis cibis nõvo-

A prudenter definiat, more peritorum medicorum, qui nulla ipſi cum animi perturbatione, accõmodata morbis remedia adhibent. Huiuſmodi enim animi affectio in quocunq; fuerit, hic ſi cibum aſſumpſit, nihil eſt, quod ad philoſophiam attinet, quãobrem eo inferior habendus ſit, qui ab eo ſe temperarit. Quin potius is, & quod ad rei finem attinet, nõ perpetuum modò ieiunium, ſed inediam etiam eſt aſſecutus, & quòd ſapienter corpus gubernarit, egregiè in eo regendo prudentiæ laudem inuenit. Neque enim moderata corporis in victu eductio, continentiáve, eæ ſunt quæ cupiditates accendant, & libidines indomitas reddant. Nam hoc quidem intemperantia, & immodicus deliciarum luxus facit. Atque ad id quidem probandum, quod in præſentia diſceptandum nobis propoſitum eſt, hæc cùm ex legibus naturæ, tum ex di

B uinis literis à nobis petita ſufficiant. Verũenim quoniã quæ diximus, ea nõ rationibus tantùm roboranda ſunt, ſed exemplis etiam rerum geſtarum noſtra confirmanda ſententia eſt, ad ipſum iam liberatoris noſtri vitæ inſtitutum pergemus, quod mortali in corpore ab ipſo ſeruatum, omnibus quicunque pietatem in vita colere vellent, virtutis exemplar, ac pictura ve-

Oĩs virtutis τύπος καὶ πρόγραμμα Chriſti cõuerſatio eſt.

luti probè expreſſam effigiem quandam propoſuit, vnde cuncti lineamentis illius inſpectis, cùm nulla in parte à propoſito ipſis exemplari imitatione declinarẽt, ſimile inde pro ſe quiſque in vitam ſuam exemplum transferrẽt. Nam quòd vitam ſuam liberator noſter præſtantiſſimi viuendi ritus omnibus ipſi obtemperare volentibus exemplar propoſuerit, ipſum audi, hoc apertiſſimè dicentem: Siquis mihi miniſtrat, me ſequatur, inquit. quibus verbis ne- Ioan.12.d

C quaquam aſſectationem eam ille ſignificat, quæ corpore fit (quando qui hoc facere poſſit, reperiretur nemo, cùm quod ad corpus pertinet, dominus in cœlo nunc eſſe intelligatur) ſed acerrimam, quantum fieri poſſit, vitę ipſius inſtitutorum imitationem. Quæ igitur vita fuit liberatoris noſtri? quam ille, dum hic inter nos verſaretur, vitæ rationem ſecutus eſt? Peccatũ quidem non fecit. Quî enim à peccato vinci iuſtitia potuiſſet? aut quo pacto veritatem vanitas ſuperaſſet? quáve ratione infirmitati virtus debellata ceſſiſſet? aut poſtremò quomodo quod nihil eſt, de eo quod eſt, victoriam reportaſſet? Semper eſt enim deus: quippe cuius natura neque originem habeat, neque finem vnquam ſit admiſſura. Peccatum verò ipſum eſt nunquam, neque in propria ipſum per ſe ſubſtantia vlla ſua eſſe cognoſcitur. Cumq; in iis magis, quæ malè fiunt defectione boni, quàm in iis, qui ipſum faciunt, naturam ſuam poſitam habeat, intelligibiles quaſdam tenebras malefactis imprimit, quæ à iuſtitiæ lumine diſpelluntur. (Lux enim, inquit, in tenebris lucet) & eouſque durant, quandiu prauæ actiones durant. Sub-

D latis enim his, vnà etiam, ſimul peccati ſubſtãtia deletur, & euaneſcit. Quæretur enim, inquit, Pſal.19.g peccatum eius, & nõ inuenietur. licet peccantibus pœna propter peccatum ſit repoſita, & ob ea, quæ flagitioſè fecerint, cruciatus propoſiti ſempiterni. Peccatum igitur non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Sed cõtrà, lenitatis, patientiæ, facilitatis, manſuetudinis, humanitatis, comitatis, animi ſubmiſſionis, prudentiæ, virtutum denique cuiuſquemodi documenta præbuit cõplura: quæ quidẽ in euangeliis omnia apertè explicata cernuntur. Ac lenitatis quidem ac patientiæ, perferendis aſſiduè Iudęorum inſidiis (cum earum nouiſſimæ quęq; prę in-

E credibili ſua magnitudine, priores apparere non ſinerent) ipſis eatenus clementer corripiendis, quatenus eorũ improbitatem cõprimeret: vlciſcendis autem, aut perſequendis, ne tantillum quidem. Etenim in eo ille aſſiduè vſq; conſtanter perſeuerauit, vt (ſi fieri poſſet) illorum immanitatem ſuis benignè factis euinceret, & benemerendi perpetuitate cõceptam in ſe odij acerbitatem mitigaret. Ad extremum etiam eorum cauſa, qui ſe in crucem agebãt, cruci ſuffigitur. Comitatis verò comiter, vt par erat, ad ſe omnibus admittendis, & facilitate ſua ad colloquium ſecum animãdis, non bonis modò, ſed iis etiã, quos ex cõſuetudine iam improbitas delectaret. Hac enim inductæ meretrices mulieres ad illũ adibant, publicaniq;: nõ vt aut

F illæ libidinis, aut hi auaritiæ morbũ augerent: ſed ea re, vt inolitas ægreſcentis animi ſui labes abſtergerent, atq; interlinerent. neque in deterrendo plus poterat facinorum cõſcientia, quàm in animo addendo recuperandæ ſanitatis ſpes. quæ quidem neutiquã prorſus ipſos fallebat, quãdo re ipſa maiora multò experti nanciſcebantur, quàm erant ea quæ opinione conceperant. Porrò humanitatis ac miſericordiæ documenta illa quanta ſunt tandem? nunc in ſolitudine fame iam confectis menſam inſtructiſſimam apparare, quæ dupliciter ipſos teneret, & rerum neceſſariarum copia, & admirabili illarum apparationis modo. nunc eorum, qui abiecti erant miſericordia commoueri, eò quòd erant diſſipati, diſiectique, velut oues non habentes paſtorem, inualetudines præterea corporis ſanare, debilitata ac manca membra integrare, animorum morbos tollere, indiſſolubiles peccatorum nodos expedire,

luptas præ dux ſit, ſed ratio quæ medicos imitetur.

τραπέζαμ ἀμφιλαφῆ.

Matth.9.c

p extorta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

extortarum violenter pactionum, quas cum patre peccati diabolo pepigeramus, obligationes dissoluere. Humilitatis exempla quãta deniq; nobis exhibuit? quòd ipse non solùm vltro mortale corpus assumpserit, sed ex humilibus etiã parentibus (quod ad vitę huius cõditionem attinet) & nasci, & natus putari voluerit: ac nasci quidẽ ex matre, natus autẽ putari ex eo, qui appellatus est pater. Prudẽtiæ verò prorsus illa fuere vel maxima, ꝙ & Sadducæos commento illo septem fratrum, qui omnes, cum vnius eiusdemq; vxoris viri fuissent, è vita discesserant, resurrectionem conantes cauillari, refellerit: & simili modo Pharisæorum discipulos vnà cum Herodianis à se summo pudore affectos dimiserit, quando proposita lubrica illa & ancipiti quæstione, vtrum censum dari Cæsari oporteret, nẽne, respõsum ab eo (vt ita dicam) ambidextrum abstulerunt, quod altrinsecus illorum amẽtiam cõcerpere & vellicare valeret: quippe quod nõ dari iuberet, sed reddi: Reddite enim, inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari. Cæsaris enim erat numisma, cuius imaginẽ & titulum præ se ferebat insculptum. Atq; hæc quidẽ animi præcipua virtutum documenta sunt, quæ ille edidit, & præter hæc alia etiam infinitis partibus plura. Corporis verò cuiusmodi, ac quãta? propter quæ potissimum etiã hoc à nobis inductum exemplum est, qui prima sua ætate parentum suorum imperio esset subiectus, & labores corporis omnes æquo vnà cum ipsis animo illis obediens toleraret. Verisimile est enim cum homines illi essent, & iustitiæ & pietatis cultores, tenues tamen, neque necessariis ad viuendum copiis satis instructi (quod ex pręsepi intelligi potest, in quo venerabilis ille fotus est fœtus) solitos eos in assiduis corporis laboribus versari, & hac ratione quotidianum sibi victum quæritare. Porrò Iesus cùm his, vt diuinæ literæ prædicant, esset subiectus, sine dubio in perferendis etiam vnà cum ipsis laboribus, morigeram declarabat suam obedientiam. Cæterùm vbi post ætate progressus, dominica iam, diuinaq; beneficia aperiret, discipulos denique eligeret, & de cœlesti regno promulgando cogitaret, non in angulo aliquo abiectus, & corpore viribus destituto, aliorum ministerio indigebat: sed assiduè nunc quidem itineribus faciẽdis, iisdemq; continenter pedibus conficiendis, simulq; discipulis ministrando, vt ipse ait (Ego enim in medio vestrũ sum, inquit, sicut qui ministrat. Et item, Sicut filius hominis nõ venit, vt sibi ministraretur, sed vt ministraret) nunc discipulorum etiã suorum pedes lauando, pòst doctrina eos & longioribus sermonibus instruendo, impigreq; ex locis aliis in alia se transferendo, saluti nostræ cõsulere non intermittebat: semelq; tantũmodo iumento, eoq; ipso ad exiguum tempus vsus reperitur, neq; id vt lassitudinem corporis leuaret, sed vt opere ipso prophetico oraculum cõfirmaret. Quid apostoli, nónne ipsi quoq; dominum sunt imitati? nõne assidui in laboribus erant? Animaduerte Paulum indiuulsè laborantem, contenteq; itinera facientem, nauigantem, pericula adeuntem. Animaduerte cùm tempestatibus iactaretur, agitaretur, flagris cæderetur, lapidibus peteretur, & animi robore, & corporis firmitate, contra aduersa omnia fortissimè staret. Quòd si in eo ille fuisset, vt corporis vires immoderata incontinentia eneruaret, nunquam profectò ex illis quæ gessit, ad coronam illam, quam postea adeptus est, peruenisset. Quamobrem præclarè is facere existimandus est, qui cum domini & discipulorum, atque adeò Apostolorum ipsius, & animi virtutes, & corporis exercitationes sibi imitandas proposuerit, haudquaquam ocio marcẽre corpus sinit, sed in optimis illud assiduè officiis cõtinet. Cum enim animi munus sit de rebus bonis ea seligere, quæcunq; corporis etiam opera conficiuntur: corporis est, exequi ea, quæ recta animus iudicarit: cui si ad exequendum vires defecerint, mancum quodammodo, atque inchoatum relinqui officium necesse est: quippe quod in sola voluntate tanquam compressum iaceat, veluti germen aliquod, quod in sinu terræ delitescens comprimitur, in eaq; occultus marcescit, neq; in eorum vsum foras se dat, quorum causa creatum est à natura. At & diuturnam dominus inediam pertulit, dixeris. Idem fecit Moyses, idem Helias propheta. At enim illud tu quoq; animaduertito, dominum, itemq; Moysen & Heliam, hoc semel tantum fecisse: reliquo autem toto vitæ tempore, quod in regẽdo corpore, eam, quã par erat, perpetuò disciplinæ moderationẽ adhibuerint, idq; ocio languere nunquã siuerint, sed vsque in laboribus, assiduisq; exercitationibus cõtinuerint, sicq; auxiliari opera corporis, animę virtutes illustriores reddiderũt, dũ omnib⁹ suis partibus absoluendæ spirituali suæ cõuersationi operatoriã eiusmodi & actiuã vitã ceu sigillũ ac clausulã adiecerũt. Hoc Moyses, hoc Helias, hoc Ioãnes etiam ipse factitauit, qui cũ aliquãdiu ex arcano quodã dei cõsilio se in solitudine illa tenuisset, in loca postea culta egressus est, ibiq; prædicãdo, baptizãdoq;, quæ munera ipsam etiã rerum actionẽ attingunt, illa sua ad extremum intrepida apud Herodem animi libertate certaminis sui finem inuênit. Hoc idem

& sanctorum

ἀμφίνημον ἐρώτημα ἀπόκρισιν πρὸς ἔξιον.

νόμισμα.

πρᾶως καὶ ὑπεικτῶς.

Luc. 2. g

Luc. 22. c
Matth. 20. d

ὁρμητικὸν βίον σφραγίδα καὶ τελείωσιν τὸ πνευματικῆς πολι-

A & sanctorum catalogus omnis, & Iesus ipse seruauit, quãdo hi assiduè vsque in re agenda aliqua versabantur. Quocirca perspicuum est vndique, cùm ex legibus naturæ, tum ex doctrina diuinarum literarum, tum ex sanctorum omnium virorum exemplis, ipsiusq; adeo liberatoris nostri vitæ instituto, & illa perfecta pietatis cultoribus viuendi norma, & honestius, & vtilius esse cõfirmando corpori suggerere quàm adimere vires: idq; strenuũ obeundæ bonæ actioni, quàm vietum reddere & exoletum, vltronea quapiam maceratione.

τέλας πεποιημένοι. Actiuæ vitę op⁹ quod ex plenitudine contẽplationis deriuat, sicut doctrina, prædicatio, præfertur simplici cõtẽplatiõi. Tho. 2. 2. q. 188. ī Resp. ad. 6.

Quòd opera illa consectari monachus debet, quæ ipsius professioni idonea sint. CAP. VI.

B Caeterùm in his se operibus exercere monachus debet, quæ ordinis ipsius decoro conueniant, cuiusmodi videlicet ea sunt omnia, à quibus cauponariæ artis & impostura omnis absit suspicio, quæq; nullæ lõgiores animi distractiones, aut improbi quæstus sequãtur, sintq; eiusmodi, vt manẽtibus intra tectũ nobis magna ex parte confieri possint, ne operum laboribus cõtentius quàm par sit cõsectandis, animi in virtutis cõmentatione, neruos, industriãq; elidamus: in quo illud spectandũ, vt & opus absoluatur, & à quiete tamen nõ discedatur. Si verò etiã tempus aliquod inciderit, vt necessariò sub dio aliquid administrãdum sit, haudquaquam hoc philosophiam tamen impeniet. Qui enim verè philosophus est, is cum corpus suum curarum suarũ domicilium, & animi sedem firmissimã habeat, licet casus illum in forũ attulerit, licet in maxima cõuentus alicuius celebritate versetur, licet in mõte aliquo, licet in agro, licet in media multitudinis frequẽtia sit, stabilis tamen in naturali suo monasterio manet: quippe qui mentem suã introrsum ad seipsum recollectam habeat, & de rebus ad officium suum pertinẽtibus philosophetur. Siquidẽ fieri facilè potest, vt & qui se intra priuatos parietes contineat, is si negligenter se gerat, mentis agitatione circũuagetur foras: & vicissim qui in foro medio versetur, is si animo excubet, perinde sit ac si in magna esset solitudine constitutus, qui videlicet cogitationem suam ad seipsum tantummodo ac deum conuersam habeat, sensibúsque suis perturbationes omnino nullas admittat, quę à rebus ortæ sensilibus, in animos solent nobis incidere.

C

σῶμα, φρουρίον τοῦ κατ' ἀγωγὴν ψυχῆς.

D

Quòd neutiquam temere cum quibusuis hominibus consuetudinem habere monachus debet. CAP. VII.

IAm ne illud quidem decere iudicandũ est, temere seipsum quibusuis credere, denudaréue aut aperire animi arcanũ sui. Siquidẽ homini, in eo, quod ex deo est, vitæ genere versanti, multi parati esse insidiatores solent, atq; ipsi adeò coniunctissimi quique in eum studioſè quid agat, inquirunt. Quocirca danda omnino nobis opera est, vt nõ nisi magna adhibita diligentia, circũspectioneq; in congressum cum extrariis hominib⁹ veniamus. Si enim ipse liberator noster (vt est in euangelio) omnibus seipsum nõ credebat (Ipse enim, inquit, Iesus non credebat seipsum illis) si ille purus, & labe omni carens, ille ab omni culpa liber, ille iustus, ille qui quantuscunque erat, nihil nisi virtus erat, hoc faciebat: quî fieri poterit, vt nos, qui peccatores sumus, qui ad lapsum propliues, qui ab recto, quod nobis proposuimus, itinere, identidem aberramus, idque & ob naturalem nostram imbecillitatem, & propter eum, qui bello nos improbè & acriter persequitur: sed quî hoc poterit impetrari, vt si curiosis hominibus vitam nostram inspiciendam exposuerimus, nón & prauas in nos calumnias conflemus, & ipsi nobismetipsis scandala statuamus? Siquidem plerunque etiam quæ rectè fiunt, ea maleuoli in crimen vocare non dubitant: neque vel leuissimas quidem præterire offensiunculas sinunt, quas non maledictis infectentur. Quamobrem in admittendis extrariorum hominũ congressionibus magna adhiberi à nobis cautio debet. Etenim præter ea, quæ diximus, temeritatis vitio, aliud etiam peccatum incurrunt, cum scilicet cogitant eos, qui à communi cum cæteris viuendi ritu recesserunt, eò quòd viuendi institutum mutarunt, non consilium mutasse, sed diuersam planè ab humana induisse naturam, neque de pietatis cultoribus iudicant, tanquam de iis, qui cum in iisdem affectionibus versentur, eas tamen animi virtute, & voluptatibus à se segregandis, rationis imperio subiiciant: sed illud existimant, naturales ex illorum corporibus omnes funditus affectus esse sublatos. Quo fit vt si vel transuersum vnguem spiritalis vir ab recto declinarit, confestim vniuersi, vel ij ipsi, qui vehementissimè ipsum antea laudibus efferebant, admirabantúrque, eius accusatores existant acerbissimi, palâmque seipsos reprehendant, vt qui ne priores quidem illi laudes veras tribuerint. Vt enim cum in certamine pugil aliquis concidit, illico in eum aduersarius insurgit, ipsumque ferit, &

γνῶμαι

βιβαιώσεις. à simili ducta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

humo magis etiam affligit: item hi quoq; simulatq; aliquem de iis,qui assiduiin virtutis cul- G
tura sunt,paululum aliquid de virtutis curriculo deflexisse animaduerterint,extemplo in eum
inuadunt,maledictisq; & criminationibus perinde vt iaculis petunt,neque secum reputãt ip-
si,sexcẽtis se quotidie vitiosarum affectionũ telis transfigi: cum pietatis propugnatores quã-
uis similibus ipsi quoque affectibus sint circunsessi,aut leuissimum inde,aut nullum plerunque
incõmodum accipiant: & quod magis eos mouere deberet,qui acriorem quàm illi aduersa-
rium excipiant, quando hi apertissimè ei se aduersarios professi sunt : & magnum quid ade-
ptum se ille arbitratur,si de his victoriam reportet:cõtraq; mortiferæ plagæ loco ducit,quã-
docunq; victus discedit,nimirum vt qui perfectè,& cunctis tum virtutis partibus sit debella-
tus . Nam susceptum sibi aduersus vitæ huius negociis deditos certamen,id verò admodum H
contemnit:idq; partim eò,quòd ex illis plurimi eius ditioni spontè se, atque adeo cursim ve-
nientes subiiciunt,veluti qui voluptatibus variis,& concupiscentiis tanquã esca deliniti , ad
peccatum illiciantur,ipsiq; victoriam de se quàm facilimã præbeant : partim, quòd quãuis ex
iis nonnulli peccato aliquatenus videantur resistere,hi tamen distractionibus variis impedi-
ti,paruo negocio à contentione illa acri auocantur ac depelluntur,versiq; in fugam,& missi-
libus cõtinẽter petiti,multas ac fœdas secũ cladis suæ notas ab hoste irrogatas referũt. Quòd
si aliqui extiterint aliquãdo,qui curarum vitæ huius impetu profligato, fortiter prementis se
aduersarij bellum exceperint:at longè tamẽ illorum dispar certandi ratio est.Siquidẽ multis,
atq; adeò infinitis partibus maiora sunt illa,quæ exhauriunt ij,qui se colendæ pietati totos pe I
nitus dedidere.Alter enim retinere contendit ius suum , & in cõtrouersiis de rebus vitæ hui⁹
pertinacissimè litigat.Cõtra,Monachus de iure etiam suo iis, qui secum controuertũt & de-
litigant,concedit,& præcepto illi obtemperat:Ab eo qui aufert,quæ tua sunt, ne repetas . Ille
vt par pari referat,percussus & percutit,& iniuria lęsus relidit:& hoc modo æquabile se tenere ius putat.At hic eatenus tolerans est iniuriæ, quoad iniuriis se aut plagis afficientis libidinem exaturet.Atqui idem voluptates corporis assiduè studet coërcere : dum alter earundem illecebras perpetuò consectatur. Quò fit,vt ne inter athletas quidem iure existimẽ haberi pos se,qui in ciuili vitæ genere versantur,quandocunq; cum assiduis pietatis cultoribus conferã-
tur.Atque aliud etiam præterea animaduerto,quod iis solitum est vsu venire,qui cõmunem, K
ac vulgarem vitam sequuntur, quandocunq; in pietatis cultorum vitam inquirunt : Simulac enim pietatis cultor cum animo suo secum statuerit rectum esse, post longinquam esuriem. esca corpus fulcire suum,ne ruat:veluti si omnino corporis ac materiæ expers esset , aut nullum prorsus,aut quàm minimum cibum assumere illũ , volunt.Et si ex huiusmodi disciplina quempiam animaduerterint,qui non vsquequaq; inclementer corpus tractet , ac vel tantillũ illius necessitati subueniat,hunc cõuiciis, calumniisq; proscindunt, deriuataq; ab vno in cunctos proteruia,petulantiaq;,vniuersos pariter lurcones quosdam,& helluones appellant: neq; illud reputant,se,cum bis, & ex ipsis nonnulli ter etiam quotidie epulentur crassissimis , pin-
guissimisq; suffarcinati vescantur cibis , & infinitam carnium molem deuorent , ingentemq; L
supra modum vini ingurgitent vim,mensis tamen nihilominus se ita inhiare, vt exemptis è vinculis post diuturnam esuriem catulis assimiles videantur.Porrò qui veræ pietatis sectatores sunt,ij quàm fieri potest , aridissimo vtuntur cibatu , & in quo præter imbecillitatem tenues admodum ad alendum vires sint: idq; in totum diem semel , quibus modò perpetuò disciplinæ ordinem seruare in animo est:& hunc ipsum , quòd modicè , & vt ratio iubet, assumunt,iure vbi eius sumendi tempus aduênit , fidenter nulla impediti religione , necessarium corpori auxilium tribuunt.Quò fit vt nequaquam conuenire iudicandum, sit libertatem nostram ab alia conscĩetia iudicari.Si enim nos cum gratia participamus , quid blasphemamur pro iis,de quibus gratias agimus ? cùm exiguam admodum & vilissimi precij ciborum portionem tanta nos cum voluptate amplectamur,cum quanta ne ipsi quidem splendidissimos, M
& copiosissimis cuiusque modi ferculis instructissimos mensarum apparatus. Verumenim ex his,quos diximus,hominibus,siquis fortè sit , cuius perspecta nobis & animi prudentia , & vitæ innocentia sint, & disciplinam nostram in reuerentia habeat, hunc mensa nostra communicari,si id vsus poscat,à ratione neutiquam alienum fuerit.

περιέλαμ ψαλλιγήμ.

Perstat in collatione secularis & monachi. Lucæ.6.d

Hoc nimis quãverũ vsu quotidiano deprehendimus.

παχύτατα καὶ πιώτατα.

ὁμοίωσις.

Quòd neq; frequenter,neq; temere extra monasterium exire monachus debet. CAP. VIII.

ATque illud etiam tenendum est,vt nequaquam quouis prætextu visendorum, conue-
niendorúmve fratrum crebrò è monasterio velimus egredi . Siquidem diabolicum illud

A istud quoque cõmentum est,quando huiusce modi artificio vti aduersarius solet, ad disciplinæ nostræ stabilitatem,ordinẽq; religiosę huius vitæ labefactandũ,ac peruertendum,atq; hoc modo nos voluptatum illecebris illectos,variis,iisq; instabilibus cogitationibus facere obnoxios studet.Sed in eo potius elaborãdum est cuiq;,vt tacitis secum colloquiis, intimisq; cogitationibus,animi sui vitia diligenter perpendat,& corrigat. Etenim qui animum hunc attulerit,vt superioris vitæ consuetudinis,ab se modo vinculum abiecerit , etsi omnino hic ex ea sua animi ad honesta vitæ studia applicatione laudem promeretur,at nõdum tamẽ propterea ad virtutum culmen peruẽnit:quin quomodo eas cõsequi posset,sępenumero ne cogitauit
B quidem: verum tacitus secum cogitatione in seipsum defixa, perturbatos animi sui appetitus motusq; excutere diligẽter debet,iisq; magna cũ animi contẽtione obluctari,& quę in eo incondita viderit,ac perturbata,ea melioribus cõsiliis in ordinẽ redigere,atq; sedare.Sedata siquidẽ animi & requieta cõstitutio virtutis est argumentũ certissimum . Cæterum qui huc,illucq; cõtinenti peregrinatione discurrit,neq; stabilis certo vllo in loco diu consistit, sed crebra ex aliis in alia loca itatione collectam illã,& constipatam animi in cogitando vim assiduo isto flatu ac reflatu veluti euentilat,atq; diffundit,paulatimq; corporis voluptates spectare insuescit, is quî quęso perspicaciter excutere seipsum poterit? aut quæ minus honestè se habeant peruidere,& in melius reuocare? quippe cum in eo perseuêret , vt animũ suum ad pra-
C uas assiduè affectiones instiget. Quod cum ita sit, amplectenda nobis maxima ex parte quies est,& in suo cuiq; assignato sibi ad habitãdum loco fortiter perdurandum, quò videlicet hoc ipso animi sui stabilitatẽ testatam faciat.Neq; verò tamẽ propterea perpetuò est,tanquã in custodia permanẽdum:sed quãdocunq; & res poscit, & conscientia non reprehendit,liberè est, fidenterq; prodeundum,& de fratribus probatissimi quiq; , & propter insignẽ vitæ sanctitatẽ maximè vtiles inuisendi,& ex fructuoso illorum cõgressu,virtutũ exẽpla capienda: ita tamẽ, vt(quẽadmodum diximus)in prodeundo modus teneatur, & praua omnis suspicio euitetur. Siquidem est sæpenumero cum exortum in animo tædium susceptæ peregrinatio discutit , & spatio ad colligendas denuòvires ac sese erigendum refocillandúmve dato,alacriorem ad ca pessenda deintegro pietatis certamina facit.Quòd siquis apud seipsum glorietur,quòd pedem
D omnino è cella non efferat,enimuerò intelligere is debet inani se admodum re inflari . Neq; enim nõ prodire ipsum sua sponte laudandũ est, aut aliquãdo prodire homines solet aut bonos facere,aut malos,sed vel quod ad res honestas firmũ ac stabile animi iudiciũ est, vel cõtrà leuitas & inconstantia,hominem bonum reddit vel malum . Si verò quis propositam sibi semel in animo honestatem firmè constabiliuerit,& diuturna exercitatione , tẽperandarum animi sui motionum probè iam rationem didicerit,isq; edomitis corporis sui libidinibus, & animi ratione alienis motibus refrænatis,quòd præterea rationis fræno confidat,ob eam causam è monasterio prodire frequentius velit , vt fratres ædificet , visitetq;: qui huiusmodi est, eum ratio ad prodeundum potius impellet,quàm reuocabit , quò videlicet posita super candelabro lucerna,cunctis præclaræ doctrinæ suæ largè lumen impartiat, modò verè confidat,
E in quoscunque inciderit,illis se & doctrina & exemplo virtutum veluti scholam futurum: & si seipsum diligenter antè muniuerit,vt,quod est apud Apostolum, ne fortè cùm aliis prædicauero ipse reprobus efficiar.

γνώμη.

Att.hoc pl⁹ æquo solitudini affixus.

2.Cor.3.E ἀδόκιμος γένωμαι.

Quòd locum identidẽ demutantibus monachis,neutiquam inter cæteros audendi quicquã,loquendiue liberè fieri potestas debet:& quòd deuitandi sunt,qui tales sunt. CAP. IX.

ATque illi etiam deuitandi sunt, qui instabiles identidem locum demutant , & modò ad hos , modò ad illos fratres se conferunt , & irrequieto acti impetu se in circunlustrandis assiduè monasteriis occupant,& per simulationem spiritualis charitatis, car
F nis libidinibus obsequuntur:quorũ in animis nihil firmitatis,nihil solidi,nihil quòd disciplinę cõueniat ordinis,nihil deniq; prudẽtiæ inest,aut grauitatis:contraq; summa curiositas,morũ peruersitas,leuitas,incõsiderantia,dolus,hypocrisis, mẽdacis & veteratoriæ oratiõis plenissima assentatio in istis redundãt.Hi enî & lingua rudes,& vẽtre intemperãtes sunt.Horũ volucris animus cõtinenter flabris veluti quibusdã pulsatur, horum cõsilia assimilia vespertilionũ volatibus sunt:quippe qui in directũ nunquã feruntur,sed tortuoso,& incerto maximè volatu huc illucq; temere pererrãt,ac circũnagãtur. Hi cùm in speciẽ statim aliud facturi videãtur,postea præter omnium opinionem,ad aliud quippiã longè diuersum subita mentis leuitate feruntur.Hi multum serpunt,& nihil promouent. Siquidem iumentis iis assimiles sunt,

Ex loci etiamnũ instabilitate quæ vitia gignantur. Collationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asino molæ alligato assimilis est inconstantia.

quæ ad molas deligata cum ingredi continenter non cessent, eodem tamen vsque in spatio G
semper reperiuntur:& fracto laboribus corpore, ipsa tamen vltra exigui loci fines progressa
non sunt:Sic isti quoque cum assiduè in corporis libidinibus intricentur,in hisq; depressi in-
hæresçant,ad spiritus fastigium nunquam euadunt: sed inexhausto cursu in orbem perpetuò
incitati feruntur:nempe qui vnà cum corporis cõcupiscentis, voluptatibusq; assiduè agitati,
rotatiq;,eôdem vnde mouerant,denuò referantur,& propter voluntatis prauitatẽ, ab iniqua,
in qua sunt,seruitute nunquam liberentur. Hi cum ouis speciem externè intuentium se ocu-
lis veluti escam quandam obiiciant, gulosam & vafram, & astutam internè vulpem celant,
ἀνομοίωσις. multosq; ab recta viuendi via, ad simile, in quibus ipsi sunt, vitiorum genus conantur abduce-
re:quicunq; videlicet clauo rectæ rationis destituti,leui momento,nullo delectu magistris H
peræquè malis ac bonis fidem adiungunt, illudq; rectum existimant quodcunq; quis ipsis vel
rectè vel probabiliter consuaserit. Et hos igitur secum trahere in suæ prauitatis pernicie stu-
dent,q; videlicet illorum peruersionẽ,excusationem suã esse arbitrentur, & eleuationem cri-
minum suorũ flagitiorum cõmunionem.Proinde hi omni ratione cauendi sunt,idq; ea re,ne
& pestis contagione cæteros inficiant, & ipsi cum se vndiq; velut proscriptos & ab aliorum
μεταφορά. cõmunione summotos animaduertent,vel serò se ad meliorem frugem recipiãt: & ignomi-
niam illam,quòd bonos se defugere,atq; auersari videant,pædagogi loco accipientes,admo-
2. Thes. 9. c niti à prauitate respiscant.Nam hoc etiã Paulus fieri iussit, loquẽs de iis, qui nihil laborabãt,
sed curiosè agebãt:Hunc enim,inquit,notate,& ne cõmisceamini cum illo,vt confundatur. I

Quòd ab omni prorsus cleri, aut præsidentiæ inter fratres appetitione abesse monachus debet. CAP. X.

Ambitio, morbus diabolicus.

CAeterùm clerum, aut inter fratres principatum nullo modo appetere monachus de-
bet.Siquidem diabolica ista pestis est, & libidinis dominandi labes, quæ res insigne est
primæ illius diaboli prauitatis indicium. Etenim ex hac ille quoque imperandi libidi-
ne præceps insigni illo superbiæ lapsu corruit. Et sine dubio, qui in huius vitij potestate est,is
eodem planè cũ diabolo malo laborat. Qui autem ab eo captiui tenẽtur,eos inuidos,conten-
tiosos,insimulatores,impudentes,calũniatores,assentatores,veteratores,humiles, vbi nõ con
uenit,illiberales, glorioſos, sexcentis deniq; aliis huiusçemodi turbis refertos existere necesse K
παρὰ τὸ πρόσηκον ταπεινοῦς. est.Etenim qui est eiusmodi,is idoneis inuidet,ac palàm traducit. Quin erit sæpenumero,cũ
illorum etiam interitum exoptabit,quò videlicet sublatis de medio,qui tales sunt,in deferen-
dis muneribus necessariò suffragia ad ipsum deueniant.atq; ex hoc etiam aliud sequetur,quòd
iis,penes quos illa deferendi potestas erit,adulabitur,atque ita multa illiberaliter ac seruiliter
aget: aduersus inferiores verò,si aduersentur,superbè ac præsidenter se geret.Itaq; dolos con-
suens cõmachinabitur,perturbationesq; innumerabiles,ac suspiciones sibi accerset,à seq; ani-
mi tranquillitatem fugabit,& deus pacis expelletur,vtpote cui locus in eo non sit,vbi acquie-
scat.Cognito igitur nos detrimento,à ratione abhorrẽtem istiusmodi cupiditatem fugiam⁹.
Quòd si aliquẽ deus aliquando ad res huiusmodi deligat,prorsus idem etiã(quæ eius solertis- L
sima sapientia est)probè nouit,quemadmodum etiam idoneũ præbeat, vt nulla in parte cõsci
simus eam ad rẽ studiũ impendisse, aut ad id consectandũ,in animo delitescentem cõpressisse
cupiditatem. Nam hæc quoq; animi ægritudo vt est atrocissima,ita & à bonis nosabalienat.

Quòd ad rectas studia consectanda neutiquam impellere nos inanis gloria debet. CAP. XI.

Metaphoræ elegantes.

FVgienda autem cum primis inanis gloria est: quæ non ante labores, à laborum nos su-
sceptione deterret(siquidem leuius hoc esset malum omnino)sed iis iam exantlatis,mer
cedis præmiis exuit spoliátve.Illa expugnatu difficilis & callida salutis nostrę insidiatrix,
illa vel in ipsius cœli conuexis,insidiarum aduersum nos collocatrix, virtutes ramis in cœlũ
vsque licet expassis ac porrectis adornatas profligare ac deturbare pertinacissimè contendit. M
Simulac enim illa pietatis mercatorem cuiusquemodi virtutum mercibus onerariam mentis
nauem suffarcinasse & complesse animaduertit, procella sua ocyus excitata, in eo omni co-
natu operam dat,vt illam euertat,atque aquis pessundet.Illius enim qui ad regnum superum
nauigationis suæ cursum instituerat,mente, illa ad res humiles gloriasq; hominum contem-
plandas detorta,vniuersas repentino spiritu ex animo diuitias exufflat, & subrutis virtutum
fundamentis, proceritate sua ad cœlum vsque pertingentes labores deturbat & terræ allidit.
cùm nos,vt eorũ ab hominibus præmia expectemus,impellat, quos æquũ erat,cùm oculos in
solum

A solum deum haberemus intentos,illiq; vni rectè facta nostra reseruaremus,meritam ab eo so
lum mercedem referre. Nos verò cùm ad amplectendas virtutes, hominum iudicio impulsi
potius accedamus quàm dei,inanemq; ab illis gloriæ mercedem flagitemus, iure optimo di-
uinorum præmiorum frustrationem incurrimus: quippe qui non propter deum labores ad-
eamus,sed hominibus operarios nosmetipsos locemus: à quibus cùm mercedis loco,merce-
dis iacturam auferamus,quid est, quod nobis à deo reddi amplius poscamus, propter quem
animum,vt operis aliquid faceremus,nostrum nunquam induximus? Quòd autem hoc ve-
rum sit,animaduerte,quid sacrosanctum euangelium dicat de iis hominibus, qui hominum
B causa, quæ recta sunt, faciunt: Amen dico vobis,receperunt mercedem suam. Agè igitur, Mat. 6. a
quando hæc ita sunt,fugiamus inanem gloriam, dulcem spiritualium opum exspoliatricem, Ambitionis appositissima epitheta
iucundum animarum nostrarum hostem, tineam virtutum, blãdissimam bonorum nostro-
rum deprædatricem,eandẽq; mellis illitu fraudis suæ veneni coloratricẽ, & mortiferi homi-
num mentibus poculi porrectricem,quod opinor ea de causa facit, vt vitio se illi auidius in-
gurgitent,nec vlla illius expleantur satietate. Dulce quid humana imperitis gloria est. Quin γνῶμη.
& qui ab hac captiui tenẽtur,ij facilimè ab ea impellũtur,vt à recto rerũ iudicio aberrent.Qui
enim hanc cõcupiscit,is spreto domesticorũ consilio,id vnum tantũmodo perfectum,& ma-
C gnificiendũ iudicabit, quod apud imperitam, ac promiscuã multitudinem in admiratione
esse animaduerterit.Quò fit,vt si nequissimi etiã,ac omnis prorsus iudicij expertes sint,qui quę
mala sunt admirentur, necessario tamen ea omnia,quæ à studiorũ suorum iudicibus probata
esse crediderit,facturus sit,qui laudari se cupit.Ex quo intelligi facilè potest, inanẽ gloriam δόγμα per illationem.
nõ ad euertendas modò honestas actiones valere,sed ad improbas etiã iter munire.Quocir-
cà danda opera est,ne quôquã omnino ab recta ratione, deóve rectæ rationis autore oculos
dimoueam⁹: sed iter illud,quod à deo nobis mõstretur,teneam⁹.Atq; in huiusmodi cursu, si-
ue is ab aliquibus laudetur, siue contrà vituperetur,coniectis in cœlestem laudatorem oculis,
neq; illorum laudes magnopere curemus,sed tantum de recto in rebus bonis iudicio illorum
D gratulemur: neq; istorum vituperatione ab eo vllo modo dimoueamur,potiusq; eorũ vicem, ὑπομένοντας aliàs νομίζοντες.
tanquã recto iudicio carentium,atq; in grauissimis tenebris versantium doleamus.

De opportunitate temporis ad loquendum. CAP. XII.

ATque ex officiis quidem hæc ferè præcipua sunt, quæ neutiquã pro virtutis ipsorum
magnitudine, sed pro modo facultatis nostræ hactenus explicata sunt: quæ verò de-
inceps restant virtutes,quæ videlicet quotidianos quasi in consuetudine cum cæteris
mores cõmendant,&expoliunt,eæ valde opinor omnibus sunt in prõptu,& in facili admodũ
cognitione versantur,veluti maturitas tẽporis ad loquendum, & verborum habita vtilitatis
ratione prolatio.Verborũ autem ea opinor vtilitas fuerit,si aut de virtute in loco disseratur,
E aut si ad rei alicuius,quæ facienda instet,vrgeatq;,vsum sermo accommodetur,aut etiam de-
nique ad audientium ædificationem referatur. Qui autem in alio quouis genere sermones
versentur,ij reiici tanquam superuacanei ac inutiles debent.

Quòd nequaquam facetias scurrilémue urbanitatem consectari monachus debet. CAP. XIII.

VItandæ autẽ omnes omnino in sermone facetiæ & scurrilis dicacitas sunt. Siquidẽ fie
ri solet plerunq;,vt qui sese in rebus istiusmodi occupãt,ij rectã rationẽ deserãt:quip-
pe cũ ex eo illud fiat,vt animus ad ridicula diffundat,& in tacita secũ cogitatione gra Ex Eutrapeliæ,sermonis scilicet faceti vitio quæ mala.
uitatis seueritatisq; neruos oẽs elidat. Quin incidit sæpenumero,cum istiusmodi cõtagio sen
F sim proserpens,prostremò ad verborum turpitudinem,& absurdam atque extremam obscœ-
nitatem delabatur. Ex quo sanè colligitur peruigilem & attentam animi excubationem cum
facetiarum diffusione simul cohærere non posse.Cæterum si vsus etiam inciderit aliquando,
vt remittendæ aliquantulum tristitiæ causa, sermone ad hilaritatem excitemur, enimuero
danda omnino opera est vt spirituali lepore referta sit oratio nostra, & euangelico sale con-
dita,vt rectæ,quæ interius sit,sapientiæ gratum foras odorem aspiret,dupliciterq; auditorem
& animi relaxatione,& intelligentiæ festiuitate delectet.

De mansuetudine, & quomodo charitas conflatur. CAP. XIIII.

MAnsuetudine autem cum primis plenus esse monachus debet.quandoquidem spiri-
tus mãsuetudinis vel particeps iam factus est,vel fieri se participẽ cupit: illudq; cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

γνώμη. uenit,vt susceptо hospiti hospes assimilis sit.Cæterum si vsus inciderit,vt susciпienda aliquã- G
do à nobis aduersus alicuius negligentiam indignatio sit, qui videlicet sit in nostra ditione,
adhibenda in eo cura est,vt indignatio ratione sit temperata.Siquidem gladiis medici vtun-
Argumẽtũ à simili. tur,vtuntur & homicidæ. Verùm hi, quòd ad eos tractandos ira, atque immanitate impulsi
accedunt, sceleстissima per eos designant facinora : nempe qui eos quibuscum generis sunt
communione coniuncti,vita spolient.Illi contrà quòd ex ratione ipsis vtuntur,magnas ex iis
afferunt vtilitates.Siquidem eorum opera vsi,constitutos in periculis homines liberant.Eo-
dem modo etiam,quicunque adhibita in consilium ratione sibi indignandum censuerit, ma-
gnopere illi vtilis fuerit,aduersus quem animo incitatus sit: nempe qui eius vel negligentiam
corrigat,vel improbitatem.contrà autem qui ab ira vinci se sinit, ab eo verò rectum proфici- H
sci nihil potest.Non esse verò alienum ab iis,qui mansuetudini studeпt, animo interdum in
Astruit τῷ παραδείγματι. loco incitari,hinc perspici facilimè potest,quòd Moses,de quo in sanctis literis testatum ha-
bemus,mortalium eum omnium longè mansuetissimum fuisse, vbi ita temporis ratio po-
scere visa est,vehementissimè est indignatus, atque eatenus animi concitatione progressus,
vt eam non alia ratione,quàm suorum cæde terminarit, hocq; tum, cùm vitulum illum fa-
bricarunt, tum etiam cùm nefariis se Beelphegor ritibus polluerunt. Ex quo intelligi facilè
potest,vt quis adhibita ratione animo incandescat,posse nihilominus eum dignitatem man-
suetudinis incorruptam retinere.Nam illud omnino nunquam moueri,aut sicubi opus sit,nõ
indignari: naturæ potius lentitudo, quàm mãsuetudo appellanda est.Porrò mansuetudini na I
πραότης ἀνεξικακίας μήτηρ. turaliter etiam ferè adiuncta patientia est. Siquidem masuetudo patientiæ est mater. Neque
minus etiam iis,qui verè modo mansueti sunt,ac non qui moribus sint plus æquo seueris im-
plexi ac defœdati,permistim se attemperat & comitem adiungit Benignitas. Hæc enim sua-
uis ac placida benignitas materiam suggerit gignendæ mãsuetudini.Vtraque porrò hæc vir-
tus vnà inter se cõmista,coniunctaq; præstantissimam virtutum omnium charitatẽ efficiunt.

De prudentia. CAP. XV.

CAeterum in omni,quæ suscipitur,actione, antecedere prudentia debet . Nam pruden-
tia remota,nihil cuiusuis generis est, quod licet bonum videatur , non in vitium reci- K
dat, si aut alieno tempore,aut non adhibita moderatione fiat . Ratio verò & pruden-
Ratio & prudẽtia bonæ actioni modum præscribunt. tia vbi rebus bonis idoneum tempus ac modum definiunt,mirabile est,quantus ex earum vsu
cùm in dantes,tum in accipientes fructus redundet.

De fide & spe. CAP. XVI.

OMnibus autem in rebus,priusquam ad eas aggrediamur, viam munire debet ac præ-
struere ea,quæ in deum fides est,eiq; comes vnà spei alacritas adiungenda, quò vide-
licet & fide fultas animi vires suffulciamus , & spei alacritate animo ad res honestas
erectiores simus.Neque enim in rebus bonis conatus humanus , sublata ope diuina , perfectè L
vnquam, quod vult , poterit adipisci : neque item vicissim diuinum præsidium ad nos nullo
nostro studio venturum putandũ est. Sed ad perfectũ virtutis cumulum coniuncta simul esse
vtraq; hæc oportet,& humanũ studium,& auxilium cœleste,fidei opera ascitũ & comparatũ.

De humilitate animi. CAP. XVII.

CAeterum in omnibus quæ rectè fiant,causas,cur illa sic fiant,domino assignare anim⁹
debet, neque omnino esse quicquã existimare , quod suarum virium facultate assequi
possit . Huiusmodi enim animi affectio natura suapte solet humilitatẽ in nobis inge-
nerare.Porrò humilitas tutissimus est virtutum omnium thesaurus. Hæc habes à nobis cha-
θυσαυροφυλάκιον ἀρετῶν. Ioan.9.b rissime quædam quasi semina de virtute sermonum,quæ si diligentius excolueris, vberrimos M
ex iis fructus reportabis,& dictum sapientiæ illud verum esse confirmaueris , quod dandam
esse sapientibus occasionem præcipit,vt sapientiores fiant.

Quot modis prauæ in animo cogitationes existant. CAP. XVIII.

SEd quoniam superius iam de iis,quæ ad mentis agitationem pertinerent,disputauimus,
neque tamen quot modis prauæ in animo motiones exisserent distinctione vlla adhi-
bita explicauim⁹:sane operæprecium facturos nos arbitrati sum⁹, si nũc illud quoq; ad-
iungerem⁹,ne videlicet ad absolutã huius partis pertractationẽ,cumulus omnino vllus deesse
videretur.

A videretur.Duobus itaque modis,indecoræ conceptiones rectis cogitationibus turbam & in- Prauæ cogitationis origo duplex
temperiem conciunt : cum aut animus videlicet ex sua ipse quadam incuria ad rerum futiliũ
contemplationem aberrat,temereq; ex aliis in alias cogitationes delabitur: aut cum insidiosè
B menti nostræ absurdas rerum species Diabolus conatur obiicere, eamq; hoc modo à rerũ lau
dabilium contemplatione,inquisitioneq; auocare.Cum igitur animus, quòd remissa illa soli-
diore mentis contentione, pellétium se cuiusquemodi variis rerum vulgarium memoriis re-
petendis,in his temere se diutius occupet,in varias errorum ambages soleat incidere, ac ple-
runque ad extremum cogitatione ad res turpissimas ac flagitiosissimas deferri : enimuero id
quotiescunque acciderit,huiuscemodi animi socordia , diffusioq; excitata seueriore acrioreq;
mentis diligentia castiganda est ac corrigenda, assidueq;, vt quæque singulis nobis tempori-
bus propositæ sint,ita ad attentiorem rerum honestarum consideratiopem inducẽda, in eaq;
occupanda.Siquãdo ex insidiis eam circumuenire Diabolus tentet, & quas commentus ex se
est,cogitationes magno cum impetu,veluti ignita quædam tela in pacatum ac quietum ani-
mi statum intorquere contendat,illumq; inopino assultu conetur incendere , & eorum quas
semel intorserit,diuturnas , & ad extricandum difficiles memorias efficere , sanè hîc maiore
quadam vigilantia,contentioreq; animaduersione huiusmodi declinandæ insidiæ sunt, & pe- τῆ ὁμοιώσει confirmat
ritorum athletarum imitanda consuetudo,qui summa cum animi attentione , tum corporis
C agilitate celeritateq; aduersariorum suorum apprehensiones eludunt,& belli omnis euasio, &
telorum declinatio orationi,ac diuinæ opis implorationi cõmittenda. Hoc enim nobis Pau- Ephes.6.c
lus præcepit,cum dixit,In omnibus sumẽtes scutum fidei , in quo possitis omnia tela nequiss-
simi ignea extinguere . Quamuis igitur etiam inter orandum prauas ille rerũ animis nostris
species obiiciat,non propterea tamen ab oratione nobis est desistendum , neque iniectam ab
hoste prauam semẽtem, aut immissas à præstigiatore versipelli suggestiones, nostras esse ar-
bitrandum,quin potius vbi rem nobiscum putauerimus,& sceleris inuentori , prauarũ istiusmodi
cogitationum causas attribuerimus,hoc maiore debemus conatu procũbere,deoq; supplicare,
vt disiecta ab animo nostro interposita istiusmodi nequam cogitationum quasi ma-
ceria,mens liberè celeriterq; sine vlla mora impedimentove ad ipsum queat peruenire, neque
D ab instituto suo cursu vllis malarum cogitationum incursibus retardetur. Si vero per aduer-
sarij impudentiã,flagitiosarum istiusmodi cogitationum vis vehementior etiam insurgat,ne
sic quidem est succũbendum aut deiiciendus animus neq; susceptа certamina,ex dimidia par-
te confecta relinquenda:sed eousque obfirmate perdurandũ,quoad deus perspecta nostra cõ-
stantia gratia spiritus sancti nobis affulgeat nósve illustret, quæ & insidiatorem in fugã pro-
pellat,& mentem nobis puram efficiat,& diuino lumine compleat,& rationi nostræ in paca-
tissima tranquillitate constitutæ ocium ad deum colendum suppeditet.

Ad canonicos,hoc est regularem uitam degentes in cœnobio. CAP. XIX.

E AC de iis quidem,qui singulariter & seorsim à cæteris se ad pietatem exercent, deq; so-
litariam vitam complexis superius dilucidè quantum potuimus, disputauimus: quẽ-
admodum videlicet quisque,& animo assiduè in rebus honestis exercendo,& corpo-
re,eo modo,quo facto vsus sit, moderando , perfecti nobis philosophi formam posset expri-
mere.Verumenim quoniam maximam partem,qui se colendæ pietati dediderunt,ij in socie- κατὰ συσήματα
tate cum aliis degunt , in qua inter se vicissim alter alterius sui propositum animi ad virtutẽ
exacuunt , seq; inter se rectè factorum æmulatione ad maiores quotidie in studiis rerum ho-
nestarum faciendos progressus impellũt,æquum facturos nos arbitrati sumus, si ad hos quo-
que aliquid cohortandi gratia scriberemus.Cæterùm illud docendi sunt prius , bonum illud, Aggressio τῆς παρακλήσεως
ad quod studeпt peruenire,quantum & cuiusmodi sit:vt cohortatione ad id nostra postea su
F scepta,nihilo minore,quàm quantum eius magnitudo ac dignitas postulat , ad id adipiscen- Cœnobiticę vitæ cõmoditas prima.
dum animi alacritate,studioq; contendant. Principio igitur ad bonum illud , quod ex na-
tura est,reuertuntur,cum vnà cum cæteris communionem, consociationemq; amplectũtur.
Siquidem perfectissimam ego vitæ communionem illam appello, à qua priuata omnis rei cu
iusque excluſa possessio est & eliminata:itẽq; vnde dissensio omnis,ac perturbatio omnis,cõ-
tentio omnis abest, & rixæ:contraq; vniuersa cõmunia,animi,mẽtes,corpora,eaq;,quibuscũ-
que necessario ad victum,cultumq; vtimur:communis deus, communis pietatis mercatura,
communis salus,communia certamina,communes labores, communia præmia & certami-
num exantlatorum coronæ , vbi multi vnus,& vnus nõ solus,sed in pluribus. Huic vitæ in-
stituto,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtituto,quid eſt tandem quod iure æquiparari poſſit?quid eo beatius dici? quid hac cõiunctione vnitate & neceſſitudine aptius excogitari?Quid mutua inter ſe morum, animorumq; cõtemperatione gratioſius fingi? Homines ex diuerſis nationibus ac regionibus profectos per exactam morum ac diſciplinæ ſimilitudinem adeò in vnũ veluti coaluiſſe,vt in pluribus corporibus vnus modò eſſe animus videatur,viciſſimq; plura corpora mentis vnius inſtrumenta cernantur.In his,qui infirma corporis valetudine eſt, is complurium animos imbecillitatis ſuæ participes habet.Qui verò animo æger eſt, & affligitur, ei cõplures præſto ſunt,à quibus curetur, à quibusq; aſſiduè erigatur. Hi æquabili iure inter ſe alij aliorum & famuli ſunt, & domini,& in inuicta libertate accuratiſſimam ſibi inter ſe ſeruiunt ſeruitutem, quam non neceſſitas caſus fortuiti oppreſſis & in captiuitatem abductis magno ipſorum cũ mœrore violenter inuexit,ſed cum gaudio libera animi voluntas induxit:quippe cum charitas ipſos alioqui liberos inter ſe alios aliis ſubiectos efficiat,& ipſis nihilominus tamen illorum voluntatis arbitrio libertatem conſeruet.tales nimirum cum ab initio nos fingeret deus, eſſe voluerat,& propterea crearat.Qui eiuſmodi ſunt, ſine controuerſia primi parentis noxam contegentes,antiquum bonum in priſtinum reuocant. Quandoquidem niſi naturæ noſtræ vnione diſſecuiſſet peccatum,lites,& diſſidia,& bella in hominibus non eſſent. Hi liberatoris noſtri, eiusq; vitæ,dum inter nos verſaretur,inſtitutorum,veri perfectiq; imitatores exiſtunt. Quẽadmodum enim ille coacto diſcipulorum choro communia cuncta, ſeq; ipſum communem apoſtolis præbuit,item hi quoque antiſtiti ſuo obtemperantes (qui modo vitæ ſuæ præſcripta rectè conſeruant)genus viuendi apoſtolorum ac domini imitantur. Hi vitæ diligenter communitate retenta,angelorum viuendi ritum æmulantur.Nulla eſt inter angelos lis, nulla cõtentio,nulla controuerſia:ſed cum habeat quiſque,quæ omnium ſunt, omnes tamen integras apud ſe ſuas diuitias conſeruant.Siquidem nequaquam materia,quæ circunſcribi poſſit, angelorum diuitiæ ſunt,quæ quandocũque eam in plures diſtribui opus ſit,neceſſario diuidi debeat:Sed contra,materiæ omnis illorum expertes copiæ ſunt, & in vna eademq; mentis agitatione diuitiæ collocatæ.Et propterea cum integra apud ſingulos bona ſua cuiq; permaneãt, omnes peræquè diuites efficiunt, nempe quæ ſe ſine controuerſia,pugnáve ipſis prębeant poſſidendas.Summi enim boni contemplatio, & virtutum luculentiſſima cognitio, angelorum theſaurus eſt.Hæc autem eiuſmodi ſunt, vt cum perfectam eorum pro ſe quiſque ſinguli cognitionem,poſſeſſionemq; adipiſcantur,vniuerſis tamen in ea liceat intueri.Sine dubio tales ſunt,qui veræ ſunt pietatis cultores,vt eorum non de rebus terrenis, ſed cœleſtibus concertatio ſit, & indiuidua quadam diuiſione eadem vniuerſi & ſinguli apud ſe quiſque conſeruent. Siquidem virtutis ea acquiſitio eſt,& rectè factorum diuitiæ,& laudãda fraudatio,& lachrymarum expers rapina,vbi inſatiabili auiditati præmium eſt,ac propoſita corona, & quiſquis hic vim ſibi non facit,vt eouſque olim penetret,reum ſe conſtituit,omnes rapiunt, & nemini iniuria fit,quæ quidem cauſa eſt,cur diuitiarum earum arbitra & moderatrix ſit pax. Hi dum laudabili ratione viuendi ſua, communitateq; cœleſtis vitæ ac ſtatus egregiè formam effingunt,futura promiſſi regni bona præripiunt.Hi perfectè rerum omnium paupertatem tenẽt, in quibus nihil proprium cuiuſquam ſit,ſed communia omnium omnia. Quot quantáve bona nobis conciliarit aſſumptæ carnis merito liberator noſter,iſti perſpicuè admodũ demonſtrarunt communi hominum vitæ,dum laceram hominum naturam, & in partes penè innumerabiles diſſectam,quantum quidem in ipſis eſt,redintegrant,deoq; reconciliant. Siquidem eorum omnium,quæ ab liberatore noſtro in carne geſta ſunt,ſumma huc pertinet,vt humanam naturam cum ipſam ad ſeipſam,tum ad ſe etiam reuocaret ſibive eam conciliaret, & ſublata praua diſſectione in priſtinam integritatem, cõiunctionemq; reſtitueret, atque vt peritiſſimus aliquis medicus corpus in plures partes conciſum ſalutaribus medicamentis religaret.Atque hæc neutiquam ea re ſum perſecutus, vt dicendo rei magnitudinem adderem, & eorum qui in vita cœnobitica promouerunt, præclaras virtutes verbis exaggerarem, neque enĩ eiuſmodi mea dicẽdi facultas eſt, vt ea rebus alioqui per ſe magnis ſplẽdorẽ poſſit afferre, quin mihi metuendum eſt potius, ne exilitate ſua eas ſua ſponte claras obſcuret: ſed vt, quoad fieri poſſet,ſplendidi adeo propoſiti ad virtutes inuitantis excellẽtiam, dignitatemq; perſequerer ac demonſtrarem.Nam quid eſt tandem, quod ſi huic comparetur, non iure longè inferius iudicetur? Apud quos enim pater ſit vnus,qui cœleſtem patrem imitetur, & filij multi,qui ſummæ in magiſtrum ſuum beneuolentię officiis mutuo inter ſe alij alios ſuperare cõtendant,filij inquam & vnà inter ſe concordibus animis adſtricti, & honeſtiſſimis virtutum officiis

ζυθυμίαν legit ἀθυμίαν

Argu. ab exemplo.

πανόνια βίου

γνόμη

Argu. à ſimili

officiis patrem quaſi præhenſa dextera excipientes,ac proinde recreantes,neque naturæ neceſſitudinis ſuæ cauſam aſcribentes: ſed quæ natura firmior eſt,rationem coniunctionis ſuæ ducem ſibi ac cuſtodem aſciſcentes, & ſe inter ſe vinculo ſpiritus ſancti conſtringentes: Ad horum tam præclari negocij magnitudinem exprimendam,quæ ſatis idonea inueniri in terris ſimilitudo poſſit?Sed enim ea in terris nulla eſt,ſola cœleſtis relinquitur.Impatibilis cœleſtis pater ab affectionum impuritate ſe auocat hic quoque,ratione ſibi cunctos cõcilians. Incorrupti liberi cœleſtis patris,incorruptionis ſtudium hos quoque fecit adoptiuos. Charitate quæ in cœlo ſunt,inter ſe coniunguntur,charitas hos mutua compagine connexuit. Nihil omnino inſidiarum ordiri auſit aduerſus huiuſcemodi phalangem Diabolus,vt qui vnus aduerſum tot agoniſtas parem intelligat ſe eſſe non poſſe, adeò expeditè adeoq; confertim contra ipſum militantes,& charitate veluti acta teſtudine inter ſe alij alios tãtopere protegẽtes, ſpirituq; conſepientes,vt ne vel tantillum loci detur irrependi illius aſſultibus.Cõſidera mihi quanta ſeptem Machabæorum in decertando conſenſio fuerit, & præ iſtis flagrãtiorem apud hos animorum conſenſionem reperies.De his in carminibus ſuis exclamauit Dauid, cum dixit,Ecce quàm bonum,& quàm iucundum habitare fratres in vnum.quibus verbis per bonũ ille vitæ probitatem expreſſit,per iucundum autem lætitiam eam,quæ ex cõcordia, & animorum coniunctione progignitur.Hoc vitæ genus qui diligenter colũt, ij cœleſtem ac ſupremã mihi virtutem videntur imitari.

δεξιούμενοι

ἀπαθὴς

ευσαλῶς καὶ συγκεκρατημένως

Pſal.132.

Quòd qui ad colendam pietatem accedit,is firmo ad eam iudicio debet accedere, & de obedientia. CAP. XX.

ATque iis quidem,quorum mens aliquanto perſpicacior eſt, in ea quæ ſuperiùs à nobis facta huiuſce vitæ inſtituti proprietatum expoſitio eſt,quæ in ea adhibenda diſciplina ſit,ſatis explicauimus.Verùm quoniam æquitas poſtulat,vt eorum cauſa, qui ſimpliciores in fratribus ſunt,enucleatius etiam rerum ſingularum præſcripta tradantur, reliquum iam ad hoc ipſum pergamus.Oportet igitur,& quidem in primis, vt qui ad vitæ ſe huius rationem contulerit,is ſtabili,firma,immobiliq; voluntatis conſtantia ſit,iudicioq; eiuſmodi,vt à maleuolis ſpiritibus neque attentari poſſit,neque loco depelli:animi prætereà firmitate tanta,vt ad mortem vſque martyrum conſtantiam præ ſe ferat, cùm diuinis præceptis retinendis,tum obedientia aduerſum magiſtros ſuos conſeruanda. Siquidem hoc totius vitæ huius inſtituti caput eſt.Quemadmodum enim deus,qui omnium pater & eſt, & appellari ſua ſolius vult dignatione,ſummam,à quibus colitur,obedientiam requirit:ſic qui ſpiritualis in hominibus pater eſt,cùm præſcripta ſua ad diuinarum legum exemplum accommodet, perfectiſſimam ipſe quoque obedientiam requirit. Etenim ſi qui ſe alicui artium iſtarum illiberaliũ ac mechanicarum dediderit, iſtarum dico, quæ ad tranſmittendam vitam hanc vtiles ſunt, artifici ſuo quacunque ratione parendum putat, neque vlla in re præceptis illius aduerſatur, nec verò ab eo vel ad minimum tempus digreditur, ſed aſſiduè vſque in oculis magiſtri eſt, cibumq; ac potum,& reliquum victum omnem æquo animo, vt ille præſcripſerit, admittit: multò certè credibilius eſt, qui ſe ad pietatis, religionisq; doctrinam percipiendam contulerunt,eos,quòd ſemel ſint perſuaſi,huiuſmodi poſſe ſe ab antiſtite ſuo ſcientiam accipere, fore vt omnibus illi in rebus libentiſſimè obſequantur, ſummeq; ac diligentiſſimè obtemperent, neque ab eo,eorum quæ ſibi imperentur,rationem repoſcant, potiusq; vt imperatũ opus perficiant,extra tamen ſiquid erit eiuſmodi,quod ad ſalutem pertinẽs ignoretur. Quod enim huiuſmodi eſt,id ea,quàm par eſt,modeſtia ac reuerẽtia adhibitis, interrogare & doceri licebit.

Obedientia deo debetur & ſuperiori, ex collatiõe

βεβαίωσις à ſimili

Quòd ſecularium propinquorum congreßiones, conſectandæ non ſunt:neque de rebus illorum ſolicitudo ulla capienda. CAP. XXI.

APropinquis autem,amicis, parentibúsve animi affectione nos tam longè oportet eſſe diſiunctos,quàm longè eos,qui iam ſint vita defuncti,à viuis videmus diſtare.Qui enim verè ſe ad ea,quæ ex virtute ſunt certamina exuerit, mundoq; ac rebus mundanis omnibus nuncium remiſerit,quiq;(vt plus aliquid dicam) mundo ſeipſum crucifixerit, is mundo & omnibus,qui in mundo ſunt,mortuus eſt,ſiue illi parẽtes ſint,ſiue fratres, ſiue tertium,quartumúe,aut quemuis deinceps cognationis gradum obtineant.Ac ſi quidem parentes à communi vita receſſerint,& ad filij ſe viuendi inſtitutum contulerint, verè tum illi habendi propinqui ſunt,non qui parentum,ſed qui fratrum locum obtineant. Siquidem veriſſimus pater

Metaphora ab Athletis petita

audite monachi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus pater est,primus quidem,qui communis omnium est pater:secundum illum verò deinceps is,penes quem spiritualis viuendi ritus moderatio est.Si verò in pristina vitæ consuetudine propinqui nostri permaneant, ij pars mundi sunt, à quo disiuncti nos sumus, neque vlla nobis cum illis necessitudo intercedit, qui externum hominem deposuerimus , & propinquitatem , quam cum ipsis habebamus , exuerimus . Qui autem maiorem in modum secularium hominum amicitia delectatur,eaq; re assiduè cum illis esse in colloquiis cupit, is ex frequenti cum illis sermone prauas eorum affectiones in animũ facilè insinuauerit, & mente rursum cogitationibus mundanis completa,à præclara illa quam erat aggressus , instantia operis desciscet,& à se deinceps proscripta vitæ spiritualis stabilitate , quem ex animo effuderat, vitæ prioris vomitum resorbebit, atque adeò saucius tandem concidet & miserè confixus ab hoste,qui spiritualem eius conuersationem interturbare consueuerat per congressionem intempestiuam propinquorum carnalium.Quocirca danda nobis opera est,vt propinquis nostris ea optem⁹ quæ optima sunt,iustitiam dico,ac pietatem ad deum, eaq; quæ magni nos æstimauimus.Siquidem huiusmodi rerum precatio cum nobis honesta est , tum illis non mediocrẽ fructũ per nos allatura.Quarè profuerit,vt nihil illorũ soliciti, cogitationes ipsi in libertatẽ ab omni cura & anxia solicitudine vindicemus. Diabolus enim cùm oẽs nos de rebus vitæ huius curas exuisse animaduerterit,& expeditissimo cursu ad cœlũ cõtendere,in hoc elaborat,vt cũ animũ nostrũ in propinquorum recordationẽ reduxerit,eo sensim adducat, vt rationibus illorum curandis,mentẽ nostrã ad suscipiendas rerũ vitæ huius solicitudines impellat,vt videlicet illa secũ verset,quæ res propinquorũ sit , eiusmodive,qua se possint tutari, an nõ:ex cõtractibus præterea lucra quæ veniant,& illorũ fortunas quantopere exaugeãt:ad hæc ex variis ac fortuitis vitæ casibus quæ iacturæ contingant, eaq; illorũ rẽ quantopere minuãt: facitq;,vt & rebus illorũ ad vitæ cõmoditates prosperis vnà cũ ipsis lætemur, itẽq; ex aduersis doleamus:similiterq; vt cum eorũ inimicis pariter inimicitias geramus (& quod grauius est qui iussi sumus,vt inimicũ neminẽ habeamus)& amicis contrà faueamus indignis sæpe spirituali cõiunctione:præterea vt de iniquis ac per illorũ fraudes quæsitis lucris gaudeamus:prauas deniq; omnes de rebus vitæ huius affectiones , quibus exutis earũ loco spirituales cogitationes induxeramus,denuo in animũ nobis reducit,quo iterũ ad rerum humiliũ atq; secularium cogitationẽ depresso internũ monachum perimit:Fit hinc,vt veluti statua sit monachus quæ solã monachi figurã circunferat,nimirũ quæ nusquã virtutibus sit animata.Quin accidit plerunq;,vt ex immoderata erga suos beneuolentia, monachus, vt propinquorũ inopiæ succurrat,sacrilegij scelere obstringere se nõ dubitet.Quæ enim ad eorum vsus seruantur,qui deo se dedicauerunt,ea sacra,& verè in earũ rerum numero,quæ deo cõsecratæ sunt , esse & intelliguntur,& iudicãtur.Quocirca quicunq; ex his quippiã sibi surripit,is sine dubio ex iis est, qui ausu temerario sacrilegia designarunt,iudicandi sunt.Intellecto igitur intolerabili detrimẽto,quod ex animi erga propinquos nostros affectione nobis nascatur solicitudinẽ de illorum rebus,vt diabolicũ telum,fugiamus.Siquidẽ dominus etiã ipse huiusce modi affectionẽ,& cõsuetudinẽ vetuit:qui quidẽ ex discipulis suis cuidã,ne id quidẽ vnum permiserit,vt res suas cũ propinquis suis cõponeret:alteri vt ne cadauer quidẽ mortui patris humo superiniecta contegeret.Ei enim qui res suas cũ propinquis suis cõponere volebat,sic ait, Nemo qui misit manum suã ad aratrum,respiciens retro,aptus est regno dei.Ei verò qui ipsum rogabat, vt sineret se patrẽ sepelire,Sequere me,iquit,& sine mortuos sepelire mortuos suos.Atqui quæ vterque rogabat,rationi maxime consentanea esse videbantur,ac iustissima.sed enim neutiquã ea saluator probauit, neq; vel ad punctum quidẽ temporis seiungi ab ipso cœlestis regni alũnos permisit,ne sublimi illa & cœlesti animi elatione humilius aliquid vel facerent vel cogitarẽt, mẽte in rerũ terrenarũ,fragiliumq; cogitationem depressa & acclini:tanquam qui ad res cœlestes animum adiunxerunt,iis neutiquam liceat,eorum quæ in terra sunt,rationem vllã habere,vt qui iam ex ea animo emigrauerint , & mentis cõtemplatione altiores mundo sint effecti.Si verò aliquis dicat,Quomodo igitur lex præcipit habendam esse curam propinquorũ, quando dicit,Et à propinquis seminis tui nolito vultum auertere . & præterea apostolus etiã similiter,cum dicit,Siquis autem suorum,& maxime domesticorum curam nõ habet , fidem negauit,& est infideli deterior:Huic paucis respõdebimus , hoc ab admirabili apostolo dictũ fuisse iis,qui in communi & vulgari genere vitæ versabãtur, qui diuites erant, & propinquorum inopiæ poterant subuenire.Similiter quoque lex etiam hæc dicit.Atque vt dicã breuius, viuis dicta sunt illa,nõ mortuis. nã hi quidem ab omni prorsus huiusmodi debito liberi sunt.

Tu autem

δόγμα memorabile

Elegans nec minus vera collatio. γνώμη.

monachus bonus qui parentes non sat

διαβολικὸν ὅπλον

ἐπαμύσασθαι ἐπιφορᾷ Luc.9.g Matt.8.b

πρὸς τὸ ἀναιρεῖν

1.Timo.1.a

optimè dictũ.

A Tu autem mortuus es,& toti mundo crucifixus.reiectis enim vitæ huius diuitiis, summã pau
pertatem complexus es: cum teipsum deo dedicaueris, in peculiarem deo thesaurum adscit⁹
es.Vt mortuus liber es ab omni in propinquos tributi collatione: vt nudus omni rerum pos-
sessione,nihil iam habes,quod largiaris. Quin ne in corpore ipso quidem tuo quod alioqui in
tuo ære fuerat,posteaquam illud deo semel consecrasti,ius tibi vllum reliquum est, tanquam
in re deo dedicata.& sceleratè facis,si ad hominum vsum illud accommodes: sed cum iis tã-
tummodo,qui idem tecum vitæ institutum tenent,veluti qui deo se penitus dediderunt , tibi
versandum est.Quî igitur ea in te conuenient,quæ de sacrosancta scriptura memorata à no
B bis sunt verba?aut quomodo non peccatum incurres, qui initum cum deo de colenda pietate
fœdus violes?

Quòd neutiquam quis à spirituali se fratrum cœtu debet abscindere. CAP. XXII.

IAm illud quoque certissimum tenendum est, eum qui semel spiritualis fratrum societatis coniunctione copulaq; obligatus sit,ab iis,quibuscum iunctus sit,sine scelere abscindere se, aut segregare non posse.Si enim homines sæpenumero vbi semel se in coniunctionem fragilis vitæ huius dederunt,ab ea se amplius præter inita ex pacto & condictione inter se fœdera,separare non possunt(alioqui qui hoc facit,is statutis pœnis obnoxius fit) sine dubio multo magis qui de spiritualis conuictus vnione fœdus inierit,cùm ea indissolubilem ac perpetuam
C habeat coniunctionem,ei seiungere se,præciderè ve ab his non licebit,quibuscum vnum veluti est corpus effectus.Alioqui si hoc facit,grauissimis se à deo constitutis suppliciis addicit. Si enim mulier ad viri societatem lege matrimonij prouecta, & vnà cum eo copula carnali cõiuncta , morte multatur , si ei insidias fecisse deprehensa sit: quantò is magis subiacebit pœnæ grauiori si se abiunxerit,qui spirituali communione copulatus sit, teste atque sequestri,ipso spiritusancto:Quemadmodum igitur membra corporis naturæ vinculo cõiugata , à corpore auelli non possint,aut si auellantur,quæ auulsa sint,ea emortua sint,necesse est: itẽ quoq; monachus,quotiescunque reliquorum fratrum corpori coniunctus est, & firmiore, quàm sit vinculum naturæ compage vinctus teneatur,nempe ex pacto quod is cum sancto spiritu cõ-
D traxit,nullo modo putandus est ab iis se posse diuellere,quibuscũ copulatus sit. Alioqui si hoc facit,& animæ vitam amittit,& vnà cum ea gratiam spiritus sancti, vtpote qui initũ ipso autore fœdus violauerit.Si verò aliquis dicat,in fratribus esse aliquos vitiosos(neque enim vniuersos opinor culpabit . Neque enim propterea vt vitiosi essent , societatem illi coïerunt , vt vnanimiter cuncti improbi essent)Sed siquis improbos quosdam reperiri inter fratres dicat, eiusmodiq; qui & temere officia cuncta peruertant,& honestatem negligant, & conuenientẽ ordini illi contemptim imminuant disciplinam, ac propterea huiusce modi hominum societatem relinqui oportere,nequaquam is idoneam recedendi causam commentus est . Siquidẽ neque Petrus,neque Andreas,Ioannẽsve propter Iudæ improbitatem se à reliquorum apostolorum choro submouerunt, neque alius de apostolorum numero quispiam hanc ad recedẽ-
E dum ansam arripuit,neque quominus Christo obtẽperans esset,vlla in re illius vitiis retardatus est : sed contrà potius relicta illius peruersitate dominicæ disciplinæ seruientes ac morigeri pietatem,virtutemq; magno ipsi studio sectabantur.Ex quo intelligitur,qui aliorum improbitate cogi se dicat,vt à spirituali se segreget societate, eum neutiquam idoneam leuitatis suæ causam inuenisse.Quin ipse potius terra petrosa est, qui præ imbecillitate consilij veritatis verbum alere non potest.Cumq; aut propter vel tantillæ tentationis incursum aut vitioſę affectionis intemperantiam,honestatis & continentiæ studiosum viuendi institutum non ferat concitus flagranti vitiorum æstu torretur , & vnà cum tenero adhuc doctrinæ germine
F exaresc̃it : nempe qui sibi causas verisimileis quidem illas sed ad defensionem ante tribunal Christi haud satis idoneas,ex animi sui sententia confingat,sibiq; ipsi facile imponat. Siquidẽ nihil est facilius quàm seipsum fallere , quòd quisque sibiipsi beneuolus æquòve indulgentior est iudex,& quæ iucunda sunt,ea vtilia iudicat.Quamobrem qui eiusmodi est, is veritatis ipsius iudicio damnatus habendus est,veluti qui scandalorum vberrimã segetem suggerat multis,peruersoq; exemplo alios assiduè ad similium flagitiorum imitationem instiget. Hæres sit illius horrendi,Væ: Expedit ei, vt suspendatur mola asinaria circum collum eius , & demergatur in profundum maris.Qui enim semel* defectioni animus assueuerit , is vitiorum omni genere cumulatur,intemperãtia,auaritia,edacitate, falsitate, omniq; morum peruersitate, & postremo extremis malis infixus,in profundum nequitiæ abit præceps. Qui igitur horum,

qui

Argumentũ à simili.

Alterum simile.

Tertia & elegans ὁμοίωσις

Attendite quæso, lutherani

γνώμη

Huc,huc ò Lutherani oculos aduertite. Matt.18.a

*apostasiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Audi Luthe rē

qui istiusmodi sunt,ducem se præbet,animaduertat is, quàm multarum animarum exitij reus G
existat:qui quidem ne reddendis quidem de anima sua rationibus esse par possit. Cur non hic
admirabilem illum potius Petrum imitatur, & exemplum firmæ fidei, & in rebus præclaris
constantiæ reliquis existit:vt fulgente rectè factorum ipsius splēdore, etiam qui in vitiorum
tenebris degunt,ad meliorem per eum viam reuocentur.Atque etiam Noë iustus ille,cum in
illa pessimorum hominum colluuie versaretur, non dixit deo propterea oportere se exire de
μεταφορά mundo,quòd reliqui omnes improbi essent: sed eò magis more generosi ac fortis athletæ ad
hæc occalescens se obdurauit,& in profundissimo vitiositatis pelago pietatē à tempestate in-
columem conseruauit: neque vlla in re domino prorsus repugnans fuit, sed patientia tole- H
rantiaq; pietatis nauigium in mediis impietatis fluctibus tutatus est. Quid? nónne Lot, cùm
Sodomis in tanta impietate,tanta legum omnium ac iuris peruersione versaretur, virtutem
tamen assiduè vsque ab omni vitio integram custodiuit,neque vllis omnino passus est prauis
insidiis circumuentam captiuámve teneri:atque inter sceleratissimos hospitū cæsores, & qui
summa petulantia libidineq; contra naturæ leges ferebantur,sanctimoniam vitæ perpetuò &
ipse intaminatam seruauit,& reliquis,quoad fieri poterat, exemplo suo idem secum vt face-
rent,autor fuit:nempe qui in docenda honestate antiquiora facta habuerit quàm verba. Tu
† apostasiā verò quum in animo† defectionem cogites,& spiritus sancti reiectionem machineris,fratrū
aliquantā negligentiam,quæ vel sit,vel abs te cōfingitur,causaris,& improbitati isti tuæ,& ad I
excipiendos pro virtute labores segniciei contegendæ, fratrum calumniam quasi velamen
oppandis? Verum enimuero qui eiusmodi est, is in concordi vinculo spiritus sancti acquie-
scat, quo se in cœlesti partu primis veluti fasciis inuoluit ad frugem meliorem istis reuocatꝰ
Asimili arg. exemplis.Neque enim si fortè contigerit vnum aliquem de iis,qui in manu digiti sunt,læsum
ex dolore aliquo laborare,iccirco continuo etiam alius pertinaciter se præcidi iubebit:sed cō-
trà dolorem primum amputationis fugiet:dein etiam constantissimè assistet, vt illius quoq;
qui in periculo sit,officium corpori possit præstare, ac nō naturalibus omnino priuata ramis
ὑπόδειγμα manus,proprio ac natiuo suo decore spolietur.Transfer ergo similitudinem ad monachum,
& considera,quàm magnum abscissione sua teneris adhuc animis cùm dolorem, tum dede- K
ἀφηγούμε- cus etiam afferat,quomodoq; item vitæ se omnis ac spiritus expertem reddit.Nam quòd An-
νος tistes,neminem,quem docendum susceperit,volens, prudēsq; ad improbitatem ducturus sit,
vt praua doctoris institutio causa discipulo sit discessionis,abalienationisq;:ad hunc modum
considerabimus,si placet.Quid est pater? quid est item magister? pędotriba nempe, puerorum
Hypodeg- institutor vterque,ex his alter filio,alter discipulo,quæ in istius cum filij, tum discipuli rē ma
ma alterū. gis futura sunt,optant.Siquidē & naturale hoc patribus est,liberos suos optare sibi esse quàm
optimos,quamq; prudentissimos,similiterq; honestate omni modestiaq; quàm ornatissimos
quò & filij clari sint,& patres ipsi filiorum laudis societate gloriosiores existant. Simili modo
A simili βε- qui pueros magistri ad luctam instituant,quos in disciplinam receperunt, eos quàm fortissi- L
βαίωσις mos quamq; peritissimos artis efficere studeant, vt cùm robore corporis ac peritia adhibitis,
commodè se in certaminibus gesserint,aduersariorum magna cum laude victores declaren-
γνώμη tur,atque ex agone legitime exantlato certissima in ipsos postea gloria redundet. Porro qui
animum ad docendum induxit,hunc natura impellit,vt velit discipulos suos quàm fieri pos-
sit perfectissimè,artis suæ præcepta consequi.Proinde cum eam erga liberos instituendos ra-
tionem natura rerum parens parentum animis inseuerit, quî non verisimile est religionis &
sanctioris vitæ magistrum,quem ipse instituendum acceperit,optaturum,vt quàm innocen-
tissimus & morum ornamentis maximè conspicuus simul & spirituali sapientia cumulatissi-
mus existat:præsertim cum illud nihil obscurè intelligat,se, si suus discipulus talis euaserit, &
λαμπρους τους σεφά- in magna apud homines gloria futurum,& luculenta à Christo præmia reportaturum,vt qui M
νους famulos ipsius,vel, vt rectius dicam,fratres, quādo hoc nomine etiam Christo eos placitum
est appellare,diligentia sua, ea quæ est cum ipso coniunctione dignos effecerit. Verumenim
aliud præterea considerabimus,quòd si ex illius institutione discipulus nequam euaserit,tempo-
διαξύνην ἀ- re extremi iudicij in maximo totius orbis terræ conuentu indelebilem ignominiæ notā ma-
παρηγόρη- gister incurret,vniuerso cœlestium inspectante concilio, neque ignominia afficietur modò,
τον sed grauissimis etiam suppliciis mactabitur.Quî igitur putandum est casurum in animū ma-
gistri,vt discipulum suum benemoratum ac modestum esse nolit? Quanquam etiam incom-
moda infrugi ve doctori discentis improbitas est.Nam quòd vnà ambo ætatem inter se agere
decreuerunt,quodcunque quis vitium discipulus imbiberit,eius fructus primum omnium,cū
magistro

A magistro ipso communicat,more venenatorum serpentum,qui à quibus fouentur,in eos pri γνώμην cō-
mum virus emittunt.Quarè perspicuum est vndique,cum ex rerum natura, tum ex ipsius et- firmat simili
iam instituentis vtilitate,optaturum ipsum,ac studiosē omni ratione operā daturum, vt quē
discipulum erudiendum acceperit,is sibi & probus & modestus existat.Etenim si vitiorum il
le improbitatisq; esset magister,cōtendisset sine dubio,vt quorum disciplinæ præesset, eos ad
hunc finem deduceret.Verùm cùm virtutis,ac iustitiæ præceptor sit,haudquaquam volet, o-
pinor,contrarium,atque ipse efficere nitebatur, discipulo suo exitum euenire. Omnis igitur
prætextus excusandi sui nimirum vt rationi dissentaneus præcisus ei est & adēptus, qui à spi-
rituali cœtu segregare se velit, demonstratumq; originem istiusmodi consilij nihil aliud esse,
B quàm vitiorum intemperantiam,& laborandi fugam,& iudicij corruptelam; instabilitatēq;.
Non enim hic Dauid illud dicentem audiuit,Beati qui custodiunt iudicium: qui custodiunt, Psal.105.a
non qui euertunt.Hi sunt qui stultis assimilantur,qui super arenam instabilis consilij sui,fun- Inconstan-
damenta locant spiritalis ædificij,quod paucæ tentationū rorulentæ aspergines,& breuis ma- tia stultitiæ
ligni torrens subducto fundamento dissoluit ac disiicit. assimilis

De obedientia uberius. CAP. XXIII.

C AT quemadmodum quidem ab eo,qui semel spirituali se fratrum societati coniugarit,
indissolubilis seruanda copula sit,superius, quoad facere potuimus, demonstrauimus.
Nunc rursus quod de obedientia antè dicere instituimus,accuratius etiam pertractemus,& quæ de ea breuiter antè percurrimus,cumulatius declaremus, doceamusq; quàm ma-
gna ea obedientia sit,quam erga antistites suos religionis veræ præstare cultores debēt,eiusq;
magnitudinem non aliunde explicare adnitar quàm ex sacrosanctæ scripturæ autoritate Pau
lus apostolus in ea epistola,quam ad Romanos scribit,ipsis præcipit, vt excellētioribus illi po Roma. 13.a
testatibus omnibus subiecti sint:potestatibus inquam mundi, non spiritualibus: atque hoc ex
his,quæ deinceps adiecit,declarauit,cum de tributis & vectigali locutus est: quo in loco, qui
vel minimum potestati resistit,eum ait deo ipsi resistere.Si igitur qui mundo huic præsunt,& Argu.à mi-
ex lege humana illam imperandi potestatem habuerunt, iis diuina lex pietatis cultores tāto- nori.
D pere voluit esse subiectos,& quod maius est, quorum vita tota tunc erat impietas: quàm ma-
gna tandem ei à pietatis cultore præstanda obedientia est, qui à deo constitutus præses sit, &
imperandi potestatem à legibus illius acceperit?& quî defendi potest eum non dei ordinatio-
ni resistere,qui antistiti resistat suo? præsertim cum apertissimè Apostolus iubeat omni in re
parēdum esse spiritualibus præpositis:Obedite enim inquit,præpositis vestris,& subiecti esto- Heb.13.c
te eis.Ipsi enim peruigilant,quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cū gaudio hoc
faciant,& non gementes.hoc enim non expedit vobis.Quòd si non expedit non perfectè obe
dire,sine controuersia,quod magis expedit,illud consectari debemus.Nam mea quidem sen-
tentia,hoc,quod hîc dicitur,non expedire, magni cuiusdam detrimenti ac pœnitēdi & quod
E ægrè admittat correctionem, significantiam habet. Imitanda est autem maximè sanctorum
obedientia,quàm erga deum illi adhibuerunt:si tamen proposito nobis eorum exemplo, eam
fortasse ritè poterimus explere.Neque verò existimet quispiam,me causa firmandæ erga an-
tistites obedientiæ,elatiora quædam exēpla proferre, eiq;,quod deo debetur, officio, arrogā-
ter obedientiam aduersus homines audere conferre.neque enim ad hanc similitudinem indu
cendam mea sponte,sed diuinis literis inductus accessi. Animaduerte enim quid in euange-
liis dominus dicat,cum de obedientia aduersum seruos suos adhibenda legem sanciret: Qui
vos recipit,inquit,me recipit.Et item alio in loco,Qui vos audit,me audit: & qui vos spernit Matt.10.e
me spernit.Quod apostolis dixit, intelligendus est in commune legē sanxisse in posteros qui Luc.10.c
F aliorum futuri erant moderatores,id ex multis,iisdemq; certissimis diuinarum literarum te- ἐξ ἀναμφι-
stimoniis,manifestissimisq; argumentis probari potest.Ex quo quidem patet,nos, quando di λέκτων μαρ
ximus tenendæ à nobis erga antistites nostros obedientiæ, adhibitam à sanctis viris erga deū τυριῶν
obedientiam,exemplar nobis oportere proponere, diuinis oraculis conuenienter fuisse locu-
tos.Quomodo igitur,inquit aliquis,veteres sancti viri animi sui alacritatem in exequēdis dei
iussis declararunt?Considera mihi Abraham, qui iubetur relinquere domum, patriam,supel- παράδειγ-
lectilē domesticā,possessiones,cognatos,amicos, & omnia quæ contraria his sunt consectari, μα
peregrinationē,obscuritatē nominis,viæ eatenus incōpertæ errores, paupertatē, metus, peri-
cula,& quæ peregrinos incommoda,atque extorres comitari solent,omnia persequi: & nihi-
lominus tamen videbis eum sublata omni cunctatione,dicto esse audientē, domesticam rerū
suarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

suarum quietem,prosperitatemq; relinquẽtem,& pro his in alienis terris ærumnas, erroresq; G
suscipientem.Vides perfectissimum pietatis cultorem, & dei causa felicia mundi omnia contemnẽtem:sed pergamus ad reliqua.Venit ille quidem in Palæstinam locum sibi à deo ad incolendum commonstratum.Porrò cum victus inopia regio illa fuisset oppressa, inde in Aegyptum digreditur,& emigrat ibiq; adempta sibi vxore, non hinc redditur animo deiectior neque dequeritur aut dei cõcilia incusat,vt qui officij sui tales ab eo fructus referret:quin potius æquo animo iniuriam etiam hanc iniuriarum omnium longè grauissimam tulit non semel,sed iterum etiam sibi à Gerarorum rege videlicet illatam.Qui enim semel in eo animum obfirmauerat suum,vt obediret deo, nihil iam amplius illud spectabat, quid de se disponeret deus,sed totus in eo erat cogitatione defixus,quomodo videlicet perfectissimam,atque omni H
δόγμα ex parte absolutissimam illi obedientiam præstaret:ac propter hoc etiam postremo filium inuenit Isaac diuturni sui voti, diuturnæq; fidei præmiũ ac donum. Verùm hunc ipsum cum iã ætatis flori propinquum videret,eiusmodiq;,qui parentibus suis secuturæ prolis, futuræq; deinceps posteritatis stabilimenti spem bonam afferret, eo ipso tempore illum post tot spes iubetur à deo in præaltum montem educere,ipsiq; à quo illum acceperat,immolare. Porrò ille
φοβερὰν λατουργίαν durissima hac voce accepta,munereq; horrore plenissimo,eiusmodiq;,vt tantummodo auditum,nedum imperatum,ipsam posset naturam prosternere,hæc omnia vt moderatè tulit, vt mente nihil est consternatus,vt non concidit animo, sed perinde vt si agnum esset aliquem mactaturus,sic leni,tranquilloq; animo,sublato obedientiæ iugo ibat vnà cum filio,quod ius- I
sus erat expleturus:nihil neque in hoc curiosè iudicium dei perquirens,aut secũ dequerens: sed tota in officij sui conseruatione,mente defixa,ne videlicet vlla in re obedientiam minueret suam,luculentam hoc modo coronam reportauit:nempe qui cunctis deinceps mortalib⁹ fidei,obedientiæq; veluti columna quædam erectus sit.Poteram autem reliquorum etiam sanctorum virorum,quorum in veteri historia nobilitata mentio est, obedientiam commemorare,vnde huius virtutis citra cõtrouersiam absolutissimæ exemplis erudirentur pietatis cultores:tamen ne longum faciamus,omnibus,quibus modo ea discendi voluntas est, ad ea quæ in sacris literis feruntur,audienda dimissis,ipsi ad saluatoris nostri discipulos sermonem cõuertemus,ostendẽtes quomodo illi dicto audientes erant,quomodoq; se imperio subiiciebãt. K
Dixit eis Iesus,cum rudes adhuc in eius disciplina essent,ac tantum non iamiam regnaturum illum putarent,& in ea spe essent,se nullis laboribus aditis,nullisq; periculis susceptis,ac se nullis molestiis exantlatis,Christi regni consortes futuros,atq; in regalis eius gloriæ,cultus,honorisq; societatem vẽturos(Hocq; & Petrus ipse declarat,in ea increpatione, qua vsus est aduersus Iesum,cum de futura sua passione ille dissereret: Assumens enim eum Petrus,inquit,cœ
Matt.16.c pit increpare illum,dicens,Absit à te domine,non erit tibi hoc. his verbis ostendens omnem
Matt.20.c omnino segregatam à se habuisse cuiusuis mali expectationem. declarant etiam filij Zebedæi,qui interpellaturam pro ipsis ad dominum matrem adduxerint,vt sessionis hinc inde ab dextra,læuaq; honore afficerentur.Etenim nisi paulo post regnaturum illũ existimassent,neu- L
tiquam vnquam hoc ausi essent postulare:quippe cum sessionem à dextris patris in cœlo,sal-
Matt.10.b uatoris esse intelligerent) Quid igitur hæc expectantibus illis & sperantibus dixit ? Ecce ego mitto vos,sicut oues in medio luporum.Porrò illi re audita spei suæ summè cõtraria, nequaquam dixerunt, Alia adducti spe ad te accesseramus , & tu contraria nobis atque sperauimus, imperas?Nos requietem sperauim⁹,& tu nos in pericula protrudis : honores nobis proposuimus,& tu ex transuerso ignominias ingeris:regnum expectaueramus,& tu vt exagitemur , & omnium serui simus,iubes.Horum nihil omnino dixerunt,licet his,quæ memorauimus,plu-
Matt.24.a ra & grauiora etiam audissent,veluti illud,Tradent vos in tribulationes, & occident vos , &
Matt.10.e eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum . Et ad præsides & reges ducemini propter me.His igitur illi omnibus auditis,submissa mentis ceruice , obedientiæ iugum subierũt, M
alacriq; animo in pericula,in fora,in contumelias,in lapidationes,in ignominias,in cruces,in varias neces processere:tantaq; hæc alacritate sustinebant,vt magnificè lætitia efferrentur,cũ
Acto.5.g digni habiti sunt,qui pro Christi nomine illa paterentur.Gaudebant enim,inquit, quòd digni
Monachi obedientia cuiusmodi esse debet habiti sunt pro nomine ipsius contumeliam pati . Hanc obedientiam is qui secundum deum verè est monachus,antistiti suo præstet,oportet.Siquidem(vt iam diximus)discipulos Christus in hoc elegit qui hoc vitæ institutum æmularentur,vt per eos formam relinqueret eandem secuturæ posteritati. Nihil est enim aliud antistes (qui modo diligenter munus exequatur,cui præpositus sit, pietatem videlicet) quàm is qui personam Christi sustinet, & sequester est inter

A est inter deum & homines,eorum,qui in ipsius officio sunt,salutem sacrificans deo. Atq; hoc à Christo ipso docemur,dum Petrum Ecclesiæ suæ pastorem post se cõstituit. Petre enim,inquit,amas me plus his?pasce oues meas. & omnibus deinceps pastoribus , ac magistris eandẽ tribuit potestatem.Cuius quidem rei signum est,quòd omnes similiter atque ille & ligent, & soluant.Quemadmodum igitur pastori suo oues obtemperant,& viam,quancunque ille vult, ingrediuntur:sic qui ex deo pietatis cultores sunt,moderatoribus suis obsequi debent,nihil o- Argumen.à simili
mnino illorum iussa curiosius perscrutantes,quando libera sunt à peccato:contraq;, ea summa animi alacritate,summoq; studio conficere. Quemadmodũ enim faber ædificatór ve sin- Altera ὁμοίωσις
B gulis artis instrumentis pro arbitrio vtitur suo,neque vnquam vllum inuentũ est instrumentum,quod ad quemcunq; ille vsum voluisset, non se facilè tractandum præbuerit, ac moderatoris manui cesserit:item quoque cõuenit verum pietatis cultorẽ, perinde vt instrumentũ quoddam vtile opifici ad complendam spiritualẽ fabricam,omnibus in rebus parêre, in quibus vt operam suam nauet,rectum esse antistes iudicarit, ne si id facere recusauerit , impedi- Tertium simile
mento sit,quominus spirituale opus compleatur.Et vt instrumentũ non sibiipsi deligit, quod facto vsus sit ad artem iuuandam:eodem modo pietatis cultorem quoque nequaquam conuenit ipsum esse,qui sibi iudicio suo opus deligat,sed gubernationem sui , artificis prudentiæ debet consilioq; concedere.Nouit enim, qui modò intelligens moderator est , vniuscuiusque
C mores & affectus,& animi motus diligenter exquirere, & ad hæc accommodatum etiam in singulis remedium adhibere. Quocirca nullo modo est eius statutis aduersandum , sed illud firmissimum tenendum,rem omnium esse difficilimam seipsum cognoscere , & curare, propterea quòd naturaliter seipsum quisque amat, & quilibet propterea quòd in seipsos propensi sunt,in veritatis iudicio fallantur.Porrò ab alio cognosci, curariq; facile est: cum iis, qui cæteros iudicant,ad discernendam veritatem nequaquam obstet amor sui ipsorum. Stãte enim in fratrum societate concordi hac consensione , facilè & pax inter ipsos versabitur , & salus κατόρθωβέντων vnà cum charitate & concordia omnium conseruabitur,ac perficietur legitimè.

Quòd uiliora etiam munia siue opera magna cum animi alacritate consectari monachus debet. CAP. XXIIII.

D ATque etiam intelligendum illud est,debere pietatis cultorem viliora etiã munera magno cum studio,magnaq; cum animi alacritate suscipere, scientem nihil minutũ esse, quod dei causa fiat,sed grande & spirituale,& eiusmodi,quod cœlum nobis,& præmia cœlestia conciliat . Quamobrem licet communibus vtilitatibus inseruientia sarcinaria sequi iumenta oporteat,recusare tamen non debet. Siquidem venire in mentẽ apostolorum debet, quàm alacriter illi domino paruerunt,quando ipsis mandauit,vt ad se pullum adducerẽt:cogitareq; & illos quoq;,quorum causa iumentorũ curam suscipiat,fratres domini esse,& tributã ipsis beneuolentiam,studiumq; in ipsum Saluatorem redundare, qui dixit, Quatenus feci-
E stis vni de his fratribus meis minimis,mihi feci stis.Quòd si sua facit, quæ minimorum sunt, Matt.25.d ἀφορμὴν ἐς διαφορίας
sine dubio multo magis,quæ electorum sunt,ea sibi vendicabit,modo ne officium causam ad licentiam existimet.Quin summa potius animi attẽtione munire seipsum debet , vt cũ sibi,tũ cæteris,in quoscunq; eũ casus detulerit,pariat vtilitatem. Porrò si de muneribus iis, quæ abiectiora sunt,aliquid exercendum sit, scire cõuenit saluatorẽ quoq; ipsum discipulis ministrasse, & abiectiora opera facere non recusasse:magnumq; homini esse, si dei imitator existat , cum per hæc,quæ humilia sunt,ad altitudinem illam quòd illum est imitatus, ascendat. quanquam quis iam humile ausit quippiam appellare,quod deus ipse attingere non recusauit?

Quòd honores siue ullã præter cæteros prærogatiuã appetere monachus nõ debet. CAP. XXV.

F PRorsus autem ab ommi ambitione alienum habere animũ monachus debet . Nam si in hac vita laboribus,ac rectè factis suis esse præmium vult , misera profectò illius mercedis conditio est,qui pro æternarum rerum iactura,caducas paciscatur. Si verò secũ decreuit velle se in hac vita agones laborum perferre,& eorũ mercedem in cœlo recipere, non modo honores vltro ipse consectari non debet,sed ne oblatos quidẽ admittere, potiusq; recusare atq; reiicere,ne consequentis vitæ gloriam,præsentis honor imminuat . Quandoquidem γνώμη ex collatione καὶ ἐναντίωσις
γνώμη ex collatione
præsens vita vniuersa laborũ est atq; certaminũ:cõtraq; futura in præmiis, cõpensationibusq; posita est.Quemadmodũ magnus Paulus de hac vita,in aliam proximè migraturus,ait,Bonũ certamen certaui , cursum consummaui, fidem seruaui , de reliquo reposita est mihi corona 2. Tim.4.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustitiæ,quam reddet mihi dominus non hîc,sed in illa die iustus iudex. Et item Saluator, In G
Ioan.16.d mundo hoc pressuram habebitis.Et rursum idem Apostolus, Per multas tribulationes oportet vos introire in regnũ cœlorũ. Proinde si habes in animo in futurũ regnare, hic noli ociũ,
Acto.14.d noli honorẽ consectari.Sed licet in præsentia pro vera tuenda doctrina,nimirũ veritatis aduersa multa patiare,intellige te in posterũ regnaturũ. nã susceptis hîc pro tenenda honestate calamitatibus hæc constituta est merces. Alienus autẽ ab incõmodorum vitæ huius conflictatione,cœlestes nolito coronas sperare,quando hîc eos,quibus eæ constitutæ sunt,neq; labores præmittis,neq; certamina.Caueat igitur omni ratione pietatis cultor,ne honores cõsectetur,cæterisve se præponi velit.Omnis enim qui seipsum exaltat,humiliabitur: & qui se humi-
Luc.14.c liat,exaltabitur.Si semetipsum pietatis cultor in altũ extulerit,habet qui grauiter ac potenter H
illũ affligat,& ad inferos vsq; possit deprimere.Sin cõtra seipsum humiliauerit, splẽdidissimè magnificẽtissimeq; extolletur:quippe cũ deus(quę ipsius potẽtia est)humiliantẽ se in altũ extol lat.Expectato igitur rectè extollentẽ ô monache, neq; ad res vitæ huius cogitationẽ velis abiicere.Athleta enĩ es,& operarius Christi:pactus es cũ eo,totã te diẽ certaturum,& diei totius
Metaphorę. Matt.20.a æstum perlaturũ.Quid igitur diei opere nondũ cõpleto,requiẽ consectaris?Vesperã, vitæ huius finem operire,vt cum paterfamiliâs venerit,mercedem tibi denumeret.Vespere enim facto dixit dominus vineæ procuratori suo,Voca operarios,& redde illis mercedem: non meridie, aut initio postquam statim illos conduxerat. Operire igitur finem vitæ, & tunc reuersus mercedem auferto.Interim autem in postremo loco acquiesce,vt tunc primũ adipiscare. I

περὶ ἀτυφίας καὶ ἁπλότητος

De modestia ac simplicitate in cibis retinenda. CAP. XXVI.

IAm ciborum diuersitatem nullo modo consectari monachus debet:neq; prætextu videlicet continentiæ ab solitis in communi vsurpari escis discedere. Siquidem hoc communis disciplinæ peruersio,& scandalorum occasio est:& væ illi,qui in pietatis cultorum conuẽtum huiusce modi causas perturbationis attulerit.Sed licet vsitatum hoc salsamentum, quod

πρόσλημα ταριχευτὸν

iure incoctum veteribus sanctis patribus,pulmentis loco alterius cuiusdam condimenti addi placuit,cõmistum sit cum reliquo ferculo,aquæ, olerúmve, neutiquam per simulationem ab se inuentæ suę vanęq; cuiusdã religionis reiicere debet,illud quasi qui carnes repudiet & fercu-
K
la alia meliora,& precij maioris inquirere: sed in minimi salitæ carnis frusti decocto, bucceã reiecta omni obseruatione intingere,& cũ omni gratiarũ actione assumere. Siquidẽ minutissimum frustulũ illud in tam magnam aquæ copiam,aut leguminum (si ita fors ferat)cõiectũ, nequaquã indiciũ cupediæ est, sed seuerissima, & verè durissima pietatis cultorũ continentia.

γνώμην hâc legant Lutherani

Quæ igitur huiusmodi sunt,hęc religionis cultor obseruãdo captare nõ debet.Neq; enĩ ab his propterea nos abstinemus, quòd Iudæorum ritibus faueamus, sed vt deliciarum saturitatem fugiamus.

Quòd ad perfectionem spectanti proditio in publicum nihil poterit obesse. CAP. XXVII.

SI verò proditiones in publicum,aut susceptа propter necessarios & communes fratrum L
vsus itinera impedimento sibi esse ad pietatis cultum monachus dicat, ac propterea foras exire recuset,nondũ ille absolutæ obedientiæ cognitionem est assecutus, neq; dũ animaduertit ad huiusce officij perfectionẽ istiusmodi molliciis nequaquã solere peruenĩri. Intueatur proinde in exẽpla sanctorum virorum,cõsideretq;, quomodo virtutẽ hanc perfectissimè illi coluerunt,qui imperatis sibi rebus ad conficiendum adeo difficilibus, imperiũ ne vel tantillũ quidẽ vnquam recusarunt,reluctative contrà sunt, & illorũ exẽplo eruditus obediẽtiæ perfectionẽ condiscat.Si autẽ sit aliquis,qui etiã reuera hoc sibi sentiat nocere,is reliquos

μετ' ἐλπίδος ἀνενδοιάστου.

omnes fratres roget, vt pro se supplicent deo, nec minùs ab eodem deo certissima cum spe ipse etiam facultatẽ petat,per quam cum in officiis spiritualibus, tum etiam in corporis mu-
M
neribus rectè administrandis actuosum,commodumq; instrumentũ sit.Et sine dubio qui bona exquirentiũ alacri & exprõptæ voluntati aspirat beneuolus,eam largietur,quum ad petendũ ipse hortatus sit,ac dixerit,Petite,& dabitur vobis:quærite,& inuenietis:pulsate, & aperietur vobis.Omnis enim qui petit,accipit,& qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Itẽq; alio

Matt.7.b

Iacta ἁπλῶς δόγμα memorabile

in loco,Siquis autẽ vestrũ indiget sapientia,postulet à deo,qui dat omnibus affluenter,& non improperat,& dabitur ei.Postulet autem cum fide,nihil hæsitans. Ac in omnibus denique rebus, vbi mens in perfecta obedientia vacillat, aut animi promptitudinem Satanas impedit, hebetando,retardandóve,remedium hoc adhibeamus,vt deo supplicemus,petamusq;, vt rectè agen-

A ctè agendi nobis facilitatem velit largiri,& vt carnes nostræ configantur timore dei,vtq; assiduè apud seipsum animus noster sit,necubi euarians neque corporis cupiditatibus voluptatibúsve vsquam capiatur.Siquidem non aliunde, quàm ex animi distractione mundanæ cupiditates in nobis nascuntur:à quibus cùm variis postea tumultibus vexata mens nostra fuerit,segniores ad capessenda recta officia reddimur.Quæ cum ita sint, nemo in adiuuãdis cõmunibus aliorum corporis necessitatibus,operam denegare suam debet. quin suppliciter potius petendum est à deo,vt facultatem adiuuãdi cæteros ab ipso promereamur accipere. Si e-
B nim priorum exemplo munus hoc omnes detrectarint, quis fuerit tãdem, qui necessariis officiis satisfaciat?Quin operæpretium fuerit,hoc te exemplo etiam quopiam doceri. Nam qui modo in ordinem aliquem adscriptus est miles,neutiquam *is* operam dat,vt reliquos, qui eo in ordine sunt,ad consuetudinem suam traducat:sed ipse se contrà ad ordinis disciplinam ac morem accommodat.Quamobrem conuenit etiam, vt qui in spiritualem societatem adlectus sit,nequaquam illos ad morem suum velit detorquere: sed contrà ipse morem suum debet aliorum fratrum moribus,institutísque conformare.

Pſal.118.

Edistractione mentis, cupiditates.

Confirmat τῆς ὁμοιότητ

Quòd priua authoritate nihil negotiorum exercere debet monachus. CAP. XXVIII.

C POtestatem verò suiipsius ne ad punctum quidem temporis habere monachus debet, per quam in priuatis ipse negociis suis versetur. Quemadmodum enim absente artifice instrumentum sua sponte ipsum non moueretur, neque membrum vel ad breuissimũ tẽpus ab reliquo corpore separari, moueríve posset,sine ei⁹,qui intus est opificis, ac totius corporis moderatoris voluntate:similiter quoque neque religionis obseruãti aliquid agere, exequíve sine antistitis sui sententia licet. Quòd si causam afferat, ac dicat, se præ imbecillitate corporis,exequendis imperatis parem esse non posse, infirmitatem suam antistiti iudicandã permittet, secumq; reputans illud scripturæ, seipsum ad ea quæ sibi imperata sint exequenda adhortabitur,cum ab ea dici audiat,Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus
D peccatum repugnantes.Et item alibi, Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite.

δόγμα Simile.

Heb.12.b
Ibidem.d

Quòd antistitem conueniat, adhibita paterna benevolentia, eorum qui in ipsius potestate sint,res administrare. CAP. XXIX.

πνευματικῆς ὠφελείας

POrrò ipse etiam antistes reliquorum fratrum,veluti charissimorum filiorũ pater curam suscipiens,diligenter quid eorũ singulis opus sit,considerabit:& quæ conuenire visa fuerint remedia,curationesq;,quantũ poterit, adhibebit: & quod reuera mẽbrũ siue animo, siue corpore infirmum fuerit,adhibita charitate,beneuolentiaq; paterna sustentabit.

Quòd nequaquam permittendum sit,ut in conuentu virorum religiosorum,duorum triúmue fratrum seorsum sodalitas conspiret. CAP. XXX.

E AC charitatem quidem habere inter se mutuam fratres debent, non ita tamen vt duo, trésve seorsum à cæteris sodalitatem inter se coëant. quandoquidem hoc non charitas est,sed seditio & diuisio:& eorum, qui sic coëunt, improbitatis indicium. Si enim communis decus disciplinæ charum haberent,qui tales sunt,sine dubio communem,æqualẽq; aduersus omnes charitatem tenerent.Si verò ipsi à reliquis sua spõte abscissi disiunctiq; in cœtu cœtum efficiant,vitiosa huiusmodi amicitiæ conciliatio est, & diuersam quandam à communibus institutis rem esse oportet,quę hos inter ipsos conciliet:atque hoc profecto nihil est aliud,quàm contra veterem disciplinæ stabilitatem,constantiamq; innouatio.Quocirca dãda studiosè opera est,ne vllus omnino in conuentibus, sodalitatibus istiusmodi locus detur,
F néve violata charitatis obseruatione societatem quis cum fratre aliquo iungat, qui improbè agere, & communis disciplinæ iura velit peruertere:enitendumq;, vt quandiu quidem in officio omnes permaneant, æqualis vnicuique erga omnes communitas sit atque coniunctio. Quòd si firmatam quis iam vetustate disciplinam labefactare in animo habeat,ac alios etiam de fratribus secum comites trahat, hic primo quidem ab eo, qui sanus sit, secreto admoneri tanquam parum sanus debet. Sin arcano curari noluerit, adhibendi de fratribus erunt etiam, qui cæteris intelligentia videantur præstare: quemadmodum est in sacrosancto euangelio, Si autem te nõ audierit,adhibe tecum etiam vnum vel duos. Quòd si ne ipsis quidem auscultauerit,tum demum ad antistitem ipsum animi ipsius morbum deferre oportebit. Si verò ne antistitem quidem audire voluerit,perinde vt gentilis & publicanus habendus est, & vt ouis

τὸ κοινὸν συναξίας

ἐν ἀπαρεμπτῳ νοὸς τόνῳ

Matt.18.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simile

pestilentia contacta ab reliquo ouili segregandus,ne in reliquos quoque morbi contagionem G transfundat.Si verò nullus sit omnino qui exempli peruersitate deterior fiat, tunc tãtummodo lenitas aduersus ipsum locum habebit,spe videlicet ipsum se aliquando ad meliorem frugem recepturum:lenitas autem ex ea parte,vt ne præcidatur,non autem vt ab admonitionibus,legitimisq; multarum impositionibus desistatur.

Quòd uestimentorum calceamentorúmue delectionem consectari pietatis cultor non debet. CAP. XXXI.

IAm de vestimentis calceamentísve non ea exquirenda nobis sunt, quæ sunt elegantiora, sed quæ viliora, ea deligenda, vt in hac re etiam animi nostri humilitatem significemus, H neque opinionem nimis elegantium, aut nosmetipsos amantium, & à fraterna Charitate abhorrentium incurramus. quando is satis se à charitate, humilitateq; disiunctum declarat, qui primas desiderat.

Quòd debet antistes ad uires corporis cuiusque ea accommodare quæ imperet munia: & de iis qui uires suas malicioſe celant. CAP. XXXII.

ILlud autem obseruare antistes debet,ne imponendis grauioribus,quàm quibus sustinendis pares fratrum corporis vires sint,imperatis, eos, qui ea ferre non possint, ad abiiciendam obedientiam per cõtradictionem instiget:sed perinde vt verus ac legitimus pater, æquè in I cunctos beneuolus,vires corporis cuiusque considerare,atque ita munera singulis imponere, ac distribuere sortitò debet.Veruntamen grauissime plectẽtur ij,qui quas à deo datas sibi corporis vires habent,malicioſe celant,& aduersum antistites petulanti impudẽtia se gerũt,& illius iussis non obtemperant.Si enim magnum antistiti atque intolerabile periculum creat,oc cultum tenuisse talentum doctrinæ, ac non vnicuique ante imminentem peccato frameam indicasse,sine dubio maius periculum incurrit is,qui datas sibi à deo ad communem reliquorum vtilitatem corporis vires ociosas tenet,occultatq;.

Argu.à minori

Quòd neutiquam molestè ferrè fratres debent, quandocunque mitius agi cum imbecillioribus uideant. CAP. XXXIII.

K

VErum enimuero neque molestè ferre,neque indignari fratres debent, quandocunque iis,qui imbecilliores sint,antistes accommodata illorum viribus ministeria assignet, & indulgentius cum his agendum censeat,ita videlicet vsu postulante. Quinimo qui γνώμη valentiores sunt,ij imbecillioribus indulgere,& hoc modo spiritualem complere charitatem Cõfirmatio à simili debent.Siquidem animaduertimus in corpore neque à manu dissidere pedem,neque manum pedem ipsum ad transigendas partes suas conari traducere, neq; vniuersam item manum digito minimo suum onus imponere: sed de mẽbris vnumquodq; delatam sibi sortitò à natura vim exercere,& quæ imbecilliora sunt, sustentare. Hæc disciplina si in spirituali cõuentu seruetur,nimirum illud declarabit nos verè Christi corpus esse,& membra ex parte, nempe qui L aptam inter nos coniunctionem,& vacuam omni dissidio concordiã continenter seruemus.

Quòd nequaquam debent,qui conuentibus præsunt,iis qui à conuentu suo defecerint, monachis liberè agendi quiduis potestatem impartiri, aut hos in uitæ communionem admittere. CAP. XXXIIII.

OPortet autem,vt & qui regendis spiritualibus conuentibus præsunt, ij cùm mutuam inter se charitatem ac beneuolentiam exerceant, mutuoq; alter alterius prouidam solicitudinem ad se existiment pertinere:ea nequaquam euertant,quæ facere alter studeat:neq; temere,inconsiderantérve descisscentes vicissim alij aliorum fratres suscipiant. Siquidem hoc facere summa confusio est,dissolutio,atque peruersio spiritualis opificij. Etenim M de fratribus quidẽ,qui cordatiores sunt,ij cùm dei timore teneantur,in officio persistunt: qui vero lentiores sunt,ac magis per ignauiã dissoluti,ij pudore hominũ,& ea,quæ ex hominibus Humanus timor ad bonum qualiscũq; pædagogus pendet,necessitate,veluti quodã pædagogo ad rectã viã diriguntur. Si igitur qui negligẽtior sit,licere sibi animaduerterit impunè probatæ sibi semel fratrũ societatis labores defugere,sesq; inde ad aliud quoduis domiciliũ transferre,& solutiorẽ in eo,atq; incontinentẽ vitã agere,facile sese à suorũ cœtu abrũpet,& exitij illius causam sustinebit,qui ad suscipiẽdũ eiusmodi se exhibuit æquo paratiorẽ.Atq; etiã fit sæpenumero,vt cõtagio ista latius serpens,eos etiã,qui δόγμα in recto itinere sunt,aberrare faciat,diductos à recta ac iusta via:& cunctorũ exitij ille pœnas luet,à

A palàm traducẽdum exponunt & perstringendũ,quò fit, vt apud externæ ac secularis vitæ homines notã sibi per hoc inurãt imbellis ignauiæ & præfractæ temeritatis nulla vnquàm obliuione obliterandã: quandoquidẽ de eiusmodi pronuntiauit dominus, Quis volens domum ædificare,nõ prius sedens computat sumptus,si habeat ad perficiendum: ne posteaq̃ posuerit fundamentum,& non potuerit perficere,incipiant qui viã prætergrediuntur,illudere ei dicẽtes:Hic homo fundamentũ posuit,& nõ potuit consummare.Quocirca necesse sit,vt in percurrendo vitæ istius singularis stadio, quod semel tanta cũ alacritate ingressus es, alacriores quotidie tibi ipsi atq; acriores addas aculeos,constantissime hærens officio. Huc te suo inuitat exẽplo Paulus inter luctæ spiritualis Athletas Agonistes longè eximius, qui cùm acquie-
B scere nollet tot alioqui officiis vitæ retrò actæ,sed vlteriore & quotidiana virtutũ accessione progredi,ad hunc loquitur modũ:Eorũ quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ priora sunt me extendẽs ad destinatũ persequor, ad brauiũ supernæ vocationis.Sane is genius, ea est humanæ istius vitæ conditio,nunquã contenta acceptis spe alitur cõtinenti:& secura præteritorum inhiat futuris.Nã quid homini prodesse possit hesterna ingluuie diffarsisse ventrem, si quidẽ hodie nuspiam inueniat,quo se exatiet,eduliũ,quo soletur & expleat inolitam famem:Itidem & animæ quid commodare valeat tuę hesternum exegisse diem in officio & actione virtutis: si tu hodie velut desertor ac refuga descíueris,teq; auocaris ab opere iustitię?Qualem enim te inuenero,ait scriptura,talẽ te iudicabo. Quarè labor omnis iusti frustraneus ac mercede cas-
C sus,cum è diuerso mores vitæ retro in peccatis actæ nulli iam culpæ obnoxij cẽsentur,si modò permutatio vtriusque fiat:illo quidem ab eo quod præstiterat quotidianis exaugere incrementis,in id deflectente quod deterius est, hoc contrà, à flagitiosa improbitate ad meliorem se recipiente vitæ frugem.Hancce doctrinam ex oraculis Ezechielis depromptam liceat audire tanquàm ex domini persona decernentis.Ait enim: Si declinauerit iustus & deliquerit, iam nõ memor ero iustificationum quas prius fecerat:sed in peccato suo morietur.Nihil diuersum decernit de peccatore:Si conuersus fecerit iustitiam, vita viuet in ipsa. Tot tantique aditi labores & cum omni longanimitate à Mose dei famulo exantlati quo abierunt,quando illius petitio qua enixè efflagitarat terram ingredi promissionis,per momentaneam contra-
D dictionem omni exceptione submota est & interuersa? Ipsi Giezi rursus quid per hoc accrenit emolumenti, quòd domestico vsus sit Helisæi congressu, cùm ardor impotens quo exæstuabat, congerendæ pecuniæ lepram illi asciuit? Salomoni tandem quid attulit commodæ frugis exuberans adeo opulentia infusæ sapientiæ & quæ vixdum adolescenti cœlitus de deo cognitio indulta est,quando is demum per mulierculæ quam ad insaniam vsque deperibat, illices complexus,ex cordatissimo adulescente, per ætatem in senium deuergentem vecors factus & in idololatriam prolapsus concidit.Quin ne ipsum quidẽ. B. Dauid futilis quædã incogitantia sui fuit hinc emigrare omni ex parte irreprehensibilem, per illud in Vriam desE ignatum piaculum.Et quidem Iudæ vnius execranda prolapsio, nempe à melioris vitæ rudimentis ad exitum sortis deterrimæ satis superq; esse debuerat ad communiendos tuendósve dei famulos in via institutæ rectitudinis.Hic namque Christo vbi diutius cohęsisset discipulus,inescatus tandem qualiscunque lucelli illecebra, & doctorem venui expositi, & per improbam eam negotiationem implicito sibi laqueo præfocauit gulam. Quarè id tibi perspectum vt sit,velim frater ac persuasum,non eum qui bene cœpit,continuo debere decerni perfectum ex qualicunque delineatione pij operis: sed quisquis legitimo cursu stadium istius semel absoluit vitæ,hic dei iudicio comprobatur. Ne igitur dederis somnum oculis tuis, neque palpebris tuis dormitationem frater,vt dorcadis in morem è reti liberẽre, vtq; volucris è laqueo. Scito te ingredi inter medios, quibus vndique cingeris, laqueos: præcelsi quoque
F muri pinnis inhærescens ita obambulas, vt si illinc continget te ruere præcipitem, non qualiscunque ruina consequetur, sed perquàm plena periculi. Ne igitur primo mox aditu oculis in sublime porrectis velis inscendere,supercilioſum apicem religiosæ exercitationis, maximè omnium caue, ne tuo vnius consilio imprudenter innixus, tibi vni permittas plus æquo fiduciæ, nequando per rudem rerum inexperientiam è sublimi fastigio religionis quam ex professo percolendam accepisti, deturbere. Satius esse duxerim sensim te promouere.Fal le voluptates, ab eis te per gradus auocans, illarúmque singulatim exinaniens ac obliterans consuetudinem: vt ne confertim & velut agmine facto in te vnum ad vnam omnes iritatæ cooriantur turbulentámque accersant menti tuæ tentationum intemperiem. vnam aliquam earum illicium voluptatum prorsus si continget euincere te, mox aduersus alteram accin-

ἐπιλαμβανόμενος,lege,ἐπιλανθανόμενος. γνώμη memorabilis. Cõfirmatio à simili

δόγμα.

ἐμ ἀυτῆ νῆ delicet τῇ δι καιοσύνῃ. Vtrunq; cõfirmat τῷ παραδείγ ματι Moses Giezi Salomon. Dauid Iudas ὁ προ δότης

Nõ qui bene cœpit, statim perfectus. Metaphoricæ paræneses

 gitor,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitor, aciemq; instruito spiritualem: atque adeò non intempestiuam de singulis vitæ pristinæ illecebris consequêre victoriam. voluptatis vtique nomen & si vnum est: quæ tamen ad eam explendam promouent, res non vnæ sunt. Primùm itaque frater fac, aduersus omnigenam tentationem animum præmunias tuum, & obfirmes patientia. Cuiusmodi tandem tentationum generibus is qui fidelis est, probari assolet? Nimirùm per rerum vitæ istius detrimentosam nec simplicem iacturam, per delationes cuiusuis generis criminum aduersum te falso concinnatorum, per immorigeros & inobsequentes, per multiuariam obtrectationem persequutionémve. Per hæc & eiusmodi afflictionum tolerantiam, fidelis quisque probatur. Proin vide, sis taciturni silentij obseruans ac requietus, non linguæ ad quiduis effutiendum incontinentis & exertæ, ad lites & cõtentiones ne esto propensior, neu cupientior gloriæ istius momento euanescentis, cõcredita tibi arcana ne prodas vnquam aut euulges, magis verò promissæ semel fidei fac conserues integritatem. ne immodicus esto in sermone, ad discendum quàm ad docẽdum prospice, semper vt sis paratior. Nihil anxiè aut curiosius percontere de hominum seculi huius vita: nihil enim hinc tibi emolumenti accreuerit. Ait siquidẽ Dauid: vt nõ loquatur os meum opera hominum. Quisquis enim nõ illibenter ea deblaterat quæ à peccatoribus designantur: is illicium voluptatum quæ quadantenus consopitæ erant, aduersum se redaccendit incentiua & instigat. Quin age potius, in iustorũ vitã studio propensiore inquire: hinc enim internanciſci quiueris quod tuæ ipsius instituẽdæ vitæ nõ vulgariter prosit. Ostentator ne esto, neu vicos vago circũactu aut ædes alienas circũlustres: fuge eas verius ceu laqueos animarũ. Esto, vnus aliquis per religiosæ vitæ tuæ sanã opinionẽ te inuitet, suis vt succedas ædibus, idq; iustis de causis: tuæ tamen partes erunt, is vt doceatur fidem consectari Centurionis, qui dominũ Iesum sanitatis puero exhibẽdæ gratia ad se vltro properantẽ recusauit dicens: domine non sum dignus vt intres sub tectũ meũ: sed tantùm dic verbum, & sanabitur puer meus. Iesus autẽ cum dixisset ei: vade, sicut credidisti, fiat tibi, sanatus est puer ex illa hora. Nolim igitur frater te clam esse hoc, fidẽ scilicet petẽtis verius quàm aduentum Christi exemisse morbo ægrotantem, vel nunc idem quoque esse tibi persuadeto. Quocunq; enim in loco constitutus preces pro quopiam fuderis, si modò nihil dubia fide credat ægrotus adiutum se iri precibus tuis: pro voto animiq; sententia cũcta succedẽt. Ad hæc, domesticè & familiariter tibi notos, ne quàm ipsum dominũ cõplectare amantius. Ait enim: Qui diligit patrem aut matrem aut fratres plus quàm me, non est me dignus. Quid porrò sibi vult illud domini mandatum: Si quis non tollit crucem suam, & sequitur me: non potest meus esse discipulus? Nimirum quia si cum Christo vnà mortuus es istis tuis secundum carnem cognatis, quid tantopere illorum familiarem affectas cõgressum? Si quæ in Christi gratiam demolitus es, eadem in pristinum gradũ restituis ac reædificas, dubio procul ipse te voti transgressorem constituis. Ne igitur ob quantanlibet affinium necessitatem, quoquam è loco desciueris. Loci enim tui semel desertor factus, idẽ & ab arrepto vitæ instituto forsan secedes transfuga. Quòd populari cingeris turba, ne tibi applauseris. Lustrandarũ regionũ, ciuitatumq; adeundarũ à te studiũ submoueto: quin solitudini potius tuẽdæ sedulã imparti curam, tibiipsi perpetuo constãs nulla sinas mentis tuæ tenorẽ, rerũ labentiũ imagine distrahi. Orationem & psalmodiã in locũ habe nõ mediocris quæstus. Crebrã lectitationẽ noui præsertim testamenti ne leui ex causa transmiseris: quòd ex veteris lectione identidẽ nec pauci noxiam contraxerunt, nõ quia scripturæ illæ vlla ex parte noxiæ sint, quando id contingit per infirmã eorũ qui noxam contrahunt, mentẽ. Panis enim suapte natura cõparatus est nutricando corpori, tametsi noxã adfert infirmo: Itidẽ scriptura omnis diuinit⁹ inspirata, nõ mediocrẽ ex se vsum cõciliat attento lectori, nihil suopte genio habens admistæ impuritatis aut cõmune: nisi siquis ipse prophanus illã nullo suo merito prophanã cõmunémve cẽfuerit, illi cõmunis esto. Ipse porrò oĩa vt probes, velim: quod bonũ esse cõprobaris, id demũ mordicus tuetor ac retineto. Abstineto ab omni specie mala. Oĩa quidẽ licent, nõ itẽ perequè expediũt oĩa. Dabis proinde operã haud segnẽ, ne cui sis offendiculo eorũ, quibúscũ intercedit tibi familiaris cõgressus: magis ipse in hoc incũbito, omnibus vt sis perq̃ gratiosus, fraterni sodalitij amator syncerus, suauiloquus, nulli nõ insinuãs animi tui modestiã. Caueto, necubi per profusam & lucu lentiorẽ impensam eduliorũ à moderatæ hospitalitatis aberres scopo & excidas: quin cõtentus præsentibus quæ satis sint tuẽdæ isti quotidianæ necessitati tuæ solitudinis, nequid prẽterea ab vllo mortalium acceperis. Aurum maximopere vt animæ tuæ blandissimum insidiatorem, vt parentem peccati, vt denique Diaboli administrum modis omnibus fugito. Prætextu subleuandæ

Aduersus tentationes patiẽtia op⁹

Psal. 16. b

γνώμη

ἐπιτὲ λόγου

κανὼν

ἀχλοχαρὴς, φιλόχαρος, φιλοπολίτης, φιλίερημος

A simili ducta βεβαίωσις

γνώμη apostolica

Vitanda est auri sacra fames.

subleuandæ pauperum inopiæ, prouideto nequâ fias studio inexplebili congerendæ pecuniæ obnoxius: adeò vt siquis pecunias adferat in inopum vsum erogandas, ipse item certò cognoris aliquot fulciendæ vitæ præsidiis destitutos, atque indigos, is in cuius ære sunt pecuniæ fac consilio tuo secum eas vt auferat egenis fratribus erogaturus, nequâ contingat, vt quum dispertiendas ipse acceperis, earum affrictu, conscientiæ tuæ nitor situm ducat auaritiæ & inquinetur. Esto voluptatum fugitans, dum continentiam assectaris. Corpus substerne laborum exercitio: animam tentationibus assuefacito æquanimiter tolerandis. Animæ è corporis domicilio e migrantis resolutionem simul ac tibi persuaseris defunctionem esse mali omnis & veluti manumissionem, magno tum animo opperîtor repositam piis æternorum bonorum fruition em, cuius consortes effecti collætantur sancti omnes. Teipsum velut in librili quapiã appende, vt diabolicæ suggestioni ex opposito admoueas religiosam cogitationem quasi in trutina quapiam permittens eam vt arbitram momento lancis. idq; potissimùm tunc, quando improba quępiã tibi obrepet cogitatio, quæ in arcano pectoris tui recessu insusurret: Quid tibi frugis bonæ, ex istius loci vita agresti & solitaria? Quid proinde lucri additum iri speres animæ tuæ ex isthac Anachoresi, qua à cæterorum mortalium secessisti consuetudine? Tène clam est dei sanctione constitutos episcopos pro solenni ritu & consuetudine aduocare solere ad synodalem conuentum ecclesiarum dei viros, citraque vllam semel instituti moris interruptionem spiritualium virorum cœtus celebrare, è quibus plurimum spiritualis emolumenti diriuatur in eos ac promânat, quotquot eò se conferunt? Illic enim prouerbialium ænigmatum sensa reuelante spiritu condiscuntur, Apostolicorum dogmatum illic resoluuntur nexus & enodantur, illic Euangelicæ sententiæ explicantur, theologica auscultatio aures vsque permeat & quatit audientium, illic spiritualium fratrum celebrantur congressus, qui vel solo ipso conspectu se mutuiter contuentium dici vix queat, quantum in commune omnibus concilient spiritualis commodi. Tu contrà, vnus hîc vltroneus te à tantis abalienasti commodis. Denique huic affixus loco desides nihilo differens ab imagine ferarum, & ipse efferatus. Nimirum perspicis, quanta hìc te detineat solitudo: quàm sis erga cæteros mortalium inhumanus, nihil obscurè agnoscis. quanta hìc labores penuria doctrinæ, quis te vno certius pronuntiet, qui te à reliquorum fratrum cõtubernio nihil coactus fecisti alienum? Spiritus proinde tuus circa diuini mandati expletionem, quàm lentescit? Quoties itaq; istiusmodi, tantisque te adorietur argumentis in speciem rationi consentaneis improba cogitatio quærens te ex insidiis elidere: tu consiste ex aduerso & obluctare pia meditatione ac doctrice rerum experientia instructior: Quid enim? Tu si quando mihi promittis ea quæ in mundo sunt, bona esse: ego contrà vel ob hoc in hanc commigraui solitudinem, vt qui me censerem bonorum mundi istius indignum fruitione. Sunt enim, sunt bonis mundi intermista & mala: magis verò quæ mala sunt, longè exuperant bona. Contigit enim non ita pridem adire me spiritualem fratrum conuentum. Inter tam multos, vix tandem inter mutuos ac familiares congressus in vnum aliquem incidi, qui quidem in speciem credi poterat timere dominũ, à quo sancto dei timore tantùm aberat, vt exitus docuerit sub diaboli iugo illum ipsum miseram seruire seruitutem. Sermones enim istius ore depromptos audiui, qui aliud nihil præ se ferrẽt quàm pompaticum quendam fastum. fabulas interserebat merè commentitias, iisque circunueniẽdis adornatas, quibúscum ipse congrederetur. In alios item nec paucos incidi, furto, rapinis, ac tyrannide insigniter facinorosos. Inibi loci contigit videre ebriosorum indecoros gestus sanguinemq; miserè oppressorum. Quin & mulieres se meis hisce oculis visendas offerebant, quarum præcellenti elegantia ac decore spectabili meæ tentaretur integritas pudicitiæ. Et quidem flagitium vitaui fornicationis: at munditiæ virginalis florem arcana cordis cogitatione defœdaui. Sermones fateor tam multos audiui, animæ cum primis salutares, atqui in nullo eorum qui sic disertè docerent, virtutem inueni quæ ex æquo & consentaneè responderet sermonibus. Rursus tragœdiarum dramata præter etiã sexcenta hisce auribus hausi, quarum prolusores ipso mox ingressu in animos auditorum se insinuarent melicis ac prę-mollibus modis. Citharæ insuper modulamina perquàm suauiter resonantis, choreas ducentium plausus obstreperos & ad eneruem molliciem compositos, vocem quoque scurrarum qui risum cierent spectatoribus. Audire licuit stultitiam multiuariam, scurrilem proin vrbanitatem, & turbæ nulli numerabilis perstrepentem clamorem. Ipse lachrymas spoliatorum vidi, afflictiones ac gemitus immani tyrãnide oppressorum, eorum item suspirioſos eiulatus qui torturis admouerentur. Hęc equidem spectaui oculis, & ecce non iam istiusmodi miserabiles

ὑπόθεσις.

Attẽde quas aduersus solitarios cõcinnet diab. imposturas.

Formula eliendæ tentationis.

ἄχλοχαρὲς φιλία.

Universidad de Deusto
Biblioteca

παννύχιος πάννυχίδικη. biles tragœdiæ promerebantur dici ſpiritualium virorum conuentus, mare potius aſſonanti- G
bus vndique ventis perſtrepens ac turbulentum, quod omnes iiſdem fluctibus adoperire pari
ſtudio contenderet, & inuoluere. Dic tu mihi ô improba cogitatio, tuq; ô dæmon tempora-
riæ iſtius voluptatis & momento euaneſcentis gloriæ incentor: ecquid tandem ad me rege-
retur aut reſiliet emolumenti, hæc ſi contueri dabitur pariter & audire, quando nemini op-
preſſorum præſidio eſſe poſſim aut patrocinari, non tueri, aut defendere impotentes, ſed nec
deerrãtes à rectitudinis calle in viam reducere ſinor? quin & periculum ſit ne ipſe forſan ſim
Simile. peſſum iturus. Quemadmodum enim exiguum quid limpidę & illimis aquæ ſi quidem aſpi-
rantium ventorum fragroſis procellis exagitetur ac permiſceatur puluere, vtique addenſata
natiuam & illimem ſuam puritatem perdit: itidem & bona hæc qualiacunque, quæ tantiſper H
dum viuimus, exequi nos arbitramur, adobruuntur numeroſa multitudine malorum. Tra-
σκόλοψ, ξύλον ὀξύμενον. Heſych. gœdiarum etenim miſeranda ſpectacula haud ſecus ac ligni cuiuſpiam probè acuminati cuſ-
pides, per inanem lætitiam gaudiumq; ſic illorũ affiguntur cordibus qui ſeculare iſtam con-
uerſationem conſectantur: vt puritati pſalmodię denſiſſimam offundant caliginem. Spectã-
di ſiquidem producuntur eorum eiulatus comploratione digniſſimi & lugubres querelæ, qui
indignis & atrocibus iniuriis affecti ſunt, idq; à ſuiſmet contribulibus, vt vel ſic omnibus pa-
làm fiat incredibilis pauperum patiẽtia. Quid iſthinc igitur queam decerpere commodi? Ne-
mo non videt, hæc animæ adeò nihil commodare poſſe, vt etiam plurimùm incommodent.
Hac igitur ratione perſuaſus in hos montes quaſi volitans paſſerculus emigraui. Paſſerculi I
etenim exemplo exemi me atque ſubmoui longius à laqueo venantium. Siquidem in hac ſo-
litudine, ſi neſcis ô improba cogitatio, vitam hanc deſtinaui mihi tranſigendam, in qua do-
minus meus præ me verſatus eſt. Hìc illa eſt quercus Mambre. Hìc inuenire liceat ſcalam ad
cœlum vſque animas rectà ſubuehentem: hìc & caſtra angelorum, quæ ſe patriarchæ Iacob
ſpectanda præbuere. Hæc ea eſt ſolitudo, in qua peculiaris dei populus præmia expiatione col
luſtratus, legem accipere promeruit, denique ad terram prouectus promiſſionis deum con-
templatus eſt. Hìc mons celeber, Carmelus, in quo Elias demoratus perplacuit deo. Hìc ſita
eſt campeſtris planicies, in quam ſeorſim à cæteris quũ ſe Eſdras ſubmouiſſet libros ſcriptu-
πάσας βίβλους ἐξηρεύξατο. ræ diuinitus inſpiratæ omnes ex dei mandato ad communem omnium vſum eructauit & K
exprompſit. Hìc ſita Eremus eſt, in qua B. Ioannes eſitans locuſtas formulam pœnitentiæ ho-
minibus perficiundæ ſua prædicatione præſcripſit & euulgauit. Hìc item mons ille oliuarum
ad quem Chriſtus ex more ſecedebat oraturus, nóſque orandi formulam edocturus. Hìc do
cumentum edidit Chriſtus, quàm deamaret ſolitudinem. Is enim ait: Vbi duo vel tres cõgre-
gati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Hìc anguſta & arcta eſt via, quæ ducit
ad vitam. Hìc doctores & prophetæ in ſolitudinibus deerrantes, & montibus & ſpeluncis &
cauernis terræ. Hìc Apoſtoli & Euangeliſtæ ac monachorum ab vrbium aditu lõgiſſimè di-
ſparata conuerſatio. Hæc itaque ex prompto nec illibenti animo complexus ſum in hoc, vt
quæ martyribus cęteriſque in commune ſanctis diuina promiſſione repoſita ſunt vel ipſe tã-
dem promerear accipere, quò nihil adumbratè, ſed veriſſimè depromere illud poſſim: Pro- L
pter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Neque enim ſum neſcius Abrahamũ
deo perquam gratioſum & vnicè dilectum, diuinæ vocis oraculo ſe vt per omnia exhiberet
morigerum atque obſecundantem, in ſolitudinem commigraſſe: Iſaac itidem quum vi op-
primeretur ſe potentiorum. Sed & Iacob patriarchen nemo neſcit vitam egiſſe hoſpitis in-
ſtar, quouis deerrantem & palabundam. Ioſeph inſuper ſingularis continentiæ exemplar nul
li obſcurum eſt per fratrum inuidiam diſtractum fuiſſe & in exteram gentem diuenditum.
Quis neſciat tres illos pueros merito abſtinentię media in fornace cum igne colluctatos ad-
mirabilem ſuſtinuiſſe agonem? Danielem ſemel & iterum iuſſum fuiſſe coniici in lacum leo-
num? Quid commemorem Eſaiam præſentiſſima libertate linguæ veracis aduerſus impios M
vſum, (vt qui arcanorum dei conſcius ſpectator erat) ob id etiam diſſectum? Eſt quoque Iſraël
in captiuitatem miſerè abductus. Ioannes item (vt ne ſis neſcius) quòd liberrima increpatio-
ne nihil dubitarit impium Herodẽ coarguere flagitioſiſſimi adulterij, capitis præciſione de-
minutus eſt. Chriſti martyres atroci quidem, ſed glorioſa morte perfunctos non te clam eſt.
Quid porrò attinet iſtis abunde ſuppetentibus immorari? Quandoquidem vel ipſe Chriſtus
noſtræ omnium ſalutis aſſertor noſtri cauſa attolli in crucem & ſuffigi non dubitauit, quò
nos ſua morte reuocaret ad vitam, omnêſque in commune ſuo ipſe exerceret, imò attrahe-
ret ad longanimem malorum tolerantiam. Ad hunc ſanè nihil inuitus contendo, ad patrem
quoque

A bribus irrigatur. Vbi & ſi ex carneis oculis lachrymæ non erũpant: ipſa tamẽ amaritudo cor-
dis à lachrymarũ fluctibus non elongaẽ, quia quod ex ramo interioris triſtitię ſeu pœnitentiæ
nõ tollitur, in ipſa humidi*cordis virẽti radice ſeruaẽ. Sufficit enĩ ſi mens ſit flebilis, etiã ſi iu- μεταφορικῶς *humilis.
giter flere non poſſit. Cella, eſt inſtrumentũ, quo precioſi lapides poliuntur, & eſt ergaſtu- al. ergaſterium.
lum*, vbi precioſi lapides reponũtur, quatenus inſtructura templi cœleſtis ſine vllo cudentis Alluſio ad
mallei ſonitu poſtmodum diſponũtur. Cella dominicæ ſepulturæ propemodũ æmula, quæ fabricam tẽ
peccato mortuos ſuſcipis, & per afflatum ſancti ſpiritus deo reuiuiſcere facis. Tu es ab huius pli Salomo-
vitæ turbida vexatione ſepulchrum: ſed cœleſtis vitæ pandis introitum. Te portum tranquil- næi.
B litatis inueniunt, qui naufragium mundani fluctus euadunt. Te potentis medici conclaue de- Solitudo ſe-
cernunt, qui vulnerati in prælio hoſtiles manus effugiunt. Mox enim vt tui culminis vmbræ pulchrum.
perfecto corde ſuccedit: omnis ſauciatæ animæ liuor, omnis certè interioris hominis pla- Portus. ἰατρεῖον.
ga curatur. Te Hieremias aſpexerat, cum dicebat: Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare
dei. Bonum eſt viro cum portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius
& tacebit, eleuabit enim ſe ſupra ſe. Habitator etenim tuus ſe eleuat ſupra ſe, quia deum eſu-
riens anima à terrenarum ſe rerum obtutibus erigit, & in diuinæ cõtemplationis arce* ſuſpẽ ἀναγωγικῶς. *al. arcana.
dit, à mundi ſe actionibus ſegregat, atque in altum contemplationis cœleſtibus deſideriis pẽ-
nas librat: cuiuque illum qui eſt ſuper omnia, conſpicere ſatagit, ſemetipſum quoque homo cũ
C reliqua mundanæ vallis deiectione tranſcendit. O cella ſpiritale prorſus habitaculum. Nãq; Cellę commo-
de ſuperbis facis humiles, de gulоſis ſobrios, de crudelibus pios, de iracundis mites, de o- da.
dioſis reddis in diuina charitate feruẽtes. Tu odioſæ linguæ frenũ, tu luxurioſis renibus niti-
dæ caſtitatis adhibes cingulũ, tu facis vt leues quiq; ad grauitatẽ redeãt, vt iocoſis ſcurrilita-
tibus parcant, vt vaniloqui & procaces ſe ſub diſtricta ſilentij cenſura caſtigent. Tu ieiuniorũ
ac vigiliarum nutrix, tu patientiæ & pacis perfectiſſimæ cuſtos, tu puriſſimæ ſimplicitatis ma
giſtra ac omnino fraudulentæ duplicitatis ignara. Tu facis vt vagos quoſque Chriſti catena
coërceat, vt indiſciplinati moribus à ſua ſe prauitate compeſcant. Tu noſti homines ad per-
fectionis culmen euehere, atque ad conſummatæ ſanctitatis faſtigium ſublimare. Tu facis vt
homo ſit integer atq; rotũdus, ac nulla à ſemetipſo morũ inæqualitate diuerſus. Tu etiã facis ἀμεταχειρίστως.
D lapidẽ quadrum conſtruendæ videlicet cœleſtis Hieruſalẽ mœnibus aptũ, qui nimirũ non ex
morum leuitate ſe verſatilem præbeat, ſed fixus ſemper in ſanctæ religionis grauitate conſi-
ſtat. Tu homines à ſemetipſis extraneos reddis, & priùs vaſa vitiorum reflorere virtutibus fa
cis. Tu nigra ſed formoſa ſicut tabernaculum Cedar, ſicut pellis Salomonis. Tu lauacrũ ton-
ſarum. Tu ſicut piſcina in Eſebum. Oculi tui ſicut columbæ ſuper riuos aquarũ qui lacte ſunt
lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Tu nanque es ſpeculum animarum cuius contem-
platione ſe mẽs humana perſpicaciter intuens quod minus eſt, impleat: quod ſuperfluum, re-
primat, quod obliquum eſt, dirigat, quod deforme, componat. Tu nuptialis es thalamus, in
quo ſancti ſpiritus annulus tribuitur, & cœleſti ſponſo fœlix anima fœderatur. Recti diligunt
te: & qui te fugiunt, veritatis luce priuati quò greſſus ponere debeant, nõ agnoſcũt. Adhæreat
E lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui, ſi nõ præpoſuero te in principio lætitiæ meæ.
Illud enim cũ propheta Dauid te alacri voce licet cantare, Hęc requies mea in ſeculum ſecu-
li, hic habitabo quoniam elegi eam. Quàm pulchra es amica mea & quàm decora in deliciis
tuis. Sis filia tui Rachelem decor venuſti vultus ornauit. & Maria optimam partẽ elegit quæ
non auferetur ab ea. Tu areola aromatum, tu fons hortorum, tu malum punicum es odoris.
Licet enim veſcentibus amara videaris in cortice: ſed magnum eſt, quod intrinſecus latet, Veritas in
cum peruentum fuerit ad ſuauitatem medullæ. O eremus mundi perſequentis fœlix effugiũ, cortice a-
laborantium quies, mœrentium conſolatio, ab æſtu ſeculi refrigerium, peccãdi repudium, re- mara.
cluſio corporum, libertas animarum. Te Dauid petiit, cum mundi mala perferret: cum timi- Timor &
F di & tenebroſi cordis tædium ſuſtineret. Ecce, inquit, elongaui fugiens, & manſi in ſolitudi- tremor.
ne. Et quid amplius memorem? quandoquidem ipſe ſaluator omniũ in exordio ſuæ manife-
ſtationis inuiſere, ac propria te dignatus eſt habitatione conſecrare. Poſtquam enim baptiſ-
matis aquam, qua lotus eſt lauit, vt Euangeliſta teſtatur, ſtatim ſpiritus expulit eum in deſer-
tum, & erat ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana & erat cũ
beſtiis. Debitorem ſe tibi mundus agnoſcat, vnde prædicaturum ac mirabilia facturum ſuſce
piſſe te deũ non ignôrat. O eremus terribile malignis ſpiritibus habitaculum, vbi cellę mo-
nachorum velut tentoria ordinata caſtrorum, quaſi turres Sion, & quaſi propugnacula Hie-
ruſalem eriguntur, aduerſus Aſſyrios & contra faciem Damaſci. quod tunc fit, cum vno eo-
demq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

demq; spiritu diuersa gerũtur officia, dum videlicet hîc psallitur, illic oratur, in alia scribitur, G
in aliis vero variis manuum operibus insudatur. Quis non verba diuina huic congruere vi-
Num.24.a deat, quibus dicitur: Quàm speciosa tabernacula tua Iacob, & tentoria tua ô Israël, vt valles
nemorosæ, & orti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit dominus, quasi cedri prope
aquas. Et quid amplius de te dicam? O vita eremitica, vita sancta, vita angelica, vita bene-
ἐξήκρα. dicta, viuarium animarum, exedra gẽmarum cœlestium, curia cœlestium senatorum, odor
tuus cunctorum aromatum fragrantium superat, sapor tuus super distillantes fauos, super o-
mnia mella cordis guttur illinit & obdulcat, atq; ideo quicquid est quod de te dicitur, digni-
tatis tuæ meritis nõ adæquatur, quia nulla carnis lingua exprimere sufficit, quod de te noster H
spiritus inuisibiliter sentit. Et quod tu sapis interiori gustu atque medulla cordis, nunquam
explicat organum vocis. Illi te nouerunt, qui te diligunt. Illi præconia tuæ laudis agnoscunt:
qui in tui amoris amplexibus fideliter requiescunt. Cæterum qui se ignorant, quomodo præ-
ualent nosse te? Me etiam tuæ laudis imparem fateor: sed vnum pro certo scio (ô vita benedi-
cta) quod & indubitanter affirmo: quia quisquis in amoris tui desiderio perseuerare studue-
rit, ipse quidem habitator est tui, sed eius inhabitator est deus. Diabolus qui in eremicolam
pluribus tentationibus sæuit, atque illuc eum tendere, vnde deiectus est, gemit. Victor itaque
dæmonum socius efficitur angelorum. Exul mundi, hæres est paradisi. Abnegator sui, sectator
est Christi. Et qui nunc per eius vestigia graditur: peracto cursu sine dubio ad eius gloriam I
prouehetur. Hoc porrò ausim dicere, qui singularem vitam vsque ad finem vitæ pro diuino
habitatio- amore tenuerit, de habitaculo carnis egressus ad ædificationem peruenict domus non ma-
nem, nufactæ, sed æternæ in cœlis, Amen.

FINIS OPVSCVLI LAVDES COMPLE-
ctentis vitæ solitariæ.

EIVSDEM AD MONACHVM QVI EX- K
ciderat, interprete.

χαίρειν. Nõ est pax impiis, dicit dñs. Esaiæ 48.d

SAlutis gaudium non dicimus, quoniã in istiusmodi impiis gaudere non licet. Ad-
huc enim adduci nequeo vt credam, & in cor meum admittam, absurdum illud &
vehementer audax facinus, quod designasse diceris, si tamen res habet, vt videtur.
Admiror enim, quomodo tanta interierit sapiẽtia, quomodo tam exactavitæ prio-
ris disciplina pessum ierit, vnde tanta offusa cæcitas, quomodo reiecta omni consideratione
talem ac tãtam animarum perditionem induxeris. Si enim hoc verè patrâsti, & animam tuã
inferni profundo tradidisti, & omnium eorum qui impium hoc facinus audient, firmitatem L
dissoluisti, fidem contẽptim abiurasti, boni propositi certamen à scopo auertisti. Quapro-
pter tui gratia doleo. Quis enim sacerdos cum audierit, non tuo nomine plorabit? Quis Ec-
clesiasticus non lamentabitur? Quis laicus non mœrebit? Quis religiosus non lugebit? forsan
& Sol obscurus fuit cum delinqueres & caderes, & virtutes cœli in perditione tua commotę
sunt. Et insensati lapides insaniam tuam deflêrunt. Plorârunt & inimici propter iniquitatis
tuæ exuperantiam. O grauem cæcitatem. O immanem crudelitatem. Deum non timuisti, ho-
mines non es reueritus, nullam amicorum rationem habuisti, sed simul omnia facto naufra-
gio perdisti, simul omnibus spoliatus es. Quocirca iterum miser tui gratia doleo. Qui omni-
Nõ hîc lu- bus regni dei vigorem annuntiabas, regno dei excidisti. Qui doctrinæ timorem omnibus in-
dit in anti- cutiebas, non habuisti timorem dei ante oculos tuos. Qui vitæ sanctimoniam prædicabas, M
thetis Bas. scelestus deprehenderis. Qui paupertatis gratia cohonestabaris, pecuniarum raptor inuẽtus
sed instruit es. Qui supplicium quantum à deo immineret peccantibus per doctrinam ostendebas, supplici-
Lutheranos um ipse tibi accersiuisti. Quomodo te lugebo? Quomodo super te dolebo? Quomodo eccidit Lucifer qui mane oriebatur, & super terram contritus est? Ambę prorsus aures tinnient cuicunque audituro. Quomodo Nazaræus auro splendidior, fuligine factus est obscurior? Quomodo filius Sion præclarus, factus est vas inutile? Cuius diuinarum scripturarũ commentationem omnes commemorabant, illius hodie memoria cum sonitu periit. Qui acri erat & veloci ingenio, velociter & periit. Qui multæ erat intelligentiæ, multifariam etiam deliquit. Qui nanque per doctrinam tuam adiuti fuerant, è perditione tua damnum acceperũt.

Qui

A Qui aures cum doceres arrexerunt, ad rumorem perditionis tuæ aures obturârunt. Ego vero
lamentans & tristis incedens, vndiq; consternatus, ac cinerem tanquã panem manducans, &
saccum super plagam meã induens, huiusmodi tibi encomia recenseo, imò magis funeralem
sermonẽ adornans, absq; vlla consolatione aut recreatione persoluo. Aufugit enim ab oculis
meis consolatio, nec est fomentum quod vulneri adhibeatur, nec oleum, nec obligatio. Est e-
nim plaga mea dolorosa vnde sanabor? Si qua spes igit̃ salutis tibi reliqua est, Si qua vel mo-
dica dei recordatio, Si quod futurorũ bonorũ desiderium, Si quis metus suppliciorũ quæ im-
pœnitẽtibus reposita sunt, resipisce velociter. Leua oculos tuos ad cœlũ. Redi ad mali conscié-
tiam. Cessa à malitia tua. Excute qua circũfusus es ebrietate. Obluctare ei, à quo pstrat⁹ es. Eri-
B gere fortiter ex humo. Recordare boni pastoris. Ille nanq; te insequit̃, vt velut è lupi faucibus
eruat, etiã si duo tãtũ crura, aut auriculæ portio, supsint. Resili ab eo qui te vulnerauit. Memor
esto miserationum dei, quòd ille oleo & vino medeatur. Ne desperes salutem. Resume me-
moriam eorum quæ scripta sunt. Quoniam qui cecidit, inquit, resurget, & qui auersus est, re-
uertetur, qui percussus est curabitur, qui captus est à bestia, victor euadet: Qui commissum fa
tetur, non abiicitur. Non vult enim ita deus mortem peccatoris, quẽadmodum vt cõuertatur & viuat. Ne tanquã in malorum profundum delapsus contempseris. Tempus adhuc est pa
tientiæ diuinæ, tempus lenitatis, tempus curationis, tẽpus correctionis. Lapsus es? Exurge. Pec
casti? Quiesce. Ne stes in via peccatorum, sed resili. Quamprimùm enim conuersus ingemue-
C ris, seruaberis. Est enim sanitas ex laboribus, & ex sudoribus salus. Vide igitur, ne fortè dũ vis
quæ quibusdam pactus es, custodire trãsgrediare pacta à te inita cum deo, quæ professus es co
ram multis testibus. Noli rationibus humanis impeditus, reditũ ad me detrectare. Ego enim
recepto mortuo meo lamentabor, ego curabo, ego amarè flebo super contritione filię gene-
ris mei. Omnes te expectant. Omnes tibi collaborabunt. Ne diffidas. Recogita dies antiquos:
Est adhuc salus, est correctio: confide, ne despera. Non est lex quæ sine misericordia morte
condẽnet, sed gratia quæ pœnã proroget, expectans emendationẽ. Nondum occlusæ sunt ia-
nuæ. Audit sponsus. Ne dominetur peccatum. Ad pugnã redi: Ne moram nectas. Et tui ipsius
miserere & nostri omnium.

D

DIVI BASILII MAGNI EPISTOLA AD
alium monachum elapsum.

DVplici timore mens mea percellitur tui causa. Aut enim mores quidam incõdolen
tes antegressi ac lacessentes, me in crimẽ odij erga homines coniiciunt. Aut rursus
condolere volentẽ & ad affectus emolliri, male afficiunt. Quapropter & exarare vo
lens has literas, manum quidẽ torpentem, ratiocinationibus neruosam feci ac firmaui. Faciẽ
vero ex concepta propter te tristitia male affectam, alterare non potui, tanta confusione mi-
E hi incumbente, vt etiã oris complicatio mihi cõfestim cadat, dum labia mea ad fletum cõuer-
tuntur. Hei mihi quid scribam, aut quid cogitabo in triuio impeditus? Si reuocauero in
memoriam, priorem tuã vanam cõuersationem, quãdo affluebant tibi diuitię & humirepa glo- χαμαιρπὴς δόξαριον.
riola, horreo: quando sequebatur te adulatorum multitudo, & deliciarum voluptas tempo-
raria, cum manifesto periculo & iniustis censibus, Et partim quidem regni timores suspicio-
nem tuam de salute excitabant. Partim vero publici tumultus lares tuos concutiebant, & fre-
quentia malorum mentem tuã conuertebat ad eum qui potest tibi auxilium ferre: quãdo pau
latim meditabaris circunspicere seruatorem, mutantem quidem timores ad vtilitatem, libe-
rantem autem ac protegentem te qui illuseras ipsi dum securitatibus licenter fruebaris: quã-
F do exercebaris ad mutationem morum venerãdorum, & stercoribus comparabas periculo-
sissimam opulentiam, & domestico obsequio, & vxoris consuetudine abnegatis. Totus autem
sublimis & ad transitum conuersus, velut peregrinus & erro, agros & vrbes permutans, ad
Hierosolyma decurrebas. Vbi & ipse tecum conuersans, beatum prædicabam te ob athleticos
labores, quando septenariis circulis ieiunus degens cum deo philosophabaris, simul & homi
num congressus pro ratione mutationis subterfugiens, quietem vero ac solitarios mores ti-
bi ipsi adaptans, ciuiles tumultus declinabas. Sacco autem aspero corpus tuum compungens,
& cingulo duro lumbos adstringens, toleranter ossa tua comprimebas. Latera vero per famẽ
caua reddens, vsque ad spinæ partes sublaxa fecisti. & fasciæ quidem mollis vsum abnegasti,
abdomen vero intus ad cucurbitæ medicæ similitudinem subtrahens, renalibus locis illud

agglutinari

Universidad de Deusto
Biblioteca

agglutinari cogebas. Vniuersam autem carnis pinguedinem euacuans, canales ac meatus sub G
ventre sitos strenue resiccasti. Ventre vero ipso per inedias contracto, costales partes velut
quandam tecti eminentiam, vmbilici partibus vmbram offundere fecisti. Et contracto toto
organo per nocturna tempora confitens deo, lachrymarum riuis barbę pilos madefactos ad-
æquabas ac demulcebas. Et quid opus est me singula recensere? Reuoca in memoriam quot o-
ra sanctorũ osculo excepisti: quot sacra corpora amplexus es: quot pij homines manus tuas
velut immaculatas confouerunt: Quot serui dei velut cultum exhibentes ad genua tua con-
Calumnia quouis telo gnicioſior. fugerunt, eaq; complexi sunt. Et horum omnium quis finis, quis? Adulterij rumoris calum-
nia, sagitta velocius peruolans, aures nostras sauciat, acutiore stimulo viscera nostra perpũ-
gens. Quæ tam artificiosa præstigiatoris versutia, ad tam pernitiosum cursum te perduxit? H
Quàm perplexa diaboli retia constrictum te, ad virtutis actiones immobile reddiderunt? Vbi
sunt meæ narrationes de tuis laboribus? Perierunt. At enim fortassis iustum est nos rumori
fidem non habere? Et quomodo non ex manifestis, etiam ea quæ hactenus obscura fuerunt in
fidem susceperimus? si confugientes ad deum animas horrendis iuramentis astrinxisti ac cõ
clusisti, quando obseruatẽ quod supra, est, & non redundat, diabolo attributum est. Itaque si-
mul etiam periurij pernicioſi sponsor fuisti, & corrupto exercitationis charactere, vsque ad
Apostolos & ipsum dominum turpitudinem transmisisti. Dedecore affecisti castitatis glo-
riationem. Vituperasti temperãtiæ professionem, facti sumus captiuorum tragœdia. A Iudęis
& Gentilibus per actus scænicos repræsentantur res nostræ. Discidisti studia monachorum. Sin- I
ceriores ad timorem ac formidinem perduxisti, ita vt adhuc admirentur diaboli potentiam.
Iudęis entes ad proteruitatis æmulationem transtulisti. Dissoluisti quantum in te fuit Chri-
sti glorationem, Confidite dicentis, ego vici mundum, & mundi principem. miscuisti patrię
crateręm infamiæ. Reuera ad opus perduxisti prouerbium, Velut ceruus sagitta ictus in He-
par. Sed quid nunc? Non cecidit fortitudinis turris ô frater, non vituperata sunt conuersio-
nis medicamenta: non concluſa est refugij ciuitas. Ne in profundo malorum permaneas. Ne
vtaris teipso homicida. Nouit erigere collisos dominus. Ne fuge procul, sed ad nos recurre.
Suscipe rursus iuueniles labores, secundariis virtuosis factis humirepam ac ridiculam volu-
ptatem dissoluens. Respice ad finis diem, quæ ita ad vitam nostram appropinquauit, & nosce K
quomodo de cætero Iudæi ac Græci ad pietatem ac diuinum cultum compelluntur, & non
in totum abnegabis mundi saluatorem, ne te horrendissima illa sententia comprehendat,
Nempe Non noui vos, quinam sitis.

LECTORI.

Quæ subiiciuntur animaduersiones multatitiæ in utriusque sexus delinquentes cœnobitas, numero XLIX. in hunc secreuimus locum, qui postremus est regulæ Basilianæ ac eorum quæ illam cõcernunt.
Fo.108. *Quid interceſſerit, quo minus attexerentur eò loci admonuimus.* Vale.
L

POENAE INCERTI AVTORIS ET INSCRIPTIONE carentes, inter Basilij scripta repertæ, Iano Cornario interprete.

I Si quis egrediatur demonasterio, non accepta benedictione, aut non dimissus ab Archimandrita, hoc est patre & præfecto monasterij, sit excommunicatus.
II Si quis possidet aliquid in monasterio, aut extra monasterium, sit excõmunicatus.
III Si quis priuatim agit cum aliquo, de recedẽdo à monasterio, ob aliud quoddam malum sit excommunicatus.
IIII Si quis ex cubiculorum præfectis inueniat aliquem turbas facientem aut collo- M
quentem in cubiculo, & nõ eiicit ipsum extra cœtum, ipse careat benedictiõe.
V Si quis careat benedictione castigationis gratia, & ex contemptu se non excusa-
rit, & acceperit benedictionem, excommunicetur.
VI Si quis apponit in mensa aut sibiipsi aut alteri, si non permissum fuerit ipsi ab
Archimandrita, careat benedictione.
VII Si quis absq; capitis velamine opus faciat in quocũq; loco, careat benedictione.
VIII Si quis cum externis aut propriis accedentibus conuersatur, non permissus ab
Archimandrita, exceptis ad hoc designatis, careat benedictione.

IX. Si

A IX Si quis tulerit aliquid à fratre, & occultauerit, careat benedictione.
X Si quis nõ acceperit benedictionẽ, & idem comedit non obseruata ordinis disci-
plina, excommunicator.
XI Si quis non acceperit benedictionem, ad ordinem ministerij sui, careat benedi-
ctione. Si vero necessitatis gratia id intermisit, se excuset.
XII Si quis inueniatur noctu priuatim cum aliquo agens, aut locum vbi dormit mu
tans, præter voluntatem ad hoc designatorum, excommunicetur.
XIII Si quis immitat seipsum ad aliud opus, non permissus, careat benedictione.
XIIII Si quis permutet aliquid cum aliquo, aut quid largiatur, præter voluntatem Ar-
B chimandritæ, careat benedictione.
XV Si quis vesperi post pater noster, inueniatur colloquens, excommunicetur.
XVI Si quis ex sanis extra oratorium dormit, sit excommunicatus.
XVII Si quis in mensa comedens nugatur, suscitetur vt exurgat ad orationem.
XVIII Si quis caruerit benedictiõe, & cõtristat⁹ castigantẽ rursus castigauerit, aut cõtra-
dicẽs nõ susceperit, excõmunicet. Si vero immeritò se castigari dixerit, notam
faciat causam Archimandritæ, & iuxta Pauli decretum sustineat.
XIX Si quis habet aduersus aliquẽ offensam, eãq; cõtemnẽs nõ recõciliatur ante mini-
sterium, aut dicit causam Archimãdritæ aut cubiculorũ præfecto, excõmun.
C XX Si quis in die oblationis impedierit seipsum à communione, præter voluntatem
Archimandritæ, careat benedictione.
XXI Si quis è scripturis contentiose disputat, careat benedictione. Si vero commoni-
tus perseueret, velut inobediens excommunicetur.
XXII Si quis lauat aut alterius aut suam vestem, præter voluntatem Archimandritæ,
careat benedictione.
XXIII Si quis absit à mensis non dicta causa, maneat ieiunus.
XXIIII Si quis aliquid perdiderit, idq; non inuentum, non ad Archimandritam detule-
rit, careat benedictione.
D XXV Si duo reperti fuerint simul inter se conuersantes, & commoniti non secesserint,
sint excommunicati donec corrigantur.
XXVI Si quis vesperi nõ accesserit ad pater noster, absque aliqua causa, in oratione per-
sistere cogitor, donec omnes dormierint.
XXVII Si quis in tempore communionis, offensam habens aduersus fratrem nõ dede-
rit ipsi pacem, sit excommunicatus.
XXVIII Si quis remouet fratrem suum ab ordine ministerij, exceptis his quibus publica
cura demandata est, careat benedictione.
XXIX Si quis nouerit fratrem clàm secedere de monasterio volentem, & non signifi-
cauerit Archimandritæ, aut præfectis, excommunicetur.
E XXX Si quis surgit de mensa, præter voluntatem Archimandritæ, sistatur in orationẽ
vsque ad tempus lucernarum.
XXXI Si quis post cõmunionẽ egredit̃ de ministerio, quousq; omnes acceperint bene-
dictionem, extra humanam necessitatem, solus per seipsum cibum sumat.
XXXII Si quis facit aliquem benedictione carere importunè, ipse careat benedict.
XXXIII Si quis inuentus fuerit loquens per cellas, exceptis his qui faciunt ipsas, aut his
qui quietem ac silentium imperant, careat benedictione.
XXXIIII Si quis facetias loquatur, aut inaniter garriat, careat benedictione.
F XXXV Si quis inuẽtus fuerit detrahẽs aliquib⁹, aut aliquos detrahẽtes audiens, & nõ in-
crepans ipsos, aut indicans Archimandritæ, vnà cum ipsis excõmunicetur.
XXXVI Si quis repertus fuerit in horto loquens cum aliquo, aut cum aliquo psallens, aut
dormiens, exceptis operantibus, & qui ad ipsos designati sunt hortos, careat
benedictione.
XXXVII Si quis egressus fuerit ad ostiarium siue ianitorem, si non permissum fuerit ipsi à
designatis prę fectis, careat benedictione. Si vero egressus fuerit ad munitionis
prospectum, excommunicetur.
XXXVIII Si quis dederit foras aliquid aut acceperit, præter voluntatem Archimandritæ,
excommunicetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

XXXIX Si quis cum accedentibus peregrinis congressus colloquatur, præterquam quo G
det pacem, exceptis ad hoc designatis, careat benedictione.

XL Si quis molestus est Archimandritæ, prætextu diurnæ operæ, excepto cellario aut hebdomadis præfecto, careat benedictione. Quo vniuscuiusque diurnæ operę præfectus ipse hebdomadis ac procurator, de omni necessitate diligentem curam gerant, vt ne in iudicium negligentiæ incidant.

XLI Si quis importunè venit in culinam, aut in cellarium, exceptis designatis, aut his qui disciplinæ boni ordinis curam gerunt, careat benedictione.

XLII Si quis expergefactus ab aliquo in tempore ministerij, aut lectionis, ægreferat, H
excommunicetur.

XLIII Si quis superfluè post visitationem matutinam ingreditur in ægrotorum refectorium, exceptis his qui silentium imperant, & rerum curam sibi demandatam habent, careat benedictione.

νοσοκομεῖον XLIIII Si quis præter voluntatem curatoris ægrotorum, ingressus in Nosocomium, vbi ægri curantur, illic requieścit, careat benedictione. Si vero affligitur aut ęgrotat, indicet id prius curatori.

XLV Si quis male habentium mutat locum vbi dormit, præter voluntatem curatoris, I
excommunicetur.

XLVI Si quis ex designatis ad seruiendum in nosocomio, apponit aliquid fratri, pręter voluntatem curatoris, careat benedictione.

XLVII Si quis ex ægrotātibus inuentus fuerit comparans aliquis aut mutans, præter voluntatē curatoris, aut alicuius ex designatis ad ministeriū, careat benedictiōe.

XLVIII Si quis inuentus fuerit scribens aut susćipiens literas, excepto Archimandrita, fit excommunicatus.

XLIX Si quis mittit alicui benedictionem, aut accipit aliquid alicunde, excepto Archimandrita, careat benedictione.

K

AMBROSII CAMALDVLENSIS IN S. BASILII de vera virginitate librum Præfatio.

DOMINO VENERABILI AC OMNI CHARITATIS OFFICIO SUSPICIENDO PATRI GABRIELI, AMBROSIUS S. D.

Patronus cōtinentiæ & tuendi pudoris Basilius.

PROLIXVM satis librum sancti Basilij Cæsariēsis episcopi uiri profectò grauissimi, de uera integritate uirginitatis inscriptum ex Græco cōuerti. Quippe amœna ipsius operis frons, atque honestissimus titulus ad perlegendum primo, tum etiā ad trāsferendum me facilè impulerat. Neque uerò ab inscriptionis gratia cætera dissentiebant: uerùm pulcherrimo uestibulo reliquæ structuræ partes respondebant. Tanta enim diligentia patronus ille pudicitiæ, adeò insignis uirginitatis decus componit: ornat, instruit, tanta cura tuetur: armat, munit, denique uigilātia insidias omnes præcauet: detegit, aperit, ut meo quidem iudicio nemo unquam eam rem egerit diligētiùs. Licet enim permulti, immo ferè omnes ecclesiæ magistri, tum Latini, tum Græci, uirginitatis insigne summis extulerint laudibus, atque ad eam seruandam plurimis ingenij sui, præclarisq; monumentis hortati sint: nullus tamen ita examussim cuncta prosequitur. Id sanè traducendi onus, & si uirium mearum modum excedere non ignorabam: quia tamen perutile fore arbitratus sum, promptè, libensq; subij, passus tanto uiro aliquid, immo uerò plurimum de eloquij duntaxat uenustate detrahere, quam quidem imitari uelle, facilius fuit, quàm posse felicius: dum præclaram eius, ac necessariam, saluberrimamq; doctrinam Latinis auribus traderem. Tibi uero pater optime id opus, tuóque nomini dicandum fuit: ut eximio in me amori tuo, & officio meo aliqua ex parte satisfacerem. Accipies gratè pro tua humanitate munusculum ab ingenio tenui, sed tibi planè deditissimo, animoq; in te gratissimo profectum: atque intentius leges. Inuenies profectò, non ambigo, in illo gratiæ plurimum: dum familiare illud tibi, pretiosissimumq; uirginitatis monile tanto muniri studio, tantaq; celebrari laude perspexerit, ut maiore certè nequiuerit. Venerationem tuam Christus deus noster omnipotens quietam ac tranquillam æuo longiore tueatur, domine uenerabilis ac desiderabilis pater.

L

M

Diui

A

Beati patris Basilij Magni Archiepiscopi Caesariensis in Cappadocia De vera atque integerrima virginitate, ad Letoium Melitensem Episcopum Liber.

Ambrosio Camaldulensi interprete.

B

VM plurimi ex his, qui immortalem sponsum nostrum Christum familiarius ambiunt: quosq; ad considerationē verę honestatis cœlestis vulnerauit amor: varias intra sanctam Ecclesiam honestatis species à plerisq; studioſè arripi, atq; exerceri cernerent: & hi quidē virginitatis laudes, alij autē eorū merita, qui ieiuniis, vigiliis†, & reliqua sancti propositi austeritate corpus affligunt, descripsere: quidā item illorum magnanimitatē admirati, qui propter dominū substantias suas vendunt, vt illū nudi expeditiq; sequātur: eorū præconia prolixo sermone prosecuti sunt. Verū hi omnes nō quo pacto singula eorum, quę prædiximus, arripiēda sint, docere opus esse arbitrati sunt: laudes solas ad profectū, incitamentūq; virtutis sufficere existimātes. Ego autē tibi Episcoporū vnanimę Letoi, nō virginitatis laudes, nō substantias vendentiū merita, nō præconia ieiuniis macerātium corpora scribere, sed quid horum quodq; sit, & qua ratione apprehensum ad verā virtutem conferat, lucidè pro modulo meo promere instituI. Neque id sanè vt te iam pridem veteranū Christi militem doceam: neq; vt ad huiusmodi cōsiderationem pulchritudinis speculandam tibi† virtutum differentiam statuam: sed vt, dum singula cuiusmodi per naturā sint explico: nō eos tantum, qui tuo institūuntur exēplo, ac per te iam veri boni affectum conceperunt, totisq; animæ sinibus hauserunt: verū & cæteros, qui ista lecturi sunt, salubriter moneam. Quibus dum veluti in tabella pictam ostendimus veræ

D

virginitatis imaginem: ea quoq; quo modo, vnde, quibúsve virtutis coloribꝰ ornetur, diligētissimè inspiciendum præbeamus: & sic vnumquēq; securius, ac certius, quàm cupit, virtutis speciem arripere quanta possumus intentione doceamus. Magnum enim re vera quiddam, ac præclarum virginitas est: quæ (vt totum simul explicem) hominem incorruptibili deo simillimum facit. Hæc autem profectò non à corporibus ad animas manat: sed cum incorporalis animæ propria & præcipua sit, eius pretiosissima† integritate corpora quoque incorrupta seruantur. Anima enim veri boni desiderio imaginēque susćepta, ad ipsum veluti penna quadam pudicitiæ sanctitate subuehitur: ac simili simile, hoc est, incorruptibilem deū inuiolabili puritate colere omni studio intenta, corporis virginitatem† ad eius, quod per se bonum

E

est, obsequium veluti ancillam ducit. Eam vero sociam, assistricemq; tranquillissimam ad dei contemplationem adesse sibi iugiter cupiens, obstrepentis illi voluptates corporis quàm longissimè fugiat. Et earum quæ sub ventre sunt, voluptatum continentiam corporalis integritatis obsequiis mancipans, hanc ipsam suæ virginitatis pediſſequam facit. Ita fit vt alia quidem omnia scilicet ciborum abstinentia, & reliqua sancti propositi austeritas, quæ fluentibus per corporis sensus contra carnis integritatem voluptatibus obstat: ipsaq; virginitas carnis illius gratia seruetur. Hæc autem ipsa ob aliud nihil quàm propter seipsam affectu intimę pulchritudinis exerceatur. Sic autem fidelis anima virginitatem suam ab omni sordidæ cogitationis labe purā, immaculatamq; custodiens, ad id prouehitur: vt similitudinē incorruptibilis

F

dei in se, veluti in speculo mundissimo, ipso iam gratiis suis suauissimi radij in morem illi influente, speciem & laudem suam consequatur. Quoniam igitur virginitas vera, sicuti præcedens sermo signauit, & procedens apertius, vberiúsque docebit: inuiolabilis animæ pulchritudinis, per quam & corporis elaborantur bona: propria, ac peculiaris est: plurimi vero solo virginitatis nomine illecti, nullam veræ integritatis curam habent: necessariò (vt reor) tantæ sanctitatis coronam rapere instituentibus acclamare pro viribus, & quæ sint agenda dictare aggredimur: ne per ignorantiam principale bonum negligentes, omne vitæ tēpus in ancillæ seruitute consumant, ac per id, quod nunquam eius dominam colere opportunè studuerint: etiā corporis integritate minimè interioris virtutis ornata pulchritudine, post

r ij plurimos

τῶν καλῶν· †κοῦ χαμευνίαις, humicubationibꝰ

ὥσπερ ὑφ' αἰθρίᾳ. †naturatū

εἰκόμ.

τῶν καλῶν.

Virginitas deo hominē reddit similimum.

†virginitatē

Corporis integritas virginitati famulatur animæ.

†ac suæ ipsius pulchritudinis obsequium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plurimos labores turpiter excidant. Vt igitur singula, quæ ad veræ virginitatis speciem conferunt, clariùs perspiciantur: age cuinam destinationi intendens virgo suã exerceat virginitatem, diligentius inspiciamus. Ita enim per singulos ipsius motus, siue ad propositam contẽdat destinationẽ: siue aliud proponens, & se ad aliud dirigens, principali intentione frustretur: veluti in meridiana luce intuẽtes, vera ꝓfectò quæ sit virgo noscemus. Principio igitur vt sese fœmina ad marẽ per naturam habeat, si ita placet, paulò altius discutiamus, vt & virginitatis destinationẽ liquidius animaduertere possimus. Paucis nempe ex primis animãtibus, veluti ex quibusdam primitiuis seminibus, cum implere mundũ conditor instituisset, cuiusq; speciei animãtium, veluti radicem quandã, corporalis animalis formam à principio cõdidit. Eam vero in marem ac fœminã, à rationali animãte vsq; ad omnẽ mutorum speciẽ scindens, ac fœminã masculi segmentum ac partẽ, quippe ex illo sumptã, esse cõstituens, stimulum cuiq; parti, flagrantemq; cupidinẽ mutuæ coniunctionis naturæ inseruit. Hac ergo ratione discissa ab se ardẽtibus amoris copulis sibi inuicẽ iungens, coniunctione huiusmodi omne animalium genus ex præcedẽtium seminibus pullulans per secula multiplicat: Cresçite, inquiens, & multiplicemini, & sic replete terram. Sic autem mũdum omnem ex vno Adam humano genere, innumerisq; gentiũ varietatibus cum proposuisset implere: & ex quolibet itidem brutorum genere, quadrupedũ, serpentium, volatilium, aquatilium, omnigenumq; animaliũ formis innumeris refertũ apparere voluisset: maris quidẽ potestati fœminã subiicit: masculum vero blãdissima fœminę voluptate demulcet. Atq; hanc quidẽ masculi de latere sumptã, vt partem toti, ex quo sumpta est, obtemperãtem esse, eiusq; imperiis parere decernens, masculum vero sumptam de se fœminã ardenter appetere. & eius persequendo cõgressum, ad se ipsum per huiusmodi copulam proprium recipere membrum, naturali necessitate cõstituit. Hunc igitur in morem ex vno duos, atq; iterum ex duobus vnum, masculum & fœminam sapiẽtissimè molitus, nõ solum hanc corporis copulam per eum quem prædiximus modum, ipsorum propriam finxit: verum & ad id genus, quod ex huiusmodi coniunctione amoris facibus accenderetur: ingentem eis infudit affectum. Atq; ita masculum quidẽ actiuum (vt sic dixerim) quippe prius conditum, passiuam vero fœminam, vtpote ex maris euulsam latere, naturaliter cõdidit. Ac ne summo ad sui generis stirpem affectu acta mulier, quippe passiua sine adiutorio relinqueretur: ita fœminam effinxit, vt esset masculo totavoluptatis illecebra, violentisq; stimulis ad serendos fœtus ad illam pertrahit virum, non vtiq; ad marem fœminam, sed hunc (vt diximus) voluptate constrictum ad ipsam ducens vinctum atq; captiuum. Sicut enim secretissima naturæ in magnete lapidem nouimus, non ipsum ad ferrum duci, sed ad se potiùs ferrum attrahere: ita & fœmineum corpus aduersus masculum ineffabilem accepit vim, per quam fermè dixerim ignorante anima, quæ in ipso est, viri corpus vltro ad concubitum pertrahit: ita infirmiori animanti conditore auxiliari instituente, vt voluptate sua masculum mulcens atque deliniens†, non solum ad liberorum procreationem: verum & ob ipsius coniunctionis ardorem, ipsius auxilio niteretur. Propter hoc denique relinquet, inquit, homo patrem suum & matrem: non fœmina planè, sed vir, ob insitum libidinis stimulum ad fœminæ concubitum properans. Et adhærebit, inquit, vxori vir, non vxor viro, & erunt duo in carne vna. Huiusmodi vero potentiam aduersus dominatorem suum infirmiori sexu creator largitus, ipsam quoq; effigiem, ac speciem fœminei corporis molliorem effinxit: vt & tactu, & aspectu, & motu, teneritudine deniq; & delicata agitatione mẽbrorum, & inspiciens, & inspecta, masculo esset voluptatis illecebra, quocũque se verteret, vndique sese illius sensibus ingerens. Hac igitur vi ob eam, quã prædiximus, caussam nostris corporibus insita, virgo æqualem quidem eiusdẽmque substantiæ animam & viro & mulieri inesse considerans, cæterum in vtroque sexu pro varietate affectionum hanc molliri in fœminam, illam in virile robur euadere, simulq; ex corporum, quibus alligatæ sunt, cupidineo cõgressu innumeras perturbationum species percipere animas cernẽs, hanc quidem ab omni affectione corporis secernere, iugiter in animum inducit: habitum vero illum excidere, qui sibi per naturã inditus est ad marem, sese à corpore ad veram speciem suam cõuertendo, profitetur. Hanc autem pergere virtutis viam omni studio intendens, non iam ipsam cõditionis suæ proprietatẽ & habitum quem ad virum habet intuetur, sed insitæ sibi animæ incorporalis ad incorporeũ deum propinquitatem acutissimo circũspicit oculo, & amoris intimi & spiritalis longè clarius lucentẽ, ac suauius ardentem faculam in se accendens, glorioſis pro illo sudoribus sese exercere iugiter cupit: nudamq; se, ac sine vllo omnino sensu voluptatum eius, in quo viuit, corporis pro

viribus

Aggressio operis.

Collationes

ἕτερον ἀφ' ἑαυτοῦ.

Νύσσει.

ἐνεργητικὸν τὸ ἄρρεν παθητικὸν τὸ θῆλυ.

Simile elegans ex collatione magnetis.

incantans.

μαλαγμα ἡδονῆς.

τὴν μὲν θηλυνομένην, τὴν δὲ ἀρρενουμένην.

πρὸς τὸ οἰκεῖον καλόν.

A viribus curat ostendere. Quoniam igitur diuinum profectò quiddam, ac præcipuũ immaculatæ animæ insignevirginitas existit: masculorũq; ac fœmineorũ corporum is est, quẽ dixim⁹, ad inuicẽ habitus, virgo, quę nullã fœmineæ voluptatis labẽ ex corpore patitur, & omnia carnis vitia, omnẽq; perturbationẽ animi ab se prorsus eliminans, purissimã se deo sistere, quem amare profitetur, tota animi intẽtione conatur: manifestũ est, quòd violentorũ præmium cœlorum regnum esse non ignorans, vt proposita destinatione fruatur: vim inferre naturæ suę debeat, neq; eam tantum superare voluptatem, quæ in eiusmodi ita effecto corpore concubitus illecebram suggerit: verum contra omnem voluptatis speciem fortiter constanterq; persistere. Voluptas enim, cum vna generaliter sit: veluti fons quidam à carne profluit, atque in
B quinos sensus, veluti in riuos quinq; distributa, per hos ad sensibilia ab intimis fluit, quorum quilibet per propriam organi sui fenestram fluentum suum sensibili, quod offenderit, vehementer immittens, quicquid propinquum fuerit correptum, ad se pertrahit: carnalique limo adimplens ac torrentis instar: econtra rursus ab exterioribus per easdem fenestras in carnis æstus celerius refluens, animam perturbationum fluctibus quatit, atque in profunda demergit. Quocirca sancta virgo sensuum fenestris custodem admouere rationem, eorúmque ad exteriora progressum nequaquam eis transitu libero passim permisso, moderatum & quietũ efficere omni studio curabit: ne scilicet si ad quæ velint, effundantur, supernatãtem sibi interdum animam fluctibus agitent, & ad sua vitia pertrahant. Studeat item & ab
C exterioribus inuectum in eam denuo fluentum angustis (vt ita dixerim) aditibus colare, atque in illam omni purum labe transmittere, ne carnali cœno inundans, quod vitioso traxit affectu, ipsam totam sordibus suis agitando perturbet. Non igitur oculorum acies ad omnia passim inspicienda visibilia pandenda est, ne omnem quoque figurarum atque formarum speciem sine discretionis examine hauriens, ad earum postea turbetur imagines. Verum apertis ad ea, quæ vitæ vsu necessariò inspicienda sunt: corporeis oculis, animæ omnino claudet obtutus, eósque ad veri intuitum luminis, & eius, quæ ex illo insinuatur, pulchritudinis considerationem etiam eatenus clausos, peruigili aperiet studio. Ne auditum quidem temere, & indiscusse verbis omnibus accommodabit: cæterum ad ea, quæ mala sunt, & noxia:
D ipsum veluti † ad pestem quandam putidi, ac pernicioſi amnis obturabit. His vero quæ sunt optima, emanántque virtutis purissimos latices, tota intentione subiiciet. Gustum itidem ad suauia & dulcia semper inhiantem ratione frenabit, & ad ea, quæ sunt necessariò sumenda, moderabitur. Tactum vero, vt sensuum omnium pernicioſissimum, & sęuissimè blandientem, sensusque reliquos in sua ad voluptatis illecebras pellicientem, immaculatum, & perturbationibus minime peruium, semper quàm maxima poterit cura, seruabit. Hic enim, toto cum sit diffusus corpore, per omnem illius superficiem, non eam solum, quæ apparet extrinsecus, verum & quæ altius recondita est, ad vitioſos contactus aduersus animam sæuè dominatur. Porrò manibus ad vsus noxios præcipuè nitens, his veluti quibusdam circunseptus
E armis, feruentius per horum instrumentorum consensum omnes qui inciderint, capit. Ne aspectum quidem blanda seductione sua immunem abire patitur, sed eum dum ad horridas ferè tetrásque figuras turbat, atque confundit: ad leues autem, & quæ venustiore facie, adiecta coloris gratia, ad fallendum formatæ sunt, perfundit atque delinit, potentiam suam per illum satis insinuat. Auditum item, dum vocibus asperis & duris, offendit: mollibus vero per inspirãtem leniter aërem profundè demulcet, quod sui muneris est, ad voluptatis opus per hunc etiam perficit. Superfluum est de gustu loqui, qui, cum huius omnino contubernalis sit, ad ingratos quosque liquores, frontem contrahit atque tristatur: ad eos vero, qui sunt suauissimi, lacunas suas inexplebiliter aperit. Nam de genitalibus membris quid
F me dicere necesse est? vt scilicet inditam eis ad serendos fœtus vim, suis omnino pharmacis vinciens, consensu horum lenitudinis, quæ in tactu est, ad voluptatem suam vinctum captiuúmque hominem ducit. Per tactum igitur quendam (vt supra declaratum est) & aspectus ad voluptatem animam fallit. Iactis enim luminum radiis, veluti quibusdam incorporeis manibus, quæcunque voluerit, eminus tangit: & quæ corporeis manibus attingere in potestate non habet, ea oculorum iactibus passiuè complectens, per eas, quas impressit animo, formas corpus omne ad inuectas imagines voluptatis æstibus iactat. Auditus item per hanc suauitatem vocis attingens, eius ope animam in lasciuiam soluit, atque, vt breuiter dixerim, sensus omnis, quemadmodum corpus commune est, in quo dominatur: ita & eius tactum nactus cõmunem, per hunc sensus singulos

ἀλληγορικῶς οἰα ἡδοναί, sed elegãter

Ratio quãmque sensuũ custos esto peruigil.

Oculorum moderatio quæ.

Aures qñ sepiendæ.

† πρός τινας δυσώδους γεύματος φορεῖν ad illationẽ saporis graueolentis.

Gustus & Tactus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ſuam quemque ſuauitatem ducit, ac per omnia totum in tactu conſtitutum corpus noſtrũ G
ad voluptates omnes variè impellit. Ergo, cum in ſenſibus reliquis, tum in guſtu præcipuè, ac
genitalibus membris tactus dominatur, iſtique ita connexi ſunt, vt catenæ in morem alter
ex altero pendeat: atque ex eis alter adminiſtratur, alter vero miniſter efficitur. Porrò ſimul
omnes ad reginam ſuam voluptatem ſenſuum operationem per iactum tranſmittentes, ma
gis ac magis animam inquinãt perturbationibus ſuis, & corpori vehementer affigunt. Cum
Virginitati tuendæ ſcopus præſcriptus. itaque virgini propoſitum ſit, animum omni corporeæ voluptatis labe purum, integrúmque
ſeruare, neceſſariò tactum, vt eius inquinationis, & affixionis autorem ab anima præcidere
omnibus modis debet: vt vehiculo tactuũ per alios ſenſus exciſo, illorum quoque vna fo
menta ad proprias cuiuſque voluptates pro viribus auferat. Quid ergo illud eſt, quòd ani- H
ὃ σωματοῖ. mam in primis ad tactum corporis inquinat, & quodammodo corpus efficit reliquorúm-
que ſenſuum voluptates multis modis germinat? Tactus ſcilicet, qui in guſtu eſt, quique cor
pus ad coitum paſſiuè titillat. Ex his præcedit guſtus ille tactus, ſequitúrque concubitus. Nam
per guſtus tactum, ad ingluuiem ventris iugiter voracitate delinita, impinguatur corpus.
Ipſum vero feruentibus in imis receſſibus humoribus lenibus concitatum libidine ad concubi
tus tactum impatientiſſimè fertur. Quocirca quæ congreſſus huius voluptatem virginitatis
propoſito ſuperare inſtituit: prius eius, quæ in guſtu eſt, ſuauitatis, quippe quæ illi fomenta
Phyſiologica ſed & elegans ὁμοίωσις. miniſtrat, victricem ſe oſtendat neceſſe eſt. Ex rationali namque, & irrationali parte, iuxta
I gentilis phyſiologiæ rationem, hominem, veluti Centaurum quendam creator effingens,
ſuperiori parti à capite vſque ad pectus humana forma inſignitæ reliquum corporis ab vm
bilico, & lumbis, equina ſubiecit effigie, quæ ad ventris voluptates brutorum inſtar prona
atque ad concubitus effrenatæ procliuis eſt. Neque enim ab irrationabili parte per luxum
rapi ratione præditam voluit: ſed à rationali potius rationis exortem ad vſus neceſſarios re
gi ſapientiſſimè ſtatuti. Huius denique indultæ ſibi diuinitus poteſtatis gratia ſi quando ratio
nalis pars peruerſo ordine ipſa non regit: ſed ab irrationali potius regitur, improperat au
rigæ ſermo diuinus, cur ſe ad irrationalis voluptatem peſſimè à ſua dignitate deiecerit, di
cens: Equi inſanientes in fœminas facti ſunt: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui adhinni
uit. Atque alio in loco ab vmbilico, & lumbis irrationalem hominis partem dominari ad
Iob.40.b uerſus animam ſignificans: Ecce, inquit, virtus eius in lumbis eius, & poteſtas eius in vmbi- K
lico ventris. Ventre enim diſtento epulis, neceſſe eſt ea, quæ ſub ipſo ſunt, membra ex hu
moris redundantia in profundo feruentis ad propria & naturalia officia moueri. Quippe ſu
perior venter ſuppetit illis incentiua libidinis. Cæterùm voracitas principiò materias ac fo
menta eius ardoris inſtillat. Ante omnia igitur aduerſus guſtum virgo tota intentione pu
Guſtus fons voluptatum gnabit: fontêſque voluptatum ventris, & impudicitiæ fomitum inde manantium à princi
pio caſtitatis ſtudio & ardore ſiccabit: ne dum virginitatem ſeruare proponit, guſtui ſe im
moderatè proſtituens, caſtitatem ſuam alia fruendi voluptate deuicta ſenſim, dum neſcit, a
mittat. Virginem enim eſſe & guſtum virginis conuenit: nullique gulam ſuauiter oblectan
Virgini adſit & virginalis guſtus, ti illecebræ peruium. Integram ſe & in hac parte, atque inuiolabilem ſancta virgo cautè ſer- L
uabit: corpúsque, vt ſeruire queat animæ in his, quæ ſunt neceſſaria victui, moderabitur
Diſcretio neceſſaria vel virgini maximè. prudenter, ac reget, Neque enim expedit, dum nimis obſeruat ne guſtus voluptate rapia
tur, manantéſque ex ventre voluptates per ciborum abſtinentiam frenare pergit: contrà
ita corpus atterere, vt inualidum iam, inutilêque reddatur. Ne declines enim, inquit, ad
γνώμη ex collatione. dexterã ſiue ad ſiniſtram. Sicut enim guſtui ad omnes paſſim cibos liberè frena laxare, ob
ea, quæ prædiximus, noxium re vera ac pernicioſum: ita neceſſaria illi alimenta negando,
corpus infirmum atque inualidum reddere, irrationabile prorſus ac ſtultum eſt. Extrema
enim quæque (vt ait ſapiens quidam) ac per id inæqualia periculoſa ſunt. Nam ſicut per ci
borum abundantiam laſciuiens equus noſter aurigam quacunque vult, peſſimè præcipitem M
A ſimili petita βεβαίωσις. fert: ita & per nimiam inediam propoſitum impedit virtutis iter. Quemadmodum deni
que aurigæ non expedit, equum ita affluenti ſaginare præſepio: vt illius laſciuis motibus, in
ordinatiſque lædatur: & quò ille voluerit, circunferatur, dum feruidis eius ac nimiis viribus
nequit obſiſtere: ita neque virtutis viam cum eo pergere inſtituenti, conuenit ex nimia neceſ
ſarij victus indigentia vires eius omnino deiicere, ne perpetuis infirmitatis incõmodis preſ
ſo, alligatus inextricabiles ipſius cauſa labores ſubire cogatur: fit enim ferè vt dum prorſus la
pſum erigere iam ad curſum nequit, nec dimittere illũ naturali coniunctione permittitur, per
inſeparabile cõſortium ſemper ei cõdolere, ac circa eius curam laborare cõpellatur: & ex eo ꝙ

ad capeſſenda

A ad capeſſenda ſpiritalia exercitia congruo careat robore: dum currere, ac pugnare diſſueſcit,
multum iam quæſitæ pridem peritiæ amittat. Quoniam igitur innatum nobis vehiculũ, neq;
nimis laxãdo frena, neq; rurſus immodicè illa retinẽdo, ad virtutis curſum producere opor-
tet, idcirco & corporũ ſtatus, & habitus, & ciborũ qualitates ſolerter explorare cõueniet, vt va
lido quidẽ, ac vegeto corpori, naturaliq; calore abundãti frena immittamus: ac per inediam,
frigidioresq; cibos redundantiã illam caloris arceamus, ne vel lautioribus eſcis naturalẽ pin-
guedinem augentes vel vini licẽtiore vſu feruorem inſitũ magis magisq; ſuccedentes, ignem
igni, iuxta verã illã gentilium ſententiã adiiciamus. Itaq; & robuſto per ætatẽ & naturali ni-
B mio calore æſtuãti, puriſſimos ex fonte latices modicè ſubminiſtremus, vt ardẽtes naturæ flã-
mas cõtraria aquarũ vi reſtinguamus: atq; ad manſuetudinẽ inſita nobis ratione tẽperemus.
Porrò ſenili iam & frigeſcẽti, cibi potusq; adiumentũ ad ſuſtentãdas vires ingeram⁹. Neq; ve-
ro ſola eſcarum quãtitas vbiq; probè metienda, ſed & qualitas in primis ſapienter diſcernen-
da eſt. Nec enim ſolam exteriorem earum faciẽ inſpicere, ſed quã habeant intrinſecus recõ-
ditam penitus vim, prudẽter explorare cõueniet. non ſolum enim legumina, ſeminumq; nõ-
nulla, verùm & olera pleraq; ſunt, quæ monacho quietum vitæ gubernaculũ tenere cupienti,
cõtra ac ſe habet cõmunis opinio, pro noxiis vitanda ſunt: quippe quæ carnis receſſus intimos
C pungunt, & pruritus, titillationesq; excitãtia, nõ minus corpora noſtra perturbant, ac ſecre-
ta vi ſua inquietant: quàm quæ conſenſu omnium fugienda cenſentur. Quocirca nec ſalibus
paſſim, atque indifferẽter vtemur: ſicuti fieri apud pleroſq; cõperimus, qui per immoderatam
continentiam pulmenta omnia repudiantes, hos ſolo cum pane vice condimentorum om-
nium ſumunt. Non intelligunt, qui ſunt eiuſmodi ſales: cum ſint per naturam fœcundi, ac per
acrimoniæ vim corpori prurigines excitent: plus cæteris ad libidinem, coitúmque prouoca-
re. Quòd ſi in eis quoque ſumendis, vtí ne propoſito excidat, maximam oportet aurigam ad-
hibere rationem: multo profectò magis ea pomorum genera diſtinguere conuenit, quæ a-
pertè noxiis vlla ratione ſunt proxima. Itaque omnib⁹ in locis cibus, qui ſit ad victum neceſ-
D ſarius, ſolerti ratione inquirendus: condimentorumq; elaboratæ blanditiæ vt voluptatis ille-
cebræ repudiandæ. Si enim panis confirmat cor hominis, non opus eſt vltra cibum vitæ ne-
ceſſarium huiuſcemodi liquamina temerè admittere. Ne ſales quidem, qui panis condimẽ-
tum ſunt, quantitate pares cum pane ſumemus. Nam ſi nemo ferè eſt, qui condimenta eis re-
bus, quarum condimenta ſunt, æqualia pondere in cibum ſumat: quis iam erit, qui plus hu-
iuſmodi liquaminum ac condimẽtorum, quàm principalis cibi ſumere non erubeſcat? Quòd
ſi fiat: non iam iſta panis erunt condimenta, ſed horum panis, guſtusq; iterum aurigam, dum
neſcit, alia ratione per obſoniorum varietatem fallet, atque ad voluptatem clam pertrahet:
inuenieturq; quod fugit, denuo per abſtinentiam perſequi. Igitur vt in corpore, veluti in te-
trachordo, vt breuiter dicam, harmonia optima ſit (ex quatuor enim elementis humo, aqua,
E aëre, & igne corpora noſtra conſiſtunt) fracto quidem alimentis neceſſariis auxiliabitur: ve-
getiori autem, ac valido cautè illa, & prouidè ſubtrahet: exercitiiq; ſpiritalis inſtituto vires e-
ius immodicas franget. Neque vero quantitates modo inſiti nobis calidi & frigidi, verum &
qualitates ſicci atque humidi probè diſcutiet. Et illis quidem duce ratione, vel augere, vel de-
mere, has itẽ vel intercidere, vel per ſpiritale exercitiũ remittere: eáſque partim immutare,
partim vt per naturam ſunt, ſeruare pro viribus ſtudens, ita demum omni amota diſſonan-
tia tetrachordum corporis noſtri, congruum re vera, atque conſonum ad concentum veri
boni, animæ aptabit. Hæc interim de guſtu propter eos, qui ſe ad ſanctæ virginitatis, imò ad
virtutis totius exercent curſum, tantiſper dixerimus: ex quibus id quoque ſimul oſtendimus,
quia ſicuti corporis aduerſus animam vires ad virtutis acquiſitionum impedimento ſunt: ita
F econtra infirmitas, cum nequeat corporale inſtrumentum promptis animæ deſideriis obſe-
qui, virtutis intercipit curſum. Neque enim plus carnis ſarcina pennas animæ ad infima deii-
cit, quàm imbecillitas corporis, dum iugi ad id curandum occupatione diſtenta nõ permit-
titur ad cœleſtia vt cupit euolare, nec ſolum ob eam moleſtiã virtutum acquiſitiõe priuatur,
ſed & partas iam, dum per impedimenta infirmi corporis pugnare, ſeq; ad ſacra certamina
exercere deſueſcit: ſenſim, dum neſcit, amittit. Sicut enim venter pinguis, non quia ita natu-
raliter affectus eſt, ſed in quem pinguedo per gulæ intemperãtiam affatim fluxit: perturbans
& impinguans animum, non gignit ſenſum tenuem: ita & qui per imbecillitatem nimiũ fue-
rit exilis & gracilis, in emortuo corpore tenuem quoq; iam genitum prorſus extinguit. Illud
etiam dictum non ſimpliciter hos quidẽ vitandos eſſe cibos: hos vero temere ad ſatietatẽ vſq;

r iiij admit-

Perſtat in metaphora inuitans ad tẽperantiã.

Virgini etiã vel ſalé magna temperiẽ curã tendum. Salis eſitatione prurigo cietur.

Τῶν ἀκρο-δρύων. Vitãda cõdimenta, vt illecebræ voluptatis.

Τῶν προσ-φαμάτων.

Harmonia corporis ſimili confirmatur.

ἀνομοίωσις ex collatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admittendos,verum & quantitatem sobriè vbique metiendam: quæ, si excedat frugalitatis G
modum: idem solet, quod noxia quæque, operari, & qualitatem cautè discernendam: quæ,
nisi solicitè discutiantur, non minus habet virium, quàm quæ apertè sunt noxia,rationémque prorsus esse honorandam: vt in cœlestis exercitij studio ratio nos, non temeritas agat.
Quod si proximum tanquam nos ipsos diligere iubemur: ac per eius mandati vim illi qui
ait: Nudus eram, & operuistis me: esuriens, & refecistis me: infirmus, & visitastis me: in
membris suis studiosè semper assistimus: † mandatum profectò non implet: qui cum al-
τὸ προσφέ-ρεσθαι τῇ φυ-σικῇ συ-γκράσει. Macerandũ quidẽ corp⁹ sed moderata temperie
teri curet assistere, atque opem ferre, seipsum infirmantem immaniter necat. Constat enim quia falsò diligit proximum, eiúsque prospicere commodis pergit, qui seipsum di-
ligere nescit. Et qua tandem ratione mandatum ille iustè implere dicitur, qui caussam H
cum famulo corpore integrè ac iustè non iudicat: cæterum subiugandi obtentu illud se
castigare professus, indiscreto potius impetu pessimè consumit ac perimit? Quomodo
enim iam domino seruiet, quòd ipsum dominum, eius quam ab ipso pertulit, violentiæ ministrum accepit? Quo item pacto domino suo ad fratrum beneficentiam seruiet,
quod cæteros ad huiuscemodi ferenda beneficia idoneos, ad sui curam seruos attrahit?
Non iam enim domino ad virtutis ministrabit opus, sed attritum morbo reliquis omnibus erit beneficentiæ occasio: miserum habens omnium iudicio dominum,propter assiduam
& erumnosam circa se curam:seruumq; miserabilem,ob eius insanabilem cædem. Nam pro-
fectò neque dominus vllam iam operum suorũ rationem habiturus est, illius curæ perpetuò I
Metaphora elegans à stadio cursorũ. deditus:sed nec adeò miserabili cõditione cõstrictus,quomodo ab eius cõiunctione liber euadat consiliũ inueniet: neq; seruus misericordia & cura potitus,cógruas ad seruiendũ domino
vires recuperare iam poterit,sed cũ alter alteri morbi incurabilis occasio sit:vtrunq; defectus
rationis inextricabilibus carceris nodis adstrinxit, qui meritò & à magistro certaminis, & à
spectatoribus omnibus carpitur:ignominiaq; notatur,quod scilicet ad cursus cœlestis certamen adscriptus, dum sine ratione cursum instituit suum: non modò nihil eorum prudenter
exercuit,quæ ad huiusmodi stadium conferunt: verum & illum iniustè deiecisse,qui sibi ad
cursum seruire debuerat: & se vnà stolidissimè dum nescit,euertisse deprehensus est.Quocirca necessariò his,qui adipiscendi veri boni studio corpus macerare pergunt, iteratò dictabi- K
γνώμη à cõtrariis. mus.Ne declines ad dexteram,siue ad sinistram. Sicut enim in gulæ intemperãtiam declinare graue ac periculosum est,ita per nimiam abstinẽtiam corpus atterere, ac per infirmitatem
inutile reddere,omni profectò ratione caret.Neque enim abstinere à voluptatibus gulę,per se
expetendum est,sed quia ad virtutis acquisitionem confert.Quòd si illud, cuius gratia ciborũ
abstinentiam eligimus,per immoderatam negligamus inediam:contrà atq; instituimus,agimus.Nam fracto contritoq; instrumento, neque deo inhærere per lectionis & orationis stu-
Corporis, nẽpe organi ad spiritualia sanitas tuenda. dium possumus: neque ad fratrum beneficentiam humanitatis officium obire. Igitur & corporis cura necessariò habenda est, non ipsius gratia: sed vt seruitio illius ad philosophiæ studia vti possimus.Impossibile est enim,nisi famulatum corporis ad philosophiã obtemperan- L
tem habeamus, vel diuinis lectionibus operam dare: vel mente in corpore ægro languente,
orationi conuenienter insistere,vel omnino quicquam eorum, quæ ad philosophiam conferunt,in nostram sociorumq; vtilitatem operari. Idcirco castigo,inquit,corpus meum, & in
seruitutem redigo.Insurgere enim aduersus dominũ per carnis vires, ac petulantiã gestiens,
per continentiæ flagella coërceo,dominatumq; recognoscere cogo.Non enim ita,inquit,ferio, vt immoderatis illud vulneribus conteram, & inutile iam ad seruitium faciam: sed ea
tantummodo ratio castigandi corpus est,vt seruituti subiiciam, & domino obsequi ritè com
pellam.At vero qui seruum ita per inediam subiicit, vt non solum ad ministeriũ domini fiat
inutilis:verum nec sibi ipsi sufficere possit: quid aliud,quàm serui sui se famulum fecit? Neces- M
se enim est corpore iam inualido ad seruiendum, ac per infirmitatem tabescente, contra illi
seruire dominum,dum semper circa infirmitatis eius curam versatur attonitus, nec iam exercitationis antiquæ meminisse præ huiusmodi occupatiõe permittitur,sed in serui sui obsequio vitæ tempus omne consumit.Non itaque simpliciter carris prouidentiam faciendũ non
esse diffiniuit,sed addidit: in concupiscentiis.Oportet igitur concupiscibile carnis,atq; ad vi-
tia voluptatesq; procliue,per continentiæ exercitia frangere: quod vero eius vtile est, atque
Att. cuius gratia abstinẽtia commendetur. ad acquisitionem virtutis necessarium, prouida consideratione seruare. Esca enim nos non
commendat deo.Neque enim est regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax,& gaudium in
spiritu sancto: propter quæ ciborum quoque abstinẽtia cum ratione suscipitur. Nam si ipsam
per se ci-

A per se ciborum abstinentiam discutias,inquit,neque si nõ comedamus,deficimus, neque si comedamus,abundemus.Neque enim,qui non comedũt, ob id duntaxat plus aliquid comedẽtibus de virtute habent:neque qui comedunt, ex eo minus aliquid comedentibus habere putandi sunt:si modo illorum virtus interior æqualis sit.Oportet igitur ad animæ virtutem intentione directa,cuncta exercitia corporis aggredi,quę,cum per se bona non sint,eius tamen boni,cuius gratia arripiuntur,ornata ministerio bona,& honesta fiunt. Denique ne boni huius ministerium infirmitate corporis impediretur:Vino,iquit, modico vtere propter stomachum tuum,& tuas frequentes infirmitates.Sicut enim ferũeti per ætatem,& valido vegetoq; γνῶμη ex collatione cõtrariorũ. corpori minimè oportet(vt diximus)ignem igni addere: ita neque frigescenti per infirmita-
B tem,vel iam per ætatem gelido,plus adhuc frigoris perniciose congerere. Cæterum quemadmodum illic naturalem carnis ardorem,fomenta extrinsecus subducendo consumimus, ita cõsumptum laboribus,& iam per ætatem,aut morbum ferè extinctum, admotis cibi potusq; adiumentis necessariis,reparabimus.Quippe & in corpore pacis cura,& ratio habenda est:cũ infirmitati quatuor illa,ex quibus compacti sumus,omnibus in locis assistant:ne,si aliquando superet quod in nobis est,aut frigidum aut calidum, aut aliud quodlibet ex quatuor: bello & incongruentia ex infirmitate,vel ex libidinis ardore manantibus,animam impleat. Sed hæc de vno tantum sensu, gustu scilicet, pro virginitatis tuendo instituto moderatè sunt dicta. Transeundum vero iam & ad sensus reliquos,vt veram virginem,sicuti proposuimus,vide-
C re possimus.Non ignorent igitur hi, qui veræ virginitatis ancillam per abstinentiam ciborũ, Nõ corporis virginitas mox animam efficit virgineam & cæteros labores sancti instituti virginem seruare pergunt,fieri posse, vt huiusmodi corpore sit virgo,non anima.Sufficit enim & aspectus,qui animæ turpium rerum impressit imagines,& sermo lasciuior in aures cum voluptate delapsus,animum impudicitiæ ratione corrũpere.Veretur denique † amicus sponsi,eiusq; feruens æmulator, ne forte corrumpantur, non † ὁ νυμφαγωγός, pronubus corpora eorum,qui desponsati sunt Christo, sed mẽtes. Quocirca necesse est virgo animam longè maiore obseruet cura,quàm corpus:vti ne hãc alibi seruet, alibi sine custodia passim dimittat,sed omni custodia seruet cor suum,vt neque per vocem profluens sermo auditorẽ demulceat ad voluptatis illecebram: neque rursus extrinsecus in aurem ab alio inuectus, ipsius
D cor ad concupiscentiam molliat. Eadem illi aspectus quoque ratio habenda est, vt videlicet non sit eius mollis obtutus,ne intuentibus voluptatis cõtra se emittat indicia:neque emissum forinsecus oculi iactum se patiatur attingere,ne hoc velut ignito iaculo in corde percussa,ad voluptatis inflammetur imagines. Eris enim, inquit, quasi ceruus iaculo percussus in iecore. ὡς ἔλαφος τοξεύματι πεπληγὼς ἐμ τὸ ἦπαρ. Cæterum concurrentem aspectui suo alienum obtutum oportet ab animæ arcere liminibus, intuitumq; suum pudicitiæ indicem exhibere cernentibus. Quippe & palpebrarum curiosior motus solicitare,atque ad eam voluptatem vel solus inflammare solet: quæ animam vel maximè concutit.Nam cum haustæ luminibus formæ obtutus passiuè defixerit,atq; in anima vo Metaphora
E luptate mollita ceræ instar,conspectæ speciei imagines presserit,quamuis ille abeat,seorsumque sit,qui huiusmodi formas impressit:insignita animo conspecti species,quod suũ est,semper operatur:animamq; imaginibus ludit. Idcirco virgini principio quidem summopere cauendum est,ne cuiquam infigat obtutus:vel certe, si defixisse contigerit, figuras animo altius infigi molientes à se contraria virtute reiiciat,ac penitus arceat: vt nullam corporis speciem diuturnis consuetudinis obiectaculis formet. Quòd si fortè cõtingat clam animæ corporeas imprimi formas,eas perpetua rerum honestarum memoria omni studio in seipsa delere cõtendat:corporeas quidem illas veluti ceræ inscriptas animi ad meliora ac diuina conuersione abolendo, sanctarumq; rerum imagines elaboratis meditationibus ac speculationibus illarum vice inscribendo.Sin vero iectas formas in animo,ac si in sigillo infixas durare per-
F mittat,necessariò iam circa insignitam speciem occupatus animus alia bona omnia,& honesta negliget:atque ad impressæ altius speciei imaginem semper attonitus eiusce fruitionis desiderio fœdè iactabitur.Nec sanè quicquã ei proderit,quæ est eiusmodi:corpus seruare incorruptum,cum anima ad iectas sibi per aspectum corporalis amoris illecebras prostituta vitietur.Metu enim aut pudore antiquam exterioris virginitatis gloriam cum simulatione retinens,eaq; nudari infame plenumq; dedecoris censens,eam seruare vel inuita conatur. Cæterum incorporeis manibus hunc iugiter,quem amat,amplectens, insitum medullitus animo Quæ animo virginitatẽ amisit, nec corpore virgo est. secum semper,& vbique circunfert,& quæ corporaliter exequi,ne deprehendatur, erubescit: ea perpetrare cogitatione non metuit.Quam profectò iam ne corpore quidem quispiam ritè dixerit virginem.Nempe enim,cum is quem amat,ipsi inseparabiliter in mẽte iungatur, necessariò

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessariò iam corpus quoq; animæ perturbationibus congruit, ac motibus mentis vitiatæ cõ- G
sentiẽs,vnà,cùm domina sit prostituta,corrũpitur:& per visum,& in somnis amatoria somniante illa,ipsum simul eisdem imaginibus luditur. At vero vbi perturbatio eiusmodi occupauit,obsedit q; animam:superflua iam est ciborũ abstinentia,& reliqua carnis afflictio,quando non iam equus equitem impetu suo præcipitem fert, sed eques ipse potius vi passionis intimę equum stimulis libidinosæ commotionis exagitat. Sicut enim fieri in plerisq; cernimus, vt corpore iam senio fracto,ac pene resoluto, mens tamen præterita luxuriæ cõsuetudine lan
γνώμη ex collatione. guida,vltra ætatis vires corpus ad voluptatis imaginem concitet:ita & in his, quorum mentes vulnerauit, igneum cupidinis iaculum, emortuum quoque præ spiritalis exercitij studio H
corpus,animus ad suas concupiscentias iritat,non à corporis robore ad animam penetrante passione vitiosa,sed ipsa potius anima corpus nequiter ad officia sua incitante. Si igitur aspectus adeo pernicioſi ignis materia efficitur, audiamus monentem scripturam ac dicentem: Oculi tui recta videant,& palpebræ tuæ innuant iusta,neque te palpebræ rapiãt, neque capiaris oculis tuis. Quod si iuxta eam,quam supra exposuimus, naturæ rationem tactus quidẽ est oculorum ad corpora iactus,& sicuti cum in eos,qui morbo tenẽtur: oculorum obtutus diu-
Cõtagiũ per oculos haustum. tius figimus,morbi ipsius consortes efficimur,contraq;,cum his,quæ aciẽ naturaliter innant, infigimus luminum radios:secretissima naturę vi inde proficit noster intuitus,ita profecto & cum voluptatis indiciis iniicimus oculos:animus voluptatis morbo fit sauciꝰ:sicut etiam cũ I
veris bonis intendimus,magna in anima per oculos emolumenta suscipimus. Est autem sanè iniquum & indignum,præterquam quod ad vitium per oculos vehitur,virginem,quæ manu contrectare non audet, ea iactu oculorum indifferenter attingere. Dux enim & præuius, ac
Si nescis, oculi sunt in amore duces. pronubus(vt ita dicam)oculorum iactus est eius,cuiꝰ manus ministræ sunt,tactus. Porrò hic ipse,qui per manus fit:illi,qui per amplexum,concubitumq; peragitur, feruenter obsequitur. Quæ igitur non euitauit luminum iactum,quantum in se est, ne manuum quidem tactũ polluta vitabit. Enimuero quæ huiusmodi amatorio tactu fuerit innexa, nunquam à sordida inquinatione munda reperitur. Sicut enim cum ignẽ tangimus,ignis indicia per impressas no-
ὁμοίωσις elegans. bis adustiones excipimus:impossibileq; est eum,qui ignem tetigerit manu,illęsam illam ab e- K
ius incentiua operatione seruare:cæterum aut bullæ repente tactum consecutæ turgescunt,ac doloroſa per feruorem & inflammationem vlcera mox rumpenda minantur, aut iam quoq; facta in manu acria visuntur vlcera:ita possibile nõ est,eum,quem ignis amor attigerit, eiusmodi tactum innocuum inuiolatumq; præferre, sed aut simili ratione bullæ per tactum manꝰ cordi clam subrepunt,atq; intumescunt:dirasq; amoris perturbationes feruentibus,& æstuãtibus,incontinentissimisq; agitationibus pariunt: ac peccati vlcera continuo rumpenda minantur,aut animum totum in intimis iam grauiter exulceratum indicant. Ignis enim ardẽs, inquit,est in omnibus membris. In quem vero superuenit:eum à radicibꝰ perdidit. Itaq; quo-
niam in membris omnibus ignis hic ardet,his qui corpꝰ aduſtione liberum seruare instituũt, L
membrorum omnium contactus cautè vitandus est,ne ardentem ignis operationem in mẽbro per tactum,non in ea solum parte,quam tetigit,sed in toto corpore: atque in anima ipsa
Assimili arg. suscipiant. Si enim dum caudam quis tantum serpentis attingit,caput, magna licet corporis prolixitate disiunctum,ad caudæ tactum repẽte conuertitur, & si digito pedis nostri impingente,capilli capitis mox in sublime feruntur: & vitioſus profecto contactus, etiam si manu tantum fiat,à capite tantum vsque ad extremos vngues ad cõsensum voluptatis pro eius, qui
Simili docet sensuũ continentiam tetigit,nutu pertrahit corpus. Ac sicuti lapis in aquam cisternæ coniectus,non solum adiacẽtem aquæ partem,in quam cecidit,agitat:verum orbes alios post alios perpetuis vicibus excitans,eos interdum ad vltimos lacunæ margines agitando perducit:ita & lasciuus obtutus,vel sermo voluptatis delinitus illecebris,in virginis animam, velut in vndam purissimam vehe- M
menter iniectus,alias post alias quasi in profundo cogitationes amatorias excitat:ipsamq; totam eius qui fecit imaginem sauciam fluctibus agitat. Quocirca summo studio oportet virginem aspectus vocisq; blanditias vt pestiferæ,ac perditæ voluptatis illecebras à sensibus suis quàm longissimè arcere:& aurem quidem intus castissima cogitatione, oculos vero cautissima auersione munire. Non ignoret sanè prudens virgo, si huiusce lenocinia per aspectus atq;
A simili itidem argum. aurium transitum in animam semel irruperint,fore vt manu quoque accedente adiutrice adiritamenta voluptatis opus suum omnino cum temporis progressu perficiant. Sicut enim cũ legione militum vrbis custodiæ præfectus miles, dum domum sibi ad manẽdum per gyrum circuies quærit:& aut vi exclusus à ianua,aut arte aliqua à domino domus eiusus, se aliorsum conuertit:

A conuertit:aut occupato primo ingressu facile ad interiora penetrat, quippiam ex armis illic suis,lanceam scilicet aut galeam, clypeúmve deponit:ac licet sociorum gratia egressus foris interim esse videatur:potestate tamẽ intus est,obq; id,quod ex armis suis ibidem posuit: propriam,suiq; iuris,ac sociorum,quos paulo post secum introducturus est:iam fecit domum:ita profecto & voluptatis ac peccati miles atrox domum tibi per circuitum quærens,aut à primo aditu exclusus aliorsum vertitur:aut anticipans facilem per sensus ad intima transitum, & ali quid armorum suorum,id est,vel aspectus lanceam per oculos eminus vulnerantem, vel galeam,sermonem scilicet voluptatis opificem per aures penetrantem,vel manuum tactum instar clypei cuiusdam corporis totum ad voluptatem concitantem in anima virginis ponens,
B & si foris esse videatur, peccati perpetratione nondum inquinato corpore, potestate tamen intus est:per arma ibi depoſita vitians mentem: & propriæ iam voluptatis aliarumq; perturbationum domicilium præcipuum animam,quæ horum quippiam susceperit,faciẽs. Obstruẽdus est igitur primꝰ per sensus satelliti carnis ingressus:sensusq; ipsi vt ianuæ ac fenestræ cordis seris ac vectibus vndique firmandi,atque muniẽdi: ne per aliquem illorum versutus ascẽdens,mortem,quæ contubernalis eius est:secum vnà introducat. Mors enim,inquit,ascendit, Sensus, fenestræ animæ ex collatiõe per fenestras vestras. Reuera enim sensus fenestræ animæ sunt: quibus anima siue vt pudica mulier,exteriorem sensuum lucem ad cõsiderationem vtilis cuiusque rei, eas modicè casteq;
C aperiens,haurit:aut attonita ad exteriora quæque,ac noxia curioſè spectanda, velut impudica meretrix prospicit ad oblectamenta lasciuiæ: ceruicem malè contorquens: ac per hos suauia,& læta hauriens. De fenestris enim, inquit, ædium suarum prospiciens quemcunque viderit stultorum filiorum,adolescentem mentis impotem:ea loquitur, quibus iam propter lenocinia sensuum se ipsam totam ad lasciuiam atque impudicitiam soluit. At vero quæ pudica est,intus in corde veluti in domo sedem statuens, atque inde sensus cogitationesq; diiudicans,si quid vtile,virtutiq; congruum,& omnium perturbationum labe purũ influat: introrsum suscipit:si quid autem inutile,atque à virtute alienum: hoc extra fenestras suas obseratas prudentiæ manibus sapienter excludit. Non itaque conuenit ei, qui peccata concubitus superare proponit,huiusmodi periculorum implicari atque inuersari lapsibus. Nam & vocis & lu
D minum tactus ad eum,qui per manus fit,occultè progreditur. Hiq; simul omnes sibi inuicem cathenæ more connexi,eius,qui in congressu sit,contactus pronubi efficiuntur. Non igitur solus carnalis copulæ tactus virgini virgo seruandus est: verum & genus omne multiplicis tactus,ex quo species omnis per sensus virgini nascitur,integrum,atque incorruptum diligentissimè seruare debet:vt emissas eminus scintillas per oculos & vocem,ac reliquos voluptatis indices motus contrariis pudicitiæ extinguens flatibus,& eam,quæ ex hisce succenditur, flammam vnà prudenter extinguat: imò ne initio quidẽ voluptatis incentiua suscipiat: & nunquã penitus in carne ardẽtem flammam voluptatis admittat: virgo igitur sit virginis & auditus,
E & visus,& tactus denique,motusq; omnis. Ornanda item est veræ virginitatis tota pulchri- Scopus quis virginalis ornamenti. tudo:vt,neque si adsit,gloriari naturali specie appetat:neque si desit, illam sibi cultu exteriore conquirat. Turpe enim profectò est,& incongruum virgini,atque ab ea quam profitetur,integritate prorsus alienum,aut traditis sibi ad speciem ab autore ornamentis gloriari:&,vt dixi,corporalem pulchritudinem ostentare,pluresq; carnis post se amatores trahere, ac solicitare ad communem lapsum:aut,si careat naturali specie,quæ intuentibus iritamentum voluptatis est,ornatum extrinsecus quæsitum sibi studioſè admouere. Neque enim prior illa pudicam versare cogitationem deprehenditur,quæ in autoris opere, velut in suo gloriatur: atque in id certamen, in quod ne inducatur,à domino per orationem petit:Ne nos,inquiens,inducas in tentationẽ:dum post se trahit amatorum greges, sponte seipsam & apertè compellit:
F Ne secunda quidem castum possidet pectus,dum quam non accepit in corpore voluptatis illecebram: eam formis coloribusq; fucatis contra seipsam exprimere nititur: vtraque vero, dum nescit,traditum à deo munus præter destinationis suæ propoſitum violat: speciosa quidem,quia pulchritudinem animæ per corporis speciem inquinat: quæ vero deformitatẽ corporis,præsidium seruandæ virginitatis acceperat, quòd hanc in sui perniciem adulteris fucis traducere in speciem summa improbitate molitur. Contra vero oportebat illam temporalẽ aspernari pulchritudinem:eaq; non ad impedimentum decoris intimi, sed ad congeriem atq; adiumentum vti,& amatores corporis ad animam tota intentione transferre. hanc vero, vt qua nihil minus ex his,quæ veraciter bona & honesta sunt,esset adepta:eam, quæ putatur deformitas,vt tentationum quietem,tranquillitatemq; spiritalis vitæ, ac viaticum insenescibilis de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis decoris amplecti. Aeternis quippe frui, atque immortalibus bonis, tanquam propriis virtutibus æqua hæc ratione cum priore decertat, corporalium quoque priuilegiorum nihil illa suo tempore minus habitura. Cuius autem rei gratia mortalem illæ perſequantur ornatum, anceps ſententia eſt. Nam, ſiquidem, vt virginitatis opitulentur inſtituto: ei quod profitetur repugnant, dum per eiuſmodi ornatum plures contra ſe aucupes iritant. Sin vero vt formoſæ videantur: profecto ratione caret, ſi eis fruituræ non ſunt, à quibus opinione affectatæ pulchritudinis expetunt, eam curam, ſolicitudinemq; ſuſcipere. Quòd ſi vt his etiam fruantur, quibus placere ſtudent, †in baratrum ſe delapſas apertiſſimè nouerint, ac pro virginibus meretrices continuò habendas. Niſi fortè gemina concupiſcentia diſtractæ trahuntur, vt ſcilicet & externis amatoribus exatiari cupiant: dumq; id conſequantur, faciem concupiſcentiæ communis illecebram efficere ſtudeant, & intimo ſe amatori verecundiæ, ac metus reſeruēt cauſſa. Neque enim poſſibile eſt puram & ſimplicem eſſe talium conſcientiam, quæ exteros amatores ad corpus arte & compoſitione pelliciunt, & ſponſo intimo ex dimidio placere volunt. Neque iam erit voluntas earum atque ſententia ſibimet æquabiliter conſona, quæ veluti in confinio poſita ad amorem interni amatoris, externiq; ſcinditur. Nemo enim duobus dominis ſeruire poteſt. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, exteriorem ſcilicet, cui per ornatum placere quærit, & interiorem alterum contemnet. Quæ vero innupta eſt: ea, quæ domini ſunt, ſolicitè curat, quomodo placeat domino: ſicuti & nupta curat quæ mundi ſunt, quomodo placeat viro. Et diuiſa eſt, & mulier, & virgo. Nempe enim poſſibile non eſt & interna curare quomodo placeant, & foris ad ſpectatorum voluptatem veluti in ſcena comi. Verum vt is, qui in ſole magiſtrum alloquitur, non magnopere curat intueri vmbram manuum ipſius motum conſequentem, totiusq; formæ lineamenta imitantem, ſed totus ex ore præceptoris pendet: ita & virgo nihil penitus †lineamenta corporea, formoſa illa ſint, an informia, curans, ſed illa & quæ illorum ſunt irridens, & ad præceptore ſponſumq; ſuum tota intentione conuerſa, hunc ſemper in luce candidiſſima per vitæ conuerſationem alloquitur: ſolicita quippe eſt quomodo placeat domino: placet autem, ſi ſe illi talem iugiter offerat, qualem ipſe fingere voluit. Non ſolum igitur ornari virginem non decet: aut impudicis luminibus fucatam formam ad lenocinium voluptatis ingerere, ſed amore puritatis intimæ, naturalem quoque pulchritudinem pro viribus obnubere, ac dedita opera extinguere. Quia enim, iuxta ſuperiorem rationem, blandimentum cupidineæ voluptatis eſt fœmina, & maſculo laſciuioribus oculis ad ſe inſpiciendam illecebram naturaliter ſuggerit, ac liquidiore voce ad oblectamentum auris, organi inſtar efficta eſt: membrorumq; inſinuata mollitie, ac toto prorſus corporis habitu, & motu ad ſeductionem formata voluptatis (nō modò enim loquens mulier & intuens, verum ſedens quoque & incedens, ob inſitam ſibi naturaliter aduerſus maſculum vim, hunc ad ſe eminus † attrahit, non ſecus, ac magnes lapis ferrum) idcirco ſumma ope contendat virgo neceſſe eſt, ne vllis voluptatis laqueis irretiatur. Imitetur itaque vocem obtutumq; virilem, inceſſuq; & omni prorſus habitu ac motu corporis voluptatis illecebram vitet. Non ſe patiatur ſancta virgo (id enim repetens iterum iterūq; monebo) ſubiici carnalibus curis: neque in ſuam aliorumq; perniciem carnalia ornamēta cōquirat: ſed ad firmam ſe, atque conſtantem virtutis ſpeciem pudicis geſtibus virilique robore ſubrigat. Ita enim fœmineam in ſe voluptatem perimet, ſuæq; iam conditionis ac naturalis ad virum habitus prorſus oblita, pudicè aſſueſcet caſteq; procedere. Neque enim paſſim, licentèr que procedet: nec ni ſiquæ virgines conſeruat neceſſitate cogatur, aliorum ſe domibus ingeret. Verum motus omnes ſuos ad interni arbitri nutum ac regulam dirigens, moderatore proceſſuum ſuorum mandato domini ſemper vtetur, ac ne incongruo tempore progrediatur, competentem ſibi diei partem cautè ſeruabit. Neque enim quia ſcriptum eſt, infirmus eram, & non viſitaſtis me: & cætera, cœleſti ſalubriq; mandato ad diſſolutionem ſuam, ac probrum abutetur, vt horis quibuſlibet temere prodire præſumat: & improbè atque intempeſtiuè per vicos omnes volitando diſcurrere, intuendámque ſe cunctorum oculis petulanter inferre, nec bonum domini mandatum non competenter vſurpans, ad ſui ipſius reprehenſionem malè inuertet, neque vſquam omnino ſine ratione prodibit. Cæterum habita diligenti ætatis ſuæ ratione, non temerè progredietur, ſed intra annos adoleſcentiæ poſita ad eccleſiam tantum, ne tum quidem ſola & incomitata procedet. Quòd ſi ex mandato domini aliò fortaſſis ire cogetur: id quoque ſignificabit comitibus propoſiti ſui atque cuſtodibus grauibus fœminis. Neque enim temerè † gregalem eſſe virginem decet, quæ nuptiarum vincula fugit, neque paſſim

Virgini corporis cultus q̄ vitandus.

ὡς τὸ ἐναντίον.

Arg. à ſimili

† τῶν τοῦ σώματος εἰδώλων.

μέλαγμα ἡδονῆς ἀρρενι θῆλυ.

† μαγγανίνει.

Collatio fœminæ ad magnetem

Virgo mandatum dei præſtituat ſibi aurigá in omnibus.

† οὐ γὰρ ἀγελαίαν δεῖ τὴν παρθένον

A paſſim quò velit incedere, quaſi ideo renuerit virū: non vt immortali ſponſo ſemper aſſideat, ſed vt in poteſtate habeat quocunque velit malè libera & vaga diſcurrere. Nempe enim virgo non ideo viri connubia reſpuit, vt vitę arbitro ac teſte careret: ſiue vt zelotypia libera vbilibet verſaretur vt vellet, ſed vt voluptates carnis partusq; dolores, & laborioſiſſimam curarum ſecularium molem erumnoſamq; ſolicitudinem fugiens, ſub iudice & teſte deo, virtutis zelotypo vitam ſuam ad incorruptionem diſponeret atque dirigeret. Deus enim, inquit, zelator ſum: zelans eum ſcilicet, qui meam in vobis ſpeciem corrumpere atque adulterare molitur. Nam ſi abiecto viri iugo, & ei vitæ, ad quam condita eſt, curæ ſcilicet domus, & generationi filiorum inutilis, & virginitati quam profitetur, probro futura erat, atque ex eo prorſus
B ſummam paſſura iacturam, quòd & animam improbis cogitationibus, & corpus laſciuis motibus inquinet: præſtabat illi profectò coniungi viro, qui ſe moderaretur ad vitam, eiq; commodum adiutorium ad curam domeſticę rei in recompenſationē regiminis ſui viciſſim perſoluere: educare liberos, & ad ſucceſſionem generis, & ad ſolatium ſenectutis, atque vna ſaltē ex parte propter zelotypiam viri, quantum fas eſt, deo ſeruare ſe virginē. Eas quippe, quæ per vicos ac domos libere volitant: indiſciplinatas eſſe, non virgines, veritatis ſermo denuntiat. Otioſæ enim addiſcunt circuneuntes domos. Non ſolum autem otioſæ, ſed & nugaces & curioſæ, loquentes ea, quæ non decet. Quòd ſi viduam quæ viri iam experimentum cepit, viro-
C rumq; in oculis verſari conſueuit, indecens eſt linguam ac pedes paſſim mouere, ne prædictis criminibus teneatur obnoxia: longè ſanè indecentius eſt virginem, quæ verecundiæ ad virū nunquam exuit tunicam, honeſtam ac pudicam non ſeruare linguam, greſſumq; ſuum ea diligentia non moderari, vt nunquam illum niſi ad vſum neceſſarium atque vtilem proferat. Il la nanque tantum loqui virginem decet, quæ audiētium animos iuuare poſſint, & per ſermonis puri veritatem atque rectitudinem ad intelligentiam diuinarum rerum vbertim inſtruere atque exornare: fluētum quippe ſermonis, quod miniſterio linguę ad exteriora deducitur, fontis, ex quo manat, index ac teſtis eſt. Ex corde enim exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, & cætera: ex quibus fructibus arbor agnoſcitur. Vera igitur virgo, ex morum puri-
D tate tanquam ex vitreo fonte, ſermonem ſuum lucidum, omniq; inquinationis agitatione purum effundere tranquille debet: qui non modò nihil noxium aut ſubdolum, & quod ſenſum ad voluptatem demulceat, importet: verum ne otioſum quidem ac ratione vacuum, atq; ideo rationali anima indignum. Omne denique verbum, quod ex virginis puriſſimo hauritur fonte, veluti incorruptionis poculo implere auditoris animam debet: eam ipſam, à qua proficiſcitur, itidem recreaturum. Talem itaque ſe exhibeat virgo, dum loquitur: ſi quando tamen loqui opus erit. Diligenter enim obſeruandum eſt, cui, quomodo, & quando eam loqui deceat. Nam neque paſſim quibuſcunque obuiis conuenit, ſermonem virginis fluere, neque rurſus his, qui ſunt digni veneratione, inſolenter & inuerecūdè nudari: neque, ſi careat vtilitate, cōtra propoſitum ac præter dignitatem virginis fundi: neque, ſi qua hunc vtilitatis ratio ex ore
E virgineo neceſſariò efflagitauerit, eius rei gratia liberius, quàm virginali pudori conueniat, oſtentandi cauſſa profluere. Verum vbique & perſonæ, & vtilitatis, & temporis diligens illi ratio habenda. Cumq; neceſſario loquendum erit, multo pauciora, quàm audiet, referet. Nā-
que & natura loquendi, audiendique modum ad proportionis regulam metiens, duas aures, linguam vnam nobis effinxit: quaſi & duplū diſciplinæ cauſſa audire debeamus, & ad ea quæ rogamur, ſeſqualtera proportione contractum referre ſermonem. Caſtigata itaque locutione prudens virgo vtetur: cumq; tempeſtiuè quempiam oportuerit alloqui, multo audiet plura, quàm dicet. Omnisque ſermo eius, cum procedet ex labiis, ſolam vtilitatem audientium feret. Aut, ſi interrogandum fuerit, inſtruendi animi gratia, ſobriè ex ore ac verecundè prodibit.
F Aliâs vero intra cordis ſui ſecreta cubilia quieſcet: id iugiter atque plus aliis orans: Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labiis meis. Atque in hunc modum os ſuū orationibus muniet. Nec minori ſanè ſtudio aures obſtruere curabit, ne quicquam in eas malum ac noxium influat: auditúmque ſuum mente ac ratione frenabit: in auris ac linguæ quiete dominum aſſiduè deprecans: Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Enimuero illud longè abſurdius eſt, & his quæ dicta ſunt, merito cenſetur indignius, atque à virginali inſtituto prorſus alienum: virginem non ſolum hirundinis in morem volitare per domos, ſed & nuptiarum miniſtram ac pronubam fieri. Honorabiles quidē nuptiæ in omnibus: verum aliis ea cura, non virgini competit. Neque enim illi expedit, propoſiti ſui relicta ſemita, in triuiis ſeculi vulgaribus turbis paſſim miſceri. Alia eſt enim via nubentium,

Meli⁹ eſt nūbere, q̄ non ritè ſeruare virginitatē.

Cuſtodia linguæ.

γνώμη trala ta à fluēto & fonte.

Aures duas & linguam vnā, cur, homini natura indulſerit

γνῶμαι.

Universidad de Deusto
Biblioteca

†τῶν γαμικῶν ὑποθέσεων.

bentium,alia ſemita virginitatẽ profitentiũ:Et diuiſa eſt virgo & nupta.Recedat igitur virgo G
à † nuptialibus curis:immo ne cauſſa quidem ſit aliis nubendi, ſed aliis, quibus inſtitutum eſt
carnales ambire ſponſos,eiuſmodi ſtudia relinquat.Illæ ad ea concilianda connubia,ſi ita vi-
debitur,vacent:ſancta virgo quæ cœleſtem ſponſum flagrante charitate ſuſpirat, ſi pio nubẽ-
di amore detinetur,cœleſti potius ſpõſo immaculatas atq; integras virgines iungere ſtudeat:
laborent illæ circa mortales thalamos:iſta cum prudentibus accenſa lampade circa immor-
talem ſponſum feſtinans tripudiet:illum ſequens iugiter, atque ad virginitatis gloriã ei & ſpõ-
ſas alias copulans.Eſt enim re vera inuerecundũ,plenúmq; dedecoris, cum ſoleant quæ ante-
quã vitæ coniugalis moleſtias planè perſpicere per ætatẽ poſſent,præuentæ ſunt cõnubiis,in-
nuptas,vt huiuſmodi curarum experimẽta fugere nitantur, ſumma cũ beneuolentia hortari, H
proponentes immortalis ſponſi gloriã:quãtaq; ſit illarum dignitas, quãta & in præſenti & in
futuro ſeculo felicitas,quæ illi deſponſari meruerunt, admonentes, atq; ad virginitatẽ omni
ſtudio tuendam,eas prouocantes:virginẽ econtra carnalis coniugij pronubã fieri,atq; huiuſ-
modi negotiis addici.Cõtra ſanè q̃ ille(vt mihi quidẽ videtur)ſentire ſe,per ea,quæ gerit,inſi-
nuat.Nãq; virginitatis profeſſione præuenta,pudoris cauſa ſe ad eã componit vel inuita.Af-
fectu tamen ſuſcipiens nuptias,ac pœnitens ea ſe voluptate priuatã,ex iis quæ agit,quanto ea-
rum in intimis flagret amore,nõ mediocriter indicat:quaſi nubentibus apertiſſimè oſtende-
re intendẽs,congratulari ſe illis,q; huiuſmodi voluptate fruituræ ſint. Cum itaq; virgo & vi-
ta & inſtituto à nupta diuiſa ſit,nõ ignoret quæ nã ſe agere vtiliter deceat,vt integrã atq; illi- I
batã per omne opus virginitatis pulchritudinẽ ſeruet: ne paſſim ſe atq; indecenter effundens,
per ea quæ gerit,caſtitatis propoſitum violet.Sed enim quæ vera virgo eſt:ea, quam diximus
diligentia in locutione,ſilentio proceſſuq; ſe obſeruabit.Oportet quippe illam non indiſcuſſe,
neq; ſolam,ſed iuxta eam quam præfiximus,normã cũ mulieribus ætate prouectis,& vitę prę-
ditis integritate,procedere. Neq; vero vſquam in vicis & plateis, vbi turpium flagitioſorũq;
hominum conflari cœtus conſueuit,ſacra virgo cernetur. Verum captata cõgrua proceſſio-
nis hora,talẽ ſe & habitu & inceſſu & toto corporis motu exhibebit: vt qui illi fortè obuij fue
Virgini q̃ o/lim delatum ſit, velut dei ſimulachro. Simile elegans. rint,ac ſi viuum dei ſimulachrum aſpicientes, faciem ad reuerentiam atq; ad admirationem
ſanctitatis inclinent:honeſtæq; virtutis admoniti, mentem pudicam & ſobriam referant:ve-
nerantur,inquam,aſpectum virginis,atq;(vt dixi) tanquam diuinæ imagini reuerenter de via K
cedant.Quemadmodum deniq; ſatyrorum cõſpectæ imagines riſum intuentibus mouent: ac
ſicuti aliæ mœſtiores effigies cernẽtium & animum, & faciem triſtium imaginationibus cõ-
fundunt:& ſicut nihil horum,cum mouetur,intuentium faciem in ſuũ traducit affectum: ſed
quòd in immota imagine aſpicitur: in illa immobili forma cernentiũ animos mouet atq; ad
ſui imaginem dirigit:ita & virgo caſtitatis imago, immo ipſius virtutis effigies etiã cõſpecta
ſolum,ad dei conſiderationem humanos mox conuertere,ac mouere debet affectus. Feriatur
itaque impudicus quiſq; animo ex aſpectu virgineo pulcherrimæ caſtitatis admonitus: remi-
niſcatur quiſque protinus dei, dum eam cernit effigiem, quæ ſe ad eius perficienda mandata
ſemper exercet,atq; vt breuiter dixerim,omnium aſpicientium virginem, & affectus, & ani- L
mus ad virtutis transferatur amorem,omnes ex allocutione eius grauitatem & compũctio-
nem animo referant.Nullus tanquam ſatyri, aut voluptatis delicatam ac pictam faciem in-
tuens effundatur ad ſcelus:ne & illi probrum,& ſimulatæ virginitatis aſpectu, & ſibi maioris
interitus cauſam ex contubernio virginis imprudẽtis acquirat.Diuinæ igitur imaginis(vt ita
dixerim)prominente figura ſeſe virgo omni genere virtutis exerceat,atq; à ſeculi curis faciat
prorſus alienam. Ita enim à corporis voluptatibus animam ſegregans, animumq; totum ad
amorem cœleſtium intentiſſimè dirigens, omnia,quæ in mundo ſunt, iucunda calcabit: nec
modo feret his,quæ dulcia putantur & ſuauia,non perfrui: verum & earum perpetuas erũnas
miſerabitur,quæ temporalibus his moleſtisq; voluptatibus addictæ ſunt. Nẽpe enim eius quæ M
nupſit,multiplices(vt ſic dixerim)mortes,quas illa indies patitur,è regione cõſiderãs, ſibi ipſi
profectò propoſitoq; ſuo gratulabitur.Nã quæ mortali connubio cõiuncta eſt, ad ſuam ipſius
curã viri quoq; altera adiecta,geminam in vna anima ex coniuncto ſibi corpore ſolicitudinẽ
Coniugij moleſtiæ neceſſariò ſuſtinet.Nec iam vnius tantum corporis laborat gratia: ſed in vna (vt dixi) anima,
& ad ſuum, & ad viri corpus curandum iugiter intenta diuiditur: vbi vero filios poſt cubi-
culi ſolennia, & ſecreta commercia, parturire atque in lucem edere cœperit: per vnum-
quenque naſcentem animo ſcinditur: & præſentibus triſtibus naſcituri cura ſemper adiici-
tur. Ac ſiquidem virum bonum blandumq; nacta fuerit: perpetuò ne moriatur, metu vi-
duitatis,

A duitatis, incommoda, cruciatúsque iam ſuſtinet: diram quandam, & immitem curam, &
præſente illo & abſente, propter inſperatos caſus, animo indeſinenter excipiens. Sin vero
contrà, duro, & immiti fuerit coniuncta: tota quidem vita illi cruciatus eſt: & cum pudi-
citiæ ratione neutrum queat eligere: id eſt, nec viri mortem, propter viduitatis anguſtias:
nec vitam ob moleſtiam incommodúmque conuictus: ancipiti atque ineuitabili malo, a-
cerrimísque doloribus ſemper atteritur. Inde vbi filios edidit: aut ad bonam illi frugem
euaſerunt: & maiores ex illorum abſentia dolores iugiter tolerat, quàm parturiens tule-
rat,aut malos euaſiſſe conſiderat,& maius ex ea procreatione liberorum, quàm ſi permãſiſſet
B ſterilis,opprobrium ſuſtinet.Sæpe antequam prædicta experiatur incommoda,vna & ſpon-
ſa,& vidua efficitur,ac ſine liberis in viduitatem delapſa,nec vxor iam, nec virgo, nec mater Aenigma in viduã infœ-
eſt.Sic profectò omnibus,quæ putantur læta coniugij ſimul amiſſis,breuiſſimo voluptatis ſen cundam.
ſu,irrecuperabilem virginitatis perdidit florem: coniugiiq; tantum ſolum modo experta eſt:
quantum illi ſatis eſſet ad dignoſcenda viduitatis incommoda. Quòd ſi relicta vidua pupil-
los enutriat filios:eius,quem ex viri morte perceperat mœroris iuge illos monumentum cer
nit,& ſemper in lacrymis,ſemper in gemitu,ſemper in ſolicitudine educãdorum degẽs, nul-
lum præterito malo ſolatium inuenit.Præterea & propinquis,& famulis, & filiorum curato-
ribus,ipſiſq; poſtremo etiam filiis,vbi virilitatis annos attigerint: cunctisq; omnino ſe vexa-
C ri volentibus ad prędam miſerabiliter expoſita,doloris,luctusq; tragœdiam,vitam ſuam om-
nium ingeret oculis.Et quid plura perſequi neceſſe eſt:dominum ſibi cum dote infelix mulier
coëmens virum,ancilla pro libera efficitur:breuiſſimęq; voluptatis gratia naturali libertate ſe
priuans,ianuam ſibi ineffabilem dolorum, perpetuiq; mœroris per huiuſmodi connubium a-
perit.Manet enim immota maledictionis aduerſus illam prolata ſentẽtia:quæ per omnes nu
ptias veluti epithalamium ita canit:In doloribus paries filios,& ad virum conuerſio tua, & ip
ſe dominabitur tui. At vero prudens virgo iugum huiuſmodi ſeruitutis abiiciens & tota in- Virginitatis cõmoda ex collatione nuptiarum.
tentione ad dominum currens,vnà dolorem quoque qui ex maledictione intentabatur, ab-
D rupit.Effugit quippe partus anguſtias:effugit mortalis viri miſerum iugum:ſimúlque incom-
moda omnia quæ ex nuptiis prouenire monſtrauimus. Effugit item peccatorum omnigenũ
inextricabiles nexus:& retia vitæ præſentis euaſit. Effugit ante omnia carnalis cõmercij cor-
ruptelam,& integra tota atque illibata anima quæ & corpore ſancta,æterno regi ſe læta deſpõ
dit:nec iam ad mortalem virum conuerſionem ſuam fieri patitur,ſed frugi perſeuerans,ſe in
vitæ conſtantia & honeſtate coram domino ſemper exercet. Quippe coniugij finem corru-
ptionem & iniurias eſſe conſiderans, ex ipſo fine totam nuptiarum tragœdiam prudenti ra-
tione collegit:declinansq; primam triſtium cauſam,manãtem quoque ex ea preſſuram ſimul
effugit.Idcirco quæ innupta eſt,cogitat ſolicitè quæ domini ſunt,quomodo placeat domino.
Quæ autem nupſit,quæ ſunt ſeculi,ſolicitè curat,quomodo placeat viro: & diuiſa eſt & mu-
E lier & innupta.Et virgo ſolicitè curat quæ domini ſunt vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.Cum il
la igitur,quæ ſecularia cogitat mortali ſcilicet cõiuncta viro:curas cogitationẽsque partitur,
eíque ſeculares rerum corruptibilium ſolicitudines linquẽs, ſibi immortalium & incorrupti-
bilium quæ ſponſi ſui familiares ac propinquæ ſunt, ſeruauit. Quocirca nihil eorũ quæ ſeculi
ſunt,curare deprehenditur:ne videatur occupaſſe alterius partes.Sed curis omnibus ſeculari-
bus libera,puriſſimo & quietiſſimo animo ſe ad ſponſum ſuũ tota intentione conuertit. Neq;
enim viri ſui diffidens † viribus circa vitæ neceſſaria,vt prior illa turbatur atque diſtrahitur, πορισμῆ τῆ, δωμάτι.
ſed ipſius & ſummæ in ſe charitati & ſufficientibus ad omnia viribus freta: nihil aliud quàm
vt illi placeat curat,per quæ hanc ipſam placẽdi ſibi curam, eximiam eius ac ſemper ampliо-
rem in ſe beneuolentiam attrahit.Quid autem eſt placere virginem deo, niſi naturalem ſpe-
F ciem ſuam virtutibus exercitij ſpiritalis coruſcam ſemper oſtendere, & eam iugiter integrã
intemeratámque ſeruare?Velle itaque placere deo,nihil eſt aliud quàm laudabilem ſeipſam ac
beatam & ei ſimilem pro viribus facere. Verum enim quæ ſic cogitat quomodo placeat deo:
nõ illi,cui placere quęrit,per eam curam lucrum comparaſſe, ſed ſibi magis per hoc ſtudium
decorem incorruptibilem atque immortalitatem acquiſiſſe deprehenditur.Porrò ſi adeò ſunt
eximia virginis lucra & per eam quam ſuſcipit curam cogitans quomodo placeat deo ſibi ip
ſi prodeſt,efficitúrque beata,minimè profectò conuenit vt quæ mũdi ſunt, cogitare vnquam
inueniatur. Neceſſe enim eſt, vt eo ipſo curam & cogitationem placendi domino negligat:
quo ea quæ ſunt ſeculi cogitat,arguatúrq; rectori ſuo, gubernatorique diffidere. Neque enim
poſſibile eſt & illi confidere,tanquam ad omnia ſufficienti & ſecularium rerum diſtendi cu-
ris,ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris, sed si solicita est, quomodo placeat domino scire profectò debet, quia & ipse in nullo li- G
cet obnoxius, quomodo sponsæ suæ placeat, curat. Nam si mortalem virum vitæ suæ præ-
sidem atque custodem nacta mulier, suæ circa illum curæ & obsequij præmium, ipsius in o-
mnibus gubernaculum & regimen vicissim recipit, quanto magis quæ deo gubernationem
sui tota fide permisit, & cum illo simul viuere semper eligit, copiosissima suæ circa illum cu-
ræ præmia, ipso sibi per omnia prospiciente, susscipiet? Habet autem fidei pignus ex ipsius
præcedente prouidentia. Si enim cum necdum sibi placere quæreret: tantam erga illam o-
stendit charitatem, vt se pro ea promptè ac libenter offerret, vt eam suo sanguine sanctifi-
caret: multò sanè magis placere sibi cupientis curam habiturus est: & cum his quæ sibi ad ve-
ram & æternam vitam conferunt: mortalis quoque vitæ stipendia illi prouisurus. Nō autem H
vltra vrgentem necessitatem indulgebit delitiis domini sponsa, neq; vt voluptati studens mu
lier, superflua minusq; necessaria requiret. Neque enim vel illi dare conuenit quæ sponsæ cha
ritatem intercipiant ad voluptates corporis se conuertentis, vel sibi ea expedit accipere quæ
sensum suum à spiritali occupatione atque ab amore intimo auocent. Verum ea tantum quæ
seruandæ vitæ sufficiant, prudenter expendens, nihil amplius inquiret. Neque vero vnquam
per necessariorum indigentiam, etiamsi experiendæ dilectionis eius eam conteri sinatur ine-
dia, pusillanimis effecta murmurabit, sed omnia credens, omnia sperans, omnia sustinens, ei
quem diligit tota animi intētione coniuncta, & verissima charitate affixa, etiam dum in ex-
teriore homine agit, emortuo iam, & quodammodo sensuum officio priuato: iugiter absque I
Collatio distractione vlla ipsius pascetur immortali alimonia, pulchritudineq; satiabitur. Fit sæpe vt
qui mortalem ardet & corruptibilem speciem, non modò pecunias, omnemq; substantiam a-
moris gratia largè profundat, sed cibum etiam & somnum & vestem & habitum & omnem
existimationem, corpus denique ipsum & corporis vitam dum solo potiatur amore, cōtem-
nat: parietes item & domos, omnesq; medios obices audacter ascendat: contra ipsos denique
districtos gladios feratur insaniens: ac nisi solito cultu incedens perfrui amore possit, obmis-
so eo, vilissimo & inhonesto habitu præter dignitatem suam vt solum sequatur amorem, cum
voluptate etiam serpendi molestiam ferret. Ita fermè & qui deum veraciter diligit, ac solicitè
illi placere quærit, non solum pecunias & opes vt amato satisfaciat & mādatis illius obtem- K
peret negligere & aspernari debet, verum vt cibum necessarium, & somnum & exteriorem ha
bitum, seculiq; fœdam profectò & inanissimam gloriam, corpus ipsum denique vitamq; cor-
poream vt cœlesti amore saginetur, tota intentione contemnere. Parietes præterea carnalis
propinquitatis & parentum domos omnemq; medium mūdum transilire, & ad martyrij gla-
dios, si se præstet occasio perniciter currere, ac nisi consueto habitu viuēs, amore æterno frui
possit: ignobiliorem assumere plurimaq; mundi improperia cum voluptate tolerare iustissi-
mè optabit, vt diuina, si ita dici liceat, insania sapienter insaniens, eo qui verè & summè ama-
bilis est pro affectus sui desiderio fruatur. Huiusmodi profectò amatorē ad se de terrenis per-
turbationibus euocās hic ipse qui tam suauiter salubriterq; diligitur, ait: Exi de terra tua & de
cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Ille vero* vt L
*ὡς ἂμὴ ἐπόθει ἰδών. ἀλλ᾽ ὑπέμ. quod cupiebat aspiceret, promptè libenterq; sequebatur, & amoris gratia * errare iucundè to-
lerabat, dicens: Quis nos separabit à charitate Christi: tribulatio an angustia? an persecutio? an
fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Nouerat ille vtique quoniam qui amat patrē aut
matrem plusquam eum qui verè bonus est, frui illo non meretur. Et qui non renunciat om-
nibus quæ possidet: adhuc autem & animæ suæ amicus & amator domini vocari dignus non
est. Quocirca germanum in illum charissimumq; affectum ostendere cum vellent hi, qui ea
tantum quæ illius sunt, cogitare pergebant: Ecce, inquiunt, nos omnia dimisimus & secuti su-
mus te, quid ergo erit nobis? Dignumq; illis amoris erga se præmium, iam tunc insinuans, di-
xit: Amen amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius M
hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim
tribus Israël. Et omnis qui reliquerit domum aut agros aut fratres aut sorores aut vxorē aut
filios, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Reuera iustū
ac rationabile fuit, vt qui opere amorē erga illum suum omni vitæ suæ tempore, puram, in-
Quæ virgo aspernari debeat Christi gratia. uiolatamq; monstrassent: præmia sudoribus digna reciperent. Huiusmodi amore flagrantem,
seculares opes & mortiferas suauitates atque delitias contemnere virginem decet, tempora-
lemq; gloriam & fastum & speciem corporis, pernicioſasq; calcare blanditias, ac proposito
firmissimo dominum sequi, ista secum perpetua meditatione voluentem: Mihi autem adhæ-
rere deo,

A rere deo, bonum est: poñere in domino deo spem meam. Sic profectò omnia, quæ seculo de-
ditis præclara censentur, qualia ea quisque appellare voluerit, & fœda & ridicula existimabit,
vnumq; solū bonum suum ambiet: atq; illud intentissima mentis acie cernet. Quippe & spon-
sus amoris erga se illi prę mia referens, siue illa ancilla sit, siue ignobilis, siue paupercula & ob-
scura, atq; in seculo penitus abiecta, cōsortio eā suo, & communione nobilitans, cœlorū regi-
nā facit, nec solo hanc munere immortalitatis honorat: sed exteriore etiā amictu, tanquā spō
sam suā accuratissimè ornato cōponit, & vario. Cuius admirans gloriā hymnorū cœlestium
cantor ad sponsum ait: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate:
vt quæ nunc pānosa seruiliq; habitu vilis habita est, in cœlestibus regnis regina & nobilis &
B honesta, ornatu vario regi adsistere inueniatur. Perquàm vero iniquū & indignum est, cū spō Eodē hortā-
sus nimia vi amoris impulsus, nobilitatē & diuitias spreuerit, ignominiaq; calcata, extremam tur, Christi
quoq; sit perpessus inopiam, vt nos illius paupertate ditaremur: spōsam immortalitatis cōse- exemplo.
quendæ causa, nolle pro se mortuo paria reddere, sed affluere delitiis, & in lasciuiā solui, & se-
culo configurari malle, ac renuere cū illo pauper effici, & humiliari, qui propter se factus est
pauper: vt ad proprias diuitias diuinitatis remeanti illi, quæ pauperi pro se effecto paupertatis
accesserit consors, diuitiarū quoq;, & regni in cœlis socia inueniatur. Despiciat ergo prudens
virgo quicquid oculis carnis aspicitur, quātumlibet id apud plerosq; præclarū esse iudicetur:
imo ne initio quidē dignetur aspicere, sed excessu quodā diuino, qualem ille passus est, qui in
C extasi dixit: Omnis homo mendax, à sensibus atq; à cōseruis excedens, nudo, & expedito ani-
mo amoris sui beatissima satietate fruatur. Caueat ne aut aspectū, aut motum aut sermonem
suū affectu nimis pudico in quēpiam ferat: motusq; omnes & animi, & corporis in sponsi sui
seruitiū redigat. Vbiq; enim ille eius intuetur cor: & motus omnes diligenter explorat. Nulla
igitur ex parte mœchari cōuenit virginem, non lingua, nō aure, non oculo, non tactu, nō vllo
deniq; sensu, multoq; minus animo: sed corpus quidem veluti delubrū quoddā, aut sponsi tha-
lamum aptissimè instruere atq; seruare: animā vero in hoc ipso vt spōsam nitidā ac purissimā
sponsi amplexibus iungere: diligenter enim ille omnia rimatur & discutit: non ea solum, quæ
mortalibus patent obtutibus, sed quæ in intimis animi recessibus latent: † ipsiusq; oculos nulla † ἢ οὐκ ἄντις
peccatricis conscientiæ latebra vnquā effugere poterit. Nā ille quidem, quæ mortalibus viris μοιχευομένη
D copulatæ sunt, quoties ad id nequitiæ proruperint, vt adulterij scelus perpetrare gestiant, vi- λάθοι τοὺ
rorum ingressus, atq; exitus solicitè obseruant, aspectusq; illorum, & aures callidè, quantū li- τον τὸ ἔμμε
cet, custodientes, adulterinis & verbis & nutibus aures atq; oculos ad impudicā voluptatem
furtim ac latenter exsatiant. At vero domini spōsa, cū eius neq; obtutus, neq; aures, neq; præ-
sentiā queat effugere: omnia in eius oculis gerit. Quapropter scire oportet virginē: quòd siue
sola aliquid loquatur, in sponsi auribus loquitur: siue sola quippiā agat, hoc illē diligēter in-
tuetur: siue cogitet quicquā, hoc in ipso cordis motu citius ille cognitum & exploratū habet.
Faciet enim, inquit, quispiam in abditis, & ignorabo? Et quomodo qui plantauit aurem, nō au
diet? Aut qui finxit oculum, non considerat? † Qui corripit gentes, non arguet? Qui docet ho- † ὁ παιδεύων
E minem scientiam, iste quo pacto non omnia agnoscet: cuius omnia nuda, & aperta sunt ocu-
lis? Idcirco homo peccati pro iniquitatis merito cæcatus, & seipsum fallens, dicat vt vult: Te-
nebræ operuerūt me, & parietes in circuitu meo Quis me videt? Quæ vero spōsi candidissimā
lucē semper in suo pectore susscipit: dignè pro ea, quæ sibi debet inesse sapientia, per singula ita
exclamabit: Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tene- ὑπιφανεῖται
bræ eius, ita & lumen eius. Probet igitur intuitū suū domini sponsa: &, siquidē sponso suo gra-
tum esse agnouerit, tūc iam illū plena fidutia moueat. Sin autē illi minus placere persenserit,
non se fallat, nec, quia nullus hominum videt, illum etiam latere se putet. Eadem ratione ser-
monem quoque suum, cogitationemq; diiudicet: membrorum quoq; itidem, ac digitorum per
F singula motū. Etsi illi placere peruiderit, secura ista iam moueat: sin aliās, eius vt supernè spe-
ctantis reuereatur semper obtutus. Si enim solicitè cogitat, quomodo placeat domino: nihil
eorū præsumere debet, quæ illi nō placēt. Quòd si, quia nullus hominum videt, fuerit vel ver-
bo, vel nutu fortasse procacior, maximè quidem eo ipso accusatrix est sui, quòd ipsa cogita-
tione dum latere se putat, conscientia tamen intus arguente mordetur. Deinde apertè depre-
henditur ad sponsi sui cæcutire dignitatem. Incorporeus enim ille cum sit, & susurri, & aspe- Nihil nō a-
ctus, & cogitationum atque intentionum cordis testis intimus atque arbiter semper adsistit: pertū ac p-
auersatúrque eiusmodi fallacem simulatámque sententiam & voluntatem. Et idcirco in pri- uium inter-
mis fucatam virginitatis speciem, & habitum odit: quòd quæ eiusmodi est, hominum ocu- no iudici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

los fallat: sponsamq; se illi iugiter exhibere putetur: cum neque sponsa ipsius, neque hominis G
apertè sit vxor: sed hæc profecto, dum opinionem virginitatis per exteriorem habitum ab ho
minibus captat, in oculis sponsi adultera est, ac præter adulterij scelus, quo in sponsum suum
peccat: impiè in eum contumeliosa est, quòd hominum plus esse verecundam, quàm ipsius fa
ciem iudicat: quando ante illorum oculos, ne existimationem suam fœdet, indecès aliquid a-
gere non audet, sub eius autem obtutibus, qui semper prẹsto est, sine vllo pudore gerit omnia.
Quasi igitur præsente sponso, & inspectante omnia, & audiente, virgo se habebit in omnibus.
Neque ideo quę domino displicent, perpetrare cauebit: quòd adsit vel vnus quem sui criminis
conscium habere vereatur: per quem prodi timeat scelus. Non, etiã si vir nõ adsit, sed mulier
aut puella aliqua ex ancillis quicquam eorũ præsumet, quæ vel ad ornatũ, vel ad amorem hu- H
manum pertinentia, domino displicent. Verum sola quoque nullo prorsus hominum teste,
nihil quod sponso suo indignum sit, agere vlla ratione patietur. Etsi enim adsit nemo, ipsa ta-
men sibi virgo adest, debetq; præ omnibus seipsam reuereri. Neq; enim quæ reueretur cęteros,
seipsam reuerentia indignam iudicabit: verum (vt diximus) seipsam primum, cõscientiãq;, suã
reuerebitur: etiam si valde sit sola, deinde astantem sibi custodem angelũ. Angeli enim eorum
semper vident, inquit, facie patris vestri qui in cœlis est. Neq; vero conuenit vt angeli eius, cui
credita est cura ac custodia salutis nostræ, faciem aspernetur homo: atq; in primis virgo, quæ
hunc ipsum castitatis suæ veluti paranymphũ, custodemq; habet. Præ cunctis autẽ ipsum spõ-
sum suum reuerebitur, sibi vbiq; assistentem, ipsiusq; patrem & spiritum sanctũ. Quid per sin- I
gula pergam: Ipsas angelorum infinitas multitudines, & vnà sanctorum patrũ beatissimos spi
ritus. Nullus enim ex his est, qui non singula vbiq; consideret. Etsi enim oculis carneis mini-
mè conspicui sunt: incorporeis tamen obtutibus ad agnitionem, cõplectuntur omnia, & cõ-
prehendunt. Et hac ergo ratione si latere virgo plures quærit, longè hos magis, qui tanti ac
tales sunt, quam homines reuereri merito debebit: Et quia multitudinis pauescit obtutus: hos
autẽ vitare impossibile est, qui sunt infinita multitudo: nihil vnquã indecens faciet: aut à pro-
posito suo alienum. Hæc igitur, atq; huiusmodi, dũ viuit, secum semper intentissimè cogitans,
vndiq; seipsam inuiolabiliter muniet: Memoriaq; repetens quia oportet nos manifestari ante
tribunal Christi, non modò quicquam turpe agere, sed & cogitare formidabit. Mens quippe K
nostra pictoris in morem, in anima, veluti in tabula cogitationes vt placuerit format†. Cũq;
ob gratiam liberi arbitrij sui iuris, ac libera sit, & nusquã ob incorpoream naturam suam, na-
turalemq; libertatem angustetur: sed quantam cupit, loci latitudinẽ semper inueniat: quęcun-
que velit, facile cogitationibus pingit. Inde quemadmodũ pictor, cum in gurgustio aliquo ta-
bulam historiæ varietate repleuerit: illam repente in medium proferens ablatis velamẽtis o-
mnibus, multitudini spectãdã proponit: nec iã quæ picta sunt, interpretari opus habet: sed spe-
ctatoribus omnibus futuro quoq; tempore picturam vt sese habeat, inspiciendam noscendãq;
permittit: ita ferè & mens post vitæ exitũ, sublato velamento corporis quo animæ tabula ob-
tegebatur, quã per omne vitæ tempus variis cogitationibus pinxit, quæq; in intimis recessi- L
bus fuerant picta: cunctis cernenda producit in lucem, videreq; in promptu est animæ tabu-
lam historiæ varietate plenam æquè ad intuendum cunctis expositam. Si igitur duinæ quædã
ex lectionibus sacris, cogitationibusq; probis expressæ cernantur historiæ: laudibus omnibus
& mens quæ pinxit, & animæ tabula quæ picturã susceperit, dignissima censetur ab omnibus: ita
vt præ dignitate picturæ, summaq; pictoris industria & arte, amoueri à spectaculo, auelliq; nõ
possint: cunctis per singula picturæ pulchritudinẽ, figuras, diuinãq; picturarũ rerum formam
admirãtibus, & eximiũ pictorem illum, ꝙ ritè vita vsus sit, & sub hoc amictu corporis die no
ctuq; huiusmodi picturas præter omnium spem venustiore manu, & arte animæ inscripserit
tabulæ laudãtibus. Sin vero turpes atq; indecoræ picturæ illæ visæ fuerint, probro atq; irrisio-
ne dignissimus pictor ille iudicabitur, cũ fortè contra q̃ sperabatur priusquã velamen animæ M
amoueretur: submoto corporis tegmine, cuncta repente deformia, fœdaq; apparuerint. Vbinã
quæso tunc se iste recipiet, quãdo ex collatione alterius, inter cogitationes se inuicẽ accusan-
tes, seu defendẽtes, à cunctis iudicabitur. Vbinã inquam animæ tabula illa statuetur, quæ spe-
ctantiũ oculos historiis obscœnis, omniq; monstruosa specie impleuit? Sicut enim qui macu-
las habẽt in corpore, priusquã veste nudentur, opertas, ac plurimis ignotas ferunt: sæpeuero
pretiosissima ornati veste, cũ fortè intrinsecꝰ quoq; formosi ac venusti ex illo exteriore cultu
putarẽtur, exuti tunica, nudiq; in balneo cõspecti, contrà q̃ putabãtur, ridiculi, atq; innumeris
maculis fœdè insigniti corpus, cõtinuò apparuerunt: neq; iam obscurũ esse potest, nudato sub
omnium

Scati vident quæ apud nos agnatur

ἐικών

† τὴ ἄφετος μὲν τὴ ἐλεύθερος τὴ αὐτεξούσιος ὢν

A simili petita βεβαίωσις

A omnium oculis corpore, vbinam, qualis, quantaq; sit macula, sed simul atq; nudata est, intuẽ-
tium sese oculis aperit: ita & nos, cum velamen carnis exuerimus: neque subducere maculas
animæ, neque operire vlla ratione poterimus: cæterum sub omnium obtutibus nudi atque cõ-
spicui, quæ prius corpore quasi veste contecta minimè habere putabamur: ea nudata se om-
nium oculis ingerent, nullusq; iam vel negationi, vel defensioni erit locus: quando ipsa cer-
nentur opera in suo autore conspicua. Non enim confuse, aut summatim & indigeste res ip-
sæ cernentur: sed singula per partes vt sese habeant, veluti in pictura noscentur. Exempli cau-
sa quomodo ad patrandum quisque adulterium properãs è lecto surrexit: quibus passibus in-
B cedens vsus est, † quo motu corporis, lentiore ac concitatiore: quem habitum, dum progre-
deretur, assumpsit: & qua ex parte irrumpens, vxorem alienam violauit: quo item ordine huic
mulier ad nepharium opus se substrauit. Hæc, inquam, omnia, veluti in tabula per partes dili-
genter expressa cernentur. Neque ea solum quæ in apertum opus prorupere, verum & quæ si-
ne effectu operis in animi tabula inscriptæ fuerunt cogitationes. Neque enim nihil est cuiuslì-
bet rei cogitatio in anima impressa atque formata. Quippe nihil est aliud imaginaria pertrã-
siensq; cogitatio in anima, quàm pictura imaginationis coloribus, & magnitudinibus, figu-
risq; suis, quas in ea mens pinxerat, scripta. Et sicut qui artem exceptoriam didicit, notarum
omnium figuras & nomina, signaq; octadum & tetradum memoriter tenens, cũ necesse fue-
C rit quæ dictantur excipere manus officio quæ in memoria inscripta erant: in tabulis digerit,
& alię quidem ex notis stylo signatæ cernuntur: aliæ vero necdum insignitę manu, animo ta-
men inscriptæ seruantur: ita & anima, cum cogitationes per corpus exequatur, alias in operis
ducit effectum: quas vero necdum opere impleuit, in se insculptas reseruat, easq; etsi non actu
corporeo, intra se tamen nutu voluntatis exequitur. Sicut enim corporis officium est, corpo-
raliter aliquid exequi: ita opus animæ est, cogitationibus vt vult placatas sibi & gratas imagi-
nes fingere. Idcirco & cogitationis peccata, non vt phantasię simpliciter, verum vt consum-
mata opera in anima merito iudicanda creduntur. Vt enim manus, licet notas signare desi-
D stat: notarum tamen figuris tota anima vbiq; inscripta est, quam profectò exutam corpore si
quis inspiciat, videbit hisce notulis totam prorsus insignem atq; descriptam: ita & nos, cum
exuerimus corpus, omnis nostra cogitatio veluti in pagina scripta apparebit. Quemadmodũ
vero qui nõ didicit notas earum neq; formas in anima scriptas habet: qui autẽ didicit, etsi eas
manu minimè signauerit, arte tamen atq; disciplina impressas animo, illarũ tenet imagines:
ita & qui peccatũ non cogitant, eius neq; imaginẽ inscriptam habet animo: qui vero illud co
gitatione formauit, etsi in opus nequaquã prorumpat: animo tamen cogitationis suæ seruat
imaginẽ, veluti in tabula apertè descriptã. Verum enim sicut is qui notas didicit, si illas scri-
bere obmittat, sensim animo labuntur: ita vt processu tẽporis nullius iam octadis figuram, aut
locũ, aut nomen reuocare in animũ queat: ita & qui iniqua cogitauit, si eiusmodi neglectis co
E gitationibus ad vtiliores alias animũ trãsferat, seq; ad eas exerceat: procedẽte tẽpore priores
illas memoria eliminãs, ex animæ tabula perpetua obliuione delebit. Quippe memoria nihil
est aliud q̃ figura impressa cogitationũ in anima, veluti pictoris arte collocata. Et quomodo
fieri potest vt earũ cogitationum pœnas nõ demus, quarum hactenus formas memoria ver-
sans, in anima, veluti in tabula viuas intuentibus mõstrat? Itaq; ne turpibus figuris animæ no-
stræ tabula plena inueniatur, memorias malarũ cogitationũ perpetua obliuione deleamus: bo
narumq; memoriã illarum vice formemus, ne qui nunc interim corporis operimento cõte-
cti delitescimus, vbi id postmodũ deposuerimus, fœdati maculis, ac præter eã quæ de nobis in
hoc seculo manauerat opinionẽ, turpes & exprobrabiles cũctis videamur. Fortassis enim hoc
sit quod ait Apostolus: Quorundã hominũ peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium:
F quosdam vero, & subsequuntur. Quæ enim manifesta omnibus sunt, quibus intuentes quique
siue ad blasphemandum prouocati, siue ad imitandum, pessimè scandalizati sunt, procedunt.
Occulta vero & quæ clam & absque arbitris admissa sunt, non ideo, quia ignorantur ab ho-
minibus, impunita remanent, sed eos inseparabiliter sequuntur, vt & seipsa & patratorem
suum ostendant eatenus ignorantibus omnibus, ipsumque iusto iudicio tradant. Ita à suis
sceleribus intercipietur infelix, dum & à manifestis præcedentibus ad iudicium trahitur, &
ab occultis perpetuo se subsequentibus actibus impellitur. Ipsum denique sensum suum ex-
ponens Apostolus, in consequentibus ait: Similiter & bona opera coram hominibus lu-
centia, vt videntes glorificent patrem vestrum qui in cœlis est, manifesta sunt: & quæ se
aliter habent, celari non possunt. Oportet enim nos manifestari qui nunc ignoramur,

† ὅπως τὸ συγκεκραμένος τῷ σώματι.

Simile: τύπους ὁκταδικὴ τετραδικῶν

Collatio corp. & animæ.

ὁμοίωσις itidem

μνήμη memoria quid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuiusmodi operum simus, ante tribunal Christi qui illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit occulta consilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à deo, quãdo recipiemus vnusquisque propria corporis sui, prout gessit, siue bonum siue malum. Non autem reticenda est & alia intelligentia, quæ prudentem virginem aduersus imminentia bella copiosius possit instruere. Sicut enim sanctum, atque admirabilem Paulum, dũ adhuc esset in corpore, alia quidem præcesserunt opera: cum plurimi ex his, qui propter doctrinam & conuersationem eius perfecti euasere: in æternam illum vitam præcedentes, sudorum præmia, quos pro illis pertulit, apud iustum iudicem deum illi parauerũt: alia vero solutum carneis vinculis, & iam cum Christo regnantem vsque ad hanc diem consequuntur, eorum scilicet qui per eum in sacris epistolarum eius monitis se ad virtutem exercentes, laudes semper ac præmia præclaro illi duci & præceptori optimo hinc transmittunt: si econtra alia quidem præcedunt peccata eorum, qui pessimis sermonibus & operibus læsi, atque impediti à virtutis tramite, in infernum præcessere: supplicia suæ damnationis autoribus illic paraturi: alia vero etiam sequuntur, eorum scilicet, qui post ipsorum mortem per summam nequitiam & exempla pessima quæ mũdo reliquere, dum eos imitari pergunt, maximè læduntur. Nã sicut hodie quoque beatus Dauid ad veram religionem, & ad dei cultum, prouidentiæq; agnitionem mundo perutilis est, & qui propter illum in religione proficiunt: hinc iam ex rectè factis suis consequentes ei transmittunt laudum voces: ita & Marcion & reliqui hęreticorum dogmatum duces, quia per eã peruersitatem doctrinæ, quam mundo inuexere, maximè nocent. Cuncti, qui salutis suæ damna per eos in hac vita perceperunt, autores proditionis suæ, etsi dudum vita functos atrocioribꝰ illic suppliciis tradunt. Si enim qui scandalizauerit vnum ex pusillis huiusmodi, morte dignus iudicatur: profectò qui tam multos per vitam reprobam quòd pernicioſorum operum mundo exempla reliquerit, aut in animarum perniciem falsa dogmata ingesserit, scandalizat: post mortem quoque omnium qui sui causa pereunt, dignissimè ac iustissimè mortis reus habebitur: per singulos eorum qui sui causa hic seu vulnerantur seu moriuntur, autore etiam vulnera mortemq; suscipiente. Porrò si iuxta hunc sensum alij præcedunt actus, aliiq; subsequuntur: & sicut qui ex nequitia sequuntur, maiori supplicio huiusce perditionis autorem per singulos eorum qui pernicioſa vel doctrina, vel vita pereunt, tradunt: qui vero à virtute subsequuntur, maioribus & dignioribus præmiis per singulos eorum qui inde salutis emolumenta quæsierunt, & à sceleribus conuersi sunt: huiusmodi magistrum donant: & virgo igitur habet in alterutram virtutis, vitiorumq; partem actus quosdam partim præcedẽtes, partim subsequentes. Atque infelix illa quidem, quæ præter delicti proprij supplicium ex aliarum etiam ruina, quibus offendiculum ac lubricum posuit, acrioribus semper suppliciis traditur. Sed illa sanè felicissima & beatissima, quæ præter coronas proprias, per singulas earum quæ quoniam ex imitatione sua profecere, coronantur: ipsa quoque post mortem in æterna vita coronis semper nouis redimitur. Igitur si nihil est opertum quod non reueletur, propter omnes quas prædixi rationes, virgo: & cum sola est suimet, ne peccet, curam solicitam habebit: nec modo hominum vitabit obtutus, verum longè dignius suos, angelorumq; vbique cuncta spectantium reuerebitur. Idcirco enim debet, inquit, mulier potestatem in capite habere propter angelos. Non decet virginem etiam cum sola domi est, ideo quòd nullus adsit hominum, passim licentèrque nudari. Multum enim habet illecebræ (vt idem sæpius replicem) multumq; roboris natura fœminea ad omne quod sit masculini generis contra se attrahendum. Neque vero idcirco solum oportet se obseruare solicitè ac dæmonum fraudes quæ nobis iugiter insidiantur, habere suspectas, sed & propter verẽdos omnibus angelos, potestatem, inquit, habere debet. Vir enim cum angelicæ quodammodo sit dignitatis, nudo capite cognatæ confidens naturæ cernatur. Mulier vero cum per naturam viro longè inferior sit, potestatem habeat in capite. Atque ex eo quod potestatem habere dignoscitur, subiectionem suam, qua præstantiori subest, honestissimè præferat. Ideo, inquit, natura ipsa crinibus iam tunc à principio mulieris caput operuit: eo ipso admonens, non decere mulierem non modo vllum membrorum cæterorum, verum ne caput quidem temere indifferenterq; nudare. Et quoniam solæ absentibus viris id attentare consueuerunt, ideo dignitatem aliam præstantiorem viris adiecit, dicens: propter angelos qui & vbique præsentes sunt & omnia quæ geruntur, inspiciunt. Reuereatur ergo omnis mulier, sed virgo in primis angelos etiam cum domi sola nullis viris arbitris residet. Et cum corpus necessariò curandum erit, & capitis vittas & singulatim cætera cõstringens, id opus celeriter exigat, & quantum fieri potest operiat membra, non solum suos angelorumq;

Collatio

Eadẽ profert de Ario Ambr. & Aquinas de Manichæo. 4. sen.

Quid vel ad hæc dicturi es miserrime omniũ Luthere?

ἐξουσίαν ἔχειν

ἐξουσίαν ἔχέτω

A gelorumq; oculos verens: verum se vt in suæ exercitationis domicilio ad verecundiam studioſe semper exercens. Quòd si neq; cum sola est, nudari sine ratione permittitur: quãto minus fratribus in Christo præsentibus? Et pudore igitur & tunica seipsam pudicè ac verecundè componet, nec solum nihil membrorum quæ operta sunt, violari vlla ratione permittet, verum summa se cura & obseruatione circunteget, vt nõ solum ipsa illæsa atque illibata permaneat, sed & qui eam intuentur: nullam ex eius aspectu læsionis materiam capiant. Videntes, enim, inquit, filij dei filias hominum quòd pulchræ essent, deuoluti sunt ad eas. Sufficit quippe vel modicè nudata pulchritudo dei quoque filios ad voluptatem emollire, & quasi homines eius causa morientes mortales, ostendere. Quocirca minimè oportet vt suę tãtum in-
B nocentiæ solicita, eorum, qui lædi possunt, salutem aspernetur, verum omni ex parte & sui ipsius inuiolabile seruare propositum studeat, & se intuentibus emolumentum vitæ, non mortis propinare venenum. Etsi enim ipsa castitatis suæ fidit instituto: prouidendum tamen, inquit, est, ne ponat fratri offendiculum aut scandalum. Ita igitur virgo, cum & sententia & figura & motu & habitu & sola & cum cæteris ad placendum sponso suo salubriter se accommodare didicerit, tunc iam amicos quoque sponsi purè atque innocenter alloquetur. Neque enim hac interim separatione illam vt homines execretur, inducimus, sed diuini oris effigiẽ dignis virtutum coloribus à capite vsque ad pedes ornare pro viribus nitimur: atque ita de-
C mum instructam ad domesticos fidei securè producere: vt & sermone & habitu & domini sponsa reuera comprobata, prodesse colloquentibus possit. Sic itaque loquatur vt sponsa: verecundè scilicet, idq; tantum cum famulis sponsi: seruétque vbique dum loquitur, pudicam sobrietatem. Oportet enim eam simplicitati columbæ serpentis miscere prudentiam. Quia enim corporibus inclusæ animæ sibi inuicem apertè & nudè colloqui de virtute non possunt: instrumentis corporeis ad vocem, atque ad aspectum accommodatis, vti necessariò coguntur. Et qui animæ colligatæ corpori pulchritudinem intueri non potest: aut admota aure eius verba percipere corporis motum in quo illa est, videt: eiusq; vocem per linguæ officium audiens, ex hisce nunciis eius speciem æstimat. Neque vero vox sola siue aspectus, animæ formã veluti in speculo indicat: verum & amictus viri & risus & pedis incessus, de illo sæpe numero
D vera renunciat. Sed plerique minus cauti, dum libenter musicum audiunt sensim eo deducãtur, vt non iam musicum, sed visibile instrumentum diligant, per quod petita musici modulatione fruuntur. Atque ideo necessariò summa exactissimaq; diligentia obseruandus est virgini auditus & visus, ne clam fortè & ipsi subrepat, vt pro loquente anima instrumentum, per quod illa sibi loquitur, diligat. Est enim vehementer astutus is, qui affectum boni in nobis summo studio malignè deprauare conatur, furari quippe bona nostra studia & desideria intendit, suaq; illorum vice callidè nobis inserere. Ita denique & quibusdam cũ verba de virtute fieri audirent, atque huiusmodi loquenti animæ afficerentur, ex auditu iugi & aspectu clã subreptum est, vt animo imprimerent lineamenta corporea, & voce auditum lasciuè mulcerent, nec iam animam quam prius diligendo ex hominis ore pendebant, sed corpus ipsum bo-
E norum animæ ministrum peruerse nimis atque improbè amarent. Proxima enim & veluti contiguis ianuis gentiles quoque aiunt vitia esse virtutibus. Quælibet denique virtutis ianua similimam in vitia ferentem vtrinque speciem aperit, vt qui ad virtutem ingredi nititur, eius primum ianuæ adsistens, dum hac se pulsare arbitratur: aperta sibi hinc, aut inde altera ex vitiorum ianuis, deceptus maxima similitudine, ingrediatur veluti virtutis domum: deinde cũctis eius errorem irridentibus, ipse quoq; & tẽpore & experimento cõmonitus, discat non solum ab ea se virtute cuius aliquando ianuã pulsare videbatur, esse remotissimũ: verũ ne limina quidẽ eius vnquã attigisse, neq; ipsi ianuæ, vt prius videbatur, adstitisse saltem, aut pulsasse. Hoc modo deniq; eos qui audentes ad virtutẽ esse cuperẽt, fallẽs, temerarios arguit: qui vero
F temeritatis probra metuerent, eos timidos ac pusillanimes prodidit. Et qui misericordes esse studerent, ad vitia malè molliuit: qui vero misericordes esse renuerent, immites immanesq; declarauit: ita & qui charitatis pulchritudinem sequuntur, eos falso dilectionis nomine, vel ad voluptates corporis, vitamq; cunctis execrabilem deiicit, vel eiusce probra & opprobria pertimescentes odisse fratres, & absque vllo boni sensu persistere facit. Rursus itaque ne declines ad dextram seu ad sinistram: ne fortassis errore seductus in aliquam ex vitiorum portis deuoluaris, sed mediam & regiam incedas virtutis viam. Et vbique diligenter intuẽs quomodo cautè ambules, non vt insipiens, sed vt sapiẽs: quoniam in medio laqueorum ambulas, & super pinnas vrbiũ trãsis: cautius prouide ne forte dum negligis, iniicias in laqueũ pedẽ tuũ,

δεῖ γὰρ αὐτὴν μὲν ἀπερεθίστως μὲν εἶναι πρὸς τοὺς πέλας, φρόνιμον δὲ ὡς πρὸς ἔφιππον.

Docet similia, quæ vitanda virgini sint.

Vitia virtutibus sunt proxima

Attende cõmenta Diaboli

ἐπὶ νῶτα ἐπιβάλλεσθαι πόλεως διαβαίνεις.

 neu ruens

Universidad de Deusto
Biblioteca

neu ruens à muro ciuitatis noſtræ malè pereas. Diligere igitur oportet eos qui ad ſponſum G
inuitant, ſed ita diligere vt charitas ipſa ordinata, non confuſa ſit, ne fortè ſponſi famulos,
dum iugiter illis aures admouet, de ſponſo verba facientibus, perinde ac ſponſum quando-
que diligens, quantum in ſe eſt, vna & ſponſi dignitatem tollat, & miniſtros eius, dum eos
pari cũ domino dignatur honore, iniuriis ac probris afficiat. Iam enim quædã minus cautæ,
minusq; prudẽtes, nõ æquè ſpõſum ac miniſtros, ſed ipſos amplius peruerſa charitate, impiè,
dum nõ aduertunt, dilexerunt, ac ſponſi iã, cui ſe deſponderant, penitus oblitæ, famulorũ eius
ſponſæ totæ factæ ſunt, imo nec ſeruorũ eius ſpõſæ ſed alienorum fœdiſſimæ vxores euaſere.
Sponſus nullũ habet carnalẽ miniſtrum. Sponſus enim noſter carnalẽ nullũ miniſtrum habere cognoſcitur, ſed omnes ſpiritu viuen-
tes. Porrò quæ nõ ſpiritũ miniſtrantiũ ſponſo, ſed carni ſe ſumma indignitate deſponderũt, & H
illos à ſponſi alienos miniſterio, & ſe nõ miniſtris eius, verũ alienis ſeruis deſpõſatas, liquidò
cõprobant. Et hos itaq; cautè diligẽterq;, dum loquuntur obſeruent: atq; ſerpentẽ clam ex col
locutione corporalẽ conſuetudinẽ prudenter abſcindant, id imprimis cauẽtes, ne illis vt ſpõ-
ſi familiaribus plus æquo cõfidant, neu illos ad indecens aliquid ſenſim † nequiter molliãt, neue ſeipſas ex deſtinatione propoſita ad voluptates carnis indignè deiiciant. Sed enim diligere oportet proximũ: ſcriptum quippe eſt: Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Illudq; ſponſæ ſuæ ſibi admodum gratũ præceptum dominus tradidit. Ita ſanè, nihil abnuimus. Diliges, in-
quit, & in quantũ vni iſtorum facis, mihi ſponſo tuo facis. Sed puram, nõ vllius affectionis la-
Charitas nulli' indecoræ affectionis labe inquinetur. be inquinatã oportet eſſe charitatẽ, nec decet nomen falſæ charitatis inſequendo, veræ dile- I
ctionis dignitatẽ ac meritum tollere. Quandiu enim charitatis ad ſponſum tuæ gratia dili-
gere deprehenderis fratres, & ad eũ, & ad illos integra ſeruaſti charitatis iura: vbi vero eos nõ
ſponſi gratia, ſed propter ſe ipſos diligere ex conſuetudine cœperis, dilectio tua & erga illum
corrupta prorſus efficitur, falſamq;, nõ veram habes germanamq; charitatẽ. Sãcta enim cha-
ritas carnis non tangitur vitiis. Eſt autem ſponſa domini nõ irrationalis, vt præ conſuetudi-
ne carnis dignitatem ſuã atq; honeſtatem demittat ad corpora, ſed ſanè rationalis, totaq; ple-
na ſapientia. Prudenter itaq; ſeipſam pro merito ſingulis quod eſt ſui iuris impartiens, librat,
ac miniſtros quidem ſponſi rationabiliter illius gratia honorat: ipſum vero non iſtorũ cau-
ſa, quoniã ſibi de illo verba faciunt, ſed propter ſeipſum ardentius diligit. Sed & ſi quis illius K
amator eſt, hunc pro affectu ad illum eximio ſocium exiſtimat: qui vero illum amare negli-
git, eum ſi blandiatur, nõ iam intuetur vt proprium, ſed ex ipſis maxime blanditiis ſuſpectum
habet, quod ſponſi negligens, cui ipſa pro viribus vacat ſimulato ſponſi famulatu, illicit eam:
dumq; illi vt ſpõſo placeat, opem ferre videtur, ad ſe amorem eius iugi familiariq; colloquio
transferre nititur, ac ſub miniſtri nomine, & habitu, horrendo ſacrilegio Chriſti ſpõſæ adul-
ter efficitur: hinc denique plurimæ blando charitatis nomine, paulatim ex ea cõſuetudine ad
Iã olim etiã voto ſe obſtringebant virginitatẽ profeſſuræ carnis delapſæ vitia meretrices, adulterę, nec ſolum à fœdere ſponſi cœleſtis, verum & à legi-
timo mortalium toro alienæ prorſus deprehẽſæ ſunt. Cum enim virginitatem domino pro-
feſſæ ſint, carnali poſtmodum voluptate malè blanda delinitæ, ac deuictæ, ſtupri ſcelus hone-
ſto coniugij nomine obtegere cupiunt. Non ignorant huiuſmodi, quãuis ignorantiam ſimu- L
lent: quæ ſponſi dextram & fœdera præuaricata ſit, eam nec illius vltra eſſe ſpõſam quem ne-
quitiæ dans manus, dereliquit: neque eius vxorẽ per vllas leges dici poſſe, cui ſe deſerto ſpon-
ſo, libidine incitata coniunxit. Tunc enim legitimum conſtat eſſe connubium, & ſecundũ di-
uina iura inſtitutum, cum nõ voluptatis affectus legis ſcita præceſſerit, ſed adiumẽti neceſſa-
rij, proliſq; cauſa fuerit huiuſmodi facta coniunctio. Ita fiunt honorabiles nuptiæ, quando ra-
tionem coniugij non præit obſcœna voluptas: ſed iacto ſecundum leges diuinas ſancto fun-
damento, matrimonium neceſſariò ſequi voluptas ipſa concubitus, vnamq; carnem duos fa-
τὴν δὲ γυνὸ ἐμ ψυχῆ λογισμὸς τὰς ψυχὰς προλαβών. cere deprehenditur. † Quia enim præcedens animæ ratio, animas apertè neceſſitatis ratione
coniunxit, merito ita vnitas carnis quoque, cui alligatæ ſunt, vnitas ſequitur. Porrò ſi animæ M
initio aliud proponant, & caro poſtmodum ad voluptatem prona, naturali feratur impetu,
atque animas ſibi alligatas, vt affectioni ſuæ obſequantur, inducat: carnis tunc vitium ſecutæ
animæ huiuſmodi congreſſum execrabilem reddunt. Quod enim opus neque ratio quæ ani-
mæ ineſt, neque lex iuſta præceſſit, id profectò vt iniquum à conſcientia damnatur. Idcirco
mulier, inquit, alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit: ſin vero mortuus fuerit, libera
eſt, cui vult nubat, tantum in domino. Vide quòd non ſimpliciter dixerit, nubat, ſed adiecit
In domino nubere quid in domino tantum. Nam & quæ per mortem viri, liberam conſequitur nubendi facultatem,
non tamen ea libertate potita, vtcunque nubere debet: ſed tantum in domino. Quid eſt au-
tem in

A tem in domino nubere? Non autem vt vile mancipium voluptatibus carnis ad concubitum
pertrahi? ſed iudicio, & commodioris vitæ ratione nuptias eligere. Ideo enim & matri-
monij neceſſitatem creator in natura conſtituit. Sin autem ita ſe habet res, non ſe fallat qui à
virginitatis curriculo ad carnis vitia deflexit. Coniugium quippe illi in peccatũ reputabitur:
primum quidem quia peſſimum coniunctionis huius fundamentum voluptatẽ iecit, præua-
ricationisq; malum: deinde quia cauſſa non eſſet libera, neq; enim eſt mortuus vir eius, vt cui
vult nubat, viuente immortali viro, merito cenſetur adultera, quæ mortalem hominẽ ob car-
nis vitia domini thalamis intulit. Nam quòd ſolenne, legitimumq; connubiũ ſponſus ille oc- Soléne, inſ-
B cuparit, & virginitatis habitus & fœdera & conuenta cum illo, & præterea proceſſus ipſe te- batur votũ
ſtatur. Huiuſmodi quippe nobilitata viro proceſſit in publicum. Si enim paternis ædibus non & profeſſio.
prius virgo progreditur quàm legitimo fuerit coniuncta viro, vt eius & domini, & vitæ ſuæ
ducis ac moderatoris titulo inſcripta, paterna iam prodeat domo, & virgo igitur ea ratione
proceſſit paternis thalamis, vt inſcripto ſibi ſpõſo legitimo, eius iam titulis honeſtata, & ſub
ipſius conſtituta regimine procedat in publicum. Sin autem proceſſionis eius illi teſtes ſunt,
qui procedentem viderunt, & iidem profecto teſtes erunt, cui coniuncta, & cuius titulis in-
ſcripta viri, paternis laribus proceſſit in medium. Porrò ſi connubium iſtud & proceſſu &
teſtibus, cunctis denique indiciis illuſtre, & apertum eſt, nec eſt vir eius mortuus: mœchatur
C quæ huiuſmodi admittit ſcelus, viuẽte viro ſemp adultera. Imò quia fruendæ voluptatis cauſ-
ſa impudicè laſciuit: meretrix: quia vero viuit eius vir, nefario ſcelere probatur adultera. Nec
ſanè video qua ratione, imo quo ſacrilegio ipſa pro immortali viro dei filio mortalem ho-
minem in malum ſuum ambire præſumat, ante viri oculos in ipſum impuris ac nequiſſimis
ſemper amplexibus impia: quo item furore homo ille cubile domini conſcendere, ac violare
non metuat: nempe ex rebus humanis eiuſmodi flagitioſorum ſupplicia coniicere, & æſtima-
re facile poſſumus. Quæſo quo cruciatu digna cenſeretur mulier, quæ nobili coniuncta viro, Arg. à ma-
ſeruo ſuo ſeipſam violandam impudicè ſubſterneret: ac ſeruum inſidioſè nequiterq; domini iori.
D toris inueheret? Quo item ſeruus ille damnandus examine, qui dominæ ſuæ dominiq; cubili
ſe concitatus libidine adeo petulanter immiſcuit: ſed enim vafræ iſtæ quid faciunt: quæ tan-
tum impietatis contra ſeipſas per carnis flagitia admittere non timuerunt? Non modo non
lacrymantur, aut ingemiſcunt vt vel lacrymis remittãt peccatum ſuum, mitioresq; ſuſcipiãt
pœnas: verum virginitatem quoque, quam antea profeſſæ fuerant, abnegant. Quippe virgini-
tatis limites tranſgredi, vt voluptatibus inſeruiatur, turpiſſimum eſſe, plenumq; dedecoris nõ
ignorantes, huiuſmodi negatione, maiore ſcilicet ſcelere, virginitatem ſolari ſeſe arbitrantur
amiſſam, homines miſere & infeliciter eligunt, ſub quibus ad excuſationem præuaricationis
abnegent quòd fuerant ante pollicitæ: nec dominum metuunt, cum quo fœdera caſtitatis in-
ierant, cuiq; dederant dextras eo quòd in malorum profunda deciderint. Ignorant miſeræ
E quia apud deum & apud homines contra ſe crimen exaggerant, cum hi quidem ex præcedẽ-
te, cunctisq; cognito virginitatis inſtituto, quòd ſe illæ profeſſas eſſe negant, veſaniam ſum-
mamq; impudentiam auerſentur, atque oderint: Chriſtus vero præter violata virginitatis fœ-
dera huiuſmodi negationem, quam vice pœnitentiæ patrocinium criminis ſumunt, acrius ac
ſeuerius ſuo illo iudicio vindicet. Itaque ne ſpecioſo charitatis nomine, virgo in hoc peccati
baratrum corruat, charitatem puram, omniq; mortali affectione liberam ſumat: neque enim
prolapſæ ad voluptatem quicquam ad excuſationem proderit vmbra, ſolatiumq; cõnubij: ne-
que viuentem virum ſub prætextu coniugij non ſoluta circunuenire, aut fallere poterit, cui
mortalem hominem poſt eximios illos, quos ab eo perceperat, honores, impiè per adulterij
nefas in honorem prætulerit. Nec ſanè incongruè his quæ ſunt eiuſmodi, illud Apoſtolicum
F aptari poteſt. Quoniam, cum † fornicatæ à Chriſto fuerint, nubere volunt, habentes damna- † κατεσχη-
tionem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, non coniugium, ſed adulterium malè cõ- νιάσωσι.
ſummantes. Nullus itaq; ſeruus ad id impietatis erũpat, vt ſpõſam domini cõtingere audeat.
Nullus adeo inſanus, ac ſacrilegus ſit, vt immaculatã hoſtiã impudicis manibus tractet. Ne-
mo in tantũ audaciæ, temeritatisq; proſiliat vt eiuſmodi vltionẽ ſacrilegiis impendere conſi-
derans, nõ vaſa inanima ex auri argẽtiq; materia elaborata, ſed animata ipſa, & viua donaria, Virgo Chri
latronis more profanis manibus temerare, atq; inceſtare præſumat. Imò vero null' adeo im- ſti vas ani-
pius, atrox, impuríusque ſit, vt non inanimata tẽpli vaſa, ſed ipſum domini templum, virgineũ matum
ſcilicet corpus, ipſamq; omnium pretioſiſſimã animã in templo dei, ſacratiſſimi donarij vice
locatam libidinis facibus barbarica immanitate ſuccendat. Verum etſi ſponte ſua ſe virgo

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponsi fœdera transgressa substernat, cunctaq; simul, & templum, & donaria, & charitatem G
sponsi, communionemq; ac societatem regni perniciosæ voluptatis gratia confundere atque
calcare nitatur: noli huiusmodi ad scelus vti, neque te peccati communione commacules: nã
& eximius ille Ioseph dominę suæ amoris magnitudine ebriæ ac penè furiosæ seipsum ad im-
pudicitiam minime permisit. Quòd si te renuente alij se virgo in matrimonij consortium
tradiderit, ille pœnas sceleris luat, tu teipsum mundum atque integrum serua, ne sceleris im-
pij in dominum particeps fias. Oportet, inquit, filium hominis tradi: væ autem illi, per quem
tradetur, vtile illi esset, si natus non fuisset. Nónne de illa pari ratione iudicabitur, quæ virgi-
nitatem antè professa, postmodum pœnitens, fruendæ voluptatis gratia, mortali se viro im-
munda coniunxit, etsi dixerit: oportet me viro coniungi in matrimonium, quemadmodum H
oportebat filium hominis tradi, verum, væ illi per quem illa sponsi fœdera trãsgressa suã im-
pleuerit impura libidinem. Vtilius fuerat (audeo dicere) homini illi, non esse natum, quàm so-
cium tanti in dominum flagitij dãnari. Nõ audis quoniam qui dimissam duxerit, mœchatur.
Etsi enim, inquit, pro culpa dimissa est, viuit tamẽ vir eius. Quid ergo dimissam perturbas? cur
illi spatium non das, vt & de his agat pœnitentiã, quorũ gratia dimissa est? & vir à se dimissæ
pœnã emendationemq; miseratus ad se rursus propriũ reuocet mẽbrum? quid emendandi se
spatiũ præripis, viuẽte viro sic dimissam ducens? Permitte, inquit, aut ad viuentẽ virũ remea-
re meliorem factam mulierem: aut certe cum neq; vidua, neq; vxor sit, pro remissione culpæ
qua peccauit in virum, semper pœnas dare. Tu cur antequã peccatum suum, pro quo dimissa I
est, planè intelligere possit, eam ad coniugium rapiens, impudẽtiorem ad scelera deinceps fa-
cis? nempe viuente viro alienã adulteras coniugem†, facilemq; illi ad nequitiam reditum (vt
dixi) per cõnubiũ pandis. Si autem qui dimissam à mortali viro ducit, adulter atq; impius est:
qui immortalis viri sponsam nunquã dimissam violare præsumit, multo profectò funestius
adulter atque impius erit. Itaque etsi illa pessima se mutatione deiiciat, ad carnis vitia vltro
deuoluta, tu tamen eam noli tangere: viuit enim eius vir, neq; illam dimittere vult, permitte
vt se inspiciat vnde sit lapsa, vbi nã iaceat, digerat vitium, diluat amorẽ carnis, consideret di-
ligentius indulto spatio cuiusmodi crimẽ admiserit, quantũq; molita sit sceleris. Redibit pror
sus ad sponsum suum: si enim Christus lux est & resurrectio, & incorruptio, & vita &c. quę no
bis à patre per ipsum indulta sunt bona, quæ se à Cristo dimouit, quid aliud quàm de luce ad K
tenebras, à vita ad mortem, ab incorruptione ad corruptionem, à resurrectione ad inferni &
mortis maximum ac periculosissimum casum se detorsit infelix. Quæ cuncta considerans, cu
iuslibet malorũ profundũ sint, exhorrescet peccati caliginẽ confusionis mœrorisq; plenissimã
suauitatemq; lucis, in qua prius erat, amplius sitiet. Mortis quoq; terrorẽ & corruptionis in-
gratam putredinẽ intuens, vehementius rursum ad vitam ex his immortalitatẽq; resiliet. In-
ferni etiã conspiciẽs grauissimum lapsum, indultam sibi à domino resurrectionẽ carnis am-
plectetur & gratius. Neque enim ita erit insana, vt ne tempore quidem admonita eam nõ po-
nat amentiam, mortaliq; immortalem non præferat sponsum. Quid igitur infelicis anticipas L
lapsum? quid cõsiderandi peccati tempus intercipis? quid cõsilij spatiũ tollis? cur nõ dimissam
à domino ducens, nõ virum te, sed adulterũ impie domini cubile violando manifestas? inta-
cta sit ergo omniũ manibus virgo, quæ dei pretiosissimũ, egregiumq; donariũ est. Immaculatã
se & corpore & cogitatione custodiat & sic securè iam fratres in Christo alloquatur. Quippe
ad hoc ipsum illã dei famulus diligenter informans: volo, inquit, vos omnes prudentes quidẽ
esse in bono, simplices autem in malo. Aptaui. n. vos vni viro virginem castam exhibere Chri
sto. Timeo autem ne forte sicut serpens seduxit Euam in astutia sua, ita corrumpantur intelli-
gentiæ vestræ à simplicitate, quæ est in Christo. Ante omnia igitur oportet virginem cogita-
tiones suas puras inuiolatasq; seruare: anima quippe perdurante incorrupta, corpus quoque
impollutum immaculatumq; seruatur. Porro si pessimis cogitationibus cõtaminetur anima, M
quantũlibet corpus permanere incorruptũ videatur, nõ tamen munda eius censetur integri-
tas, cũ sordibus cogitationũ inquinata vitietur. Diligere itaq; debemus, verũ cum ratione pru
dentiq; iudicio dilectionis tenendo mensurã. Dilectio enim nil agit turpiter. Et solutus es ab
vxore, noli quærere vxorẽ. Est autem planè iniquum & indignũ, vt qui se his nexibus soluere
studet, falso charitatis nomine seipsum ex cõsuetudine voluptatum vinculis implicet, vt iam
iuxta professionis votum nec animo nec corpore possit esse solut⁹. Nec enim anima eiusmo-
di soluta est quæ circa affectiones consuetudinis tetræ & obscuræ occupatur: neque corpus q̃
curarum nuptialium sibi inuexit vincula. Nam etsi matrimonium nomine non est, solicitudo
tamen

Exemplo δόγμα confirmat

Eadem hæc in Epistola aduersus eã quæ exciderat

τὴν δὲ κολοβὸν δὲ ὅπερ ἔφην, πρὸς τὰ ἐν τῇ συμβιώσει πταίσματα ἀτόπως ἀσκῶν.

Vide Augustinũ de hoc loco. 27. q. 1. Nuptiarum bonum

A tamen eius iniecta coniugij, corporalium curarum seruos, quibus se irrationabiliter alligauerunt, abominabiles facit. Perquam vero absurdum est, vt quæ virginale persequuntur institutum†, nuptiarum sensus mente & cogitatione pertractent, fingentesq; se cura & prouidentia sponsi contentas esse, curatores homines probro suo meretricum more perquirant. Enimuero tu, si illum amas qui verus ac spiritualis amator est, cætera debes omnino negligere, libentissimeq; tolerare cuiuslibet extremæ licet paupertatis angustias, dum eo quẽ amas, perfruaris, ne remissius laxiusq; viuendo, & quæcunque sunt ad id necessaria captando ab hominib⁹, diuino amore turpiter excidas. Quæ enim in delitiis est virgo, viuens mortua est. Non ergo
B blasphemetur bonum virginitatis vestræ nomen, immaculatæ charitatis obtentu carnalibus affectionibus vitiisq; violatum. Neque enim est charitas affectio simulata siue beneuolentiæ imago voluptati subdita, vel affectus animi malus, verum quieta dilectio, carnalium proprietatum perturbatione libera, passionumq; omnium tranquillissima pax & sanctificatio in spiritu sancto. Quòd si charitatis causa frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulas. Noli dilectione tua destruere opus veræ charitatis, neque falsi nominis charitate fratrem tuum perdas, pessima illum suspicione scandalizans, pro quo Christus mortuus est. Si quis te viderit habentem scientiam veri boni in idolio recumbere, ac pro vera & pura integritate simulachrum eius mulcere blanditiis, nónne conscientia eius cum sit infirma, inqui-
C natur, ædificabiturq; ad idem scelus præsumendum. Sic autem peccantes in fratres & percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum peccatis. Idcirco si esca fratrem meum scandalizat, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Nunquid non habemus, inquit, potestatem manducandi & bibendi: nunquid non habemus potestatem, sororem mulierem circunducendi. Sed non sum, inquit, vsus hac potestate: bonum enim mihi est magis mori, quàm vt gloriam meam, virginitatis scilicet, vlla inquinet affectio. Tribus ergo Leuitica seorsum & vxores eorũ seorsum. Neque sanè, per ista quæ dicimus diligere fratres prohibemus, verum omnes quasi vterinos amare permittimus, & ipsos tamen qui sunt eodem progeniti vtero, diligendos cautè consulimus. Verendum quippe est, ne ex consuetu-
D dine nostra atque confidentia sumpta occasione peccatum operetur in nobis omnem concupiscentiam: sufficit nanque peccatum & per tactum fraternæ manus & per pacis ac dilectionis osculum, sensum carnis ad sua molienda opera latenter excitare, & concupiscentiæ oculos sicuti Adæ post voluptatis gustum amplius ad malum aperire. Non ergo vel vtero eodem genita soror iugi fratris tactui, & osculis se assuefaciat, ne per assiduitatem exorta in intimis passio suo tempore in actum prorumpat, maximè cum ex venusta corporis forma amoris faces in eorum oculis magis magisq; succenderit. Nempe enim & ab huiusmodi flamma externæ quoque sapientiæ ratio retrahens, formosorum, inquit, oscula cauere oportet, non secus, quàm animalium venenatorum morsus: diffunditur enim venenũ ex osculo per omne corpus: quocirca salutate inuicem, inquit, in osculo sancto, quodam quasi spiraculo osculi carnis in spiritus sancti purissima flagrantia inuicem sibi ista iungẽtes. Nec sanè, arbitror, culpã-
E di sumus, qui in id diligentiæ pro munditia virginali munienda venerimus: nisi enim prædictum facinus vexilla sua in eiusmodi personis, ætate quoque nostra erexisset, digni fortasse non immeritò apud plerosque putaremur querimoniis exagitari, quòd ad hoc vsque sermonem nostrum nudare ausi essemus. Quòd si omnem peccati speciem etiam contra matres & filias per voluptatem carnis innouare præualuit, sicut & Amnon fratrem per sororis violationem perpetuo dedecore antè notauerat: digni (vt reor) reprehensione non sumus, qui pro seruanda virginei candoris specie, sponsam Christi ista quoque cautione præmunire curauimus. Est enim grauis ac vehemens insita masculinis corporibus aduersum fœminas flagran-
F tis concupiscentiæ vis. Omnia iudicia mentis euertit, omnemq; separationem sub iugum mittit, ac sponte sua (vt ita dixerim) obsistente & ratione intima sibi inuicem ista connectit. Nam fœminæ quidem fœminea tangentes corpora, & mares item masculina, nihil ferè ex eo contactu ad sui incitantur concupiscentiam, nisi quis fortè ex eius memoria, quàm vt appeteret, vi naturalis instinctus acceperit: iritatus per ardorem illum, quem ad fœminam propriè acceperat, contra naturæ iura, in alienum quoque habitum libidinis frena relaxet. Porrò fœmineum corpus masculum attingens, aut contrà masculum fœminæ quamlibet hæc animæ illis insitæ ratione moderentur, ad congressum tamen mutuo latenter incitantur, ac veluti stuppa si stuppam contingat, ignisq; rursum rutilans flammantẽ ignem fumum ex se minimè excitant, stuppa vero si ignem odorata fuerit, protinus inflammata succenditur, neque opus est vllo ad-

τοῖς τῶν γυκ μων τιμήμασι ἀνοήτως ἐμπλέκεσθε.

Et erga fratrem cauta sit virgo.

Huius meminit Laert & Stobæus.

אבנון Primogenitus Dauidis ex Achinõã Iezrahelitide.

γνώμην cõfirmat simili

Universidad de Deusto
Biblioteca

vllo adminiculo, vllóve foris insufflante, vt ex ea ignis effulgeat: sed simul atque illum attigit, mox in apertas flammas erumpit: ita & fœmineum corpus masculum tangens, non multo labore neque inflammante ad cōcubitum amore opus habet, sed cum naturali ad se inuicem rapiantur ardore, simulac se contingunt, scintillam voluptatis fumantē intrinsecus sentiunt: vnde scriptum est, Alligabit quispiam ignem in sinu suo, & vestimenta eius non comburet: aut ambulabit quisquam super carbones ignis, & pedes eius non ardebunt: ita non erit innocens qui mulierem tetigerit. Quòd si pro sponsa sua seipsum tradidit dominus, vt eam sanctificaret mundans aquæ lauacro & exhiberet ipse sibi eam gloriosam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt esset sancta corpore & spiritu, solicitè curare debet virgo, quomodo placeat dómino, vt sit sancta corpore & spiritu, neque ita alia cauere debet, vt alia licitè præsumere se arbitretur, sed omnes penitus occasiones, quæ illam maculare seu fuscare possint, à se longè cohibere, vt sit sancta corpore, dum ex eo ad animam nihil inquinationis importat: & spiritu, dum nulla hunc mala cogitatione perturbat. Non solum enim à corpore ad animam perturbationes transeunt, verum ab anima incipientes corporibus interdum etiam exhaustis, neque subministrare valentibus imaginaliter perinde ac per corpus fiant, in mente consumantur. Sicut enim qui aquam permiscent oleo, vtriusque gratiam crebra agitatione confundunt, & olei quidem lucidam speciem limosa aquæ proprietate perturbant, aquæ vero naturam olei admistione commaculant: ita & qui animam corpori per vitia perturbationésque commiscēt, vtrinque quod habet vtile & ad vitam necessarium demoliuntur, animámque lucidam ac nitidam carnalium voluptatum limo perturbāt, & corporis munditiam atque nitorem hac ratione miscentes, inutile hoc ad vitæ officia ostendunt: verum sicuti confusa illa ad inuicem atque turbata vim gratiæ naturalis amittunt, ea vero turbatione sedata, vbi quieuerint à se dirimuntur, & vnumquodque in suam naturam se ad seipsum colligens redit, atque oleum quidem purum ac nitidum supernatat aquæ: aqua vero perlucidum illi vehiculum præbet: ita & anima & corpus cum perturbationibus ex se nascentibus inuicem miscentur, ex ea agitatione mutua vtriusque natura confusa violatur: vbi vero in propriam naturam disiuncta remeârunt, anima aurigæ in morem, illustrem speciem suam supernè micantem insinuat corpori: corpus autem vt per naturam graue merito illius, dignitatiq; subiectum vehiculum illi ad vitæ vsus necessarios præbet. Si quid igitur huiusmodi in se contingere virgo peruiderit, neque passionibus carnis animæ turbabit lucem: neque his quæ ab anima initium sumpsere, confundi decorem suum patietur: verum vtrūq; suo in loco & ordine & vsu per quietem custodiens, pacem partibus sapienter impertiet, trāquilleq; & animam & corpus secundum naturam agere assuefaciens constantem, ex vtrisque congruam concinnamq; speciem purissimam præferet, animæq; quidem candidam lucem à fluctibus omnibus atque turbinibus quietam iugiter seruans & corpori speciem omni voluptatum cœno puram perpetua exercitatione custodiens: corpus nanque gulam & ebrietatem euaporans, voluptatesq; concubitus aduersus animæ speciem profert, at contra anima æmulationem, & iram, & simulationem, & inimicitias aduersum corpus insipienter agitata producit, & fit plerunque vt cum vitiorum carnalium metu, ieiuniis ac vigiliis, & reliquavitę austeritate corpora ad passiones suas emortua reddiderimus, animæ tamen pertubationes in corpore mortuo circunferamus: vt inde iam quantum à perfectione remoti simus appareat. Alterum quippe sine altero si impleatur, imperfectum ad virtutem veram opus arguitur. Neque enim si corporis vitia per ieiunia, vigiliasq; absciderimus: animā vero motibus propriis ex zelo & hypocrisi & perturbationibus cæteris agitatam negligamus, conferre ad virtutem aliquid corporis exercitationem arbitramur. Neque item anima suis purgata vitiis, si corpori ad voluptates ventris reliquasq; delitias liberas habenas permittamus: remota etiam fornicationis immunditia, perfectam ad virtutem vitam nostram probare poterimus. Verum enim qui virtutis cursum omni vitiorū labe purū festinat ostēdere, is necesse est animæ virtutibus adiiciat, & corporis bona & his quæ per corpus assiduæ exercitationis labore peragit, virtutes animæ concordes ostendat. Neque enim verax & sine simulationis fuco vita esse potest, nisi animæ & corporis membra congruentiam adinuicem & concordiam habeant: fieri enim equidem non posse puto, vt aut animæ adipiscamur bona, nisi absint vitia corporis, aut corporis bona consequamur, nisi virtutes animæ ante præcedant. Oportet autem animam ipsam sibimet consentientem, consonum sibi aptumq; corpus accipere, atque ita demum vtrisque anima scilicet & corpore ad vnum cursum æquabiliter se obtemperantêrque mouentibus, perfecta

Collatio ad modum elegans ex cōtrariis.

γνώμη.

A bus, perfecta monstrabitur beata vita. Virgo igitur quasi aquæ oleum puram animam corpori semper insidentem habeat, eiusq; lumine subiectum regens corpus, nihil ex carnalium vitiorum, ferè nihil ex voluptate turbidum purissimo decori animæ admisceat: ieiuniisq; ac spiritali exercitio feruores ex eo emanantes salubriter cohibens, luti eius plurimam partem cōtinētiæ operib⁹ exhaurire festinet. Ita nihil ex animæ vitiis, nihil ex zelo & hypocrisi, nihil ex insipientia turbidum corpori cōmunicabit, sed animum indignatiōe omni & omni iracūdia omniq; vitiosa concupiscentia liberum, lucidum ac limpidum in vita præfert. Porrò si à perturbationibus remotum ac tranquillum prę se ferre debet humanum instrumentum quòd ex anima cōstat & corpore, & vtrunque in sua seruare natura quietum, suum perficiens munus,
B operępretium est vt quemadmodum fluentes in corpus per ventrem turbidos excluſit riuos, ita & eos qui in animam influunt obseruet atque auersetur. Sic denique durabit vtrunque in sua natura quietum & imperturbatum, alioquin dum vitia confundunt animum, virgineum decus intemeratum, sicut oportet, enitere non poterit. Imò præter id, quòd nihil ex corporali exercitatione proficiet, fœditatis plurimum in anima ex perturbatione vitiosa apparebit: licet enim carnalium passionum limum à corpore in animam euaporantem spiritalis exercitij studio ad naturæ necessitatem veluti ad regulam & libram restringat & contrahat: si tamen animæ perturbatur vitiis, nihil ei carnis munditia proderit, cum in ea sponsus ob perturbationum strepitum & tumultum accumbere, ac requiescere non possit. Imò & sibi plurimum
C quæ est huiusmodi nocuit, quid sponso cœlesti placeat ignorare conuicta, & inuestigare dissimulans: atque ita ex rationis inopia cogitationumq; peruersitate corporaliū quoque exercitiorum ac laborum mercede se priuat: nam si vt seruetur inuiolata pulchritudo animæ integrum corpus castumq; seruam⁹, superflua iam erit & inutilis integritas carnis anima per vitia innumera corrupta atque pereunte. Quorum enim corpus peccati instrumentum diabolus accipit, per id ipsorum animabus insidias & necem parat: quorum vero carnem inuadere per continentiam & vitæ maximam austeritatem non permittitur, horum sæpe nudam sine corpore animam nactus, per eas quas in illa gignit, perturbatiōes, sua desideria perficit. Eiusmodi profectò sunt quæcunque vigiliis, ieiuniis, chamæuniis, & reliqua corporis vehementi
D exercitatione ipsum à carne sua effugantes, iræ & simulationis, & indignationis, & zeli, ac liuoris agitatæ turbinibus illum in animæ sinibus fouent. Quanto autem corpus inferius est dignitate quàm anima, tanto minus est vitium quod per corpus admittitur, quàm quòd per nudam perpetratur animam: nam ibi quidem necessarius & naturalis cibus atque appetitus ad gulam seu fornicationem per adiunctas sibi voluptates corpus omne titillat, hic absque vlla corporali voluptate sola peruersione voluntatis vitia in animam influunt. Enimuero si soli animi vitiis corrumpi virginem constitit, cauenda illi omnino est omnis perturbatio & furor, & contentio, & cætera quæ dixit Apostolus: sed inuidia in primis. Quiddam enim similimum & qui amat, & qui inuidet, patitur. Nam sicuti amantis cum sua concupiscētia frustratur, & animam & corpus consumit amor: ita inuidentis quoque & animam & corpus li-
E quefacit inuidia. Eadem enim ratione & qui amant cum suo fraudantur desiderio præ amore: & inuidi quoque dum sua concupiscentia inanes remanent, præ inuidia, & corpore simul & animo tabescunt. Nec secus planè quàm cereæ patiuntur imagines, quæ noctu à cerariis effictæ igneis postea solis radiis liquefactæ soluuntur: illæ enim quàm diu eas nocturnæ, continent tenebræ compactam in vmbra atque ad nocturnas auras figuram sicuti effictæ erant, superficie tenus solidam ac fortem interim præferunt. At vero iam rutilante sole, itinerisq; sui cursum peragente, quando cætera illius virtute nutrientur, luceq; fruuntur, liquefactæ illæ & formas vnà & figuras & habitus, illudq; superficiale robur amittunt: confusisq; omnibus va-
F nescunt: ita ferè & inuidi, quam diu sub diaboli tenebris veluti in nocte ad inuidiæ consultāt opera, solidas interim cogitatiōes & figuras ac formas sicut ab inuidia formatæ sunt sibi inuicem videntur ostendere: vbi vero studiosus quisque & industrius ad virtutis opera solis instar matutinus effulserit, cæteri quidem virtutum vitam, deoq; placitam, & gratam cōuersationem admirātur, atque ad amoris intimi agnitionem ab eo illustrati virtutis nutriūt semina: qui vero inuidia tabescunt, illum in modum solis inuictum, deóque charissimū ac virtutibus clarum cernentes, & magis magisq; conspicuum tanquam cerei (vt dixi) & corporū formis & animis inuidiæ plenis repentè liquescunt atque deficiunt. Serenum igitur oportet esse virginis animum ac diuinis cogitationibus, veluti ex quodam purissimo fonte stagnantem, tranquillum, pacificúmque durare, vt neque inuectis extrinsecus per aures verbis agitētur, neq;

Perstat in priore metaphorica similitudine aquæ & olei

γνώμη καὶ ἐναπίωσις.

Chamæuniæ humicubationes.

Collatio amantis & inuidi.

A simili βάσανος

Universidad de Deusto
Biblioteca

Metaphoræ

tur,neque irruentibus per oculos formis à ſtatu illo ſuæ quietis fluctuans deuiet : ita veluti in G
lucidiſſimo ſpeculo & ſuam ſpeciem & ſponſi pulchritudinem intuens, illius amore carius ac
germanius exatiabitur.Quocirca neceſſe eſt virginem in hoc aquæ ſpeculo nullam aliam in-
tendere faciem,ne illam quæ prius inerat,ipſa continuo ſubrepens deleat. Non,inquã,vel ira
vel triſtitia,vel quibuſlibet perturbationibus aliis eam omnino iactari decet, ne alienas ima-
gines ineſſe animo ex ea agitatione demonſtret. Sed eodem ſemper modo diuino placidiſſi-
mè perfuſa gaudio,tranquillam ſe ab omnibus paſſionum fluctibus ſeruet , nulliusq; in ſe niſi
ſponſi ſolius præferat ſpeciem,vt ſolus ille in ea propriam cernat imaginem , ſolamq; anima
ipſius formam in ſpeculo ſuo habeat lucentem , eiusq; pulchritudine ornari iugiter appetat.
Idcirco præmuniens ipſius animam deus,ſacro illam eloquio inſtruit,dicens : Si ſpiritus po- H
teſtatem habentis aſcenderit ſuper te , locum tuum ne dimiſeris, ne ſcilicet aſcendente pote-
ſtatiua cogitatione,imago illa veluti nacta locum in ſpeculo,obſiſtẽte nemine , peccati ei in-
ſinuet ſpeciem,impleatur Chriſti facie tota virginis anima:nullúſque omnino in ea locus va-
cet quo aſcendens otioſa cogitatio inueniat vbi ſua & ſeipſam ſpeculetur. Nullius igitur(vt
breuiter dixerim)abſentis,nullius præſentis hominis ſpeculum ſit virginis anima , niſi ſancti
ſponſi ſui: nulla prorſus in eo alia quàm ſponſi inſpiciatur forma.Nullam aliam ob rem ſpe-
culum animæ ſtudioſè ipſa detergat,niſi vt ille huic ſuæ pulchritudinis irradiãs ſpeciem, illã
beatiſſimam faciat.Nam ſi mortalium quiſquam huic inhæreat ſpeculo: neceſſario iam om-
nino circa huius occupata formam,ſponſi facie ſenſim ſe abducente atque dilabente illũ nuſ- I
Collatio ex Apoſtolo. quam intuebitur.Sicut autem qui adhæret meretrici,vnum corpus eſt:ita & qui adhæret do-
mino,vnus ſpiritus eſt: dum & corporis purgatur vitiis,& animam in diuinæ imaginis excel
lentiam transfert.Neque ſanè ſi virginem ad veram integritatem prouocantes, mortalis in-
terim ſponſi vtamur exemplis,vllam ei nuptiarum carnalium cogitationem iniicere intendi
mus:verum ex carnalis connubij copula,coniunctionem rationalis animæ cum deo dei ver-
Explicat ĩductam collationem. bo ſapienter oſtendimus . Sicut enim corpora communione coniugij, voluptate, affectibus,
corruptione concubitus per conſpirationem ad actum , vnum fiunt: ita & rationalis anima
maritali conſortio ad deum verbum virtute & incorruptione & vera tranquillitate perfruẽ-
tur: vt his freta munerib⁹,per veracem conſenſum , quo ad ſanctificationem ex eo verbo ſibi K
prouenientem nititur,puriſſima fiat.Quocirca quæ Chriſto per virginitatis profeſſionem co
pulata eſt,tanquam ſapientiæ ac verbi dei ſponſa , ſapiens ac prudens ſit neceſſe eſt , vt omni
ſtultitiæ & inſipientiæ nota iugi diuinarum rerum meditatione longius exploſa,ſapientię cui
coniuncta eſt, ornetur pulchritudine . Cum enim cæteris qui beati eſſe ſtudent , tum ſponſæ
Chriſti in primis conuenit operationes animæ quæ per ſenſus fiunt , ab exterioribus ad inte-
riora conuertere,ac ſponſo in intimis thalamis vt deo dei verbo perpetua dilectione ſociari,
cum eo colloqui & in eius die noctuq; lege meditari, & his quidem quæ ad ſponſum ducunt,
Lege ſcilicet & Euangelio: & ſiqua his conſona ſponſi decorem exponunt oblectari:ſanctiſq;
intelligentiarum fœtibus , ſapientem ac rationalem magis ac magis ſemper euadere , donec L
æternam ſapiẽtiam ſibi penitus iungat, vnumq; cum eo cui inhæſit effecta ex corruptibili fiat
incorruptibilis: ex imperita prudens ac ſapientiſſima tanquam verbi cui inhæſit coſta, atque
(vt breuiter dicam)ex homine mortali immortalis deus, ſicut ille cui coniuncta eſt omnibus
* manifeſtetur.Sicut enim ſponſus eius,thronos & dominationes deſerens,illi rationi morta-
Collatio ſponſi & ſponſæ. litatis adhæſit,vt vnum cum illa miſericorditer factus,ſua illam gloria & immortalitate do-
naret: ita & ipſa ei qui ſui gratia exuit principatus ac poteſtates,& ſeipſum à forma dei ad ſer
ui formam per nimiam amoris vim exinaniuit: immortalitatis ratione inhærere debet,vt in
cœleſtem quoque thalamum ad patrem aſcendenti coaſcendat.Propter hoc enim,inquit, re-
linquet homo patrem ſuum & matrem , & adhærebit vxori ſuæ , & erunt duo in carne vna.
Quod exponens qui ad incorruptionem vitæ ſponſam Chriſto præaptare cupiebat:ſacramẽ- M
tum,inquit,hoc magnum eſt,dico autem in Chriſto & in eccleſia : neque enim ideo deſcen-
dit Chriſtus vt inhęrendo ſponſæ remaneret in terris,ſed vt aſſumens eam atq; in meliora cõ
mutans,è terris ad cœlos & ad regna æterna reueheret.Nempe quæ Chriſto deſponſa eſt, nõ
modò ad ſponſalia lauacra Ioanne vtitur miniſtro,ſed angelos etiam habet, qui aſcendẽti ad
patris ſolium epithalamium canant : non modo igitur virgo vnione qua incorruptibili ver-
bo coniungitur,incorrupta perdurat,verum illa quoque integritas poſtquã fuerit vnita per-
ficitur.Non enim in morem carnalis ſponſi qui integram virginem carnali coniugio violat
& mulierem facit , animarum quoque noſtrarum ſponſus incorruptam animam ſua cõmu-
nione

A nione commaculat: ſed inquinatam potius à diabolo per voluptates corporis nactus,eam ex
muliere polluta immaculatam virginem efficit : hanc denique myſticam deſponſationis ra-
tionem ipſe nos per prophetam edocet,cũm ad ſponſam ſuam dicit:Nunquid vt domum me
vocaſti & autorem virginitatis tuæ? Quaſi diceret,& autorem incorruptionis tuæ . Sicut e-
nim autor ac princeps vxoris corrumpendæ eſt vir,ita incorruptionis cuiuſque noſtrũ autor ἀνομοίωσις.
eſt dominus,qui cum noſtræ inuiolatæ puritatis ratione ſit dominus, ipſam à principio no-
bis indulſit,quem etiam incorruptionis noſtræ dominum oportet recognoſcere , in eo ſcili-
cet manendo & inhabitando.In ipſo quippe viuimus,mouemur & ſumus , vt eum quaſi to-
tius virtutis & integritatis domum ſemper incolentes,non excidamus eo quòd in ipſo eſt il-
B libatæ ſanctitatis domicilio.Sicut enim in his qui digni ſunt,inhabitat & inambulat, ita rur-
ſus qui digni ſunt in ipſo habitant . Idcirco etiam poſtquam nos à ſeculi negociis curisq; ſu-
ſcepit.Ingreſſos iam in illum & in ipſo habitantes,ne ab eo excidamus: prouidè admonuit,di
cens: Manete in me,& ego in vobis:ita cum inter cætera magnum quiddam atque ſplendidiſ
ſimum virginitas intelligatur : regenerationis etiam atque incorruptibilis vitæ ſemen eſſe
quoddam puriſſimum cernitur.Si enim in reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed
ſunt ſicut angeli,efficiuntur filij dei.Et hi profectò qui virginitatem ſeruant, angeli ſunt: qui
viuentes in carne corruptibili mortalium vitam illuſtrando tuentur : angeliq; ſunt, non ob-
ſcuri aliqui,ſed ſanè illuſtres atque nobiliſſimi. Illi enim carneis nexibus liberi , integritatem
C ſuam in cœlis ſerant,& loco & natura inuiolabiles & apud ſummum regem omnium deum
conſtituti.At vero iſti in terra carnis illecebris & voluptatibus diu reluctantes, ac diaboli tẽ-
tamenta perpetua exercitatione vincentes, incorruptionem angelicæ puritati parem virtute
præcipua ante creatoris oculos cuſtodierũt. Qua in re virginum pulcherrimum ſtatum me-
ritò quiſque admirabitur,quo fœmineo veſtitæ corpore,mollitiem ſexus animiq; laſciuiam iu
gi exercitio virtutis repulerunt, virisq; pares ſicut etiam animo pares conditæ ſunt , per vir-
tutem euaſerunt: & ſicut illi per ſacri certaminis labores ex viris in angelorũ ordinem tranſ-
eunt: ita & ipſe paris certaminis gratia ex mulieribus ad eandem dignitatem angelorum trãſ
feruntur.Quæ igitur in hoc ſeculo pares maribus animo ſunt : & ſi per amictũ fœminei cor-
poris ad eam æqualitatem nõ adſpirant , eas in futuro ſeculo per omnia æquales angelis vir-
D tutis merito inueniri certum eſt.Si enim quando non nubent,neque nubentur,angelis æqua-
les declarantur quæ in hac vita ſtudio id & labore conſecutæ ſunt : iam nunc profectò ange-
lis pares ſe cunctis comprobârunt,dum maris ac fœminæ proprietates ad carnis copulã ſua-
pte natura tendentes, virtute abſciderunt , animabusq; nudis & expeditis cum hominibus in
terra commoratæ ſunt. Nempe enim niſi in fœmineo corpore per conſenſum voluptatis ani
ma formetur ad vitia,non eſt iam maſculus & fœmina, non eſt voluptas & perturbatio : ſed
omnia in omnibus Chriſtus.Mortificatis quippe corporib⁹,edomitaq; voluptate quæ per na-
turam ineſt vtrique ſexui ad ſe mutuo concupiſcendum,ſola iam anima in eis viuere per in-
corruptionis meritum cernitur.Ei ſanè quæ huiuſmodi eſt, ſponſi famulum tangere tuto li-
E cebit: quandoquidem in eius carne fœminea non viuit voluptas , humaniter item ac ſyncerè
ſuſcipiet fratrem,pedes eius iuxta præceptum domini lauans, aliarumq; rerum indigentẽ cu-
ra refouens,è mortuisq; corporis manibus mortuum,quantum in ſe eſt contrectans corpus.
Quia enim mortificauit membra , quæ ſunt ſuper terram , viuitque iam non ipſa: viuit vero
Chriſtus in ea.Et quod nunc viuit in carne,in fide viuit , peragat ſanè virtutis opera Chriſto
ſolo in ſe viuente,& quæ ſua ſunt in ea operãte, cum Chriſto vnà crucifixum ac mortuũ cir-
cunferens corpus: ſic inquam ſponſi mandata exequens,per omnem actum clariorem refert
animæ ſpeciem.Quando enim tangente corpore nullo affectu anima ad maſculi commoue-
tur imaginem,ſed illud quodammodo inſenſibiliter tangit , voluptas in eo mortua perma-
F net,cum non poſſit qui illam exterius tangit ad propriam eam excitare libidinem . Ita enim Quales Te-
& cum ferueret perſecutionis immanitas: electæ virgines propter ſponſi fidem ad illudendũ cla, Agnes.
impiis hominibus traditæ corporibus inuiolatæ durarunt,eo ſcilicet cuius gratia id perfere- Agatha,Lu-
bant,impiorum conatus in earum carne irritos arguente,& integra earum corpora non ſi- cia.
ne prodigio & virtute diuina iugiter cuſtodiente, aut ſi quæ etiam vim paſſæ ſunt, non con-
ſentiente ad voluptatem anima,quia mortua corpora violari barbarica feritate putabant:in-
tegram atque incorruptam animam,nec alienæ libidini conſentientem ſponſo ſuo & fide &
virginitate inclytam maiore cum gloria & laude obtulerunt : voluit profectò dominus di-
gnanter oſtendere,eas cum ipſius nominis confeſſione præſenti corporis honeſtati prętuliſ-
ſent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sent,nec animas per negationem fuisse violatas,& corpore non consentiendo voluptati integras omnino euasisse.Nisi fortè qui per summam vesaniam iugulatam virginē violare pergit,eum quis mortuam quoque eo concubitu violasse fateatur, posset ille quidem eam cædere,sed nulla posset ratione corrumpere.Se quippe ipse corrumpit, ipseq; corrumpitur: virgo absente anima,inuiolata perdurat.Similes profectò sunt,quæ cum inter persecutiones casusq; omnes illuderentur à viris, quidlibet quomodolibet passæ, ex ea mortificatione carnis integræ atque incorruptæ perstiterunt.Præteritæ quippe exercitationis tempus eas aduersus huiusmodi pericula satis instruxit,cum viuentes in carne non secundum carnem militarēt.Idcirco & reliquas ad eiusdem virtutis imitationem prouocātes,aiunt,spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.Ostēdant,inquam, quæ sunt eiusmodi per benignam susceptionem studium fraternitatis.Nam & Maria pedes domini deosculans,nō vt viri, sed tanquam domini osculabatur pedes, lachrymis quidem antiquam flagrantis concupiscentiæ voluptatem in se prudenter extinguens & consenescere faciens, affectuq; egregio in dominū & sanctis osculis spiritum animæ vehemēter accendens. Viuebat itaque spiritu,cum & spiritu ambularet,& erga sponsum pro peccatis suis omnia cum prudentia gereret. Cæterùm peccato erat mortua,quæ maris & fœminæ cogitationem in tactu pedum osculisq; corporeis prorsus extinxerat.Tangat,inquam,quæ huiusmodi est,si qua tamen talis est,mandatumq; domini compleat. Et ea tamen quæ talis est tangens, vbique prudenter ac vigilanter attendat ne fortè dum iugiter tangit,paulatim in eam voluptas ex carne clam subrepat: sicq; huiusmodi infecta veneno & ipsa(quod absit)dicere habeat. Veniente autem voluptate, peccatum reuixit: ego autem mortua sum,& inuentum est mandatum charitatis, quod ad vitam est ipsum, mihi in mortem.Si enim angeli quoque corruerunt: multo magis qui angelis pares euasere lapsum timere debent,ne fortè post parilitatem illam angelorum, quam virginitatis sibi exercitationem quæsierant,videntes filias hominum quia pulchræ sunt, ad ipsas carnalis concupiscentiæ instinctu deuoluātur,dicátque eis: Ego dixi dij estis,& filij excelsi omnes: Vos autem sicut homines moriemini,& sicut vnus de principibus cadetis. Itaque multò melius est virginem securitati suæ & intuentium scādalo cautè prospicere,ac prudenter cōsortia quæque vitare,atque interim inhumanitatis elogio apud plerosque notari, quàm ad voluptatem detrimentúmque cuiusquam obtentu humanitatis & officij locum latenti subreptioni dare. Reliqua igitur aspernetur & negligat, & soli domino semper intenta, angelicæ puritati parem castitatis pulchritudinem à præsenti seculo ad futuram regenerationis vitam hinc iam integram,illibatamq; præmittat.Virginitas enim vitam nostrā de corruptione ad sanctitatis gloriam colligit. Nam priores illi quidem homines ex paucis(vt dixi) seminibus fœderatis nuptiis orbem terrarum humanitatis fruge impleuerunt, hæc autem sata iam toto orbe per voluptatem connubij grana intra cœlorum horrea congregat. Hanc nempe satorum in castimoniæ gloriam translationem significans dominus dicebat: Leuate oculos vestros, & videte regiones,quia iam albæ sunt ad messem. Per totum enim orbem prius inhabitabilē post habitari cœptum,plurimam segetem grauésque humani generis frugibꝰ culmos, & flauescētes aristas per omnes terrarum tractus intuens dominus, eiusce spicas colligēdi tempus iam iam instare,atq; adesse probauit.ideo virginitas sciens quia sicuti naturalem ad mortalis vitę progeniem per voluptatem coniugij humanitatis iacta fuerant semina,ita ad futuram vitam hinc iam vitæ nostræ semina oportet per castitatis munditiam serere, ipsa per se pura,sanctæ integritatis semina ad incorruptibilem vitam agricolæ præparat: resecans validiore incorruptionis manu fœmineorum corporum ad masculina cōgressum,virtuteq; inuiolabili clariorem speciem suam regenerationis seculo parans.Præoccuparunt denique virtutis opere virgines,quod in regeneratione per eam corporum mutationem, quę in resurrectione contineget,in ipsis dei virtute perficiendum est: hic enim angelorum instar,neque nubunt,neque nubentur,verum & virtute animæ & corporis integritate angelis æquales sunt. Porrò quòd incorruptibilis vitę semen è terris ad cœlum transferendum singulari gloria,virginitatem dominus noster esse voluerit, & incorruptionis honestati per integerrimā castitatem corpora nostra consuescere,ex eo in primis constat,quòd cum legi in omnibus obtemperauerit solum coniugium renuit.Oportebat enim vt qui ex intemerata virgine incorruptus etiam secundū carnem natus erat,ne coniugij quidem corpoream experiretur corruptionē. Cæterum à corruptis per iugalem copulam naturali integritati nostræ incrementa suppeditans, quèadmodum Adam præsentis vitæ semen per coniugij voluptatem fuerat: ita & ipse semen futuri seculi

G H I K L M

Argu.à maiore.

Metaphora Euangelica

Collatio.

A culi per virginitatis fieret integritatem, vt sicut illum per matrimonium ferentem humanū genus,hominem in terrena vita secuti sumus: ita & dominum per virginalem puritatem futurum seculum ferentem,prudenter sequeremur. Quòd si nō otiosè paradisum,primiq; Adā in eo conspicias vitam, inuenies profectò illum adhuc in paradiso constitutum opus nō habuisse cognoscere vxorem suam. Post præuaricationem vero,mortisq; sententiam,post paradisi amissionem tunc iam vxorem cognouit suam, vt vitæ postea mortalitatem prolis successione solaretur. At contra virgo eum qui ad paradisum reuehit sequēs in illo, & cum illo iam inter paradisi delitias æterna amœnitate incorrupta lætatur, maledictum illud effugiens quo extra paradisum constitutæ mulieri dictum est: In doloribus paries filios,& cætera. Neq; iam

B illic intelligere valet quomodo cognouerit Adam vxorem suam. Nec enim cum in paradiso esset.Sed postquam inde fuerat eiectus,hoc dictum est. Neque vero nos idcirco ista dicimus, vt quasi virginitatem humano generi præcipiamus: sed his, quæ pretiosissimam illius margaritam emere instituunt,eius ex omni parte munditiam insinuamus.De virginibus autem præceptum domini non habeo,consilium autem do, quasi misericordiam consequutus à domino.Non enim humano generi dominus per legem aut Euangelium virginitatis statuit leges.Nam qui vtrique sexui maris & fœminæ eum quem antè monstrauimus ob matrimonij necessitatem ad se inuicem habitum molitus est: eisq; qui mortales ex immortalibus effecti fuerant,aliam,ferè dixerim, immortalitatem per successionem generis parauit, quiq; id-

C circo dixerat: Crescite & multiplicamini, & replete terram: qua tunc ratione de virginitate leges ponere debuit,cum vel ad supplementum eorum,qui in bellis mortem oppeterent, gignendorum multitudinem esse necessariam cerneret.Nempe enim in lege quam per Mosem dedit, liberorum procreatio benedictione quoque digna censebatur. Postea vero quàm suis vbique fructibus floruit mundus: tantáque multitudine hominum referta terra est, vt neque nascentium iam numerum capiat: adestque illud quod in aduentu domini fore prædictū est: cum hi scilicet qui eius monitis prudenter obtemperant,concîdunt gladios suos in aratra,& lanceas in falces.Neque sumit iam gens contra gentem gladium,neque vltra bellare discunt. Iustissima ratione virginitas contrà atque hi, qui corrumpuntur per corpus ex corporibus

D verissimam integritatem germinat. Nec tamē(vt dixi)de virginitate tulit per Mosen dominus legem,vtrunque sexum intuens,hominúmque naturam. Neque hanc in Euangelio præcipit,sed assumpta Mosi lege, quòd illi ad perfectionis meritum deerat,edocet,dices,dictum est: Non fornicaberis.Ego autem dico tibi,non concupisces, & cætera: sedensq; in monte à beatitudinibus incœpit aperire os.Percurrens quoque Mosi leges,& eas ad verę virtutis proiuehens culmen,cum ea quæ ad salutem conferunt,mandata docuisset,impleto doctrinæ cœlestis ministerio, de monte descendit: nusquam virginitatem inter veteris vel noui testamēti mandata constituens.Voluit quippe eximiæ virtutis meritum non iussionis necessitati obnoxium fieri: sed egregij ac singularis animi specimen atque indicium esse, dum sponte sua

E nulla imperij necessitate cogēte quod mandata omnia excellit, & supra humanæ naturæ modum est desiderio affectúque virtutis efficeret. Coniugium quippe naturale est, vbi etiam lex conuenientia naturæ disponit.Virginitas vero supergressa naturam legis vinculis non tenetur adstricta, quæ incorruptionis excellentem virtutem creatori & autori legis iure pretiosi muneris offert.Idcirco dominus quidem(rursus enim id repetam)nusquam de virginitate leges tulit.Permisit tamen vt sicut ab incorruptione ad corruptionem præter naturam immoderata potestate vtens, homo defluxerat: ita rursus à corruptione ad incorruptionem natu-

ram suam præstantiori voluntate vim sibi inferendo proueheret. Non, inquam,iubet, neque imperat hanc rem: excellens quiddam & supra naturam, supráque legem ac virtutis studio

F deditæ animæ propriam esse non ignorans. Cum enim audisset dicentem sibi: Non expedit nubere,volens illius excellentiam pandere: Non omnes,inquit,capiunt. Quem & diuus Apostolus sequens,ea quidem quæ sunt ad vitam necessaria,in epistolis mandat, Ecclesiamq; singulis ordinibus quasi vnum corpus à capite(vt ita dixerim) vsque ad extremos vngues componit atque ornat.Cæterum de virginibus nihil ipse decernit, sed cum inde interrogaretur, imitatus est dominum,dicens: De virginibus autem præceptum domini non habeo, nusquā enim inuenio,neque per legem, neque per Euangelium hoc eximium sanctæ & singularis animæ meritum à domino fuisse imperatum. Porrò sicut rogatus dominus his qui se interrogabant: Non omnes capiunt,respondit,neque tamen magnitudinem ac dignitatem rei,modúmque quo virginitatem quispiam assequeretur,tacuit.Sed inferens trinam eunuchorū speciem,

Collatio cō iugij & virginitatis.

Virginitas quiddam est eximium & supra naturæ leges.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De virginitatis cõplexu,nõ præceptum,sed consiliũ cur detur.

ciem,ostendit: ita & ego,& si præceptum domini non habeo,cõsilium tamen do. Quia enim G
supra naturam ea res futura est: meritò ab ea seruilis omnis iussio explodi debet: liberóque potius consilio agendum ac docendum,quo pacto possit is qui liber imperio, & sua sponte præstantior effectus est, naturæ suæ ad consequendam inuiolabilem integritatem vim inferre.
Quemadmodum igitur dominus virginalis abscisionis modos rogatus aperuit, & discipulus virginitatis intulit consilium, dicens: De virginibus autem præceptum domini non habeo: consilium autem do,quasi misericordiam cõsequutus à domino vt sim fidelis. Arbitror autem hoc bonum esse,propter instantem necessitatem quia bonum est homini sic esse.Alligatus es vxori,atque hoc vinculo antequam merita virginitatis agnoscerem constrictus,noli quærere solutionem.Solutus es ab vxore: noli quærere vxorem.Quasi dicat:Ne ligari quęras H
hoc vinculo.Si autem & vxorem ducas,non peccasti.Et si nupserit virgo,non peccat.Tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi, aperientes sibi per coniugij copulam dolorum officinam.Ego autem vobis parco.Hoc autem dico fratres:Tempus iam breue est.Regiones enim albæ sunt,& iam iam ad messem flauescunt,vt & qui habent vxores,quasi non habentes sint: non autem qui non habent,sint quasi habentes.Sicuti profectò quidam faciunt, qui cum ex virginitatis voto vxoribus careant, ac si eas habeant se agentes virginitati contumeliam faciunt.Et qui flent,sint tanquam non flentes:& qui gaudent,tanquam non gaudentes:& qui emunt,quasi non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo,quasi non vtantur.Præterit enim figura huius mundi.Volo autem vos sine solicitudine esse.Qui sine vxore est, solicitus est quæ I
sunt domini,quomodo placeat domino.Qui vero vxorem habet,solicitus est quæ sunt huius mundi,quomodo placeat vxori.Et diuisa est mulier quæ nupta est,& virgo: quæ innupta est, solicita est quæ sunt domini vt sit sancta & corpore,& spiritu: quæ autem nupsit, solicita est quæ mundi sunt,quomodo placeat viro. Hoc autem ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam,sed ad id quod honestum est, & intentè facit seruire domino absque vlla distractione.Si quis autem indecorum virgini suæ putat,si prætereat nubendi tempus,& ita fieri debet: quod vult, faciat, non peccat, nubat. Sciat tamen quia magis mortali viro & mundo placere,quàm domino fruendæ voluptatis gratia elegit. Qui autem statuit in corde
suo firmus,non habens necessitatem,potestatem autem habens suæ voluntatis,& hoc iudicauit in corde suo,seruare virginem suam,bene facit. Igitur qui matrimonio iungit virginem K
suam,bene facit.Melius est enim nubere, quàm vri. Et qui non iungit,melius facit, hanc domino mortalis viri vice despõdens,At vero dominus his qui coniugij molestiam didicerãt, & quod solui facilè non possit,vxoris vinculum ægrè ferebant,dixerántque:Non expedit nubere.Non omnes,inquit,capiunt verbum hoc:sed quibus datum est.Sunt enim spadones,qui ex vtero matris ita nati sunt: quicunque scilicet naturæ beneficio ad cõcubitus illecebras abscisi connubia respuunt & aspernantur.Et sunt eunuchi,qui ab hominibus facti sunt, doctrina,diligentíque custodia ad virginitatis obseruantiam inducti: sicut & illa, quæ à patre virgo seruatur,de quo dictum est: Qui autem iudicauerit in corde suo seruare virginem suam,
bene facit.Et sunt spadones,qui seipsos absciderunt propter regnum cœlorum: qui etiam cæteris præstantiores sunt,quia cum neque naturæ ad castitatem tuendam nitantur auxilio, neque ab hominibus,quorum sub ditione sunt,spe præmij alliciantur, ipsi semet propter regna cœlorum ad virginitatis præclarum certamen exercent, coniugiúmque & simul omne seculum eius seruandæ caussa contemnunt,regnúmque cœleste cum sudore, gloriosíq; laboribus capessunt.Nam qui ex vtero matris eunuchus est,vt per naturam castus, nihil operis proprij potest in specie sanctæ virginitatis ostendere, naturæ(vt dixi)bonitate non castitatis affectu, aut studio connubium renuens.Ita & qui abscisus ab hominibus est, dum obseruatione iugi
virginitatem seruare compellitur, huiusce sanctitatis gratiam non esse sui meriti, verum se M
obseruantium indicat. At vero qui seipsum instinctu gratiæ spiritalis abscidit, præcipuúmque ac singulare opus per continentiam, & ardens ad cuncta exercitium munus suum fecit, hic suis non alienis rectè factis in cœlesti regno honestus & clarus est. Illud præterea notandum,quòdverbum domini ad eunuchos apud Esaiam resumens spadonum differentiam dominus tradit,nihil à doctrinæ suæ more deuiando. Sicut enim per Mosen non mœchãdum, simpliciter iubetur: in Euangelio autem quomodo non sit mœchandum, quique seruandus modus dominus explicat: ita & per Esaiam eunuchos fieri: in euangelio,quo pacto fieri oporteat,nec vnam,sed trinam esse eunuchorum speciem intelligendam, veritas docuit: vt illic generaliter eunuchus,hic etiam distinctè,& per species nobis designetur. Nec sanè repugnãt

ἐυνοῦχοι. Primi execti naturæ prerogatiua Secundi spadones.

Tertij propter regnũ dei.

superiùs

A superius expositis quæ modò dicimus,neq; enim de spadonibus in Esaia leges tulit, aut imperauit eiusmodi abscissionem, sed quibus digni sint præmiis præclari & optimi eunuchi, prædicauit.Iuuat autem verba ipsa diligenter inspicere:Hæc dicit dominus eunuchis.Qui custodiunt sabbata mea,& eligunt quæ ego volo, & retinent testamentum meum, dabo eis in domo mea,& intra muros meos locum nominatum meliorem filiis,& filiabus: nomen æternũ dabo eis,& non deficiet. Non ergo his, qui casu aliquo simpliciter eunuchi sunt, huiusmodi promissio fit: sed qui custodiunt,inquit,sabbata mea,& eligunt quæ ego volo. Sabbatum vero nõ in opere,sed in operis cessatione intelligitur.Vult itaq; sabbatizare virginem,vti ne virB ginitatem operãdo custodiat, sed absq; motu operis integritatem inuiolabilem seruet. Quasi dei simulachrum,inquit,ex anima & corpore virgo in terra formata est.Mysticè ergo sabbatizet,non pedem,nõ manum,non oculum,nõ aliud quodlibet membrorum, sed ne animum quidem ad corrumpendã naturalem pulchritudinem moueat, sed persistat vt præclara diuinæ maiestatis effigies solida,atq; immobilis ad omnem imaginem,ad omnem tactum, semper ac iugiter in petra stans, ne quis siue per oculos, siue per aures, siue per alium quemlibet
sensum subrepens,aut animæ in diras moueat figuras dei,aut confusis primitiuis formis,suas ipsi pessimè ac licèter insculpat:sicq; corrupta & obliterata animæ specie, corpus iam luteũ ac
C materiale per illicitos tactus vbiq; probris & maculis repleat.Stet igitur immobile,stet fixum ac solidum simulachrũ domini, perpetuò sabbatizans vt neq; sui ipsius vitio motum vspiam nutet,aut in ipso motu dum fortè turbatur, aliquid naturalium lineamentorum collidet ac violet,neq; ad externa manu agitatum furto florem naturalis decoris amittat. Fortassis hoc sabbatismo quo pacto etiam virginitas acquiri possit naturaliter simul ac mirabiliter signat. Sicut enim exponens salutis nostræ commercium: Ne,inquit,dixeris in corde tuo: quis ascẽdet in cœlum? hoc est Christum inde deducere:aut quis descendet in abyssum? id est, Christũ ex inferno,mortuisq; reducere,Sed quid?Prope est,inquit,verbum in ore tuo & in corde tuo, neq; opus habes quæ à te adeò remota sunt,cœlos scilicet aut abyssos perscrutari, sed eo quòd prope est, & tu vtere prompto adiutorio: si enim confessus fueris in ore tuo dominum Iesum,& credideris in corde tuo quia deus ipsum excitauit à mortuis, saluus eris: ita fermè &
D de virginitate ait: Ne dixeris, quomodo ascendam in cœlum, virginitatis meæ integritatẽ inde deducere: aut quomodo descendam in abyssum, vt eam dudum à diabolo corruptam mihi ipsi recuperem. Sed quid? Prope te est,inquit,& per naturam tecũ nata virginitas. Neq; igitur maria transfretare vt eam acquiras tibi opus est,neque vastum & infinitum peruolare aërem,neque terrarum tractus hanc vestigando circuire, aut è terris euolare, cœlúmque pro ea inuenienda lustrare,sed omissa(vt dixi)cura superflua huiusce locorum spatia, & interualla peragrandi, te ipsam vt te habeas, diligentius inspice, atque hanc in te per naturam opertam abditámque reperies. Quam si tecum & apud te permanere inuiolabilem cupis, perpetuum sabbatum celebra,hoc est, mane quod nata es. Ne manum moueas ad tangendum virum,neque plices explicita, neque soluta colligas, neque inuiolata membra alterius generis
E membris iungẽdo corrumpas,sed permane quòd es in cubiculo cordis, nihilque amplius inquiras. Apud teipsam sabbatiza, nihil operans quo id soluatur, quod in te per naturam est. Non te muros atque parietes, vt virginitatem reperias, transilire necesse est. Ista quippe si egeris, fortassis & virgo esse desistes. Porro in cubili, si hoc sabbatum celebres: integram te puríssimámque custodies, sicq; facilè inquam virginitatem rem omnium pretiosíssimam, amplíssimumq; patrimonium habitura es. Non enim impendens aliquid vel noui quippiam gerens,hanc tibi vindicare & acquirere poteris,sed immaculata virgo quod nata es,permanens optima semper omnibus clarissimaq; videberis. Cæterum si hoc amittas patrimonium integerrimæ castitatis, quamuis illa omnia facias quæ dixi, cœlúmque ac terras & maria &
F abyssos, immensúmque aërem peruagata fueris: nulla hoc omnino ratione recuperare iam poteris.Quo enim pacto quod corruptum semel est,iam incorruptum fiet? Qua ratione quæ cognouit virum, quasi quæ non agnouerit existimabitur?Quomodo quod penitus concupiscentia & voluptate & perturbatione vulneratum est, quasi alienum iam erit à vulnere cum signa corruptionis in anima,& corpore impressa iugiter maneant? Pœnitentia quidem peccatum relaxari certum est,verum quæ corrupta est,quasi ea inuiolata perstiterit, redintegrari omnino nõ valens,dum viuit, lugebit. Quocirca quoniam hæc pretiosíssima omnium est, maximáque possessio,hisq; qui hanc fuerint adepti,reposita sunt gloriosíssima præmia,doctri
næ domini obtemperantes,ea ratione sabbatizare studeamus:quam à principio sermonis no-

t stri ad

Esa.56.b.

שבת enĩ requies cessatio.

Vel hinc elucescit sanctimonia Basilij.

Virginitas semel non redintegratur.

Nouè interpretatur, Ne dixeris in corde tuo?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sabbatizãdũ quo pacto fit virgini.

stri ad finem vsque ſuggeſſimus, impollutamq́, & ab omni macula intactam aſſiduè naturalem diuinæ effigiei ſeruemus pulchritudinem. Nõ ſolum autem, inquit, ſabbatizet virgo, verum & ea eligat, quæ volo. Quid autem æquè, ac incorruptionem deus velle putetur. Quam profectò ex collatione corruptelæ iugalis huiuſmodi ſabbati celebratione, ſancta virgo eligẽs atque ſeruanda mandata teſtamentum domini tenens, accipiet ab ipſo, atque intra muros eius locum nominatum meliorem filiis & filiabus. Non ſolum enim ſabbata mea cuſtodientibus eunuchis & eligentibus quæ ego volo, verum & teſtamentum meum tenentibus ea dabo, quæ dicta ſunt, Meminiſſe itaque teſtamenti ſponſi ſui die noctuq́ virgo debet, quòd ille pro ea, & pro eius integritate moriens edidit, ipſi vſq́ teſtamenti & mortis, quam ipſius gratia ſuſcepit: ſeipſum enim pro illa tradidit, vt eam ſanctificaret, memoriam aſſidua ſecum meditatione voluens, teſtamentum ipſius iugiter teneat, id eſt deleri, aut irritam, inanémque fieri, non ſinat conſummatam in ipſius morte ſalutis ſuæ cauſſa diſpenſationem, qua ſcilicet proſpiciens ipſius libertati, eam ſuo redemit ſanguine, redemptamq́ non modò libertate honorauit, verum ſponſam quoq́ ſibi aptans reginam facere, præcipua gratia & excellenti pietate dignatus eſt. Ideo teneat ipſius teſtamẽtum, hoc eſt (vt planius dicam) dotale quoddam ipſius erga ſe teſtamenti conſcripti legitimè, conſtantisq́ coniugij iugiter teneat ad ſtipulationes, fœderaq́ coniunctius ſeſe illi immaculatam in omnibus exhibens, vt dignè pro ſponſi merito hic viuens, illic etiam bonis ab ipſo ſibi præparatis perfruatur. Cuſtodientibus quippe ſabbata mea (rurſus enim id repetam) & eligentibus, quæ ego volo, inquit, ac tenentibus teſtamẽtum meum: dabo in domo mea, & intra muros meos locum nominatum meliorem filiis & filiabus. Ne enim videantur vt ſteriles & infœcundi abiecti eſſe & ignobiles, ita, inquit, familiares & amici mei erunt, vt in domo mea & intra muros meos maneant. Præterea tanto apud me honore digni habebuntur, vt quæuis filiorum ingenuitas non poſſit cum illis de dignitate cõtendere: dabo enim eis, inquit, locũ, non ſolum habitationis, ſed promotionis etiã ac dignitatis, vt omnibus perſpicuũ ſit, ipſos vltra ſucceſſionẽ liberorum, dignitatis excellẽtia nobilitari. Et quid amplius de myſticis aut eunuchis dicã? Nomen æternũ dabo eis, quod ſupra nepotũ illis progeniem ſufficiet, nec vnquã deficiet. Hic enim carnales filij parentũ ſubeuntes nomẽ, ſicuti vitam illorũ extinctam ſenectute ſuccedẽdo rediuiuã reddunt, ita nomẽ quoq́, quod morientibus parẽtibus deficiebat, in ſeipſis exſuſcitãt, qui cum hoc modo præcedentium vitã ac nomen aliquãdiu ſuffectione prolis inſtauraſſent, & ipſi tamen conditione mortali proceſſu tẽporis omnino deficient, ſine nomine genus relinquẽtes. Quod autẽ à me præter locorũ priuilegia datur eunuchis nomẽ, pro omni ſucceſſione generis (dicam rurſus) illis perpetuò ſufficiet vt & ipſi, & omnes intuentes, ab euentu & exitu rei nominis excellentiam confiteantur, quod ſit profecto melius filiis ac filiabus, quorum vitio ſæpe contingit, vt execrabilis ſit tota progenies, & confuſionis loco, & peccati nomine. Pro humano enim, inquit, nomine angelorum immortalium eis nomen dabo, quod nõ deficiet, vt cœlum & cœli pulcherrimam partem habeant ad immorãdum, atq; in cœli pulcherrima ſede, hoc eſt, in domo mea intra ſepta habitantes, non angelorum iam naturam tantum, ac dignitatem perpetuæ ſucceſſionis accipiant, ipſi ſibi in æterna vita pro ſucceſſione generis ſufficientes, verum & locum inter angelos habeant illuſtrem, atque inſigniſſimum, noménque pro eximiæ virtutis ſplendore indelebile: Muniantur ergo vndique virgines, ac ſe obſeruent ſumma diligentia, ne ſicut à terra & hominibus in cœleſtem, angelicamq́ dignitatem aſcenderunt: ita econtra ab angelis & cœlis in terram peſſima ruina delabantur. Vidi enim ait, eum qui aliquando in cœlis coruſcabat, vt fulgur de cœlo cadentem. Cuius, rei gratia, modis ſe omnibus ſeruare debent. Talibus itaque præmiis digni inuenientur in regno, ſacri ac ſpiritales eiuſmodi eunuchi. Eiſdẽ vero muneribus ne illi quidẽ fraudabuntur, qui in ætate puerili tyrãnica manu violenter abſciſi ſunt, ſi in ea quam in corpore non ſponte pertulerunt, conſtituti voluntaria poſtmodum ſeipſos abſciſione caſtrauerint, vt ſabbatizent ab omni omnino vitio, & ea eligant, quæ deus vult, & mandatorum eius teſtamentũ teneant. Quippe animi virtute nequaquam inuenti infœcundi locum habituri ſunt in domo domini, meliorem filiis & filiabus. Neq; vltra lignum aridum pro infœcunditate carnis exiſtimandi ſunt: ſed vt virẽtia arbuſta plurimis iuſtitiæ fructibus omni ex parte redimiti. Plantati enim, inquit, in domo domini videbuntur, in atriis dei noſtri florebunt. Non itaque (dicam enim iterum) leges de virginitate dominus tulit. Sed eam rem liberi arbitrij ac voluntatis mnus eſſe volens: quibus præmiis donandi eſſent, qui naturam hoc myſticè abſciſionis modo tranſcenderent, oſtendit.

προ ὑπερθημάτων.

Att. præmiũ eunuchiſmi myſtici.

Quid virgini vitandũ.

De illis, qui ſeipſos caſtrauerunt.

oſtendit. At vero qui nõ intellexerunt quod dictum eſt: Et ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum, ſeipſos nimis improbè mutilauerunt ipſo ſuo opere impudicitiæ ſe ac laſciuiæ ex obliquo inſimulantes. Nam qui carnalis arma voluptatis, ne munus ſuũ exequerentur abiecit, per ipſam ſuã incontinentiam indicat, ſe quidem ad concubitum, ardoremq́ libidinis eſſe procliuem. Abiectis autem armis illis iam non quia nolunt, ſed quia non poſſunt impudici eſſe, virginitatem ſeruant. Enimuero diuina lex non actum modo, ſed voluntatis ſententiam damnat. Omnis enim non qui opere admiſit adulterium: ſed qui vidit ad cõcupiſcendum, iam mœchatus eſt. Porro membrorum genitalium abſciſio maiorem in oculis, ita abſciſi, adulterinæ concupiſcentiæ flammam ineſſe criminatur, quòd is diffidens à libidine ſe poſſe continere, id abſcidit, cuius miniſterio flagrantem cupidinem in opus producturus erat. Immo cum ſciret eo nõ amoto ſe impudicitiæ daturum manus, ea quidem abſciſione inſtrumentum libidinis ſuſtulit, ne laſciuire per corpus videretur. Cæterum impudicitiæ non abſtulit flammam, ſed animo, deſiderioq́ luxurians, incontinenter per omnem concupiſcentiam aſſiduêque mœchatur. Accuſat quippe ipſius incontinentiam conatus improbus. Idcirco huiuſmodi poſt abſciſionem impudiciores meritò quiſq́ appellauerit. Cum enim ſe continere non poſſint, metu ne deprehendãtur in opere nefario, vtq́ licenter iam ſua prout volunt libidine exatientur ſerui, quippe voluptatis nolunt effectum operis ad habitum ſibi & perpetuum voluptatis vſum impedimento eſſe, quo minus in poſterum & ſemper voluptate fruantur, præciſo fœdæ actionis argumento liberè iam ad coitus, petulanterq́ laſciuiũt. Sicut enim qui diſtricto gladio thorace inſtructum quempiam impetit, etſi thorax fruſtretur ictum, homicidiúmque prohibeat, homicidæ tamen ſupplicio tenetur obnoxius: quique in nudum gladio fertur, etſi quouis caſu gladius illi excutiatur de manu, homicidij reus iure iudicatur. Neque enim opus tantum, ſed & voluntatem iudicat lex: ita profectò, & qui armatus genitali membro fidei lorica inſtructam adoritur, & ſi fruſtra conatus illam vt cupit, violare non poſſit, quaſi tamẽ violauerit dignus ſupplicio cenſetur. Et qui nudam itidem nactus, voluntate in opus fertur: quamuis abſciſione genitalium amiſſis armis eam violare non poſſit, quaſi tamen corruptionis autor reus ſceleris iure iudicatur. Qua in re & illa nõ iniuria impudicitiæ ſimul rea deprehenditur, & probro ſubiici vnà meretur. Nam quo pacto repulſuram credimus imminentem ſibi ab impudico & incæſto plagam, cum ſine armis fidei ſit: vbi enim aduerſus illum, qui naturalibus armis inſtructus eſt, pudicitiæ tuẽdæ cauſſa fortiſſimè repugnat, caſtitatis certamẽ in aperto eſt: Vbi vero armis deſtitutus eſt vir, illáque liberior affectione vitioſa videndam ſe illi & alloquendam largius præſtat, cunctisq́ voluptatis fluit illecebris, incerta quidem eius pudicitia eſt: complures tamen ab omnibus aduerſum ſe impudicitiæ ſententias refert. Verum iſta quidem de his qui vnà cum teſtibus genitalia quoque abſciderunt. Nam qui ad virilitatis annos cum genitalibus iam per ætatem ad coitum idoneis peruecti, ſolos poſteà teſtes abſcindũt, eos aiunt acrius atq; ardẽtius inflãmari libidine, & ad concubitũ impatientiſſimè ferri. Neque id ſolũ, verum tutò iam, vt ſibi videtur violare quaſcunque potuerint. Aiunt enim abſciſis inferius teſtibus, qui à lumbis ac renibus reliquo genitali membro ſemen adminiſtrant, opilari ſtatim ſuperiores poros: feruente vero in renibus obſcœna libidine, atque ita ſemen exſpumante, inflammari quidem ad id emittendum virum, cúmque feruens in intimis id effundere nequeat, eo quod ſibi ad concumbendum reſeruauit armari, atque ad actum profilire nefarium. Ita abſciſſionem teſtium illecebram ad fallendam mulierem aſtutè machinatus impudicius illi iam flagitioſiúſque miſcebram ad fallendam mulierem aſtutè machinatus impudicius illi iam flagitioſiúſque miſcetur. Nam is quidem, qui naturalia integra habet inſtrumenta concubitus, excipientibus ſuternè partis teſtibus ſemen, illúdque fundentibus emiſſo, iam ſemine alleuiatus, concupiſcentiæ flagrantis remittit ardorem. Is autem qui non habet vnde quod intrinſecus prurit euacuet, vix extinguit libidinis æſtum, quoad (vt ferunt) huiuſce rabiem fatigatio ſoluat. Atteſtantur his quæ dicimus non ſolum naturæ ratio, verum & plurima ætatis noſtræ documenta, ſicuti quodam ſummæ reuerentiæ viro, canicièque ac vitæ meritis ornato referente didicimus. Aiebat enim confeſſam ſibi eſſe mulierem, eunuchum cui illa à domino ſiue à viro ſuo credita fuerat, quaſi virum impudicè ſibi commiſceri ſolitum. Præſumebátque, vt ait, actum turpitudinis ipſa ſua infœcunditate ac ſeminis priuatione ſecurius. Neque hic ſolum ſed alius quoque nobis vnanimis haud quaquam facile menturi ſolitus, retulit virginem quandam Eccleſiæ canonicam ſibi cum eiulatu nuntiaſſe, quòd in cubiculo ipſius eunuchus fuerit, qui illam vitioſo complectertur affectu, totúſque toti affuſus cum non haberet quo poſſet

Non opus modò lex dãnat nefarium, ſed voluntatem quoque.

βιβελωσις à ſimili ducta.

Quod παραδόξου videri poterat adſtruit teſtimonio fidei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aet. quanta tétigine vel eunuchi pruiant.

posset concupiscentiæ suæ satisfacere dentibus vtebatur, ardentem in carne concubitus rabiem morsibus indicans. Atque ob eam quam diximus abscissionis illecebram, quòd ignara & imprudens rei esset, tentatione implicitam virginem. Vbi vero eius nepharios conatus animaduerterat, execratam esse hominẽ. Neq; eam huic solum, sed & aliis plurimis inquinatissimam illius aduersum se cõcupiscentiam cum lamentatione prodidisse certum est. Duorumq; hominum testimonium verum est, ne & alios plurimos citãtes testes in re præsertim ingrata prolixiores simus. Danda tamen nobis (vt reor) venia, qui ista non tantum præmuniendæ virgineæ integritatis gratia diximus: sed vt plurimos eiusmodi eunuchos qui nomen illustrę consecuti sunt in Ecclesia, coërceremus. Constat enim profectò dęmonis artem & inuẽtionem id opus esse. Nam quos prior ætas apud gentiles prodidit: eos modò apud nos quoq; prodiisse monstratum est, castitatisq; nomen & tunc apud illos & modò apud nos huiusmodi abscisione contra naturę iura inuenisse. Est enim vehementer astutus is, qui fidem nostram in dominum circumuenire & fallere nititur, & sub honesti specie vitia inserere malignissimè quærit: quod ipsum ex præteritis animaduertere in promptu est. Sicut enim per quæ putabãt se deum cognoscere per ea maximè gentiles eum ignorare fecit (mũdus enim opificis sui iudex propositus cum sit, illi à visibilium specie non vt decebat ad conditorem sese erexerunt, neq; eius pulchritudinem glorificauerunt: sed coluerunt & seruierunt creaturæ potius, quàm creatori) & sicut vnde oportebat Christum agnoscere: inde in primis illum ignorari, molitus est de scripturis scilicet prædicantibus Christum ignorationem eius hęreticis intelligentiis callidus ingerens, sicuti idẽ Christi fide vbiq; cõspicua. Incredulitatem ac negationẽ eius malignè inserere nititur, ita & sub mysticæ abscisiõis nomíe, castitatisq; velamine impudicos atq; impuros efficit. Neq; his igitur passim, ac liberè congredi virginẽ decet. Nam si fœminæ fœminas dum in eodẽ cubili amanter amplexentur, feruẽte in intimis cupiditate sæpe ex mutuo contactu corporum ad ea corpora, quæ vt appeterent in suæ conditionis acceperũt, memoriam iritant atque inflammant (solet enim qui peccati legem in nostris membris posuit, meliùs latenter irrepere, atque ex amica fœminarum ad inuicem gratáque voluptate, carnalem maculam impudenter elicere) quanto magis masculina corpora licet illa eunuchorum sint: cautè vitanda sunt virgini. Sit enim ille licet eunuchus: vir tamen per naturam est. Sicut enim cornutus bos & si illi præcidantur cornua: non tamen sublatis cornibus equus efficitur, sed absint licet cornua, bos tamen est: ita & masculus abscissis genitalibus omnibus, ea tamen mutilatione sua, mulier effectus non est: sed masculus, vt est à natura cõditus permanet ac sicutibos recisis cornibus sic, quoque furore cornu petit (ceruicem quippe incuruans, & caput ad feriendi impetum formans, gaudet intentare minas) ac sæpius ea parte capitis ferit, qua cornibus antea fuerat armatus, satisfacitq; furori per actus imaginẽ (ita enĩ afficitur correptus iræ impetu: non vt cassо feriens vulnere, sed vt prius ictu cornuũ scindens ac diuidẽs) ita & masculus: quãuis abscisus genitalia, vitiosa tamen cõcupiscentia masculus est. Quo circa & ipse se ad actum fœditatis similiter formans, amorem spirat incredibilemq; vesaniam: immo & ad coitum feruens, etsi ea parte non violet fœminæ turbulentus incumbens, ipse tamen ac si corruperit, satisfeceritq; cupidini, ita sceleris imagine affectus est. Eam vero ad peccatum vehementius iritans, totum quidem corrumpit animum, corpusq; ad corruptionis actum inclementer instigat. Quapropter prudens virgo si intimam virginitatem suam seruare inuiolabilem cupit, huiusmodi contubernia atq; colloquia (sunt quippe homines) non passim admittat. Nam etsi admonitionẽ Sirach vt integritati virginis prospicientem suscipim⁹: quasi eunuchus, inquit, amplectens virginem & ingemiscens. Nimirũ quia quod vult agere, nõ valet, & cõcupiscentia eunuchi est virginitatem adolescẽtulæ auferre. Etsi enim matrem, inquit, ob infœcunditatem nõ facit: cupit tamen illi florem virginitatis adimere. Neq; igitur pudicitiæ ratione laudare cõuenit huiusmodi abscissos, quia neq; equos quòd cornu non impetant, laudamus: sed hos quidem, nisi calcitrent laudamus. boues vero nõ cornupetas, mansuetudinis gratia suscipimus. Non enim quo quisque non potest, sed quo cum possit non ad iniuriam vtitur, admirationi habetur. Quòd si putant abscissionem genitalium aliquid ad pudicitiam atque innocentiam animæ conferre posse: eruant & oculos, plurima præter rationem salutis intuentes. Præcidant simul & manus & pedes, & aures penitus obstruant, ne quid horum peccati instrumentum fiat. At id quidem stultum & irrationabile est, & insaniæ furorisq; plenissimum, peccati causam non aliter auferri posse arbitrari, nisi vndique circuncidãtur mẽbra omnia ea ratione qua diximus, truncíq; in morẽ inutile omnino iaceat corpus, quando

Eunuchismus qũ cõmentum est diaboli.

Simili cõfirmat γνώμην

Eunuchus sis licet: vir tamẽ natura per simile.

Eunuchismũ dãnat, qui fit tuẽdę castitatis gratia.

Simili confirmat.

quando sic etiam ex præcedentibus imaginibus delusa mens peccet. Permittẽtes itaq; corpus ita manere vt effectum est, membra omnia castissimæ rationi moderãda iuxta quod superius diximus ac regenda tradamus, bonumq; opus nostrum non necessitatis, sed voluntatis munus faciamus. Non autem de omnibus simpliciter eunuchis quæ præmissa sunt, diximus: sed de his qui vt sibi facultas fieret mulieribus licenter ac liberè, quantum vellent congredi, seipsos libidinis impatientes abscíderunt, ac de omnibus omnino qui fœminarum familiaritates persequuntur, easq; sibi summo studio conciliare pergunt. Scimus enim quia sicut sancti viri castè atq; innocenter mulieres tangunt, ita & spadones, qui post abscisionem illam, quam in corpore inuiti pertulerant, voluntariè iam se ac flagrantissimo puritatis amore castrarunt, cum mulieribus purè atque innocenter conuersantur. Cæterum diligẽtiæ simul integritatisq; seruandæ gratia contestamur, quia sicut viri qui mulierum familiaritatibus gaudent: meritò suspicionem aduersum se turpitudinis concitant: ita & eunuchi qui cum mulieribus assiduè morantur, idq; præcipuè studeant, vt ab eis nunquã diuellantur, contra seipsos suspicióni locũ præbẽt. Nam qui fœminis nõ quomodolibet indifferẽter, sed auidè cõgrediunt, nõ sine ratione cũ sit cogitatio humani cordis semper in deterius prona: plus quã viri iudicio quorũcunq; fugillantur. Quippe cum illis prę sto sit operis nefarij facultas, effectum sceleris antè oculos pingens, eos ruinæ metus à volũtatis peccato coërcet, his autẽ cum nõ adsit ius implẽdi quod volunt: ipsa sua impotẽtia audaciores ad fruendum concupiscentia effecti peccatũ voluntatis in se magis ac magis exaggerãt. Nemo autẽ reprehendat, cur alloquentes virginem plusquã cõuenire fortassis videretur virgineo pudori, in speculatione ac discussione masculini sexus aliquãto diutius immorati sumus. Primo quidẽ, quia nulla tam æui rudis virgo est, quæ sensu vigeat corporis, quæ aliquid eius sexus ignoret, cuius exulsa de latere est. Nam quã diu quidẽ inualida atq; immatura sunt ad naturalem actum corporis membra: lex quoq; peccati feriata est, & ignorantiam fortasse dixerit quispiam naturalis operis inesse interim membris, & si quàm maximè sua sponte natura ad munus propriũ currit, sicut in mutis animantibus cernimus, quæ duce atque instigante natura protinus feruntur ad coitum: infantesq; pueri in ipsa imbecillitate membrorum virilem imitari concubitum sæpe deprehensi sunt. At uerovbi pubescere cœperint, atq; ad id munus ad quod facta sunt, esse per ætatem idonea, peccati lex cõtinuò subrẽpit, membris singulis sua officia suggerens, & legis membra contra legem mentis instructa in aciem proferens, & vnumquenque hominem per membra peccati lege captiuãs. Nullumq; prorsus membrum est, quod cum lege magistra nitatur, ignorantiam eius ad quod effectum est peccati possit obtendere. Verum & labia norunt ad quid amantibus accõmodata sint, & ad quem vsum instituta. Et membra singula, sexus quoque alterius membra non minus quàm se ipsa per naturam norunt. Nam si naturam illorum vsumq; ignorarent, ne actum quidem ipsorum & officium profectò concupiscerent. Itaque non sumus rei criminis, si quod erat virginibus cognitum, licet silentio id premeretur necessario tempore admoniti discussimus atque aperuimus. Deinde etsi illæ ignorabunt ingenium masculi, ne ipsa eis ignoratio peccati esset illecebra, non sine ratione illarum securitati constantiæq; prospicientes vt se per naturam habeant, inspeximus & explicuimus, vt quemadmodum simplices sicut colũbæ sunt, ita etiam serpentis imitatæ prudentiam omnem, suæ integritatis iniuriam, omniáque pericula propellant, atque ex his quæ diximus cautiores ad obseruandum seipsas diligentioresque reddantur. Præterea quoniam hoc opere nostro virginitatis munditiam in commune tuendam, instruendámque suscepimus, sicuti virginibus beneuolẽtiæ, ita & maribus officij debitores sumus, eáque ratione quemadmodum illis quid sit noxium, quid vtile ostendimus, & istis itidem necessario ostendendum arbitrati sumus, ne abscissionis illius quàm suprà discussimus illecti nomine contra quam molirentur efficerent: verum quid sceleris ex improba genitalium abscisione sequeretur agnoscẽtesque à domino suscipi mereatur eunuchus, non ignorantes & ex vera illa abscisione proficerent animo. Et qui eiusce carnali abscisioni vel dederant, vel daturi videbantur manus, hoc sermone nostro cohibiti, inde se prudenter auertant. Vera igitur virgo si tanta cum diligentia quantam præmisimus, se obseruauerit, ab omni quidem conatu masculi mundam iugi se obseruatione custodiet, sed & cum fœminis dormiens, secum semper commorabitur, fixúmque animum habebit in cœlo, & illum à corpore totum penitus remouens: ipsa quoque cum Apostolo dicet: Scio me ipsam siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio: deus scit, quia rapta sum in paradisum, & audiui verba arcana. Omnino enim vigilantissimum eius in se amorem supernè de cœlis

Simile quid proditũ legitur de Origene.

Quæ viros cõcernant, ad tuendam pudicitiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intuens sponsus,vtq; ex tenebris non occasionem sceleris, sed sacrum otium vberiorisque ad G
eum familiaritatis & amoris materiam sumit. Id lucrata ex nocturnis tenebris quod sensus
nulla extrinsecus agitatione turbatur,sponsiq; intus illustrata lumine illius lampadem per to-
tam noctem in occulto componit: ipsam meritò rapiet vsque ad tertium cœlum & in para-
disum dei,& ea sibi loquetur verba, quæ adhuc in corpore viuētibus esse dicuntur ineffabilia:
sed illi planè quæ ad id profecit vt nesciat vtrum in corpore an vero extra corpus habeāt vi-
tam, effabilia mysteria fient:quo sanè in statu omnem virginum chorum inueniri cupiens &
orans,atque obsecrans ad ea præcauenda quæ virginitatis pulchritudinē inquinant, ista pro-
secutus sum,nō vt ex eorum inspectione discamus quomodo oporteat ad ea quæ sunt noxia H
prolabi, sed vt lubrici modo percepto discamus quo pacto inde resilire conueniat: neq; enim
eis qui medicinæ student venena & noxia quæque ac morbida, ideo discenda proponunt ma
gistri, vt eos his vti hortentur,neque vt notione nocentium mentem ad malitiam acuant,ac
pro medicinis pestis atque pernicies humanæ vitæ innotescant,sed vt quænam sint quæ natu
ralem virtutem nostram perimant,scientes ea obiectis contrariis viribus præcaueant, & in-
cidentia fortè corporibus arte ac disciplina tollant. Tres igitur viæ cum sint secundum trinę
illius abscisionis siue exectionis rationem, quas ad virginitatem ducentes dominus nobis o-
stendit:Qui potest,inquiens,capere capiat,quam vult quisque eligat grata quidem & accepta
deo,est & quæ per vnam ex duabus prioribus incedit, sed illa profecto beatior quæ per præ- I
stantiorem currit:omnes tamen quacunq; tandem via ad hanc properent,id æqua ratione cu
rent: vt sint immaculatæ in via, vt omni labe omniq; macula puram sponsam spōso coaptā-
tes,largioribus ipsius gratiis glorioſius in cœlo perfruantur. Ista tibi ô sacrum caput ad con-
siderandam veræ virginitatis honestatem pro tempore scripsi, non tantum ex diuinis libris,
sed iuxta sapientissimum Paulum,qui nos omnem intellectum captiuare vult in obedientiā:
Christi ex gentilium etiam literis, omnes Christi discipulos ad continentiam hortari,atque
inducere cupiens.Nam & gentium sapientes cum variam voluptatis speciem atque aduersus
eam pugnam nostram fabulosa nobis fictione signarent, hydram vniuersam in carne volu-
ptatem,serpentem ferum ac multiplicem,qui in palude moraretur naturæ rationes perscru- K
tando finxere, eiusq; quod simpliciter abscinderetur caput, tria pro vno efferre tradiderunt:
quod vero cauterio præcisum esset,occidi penitus,nec plura pro eo pullulare sapiēter docue-
runt. Voluptate nanq; vniuersa in carnis limo,à materialiq; natura veluti in palustri loco,in-
star horrendi illius serpentis semper incubante,ac per vnum quēque sensum quasi vnū quod-
dam,caput ex intimis singularem scilicet, aut visus aut gustus, reliquorūq; voluptatem pro-
ferente, multipliciter si ad satietatem suauitate illius perfruendo vnumquodq; caput velimus
abscidere,nō magis quod videbatur, abscidimus, quam pro vno plurima per hūc abscissionis
modum pullulare faciemus. Sin vero continentia veluti cauterio elatum caput exciderimus,
id prorsus ita perimemus vt vltra germinare nō possit. Qui enim voluptatem gustus aut eius L
suauitatem saturitate cupit extinguere,non tam illam interimit, quàm fruendo cupitis intē-
periorem semper ad id quod malè cupit,effecit. At vero, qui mortiferæ suauitati nō indul-
gendo,continentia nō secus atque igne hanc excruciare pergit, eam fraudando cupitis ineſ-
ficacem & inualidam,atque igne consumptam omnino patefecit. Enimuero illa ratio & fu-
tilis atq; inanis est,immò verò & iniuriosa,& continentiæ vitanda studiosis,quæ prorsus de-
finit, quod promptum ac paratum & in potestate sit, ad id concupiscentiam lentius iritari.
Nam iacet quidem (vt sic loquar) gustus voluptas ad illud, cuius fruendi habet potestatem.
Cæterū intemperanter potestate eorū quibus frui vult,vti semper edocta insatiabilis ea pote-
state sua ad cōcupita omnia multimodis agitur. Quāobrem nō ita præcidere vnūquodq; vo-
luptatis caput,sed suauitati eius non indulgere per abstinētiam cōuenit. Sed enim diuina lex M
vitulum pro sacerdotio apud sapientissimum Mosen immolari mandans per membra hostiæ
quæ incendebantur,sacræ exercitationis modum naturali ratione subindicat, quæ fibram ie-
coris non iecur totum & adipem qui ventrem operiret, non ventrem ipsum: renum vero
non solum adipem,verum ipsos quoque cum adipe renes incendi in holocaustum iubet. Ie-
coris quippe quod concupiscentiæ instrumentum est,iuxta quod & de eo,qui concupiscentiæ
fuerat telo percussus,dicitur: eris quasi ceruus spiculo percussus in iecore,veluti fibram,singu
larem scilicet peccati concupiscentiam,in qua & fel inuenitur incēdere: reliqua vero felle ac
pessima cupiditate liberam ac puram ad appetenda bona quæq; & honesta seruare secundum
naturam integram conuenit. Porrò vētris quod superfluum est,vnde pinguiore & hebetiore
euadimus

Quē doctrina Basilij scopū obseruarit,simili docetur.

Collatio.

Gentiū fabulæ de hydra palustri & tricipite.

Cōtinentia cauterium.

ἀλληγορικῶς hæc.

Hepar siue iecur cōcupiscētiæ organum.

A euadimus sensu,auferre decet,solumq; quod est necessarium seruare. In renibus vero non adi-
pem solum ingentem obscœni liquoris copiam exspumantem ad libidinem:verū & renes ip-
sos expiare ac sanctificare naturaliter omnino iubemur. Significat profectò per hæc sermo di
uinus,& necessarium victum nobis esse amplectendum. Et concupiscentiā studiosius ad me-
liora transferendam,& castitatis munditiam tota intentione sectandam. Quia enim possibi-
le non erat absque cibo viuere, escarum receptaculum ventrem scilicet nudum absque vllo
omnino gulæ vitio relinquens obsidentem illum adipem rectissimè tollit. Rursus quia itidē
erat impossibile,boni nos aliquid habere,nisi naturalem concupiscentiæ vim ad illud ambiē-
dum haberemus,improbam cupidinis speciem quasi fibram iecoris cum felle præcidens,pro-
B babile concupiscendi genus ad virtutes appetendas purum innocuumq; reliquit. At vero in
renibus,quia neque ad vitæ necessaria vt venter,neque ad concupiscendum vt iecur necessa-
rij sunt,solamq; & vnicam concubitus concupiscentiam capiunt,non horum solum adipem,
sed ipsos quoque ignibus tradit. Nempe enim sine renibus,id est, sine coniugio in terris viui
potest:virginitatisq; vita, nullo inferior angelis ad perpetuam gloriam hinc iam exerceri.
Quibus profectò omnibus id nobiscum agitur, vt omni sapiētia eruditi & instructi aduersus
voluptatem totam quasi contra multorum capitum hydram sapiēter stemus, neque sub spe- τὴν πολυκε-
cie excidendi emergentia assiduè per sensus capita ad pullulationem plurimorum ea semper φαλον ὕ-
C iteremus. Verùm summa tolerantia laboris atque continentia præcipua fortiter illa incenda- δραν.
mus,corpóraque nostra hostiam sanctam placentem deo, tanquam vitulum pro sacerdotio
studiosè offeramus, & modo quidem prauam concupiscentiam veluti fibram iecoris, mo-
do superfluitatem cibi,quasi adipem,quo venter operitur,modo totam simul cōcupiscentiam
coitus, veluti renes vnà cum adipe semen illis ministrante diuino continentiæ igne consu-
mamus,vt iuxta propositam virginitatis destinationem omni praua ac turpi concupiscētia,
omníque voluptate superiores euadentes,per continentię sacra certamina proposito certan-
tibus præmio,immortalitatisq; corona digni inueniamur,per Iesum Christum, per quem est
patri gloria cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

D HOMILIA. B. BASILII, QVA DOCETVR, QVO-pacto amittimus,quomodóue recuperamus imaginem dei, & de uera uirginitate, Raphaële Volaterrano interprete.

HOmo quum ad imaginem dei creatus semel extiterit, ab ea tamen per peccatum
decidit,pulchritudinem ac præstantiam suam inquinauit, animam demum per pra
uas cupiditates pessundedit. Nam quum deus noster hominum vera sit vita:quis-
E quis dei similitudinem destruxit,vitæ vtique perdidit familiaritatem,& vsum. Enimuero qui γνῶμι.
extra deum agit, in beata vita degere non potest. Igitur in pristinam gratiam ac plane in i-
maginem diuinam à qua per peccatum alienati sumus, rursus per pœnitentiæ redintegratio-
nem facilè redimus. Qui enim nullum patitur delictum, seque perseuerantem in rebus ad-
uersis, & nullis cedentem tentationibus inconcussa mente ostendit: hic demum in anima
sua dei similitudinem recipit: ex quo vitæ beatæ particeps efficitur. Talis nanque studij ad- Virginitas
iutrix est virginitas iis qui secundum proportionem huius participes sunt virtutis. Non e- vera.
nim virginitatis seu castitatis gratia solum à gignendis liberis abstinere: sed vita omnis, γνώμη.
Christianæ modestiæ accommodata virginitatem habere videtur. Nam & sermone lasci-
F uire, & oculo licentiore vagari, & auditu inhonesto labefactari, & corde per cogitatio-
nem prauam contaminari, & præter modum in cibo, potúque se inuitare: à propria pudi-
citia & temperantia excidere fuerit. Qui enim sese in omnibus vitæ partibus incorruptum
continentêmque custodierit: is verè perfectum virginitatis munus est adeptus. Vt autem
id adipiscamur,omni studio ad dei redire similitudinem conandum, ac nobis continuò at-
tendendum, ne promissione ac spe tanta indignum aliquid admittamus, ne in Ananiæ cri- Confirmat
men incidamus. Ei nanque ab initio, possessionem suam retinere licebat: semel autem con- τῷ παραδεί
cessa, in proposito consistere debuerat, nec ad dolos ac fraudem confugere. Ex quo pœ- γματι.
nas subitò dedit, ac talem domini contra se indignationem mouit, cuius minister Petrus
erat, adeò vt ne pœnitentiæ locum inueniret. Igitur cuique ab initio quod vitæ genus cupiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Votiua ꝓfessio exemplo cõfirmatur.

modò concessum, hoc inire ac optare licet: siue in matrimonio, seu cœlibem agere. Quando G verò se deo semel autorauit per vitæ continentiam ac perpetuam castitatem, hoc detrectare non licet: nec aliter quàm aliquod munus, aut hostiam deo sacram sese illi custodire, ne reos sacrilegij nos dominus decernat iudicio: si dicatum ei corpus rursus rebus prophanis, & communis vitæ ministerio sordidauerimus. Dico autem hanc animi constantiam, & hoc propositũ non solum in ipso castitatis & abstinentiæ voto firmum, ac perpetuum erga deum esse oportere, sed in omni quoque prauo inordinatoq; affectu: quum semel vitam cœpimus spiritualem, protinus obseruandum, vt & cæteris debilibus exemplo simus, & ne inconstantiæ, leuitatisq; accusemur. Melius enim viam veritatis & iustitiæ non cognouisse fuit, quàm

Act. hæc Lutherani & Zuingliani. *al. deuio

ab ea itinere* medio per intemperantiam auerti. Ira nanque & inuidia, & iniuriarum memoria, & mendacium, & superbia, mentis euagatio, aliena ab honestate locutio, in orando deo oscitatio, somnusq; ac vana desideria, in obseruandis mandatis negligentia, vestium ornatus exquisitior, oris splẽdor & cultus, sodalitates, denique gestus omnis prẽter officium & decorem: hæc omnia vsq; adeo cauenda sunt iis, qui deo virginitatem, hoc est fidem, animam, vitam, factaq; omnia sua dicarunt, vt vnum ex iis neglectũ reliquorum gratiam sit aptum magnopere lædere. Omnia nanq; ex priuata libidine ac cupiditate admissa animæ puritatem inquinant, & ad beatam vitam iter impediunt. Hæc itaque spectare oportet in primis eum, qui se ad aliquam vitæ perfectæ formulam reducere quærit, vt nullo modo vas inutile ac affectibus propriis obnoxium se præbeat. Nam quicunque vitæ spirituali addictus aliquantulum se I

Collatio ἐπιφώνημα.

ab humo leuauit, ac humanis se posteà vitiis contaminauerit: similis erit pelli pardaleæ: cuius pilus inter album ac nigrum vtriusque coloris stigmata commixta retinet. Viam nanque veritatis ignorasse præstat, quàm sub ea semel arrepta per inconstantiam deficere.

DIVI BASILII MAGNI EPISTOLA
ad uirginem elapsam.

NVnc est tempus exclamandi propheticum illud, ac dicendi. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & deplorabo contritionem filiæ populi mei. Nam etiam si hos profundum silentium tegit, & iacent semel malo stupefacti, & ex lętali plaga etiam ipso afflictionis sensu iam priuati, tamen nõ oportet nos hunc casum citra lachrymas prætermittere. Si enim Hieremias eos quorum corpora in bello percussa erant, infinitis lachrymis dignos iudicauit, quid nam dixerit quis ad tantam animarum calamitatem? Vulnerati tui, inquit, non sunt vulnerati gladio, & mortui tui non sunt mortui in bello. sed aculeum veræ mortis graue peccatum deploro, & ignita maligni illius spicula, quæ animas simul cum corporibus barbaricè ac crudeliter cõbusserunt: Equidem arbitror dei leges magna suspiria duxisse, dum tantũ scelus in terra conspexerunt. quæ sanè interdicentes semper ac clamantes, olim quidem, non cõcupisces vxorem proximi tui: per sacra vero euangelia, Omnis qui videt mulierem ad hoc vt concupiscat ipsam, iam adulterium cõ L misit cum ipsa in corde suo, Nunc vident ipsam domini sponsam impudenter adulteria exercentem. Suspiria vero duxerunt etiam ipsi sanctorum spiritus: Phinees quidem zelotes & ex feruenti spiritu æmulator, quod nõ etiam nunc licet ipsi hastam in manus sumere, & corporaliter scelus hoc vlciscì: Ioannes vero Baptista, quod non potest relictis supernis conuersationibus, quemadmodũ tunc solitudine, ad redarguendam iniquitatem percurrere, & si quid pati oporteret, caput potius quàm dicendi libertatem amittere. Immo ad beati Abel similitudinem, etiam ipse mortuus adhuc loquitur, clamat, ac nunc altius quàm de Herodiade vociferatur, illud, Non licet tibi habere ipsam. Nam corpus quidem Ioannis iuxta necessitatem naturæ, diuinum terminum accepit, atque etiamsi lingua silet, sermo tamen dei M ligatus non est. Qui enim dum conserui nuptiæ reprobarentur, vsque ad mortem dicendi libertatem perduxit, quid nam faceret si tantam contumeliam inspiceret circa sanctas domini nuptias? At tu à diuinæ illius societatis iugo abrupta, & ab impollutis veri regis nuptiis fugitiua, ad ignominiosam vero ac impiam corruptionem hanc turpiter delapsa, quãdo non habes quomodo amaram hanc accusationem effugias, & neque modum nosti neque artem, quo malum ipsum contegas, iurare per temeritatem gaudes. Et quia impius in profundum collapsus, mala de cætero contemnit, etiam ipsa abnegas ad verum sponsum pacta, Neq; esse virgo, neq; vnquam promisisse clamans, quæ & suscepisti multa, & ostendisti multa

virginitatis

A virginitatis signa. Reuoca in memoriam honestam professionem quam professa es corã deo & angelis ac hominibus. Reuoca in memoriam venerandam congregationem, & sacrũ virginum chorum, & concilium domini, & ecclesiæ sanctorum, ac aniculæ in Christo auiæ, iuuenescentis recens aut tunc, & virtute vigentis, & matris in domino ad illam decertantis, ac nouis quibusdam ac veris laboribus, consuetudinis robur dissoluere contendentis, & similiter sororis, partim illas imitantis, partim etiam superare enitentis, & virginalibus prærogatiuis progenitorum recte facta superantis, & te adeo sororem, velut putabat, ad similium certamẽ, & sermone & vita industriè prouocantis. Reuoca hæc in memoriam, & angelicum circa do-

Attẽde votũ virginitatis fuisse etiam solenne.

B minum cum illis tripudium, & spiritualem in carne vitam, & cœlestem in terra cõuersationem. Recordare dierum carentium tumultu, & noctium illuminatarum, & cantilenarũ spiritualium, & psalmodiæ sonoræ, & orationum sanctarum, & cubiculi casti, & virginei progressus, & mensæ temperantis. Vbi est reuerendus ille tuus habitus? Vbi honesti mores & ve-

Quid adhęc dicereres impie Lutherane?

stis frugalis virginem decens? & honestus ex pudore rubor? & decorus ex continentia ac vigiliis affloreſcens pallor, omni coloris bonitate gratiosior eluceſcens? Quoties in orationibus pro cõseruanda virginitate impolluta lachrymas effudisti? Quot literas ad sanctos sæpe exarasti? per quas pro te orare petiisti, non vt nuptias humanas, imò ignominiosam hanc corruptionem assequereris, sed vt à domino Iesu non excideres. Quot vero munera à sponso accepisti? quid opus est dicere honores propter illum ab his qui illius sunt susceptos? conuictus cũ

C virginibus? progressus cum iisdem? exceptiones à virginibus? encomia ob virginitatem? virgineas benedictiones? literas velut ad virginem scriptas? At nunc modica aura aërij spiritus, qui nunc in filiis inobedientiæ operatur, suscepta, omnia illa abnegasti, & venerandam illam & quæ pugna impeti solet possessionem, cum breui voluptate permutasti. quę ad tempus guttur tuum pingue facit, postea tamen felle amariorem comperies. Ob hæc quis nõ luctu commotus dixerit? Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? Quomodo autem nõ ipse dominus ad aliquem ex his qui nunc in spiritu Hieremiæ obambulant dixerit? Vidisti quæ fecit mihi virgo Israël? Ego despondi ipsam mihi ipsi in fide & integritate, in iustitia & in iudicio, & in misericordia ac miserationibus, quemadmodum per Oseam prophetam ipsi promisi. Ip

D sa autem dilexit alienos, & viuente me viro immortali, adultera appellatur, & non timet alteri viro cõmisceri. Quid vero pronubus ille diuinus ac beatus Paulus, vetus ille & nouus hic, sub quo mediatore ac doctore, relicta materna domo, domino coniuncta es, Num sanè tantum malum perpessus dixerit? Vterque timor quem timui accessit mihi, & quem timui obuiã venit mihi. Ego enim te coniunxi vni viro virginem castam vt assisteres Christo, & timui semper ne forte velut serpens Euam decepit per versutiam suam, ita corrumparis mente tua. Quapropter innumeris spiritualibus incantationibus conatus sum semper comprimere affectuum tumultum, infinitis custodiis conseruare Christi spõsam. Et vitam eius quæ virum nõ habet recensui, Quod sola ea quæ virũ non habet curat ea quæ domini sunt, vt sit sancta cor-

E pore & spiritu. Et dignitatem virginitatis exposui, & templum dei te appellans, velut alas addidi promptitudini tuæ, quæ te ad Iesum leuarent, & per timorem mali, ad hoc vt non caderes auxilium tuli, Si quis templum dei corrumpit dicens, hunc corrumpet deus. Sed & ex orationibus meis securitatem tibi addidi, si quomodo integrum tibi corpus, & anima & spiritus citra reprehensionem, in aduentu domini Iesu Christi cõseruari possit. Verum enimuero frustra hæc omnia erga te elaboraui, & mihi amarus finis dulcium illorum laborum euenit. Et necesse est rursus suspirare ob eam, ob quã oportebat me gaudere. Ecce enim decepta es à serpente amarulentius quàm Eua. Corrupta est autem non solum mens tua, sed etiam cum illa corpus tuum. Et horrendum illud, quod etiam dicere cunctor, & tacere non possum, est enim velut ignis ardens in ossibus meis, & resoluor vndique, & nõ possum ferre: Sublatis membris

F Christi feci sti membra meretricis. Hoc solum inter omnia malum etiam nihil habet cui cõparari possit. Hoc nouum est in vita facinus. Transite inquit, ad insulas Chettiim, & videte, & Hie. 2. Cethim כתים Itali sunt Beroso. קדר Cedar Saracenì siue Agarenì in Cedar mittite, & considerate vehementer an facta sint talia, an permutarint gentes deos suos, & hi non sunt dei. Virgo autem mutauit gloriam in turpitudine sua. Obstupuit cœlum ob hoc, & inhorruit terra amplius vehementer. Dicit omnino etiam nunc dominus, duo mala perpetrauit virgo. Me dereliquit verum sanctarum animarum sanctum sponsum, & aufugit ad impium & iniquũ animæ simul ac corporis corruptorem. Defecit à deo seruatore suo, & exhibuit membra sua mancipia immundiciei & iniquitati ad iniquitatem. Mei oblita est dicit dominus, & ad amatorem suum transiuit. Expediret ipsi vt mola asinaria circa collum ipsius ap-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sius appensa esset,& in mare proiectus esset,potius quàm virginem vitiasset. Quis seruus cō- G
tumax ad tantam insaniam deuenit,vt herili cubili seipsum iniiceret? Quis prædo ad tantam
dementiam perductus est,vt ipsa dei donaria cōtingeret?non supellectilem inanimatam, sed
A simili collatio corpora viuentia,& animam inhabitantem habētia factam ad imaginem dei. Quis ab æterno auditus est in media ciuitate, & serena meridie, imagini regiæ formas immundorū porcorum inscribere ausus esse. Si quis humanas nuptias ignominia affecit, citra miserationem coram duobus aut tribus testibus moritur. Quanto peiore supplicio dignus censebitur,qui filium dei conculcauit,& desponsatam ipsi sponsam adulterio contaminauit, & spiritum virginitatis contumelia affecit. At volebat inquit,illa,& non inuitam violaui. Equidem regina il
Ab exēplo in violatorē virginis la libidinosa Aegyptia,amore formosi ac honesti Ioseph insaniebat. Verūm proteruæ illi⁹ in- H
sania virtutem casti ac temperantis non superauit, & neque manibus ipsis vim inferentis ac cogentis ad iniquitatem,ille victus est. At decreuerat illa hoc inquit, & nō amplius erat virgo,& si ego non voluissem,ab alio corrupta fuisset. Equidem & filium hominis oportebat tradi,sed væ illi per quem traditus est. & scandalorum offendicula venire necesse est, sed væ illi per quem necessitas venit. Ad hæc omnia,num qui cadit non resurgit,aut qui se auertit, non conuertitur? Cur auertit se virgo auersione impudenti, & quidem quum audierit Christum sponsum per Hieremiam dicentem. Et dixi postquam scortata fuit ipsa hæc omnia, conuertere ad me,& non est conuersa. Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus nō est ibi? Cur
non contigit sanatio filiæ populi mei? Et multa sanè reperias in diuina scriptura mali auxilia, I
multa item ex interitu ad salutem medicamenta,de morte & resurrectione mysteria,de iudicio horrendo ac æterno verba,de pœnitentia & remissione peccatorum dogmata. Innumera illa conuersionis exempla,drachmam,ouiculam,filium qui consumpserat res suas cum scortis,perditum & repertum,mortuum & qui reuixit. His vtamur mali auxiliis,per hæc animam nostram curemus. Assume in meditationem extremum diem (non enim sola tu seculum æternum viues)& anxietatem,& suffocationem,& mortis horam,& sententiam dei vrgētem, & angelos festinantes,& animam in his grauiter conturbatam, quæ à peccatrice conscientia amare flagellatur,& ad ea quæ hic sunt miserabiliter se conuertit: & ineuitabilem longæ illius
peregrinationis necessitatem. Describe mihi in mente tua, vltimam communis vitæ subuer- K
sionem,quum veniet filius dei in gloria sua cum angelis suis: Veniet enim & nō cunctabitur: quum veniet ad iudicandum viuos ac mortuos, & reddendum vnicuique iuxta opus suum. quum tuba illa magno & horrendo sono edito excitabit eos qui à condito seculo dormierūt, & procedent qui bona fecerunt,in resurrectionē vitæ: qui vero mala fecerunt,in resurrectionem iudicij. Reuoca in memoriam diuinam Danielis visionem, quomodo nobis iudiciū ob oculos ponit. Videbam inquit,donec throni positi sunt,& antiquus dierum sedebat, & indumentum eius candidum velut nix,& capillus capitis eius velut lana pura. Thronus ipsius flāma ignis. Rotæ eius ignis ardens. Fluuius ignis decurrebat ante ipsum, mille millia ministrabant ipsi,centena milia adstabāt ipsi,iudicij locum constituit,& libri aperti sunt. Bona, mala,
manifesta,occulta,res,verba,cogitatus, omnia aceruatim vt ab omnibus angelis ac homini- L
bus exaudiri possint manifeste reuelabuntur. Ad hęc quales necesse est esse eos qui male vixerunt? Vbi itaque anima illa mergetur,quæ in tot spectatorum conspectu derepente turpitudine plena visa est? Quali vero corpore infinita illa & intolerabilia flagella sufferet? vbi ignis inextinguibilis & vermis indesinenter castigans,& fundum inferni tenebricosum ac horrendum,& eiulatus amari,& vlulatus inde corus,& ploratus & stridor dentiū, & finem non habent mala. Ab his non contingit liberatio post mortem, neque est aliqua industria, neq; ars effugiendi amara illa supplicia. Hæc nūc effugere licet,donec licet nosipsos à casu eripiamus, neque desperemus de nobisipsis, si à malis discesserimus. Iesus Christus venit in mundum vt seruaret peccatores. Venite adoremus & procidamus ante ipsum,& ploremus corā ipso. Nos M
ad pœnitentiam vocans diuini verbi doctrina clamat ac vociferatur. Est via salutis si velim⁹. Deglutiuit mors robustior facta. Verū probe scito,quod deus rursus detraxit omnem lachrymam ab omni facie pœnitentium. Fidelis dominus in omnibus sermonibus suis,non mentitur,dixit: Si fuerint peccata vestra velut pannus puniceus,velut niuem inalbabo, Si vero fuerint velut coccinum,velut lanam inalbabo. Paratus est magn⁹ ille animarum medicus sanare affectionem tuam. Illius verba sunt. Illius dulce ac salutare os dixit. Non opus habent valentes medico,sed male habentes. Non veni ad vocandum iustos,sed peccatores ad pœnitentiam. Vult dominus purgare te à plaga maligni. Quærit te pastor bonus, relictis ouibus non
erranti-

A errantibus. Si commiseris ipsi teipsam,non cunctabitur neque dedignabitur ille hominum amator,te super humeros proprios portare,gaudēs quod reperit ouem suam deperditam. Stat ille pater & expectat tuum ab errore reditum,solummodo reuertere, & dum adhuc longe abes accurrens irruet in collum tuum, & amicis amplexibus complectetur te à pœnitentia iam purgatam,& vestem induet primariam, animam exutam veterem hominem cum operibus suis,& addet anulum manibus quæ mortis sanguinem abluerunt, & calceamentum addet pedibus,qui auerterūt se à via mala,ad cursum euangelij pacis. Et læticiæ ac gaudij diem annūciabit suis tum angelis tum hominibus,& omnino splendido epulo celebrabit tuam salutem.
B Inquit enim, Amen dico vobis quod gaudium est in cœlo coram deo, ob vnum peccatorem pœnitentem. Et si vitio verterit quis ex his qui stare sibi videntur, quod cito assumpta es,ipse ille bonus pater pro te respondebit dicens. Lætari oportet & gaudere, quia hæc filia mea mortua erat,& reuixit,& deperdita erat,& inuenta est.

Epistolæ sanctorum patris Basilij

C MAGNI, GREGORII ITEM NAZIANZENI
cognomēto Theologi,ac vtriusq; ad alios aliquammultos,quatenus exēplari Græcè excuso perpetua serie respondent,
omnes solerti collatione ac propensiore studio
recognitæ per Godefridum
Tilmannum.

D EPISTOLA MAGNI BASILII AD SANCTVM
Gregorium Theologum, de uita in solitudine agenda,
Gulielmo Budæo interprete.

EPISTOLA. I.

E Sic tuam epistolam agnoui, vt ij facere solent, qui amicorum liberos ex similitudine in ipsis conspicua agnoscunt. Nam quod existimare te ais, magnopere non referre,habitum structuramq; loci,ad ciendum in animo tuo desiderium vitæ nobiscum agendæ,antequam compertū quidpiam habeas de modo & ratione vitæ nostræ, tuus hic est profecto animique tui sensus,qui huius mundi bona prorsus nihili esse ducas, præut est beatitudo, quam reconditam in diuinis pollicitationibus habemus. Equidem scribere ad te non sustineo præ pudore,qui in hoc extremorū finium recessu interdiu noctuq; agito: tametsi enim vrbicas occupationes pro derelicto habui,vt sexcentorum malorum causas, me tamen nondum ipsum etiam habere pro derelicto quiui. Similiterq; illis affectus sum,qui nauigandi insolentes,nausea perditè afflictantur. Nāque illi magnitudine nauigij offensi, tanquam vehementius succutientis, in lembum aut naticulam cum transilierint,sic quoque non secius à nausea laborant, nimirum molestia ipsos
F ac bile quò transierint cumq; comitantibus. Huiusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquò circunferentes gentium, vbique locorum perinde versamur in tumultu,quare nō magnopere adiuti sumus ab hac solitudine. At verò quæ facta à nobis oportuit,vndeque auspicandum fuit ei, qui vestigiis hærere voluit, eius qui nobis salutis viam præiuit(si quis,inquit,ponè me venire vult,abiuret semetipsum,& tollat suam ipse crucem,& sequatur me)hæc ferè sunt. Iam primum mentem pacatam habere conueniebat. Vt enim oculus continuo circumactu versatus,& nunc horsum illorsumque deflexus, nunc sursum deorsumq; erectus vicissim ac depressus,exactè cernere nequit, sed obtutu incumbere in rem visam eum oportet,si quidem conspectum rei perspicuum facturus est: hunc in modum mentem humanam sexcentis mundi curis distractam,euidenter cernere veritatem vix est vt euenire possit. Atque ei quidem,qui nondum coniugalibus vinculis adstrictus est, rabidæ cupidines,

Orditur epistolam ab homœosi

Nihili vita hæc,præut est reposita nobis beatitudo. ἀ ποιῶ

Confirmat eleganti τῆ ὁμοιώσει

ἀνομοίωσις ex collatiõe

λυσιτέλεια

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐπιθυμίαι, ὁρμαὶ δυσκαθεκτοί, ζῶντες δυστέρωτες θόρυβος φροντίδων. κίνδυνοι ἐμπορίας.

pidines,& impetus effrenes, amoresq; incessunt perditissimi. Coniugio autem mancipatum curarum agmẽ excipit,in orbitate desiderium prolis,vxoris custodia, domestica procuratio, seruilium officiorum constitutio,damna ciuilibus in contractibus accepta,digladiationes cũ vicinis,forenses concertationes,negociationis alea,agriculturæ labores,vna quæque dies suã adfert animo caliginem.Iam verò noctes diurnas curas excipiẽtes, per easdem rerum species impostura mentis factitant.Quarum rerum vna demum cautio est, si ab omni se mũdo abdicauerit,qui hanc vitare molestiam instituerit.Est verò secessus à mundo,non extra mundũ esse corpore,cæterùm à consensu corporis,mutuaq; affectione animum abrumpere,non ciuẽ esse,non domum possidere,non familiam,nihil proprium habere,non sodalitatis officia, nõ amicitiæ colere,prædia nulla,nullas facultates habere,negociis vacare,iurisgentium contractus humanasq; disciplinas non nosse.Ita se comparare,cor vt humanum aptum sit admittere disciplinam ex diuinis monumentis informatam. Est autem huiusce modi cordis comparatio,cum eæ doctrinæ dediscuntur,quæ praua consuetudine sedem in ipso occupauerũt. Nã neque in tabulis cereis scribere possis,nisi prius literas induxeris quæ antè scriptæ fuerũt, neque animæ prius diuina placita accommodaris, quàm anticipatas opiniones ab ea exemeris. Ad id autem assequendum solitudo grande operæprecium adfert,vt pote quę perturbationes animi consopire solita sit,spaciumque deinde indulgere, vi ratiocinationis ipsas stirpitus ex anima elidendi.Vt autem feræ bestiæ blanda manu permulsæ, leni certamine superantur, ita libidines,iræ,pauores,mœrores,animæ venefica mala,consuetudine consopita, nec perpetuo iritamento efferata,eluctabiliora deinde vi rationis fiũt.Esto igitur locus aliquis huiusce modi,qualis hic noster,ita ab hominum congressu liber,vt à nullo extraneorum irrumpente assidua interpelletur meditatio. Pietatis enim meditatio animam diuinis cogitationibus alit. Ecquid igitur beatius, quàm hominem in terra concentum angelorum imitari? ineunte statim die in orationes ire?in hymnis & canticis creatorẽ venerari? Ex inde sole iam diluescẽte conuerti ad opera, nusquã sine oratione? denique canticis tanquàm sale condîre actiones? siquidem hilarem alacremq; animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta cõferunt. Quietus igitur status animæ expiationis auspicatus est, cum nec lingua loquitur, quæ ad homines pertinent,nec oculi colorum nitores circunspiciunt in corporibus,nec concinnè accommodatas membrorum proportiones, cum nec aures animæ intentionem elanguescere faciunt, auscultandis ipsæ modulamentis distentę,ad voluptatem ciendam accommodatis,nec facetorum hominum ridiculis aut scurrilibus dictis, quæ res maximè comparata est frangendæ animæ intentioni.Quippe mens nec extrorsus dissipata, nec in mundum per sensoria diffusa, ad sese ipsa redit,moxque suopte nutu ad dei notionẽ euadit. Quo fit, vt illo decore illustratus vndique intellectus,atque supernè illuminatus, naturæ quoque ipsius obliuione capiatur, nec ad cibi iam curam demittat animam,nec ad amictus anxietatem. Quippe qui à terrenarum rerum cura immunis & feriatus,omne suum studium ad ea bona traducat, quæ magno certamine quæruntur.id enim assequi conatur, quo numeros omnes fortitudinis temperantiæque impleat,quo iustitiam,prudentiam,cæterasq; virtutes absolutè excolat,aliasq; insuper, quæ sub hæc genera distributæ,virum studiosum cõmonefaciunt,vt cuncta officiose exequatur ad vitã rectè atq; ordine instituendã.Maxima porrò viarũ ad veri inuestigationẽ ferentiũ meditatio est scripturarum diuinitus inspiratarũ. Quandoquidẽ in his quum rerum agendarum præcepta reperiuntur, tum beatorum hominum vitæ memoriæ proditæ ac perscriptæ, tanquàm simulachra quædam animata proposita sunt vitæ ad normam diuinam iustitiæ, iis quidem qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt. Proinde in qua re quisque nostrũ senserit se eo quod oportet defici,in illo assiduè incumbens, tanquam ab officina quadã medicinæ,appositum suæ infirmitati medicamentum inuenire poterit. Ac temperantiæ quidem homo cupidus,historiam Iosephi assidua lectione euoluat:ab ea enim edidicerit actiones tẽperantiæ plenas,cùm compererit eum ad habitum virtutis prouectum esse, nedum voluptariis in rebus continentia præditum. At verò in fortitudine instituetur lector ex historia Iobi, qui vita in contrarium ipsi cedente, ac prorsus immutata, egens ex beato, orbus ex pulchræ prolis parente,vnius dieculæ momento factus,non idem modo suique similimus mansit,celsos animi spiritus ad extremum vsque retinens, sed ne amicis quidem eius qui ad consolandum eum venerant,tandem ipsi insultantibus,dolores eius exacerbando, iracũdè iritatus est. Rursus aliquis reputans quomodo magnanimus idẽ & clemens esse possit, ita vt animo quidem obfirmato aduersus peccatum, clementia verò vtatur erga homines: illic Dauidem inueniet

Hymnorũ vis q̃ efficax

Sedatæ & indistractæ menti quot accedunt commoda.

ἀγωνίων Legit Bud. pro ἀιωνίων iuxta exemplar Hermonymi Spartani

ὅτου τιμόνες ἔμψυχοι

μεταφορά.

Argum. ab exemplo. Ioseph continentiæ exemplar. Iob fortitudinis.

ἅπαις ἀπὸ καλλίπαιδος

A ueniet generosum in bellicis facinoribus,clementem & placidum in inimicis vlciscẽdis. Talis erat Moses,ingenti ille quidem ira in illos insurgens,qui in deum peccauerant:sed miti animo perferens illos,qui sibi obtrectauerant.Quemadmodum autem pictores, cùm imaginẽ ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes, lineamenta eius transferre conantur magno studio ad suum opificium: ita qui sese meditatur omnibus numeris virtutis absolutũ reddere,veluti simulachra quædam spirantia & actuosa, sanctorum vitas respicere oportet, probaq; opera illorum,sua imitando facere.Iam vero orationes lectionibus succedentes, recentiorem animam vegetioremque accipiunt,vt pote desiderio dei iam flagrãtem. Atqui est

A simili δίδαγμα. μεταφορά.

γνώμη

B oratio illa bona,quæ compertam dei notionem in animo ingenerat.Est verò dei inhabitatio, insidentem intus deum memoria complecti.Hacque nos ratione tẽplum dei efficimur, quãdo nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improuisis perturbationibus intellectus tumultuatur:sed hæc omnia effugiens vir amore dei præditus, ad deũ ipse secedit,tum affectus foras quatiens, qui ad intemperantiam prouocant, tum in iis studiis libẽter versans,quæ ad virtutem ducunt.Atque imprimis quidem magno studio id comparandũ habemus,scitè vt sermocinari possimus,vt nec contentiosius percunctemur,nec affectantius respondeamus,vt differenti non obloquamur,nec interfari atque interpellare gestiamus absurda ostentatione, fastuq; præferente, vt modum teneamus & sermocinandi & auscultandi.Neque verò ad discendum verecundum esse oportet,nec ad docẽdum malignum, quod ab

ἐρωτᾶν μὲν ἀφιλονείκως, ἀποκρίνεσθαι δὲ ἀφιλοτίμως. μανθάνειν ἀνυπαιτίως, καὶ διδάσκειν ἀνεπιφθόνως

Simile ex collatione.

C alio tute didiceris,nequaquam clam habendum, cuiusmodi facere mulieres improbæ solent, quæ ex aliis ipsæ quæsitos liberos viris suis tollendos subiiciunt,patrem mentientes:autorem verò ipsum prodere grata commemoratione decet,verumq; ipsius scientiæ parentem. Vocis porrò intentio mediocritate temperanda est,vt nec exilior fallat aures,nec contentior odiosa radat offensione.Expendendum prius quid dicturus sis,atque ita demum edendum & proulgandum.At vero in congressibus comiter appellare oportet, atque in consuetudine suauẽ se præbere, non etiam voluptatem facetosis sermonibus aucupari: adhortationum vero benignitate,clementiæ ac mansuetudinis opinio colligenda est. Nusquam acerbum se præbere conuenit,etiamsi obiurgatione opus,sit.Plærunque verò conducibilis nobis erit ea increpan-

γνώμη

D di ratio,quam propheta secutus est, qui peccati reo Dauidi non à semetipso impegit damnationis modũ,sed accersita persona vtens, iudicem illum ipsum in proprio crimine æstimando constituit.adeò præiudicio in sese facto,nihil ille deinde habuit, quod succẽseret increpãti.Et consentaneus quidem fuerit summissis atque abiectis animis, tristis oculus atque deorsum vergens,habitus neglectus,squalida coma, vestis sordida, adeò quæ lugẽtes cõsulto meditatoq; faciunt,ea suapte animi spõte in nobis,& veluti habitu temerario, extitisse videri debẽt.Tunica cinctu appressa sit corpori & adstricta. cinctus neque muliebrem in modum ilia exuperet,neque prælaxus fluxam tunicam efficiat.Incessus esto nec segnis,ne animum dissolutum declaret,nec rursus vehemens insolenterq; incitatus, ne cõsternatos impetus animi significet.Vnum modò sit vestitus propositum, operimentum vt existat, ab æstus frigorisque

Propheta Nathan. 2.Reg.12.

γυναικώδες γὰρ βλακικὸν γαρ.

E iniuria corpus asserere aptum & idoneum.Colorum amœnitates ne exquirãtur,nec opificiorum deliciæ prætenues ac molliculæ.Etenim in veste pigmentorum lauticias consectari, perinde est,atque si muliebrem comptum nobis accommodemus, quem magno illæ studio sibi aptare solent,accersitis lenociniis crines malásque inficiẽtes. Tunica sit eousque crassa, vt alio opus non sit integumento,ad calefaciendum corpus ea contectum. Calciarium esto precio quidem illud vili,sed quod vicem suam implere possit. Et vt semel omnia vno verbo cõplectar,vt in veste comparanda,rationem imprimis constare oportet vtilitatis:ita in cibo panis vsus expleuerit,id quo opus est ad alimentum: aquæ potus sedauerit sitim homini integræ valetudinis,quibus accedent ea pulmenta,quæ ex leguminibus ad vsus tantum necessarios fa-

Collatio

F cta,tuendæ sunt integræ corporis firmitati. Inter epulãdum hoc cauere conuenit, ne helluãtium speciem præbeamus,sed & cõstantiam,& mansuetudinem vbique retineamus, atque in percipiendis voluptatibus æquabilem continentiam,ne tum quidem porrò ita animis esse feriatis nos oportet,vt commentatione rerum diuinarum vacemus. Quippe qui alimentorum naturam,corporisque aliti opificium,argumentum habeamus,diuinas laudes exordiẽdi, vtiq; cum in mentem nobis venit, quomodo varia cibi genera corporum qualitati accommodata,ab eo sint inuẽta,qui omnia moderatur & regit. Porrò autem orationes antequam cibum sumimus,pro dignitate diuinæ benignitatis ineundæ sunt, cum earum quæ in præsenti nobis diuinitus conferuntur,tum verò earum quæ in posterum eisdem reconditæ sunt. Iam à corporum

λυσιῳδὴ γὰρ σεμναργίαν

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hora vna ac præscripta sit sumēdę alimonię

porum curatione rursus orationes, gratiarum actionem exequantur, iam acceptorum ergo, G atque eò amplius eorum flagitationem, quæ deus nobis pollicitus est. Denique cibi sumēdi hora sit vnica & constituta, eademque semper per ambitum reuertens, vix hæc vt curando corpori destinata, vna sit hæc è quatuor & viginti, quam temporis intercapedinem cōplectitur diei noctisq; vicissitudo. Reliquas autem horas mens cōmentando occupata sit, hominis quidem certè, qui menti exercendæ in solitudine se addixerit. Somni leues sunto, eiusq; modi qui excuti facilè possint, ex naturæ vtique præscripto, ad victusq; rationem appositi: id verò interim accurandum studioq; assequendum est, vt cōmentandis rebus arduis ipsi pascantur somni. Nam altiore correptum esse sopore, sicq; esse veterno dissoluta hominis contemplatoris H membra, vt interim pateat aditus visis absurdis obrepentibus, id certè instar est quotidianæ mortis. Atqui quod aliis diluculum, id nox iis dimidiata est, qui se colendæ pietatis studio deuouerint. Tum enim præcipuè otium animæ largitur nocturnum conticinium, cum neque oculi aspectus importunos, neque aures auditus obturbatores intro ad cor admittunt. Cæterum mens sola secum, cum deoque negocium habens, tum peccatorum suorum recordatione sese corrigens, fines ipsa sibi præscribit ad vitia auersanda, opem etiam diuinitus implorās ad ea adipiscenda, ad quæ magno studio incitata est.

διανοπτόμενοι

γνῶμη.

Eiusdem Basilij ad eundem. II. I

Sermo mētis conceptione inferior.

NVnquam, quandocunque prudentiæ tuæ scripsi: clam me fuit, quancūque theologicā vocem talem esse, vt impar sit ad exprimendam mentem dicentis, & minor quàm quæ desiderio quærentis satisfacere queat. vnde fit, quòd sermo imbecillior admodū esse solet, quàm qui cogitationibus exprimendis sufficiat. Si ergo mens nostra infirma est: & mentem æquare nequit lingua, quid tandem nobis spem in his quæ dicūtur, reponere conueniebat, & non magis dicendi penuriam incusare? Verum licet hoc ita habeat, non tamen potui quod quæritur silentio præterire. Proditionis enim periculum & notam habet, si non prōptum dederis de deo responsum iis qui dominum diligunt. Itaque quod ad ea quæ rogantur attinet, an sufficienter instituta sint, vel exactiore aliqua additione opus habeant: necessarium K fuerit ad illorum institutionem & correctionem certum quoddam tempus decernere. Quòd vero in præsentiarum admonendus es: obsecramus quod & iam aliquoties fecimus: vt omnibus modis ipse veritatis patrocinio & qui menti tuæ diuinitus inditi sunt, motibus ad commendationem & constitutionē boni vtare: iisq; contentus nihil à nobis amplius quæras, qui quoniam multo minores sumus nominis opinione, veritatis sermonem nostra imbecillitate magis lædimus quam aliquid roboris veritati nostro patrocinio adiicimus.

Eidem. III.

γραμματοφόρος literarum baiulus siue tabellarius.

VEnerunt mihi iam pauloantè abs te literæ, omnino tuæ, nō tam propter manus cha- L racterem, quam propter ipsius Epistolæ idioma. verborum enim habent modicum, sententiæ plurimum. Ad quas quidem non statim respondimus: propterea quòd peregrè abfuimus, & grammatophorus, cum vni familiarium epistolam reddidisset, properè migrauit. Sed nunc tandem per Petrum te alloquimur: simul & salutationis debitum reddentes & denuò scribendi occasionem & materiam exhibētes. Nullus autem planè labor est Epistolæ Laconicæ, quales ferè sunt omnes tuæ quotquot ad nos perueniunt.

Basilij Magni ad Gregorium epistola, Iacobo Mycræo interprete. IIII.

VNde mihi alas columbæ modo, adsciscam? aut quo pacto senium meum iuueneſcet? vt ad vos me, viri charissimi, queam recipere, & flagrās meum erga vos desiderium M exatiem, animiq; mei tristes curas apud vos deponam: & à vobis tribulationum solatium aliquod consequar? Siquidem propter beati Eusebij Episcopi obitum timor nos inuasit haud mediocris, ne forsan qui olim Metropoli nostræ ecclesiæ præfuerūt, velint ipsam accepta occasione zizaniis Hæreticorum inficere, & pietatem magno labore hominum mentibus inseminatam, prauis suis disciplinis eradicare, eiusque vnanimitatem in diuersa diuidere. Quod etiam in plerisque ecclesiis factitarunt. Postquam vero Cleri literæ ad nos venerūt, ad hortantes ne hoc tempore parum simus attenti: circunspiciens vndiquaque, vestræ, ô dilecti, tum rectæ fidei, tum zeli, quo erga dei ecclesias affecti estis, memini. Atque hac de causa misi dilectum verbi cooperatorem meum Eustathium qui grauitatem vestram incitet, vt strenue omnibus

A omnibus prō ecclesia laboribus occurratis, & præsentē aggrediamini, meumq; senium societate refocilletis, & vere ecclesiæ decantatam pietatem instauretis, dantes ipsi nobiscum, si bonum opus vnà capessere dignati fueritis, pastorem ex voluntate dei, qui populum ipsius recte queat gubernare. Habemus enim ante oculos virum vobis non incognitum. Quem si dignemur nobis acquirere, magnam indubie libertatem erga deum possidebimus, & vocāti nos populo summum beneficium præstiterimus. Sed adhortor iterum & sæpe, vt omni mētis segnitie deposita, tempestatis periculum anteuertamus, anticipemúsque.

περιβόητος

Basilij Magni Eusebio Samosatorum episcopo, Iacobo Mycræo interprete. V.

B QVomodo silentium in re præsenti queam agere? quin potius cum id sustinere nō valeam, orationem quandam factis dignam inuenero, vt vox nostra non assimiletur suspirio, sed fletui, qui mali grauitatē abūde exprimat. Periit nobis & Tarsus ciuitas: atque nō hoc solum graue est, etsi intolerabile. Nam multo hoc grauius est, tantā ciuitatem, tam feliciter agentem, vt Isauros, Cilicas, Cappadocas, & Syros sua opera in concordiā perduxerit, vnius aut duorum hominum exitiali socordia pessum iri, dum nos cunctamur, cōsultamusque, & nos mutuo respicimus. Optimum igitur fuerit, iuxta medicorum sententiam, nimis autem multa mihi copia est eiusmodi exemplorum ex imbecillitate domestica. Medici, vbi doloris magnitudo excelluerit, stuporem ægrotanti conciliant. ita precandum, vt non a- C nimæ nostrę cum intolerabili dolore mali indolentiam experiantur. Quanquam miseri licet simus, vno solatio vti visum est, nempe ad tuam mansuetudinem oculos figere, & ex tui notione & memoria animi dolorem mitigare. Quemadmodum enim oculi vbi cōstanter splēdida inspexerint, facilitatem quandam per hoc quod ad ceruleos virideſque colores contuēdos se recipiunt nanciscuntur: ita quoque animis nostris ceu blanda quædam cōtrectatio dolorem tollit etiam memoria tuæ mansuetudinis & diligentiæ, potissimumque postquam considerauerimus pro viribus tuis omnia te absoluisse: ex quibus abunde etiam nobis, si res integre velimus iudicare, nihil tua culpa periisse ostendisti, ac apud deum malorum prouidentiæ magnam tibi mercedem parasti. Cæterum te dominus nobis & suis ecclesiis sua solius gratia D donet, in vitæ auxilium, & animarum nostrarum emendationem, digneturq; nos rursus tuæ conuersationis auxilio refocillare.

τέρσος non θάρσος fiducia

A medicis ductū ὑπόδειγμα.

ὁμοίωσις.

κακῶν legit pro καλῶν.

Eidem. VI.

SVm iam gratia dei, ac precum tuarum subsidio, paululū ex morbo cōualuisse viresq; collegisse visus sim: in foribus adest hyemis inclementia domi nos cohibēs, & ne loco quidem moueri permittens. Nam etiamsi illa solito contigerit tolerabilior, mihi tamen satis impedimenti attulit: vt non solum per me ipsum iter ingredi: sed ex ipso quoque domicilio prospicere nequeam. Est autem neque hoc mihi modici momenti, quòd datur per E literas cum pietate tua colloqui, & spe responsionum iam nonnihil recreationis percipere. Si vero & occasio fuerit, & vitæ nos tempus non defecerit: nec pestis minus peruium iter reddiderit, potiemur forsan votorū tuorum desiderio, teq; intra ædes tuas cōplexi quicquid otij dabitur huc conuertemus, vt eius quæ in te est sapientiæ præclaris thesauris abūdè saturemur.

διὰ ὀμμάτων lege γραμμάτων al. orationū προσευχῶν.

Basilius Magnus Gregorio Theologo salutem, Iacobo Mycræo interprete. VII.

SI omnes ordine causas scriberem, quibus in hunc vsque diem fuerim detentus, quā- In Græco tūuis etiam vehementer cupierim tuam erga deum pietatem interuisere, infinitum est τῷ αὐτῷ historiæ campum explerem, morbos quidem alios aliis succedentes, hyemis odium, πέρι βίῳ σαμοσάτων F negotiorum cōtinuitatem prætermitto dicere, vt quæ cognita tibi sint, & iam pridem significata. Nunc autem quod vnicum habebam vitæ solatium, matrem, etiam hanc propter mea peccata amisi. tu ne me derideas, qui in hac ætate orbitatem deflere soleam, sed hoc scias, me animæ secessum nequaquam ægre ferre, cui quid in reliquis dignitate respondeat, nō inuenio. Rursus igitur in morbum incidi, iterumq; in lecto decūbo, exiguis omnino viribus fluctuans, & propemodum in vnaquaque hora necessarium vitæ finem expectans. Porrò ecclesię ferè vt corpus meum affectæ sunt, nulla quidem spe bona affulgente, verum in deteriora rebus semper delabentibus. olim Neocæsaria & Ancyra visę sunt habere successores eorum qui abierāt, & hactenus conquiescunt. Sed neque ij qui nobis insidiātur, facere aliquid ira & sæuitia dignū hucusque sunt permissi. Atque huius rei causa tuis pro ecclesiis legationibus palam id nos adscribimus.

μῆκος

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribimus. Quare non defatigeris pro ecclesiis deprecari, & deum reconciliare, & eos qui tuæ G
sanctitati subministrare dignati sunt, frequenter adhortare. Vale.

Basil. Mag. ad Eusebium Samosatorum Episcopum. Iacob Mycræo interprete. VIII.

σύρωμι ſyros non vos

QVo tandem animo fuisse me putas, cum tuas, ô vir pie, accepi literas? si enim sensum illarum respiciebam, cum impetu volui recta ad vos volare. si vero ad corporis imbecillitatem, qua ligatus decũbebam, non solum sensi me non volare, sed ne in lecto quidem conuolui posse. Nam quinquaginta his diebus æger decubui, quibus mihi sedulo adfuit dilectus & omnium studiosissimus frater noster & cooperator Elpidius. Multũ enim febre consumptus, penuria nutrientis materiæ, arida hac carne, ceu lucernarum papyro circun- H
μεταφορὰ datus, marcida longaque ægritudine laboraui. Antiquum vulnus huic accedẽs, à cibis me abstraxit, oculis somnum ademit, tandem morti & vitæ confinem me effecit, tantũ viuere permittens, quanto ad dolorem sentiendum opus est. Itaque & aquis vsus sum natura calidis, & quasdam medicorum curationes amplexus sum. omnia arguit iuuenile efficaxq; hoc malum. vere iam præsente aliud accessit, subito autem inuadens. Nullus adeo adamantinus qui ferre possit: à quo diu vexatus, nunquam sic conualui vt nũc. Cohibuit hactenus quo minus ad cõgressum complexumq; tuæ synceræ dilectionis venerim. Quali siquidem animi delectatione caruerim, noui & ipse, & si summo digito dulcissimo vestræ ecclesię melle sim fruitus. Sed
ego aliarum quoque necessariarum rerum gratia desideraui te conuenire, deque multis tecũ I
communicare, & multa discere. Non etenim veram hic & integram amicitiam assequi licet: aut si amicum inueneris, non potest similiter tuæ perfectæ prudentiæ, experientiæq;, quam ex multis ecclesiæ laboribus conciliasti, de re proposita ferre sententiã. Alia porrò non licet scribere. Quæ itaque tuto licet promere, hæc sunt. Senior Euagrius filius Pampiani Antiochensis,
qui quondam migrauit versus occasum cum diuo Eusebio, rediit nunc à Roma, petens à no-
ἐυτολέξει bis literas eadem illorum scripta ad verbum continentes. vicissim retulit, quæ nostra nõ probãtur à doctioribus qui illic sunt, & legationem quandam per viros fide dignos iam adornare, vt coram occasio sit nos inspiciendi. Qui nostram doctrinam profitentur Sebastini, Eustathij improbatæ doctrinæ vlcus retegentes purulentum, petunt à nobis quandam ecclesiasticam procurationem. Iconium ciuitas in Pisidia, iam olim post maximam prima, nunc ve- K
ro & ipsa prȩsidet parti, tanquam ex diuersis segmentis collectam propriæ prouinciæ dispensationem susceperit. Ipsa enim nos vocat vt eos inuisamus, episcopũ creãdi gratia. Nam Faustinus fato functus est. an igitur oportet non detrectare peregrinam curationem, & qualẽ oportet dare iis qui dignitate pollent, responsionem, & quomodo ad Euagrij sententias me gerere, cupiebam præsens abs te doceri, quod non licuit per valetudinem. Porrò si nactus fueris aliquem breui ad nos venturum, dignare rerum omnium nobis scribere responsiones. Sin autẽ minus, ora mihi in mentem venire, id quod gratum deo fuerit. In Synodo mentionẽ nostri fac, & tu quoq; ora pro nobis, & populum assume, vt reliquos vitæ dies & horas eousq; digni L
simus deo, vt illi gratum fuerit inseruire.

Ad eundem. IX.

ET in nobis quoque declarauit dominus quàm non deserat sanctos suos, dum magna & potenti manu sua sanctitatis tuæ vitam vndique protexit. Nam propè simile hoc arbitramur: ei, quòd sanctus ille in ventre cœti illæsus permãsit: & quòd in igne adeò vehementi sine aliquo nocumento timentes dei viuere potuerunt: quòd & pietatem tuã nobis vndique, vt audio, bellico tumultu circumfusam, incolumẽ conseruauit, & in posterũ conseruabit: qui hoc potest præstare deus: nobis, si vixerimus, peroptabilem istam faciem: aut
aliis saltem, qui reditum tuum nõ secus expectant quàm propriam ipsorum salutem. Persua- M
sus nanque sum: quòd propter lacrymas Ecclesiarum & gemitus illos quibus post te ingemiscunt omnes in vita te hominum amator deus cõseruaturus sit, donec gratiam suam impertiat iis qui noctes atque dies opem ipsius implorant. Quæ quidem vsque ad dilecti fratris nostri Libanij Syndiaconi aduentum aduersum nos acta sunt: per ipsum in transitu sufficienter edocti sumus, quæ vero ab illo tempore gesta sunt opus habemus cognoscere. Interea nanque & maiores & grauiores illis locis adflictiones inferri audimus, de quibus siquidem possibile est velociter: sin minus, per religiosissimum fratrem Paulum Sympresbyterum ad nos reuertentem, vt petimus, edoceamur, quòd illæsa & incolumis vita vestra custodiatur. Quoniã
vero

A vero audimus vniuersum iter plenum esse latronibus & excursoribus: metuimus ne si in illorum manus incidat frater, illi nos caussa mortis simus. Quòd si mediocrem tranquillitatem dederit dominus, quemadmodum de exercitus transitu audimus, curabimus & nostrorũ aliquem mitti qui vos inuisat, & singula quæ isthic geruntur annuntiet.

Ad Gregorium Theologum Epistola, Iacobo Mycræo interprete. X.

BEtulit nobis etiam nunc dominus occasionem, quòd liceat te literis per desiderabilem fratrem nostrum socium tuum Antiochum alloqui, teque adhortari, vt ea quæ fa-
B cere soles, facias, tum pro nobis deum preceris. Cæterum solatium quoddam longi discessus, ex literarum tuarum colloquio accipiamus. Id primum & maximum adhortamur, vt si quis dominum deprecetur, petat vt à peruersis sceleratisque hominibus liberemur, qui adeo populum deuicerunt, vt nil aliud quàm Iudaicæ captiuitatis res nobis repręsentent. Quã- O ambitio-
to enim impotentiores redduntur ecclesiæ, tanto magis dominandi libido in hominibus au- nem.
gescit. Et hac tempestate episcopatus nomen ad infelices homines vernarum filios deuenit, cum nullus ex dei famulis seipsum velit cõtra ipsos introducere, vel ex deploratis, quales sunt quos nunc misit Anysius Euippij alumnus, & Editius Parnassenus, quem malum futuræ vitæ viaticum sibiipsi adsciuit Ecclesiarum præfectus. Hi nunc fratrem meum ex Nysa abegerunt, Gregorium
C & eius loco virum introduxerunt, imò potius mancipium triobolare. hanc perniciem fidei Nyſenum.
ordinibus certatim probarunt. Et Doaris oppidum pestilentem hominem, orphanorum famulum scilicet, qui quidem à propriis dominis aufugerit, sed per assentationem impiæ mulierculæ, quæ prius ad animi sui libidinem Georgio abusa est, nunc autem hunc habet, successorem illius miserunt, miserandum episcopatus nomen contumelia afficientes. Quis autem res Nicopolitarum, miseri Phortani dignis suspiriis queat prosequi? qui prius veritatis patrocinium quoddam repræsentabat, tandem vero & fidem & seipsum turpiter prodidit, proditionis autem mercedem, nempe ignominiæ nomẽ adeptus. Nam ad episcopatus fastigium, vt putat, per ipsos euectus est. Sed deo gratia, communis totius Armeniæ execratio factꝰ est.
D Præter quòd nec sibiipsis timidum aliquid fingant, neque dignis cooperatoribus ipsis indigeant. Cæterum reliquas Syriæ res exactius & nouit & recensebit frater noster Antiochus. Occidentis autem statum ipse prius accepisti, cui Dorotheus frater omnia commemorauit: cui discedenti qualescunque dandæ sunt rursus epistolæ: fortasse communicabit viam cum Probo Sacteſimo, qui magno studio orientem obambulat, & à singulis viris illustribus subscriptiones & epistolas apportat. Quæ igitur per ipsos literis nunciare conueniat, vel quo modo scribentibus respondere, ipse plane dubito. Si offendes breui eos qui ad nos veniunt, dignare nos certiores facere. Mihi siquidem illud Diomedis subit dicere, Ne preceris, quo- Apophthe-
niam, inquit, vir est improbus. Nam procul dubio, cum lenius tractantur elati animi, so- gma.
E lito insolentiores plerunque fieri solent. Etenim si dominus sit nobis propitius, quali adminiculo indigemus? Sin autem ira dei permanserit, quale nobis auxilium ab occidentalium supercilio & fastu aderit? qui veritatem neque norunt, neque discere sustinent, verum falsis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, quæ prius in Marcello patrarunt: nempe cum iis qui veritatem ipsis annunciant, contendentes, hæresim autem per seipsos stabilientes. Ego sanè ipse absque communi literarum figura volebam ad eorum antesignanum scribere. De ecclesiasticis quidem nihil, nisi per ænigmata: quoniam nec intelligunt nostratium veritatem, neque viam qua possunt addiscerẽ, amplectuntur. In vniuersum, hoc literis volebam significare, non per afflictiones oppressis humiliatisque pœnam esse irrogandam, neque dignitatem æstimandam superbiam: quod etiam solum peccatum deum inimicum reddere sufficit.
F

Eusebio sodali. XI.

QVm statim post discessum tuum ad ciuitatẽ venissem quantum desperatione tui animo deiectus fuerim, quid attinet dicere, ad virũ, qui nõ habet opus verbis instrui, sed per experientiã similia perpeti nouit? Quanti enim mihi putas momenti erat omniũ optimum videre circũpiectiq; Eusebiũ, & memoriæ beneficio iterũ ad iuuentutẽ redire, atq; in mentem reuocare dies illos, quibus & domiciliũ nobis vnũ, & focus vnus, pædagogus quoq; idem, simul & recreatio, & studiũ, & delitiæ, & indigentia, & omnia inter nos ex æquo cõmunia erant. Quanti me putas æstimaturũ fuisse, si per tuã præsentiam licuisset his omnibus re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Att. epistolarũ missilium cõmoditate

memorando potiri, grauiq; hoc senio excusso iterũ ex sene iuuenẽ factum esse videri? At horũ G me copia quidem fugit: per literas vero prudẽtiam tuam videre, ac quantũ datur vel hoc modo me ipsum solari, non est ademptũ, propter præsentiã venerandissimi Cyriaci sympresbyteri, quẽ pudoris gratia vereor cõmendare, propriumq; tibi facere per meipsum, ne forsan superfluum ac curiosum aliquid erga te cõmittam, si tibi quæ sunt propria & peculiaria recõciliem. Verũ id facio quoniam me veritatis esse testem oportet, & iis qui spiritaliter iuncti sunt, quàm maximè pro viribus gratificari. Quã inoffense vir iste, quod ad sacerdotiũ attinet, versatus sit, arbitror & tibi manifestum esse. Confirmo & ego cũ nullam prorsus illius in sacerdotium offensionẽ inter eos cognoscam, qui nemini nõ manus iniiciunt, dominum non for H

mallẽ, apud eos.

midantes. Quanquã etiã si quid ab ipsis designatum est, neq; sic tamen reiiciẽdus erat hic vir. Inimici vero dei gradus eorũ quos impugnant magis confirmant, tam abest vt de gratia spiritus quã habent, quicquam illis detrahant. Veruntamẽ, vt dixi, neq; excogitari quicquam de hoc viro potuit. Itaq; vt presbyterum innoxium, nobisq; cõiunctum, ac nulla non reuerentia dignum, tuo conspectu dignare. Quòd si teipsum curaueris, nobis simul gratificaberis.

Gregorij Theologi ad Nicobulum. XII.

Hinc apparet hũc epistolarũ librũ editũ esse à Gregorio Nazianzeno, post mortẽ Basilij. Laconismus

ET semper honoris gratia mihi Magnum Basilium pręposui, licet illi contrarium videatur, & nunc quoq; præpono, nõ minus veritatis quàm amicitiæ gratia. Qua pro- I pter præmissis illius Epistolis, meas subiicio. Cupio enim nos vbique alterum alteri coniungi, vt simul typum quoque aliis modestiæ ac submissionis exhibeam.

Theologi ad eundem. XIII.

LAconice scribere non hoc est quod putas, paucas videlicet syllabas scribere, sed de plurimis rebus paucas. Ita ego Homerum quoque breuiloquũ dico, & multiloquum Antimachum. Quomodo? Ex rebus scilicet non literis prolixitatem iudicans.

Ad Celeusium principem, Iacobo Mycræo interprete. XIIII. K

Simile apud Athenæũ & & Aesopum mythologũ.

QVoniam mihi silentium & rusticitatem obiicis, ô vir honeste & vrbane, age tibi etiã fabulam nihil à musis abhorrentem recensebo, si quo modo hac te queam dehortari vt in posterum à nugis abstineas, Hirundines conuitiabantur Cygnis, quòd nollẽt cum hominibus conuersari, neque Musicen publicare, sed circa paludes degerent, & fluuios, solitudinemque amplecterentur: ad hæc, paucula quædam canerent, & ea quidem intra seipsos, quasi musices puderet. Nostræ autem, dixerunt, vrbes, hominesque & penates: hominibus loquimur, & nostra ipsis percensemus. Hæc vtique, hæc vetera & Attica, Pandionem, Athenas, Terea, Thraciam, peregrinationem, gloriam, ignominiam, linguæ excisionem, literas, atque ad hæc omnia Ityn. Atque hoc pacto ex hominibus factæ sumus aues. Illi vero, olores videlicet, vix sermone quidem ipsas dignati, garrulitatis osores, hunc in modum responderunt. Nos quidem, ô hirundines, si quis ad solitudinem venerit musices audiendæ gratia, cum alas Zephyro permittimus, dulce quid & concinnum spirare videmur. Quare si non multa, & in multis canimus, certe id ipsum pulcherrimum est in nobis, quòd mensura cantum moderamur, nec Musicen strepitibus permiscemus. Vos autem etiam inhabitantes homines ægre ferunt, & canentes auersantur, & maxime accusant. Præterea ne priuatæ quidem lingua silentiũ agere potestis, sed ipsę taciturnitatem deploratis, & affectum vestrum. Deinde loquaciores estis quodam non felici lingua prædito & Musico. Intelligis quid velim, vt ait Pindarus, nempe vel optimam meam taciturnitatem tua præstare eloquentia. Desine igitur nugis silentium mihi obiicere, aut tibi adferam paræmiam verissimam quidem illam, sed maxime compẽdio- M

Paræmia.

sam, nempe quòd tunc Olores canunt cum silent graculi.

Theologi ad Nectarium. XV.

RES nostræ vtcunque suo more habent. Sine bello & negotiis quieti sumus, securam per silentium senectutem præ omnibus complexi. Quanquam & misericordia dei per imbecillitatem quam satis magnam perferimus, ex quiete hãc lucrifacimus cõmoditatem. Tu vero prospere procede ac regna, quemadmodum diuinus Dauid dicit. Et sacerdotium tuum simul dirigat, qui te isto honore decorauit deus, sacerdotium istud quamuis calumniam superans largitus. Vt vero declaremus qua sumus mutua prædita fiducia, neque

A tia, neque humanum quid patiamur coram deo agẽtes, ego quidem ista apud te ago & expeto: tu vero mihi alacriter annue. Pancratij, qui vester summe germanus filius est, curam, agimus, multis de causis hoc necessario facientes. Hunc & admittere velis benignè, & commẽdare amicis, quos sui studiosiores habet, vt ad destinatum scopum pertingere queat. Is autem est illius scopus, vt citra molestiam exercitum compellare possit, quandoquidẽ, vt & ipse nosti, nullum vitæ genus malis hominibus inoffensum est. γνώμη

Theologi ad eundem. XVI.

B QVid nam faceres, si mihi ipsi coram obeundum esset negotium? An non manifestũ, quod omnem diligentiam impẽderes, quo molestia liberarer? Si quidem quid opus est indiciis instrui, illis, qui cognitione sua quæ discenda sunt præuertunt? Hoc itaque beneficij nobis & nunc largire per honestissimam consobrinam nostrã, quæ tibi per nos suppliciter aduoluitur, veneratus ætatem supplicantis, veneratus mores & pietatem, quam nõ apud multas mulieres inuenies, veneratus præterea & tranquillam illam mulieris innocentiã, & quod illi nunc cum domesticis est negotium, ante omnia vero veneratus & nostram obsecrationem. Augmentum erit gratiæ, si petitum beneficium cito præstes, viduæ nanque humanitatem iniustus etiam ille in euangelio iudex exhibuit: at post diutinam supplicationẽ & assiduitatem. Verum. Sed apud nos sit celeritas, ne diu curis, & molestiis, quæ vt extraneæ ac- C cidere possunt adfligatur. Quanquam satis scio, quod illi pietas tua peregrinationem istam sit in domesticam quasi familiaritatem commutatura.

Auget gratiã celeritas impetratæ gratiæ.

Theologi ad Helladium. XVII.

DElectatus sum literis tuis. Quomodo vero nihil, præ se tulerunt, memoriam tibi esse mortuorum? Præsentium vero & ad festiuitatem cõferentium potior est gratia. Sed tu adhæreto illis quibus des quæ ipse petas. Precare verò pro nobis. Siquidẽ prodest iterum nos admoneri pariter & admonere festiuitatis. Si vero minus transferri ad ea quæ futuræ sunt vitæ, & veram festiuitatem apprehendere vel contueri, vbi omnium lætantium est D habitatio. Strophis enim huius vitæ exaturati sumus. στροφὰς μεκορεσμένοι

Theologi ad eundem. XVIII.

LOnginquo aspicere ad ea quæ sperantur edocti. (Vtar enim tuo proœmio) & de iis quæ iam adsunt lætamur. Sacrum enim Paschæ diem, quẽ apprehẽdimus, cœlestium bonorum mysticam significationem esse noui: eò quòd sit festiuitas transitoria. Rectè autem feci- פסח transitus, phasis sti quod & ipse nos per ea quæ scripta misisti, horum admonuisti. Ego vero iã pluries istam festiuitatem Paschæ pertransiui, & vel hoc ex prolixiore hac vita lucrifeci. Nũc verò purius pascha desidero, vt Aegyptum istam præsentis vitæ molestam ac tenebricosam E egressus, & à luto lateritioq; labore cui obstricti sumus, liberatus ad promissionis terrã transmigrem. Hanc nobis precator, si tibi curæ est quàm maximo nos afficere beneficio. Tibi verò cui spes affulget vitæ longioris contingat cum ecclesia communia festa subinde celebrare. Si verò mihi concesseritis senectutem istam cum honestate absoluere, & huic ecclesiæ episcopũ dederitis, quem designabit spiritus sanctus, opus bonum feceritis, &, vt ita dicam, paternis benedictionibus dignum.

Basilij Magni Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, ad Sanctum Gregorium Theologum Epistola. XIX.

F EGo, scribente mihi fratre Gregorio quod iam olim cupiat te nobiscũ agere, imo addente, id tibi iam ipsi quoque certum esse, illud quidem ægrè credo, propterea quod toties decipior: istud vero & negotiis distractus expectare non potui. In Pontum vt redeã aliquando, vel præsens cogit necessitas, cui loco redditus deo bene volente, vagari desinã. Vix nanq; desperatis spebus hisce vanis, quas de te mihi olim cõceperã, imò magis somnij, si verius quid dicendũ est, (laudo enim eum qui spes vigilantium esse somnia dixit) vt vitę consulerem, in Põtum abiui, vbi locum mihi deus moribus meis apprimè conuenientẽ ostẽdit, ita vt qualem sæpenumero per otium & iocũ animo fingere solebamus, talem iam re ipsa videre liceat. Mons enim est sublimis, grandi ac tenebricosa sylua tectus, gelidis ac pellucidis vndis septentrionẽ versus irriguus. Huius gradibus vbi ascẽditur planicies resupina substra- ὑπόγεμμα siue topographia.

 ta est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta est,quæ mõtanis humoribus iugiter fœcundatur. Ista vero sylua sponte sua distinctis & o- G
mnifariis arboribus circũquaq; cõplexa propè valli ac septi loco, cingit, ita vt illi collata etiã
κελυφοῦς νῆσος. insula Calypsus quã præ omnibus pulchritudinis gratia Homerus celebrasse videtur,modica
sit.Etenim non multũ illi deest ad hoc,vt insula sit,propterea quod vndiq; veluti munitionibus quibusdam elabora & ornata est. Profundæ siquidem valles duabus illam partibus circũscindunt.Ex lateris vero præcipitio fluuius decurrens, & ipse continui & haud facile superabilis muri vice est.Ex altero vero latere mons apertus & expassus,per cubitos ad Lunę formã incuruatos,vallibus imminens, eam partem lateris qua ascenditur veluti muro quodam cõcludit.Est autem ingressus illuc vnus quem in nostra potestate habemus. Ipsam habitationẽ
alia quædam ceruix sublime quoddam extrema sui parte collum extendens recipit, ita vt ipsa H
planicies cõspectui sit aperta & exposita, & è sublimi circũlabentem fluuium despicere liceat,
Strymon qui mihi videtur non minus delectationis exhibere, quã Amphipolitanis Strymonis cognitus amnis.Nam is quidem tranquilliore tractu circũstagnãs, parũ deest quin propter silentiũ & tranquillitatẽ fluuij nomen amiserit,hic vero fluuiorum,qui mihi noti sunt, velocissimus, ad vicinam petram parumper asperior est, ab illa refusus in vorticem quendam profundũ aufertur,omniumq; iucundissimum mihi spectaculum ipso conspectu, & sufficientissimum incolis vsum exhibet:simul etiam ineffabilem piscium multitudinem in vorticibus alens. Quid dicam de telluris exhalationibus?aut ex ipso fluuio ascendẽte aura?florum copiam, aut etiam
canentium auicularũ alius quisquam forsan admiraretur. Mihi vero animum istis aduertere I
non vacat.Quod autem potissimum de hoc loco referre possumus, hoc est, quod cum ad omne genus fructuum sit,propter situs commoditatem appositus: omnium mihi iucũdissimũ fructum quietem ac tranquillitatem alit:non solum propterea quod ab vrbanis perturbationibus alienus est:sed quòd ne viatorem quidem aliquem admittit, præter eos qui venationis gratia nobis subinde iunguntur.Nam præter ea quæ recensuimus,feras etiam,nõ vrsos,aut lupos quales apud vos sunt.abśit, sed ceruorum & capræorum agrestium greges ac lepores,& si quæ aliæ sunt eiusmodi nutrit. Num igitur cogitas quantum periculi demes accersere voluerim,qui talem locum cũ Tiberina quæ barathrum est orbis,commutare contenderim? Ad
Echinades. hunc iam properanti ignoscens.Nam prorsus neque Alcmæon,posteaquam echinades reperit, K
errorem amplius ferre sustinuit.

Gregorij Theologi ad Basilium Magnum. XX.

MT iussui tuo obtemperetur,partim quidem in nobis,partim vero,&,vt puto,plus aliquanto in pietate tua situm est.In nobis est,quod ad animi votum & alacritatẽ attinet.Neq; enim vnquam cõuictum tuum fugimus, sed semper persequuti sumus & nunc amplius desideramus.In sanctitate vero tua est,vt quæ nos impediunt dirigas ac disponas. Assidemus enim domine matri multum iam temporis ex infirmitate laborãti: & nisi cũctaremur illam in ambiguo deserere,præsentiæ tuæ fructum, quod probè scias, non negligeremus.Precibus tantum,matri ad sanitatem,nobis ad iter obeundum,succurre.

Att.pietatẽ Gregorij L

Eidem. XXI.

PRomissioni quidem,fateor,haud steti,vt tecum essem vnaq; philosopharer,constãter adhuc amicitiam illam, & cognationem cum Athenis cœptam, tum illic quoq; seruatam professus.Nõ enim habeo quod istis familiarius dici posset. Fefelli autem non liberè,sed lege per legem deuicta lege amicitiæ & mutuæ consuetudinis superata, per legem quæ præcipit vt parentes honoremus.Non tamen omnino fallam si hoc ipsum promissum receperis. Partim quidem nos tecũ futuri sumus: partim vero ipse nobiscum esse voles,
τὰ πάντα κοινὰ καὶ φιλίας ὁμότιμον. vt sint omnia communia,& amicitiam pari vtrinque honore præditam habeamus. Ita enim M
futurum est,vt & parentes mœstitia non afficiam,& copiam tui obtineam.

Eidem. XXII.

Tota scatet festiuis metaphoris AT On fero mihi Tiberinam opprobrari,& quæ hic sunt prominentes & in sublime porrectas rupes ac tempestates,ô admodum expers luti, sublimis incedens, & tabulata pedibus calcans pennate, excelse, & Abaridis iaculo componende pernicitate corporis,vt cum Cappadox sis Cappadociam fugias. An iniuriam inferimus,quod vos quidem pallescitis atque ægrè respiratis ipsumq; solem transcenditis: nos vero saginamur ac saturamur,&

A mur,& circunscripti non sumus?Sed ista vobis sunt.Delitiamini verò & diteścitis ac in foro versamini.Hoc non laudo.Aut igitur cessa lutea nobis exprobrare (neque enim tu ciuitatem condidisti,neque nos tempestatem)aut & nos tibi obiiciemus pro luteis cauponas, & quæcũque reliqua ciuitates incommoda ferunt.

Ad eundem. XXIII.

PV quidem quæ nostra sunt dicteriis & salibus impetito & conuellito. Siue ioco id facias siue studio, nihil istud retulerit. Risu modò & puerilem in modum exatiare, & amicitia nostra fruere.Omnia tua nobis sunt iucunda, qualiacunque sint & quomo-
B docunque habeant. Etenim & quæ hic sunt mihi cauillari videris, non vt cauilleris, sed vt ad teipsum trahas (nisi ego tuorum nihil intelligo) quemadmodum solent qui fluenta obturant vt alio transferant.Talia sunt perpetuo quæ tua sunt.Ego vero Pontum tuum, & Ponticam istam caliginis procreationem,ac refugis & exulibus dignam, & qui capiti imminẽt tumulos pariter & feras,fidem nostram probãtes,subiectamq; solitudinem celebrabo. Murium cateruam honestis nominibus phrontisterij,monasterij,ac scholæ ornabo. Syluas illas agrestium plantarum montiumq; profundè præcipitum coronam qua tamen non coronamini, sed concludimini: aërem quoque temperatum, ac solem desideratum laudabo quem tanquã per fumum aspicitis,ô Pontici Cimmerij Soleq; priuati, & non semestri tantum nocte, quod
C quidam dicunt,damnati.Sed ne aliquam quidem vitæ partem non vmbratilem: vnam verò noctem diutinam per omnem vitam ac vere mortis vmbram, vt ex scriptura aliquid proferam,habentes. Laudabo etiam arctam illam ac strictam vitam, nescio an ad regnum vel ad infernum ducentem:tui vero gratia ad regnũ ducat. Ipsam in medio planiciem quid vis vocem?An mentiendo vocabo eam ædem,ac fontem in quatuor principia diuisum:vnde & ipse orbis irrigatur?An vocabo eam aridam ac sticuloſam solitudinem, quam Moses quisquã
διασυρμὸς per allusionẽ ad ערבה horrũ deliciarũ ex petra per baculum excusso fonte mitiorem habitabilemq; fecerit? Nam vbi petras quidem declinaui,tibi mox hiatus:vbi hiatus ibi spineta:supra spinas vero præcipitium:supra præcipitium via præceps & vtrinque prærupta, viatorum mentem cogẽs & ad solicitam cautionem
D exercens:Fluuius vero infernè resonat.Is tibi pro Amphipolitano Strymone est, ac placidus, & non magis piscibus quàm lapidibus fœcundus, neque in stagnum aliquod refusus, sed in profundum vorticem præcipitatus, O sublime loquens nouorumq; nominũ fictor. Est enim magnus iste fluuius & terribilis,& supernè psalmodias resonans. Hic nullius æstimantur cataractæ infernię; strepitus,tãtum videlicet sonitus noctes atque dies auribus vestris suggerit. Asper quidem est,sed transitum negans: turbidus quoque, sed quem potare nequeas cui hoc tantum humanitatis est quod mansiunculam vestrã hiatibus ac procellis iratus non ad ima secum deturbat.Ista igitur nos beatorum insulis conferimus.Hęc vestra sunt qui adeo felices
τὰ βάσιμον ὑποφεύγω. estis.Tu vero admirari noli cubitos illos lunares qui gradus montis ascendendi in arctũ magis constringunt atque intercludunt quàm communiũt,neque collum illud, quod supra ver-
E ticem oritur,quod Tantali vobis vitam effieit,neque delicatam ac mollem auram, tellurisq; exhalationes quæ vos animo deficientes recreant,sed neque canentes volucres, quæ quidem canunt,sed famem:& circumuolitant,sed solitudinem. Accedit vos nemo,inquis, nisi qui venationis gratia accedunt.Adde,& vt mortuos vos inuisant. Ista modum forsan excedũt epistolæ,verum ad comœdiam haud sufficiunt.Tu si modestè ludum istum tuleris, rectè feceris: παιδίαμ
sin minus,plura addemus.

Theologi ad Basilium Magnum. XXIIII.

F AM quando videris moderatè ferre ludum nostrum,addemus & sequentia. Sit autem ex Homero proœmium.Eia age, transgredere hinc, internos concine cantus, habitationem tecto carẽtem & foribus,focum frigidum & sine fumo, parietes igne siccatos ne luti stillulis conspergamur,intus Tantalici quidam & condemnati,in mediis vndis sitientes,& ad mensam illam miseram vnde nemo cibatur,licet omnium ciborum genere instructa sit,anhelantes: ad quam ex Cappadocia, non tãquam ad lotophagorum penuriã, sed velut ad Alcinoi mensam, recens naufragi & calamitosi vocati sumus. Recordor enim panum illorum ac iusculorum(nam ita nominabantur) quin & ipsi dentes in memoriam redeunt quomodo morsibus illapsi statim emergebant, sursumq; veluti ex cœno quodam retrahebantur. Hæc ipse sublimius declamabis, cui ex cognatis affectibus datur magnificè lo-
ἐκ τῶν οἰκείων παθῶν

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis:ex quibus nisi nos vere magna ac pauperum altrix (matrem tuam dico) tanquam portus G
quidam tempestate iactatis opportunè comparens,liberasset,iam olim mortui essemus, Pon-
Collatio e- legans. ticæ fidei non tam laudi quàm miserationi futuri. Quomodo transeo hortos illos nō hortos
& ad holera minus idoneos,deinde & Augeæ simū,domo expurgatum,quo illos replebamus,
quando luto vehendo deputatum plaustrum, ego instar botryunculi, tu contra Iamyrus au-
dacter istis ceruicibus & manibus,quæ laborum adhuc vestigia retinent(ô terra, & sol, vir ac
virtus declamabo enim parumper)non vt Hellespōtum iungeremus, sed vt præcipitium cō-
planaremus.Istis si nihil grauaris cum dicuntur,omnino neque nos:si vero grauaris, quantū,
quæso,cum fiunt? Nos etiam plura omittemus, alios reueriti, quorum & quidem multorum
voluptate capti sumus. H

Theologi ad Basilium Magnum. XXV.

γνώμη. Qvæ hactenus de Pontica conuersatione scripsimus,ludicra fuere non seria.Quę vero
iam scribo vehemēter seria sunt.Quis mihi dabit, vt pristinorum dierum adflictio-
nem in quibus tecum iucundissimè vixi, vel mensem vnum ferre liceat? Quoniam
res tristes,quæ sponte feruntur, coactis delitiis potiores habentur. Quis dabit mihi psalmo-
dias illas,& vigilias,& ad precandum secessus,vitamq; istam quasi spiritualem & incorpora-
ἕνλομ ζωὴν καὶ ἀσώματον. lem?Quis fratrum, qui abs te in pietate instituuntur & in sublime eriguntur, vnanimitatem
& concordiam? Quis virtutis certamen & acumen quod præscriptis modis ac canonibus sta I
biliebamus?Quis diuinorum oraculorum exercitium,inq; illis cum spiritus moderamine in-
uentam lucem?Aut,vt minora & leuiora dicam,quis dabit quotidianas illas ac manuarias o-
peras?Quis lignorum findendorum ac componendorum laborem?Quis latomias? Quis cō-
Collatio sitiones & irrigationes plantarum? Quis platanum auream illam & ea quæ Xerxis erat preti-
osiorem,sub qua sedebat non rex delicatus,sed monachus ex labore defatigatus? quam ego
plantaui,Apollos,hoc est,dignitas tua, rigauit: deus vero incremētum honoris nostri gratia
dedit,vt videlicet seruaretur apud vos exercitij & industriæ nostræ memoria, quemadmodū
in arca virga illa Aaronis quæ floruerat,seruata dicitur ac creditur. Ista optari quidem faci-
lè possunt,apprehendi vero non ita facile.Sed tu mihi adesto, & virtutem precibus tuis aspi-
ra,ac cooperare,& quem aliquando fructum collegimus conserua,ne paulatim vmbrę instar K
inclinante iam die euanescamus: quemadmodum ego te spiro magis quàm ipsum aërem, &
hoc tantum viuo quod tecum viuo,siue præsens,siue imaginationibus absens.

Theologi ad Basilium Magnum. XXVI.

Hemistichiū ex Homero. Qvomodo nobis postremo loco sunt,& botryunculi instar habentur, quæ tua sunt, ô
diuinum ac sacrum caput? Quod verbum dentium tuorum septum transiliuit? Aut
quomodo ausus es hoc dicere?(vt & ipse modica quadam confidentia vtar.) Quo-
modo animus ad hoc impulit? Aut atramentum scripsit?vel charta excepit? ô literarum stu-
Basilij ὑγκώμιον. dia,& Athenæ,& virtutum studiorumque labores.(Nam me scriptis tuis propè tragœdū fa- L
cis.)An vel nos vel teipsum non agnoscis, cum oculus sis orbis, magnifica vox ac tuba, re-
giusq; dicendi splēdor.Sūntne tua modica Gregorio?Est ne quisquam, qui aliquid eorum quæ
in terra sunt vspiam ita admiretur,vt te Gregorius? Anni tempestates vere vno & astra sole
vno decorantur:cœlum vnum complectitur omnia:ita vox tua omnes vna superat.(Si quidē
aliqua mihi est talia iudicandi facultas:nec,quod nō puto,vis amoris imponit.) Quod si hoc
accusas,quòd te non satis pro dignitate admirer,quin accusas vniuersos mortales? Neque e-
nim alius quisquam dignè satis admiratus est aut admiratur,nisi tu tuaq; magniloquentia.(Si
quidem fas est vt teipsum quis laudet, & hoc nobis studiorum ratio permisit.) Si verò pro-
pterea accusamur,quod te contemnamus,cur non eadem opera insaniæ prius arguimur? Sed M
id ægrè fers, quod philosophamur? Da vt hoc solum liceat dicere, quod & studiis tuis præ-
stantius est.

Gregorij Theologi ad Basilium Magnum. XXVII.

Audo proœmium epistolæ tuę.Sed quid tuorum non laudabile?Et tu captus es,quē-
admodum & nos circumscripti,postquam ad presbyterij gradū coacti sumus.Quā-
quàm ne ad hoc quidem vel studio incubuissemus.(Sumus enim inuicem alter alte-
ri, fide digni testes, quòd quasi pedestrem & humi repentem philosophiam amplexi simus.)
Verum satius forsan fuerat istud non fieri.Aut non intelligo quod dico,donec quid sua mo-
deratione

A deratione disponat spiritus,intelligam.At cum ita factum sit,ferre necesse est,vt mihi quidē
apparet,idq; maximè propter præsentem tempestatem, quæ multas nobis hæreticorum ob-
trectratrices linguas inducit.Nec pudore suffundenda est vel eorum spes, qui nobis hoc mu-
neris concrediderunt vel ipsa vita nostra.

Theologi ad Basilium Magnum. XXVIII.

B Tempus hoc & boni consilij prudentiam exigit, & continentiam, vtque nobis nemo
conspiciatur animosior,neque multorum sudorum ac ne laborum opus in breui ve-
lit quis absoluere.Quamobrem ista scribo, & vnde?deo dilectissimus Episcopus no-
ster Eusebius(ad hunc enim modum de illo iam & sentiēdum) admodum se nobis amicè ac-
commodat,& velut ferrum igni,ista successu temporis emollitur. Et puto literas quoque il- ὁμοίωσις
lius ad te venturas quibus te sit & consolaturus & vocaturus, quemadmodum & mihi signi-
ficauit,multiq; nobis fidem faciunt,quibus cogitationes illius probè cognitæ sunt. Præueniē-
mus eum,siue præsentes siue per literas.Imo primò scribemus, deinde præsentes agemus, ne
pudore suffundamur, si tandem victi fuerimus, cum liceat obtinere vt bene & philosophicè
minores habeamur quod & multi à nobis petunt.Facta est itaque reuera mihi fides, tam hu-
ius gratia,quàm propter occasionem temporis: quoniam hæreticorum coniuratio ecclesiam
C peruagatur:partim eorum qui iam adsunt & turbas dant:partim eorum,qui, vt fertur, futuri
sunt. Est autem periculum ne dissipaturi sint sermonem veritatis nisi velocissimè excitetur
spiritus ille Beseleël sapientis artificis sermonum ac dogmatū. Quod si videbitur operæpre-
tium,vt ipse adsim & corā ista peragam,& simul proficiscar, ne hoc quidem detrectabimus.

Theologi ad Eusebium Episcopum Cæsariæ. XXVIIII.

D Voniam ad virum loquor,qui & mendacium detestatur, & ad deprehendendū illud
in aliis etiamsi astutissimis ac variis labyrinthis intricetur,omnium acutissimus est.
& præterea neque ipse artificio delector (dicēdum enim est etiamsi importunius sit)
ita quasi natura comparatus, deinde & per doctrinam formatus, hac de causa quæ in mentē
absque vlla præmeditatione veniunt scribo.Fidutiam hanc meam placidè suscipias,aut certè
iniuria me afficies,si libertatem istam ademeris,mœstitiæq; dolorem in meipso velut morbi-
dum quid supputridum & carcinoma vix eluctabile,continere coëgeris. Gaudeo quidē quod
abs te honore afficior(homo siquidem sum,vt quidam etiam ante me dixit)& ad conciliū sy-
nodosq; spiritales vocor:contumeliam vero honestissimo fratri Basilio illatam, & qua etiā-
num à pietate tua afficitur, non fero. Nam illum & vitæ & doctrinæ supremæq; philoso-
phiæ socium ab initio elegi, & nunc quoque habeo: neque meipsum reprehendo in isto meo
de illo iudicio (modestius enim arbitror ad hunc modum loqui, ne dum quæ illius sunt
E celebro, meipsum laudare videar) Tu vero mihi videris, dum illum vilipendis, idem fa- Collationes
cere, atque si quisquam vnius viri altera, quidem manu caput demulceat altera vero maxil-
lam feriat, aut si fundamentis domus concussis parietes depingat, & quæ exteriora sunt ex-
ornet. Itaque si mihi quicquam habes fidei, hoc facias. Peto autem vt mihi credas. Iustum
est enim. Si illum pro meritis colueris, vicissim & ab ipso coleris: quod vero nos pusillos
& ad pacem paratiores concernit, id illi coniunctum est velut corpori vmbra. Neque enim
ita miserè habemus, vt in reliquis quidem philosophari, & potiorem partem sectari: iuxta
vero id,quod in doctrina nostra caput est,videlicet,dilectionem, contemnere velimus, præ-
sertim erga virum & sacerdotem & tantum, quem cùm vita tum doctrina canicie quoque,
omnium quos cognouimus optimum esse scimus. vt veritatis causa contristeris, nihil hinc γνώμη
F minus reddêre celebrior.

Epistola Theologi quam ad Cæsarienses uelut ex patris sui persona scripsit. XXX.

Vm quidem exigui moměti pastor,& gregi exiguo præfectus, minimusq; inter mi-
nistros spiritus:gratia vero non est in arctum coacta,nec locis circunscripta. Qua- Gratia spi-
propter & pusillis data est loquendi fiducia, præsertim cum & de publicis ac tantis ritus nō per
rebus sit habendus sermo,& iis qui tāta canicie prædīti cōsuluntur, quæ fortè quid- tenuitatem
dam multis aliis prudentius habet. Consulitis non de leuibus aut vulgaribus rebus, sed talib⁹, officij mi-
quæ si vel bene vel male habeant, necesse sit & publicum statum vel isto vel illo modo habe- nuitur.
re.Est enim nobis sermo de ecclesia,pro qua mortuus est Christus: deq; eo, qui illam sit deo

 admini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Collatio

administraturus & adducturus. Nam corporis quidem lychnus est oculus, quemadmodũ au- G
diuimus, non is tantum qui corporaliter videt & videtur: sed & qui spiritualiter cõsiderat & considerat̃: ecclesiæ vero lychnus est episcopus, quod vobis clarum est, etiamsi nos illud nõ scribamus. Necesse est igitur, vt, quemadmodum rectè agitur corpus si oculꝰ sit purus: & peruerse, si sit impurꝰ: ita cum ecclesiæ præfecto, vtrolibet modo disposito, omnino simul vel periclitetur vel seruetur ecclesia. Igitur cuiuslibet quidem ecclesię, tanquam corporis Christi, habenda est ratio, maximè vero nostræ, quæ propè mater omnium ecclesiarum & fuit ab initio & nunc quoque est & nominatur: quam Christiana respublica velut centrum suum circulus, vndique obseruat: non solum propter orthodoxam doctrinam vbique ab initio prædicatam: sed & propter conspicuam illam concordiæ gratiam, quam diuinitus accepit. Quoniam igi- H
tur nos quoque ad istam de futuro episcopo consultationem rectè ac canonicè vocastis: detinemur vero & senectute & corporis infirmitate, siquidem & nos spiritu corroborati adfuturi sumus (nihil enim incredibile credentibus) id & quibusuis melius & nobis iucundius erit, γνώμη.
vt & vobis nonnihil conferamus, & ipsi benedictionis consortes reddamur. Si vero superãte infirmitate abesse cogemur, quantum possibile est absentibus cõferemus. Crediderim quidem & alios esse, qui vt ecclesiæ apud vos præficiantur digni sint, vtpote ex vrbe tanta, tam sanctè & à talibus viris iam inde ab initio instituta: nequeo tamen quẽquam eorum qui apud vos suspiciuntur, vni piissimo filio nostro Basilio presbytero præferre (loquor autem tanquã coram deo teste) viro & vita & doctrina syncero, & qui solus omniũ maximè, quod ad vtrãq; I
attinet, præsenti tempestati atq; inualescentibus hæreticorum nugis obsistere poterit. Ista & sacerdotibus scribo & monachis, atque illis quoque qui ex ordine sunt magistratus ac senatorio, simulq; populo omni. Quod si hoc complacuerit, sententiaq; mea obtinuerit, quæ ita integrè ac rectè habet, vt coram deo prolata, & adsum spiritaliter atque adero, imò iam quoque manum isti negotio bona spiritus fiducia præditus admoui. Si vero non hoc, sed aliud quid placuerit, iuxtaq; conturbernia aut sectas & cognationes decretum fuerit, turbulentaq; iterũ manus ac vis quod iustũ est peruerterit, facite quod vobis ipsis visum fuerit, nos quiescemus.

Theologi ad Episcopos Cæsariæ, uelut ex persona patris sui. XXXI.

K

Ironia.

VAm iucũdi vos, & humani, excellẽtiq; dilectione præditi estis? vocastis nos ad metropolim, super Episcopo creando, vt puto, cõsulturi. (Istud enim inter vos agi sentio) neque tamen quod comparendum sit, neq; quid tractãdum, ne tum quidem indicastis, cũ tumultuariè cõpellatis nobis proruistis, tanquam qui nec honorare nec præsentes nos habere sed magis negligere decreueritis, vt ne ad inuitos quidem quicquã huius negotij deueniat. Vestrũ itaq; institutum tale quidẽ est, quod & nos feremus contẽpti: nostrum vero quomodo habeat indicabimꝰ. Alij alios designabũt? iuxta suos quisq; mores ac quæstũ id quod in huiusmodi causis plerunq; cõtingere solet. Nos vero neminẽ honestissimo filio nostro Basilio sympresbytero præferre possumus. Neq; enim fas esset. Quem nanq; inueniemus, eorum L
quos nouimus, vel vita probatiorem, vel doctrina potentiorẽ & vndiq; ad virtutis honestatem æquè instructum? Si verò viri huius infirmitas prætexitur, non athletam, sed doctorem
In episcopo designando nõ Athleticę vires exiguntur, sed doctore digna virtus.
designaturi estis. Et præterea quoq; possibile est vt infirmos ipse, si qui fuerint tales, & confortet ac corroboret. Si simul sententiam hanc nostram acceptaueritis, adero & operam meam impendam, siue spiritu siue corpore. Si vero causam hanc ex præhabitis conuentis & pactionibus egeritis futurumq; est vt contra iustum & æquum obtineat seditio, gratum erit quod contemnimur, vestrum interim sit hoc opus, pro nobis item orate.

Theologi ad Basilium Magnum. XXXII.

M

EGo te & præceptorem vitæ & dogmatum doctorem, & quicquid bonorum quisquã proferre poterit, æstimaui, & ab initio, & nunc quoque æstimo: & si quis alius tua celebrat vel mecum hoc facit, vel in eo me sequutus est. Vsque adeo scilicet à pietate tua vincor, atque ita syncere tuus sum. Neque mirum hoc videri debet. Vbi nanque plus est tua vincor, atque ita syncere tuus sum. Neque mirum hoc videri debet. Vbi nanque plus est conuictus & familiaritatis, ibi plus est & experientiæ: vbi vero plus est experientiæ, ibi & perfectius testimonium dari potest: & si qua est alia mihi viuendi vtilitas illam amicitiæ tuæ & conuictui deputo. Sum itaque in istis hunc in modum affectus, & porrò talis ero. Quæ iã vero scribo, inuitus quidem scribo attamen scribo. Tu vero istud in me haud ægreferes, alioqui & ipse admodum ægrelaturus sum, si fidem tibi non fecero, quod animo ista beneuolo ad te dico &

Calũniæ ad uersus Ba. & Grgoriũ cõcinnatæ.

A dico & scribo. Sunt qui nos arguant quamplurimi, quod in fide fortes non simus, quotquot scilicet (neque id immeritò) nostra communia nobis faciunt. Et alij impietatem manifestè op
probrant: alij ignauam timiditatem. Impietatem, qui nos nihil rectè dicere credunt: timiditatem vero, qui fugam ac subtractionẽ obiiciũt. Quæ alij accusent, quid attinet dicere? Quod nuper accidit narrabo. Conuiuium erat. In illo aderant non pauci ex illustribus viris nobisq; amicis. Inter illos vero aderat & vir quisquam & nomen & habitum religionis indutus. Nõdum bibebatur, & sermo iam miscebatur de nobis (id quod in conuiuiis euenire solet, atque fabulæ cuiusdam loco proponebamur. Cum omnes tua admirarentur, nosq; tibi cõiungerent, vtpote qui eiusdem philosophiæ studio teneamur, dêque amicitia nostra, & Athenis denique
B quàm in omnibus vnanimes simus & concordes, dicerent: rem malam philosophus ille inferebat. Et quæ nam illa, inquis? Magno & feruenti clamore prorumpens, heus aiebat, quàm estis vehementer mendaces & assentatores, In reliquis quidem laudentur isti viri, si videtur, neque ipse contradico: quod maximum vero est, illis non concedo. Quod ad orthodoxiam attinet, vanè laudatur Basilius, vanè & Gregorius. Ille propterea quod fidem per ea quę disputat prodidit, iste, quod illam simul prodidit, dum illius disputationes tolerat. vnde hoc, aiebam, ô vane & propter arrogantiã recens quidã Dathan & Abiron? Vnde nobis appâres dogmatistes? Quomodo teipsum tantorum virorum iudicem constituis? Ex Synodo eupsychi, inquit, iam primum eius quod dixi testis aduenio (atque id ita verum erat) vbi Basilium ma-
C gnum dissentem audiui de patre quidem & filio optimè ac perfectissimè, atque ita, vt nõ facilè alius quisquam ad eum modum dicturus sit: spiritum vero male tractantem. Et adiecit ὁμοίωσιν.
similitudinem perinde, inquit, atque fluuiorum quidam saxa prætercurrentes, fabulosam terram excauant. Quamobrem aiebam, præclare vir? Tu quidem, ad me respiciens, aiebat, aperte iam diuinitatem spiritui adscribis. Et quanam occasione, inquam, hoc dicis vel de me vel de meis sumpta, vt qui in Synodo magna hominum frequentia referta spiritui diuinitatem disserendo tribuerim, postea vero diuulgatum hoc intra me succinuerim nempe, vsquequo sub modio lucernam abscondemus? Tum ille sermonem tuum deliniabat, obscurè quidẽ & quasi per vmbram: veritatem verò non liberè proloquebatur, ciuilius magis quàm religiosius au-
D ditorem inuoluens, dicendiq; facultate versutiam obtegens, quod ego scilicet obscuro loco degens, ac multis incognitus, ita vt non solum quid doceam sed & an doceam plerosque lateat, sine periculo philosopher: alterius vero maior sit ratio, vtpote celebrioris & apud se, & apud ecclesiam, & quicquid is dicat publicè ad populum dicatur: deinde quod plurima sit ipsius nomine contentio, querentibus hæreticis nudæ voci ipsius quoque Basilij adhærere: quod Basilꝰ, scintilla veritatis.
is quidem ex ecclesia sit eiectus, qui solus propè reliqua sit veritatis scintilla, & viuida quædã omnium circunquaque residuorum virtus & facultas: malum vero in vrbe radicetur, vnde & γνώμη.
quasi ex carcere quodam ecclesiæ in vniuersum orbem excurrat. Melius igitur est domi veritatem administrare dum nubilo isto tempore parum suspicimur, quàm manifesta illam & publica prædicatione subuertere. Nobis quidem nihil est etiam ab aliis dictionibus periculi,
E quibus hoc colligitur & adfertur, quod spiritus deus agnoscatur. (Non enim in sono verborum magis quàm mente & sententia sita est veritas) ecclesiæ vero plurimum adfertur detrimenti, quod per vnum virum propulsatur veritas. Instructionem meam tanquam vanam, & qua luderentur, non recipiebant, qui aderant: sed reclamabant etiam nobis, vt qui timiditatẽ magis quàm veritatis doctrinam profiteamur. Multo nanque satius nobis quod nostrum est per veritatem custodire, quàm & illud inutiliter amittere, & alienum non assequi, si veritatis dispensationem simularemus. Verum singula quæ & illi dixerint & ego audiuerim, quãq; indignatus sim contrà nitentibus, idq; præter mensuram & consuetudinem meam, lõgum fue-
F rit si nunc recensere vellem, & fortè nõ necessarium. Ad finem vero sermonis, illos, quidem ita repuli. Tu vero, ô diuinum ac sacrum caput, doce nos, quousq; progrediundum nobis sit in adscribenda spiritui diuinitate, & quibus vtendum vocibus, & quousque ista doctrina sit administranda vt habeamus ista contra aduersarios. Ego enim si haberẽ opus ex te nunc hoc di προφορέων.
scere, qui & te & quæ tua sunt omnium maximè cognoui, deq; illis iam sæpenumero satisfactionem & dedi & accepi, omnium vtique essem indoctissimus simul & miserrimus.

Basilij Magni ad Theologum. XXXIII.

LIteras pietatis tuæ accepi, per venerandissimum fratrem Hellenium, quem & quæ ipse significâsti eadem apertè narrantem quomodo cum audirem affectus fuerim, omnino

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino nihil addubitas. Attamen quoniam dilectionem eam, qua erga te sum, decreui quo- G
uis dolore superiorem reddere: accepi ista quoque vt cõueniebat: atque oro sanctum deum,
vt reliquos dies & horas in eo erga te affectu conseruet, quo retrò lapso tempore præditus
fui, in quo nihil nobis siue parum siue multum ab illo defecisse consci sumus. Quod vero il-
le de quo scripsisti, qui nuper vitam Christianorum tantopere inspicere contendebat, deniq;
nonnihil autoritatis ex eo sperabat, si me contereret, & quæ non audiuit asserit: & quæ non
intellexit disputat: nihil est quod mireris. Quin hoc admiratu dignum & paradoxon fuerit,
quod ad ista auditores habet germanissimos mihi eorum qui apud vos sunt fratres: & non
solum auditores sed &, vt apparet, discipulos quoque. Quanquam & præsertim paradoxon H
cum sit, quod talis docendi munus vsurpat, & quod tales auditores illum sustinent, quodq; e-
go conuellor ac discerpor, verũtamen ipsa temporum istorum catastrophe nos ita instituit,
vt nihil eorum quæ accidunt molestè feramus. Iam olim enim ignominiosiora nobis, pro-
merentibus ita peccatis nostris, accidere consueuerunt. Ego igitur, siquidem nullumdum fra
tribus istius, sententiæ meæ de deo experimentum dedi, neque iam necesse habeo vt aliquid
respondeam. Quibus enim prolixitas temporis nõ satisfecit: quomodo breuis aliqua epistо-
la satisfaciet? Si vero illa ad satisfactionem satis erit, pro nugis habenda sunt, quæ calumnia-
tores effingunt: veruntamen quoniam permisimus, vt ora infrenata, cordáque rudia de qui-
buscunque volunt loquantur, & aures ad suscipiendum quiduis paratas habemus, fit vt nõ so I
lum quæ aliorum sunt nos, sed & alij quæ nostra sunt suscipiant. Horum hæc est causa, quam
olim deprecabar, ne fieret: nunc verò defatigatus sileo, videlicet, quòd vnà non conuenimus.
Si nanque cum secundum antiqua statuta, tum secundum eam, quam iam ecclesiis debem⁹,
curam & solicitudinem, sæpius per annum conuenissemus, ianuam certe calumniatoribus
non aperuissemus. Tu vero, si videtur, vale istis dicto, huc te prouocari sinas, vt in præsenti
mecum certamine labores, mecumq; sis aduersus eum qui nos impugnat. Si enim vel visus
duntaxat fueris, confestim impetum illius, & qui cum eo ad peruertendas res patriæ conspi-
rant dissolues ac pessundabis: ostendesq; illis quod ipse conuentus nostri per gratiam dei au
tor sis, obturaturusq; omne os iniquum eorum qui loquuntur aduersus deum iniquitatem. K
Quod si ita feceris, res ipsa declarabit, quis te ad ea quę recta sunt subsequatur, & quis nam is
sit, qui claudicet & per metum doctrinam veritatis prodat. Erit autem mihi perfacilis argu-
menti, an res ecclesiasticæ proditæ sint, instruere verbis eos qui tantam tui rationem habent,
vtut in pretio sunt isti hominis, qui nondum seipsos metiri ac moderari didicerunt. Prope-
diem enim ipsa rerum gestarum demonstratio Sycophantias istas euidenter coarguet, atque
in lucem producet. Quapropter expectamus etiam futurum forsan, vt pro veritatis doctrina
plus aliquid tribulationis ferendum sit: sin minus vel hoc omnino vt & ecclesiis & paternis
sedibus eiiciamur. Si vero nihil eorũ quæ speramus euenerit, non procul abest tribunal Chri-
sti. Ita si propter ecclesias conuenire nos voles, paratus sum quocunque vocaueris accurrere. L
Si vero vt Sycophantias dissoluam ac refutem, iam de illis respondere non vacat.

Theologi ad Basilium Magnum. XXXIIII.

HOc ipsum scilicet erat, quod quidem alius quisquam prudentiorum suspicatus fuis-
set: ego vero vehementer stolidus ac demens, cum ad te scriberem nihil sum veri-
tus. Contristarunt te literæ meæ. At, quemadmodum ego assero, non rectè, neque iu
stè: sed admodum vanè ac frustra. Et mœstitiam dissimulâsti quidem: occuluisti autem
(quanquam istud sapienter feceris) tristem vultum pudore, quemadmodum facies larua qua-
dam obtegi solent. Ego vero, si quæ scripsi, dolosè & animo maligno scripsi, non plus per mœ
ὥσπερ τινι πεοσωπείῳ. stitiam tuam nocumenti accipiam, quàm per ipsam veritatem. Si vero animo simplici & ex M
familiari beneuolentia hoc feci, peccatis meis hanc tristitiam tuam, non affectui tuo adscri-
bam. Veruntamen satius fuerat ista corrigere, quàm bene consulentibus succensere. Itaq; res
tuas ipse curabis, qui & aliis eadem consulere potes. Me vero paratum, si deus dederit, ac præ-
sentem vnaq; decertantem & pro viribus adiuuantem habebis. Quis enim imbecillis erit?
quis non fiducialiter aget, sub te & vnà tecum de veritate dicturus ac certaturus.

Theologi ad Basilium Magnum. XXXV.

NOn cessas maledictis nos impetere, tanquã imperitos, rudes, ad amicitiam ineptos,
& ne vita quidem dignos: propterea quod cõmemorare ausi simus quæ perpessi su-
mus.

A mus. Non enim aliud quicquam est, quo te laudamus (ipse alioqui proferres) neque consci no
bis sumus quòd te malo, siue parum siue multum, affecerimus. Neque nobis ignoscеretur. Nisi
hoc tantum cognouimus quòd seducti sumus, sero quidem valde, cognouimus tamen, ac se-
di episcopali acceptum ferimus, vt quæ te subito sublimiorem nobis reddiderit. Et iam labo-
ramus ex eo quòd causa tua nobis opprobratur, illamq; apud eos sustinemus, quib⁹ res nostræ
priscæ & iam præsentes notæ sunt. Hoc enim eorum quæ patimur summè ridiculum est, aut
maximè miserandũ, quod iidem & iniuria afficiuntur & culpantur, id quod iam nobis quoq;
vsuenit. Culpant quidem alij aliud, & quisque quodlibet pro sua sententia vel iuxta quod no
bis irascitur: qui vero humanissimi sunt, illi obiiciunt fastum & contemptũ, & quod postea-
B quam vsui fuimus abiicimur, tanquam ignobilissima quædam vasa, quorum iam nulla est re- Collatio
putatio, aut fulcra illa quibus imponuntur curuæ testudines ædium, quæ posteaquam ille sta-
bilitæ sunt, tolluntur & contemnuntur. Istos quidem valere sinemus, & dicere, quicquid tan-
dem dicant, Licentiam istam ac libidinem linguæ nemo cohibebit. Et tu mihi mercedẽ obii-
ce, beatas illas ac vanas spes, quas contra maledicos excogitas, quasi mercedis gratia nos vi-
tuperent, leues & ad talia paratos. Ego vero quod sentio aperiam. Nihil autem mihi indigna-
beris. Dicam enim, quæ & statim citra animi perturbationem breui tum sententia comple-
ctebar, nõ vsque adeòvel ira feruidus, vel eo quod factum est perculsus, vt exciderit quid sen-
serim, aut ignorem quid dixerim. Neque armaturam mihi comparabo, neque militaria discã,
C quæ antea cum opportunius esset: propterea quod passim omnes & armabantur & insanie- De hoc An-
bant, non didici. Nõsti imbecillium ægrotationes. Neque Martium illum Anthimum, quan- thimo in
quam intempestiuum & immaturum bellatorem, nudus, imbellis, & ad vulnera exhibitior su Monodia
stinebo: sed illum ipse, si ita lubet, impugnato: (Etenim plerunque fit vt etiam imbecilles vsus Greg.
reddat bellatores) vel quære eos, qui aliquando pugnârunt. Si quando mulos tuos apprehen- γνώμη.
derit, is qui angusta viarum obsidet, quemadmodum & Amalech Israëlem impediendo fa-
ciebat. Nobis vero pro omnibus detur quies. Quid enim opus fuerit pugnare, propter lacten-
tes adhuc, & auiculas, idq; peregrinas, quasi periculum sit animarum & ipsorum canonum?
Quid necesse est etiã illustribus Sasimis priuare Metropolim. Aut denudare ac reuelare con- Ironia.
D silij arcanum, quod erat contegendum? Attamen tu viriliter agito & confortator, atque om-
nia ad opinionem tuam trahito: quemadmodum fluuij ad se recipiunt torrentes, neque ami- Metaphora.
citiam, neque consuetudinem honestati ac pietati præferens: neque curans qualis nam ex isto
instituto tuo videaris, sed vnius spiritus ductui obsequens. Nos vero hoc solum ex amicitia
tua lucrifaciamus, quòd iam amicis fidem non habemus, neq; quicquam deo præferimus.

Theologi ad Basilium Magnum. XXXVI.

E AVRguis nos otij ac socordiæ, quod Sasimorum tuorũ præsulatum non occupauimus,
neque vt addecet episcopum permouemur: neq; quasi si in medium canum sit pro-
iectus cibus quisquam, alius aduersus alium armamur. Mihi verò maximum negotiũ
est ipsum otium. Et vt aliquid cõmodorum meorum cognoscas, vsque adeò ad otiosam hanc μεγίστη πρὸς ἐις ἀπραξία
tranquillitatem contendo, quasi omnibus lex quædam de ista magnanimitate lata putetur.
Quod si nos nemo non fuisset imitatus, neque ecclesiis iam vllum esset negotium, neque fi-
des diuulsa propriarum quibusuis contentionum, quasi quædam armatura existeret.

Theologi ad Basilium Magnum. XXXVII.

F VAm calidum & equestre prosilis in literis? At nihil est, quod admiremur te, quippe
qui velis recens gustata gloria, ostentare nobis, quam sis gloriam nactus, vt hoc te
pacto grauiorem reddas: quemadmodum solent pictores qui anni tempestates de- Simile ex
pingunt. Mihi vero si res episcoporum narrandæ sint, & quæ continuerit epistola, ob quam collatione.
indignaris, vnde cœperimus, quò progressi simus, & in quid desierimus, prolixius videtur quã
quod competat epistolæ, & non magis apologiæ quàm historiæ opus futurum. Vt vero bre-
uiter declarentur ista, venit ad nos generosissimus ille Anthimus, quibusdam episcopis con-
comitatus, siue tanquam parentem meum inuisurus. (Nam & hoc præseferebat,) siue vt sata-
geret quæ satagebat. Multa vero deq; multis experiundi gratia venabatur, de paroeciis, de Sa- Noua me-
simis paludibus, de nostra electione ac manuum impositione, indulgens, postulans, minitans, tropolis e-
in ius vocans, improbans, laudans, ambitus quosdam sibi ipsi circunducens, quasi oporteret rat Tyana
nos ipsum suspicere solum, deinde & nouam metropolim obiiciebat esse maiorem. Quid vr- vrbs, cuius
bem Anthimus
erat epũs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bem noſtram, aiebam, circunſcribendo coarctas: cum nos illam & eccleſiam, vt reuera eſt, G
eccleſiarum ab initio quoque matrem faciamus? Tandem re infecta abiuit, plurimum minarum ſpirans, & Baſiliſmum nobis tãquam Philippiſmum quendam opprobrans. Num hac in re iniurij tibi videmur? Non puto. Conſidera & reliquam epiſtolæ partem, num quid habeat in quo nos tibi iniurij fuerimus. Conuocationem Synodicam obiiciebat ac depingebat nobis. Cum autem ego contradicerem, aſſereremq; rem iſtam contumelioſam eſſe, is ſecundo petebat, vt ego vos aduocarem de his rebus conſulturos. Atque iſtud pollicitus ſum, ne quod primum vrgebat fieret, totũ in veſtrum arbitrium collocans, an velitis ipſos in vnum cogi, idq; vbi, & quando, quod ſanè honorantis eſt non contemnentis. Quoniam vero neque hic iniuriam intulimus, dicatur reliquum. Si hoc vobis per me diſcendum eſt, ipſam vobis Anthimi H
epiſtolam legam, quã cum in ſtagnum cõiecta eſſet, nosq; renuiſſem⁹ interminatiq; eſſemus, ad nos ſcripſit, vituperans ac maledicens, & velut epinicion quoddã tanquã victis occinens. Iam quid rationis habet, quod cum illi renitar propter vos, vobis diſpliceo, quaſi illi obſequutus ſim? At iſta oportebat primùm, ô ſuſpiciende vir diſcere, & poſtea non vituperare nos, ſi nihil aliud ſaltem vt presbyteros. ſi vero vehementer oſtentabundè & contentioſè animatus es, atque glorioſè & cum faſtu nobiſcum diſputare volueris, tanquã Metropolitanus micropolitanis, vel extorribus quoque, eſt & nobis ſupercilium quod in tempore opponemus. Eſt enim hoc cuiuis facilimum, & forſan conſentaneum propiùs rationi. I

Theologi ad Baſilium Magnum. XXXVIII.

Similè euãgelicum. POſtquam te ſublimi throno impoſitum cognoui, & ſpiritus obtinuit, vt lychnus cã delabro publicè imponeretur, licet iam quoque antea non obſcurè ipſe ſplendeſceret, gauiſus ſum, fateor. Quid autem facturus non eram, cum rempublicam eccleſiæ male habentem, talem aliquam epiſcopi electionem efflagitare viderem? Accurrimus autem non ſtatim, neque accurremus. Nec tu ipſe hoc expetes. Primum quidem vt autoritatem tibi conſeruem, & ne tui ſtudioſos per inſolentiam & temeritatem congregare videaris, cuius te calumniatores forſan inſimularent. Alterum vt mihi ipſi ſtabilitatem quandam ac vitam ab inuidentia liberam procurem. Quando igitur, inquies forſan, aduenies? & quouſque tergi- K
Metaph. uerſaberis? Donec, ſcilicet, diuinitus iuſſus fuero, prætereantq; vmbræ eorum qui iam irruũt, inuidiæq; zelo accenſi indignantur. Neque enim obtinebunt amplius euidenter ſcio, leproſi
In prouerbium abiit. illi, qui Dauidem Hieroſolymis excludebant.

Theologi ad Baſilium Magnum. XXXIX.

Cauſa erat Cappadociæ in duas Metropoles diſſectæ. AVdio te perturbari propter nouam illam rerum immutationem, negotiúmque tibi fieri per fraudem ac conſuetam curioſitatem eorum qui rerum potiuntur. Nihil eſt autem quod admirer. Neque enim ignorabam iſtam inuidiam: & quod multi eorũ qui circa te ſunt, quæ ſua ſunt ipſorum, per te curant, ac puſillanimitatis huius ſcintillam ac- L
cendunt. Itaq; illud quidem non ſum veritus, nequid alienum, à philoſophia, vel quod te aut nobis indignum ſit in hiſce rebus triſtibus deſignares. Sed arbitror me nunc potiſſimum Baſilium meum cogniturum, illumq; quam philoſophiam mecum ſemper amplexus eſt, declaraturum iam, inſultusq; iſtos velut altos quoſdam fluctus ſuperaturum, ac reliquis perturbatis immotè perſtaturum eſſe. Si vero videtur, & ipſe adero, & conſilij quicquam fortè communicabo. (Quanquam ſi pelagus aquam, & tu conſultorem deſideras.) Omnino autem vti-
Parœmia vetus. litatem aliquam & philoſophiæ noſtræ profectum præſens accipiam, videlicet, quod vnà tecum contumeliis afficiar.

Theologi ad Baſilium Magnum. XL. M

NIhil mirêre, ſiquid dicere videbor præter tuam vnius opinionem, ne id tamen cuiquam à me indicatum prius. Videris tu quidem mihi apud omnes obtinuiſſe hactenus viri exiſtimationem qui eò promouerit, vt ſuis ipſe rebus ſolerter nouerit proſpicere, ſolidiq; ſit & conſtantis animi: attamen non pauca admodum & deſtinas animo & opere perficis ſimplicius, quàm cautius. Animus ſiquidem quò purior eſt malitiæ ac liberior, hoc minus liberum illi eſt, ſuſpitionibus vt ſe accõmodet & acquieſcat. Tale quid cenſeri poteſt, quod vel nunc ſe offert. Ad Mtropolin vocaſti nos. Quumq; articulus inſtaret ineundæ de eligendo epiſcopo conſultationis, ibi tu ad id quod decorum maximè loquendi exigebat, ac rei

A ac rei tantæ perſuaſionem, mihi viſus es fathiſcẽti eſſe ac prælanguido corpore ſpiritum ducere extremaq; verba profari, & noſtri tum tangebare deſyderio. Cur id fieret, non ſatis perſpectum habui, aut quid ei negotio præſentes collaturi eſſemus. Properabam vero, ob eã rem admodum anxius ac triſtis. (Quid enim mihi vita tua ſublimius eſt? Et quid extorri profectione viciſſim moleſtius?) & lacrymarum fontem profundebam, plorabamq; ac ſentiebam tum primùm me haud philoſophicè animatum. Ecquid enim eorum quæ ad funebralẽ luctũ pertinent non abſolui? Poſtquam vero ſenſi ad vrbem concurrere epiſcopos, cohibui impetũ πεῦθ᾽ ἡμιόνων
B aduolandi: admiratus vero ſum, primũ an neſcires & ipſe decorum, complurium q; linguas, quas cauere oportebat quæ omnium velociſſimè ſyncerioribus calumniam ſtruunt. Deinde, an nõ arbitreris eadẽ & nobis & tibi cõpetere, quibus & vita & doctrinæ ſtudium, atq; omnia cõmunia ſunt: ad hunc modũ ab initio diuinitus coniunctis. Tertium (dicatur enim & hoc) & ſi putaueris eos qui religioſiores ſunt ita animatos eſſe, vt prætendant hic & coniiciant, id quod res eſt, non tamen idem facient, qui potentiores ſunt, & multitudini familiares. Hac itaque ratione puppim cohibui, atque moram iam necto. Tibi vero & ipſi, ſi videtur conſiliũ πρύμνην ἐ-
hoc meum approbatum ſit, videlicet, vt turbas illas quæ iam palam verſantur, prauasq; ſuſpiciones effugiam. Pietatem vero tuam tunc videbo, quando & res tuas pacatiores reddideris, opportunumq; erit, vt & plura & grauiora obiiciam.

C *Baſilij Magni ad Maximum Philoſophum.* XLI.

ANimorum imagines reuera per ſermones exprimuntur. Cognoſcimus itaq; te per γνῶμι-
literas, quantum, vt aiunt, per vngues Leonem: gauiſiq; ſumus, quod te circa pri- θ᾽ ἡνύχων
maria & maximè bona dilectionem videlicet erga deum & proximum haud otioſè λέοντα.
affectum inuenimus. Indicium autem accipimus: iſtius quidem dilectionis, quòd in nos adeò humanus es & comis: illius vero, quod cognoſcendæ veritatis ſtudio teneris. Quod autem in his duobus ſita ſit vniuerſa pietas, cuiuis Chriſti diſcipulo notum eſt. Quæ de rebus Dionyſij ſciſcitaris, venerunt quidem ad nos admodum illius multa: libri vero nondum adſunt: atque ideo nihil dum miſimus. Eſt autem hæc noſtra de illo ſententia. Non omnia viri hu-
D ius laudamus. Sunt, quæ prorſus etiam damnamus. Ipſe propemodum, quantum nobis liquet, primus hominibus impietatis iſtius Anomianæ quæ iam paſſim obſtrepit, ſeminaria præbuit. Cauſam verò huius non puto animi maliciam eſſe, ſed quòd vehementer cupit obluctari Sabellio. Soleo itaque illum ſimilem æſtimare plantatori cuipiam, qui recentis plantę correcturus auerſionem ita immoderatè illam retorquet, vt à medio aberret, & ad contrarium latus ramulum abducat. Tale quid & ab hoc viro factum deprehendimus. Hic nempe dum impie-
tati Libyanæ ſe opponit acriore impetu, minus prudenter ſibi proſpiciens in malum huic oppoſitum præceps abiit, & quidem nimio contendendi ſtudio: ſatis enim huic fuit, ſi argumẽ-
tis doceret patrem & filium non idem eſſe ſubiecto perſonali, ac palmarium præſumptæ vi-
E ctoriæ ex hoſte blaſphemo, nimirum Sabellio reportaret. Atqui is Dionyſius quod vnum expetebat, perſpicuè admodum obtinuit, ſed ex ſuperfluo. Nam non ſolùm diuerſitatem τῶν ὑπο-
στάσεων, hoc eſt perſonarum, ſed & τῆς οὐσίας, eſſentiæ differentiam conſtituit, potentiam filij imminuit, & ipſius gloriam immutat ac maieſtatem. Hinc adeò contigit, vt malum permutarit malo atque aberrarit à ſcopo rectiſſimæ & ſyncerioris doctrinæ. Quò factum eſt, vt varius ſit deprehenſus & inconſtans in cõſcriptionibus ſuis. & quidem tollit nunc τὸ ὁμοούσιον, coëſſentiale per ea quibus in recta conſtitutione τῶν ὑποστάσεων perſonarum ſcilicet, minus rectè vſus eſt: nunc contrà, admittit, dum reſpondet homonymo. Nec his cõtentus, & de ſpi-
ritu ſancto voces edidit, quæ nulla prorſus ſui parte competunt. S. ſpiritui diuinam illi atque adorandam adimens maieſtatem & eundem ad hæc inferiora deuexum creatæ adnumerat
F ac ſeruili naturæ. Vir igitur hic talis eſt. Ego contrà, ſi quid ipſe ſentiam, dicendum eſt, illud ὅμοιον κατ᾽ οὐσίαν, ſimile ſecundum eſſentiam, ſiquidem huic dicto adiunctum fuerit, ἀπαρα-
λάκτως prorſus citra vllam ipſius eſſentiæ variationem, eam ego amplector probo q; vocem, vt quę idem ſignificet, quod τὸ ὁμοούσιον, id eſt coëſſentiale, iuxta ſcilicet ſanam acceptionem τοῦ ὁμοουσίου, coëſſentialis, quod & Niceni concilij patres dixerunt, lumen de lumine, deũ verum de deo vero, & quæ ſimilia ſunt, quibus vnigenitum appellarunt, ac conſequenter illud ὁμοούσιον induxerunt. Neque igitur aliqua vnquam variatio inter lumen & lumen, neque inter veritatem & veritatem, nec inter vnigeniti eſſentiam & eam quæ eſt patris, excogitari po-
teſt. Si quiſquam ita vt dixi acceperit, illius vocem approbo. Si verò quis ab ὁμοῖος ſignifica-

Baſilij iudicũ de Dionyſio nõ illo Areopagita.

ὁμοίωσις ex collatione.

tione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sub Macedonio.

tione, ἁπαξάπλουν abstulerit, quod Constantinopolitani fecerunt, suspectam habeo dictionem illam, vtpote quæ gloriam vnigeniti diminuat. Nam & de obscuris sæpenumero similibus, & plurimum ab Archetypis distantibus, ὅμοιον illud intelligere consueuimus. Quoniam igitur dictionem ὁμοούσιον minus habere fraudis puto, ad eum modum & ipse adstipulor. Sed cur non accedis nos, optime virorum, vt præsentes de hisce rebus mutua colloquutione disseramus: & non necesse sit inanimatis literis fidem habere, qui alioqui nostra non admodum publico adaptare nouimus? Ne vero Diogenis illud ad Alexandrum & ipse nobis obiicias, quod tantundem spatij sit huc à vobis, atque hinc ad vos. Nos quidem propter infirmitatem fermè ad morem plantarum eodem perpetuo loco detinemur, & quoniam in obscuro viximus, in primariis bonis versamur. Tu verò qui & inualescis, vt fertur, & simul ciuem orbis te constituisti, iustè feceris, si & huc ad nos, tanquam ad partem aliquam ipsius orbis tui concesseris. Licet enim & populi practicis vobis competant & vrbes, quibus virtutũ exercitium ipsis actibus ostenditis: ad contemplationem tamen & mentis energiam, per quam deo coniungimur, commodè cooperatur silentij trãquillitas: quam satis multam & abundantem in solitudine velut agricolæ nobis cum ipsius gratia colimus ac metimus. Si vero omnino circa potentatus versandum est, contemnendiq; nos videmur humi iacentes, tuum erit vt alia seribas, atque hac via iucundior fueris.

Diog. Cynicus apud Laert.

Metaphora

Allusio.

Basilij Magni ad eundem. XLII.

PEr honestum ac bonum Theotecnum quæ circa venerationem tuam agantur accepi. Is mihi præsentiæ tuæ desiderium indidit, ita clarè videlicet animi tui charactẽrem sermone depinxit: & vsque adeò amoris erga te mei vim inflammauit, vt nisi & senio grauatus essem, & consueta infirmitate detentus, innumerisque ecclesiæ curis impeditus, nulla re prorsus cohiberer, quò minus ipse coram te præsens comparêrem. Neque enim certè parum vtilitatis habet, eum qui ex ampla familia & illustri genere ad angelicam vitam transiuit, rationis moderamine quasi freno quodam cohibere iuuentam, & carnis affectus in seruitutem redigere rationis: adhæc & animi humilitatẽ vsurpare, quæ adesse debet Christiano, de seipso quæ decent, sentienti. Nimirũ intelligenti vnde prognatus sit & quò deniq; abibit. Naturæ enim perspecta cognitio reprimit quidem animi tumorem: eadem verò omnem iactantiam & contumaciam prorsus exterminat, in summa discipulum Christi cõstituit, qui dixit, Discite à me quoniam mitis sum & humilis corde. Reuera nanque, amicissimè fili, solũ hoc bonum maximopere expetendum est ac laudabile, quod & perpetuò est duraturum. Hoc verò est, in pretio & honore esse apud deum. Ista quippe humana, vmbra sunt obscuriora, & somniis fallaciora. Etenim iuuẽta vernis floribus citius defluit. Et corporis venustas aut morbo aut tempore flaccescit, & diuitiæ sunt incertæ. Honoris splendor facile immutatur. Artiũ studia & labores, vita cum hoc tempore finiuntur. Quin & ipsa eloquentia, cuius studio passim omnes tenentur, gratiam habet sed solo aurium iudicio & illici iucunditate. Virtutis autem studium, pretiosa quidem se habenti possessio est: iucundissimum verò spectaculum illis exhibet, quibus cum congreditur familiariter. Horum si cura teneberis, dignum teipsum bonis illis constitues, quæ in promissis diuinis recondita habentur. Illud vero, quonam pacto ad acquisitionem bonorum istorum peruenias, & quomodo acquisita conserues, prolixius est, quàm quod præsentis sermonis instituto competat. Venerat autem & huius in mentem, de illis tecum commentari, quæ ex fratre Theotecno audiui, quem semper quidem opto verum dicere, maximè verò quando de te loquitur: vt eo amplius in te glorificetur dominus, qui ex aliena radice quum prodieris, tam præclaris pietatis fructibus ornatus exuberas.

φίλτρον.

A bonis animæ & corporis cõmẽdat Maximum.

γνώμη.

Collatio.

Basilij Magni ad Gregorium fratrem Episcopum Nyssenum de differentia οὐσίας καὶ ὑποστάσεως. XLIII.

οὐσία essentia vox cõmunior. ὑπόστασις contractior, natura subsistens, persona.

VIm in mysticis dogmatibus enarrandis plerique sint, qui quòd nullo discerniculo distinguunt nomẽ communius quidem τῆς οὐσίας, id est, Essentiæ à significatiua ratione τῶν ὑποκειμένων, in illiusmodi abeunt suspectas piis cogitationes, vt nihilo differre arbitrentur, dicant ne οὐσίαν essentiã, an ὑπόστασιν subsistentiam siue personam. factum hinc est, vt non admodum paucis qui vtranque hanc vocem nullo delectu admittũt & inexpensè, visum sit: quòd quemadmodum vnam οὐσίαν, itidem & vnam ὑπόστασιν astruere liceat. E diuerso, qui tres admittunt τὰς ὑποστάσεις, iidem trium τῶν οὐσιῶν distinctionem ex eo consensu

A consensu confessioneq; ὑποστάσεων ad eundem numerum censent oportere profiteri. Quocirca, vt ne quippiam eiusmodi contingat adire te absurditatis, hac de re commentarium adornaui tibi verborum compendio comprehensum. vt igitur ipsam rem velut ob oculos ponam atque repręsentem, eorum quæ mihi dicuntur est hæc intelligentia. Omnium nominum quædam sanè sunt, quæ de pluribus quidem prædicantur & isdem numero inter se disiunctis ac differentibus, & hęc generaliorem obtinent significationem, qualem habet homo. Istius enim prolatione nominis, communis hominum natura declaratur, non item vnus aliquis præciditur, qui per hoc nominis peculiariter internosci queat. Neq; enim ob id magis Petrus homo est, quàm Andreas, Ioannes aut Iacobus. quarè istius significatæ rei communio, quum ad singulos nominis huius appellatione comprehensos vno eodemq; complexu pertineat, distinctionem nullam requirit aut subdiuisionem, qua quidem fiat, vt non in genere hominem quẽuis, sed aut Petrum peculiariter, aut Ioannem internoscamus. Nominum item alia peculiarem quandam ac magis propriam indicant significationem, per quam non commune naturæ consortium in re significata perpenditur, sed præcisæ ac circunscriptæ rei cuiuspiam finitio, quæ nullam obtineat communionem erga eos qui eiusdem naturæ sunt, iuxta suã proprietatem, ceu Paulus, vel Timotheus. Nondum enim talis vox transit ad insinuandam auditori naturæ communitatem, sed comprehensiuam quandam ac statam significationem in se complexa, rerum quarundam circunscriptarum quidem expressiuam delineationem, prolatione istiusmodi nominum repræsentat. Si quando igitur duo plurésve vnum in locum concesserint, puta Paulus, Siluanus atque Timotheus, quorum de essentia oborta quæstio fuerit, ratióve: non aliam quis essentiæ rationẽ consignet in Paulo, quàm quæ in Siluano & Timotheo: sed verbis quibus Pauli finitur essentia, iisdẽ aptissimè alij describũtur, quando qui inter se ὁμοούσιοι consubstantiales sunt, eadem prorsus definiuntur essentiæ ratione: contrà fit, quum quis communi intellecto, contemplationem mẽtemq; ad proprietatem indiuidui detorserit, qua quidem peculiari notione res vna ab altera disparatur, non iam ratio quâ vnaquæq; res internoscitur, cum ea ratione quæ de alio aliquo redditur, per omnia cõsentiet, etiamsi aliqua ex parte comperietur communionem habere. Sanè quod dicimus, hoc est: id nimirum astruimus significari verbo τῆς ὑποστάσεως, quod à nobis præcisè aut peculiariter enuntiatur. Quisquis enim dictionem hãc, homo profert, quid hic aliud facit, quàm quòd per indiuisam indefinitamq; istius vocalæ significationem auditui nostro inculcat confusaneam & in varia diductam intelligentiam: adeò vt natura quidem omnium hominum communis ipso nomine declaretur, at res subsistens aut particularis rei notificatio, neutiquam propriè exprimitur. Qui verò Paulum protulit, ex dictionis huius significato rem ei naturæ subiectã ostendit. Hoc igitur est ὑπόστασις, non indefinita illa τῆς οὐσίας animi conceptio, quæ nullam nanciscitur fixę cogitationis stationem per communicationem significati, sed quod in re aliqua commune & indeterminatum est per proprietatum declarationem agnoscẽdum offert & describit. Quemadmodum & ab ipsa sacra scriptura fieri solent vt & plerisq; in locis & in historia Iob videre est. Quoniam enim de rebus illius dictura erat, postquam commune memorauerat ac dicto illo, homo erat, mox illum per proprij declarationem in eo quod adiicit quis fuerit, à reliquis hominibus diuidit. Descriptionẽ vero οὐσίας, tanquam ad propositum sermonis scopum nihil conferentem silentio præsit. Quis autem is fuerit propriis illius notionibus designat, & cum locum morumq; indicia dicit, & simul quæcunque externè accesserant adiungit, studio illum à communi hominis significatione separat ac seiungit, vt prorsus dilucida sit eius, cuius gesta memoriæ consecrabantur, descriptiõ, vtpote ex ipso nomine, ex loco, ex animi illius proprietatibus, ex iis, quæ externè in illo consideranda proponuntur. Si vero essentiæ rationem dedisset scriptura, nulla prorsus eorum quæ dicta sunt, in naturæ expositione facta fuisset mentio. Eadem vtique illius se ratio obtulisset in Iob, quæ & in Baldad Sanchitu, & Sophar Menæu, & in quolibet eorum hominum, qui in ista historia commemorantur. Si quam igitur dictionem nôsti quæ in rebus humanis τῆς οὐσίας & ὑποστάσεως discrimen exprimat, eam si ad diuina quoque dogmata transferas, nihil aberraueris. De essentia patris, quomodo illa habeat, quicquid suggerit tibi mens (nequit enim hac in re mentis acumen ad certam quandam ac statam cogitationem confirmari: propterea quod omnem illius persuasio intelligentiam superat) hoc idem & de filio cogitabis, & simili modo de spiritu quoq; sancto. Quod enim increatus & incomprehensibilis dicitur deus, vnus & idem hic sermo est æquè & patri & filio & spiritui sancto competens. Non enim ille magis increatus & incomprehensibilis:

κανών. ι

κανών. β

τὴν ἔμφασιν.

Confirmat τῷ παραδείγματι ex scripturis.

Vsiæ notio indefinita est, vt hõs at hypostasis cuiq; peculiaris vt Petrus, Paulus.

τῆς οὐσίας.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prehensibilis: iste verò minus est. Quoniam verò necessarium est, vt per proprias quasdã no- G
tiones inconfusa habeatur in triade comparatio, id quod cõmuniter consideratur, vt cùm di
co, Increatum, aut omnẽ comprehensionem excellens, aut si quid aliud est eiusmodi, ad pro-
prietatis determinationẽ non vsurpabimus: sed hoc solum inquiremus, per quæ singularum
τπλαγιγῶς μὴ ἀμίκτως. personarũ intellectus liquido & sine cõmixtione à cõmuni consideratione separetur. Cõmo-
dum itaq; mihi videtur, vt ista ad hunc modum inuestigetur ratio. Quicquid bonorũ ex diui-
na ad nos virtute pertingit, omnia in omnibus operãtis gratiæ efficacem operationẽ esse di-
cimus, quẽadmodum Apostolus inquit, Quoniam hęc omnia operatur vnus atq; idem spiri-
tus vnicuiq; peculiaria diuidens sicuti vult. Quærentes verò, an ita dignis adsit bonorum sup-
peditatio, vt quæ ex solo spiritu sancto sumat initium, iterum per scripturam ducimur & in- H
struimur, vt suppeditationis eorum bonorum, quæ spiritus sanctus in nobis operatur, autorẽ
& causam vnigenitum deum esse credamus. Per sacram enim scripturam edocti sumus, per
ipsum facta esse, & in ipso cõsistere omnia. Quando igitur ad illam cogitationẽ subuehimur,
iterum diuinitus inspiratę scripturæ velut manuductione introducti perdocemur: quod per
illam quidem potentiam, ex eo quod non est ad hoc vt sint producãtur omnia: non tamẽ ne
ex illa quidem, absque initio producantur: sed ꝙ sit potentia quædam ingenita & sine princi-
ἀγεννήτως μὴ ἀναίτιως. pio absistens, quæ causa sit ei causæ per quam omnia facta sunt. Ex patre nanque est filius per
quem sunt omnia, cũ quo simul spiritus sanctus semper indiuulsẽ cõsideratur ac cõiungitur.
Non enim fieri potest vt de filio quisquã secum cogitet, quem non antea illustrauerit spiritus. I
Quoniã igitur spũs, à quo omnis velut ex fonte ad creaturas promanat bonorũ suppeditatio,
à filio quidẽ depẽdet: quo cũ vnà sine vlla distantia cõcipitur mẽte: causæ verò patris insertã
habet essentiã vnde & progredit, hanc notionẽ ac cognobile signũ eius, quæ secũdũ ὑπόστασιμ
est, proprietatis habet, quo cum filio simul & ipse se facit internosci, & quo ex patre subsistit:
filius vero, qui ex patre progredientẽ spiritum per seipsum & cum seipso notũ facit, solus vni-
genitus ex ingenito lumine reluxit, nullamq; prorsus notionum cõmunicationem secundum
proprietatem suã tam cum patre quàm cum spiritu sancto habet: sed ex dictis iam signis so-
lus agnoscitur: Pater vero, qui super omnia deus est, peculiarem ὑποστάσεως suæ notionem so
lus habet, quòd pater est, & quòd ex nulla omnino causa subsistit, atque isto iterum indicio & K
ἀσύμβατα μὴ ἀκοινώνητα γνωρίσματα. ipse propriè ac separatim agnoscitur. Huius gratia in cõmunicatione τῆς οὐσίας nullam dici-
mus habere cõuenientiam aut cõmunionem notiones istas in trinitate consideratas: quarum
proprietas exprimitur, si vnaquaq; earum personarũ, quæ nobis in fide traduntur, propriis no
tionibus discriminatim apprehendatur & agnoscatur: ita vt per dicta iam indicia separatio
ac differentia τῶν ὑποστάσεων personarũ inueniatur. Iuxta illa vero infinitum esse & incõpre-
hensibilem, & increatum, & nullo loco circumscriptũ, & quicquid huiusmodi est, nulla est va
riatio in natura illa viuifica, in patre, inquam, & filio & spiritu sancto, sed cõtinua quædam in
illis & indiuulsa cõmunicatio intelligitur. Et quibuscunq; sanè cogitationib⁹ maiestatẽ quis-
quam vnius earum quæ in trinitate creduntur, personæ contemplabitur: per easdem ad con-
templandam sine omni variatione & patris quoq; & filij & spiritus sancti gloriam accedet: L
ita vt nullo interstitio inter patrem & filium & spiritum sanctũ posito, cogitatio quasi per in-
ane incedat: propterea quod nulla est intersecans per medium ipsorum transitio: neq; res a-
liqua subsistens, (præterquã diuina natura) quæ illam alieni cuiusquam accessione à seipsa di-
uidere ac secernere possit: neq; interstitij cuiuspiam haud subsistentis inanitas, quæ diuinæ οὐ-
σίας ad sese harmoniam per intersectionem vacui, quod continuum est dissoluentis, fathisce-
re faciat: sed qui patrem intellexit, & ipsum in seipso intellexit, & filium simul ea intelligentia
complexus est. Qui vero hunc loquitur, spiritum à filio non diuisit: sed iuxta ordinem quidẽ
ἀκολούθως. συνημμένως. personarum consequenter, iuxta verò naturam coniunctim, trium personarum fidem eadem M
ratione contemperatam in seipso expressit. Et qui de spiritu solo loquitur, simul ista confes-
sione & eam quæ illum concernit cuius spiritus est, coniunxit. Et quoniam is Christi spiritus,
& teste Paulo, ex deo est, fit, vt quemadmodum in cathena qui vnius annuli summitatem ap-
prehendit, hoc ipso simul & alterum insertum attrahit: ita & hic qui spiritum trahit, vt pro-
Collatio sẽ- pheta inquit, per ipsum & filium & patrem vnà simul attraxerit. Et siquis verè filium appre-
fibilis quidẽ sed elegãs. henderit, habebit & ipsum vtrinq;, hinc patrem illius, illinc spiritum sanctum vnà cõpactum.
Neq; enim à patre abscindi poterit qui semper est in patre: neque à proprio spiritu seiungetur
vnquam qui in ipso operatur omnia. Consimiliter & qui patrem assequutus fuerit, & filiũ vnà
ἀξίωμα. cum illo & spiritum sanctũ eadem virtute assequutus est. Non enim potest aliqua vllo pac-

to excogitari

A cto excogitari vel sectio vel diuisio, vt siue filius absque patre cogitari, siue spiritus à filio se-
iungi queat, sed ineffabilis quædam in istis & quæ nulla cogitatione apprehendi poterit tam
communio quàm discretio deprehenditur, qua neque per eam quæ secundum ὑπόστασιν conti-
nuatio naturæ dissipatur: neque per eam quæ secundum οὐσίαν est communionem proprie-
tas notionum confunditur. Ne mireris verò rem, quod eandem & cõiunctam discretionem,
& discretam coniunctionem esse dicimus, & tanquam in ænigmate nouam quandam & in-
solitè coniunctam discretionem & discretam coniunctionem construimus. Nisi enim con-
tentioſe quisquam animoq; calumniãdi doctrinam istam audierit, poterit tale quid & in re-
bus sensibilib⁹ offendere. Verbum quidem hoc meum accipite quasi rudem deliniationem ac
B vmbram veritatis, nõ item vt veritatem ipsam rerum. Nequit enim fieri, vt per omnia quod ὡς ὑπόδειγ-
in exemplaribus consideratur, eis rebus adaptetur, ad quarum descriptionem exemplarium μα καὶ σκιᾶμ
vsus assumitur. Vnde igitur dicimus quod in trinitate discretum est: & quod cognatum: ex γνόμη.
iis veluti similibus repræsentari, quæ iuxta sensum nobis in rebus terrenis iam antea conspi-
cua sunt: Si quando per vnam temperiem, contẽplatus in nube es interstincti arcus splendo- Sẽsile quidẽ
rem: Illum dico arcum quem communis lingua irin vocare cõsueuit. Hunc, qui hisce in re- ὑπόδειγμα.
bus periti sunt, tunc produci & concrescere dicunt, si quando humiditas quædam in aëre su- sed elegans.
spensa & immixta, & quod in exhalationibus humidum est & crassum mox atq; nebulosum
iam effectum est ventorum vi in pluuiam resolutum & expressum fuerit. Concrescere vero il
C lum dicunt ad hunc modum. Quando radius Solaris per obliquum incursum quod in obnu
bilatione addensatum est & obscurum retorquet: deinde rectà nubi cuidam circulum suum
imprimit, tanquam flexura quædam & recursus lucis, ad se ipsam redditur fulgore illius re-
trorsum ab humida & lucida iam nube resplendente. Etenim ea est flammeis fulgoribus na- ἀξίωμα meteorologi-
tura, vt si in læuem aliquam superficiem inciderint in seipsos refringantur. Circularis autem con.
illius figura per radium solarem ei quod in aëre humidum est ac læue impressa facit, vt ne-
cessariò iuxta solaris circuli formam & ipse aër, qui nubi coniunctus est, per relucentem ful-
gorem circũscribatur. Ipse itaque fulgor & cõtinuus est ad seipsum & diuisus. Multicolor e-
nim cum sit ac multiformis incõspicuè variis tincturæ floribus sibiipsi attemperatur ac per-
misceatur, mutuam illorum aliter atque aliter colorantium inter se commissuram, ex oculis
D nostris nullo percipiẽte se subducit: ita sanè vt discerni nequeat intermedius inter cærulcum
& rutilum locus qui per se ipsum commiscet, rursumq; separat colorũ alterationem: neque
rutilus color ad purpureum, nec ille ad electrinum. Omnium enim horum colorum fulgo-
res simul conuisuntur ac splendicant, & mutuæ iuncturæ signa celantes cognitionem effugi-
unt, vt impossibile sit deprehendere, quousque steterit quod ignitum in illis apparet, aut sma-
ragdinus viror illius pellucentiæ, & vnde incipiat, cum nondum tale sit quale in splendore il
lo cernitur. Quemadmodum igitur in proposito exemplo arcus huius & colorum diserimi-
na clarè cognoscimus, & tamen alterius ad alterum dissidium sensu percipi nequit: ita cogi-
ta mihi & de diuinis dogmatis ratiocinari posse, vt proprietates quidem τῶν ὑποστάσεων, per-
E inde ac flos quidam eorum colorum qui in Iride visuntur, in singulis personis quæ in sancta
trinitate creduntur, separatim reluceant: eius verò proprietatis quæ secundũ naturã est, nulla
alterius personæ ad alterã differentia excogitari queat: sed in cõmunione τῆς οὐσίας notiones
propriæ in vnaquaq; cõmuniter resplendeant. Nam & in Iridis exemplo, quæ multicolorem ὑπόδειγ-
illum fulgorem illustrat, vna quidẽ est οὐσία, per Solarem radiũ reuerberata ac refracta: flo- μαῖι.
ridus verò color qui visitur, multiformis est: qua in re per creaturam instruimur, ne inani cu
riositate turbemur in examinandis dogmatis nostri rationibus, si quando inciderimus in ea
quorum difficilis est contemplatio, & in eorum quæ dicuntur approbatione consensionẽve
F quasi vertiginẽ passi æstuauerimus. Perinde enim atq; in illis quæ oculis conspicua sunt, po- Ex colla-
tior visa est experientia quàm rationis redditio: ita & in superexcellentibus fidei nostræ dog- tione.
matis potior est fides quarũuis ratiocinationum complexione, quæ & distinctionem in hy-
postasi docet, & in vsia coniunctionem. Quoniam igitur partim commune quid in sacra tri-
nitate, partim proprium quid doctrina sacra contemplata est, quod ad communionem qui-
dem attinet, ad essentiam refertur: ὑπόστασις vero proprium cuiusque signum est. Sed opina- εἰς τὴν οὐ-
bitur forsan quisquam redditam istam rationem non conuenire cum intellectu ac mente σίαν.
Apostolicæ scripturæ, qua de domino, inquit. Quoniã splẽdor est gloriæ ipsius, & figura sub-
stantiæ. Si enĩ ὑπόστασιμ exposuimus cõcordem cõcursum consensionẽmve esse proprietatũ,
quatenus singulis personis singulæ conueniant: confessum verò est, quod quemadmodum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

patre quiddam est,quod separatim in illo considerat̃ur,per quod solus agnoscitur : ad eundē G
modum & de vnigenito peræquè credatur,quomodo hic τῆς ὑποστάσεως nomē soli patri scri
pturæ testimonio adscribitur: filium verò formam esse dicit τῆς ὑποστάσεως, non in propriis
sed in patris indiciis ac notionibus designatum? Si enim ὑπόστασις propria cuiusque subsțan-
ὑπάρξεως. tiæ nota est: patris autem proprium esse liquet, quod ingenitus est : formatus verò filius est
per patris proprietates: igitur quod patri peculiare est,videlicet,ingenitum esse, soli filio re-
manet.Siquidem per propriam patris notam vnigeniti quoque subsțantia designatur.Verum
ad ista nos hoc dicimus,quod hic sermo ad alium scopum Apostolo dirigatur, ad quem in-
tentus istis ille vocibus vsus est,cum gloriæ splendorem & ὑποστάσεως characterem Christum
esse dixit : quem quidem si diligenter quis cognouerit , nihil illum iis quæ à nobis dicta sunt H
repugnare,sed ad singularem ac separatum quendam intellectnm adtemperatum esse Apo-
stoli sermonem deprehendet . Non enim hoc agit Apostolicus sermo , vt doceat quomodo
inter ὑποστάσεις per apparentia signa discriminetur : sed quomodo legitimus , indiuulsus &
coadunatus filij ad patrem habitus agnoscatur . Non enim hunc in modum dixit, Qui cum
sit gloria patris(quanquam veritas ita habeat)sed relicto illo tanquam confesso, vt non aliud
quoddam gloriæ genus in patre & aliud in filio cogitandum esse doceat, ipsum paternæ glo-
riæ splendorem vnigeniti gloriam esse definit , ex lucis exemplo filium patri indiuulse vni-
ὁμοίωσις. tum intelligendum esse demonstrans . Quemadmodum enim ex flamma quidem splendor, I
non tamen posterior flammâ splendor est: sed simul atque flamma relucet,vnà resplendet &
collucet & lux: ita vult & ex patre filium intelligi quidem: non tamen ita vt putetur interual
lari vllo interstitio à patris subsțantia distingui & dirimi , sed vt semper vnà cum ipsa causa
qua ex patre est,simul esse credatur. Ad eundē igitur modum vt præinductā sentētiam expo-
suit: ita & ὑποστάσεως characterem,Christum esse dixit, per corporalia nos exempla ad inuisi-
bilium cognitionem quasi manuducens.Non enim omnino in figura corpus est:sed alia qui-
dem figuræ alia vero corporis est ratio: nec putandum est si quis alterutrius horum modum
exposuerit,simul cum illo & alterius modum finitionémque inferri.Veruntamen etiamsi ra-
ἀξίωμα ma- tione figuram à corpore discreueris, natura tamen discriminationem non admittit : sed con
thematicū. iunctim alterum cum altero intelligitur. Ita putat conuenire Apostolus,etiamsi incōfusa fi- K
dei doctrina separatam doceat τῶν ὑποστάσεων differentiam : oportet tamen & continuam &
velut connaturalem habitudinem vnigeniti ad patrem per iam dicta demonstrari, non qua-
si in ὑποστάσει non sit & vnigenitus : sed quod nullam vnionis interstitem medietatem inter
seipsum & patrem admittat,ita vt qui in characterem vnigeniti mentis oculos intenderit,ex
patris ὑποστάσει in cogitationem veniat paternæ subsțantiæ nec permutata nec commixta quæ
in ipsis consideratur,proprietate, quasi vel patri genitum , vel filio ingenitum esse quis affin-
gat:sed quod fieri nequeat,vt qui alterum alteri ademerit, quod reliquum est in ipso solo in-
telligat.Neque enim possibile est vt de patre non cogitet qui filium nominat, cum per illam
appellationem naturali habitudine simul referatur & pater . Quoniam itaque & patrem vi-
det qui filium videt,quemadmodum in euangeliis dominus loquitur, hac ratione vnigenitū L
Apostolus characterem paternæ ὑποστάσεως esse dixit. Et vt ista sententia planius apprehēda-
νόημα. tur,& alias Apostoli voces ad istam sententiam applicemus , in quibus Christum imaginem
dei inuisibilis,ac rursus bonitatis ipsius imaginem esse dixit . Non ideo quod ab archetypo dif
ferat imago,iuxta quod inuisibilis est pater ac bonus: sed vt ostenderetur, quod idem sit cum
prototypo,etiam si aliud sit . Non enim consistere poterit imaginis ratio , nisi per omnia ad
archetypum expressa suis omnibus numeris sit nihilque variet . Igitur qui imaginis pulchri-
tudinem considerauerit , & de archetypo quoque cogitabit : & qui filij quasi formam mente
conceperit,paternæ quoque ὑποστάσεως characterem animo impressit suo, per istum & illum M
videns.Non quod,ingenitum esse,quod patris est,in illius imagine videat(Nam alioqui pror
sus idem esset & nō aliud) sed quod ingenitam pulchritudinem patris in illius genito intuea-
Collatio. tur. Perinde atque in speculo quodam puro qui impressam illi formam considerat , euiden-
tem habet imaginati vultus cognitionem: ita & qui filium agnouit,paternæ simul ὑποστάσεως
characterem per filij cognitionem in corde suo iam susțepit.Quæcunque enim patris sunt,in
filio peruidentur: & omnia filij,patris quoque sunt . Quoniam & totus filius in patre manet,
& totum vicissim in seipso & patrem habet: ita vt ὑπόστασις filij instar formæ ac faciei sit pa-
ternæ cognitionis: & cōtra patris ὑπόστασις in forma filij cognoscat, manēte quæ in ipsis cōsi
derat vtriusq; ꝓprietate,ad hoc,vt euidēs sit τῶν ὑποστάσεων,hoc est psonarū discreta acceptio.

Basilij

A *Basilij Magni ad eundem.* XLIIII.

Vomodo tecum literis decertarem ? Quomodo dignè tuam hanc circa quæuis bo-
nitatem perstringerem ? Quis in eosdem casses,dic,quæso,tertio decidet ? Quis ter-
tiò eodem laqueo tenebitur? Neque bestiis sanè hoc facilè acciderit . Vnam mihi e-
pistolam contexuisti,ac tanquam à cum primis venerando & communi nostro patruo scri-
ptam attulisti,fallens me: cuius gratia, ignoro . Accepi illam tanquam ab episcopo commu-
nique patre per te allatam . Quid enim non credidissem ? Ostendi illam quamplurimis ami-
B corum præ gaudio,egiq; deo gratias.Deprehensum est figmentum, ipso episcopo epistolam à
se scriptam propria voce pernegante. Erubui super hac epistola optauimus terram nobis de-
hiscere,quòd fallaciæ,mendacij,ac seductionis probro expositi essemus . Alteram denuò mi-
hi tanquam ab ipso episcopo missam,per domesticum tuum Asterium reddidisti . Neque il-
lam verè miserat episcopus,vt & venerabilis admodū frater Anthimus nobis indicauit.Rur-
sus tertiam Adamantius ad nos veniens attulit.Quomodo oportebat me illam per te ac tu-
os missam accipere? Optabam enim mihi cor esse lapideum,ne vel præteritorum recordarer,
vel præsentia sentirem: vt possemus more pecudum ad terram decussi omnem hanc perfer-
re plagam.Sed quid paterer contra meam ipsius sententiam,quæ certè post vnam & alteram
C experientiam nihil potest non examinatum admittere? Ista scripsi vt simplicitatem hanc tu-
am reprehenderem , quam nec alioqui Christianis congruam præsenti tempori video non
competere : vt posthac & teipsum custodias , & mihi parcas : quandoquidem harum rerum
(est enim mihi ad te fidutialiter loquendum) non admodum fide dignus administer es . At-
tamen quicunque fuerint qui scripserunt , respondimus ipsis vt conueniebat . Siue igitur ip-
se experimentum mei per insidias capere volueris , siue reuera ab episcopis acceptam epistо-
lam miseris, habes responsa.Te vero decebat alia in præsenti tempore curare , cum & frater
sis, & naturæ nondum oblitus , nósque haud videas quæ inimici sint agere : posteaquam vi-
tam apprehendimus, quæ corpus nostrum adfligat pariter & animum, suprà quàm vires no-
D stræ ferre valeant. Veruntamen quoniam ita depugnaui , oportet te iam huius gratia adesse,
inque disponendis negotiis communem operam adferre . Fratres enim,inquit, in necessita-
tibus vsui sint. Si autem vere congressum nostrum admissuri sunt maximè venerandi epi-
scopi, & locum nobis determinatum & tempus decernant , pérque nostros homines accer-
sant. Quemadmodum enim ipse vsque ad patruum meum occurrere non dedignabor : ita si
non cum decenti forma vocatus fuero,non feram.

ἀλώπηξ saltim vel se-
nex nō ca-
pitur bis la-
queo.

συνάνλξομαι Consule vi-
tam S.Basi-
lij.

Basilij Magni ad Gregorium patruum. XLV.

ET prius cupidè vidi fratrem meum. (Quid enim non facerem , cum & frater meus
E sit,& talis?)& nunc quoque eodem illum affectu complexus sum peregrè quum ad-
uenisset, nihil quod ad amorem attinet immutatus . Absit enim vt tale quid in mē-
tem veniat, quod me & naturæ obliuisci & domesticis inimicum faciat : imò magis præsen-
tiam viri, & corporalium ægrotationum,& aliarum animi mœstitiarum solamen esse puta-
ui. Simul & dignitatis tuæ literis quas secum attulit , supra modum delectatus sum , quas e-
tiam iam ex multo tempore cupidè expectaui : nulla alia ratione quàm ne & nos ipsi vitam νόημα me-
morabiles. nostram tristi hac fama oneraremus : quasi etiam familiarissimi inter se mutuo dissideant:
vnde inimicis quidem gaudium , amicis vero calamitas adferatur , iritetúrque deus : qui in
perfecta dilectione discipulorum suorum characterem esse voluit.Quocirca & necessariò re-
luctor obsecrans vt pro nobis ores , & quæ reliqua nos concernunt tanquam familiarium
F cures. Rationem vero eorum quæ facta sunt,quoniam propter ruditatem intelligere nequi-
mus,eum decreuimus veracem instructorem æstimare quem ipse nobis designare dignatus
fueris.Necessariumvero fuerit,vt & reliqua per prudentiam tuam determinentur,vtpote,cō-
gressus noster,tempus accommodum,ac locus idoneus.Itaque si omnino hoc molestiæ subi-
bit dignitas tua vt ad humilitatem nostram descendat,nostriq; aliquam rationem habeat,si-
ue cum aliis,siue seorsum per teipsum conuenire nos volueris,obtemperabimus. Quādoqui-
dem hoc consilij semel apud nos statuimus,vt seruiamus tibi in charitate,faciamusq; quouis
modo quę nobis ad gloriam dei facientia pietas tua præscripserit.Venerandissimum fratrem
nihil coëgimus,vt oretenus nobis indicaret: quandoquidem neque prius satis ex ipsis operi-
bus certum ac contestatum sermonem habuit.

νοῦμα.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Basilij Magni ad eundem. XLVI.

SIlui. Num & semper silebo, & feram, vt intolerabilissimum istud silentij damnum contra meipsum amplius dominetur & obtineat, dum nec ipse scribo, nec alloquẽtem audio? Ego quidem hactenus in tristi isto dogmate meipsum continui, arbitrorq; & mihi cum propheta non immerito dicendum, quoniam silui, sicut parturiens loquar. Semper quidem vel congressum vel causæ tractationem desideraui: semper vero ita promerentibus peccatis meis voto frustratus sum. Non enim possum aliam factorum excogitare rationem, quàm quòd persuasus sum veterum delictorum me, in ista dilectionis tuæ separatione, luere pœnas: si tamen iure vocari in te debeat separatio, à quocũque tandem
μεταφορά. te segreges, nedum à nobis, quibus ab initio patris loco fuisti. Sed peccatum meũ, quasi densa quædam nubes, occupato mihi omnium illorum ignorantiam indidit. Quando enim cõsidero, nullum alium ex ista mihi separatione allatum esse fructum, præter dolorem quem attulit, quomodo præsentia non merito peccatis meis adscribam? Verum siue peccata causæ sunt eorum quæ acciderunt, hic mihi molestiarum istarum finis esto: siue dispẽsatione quid factum est, adimpletum esto prorsus quod quęrebatur. Non enim modici temporis damnum perpessi sumus. Quocirca amplius non ferens, primus in vocem prorupi, obsecrans vt & nostri rationem habeas & tui ipsius, qui maiorem, per omnem vitam, nostri curam ostendisti quàm ipsa cognatio exigebat, & ciuitatem iam nostri gratia diligas: non propter nos te à ciuitate abalienes. Si qua igitur consolatio est in Christo. Si qua communio spiritus: si qua viscera ac miserationes, comple votum meum: dissolue hic quæ molesta sunt. Initium quod-
Ex cõtrariis dam exhibe syncerioribus, vt te sequantur, qui & aliis ad optima præceptor es, & ad illicita neminem sequeris. Neque enim cuiusquam corporis proprius ita character quisquam reputatus est, vt animi tui pacis illud & placiditatis studium. Competit itaque tali viro, vt reliquos ad te pertrahas, ac quosuis appropinquantibus tibi pretioſi cuiusdam vnguenti fragrãtia, morum tuorum comitate adimpleas. Nam etiamsi iam contrarium aliquid in medio est, breui tamen post, & ipsum pacis bonum agnoscetur. Donec autem quæ ex dissidio sunt calumniæ locum habent, necessariò suspiciones in peius augmentantur. Est itaque neque illis quidem decorum quod nos negligunt: multo vero amplius dignitati tuæ. Etsi nanque nonnihil delinquimus, meliores tamen erimus, si fuerimus admoniti. Hoc vero sine mutuo congressu & alloquio fieri nõ potest. Si vero nihil iniurię vobis inferimus, quãobrem odio habemur? Ista igitur meã ipsius quidem tanquã bicornem rationẽ prætendo: quæ vero ab ecclesiis ipsis dici possent, quæ nihil vtilitatis ex nostro dissidio tulerunt, silere præstat. Non enim ad hoc te alloquor vt mœrore afficiam, sed vt res tristes consopiam. At prudentiam tuam prorsus nihil fugit: sed multo maiora ac perfectiora quàm nos cogitamus, ipse intellectus acumine assequeris, aliisque declaras: qui & ante nos quæ ecclesiis accidunt vidisti: & doles etiam plus quàm nos, iam olim antea edoctus à domino etiam eorum qui minimi sunt contemnere neminem. Iam vero pestis ista non vnum & alterum occupat, sed integræ vrbes ac
γνώμη. populi calamitatum nostrarum participes sunt. De fama nanque rerum nostrarum apud extorres quid attinet dicere, quæ de nobis illi dicturi sint? Decet itaque istam animi tui dexteritatem, contentionem quidem aliis permittere (imò & illorum animis eam quoad fieri poterit eximere) ipsam vero quæ tristia sunt per patientiam vincere. Nam vlcisci velle, omnino est animi iracundi. Iram vero vincere, hoc demum tuum est solius, & si quis alius tibi virtute similis fuerit. Hoc autem non dicam, quòd qui nobis molestus est, iram suam in immeritos effundit. Siue igitur apud nos coràm, siue per literas, siue vt ad te vocemur, aut quouis alio modo placuerit, animum nostrum aliqua consolatione dignare. Optaremus quidem, vt coram ecclesia pietas tua compareret, & nos pariter & populum cum ipso conspectu tum gratiæ tuæ sermonibus curaret. Quod si istuc fieri poterit, erit optimum, si vero aliud quid videbitur, & illud amplectemur, duntaxat solidè nobis significetur quod prudentiæ tuæ ad consolandum nos visum fuerit opportunum.

Basilij Magni Athanasio Magno. XLVII.

Δυσωνύμου ἀνδρός. INcidi in sanctitatis tuæ literas, in quibus aduersus Libyæ præfectum virum infamem ingemuisti. Deploramus quidem patriam nostram quod talium malorum & mater est ac nutrix: deploramus vero & Libyam nostræ vicinam, quòd malorum nostrorum

nostrorũ particeps facta, ferinisq; viri huius moribꝰ tradita est, qui à pueris crudelitati pariter & lasciuiæ assueuit. Hoc scilicet erat quod sapiẽter dixit Ecclesiastes, væ tibi ciuitas, cuius rex iunior est, & cuiꝰ principes nõ comedũt noctu, sed in ipso meridie lasciuiũt, post alienos thoros plusquã irrationales bestiæ insanientes. Itaq; illum quidẽ flagella manent apud iustũ iudicem, ad eandem mensuram commensurata, iuxta quam ipsa iam antea sanctos ipsius adfligere præsumpsit. Innotuit autem & ecclesiæ nostræ ex literis pietatis tuæ, atque auersandum & execrabilem illum arbitrabũtur omnes, ita vt nec ignis nec aquæ nec tecti communionem cum illo sint habituri. Siquidem prodest vt violenti isti tyranni communi & vnanimi iudicio condemnentur. Sufficiet autem ipsi damnationis titulus, & ipsæ sententiæ, quibus vndique condemnabitur. Neque enim omittemus, quo minus condemnationem istam omnibus ipsius & familiaribus & amicis atque aduenis ostendamus. Quod si vero non statim illum istæ reprehensiones, quemadmodum & Pharaonem, permouebunt, attamen postremum aliquando & grauem illi ac tristem retributionem adferet.

Basilij Magni ad eundem Athanasium. XLVIII.

τιμιότητα. NEminem ita puto de præsenti ecclesiarum statu dolere, atque tuam dignitatem, quæ dum præsentia cum priscis confert quantũ ista ab illis degenerauerint, expendit, & intelligit, si ad istũ modũ res ecclesiasticę ad peiora sint facto impetu delapsurę, nihil fore quod prohibeat, quo minus breui tempore in aliam quandam formam prorsus immutentur ecclesiæ. Ista sæpenumero mihi redditus expendi, cogitauique, quod si nobis miserabilis ita apparet ecclesiarum corruptio, quomodo credibile est affici istis in rebus eum qui veteris ecclesiarum dei circa fidem constantiæ & concordiæ experimentum capit. Verum quẽadmodum multa integritatem tuã mœstitia occupat: ita arbitramur & prudentiæ tuæ competere vt excellentem de conseruandis ecclesiis solicitudinem adiunctam habeat. Olim noui & ipse, secundum admensuratam mihi rerum gerendarum cognitionem, vnam sciebam acquirendi auxilij viam, quæ res ecclesiis nostris cum Occidentalibus episcopis conspirat & conuenit. Si nanque voluerint illi eundem zelum, quo contra vnum & alterum qui in occidente diffamabantur, vsi sunt, & pro nostrarum partium incolatu soliciti demonstrare: forte fiet aliquid quod proderit communiter omnibus. vnde & qui rerum potiuntur multitudinis autoritate permoueãtur, & populi quaquauersum illos sine cõtradictione sequantur. Quis autem ad ista perficienda prudentiam tuam excellet? Quis acutius quid faciendum sit expendet? Quis ad vtilium energiam efficacior? Quis ad considerandam fratrum necessitatem condolentis affectu magis præditus? Quis vniuerso Occidenti honorabili canicie tua venerabilior? Relinque mnemosynon aliquod ista conuersationis tuæ vita dignum colendissime pater, innumeros illos quos pro pietate tulisti labores vno isto opere confirma. Viros aliquos ecclesiæ tuæ potentes in doctrina sana, ad Occidentales episcopos mitte, qui quibus calamitatibus occupemur ac premamur illis exponant. Instrue illos forma narrandi qua vtantur. Esto Samuël ecclesiis. Particeps esto adflictionum laborantium populorum. Offer pacificas preces. Pete gratiam à domino. Mnemosynon aliquod pacis infer ac relinque ecclesiis. Scio quàm langueant epistolæ ad conferendam operam tanto negotio. Verum neque ip Collatio. se aliorum solatio & adiumento opus habes, non magis quàm athletarum dexterrimi acclamatione puerorum: neque nos ignorantem docemus, sed sedulo ac satagenti impetum conandi intendimus. Ad reliquas quidem Orientis res opus forsan habebis & plurium cooperatione, & necessarium fuerit expectare eos qui ex Occidente venturi sunt. Antiochenæ sanè ecclesiæ status manifeste à pietate tua pendet, vt alios quidem ædifices, alios vero compescas ac quietos reddas, atque ecclesiæ vires per vnanimem consensum restituas. Quod enim iuxta eos qui medicorum sapientissimi sunt, curandi initium ab illis sumere debeas qui periculosissimè laborant, nemo est qui te melius intelligat. Quid autem poterit totius orbis ecclesiis, ea quæ apud Antiochiam est, letalius esse? Quam si contigerit ad concordiam redire, nihil prohibebit quo minus vniuerso corpori, tanquam corroboratum caput, sanitatẽ suppeditet. Reuera autem sapientia tua & euangelica sympathia vrbis illius ægritudines opus habent: quæ non ab hæreticis solum scissa est: sed & ab illis, qui idem sentire dicuntur, discerpitur. Ista vero componere & in vnius corporis harmoniam reducere, illius est, qui & siccis ossibus, vt ad neruos & carnem iterum restituerentur ineffabili sua virtute largitus est. Magna vero omnino domin⁹ per sanctos suos operatur. Et hic igitur rursus excellentiã tuam taliũ admi-

A fimili dicta collatio κατ' ἀντίφρασιν

Universidad de Deusto
Biblioteca

nistrationem decere speramus, vt populi turbatio quidem prosternatur ac tollatur: factiosæ G vero ac sectariæ prælaturæ cessent: atque omnes inuicē alter alteri in mutua dilectione subiiciantur, vetúsque robur ecclesiæ restituatur.

Basilij Magni ad eundem. XLIX.

QVanto ecclesiarum languores auctiores euaserunt, tanto vniuersi ad tuam conuertimur integritatē, vnam nobis malorum consolationē in tua tutela relictā esse credentes, qui & precum virtute, & scientia rerū gerendarum, qua quid optimum factu sit admonere potes, ex horribili ista tempestate cōseruare nos ab omnibus, qui aliquantulum integritatem tuā vel auditu vel experientia cognouerunt, crederis. Quocirca ne cesses orare H pro animabus nostris, excitareq; literis, quarum si agnoscis quantus sit vsus, nullam vnquā, si qua dabitur, scribēdi ad nos occasionē negligas. Si vero digni habemur adiutorio precū tuarum, vt & videamus te, & bonis quæ in te sunt perfruamur, & ad historiā vitæ nostræ, congressum cū magna verè & Apostolica mēte tua adiecerimus, omnino & ex æquo respōdentē totius vitæ nostræ adflictiōibus consolationē nos dei solita benignitate accepisse reputabim⁹.

Basilij Magni ad eundem. L.

MIhi quidem superioribus ad dignitatem tuam literis sufficere videbatur, si tātum ostenderem, quod populi sanctæ Antiochenæ ecclesiæ circa fidem robur ad vnam oI porteat concordiam & vnitatem conciliari, vt declaretur quòd pientissimo episcopo Meletio opus sit, quæ iam in plures partes dissecta sunt coadunare. Quoniam vero ipse hic dilectus syndiaconus noster Dorotheus dilucidiorem de rebus istis sibi memoriam quæsiuit, necessariò subscribimus: quoniam & vniuerso Orienti per preces id agitur, & nobis qui quouis modo illi coniuncti sumus, vt desiderabilem hunc virū ecclesia videat, adhærentē domino, & fide irreprehēsibilem & vita, cui & reliqui nulla ratione cōparari queant: & vt vniuerso, vt ita dicā, ecclesiæ corpori ipse præsit. Reliqua vero sunt tanquā desectæ partiunculæ.
Collatio à simili. igitur vndique & necessarium pariter est & frugiferum isti viro, vt reliqui, perinde atque magnis fluuiis minores, concilientur. De aliis vero instituenda est œconomia quædam, quæ & K illis conueniat, & populum pacatum reddat, prudentiæq; tuæ ac illustri solertiæ & diligentiæ competat. Prorsus autem immensa prudentia tua nouit, quòd concordibus in Occidente eadem placuerint, sicut indicant literæ quæ nobis per beatum Siluanum allatæ sunt.

Basilij Magni ad eundem. LI.

ἐνέργεια. QVando ad res ipsas quidem respicimus, & difficultates expendimus, à quibus omnis boni efficax operatio quasi quodam retinaculo impedita distinetur, eo relabimur, vt prorsus de nobisipsis desperemus. Quando vero ad honestam illam grauitatem tuā conuertimur, ac cogitamus quod te ecclesiasticarum infirmitatum dominus noster medicū μεταφορά. constituerit, animos resumimus & ex desperationis lapsu ad spem rerum meliorum erigi- L mur. Dissoluta est omnis ecclesia, quemadmodum neque prudentia tua ignorat. Vides enim omnino quasi ex quadam contemplationis tuæ specula, quæ vbique gerantur: quomodo, perinde atque cum in mari, multis simul nauigantibus violentia procellarum pariter omnes nauiculæ inter se colliduntur, fitq; naufragium: partim quòd externa aliqua causa mare violenter perturbet: partim quòd ipsi nauigantes confuse inter se inuicem occurrant, & in seipsos impellantur. Satis fuerit in ista imagine depictum ecclesiæ malum, vt in illa liceat terminare sermonem, cum & sapientia tua non requirat plura, neque præsens status eam indulgeat nobis loquendi libertatem. Et ad ista quis sufficiens gubernator? Quis tātæ fidei, vt credatur excitaturus dominum, qui & ventū increpet & mare? Quis alius quàm qui à puero in pietatis a- M gonibus decertauit? Quoniā igitur iam quicunq; inter nos sani sunt circa fidem, ad eorū qui eiusdē doctrinę sunt cōcordiam & vnitatem iam dextrè accedunt, bona fidutia ad cōsolationem tuæ clemētiæ venimus, vt omnibus nobis vnica scribas epistola quæ quid agendū sit admoneat. Nam ita volunt, vt abs te initium ipsis fiat quid communiter dicendum tenendumq; sit. Quoniam vero tibi propter memoriam prēteritorum suspecti forsan & inimici videntur, hoc facito pientissime pater: epistolas ad episcopos scriptas mihi, transmitte, siue per aliquē eorū quos illic habes fideles, siue etiam per fratrem nostrū & Syndiaconum Dorotheū, quas acceptas nō prius ad eos dabo, nisi responsa ab ipsis accepero. Quod si ita nō fecero, peccator ero in

βιβαίωσις à simili petita.

A ero in te omnibus diebus vitæ meæ. Omnino autē non est maioritimori obnoxiū istud, si qui ab initio ad patrē loquutus est, quàm mihi nunc est, quod ad te spiritualem patrē loquor. Si vero hoc apud te planè desperatum est, nobis permittit vt hanc causam sustineamus, qui sine dolo ac simplici animo, desiderio pacis, & mutuæ vnionis inter nos idem in iis quæ domini sunt sentientes, præditi, ad istam legationem & meditationem accedemus.

Basilij Magni ad eundem. LII.

B QVam de dignitate tua iam olim concepimus opinionem, istam semper ipse temporis progressus corroborat, immo & adauget accessionibus eorū quæ per partes cōtigerunt. Quoniā aliorum quàm plurimis satis habetur, si sibi ipsi quisq; circumspiciat: at tibi istud haud satisfacit: sed tantam geris omnium ecclesiarū curam, quantam eius quę tibi peculiariter à domino nostro concredita est: ita vt nullo nō tempore de sacris edisseras, admoneas, scribas, frequenterq; mittas aliquos qui vndelibet quid optimū sit, admoneant. Et iam quoq; è sacro cleri tui cœtu missum venerandissimum fratrem Petrum multo cum gaudio excepimus, bonumq; peregrinationis ipsius laborem probauimus, quem iuxta dignitatis tuæ mandata exequutum esse se ostendit, conciliatis quæ erant contraria, ac coniunctis quæ
C erant diuulsa. Vnde & nos ad rerum istarum studium nonnihil cōferre quum voluissemus, accommodissimū rebus istis initium fore arbitrati sumus, si veluti ad omnium nostrum verticem ad tuā integritatem refugiamus teq; & consultore & rerum gerēdarum duce ac principe vtamur. Hac de causa & fratrem nostrum Dorotheum eius ecclesiæ quæ sub colendissimo episcopo Meletio est, diaconum, bono circa rectam fidem zelo vsum, cupientemq; & ipsum ecclesiarum videre pacem, ad pietatem tuam remisi, vt consiliis tuis obsequentem (quæ in illo & tempore & rerum experientia & quod spiritu consilij reliquos excellis, certiora reddere potes) ita rebus agendis ac prosequendis admoneas, quem & absque dubio suscipies, ocu-
D lisq; pacificis aspicies, confortans ipsum precum tuarum auxilio, instituensq; in literis, imò & quibusdam illic tuorum studiosis adiunctū, ad propositum duces. Visum est autē mihi consentaneum, vt scribatur episcopo Romæ, vt quæ hic geruntur cōsideret, detq; consiliū, & quoniam difficile est vt cōmuni ac Synodico decreto aliqui illinc mittantur, ipse sua autoritate in ista causa vsus, viros eligat, ad ferendas quidē itineris molestias idoneos: verum iuxta ad hoc quoq; accommodos, vt mansuetudine & facilitate ingenij eos qui distorti & obliqui apud nos sunt corrigant, aptè ac dispensatoriè sermonem attemperantes omniaq; secum habentes, quæ in Arimino ad necessariam solutionem gestorum illic, facta sunt. Et hoc, nemine sciente, absque strepitu tacite, per mare ad eos qui hic sunt, vadant, ne qui pacis sunt inimici
E aduentum ipsorum præsentiscant. Quæritur autem & hoc à nonnullis illic, vt & nobis ipsis videtur, necessariò, vt Marcelli hæresim illi cum venerint, tanquam malam ac nociuam, & à sana fide alienam exterminent. Quoniam ad hunc vsque diem in omnibus quas scribunt literis, pessimè audientem quidem Arium sui sum ac deorsum versantes anathematizare atque ἐκκλησίαις ex ecclesiis eliminare non cessant, Marcellum vero qui ex diametro respondentem Ario impietatem attulit, atque contra eandem vnigeniti diuinitatisque essentiam impiè egit, verbique appellationem malè vsurpauit, ne semel quidem accusare videntur, qui verbum quidem vnigenitum vocari tradit, ratione ministerij ac dispensationis, & quatenus in tempore natus prodiit: cæterum ad eum vnde egressus erat reuersum, nec ante egressum fuisse, nec post regressum subsistere. Et huius experimentum ac demonstrationem reconditi apud me iniquæ illius syngraphæ libri continent. Attamen istum nequaquam reprobare visi sunt, & per hæc culpandi veniunt, vt qui ab initio illum per ignorantiam veritatis, in ecclesiasticam etiam
F communionem receperint. Igitur & illius decenter fieri mentionem præsentia negotia exposcunt. Itaque ne occasionem habeant qui occasionem quærunt ex eo quod sanctitati tuæ coniunguntur qui fide sani sunt, manifestandi sunt omnibus qui ad veram fidem claudicant, & vt posthac agnoscamus consentientes, & non perinde atque in nocturna pugna inter amicos & inimicos sine discrimine versemur. Tantum adhortare, vt mox cum prima quaque nauigatione prædictus diaconus mittatur, vt sequenti anno fieri queant, quorum & ipse videlicet curam habes. Et cum, qui mittendi sunt, volente deo, aduenerint, non inferant ecclesiis schismata: sed magis idem sentientes quouis modo ad vnitatem pertrahant: etiamsi quosdam inuenerint, qui peculiaria quædam dissidij inter se argumenta præferant: ne populum orthodoxum à præpositis suis separent, inq; multas partes diuidant. Curandū est

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim,vt paci posthabeantur omnia: & cum primis Antiochenæ ecclesiæ medeatur: ne in illa G
syncera pars imbecillis facta personarum respectu scindatur. Tu vero hæc omnia tandē magis ipse quàm nos curabis: quandoquidem, quod & auxiliante deo precor, intelligis omnes tibi quæ ecclesiarum statum concernunt, permittere ac commendare.

Basilius Athanasio episcopo Ancyræ. LIII.

NVnciarunt mihi quidam qui ex Ancyra, ad nos venerunt & hi adeò multi vt nō facilè eos adnumeres, idq; concordi relatione, te charum nobis caput, quod cum laude tua dixerim, non admodū iucundam facere nostri mentionem, neq; secundū ingenij tui consuetudinem. Me vero nihil rerum humanarum scire id te velim, perterrefacit, H
neq; inopina mihi contingit, quotquot vbilibet sunt, eiusmodi immutatio, qui iam olim naturæ imbecillitatem & ad cōtraria inuertēdi procliuitatem perdidici. Vnde fit, vt neq; si quid rerum nostrarum degenerauerit, & ex honore, quo antea potitus sum, probra aduersum nos & vituperia fiant, admodum curemus. Sed illud mihi incredibile ac præter geniū tuū vt verissimè dicam visum est te eum esse, qui ita afficiare erga nos, vt irascaris nobis molestusq; sis, imò iam nōnihil mineris quoq;, sicut referunt, qui id ex te audiuerunt. Ad minas quidem (hoc enim vel his auribus hausi) admodum risi. Certè admodum puer essem, si eiusmodi terriculamenta metuerem. Hoc vero formidabile multaq; cura dignum visum est quod integritas illa
ἀκρίβεια. tua, quam†, in summa, & rectitudinis fulcimētum & veteris veræq; charitatis seminarium, ad I
consolationem ecclesiarum, conseruare credidimus, vsq; adeò præsens status corruptelæ particeps est, vt quorūuis vel vulgarium calumnias pluris faciat quàm longam nostri experientiam, & ad prauas suspiciones sine certis indiciis permoueatur. Quanquam, quid dico suspiciones? Quod enim indignatus es, & †, vt ferunt, minitatus, non suspicantis iam sed manifestè ac indubitatò persuasi videtur vtlibet iram ostendisse. Sed, vt dixi, maliciæ temporum istorū
πῶς. causam huius deputamus. Alioqui quāti, quæso, laboris erat ô præclare, breui epistola de quibus voluisses tanquam solum cum solo colloqui? Aut si literis literas vicissim concredere noluisses, vel ad teipsum nos vocasses. Si vero prorsus & istud faciendum non erat, & præ indignationis indomito æstu tēpus opportunum expectare noluisti, at vel aliquo tuorum qui ad K
obtegendas res huiusmodi idonei assuetiq; sint, poteras certe ad ea quæ significare voluisses vti administro. Nunc vero cuiusnam auribus non obstrepit, eorum qui negotiorum quorundam gratia quandoque vos accedunt, quasi † noxia quædam scripserimus, aut scribentibus a-
ὡς ἡμῶν ἀ- liis subscripserimus. Nam isto te verbovsum esse ferunt, qui tua ad verbum referunt. Me sanè, τας τινάς. quæ mentem meam multis ac variis cogitationibus distrahunt, nihil magis quàm stupidum relinquunt. Itaque & tale quid suspicari cœpi, ne forsan hæreticorum quisquam nomen meum commentationibus suis subdolè adscripserit, atque ita rectitudinem tuam contristarit, & ad istam vocem emittendam induxerit. Non enim scriptis nostris quibus eos impugna-
πρὸς τοὺς mus qui filium ac deum ausi sunt asserere non esse, quod ad essentiam attinet, deo & patri si- L
ἀνόμοιον. milem, aut eos, qui blasphemè docuerunt spiritum sanctum esse creaturam, istam sanè contumeliam inferre sustinuisses, qui magna illa & præclara pro tuenda fidei rectitudine certamina decertasti. Liberabis autem nos ab hoc stupore si quibus de causis ad istam aduersum nos iniuriam permotus sis, apertè significare volueris.

Basilius Athanasio, Athanasij episcopi Ancyræ patri. LIIII.

γνώμη ex contrariis. ἀλιθήμασιν VOd quidem vita hominis calumniis non sit obnoxia, difficillimum esse, ne dicam impossibile, & ipse persuasus sum, & bonitatem tuā arbitror non ambigere. Nullam vero calumniandi occasionem dare, neque iis qui actiones nostras studio obseruāt: M
neque qui calumniæ gratia lapsibus nostris insidiantur, id demum & possibile est & proprium virorum prudentium, & vitam suam ad pietatis scopum attemperantium. Nos vero noli ita leues ac credulos putare, vt quorumuis maledictis & condemnationi temerè assentiamur. Memores enim sumus spiritualis præcepti, quo iubemur non admittere eum qui diffamia aliqua proximum notat. Verumtamen, quoniam vosipsi, qui dicendi arte polletis, quæ manifesta sunt, dicitis non apparentium esse signa, hoc ipsum petimus. Et ne molestum sit, si quicquam à nobis veluti in speciem ac formulam vos instruendi dicetur. Nam infirma mundi & abiecta elegit deus, & per illos sæpenumero eorum qui saluandi sunt salutem dispensat. Porrò quod dico & admoneo hoc est. Quod omnis quidem sermo, & quæ-

A & quælibet competens actio, circunspectè peragenda, & secundum Apostolicum præceptum nulla aliqua in re danda sit offensio. Eum nanque virum, qui scientiarum disciplinæ plurimū operæ nauauit, gentiumq; & vrbium principatus gubernauit, & ad magnam progenitorum virtutem zelo quodam fertur, etiam quod ad vitam attinet, exemplum virtutis proponi puto. Affectum quidem erga liberos, sermone iam non debes ostendere, quem olim declarasti, ex quo pater factus es, non solum naturali amore quo & bruta animantia fœtus suos prosequuntur: sed maiore etiam vsus, vt & ipse dixisti, & ipsa experientia demonstrat, sed tanto latius ex animi videlicet promptitudine intendere dilectionem, quanto magis statum ecclesiæ
B talem esse vides, qui paternas preces efflagitet. Itaque nō fuerit opus vt istis nos fidem faciamus. Nam quæ geruntur satis adferunt testimonij. Illud vero non importunè veritatis gratia adiiciam, quod frater Timotheus chorepiscopus non is est, qui quæ diuulgata sunt ad nos
χωρεπίσκοπος detulerit. Neque enim præsenti colloqui, neque literis aliquid siue modicum siue magnū, quod calumniam habeat, de te loquutus deprehenditur. Audiuisse quidem non negamus: negamus vero Timotheum esse qui calumnias in te fabricauerit. Cum autem omnino audiuerimus, si nihil aliud, vel illud Alexādri saltem dicemus, alteram auriculam delato siue calumniam per
ἀπόφθεγμα pesso synceram & integram conseruamus.

Apostolicū δόγμα

Basilij Magni ad Ambrosium episcopum Mediolanensem. LV.

C MAgna semper & multa quidem sunt domini nostri dona, quorum neque magnitudo mensurabilis, neque multitudo numerabilis est: vnum vero, quod inter maxima reputari potest ab iis, qui non difficili beneficiorum dei in se collatorum sensu tanguntur, & præsens, hoc est, quod quàm longissimè propter locorum distantiam seiunctis per literarum alloquium mutuo coalescere dedit. Largitus est autem duplicem cognoscendi modum. Vnum per præsentem conuictum & congressum. Alterum per consuetudinem literariā. Quoniam igitur te per ea quæ locutus es cognouimus: cognouimus vero non ex eo quòd no
ta quædam corporis tui mēti nostræ impressa sit: sed quod interioris hominis tui pulchritudinem veluti ex variegata sermonum pictura cognouimus. Nam quisque nostrum ex abun-
D dantia cordis loquitur. Glorificauimus autem deum nostrum, qui ex quauis mortalium generatione eos qui sibi placuerint deligit. Qui olim quidem ex pastoribus ouium populo suo principem excitauit, & Amos de grege caprarum sumptum spiritu suo instruxit, & ad prophe ticam dignitatem extulit: nunc vero virum ex vrbe regia, cui totius gentis principatus concreditus erat, sapientia sublimem, generis claritate, vitæ splendore, orandi facultate, & rebus secularibus illustrem, ad gregum Christi pasturam traxit, qui proiectis huius vitæ opibus vniuersis proq; damno habitis, vt Christum lucrifaceret, commissa sibi magni ac præclari naui-
gij, ecclesiæ videlicet dei, in fide Christi, gubernacula accepit. Agè igitur ô homo dei, quādoquidem non ab hominibus accepisti aut doctus es Euangelium Christi, sed ipse te dominus è medio iudicum terræ desumptum ad præsidentiam Apostolicam transtulit: certa bonum cer-
E tamen, corrige ac moderare infirmitatem populi, si qua Arianæ vesaniæ labe tactus est: renoua prisca patrum vestigia: & quod dilectionis erga nos fundamentum iecisti in ipsam structuram assiduitate mutui nostri alloquij excitare ac prouehere stude. Nam hoc pacto spiritu poterimus coniuncti esse, licet terrestri habitatione q̄ longissimè alter ab altero dissiti simus.

Basilij Magni ad Meletium episcopum. LVI.

SI quo pacto pietati tuæ notum fuisset, quàm magno nos quotiescunque scribis gaudio afficias, nunquam, sanè scio, oblatam scribendi occasionem neglexisses: sed studio quoq; multas semper ad nos epistolas dedisses: vt qui scias adflictorum recrea-
F tioni apud diuinam benignitatem reconditam esse mercedem. Nam omnia hic dolore plena sunt, & sola nobis malorum auersio est sanctitatis tuæ cogitatio, quam nobis euidentiorem indit, rerum tuarum quæ omni sapientia & gratia abūdant, commemoratio. Itaque si quando epistolam tuam in manus sumimus, primum qua sit mensura inspicimus, illamq; tantum diligimus, quantum versuum multitudine abundat. Deinde dum illā legendo percurrimus, perpetuò quidem donec sermoni illius immoramur gaudemus: vbi vero fini epistolæ appropinquare cœpimus, dolemus. Ita scilicet quodcunque bonum dixeris literis tuis continetur. Quod enim ex corde bono promanat, bonum est. Si vero precum tuarum interuentu donec γνώμη. in terra ista sumus, & præsenti ad ipsum conspectum alloquio digni haberemur, & ab ipsa viua voce

Universidad de Deusto
Biblioteca

ua voce salutarem doctrinam aut cum ad præsens tum futurum seculum commeatus accipe- G
re promereremur,istuc vtique maximum bonum iudicaremus,& proœmium nobis ipsis diuinæ beneuolentię arbitraremur.Iam quoque isto desiderio correpti sumus,sicut germanissimi & omnino fraterno amore præditi nos confirmarunt: quorum ne literis propositum publicem,fratri Theophrasto vt singula integritati tuæ significet,exposui & commendaui.

Basilij Magni ad eundem. LVII.

HActenus quidem apud nos religiosissimum fratrem Dorotheum syndiaconum detinere voluimus,vt sub finem rerum præsentium dimissus singulas res gestas digni- H
tati tuæ significaret.Quoniam vero dum diem ex die ducimus in lõgum tempus, & simul ab ipsis rebus propositis differimur,misimus prædictum hũc virum, vt & sanctitati vestræ loquatur,& per ipsum singula referantur,& quid nos suggeramus ostendat,vt si cogitationes nostræ commodæ & vtiles videantur apud integritatem vestram,hoc studij impẽdatur,vt opere perficiantur.Vt vero summatim ac breuiter dicam.Decretum est, vt hic ipse frater noster Dorotheus Romam vsque proficiscatur, & permoueat quosdam ex Italia, vt nos inuisant,idq; per mare,quò eos effugiant à quibus possent impediri. Intellexi enim eos qui apud rerum dominos potentes sunt, nihil neque velle illis neque posse de caussa eiectorũ suggerere,sed hoc lucro deputare,si nihil in ecclesiis peius geri videatur.Igitur si & prudẽtiæ tuæ I
cõsilium nostrum vtile visum fuerit,dignabere & epistolas formare,& monita dare, de quibus oporteat ipsum narrare,& ad quos,& quando,vt fidem & autoritatem habeãt literæ: cõprehendes simul non admodum consentientes,etiam si non adsint. Quæ vero hic gerũtur in obscuro sunt:propterea quod Euippius quidem aduenit,nihil atdum definiuit. Minantur sanè etiã eorum quos ex Armenia tetrapoli,& Cilicia consentientes habent futurũ concursum.

Basilij Magni ad eundem. LVIII.

LIteras accepi à pientissimo episcopo Eusebio quibus mandatur vt Occidẽtalibus iterum de quibusdã ecclesiasticis scribatur. Et voluit quidẽ vt à nobis scribatur epistola:ab omnibus vero consentientibus subscribatur.Quoniam igitur non inueni quomodo de quibus ille præcepit,vt scriberem commentarium pietati tuæ misi, vt & illo potius, & simul iis quæ à desideratissimo sympresbytero Sactesimo referentur, intus ipse de his rebus,iuxta quod menti tuæ suggestum fuerit,scribere digneris. Nos parati sumus cum illo paciscí,& facere vt literas propere ad consentientes deportet, vt omnium habitis subscriptionibus proficiscatur auolaturus hinc ad episcopos Occidentales. Quod sanctitati tuæ in mentem venerit velociter nobis significari,iubeas,ne quæ tibi visa fuerint ignoremus. De iis quæ Antiochiæ aduersum nos aguntur,vel iam etiam insidiosè finguntur, idem ipse tibi frater aperiet nisi ipsa fama gestorum illum præueniens manifesta faciat quæ acta sint. E vicino spes L
est,vt quæ minitantur tandem exitum sortiantur.Volo autem pietatem tuam scire,quòd frater Anthimus Faustum cum Papa agentem episcopũ ordinauit neglectis iustis suffragiis, venerandissimi fratris Cyri,quem tu ordinasti,ita vt Armeniam seditione repleuerit. Vide igitur ne mendaciis nos opprimant, neque ipsi sed vt constanter quæ fiunt sustineamus ista gra uitati tuæ significaui.Dignaberis autem absque dubio & ipse reliquis ea manifestare.Adultos enim istam rerum confusionem mœstitia affecturam puto.

Basilij Magni ad eundem. LIX.

SCiebam integritatis tuæ auribus insolẽtem fore expostulationem, quæ iam incum- M
bit:propterea quòd omnia dixeris leui ac futili Apollinario. Etenim neque ipse hui⁹ ante id temporis gnarus eram,sed iam Sebasteni alicunde illud perscrutari, in medium attulerunt ac circumferunt volumen:ex quo potissimum & nos condemnãt, vt qui eadem sentiamus:quòd & tales habet loquutiones,ita vt illas vbique coniunctim, imò alternis vnite necessarium sit intelligere, dum primam identitatem & secundam & tertiam eandem esse dicunt.Quod enim primo loco pater est, hoc est secundo & filius, & tertio spiritus: rursus quod primo spiritus est,hoc secundo filium dicunt,quatenus spiritus est deus. Et vt violentius arcanum significetur,patrem paternè filium, filium vero †filij more patrem esse.Et eodem modo de spiritu dicũt iuxta quod vnus deus est trinitas.Ista sunt inuulgata, quæ nunquam credere possumus eorum esse figmenta,à quibus proferuntur: tametsi istorum aduersus

σύνταγμα

Opus de spũ sãcto ex his colligitur esse Basil.

πατρικῶς.

†υἱικῶς.

A uersus nos calumniatrix delatio nihil non ausit aut moliatur, meo quidem arbitratu. * Cum enim aduersariorum sententias scripsissent, non contenti etiam calumniam contra nos subiecerunt:ista quidem hæreticorum verba nominaremus exprimentes:autorem vero commẽtarij celantes,vt plerisque videatur nos esse * scriptores. Verum tamen, vt mihi ipsi persuadeo,nondum eo vsque processit ipsorum techna,vt verba concinnẽt.Hinc est,quod coacti sumus viri mentionem facere,vt qui ad Sabellij impietatem accedat, ad hoc, vt calumniam illam quæ aduersum nos inualuit depellamus,conspicuumq; faciamus omnibus,nihil nobis cũ illis esse commercij,qui ad eum modum loquuntur. Et tantum de istis. Venit autem nuntius quidam ex castris,sub primam Imperatoris motionem,ad quam illum impulerunt qui calũ-
B nias aduersum nos effuderunt,retulitq; alterum quoddam captum esse consilium, ita vt accusatoribus non demur expositi,neque voluntati illius tradamur,quod ab initio decretum erat: sed vt interea quædam causæ prorogatio ac dilatio fiat.Siue igitur ista ita maneant, siue aliud quid istis humanius decernetur,pietati tuæ significabimus.Si vero priora obtinebunt, ne hoc quidem celaberis.Sactesimus sanè frater prorsus iam diu apud nos est,& quid requirat integritati tuæ innotuit. Itaque si videtur epistola ad Occidentales necessarium quid complecti, postquam eam fide dignam scripseris ad nos transmitte,vt curemus ab omnibus consentientibus subscribi, & charta quam efformaris, locum habeat subscriptionibus accommodum
C quam coniungere possumus ei quæ à fratre sympresbytero circunfertur. Ego siquidem, quoniam causæ summam in commentario inueni,non habui qua de re scriberem Occidẽtalibus. Nam quæ necessaria videntur,iam anticipata sunt, & superflua scribere omnino vanum. De iisdem verò molestum esse, nunquid ridiculum etiam fuerit.Illud vero mihi † argumentum velut intactum adhuc esse,locumq; dare scribẽdi visum est,admonere illos, ne sine discrimine quorumuis communionem ex Oriente venientium accipiant, sed vna semel electa parte, reliquos ex consentientium testimonio admittant,& non cuiuis sub prætextu orthodoxæ doctrinæ,fidei formulæ scribendi astipulentur.Nam isto pacto deprehendentur,cum aduersariis facientes,qui eadem sæpenumero verba prætexunt quidem,inter se vero pugnant,vt qui plurimum diuisi dissidentesq; fuere.Ne igitur amplius hæresis eorũ qui inter se mutuo dissident,
D per ipsorum scripta quæ prætexere & obiicere solent,incautos seducat,admonendi sunt,vt arcanas accedentium communiones,& scriptis iuxta formam ecclesiasticã cõprehensas faciãt.

* locus defectum habet

* λογογεδφοι.

† ὑποθέσις ἀγύμναστος

Basilij Magni ecclesiæ Anthiochenæ. LX.

QVis dabit mihi alas instar columbæ?& volabo ad vos, expleboq; desiderium quo ad dilectionis vestræ congressum aspiro.Nunc vero non solum aliis destituor, sed ipso quoque corpore,quod & longa iamdudum ægrotatione confectum, & nunc continuis tribulationibus prorsus attritum est.Quis enim vsque adeo animo est adamantino?quis ita planè omnis commiserationis expers & immitis, qui cum audiat quomodo vndique nos
E gemitus ac luctus veluti ex tristi quodam choro communi quadam ac consona lamentatione applorante impetat,non condoleat animo, inq; terram præ luctu deflectatur, & immensis istis curis omnino tabefiat? Sed potest sanctus deus aliquam ab immensis ac deploratis curis dare relaxationem,& à diuturnis laboribus quandam largiri respirationem. Itaque & vos oro,vt eandem consolationem amplectamini,ac spe consolationis cum gaudio præsentem tribulationum luctum toleremus.Siue nanque peccatorum pœnas damus, valebunt ad hoc flagella,vt posthac iram dei, quæ imminebat, auertant: siue in certaminibus quæ pietatis gratia decertamus,per tribulationes corroboramur,iustus est is qui nos ad tolerandos agones prę- ἀθλοθέτης
miis inuitat vt non sinat nos tentari supra id quod ferre possumus: sed pro toleratis iam la-
F boribus,patientiæ nobis & spei in ipsum coronam reddat. Ne igitur ad decertandos pietatis agones defatigemur,neque per desperationem quæ iam decertata sunt amittamus. Nõ enim vno actu fortitudinis,neque modico quodam labore cõstantis animi specimen datur, sed qui γνώμης
corda nostra probat, longa nos ac prorogata probatione vult iustitiæ coronam adeptos demonstrare.Duntaxat constans ac fidelis seruetur animus noster, fidei nostræ in Christum robur custodiatur immotũ,& breui ac velociter veniet auxiliator,veniet & non tardabit. Amplectenda enim tribulatio super tribulationem,spes super spem,adhuc modicum, adhuc modicum.Ad istum modũ alumnos suos spiritus sanctus futurorum promissione recreare nouit.Post tribulationes enim sequitur spes. Quæ vero sperantur è vicino subsequuntur. Nã etiamsi vniuersam hominum vitam quis obiecerit:breuissimum tamẽ est illius spatium, respectu infiniti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctu infiniti seculi quod in spe nostra reconditum est. Fidem autem nos neque recētiorem ab G
Huc agite, vos ὁ Lutherani, Zuingliani, Anabaptistæ, ac reliquæ Christiani orbis pestes. Symbolum Niceni cōfilij. ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. ὁμοούσιον τῷ πατρί.
aliis conscriptam acceptamus: neque ipsi mentis nostræ fœtus aliis obtrudere audemus: ne humana putentur pietatis verba, sed quæ à sanctis patribus edocti sumus, ea rogantibus nos annuntiamus. Est itaq; ecclesiæ nostræ à patribus administratæ etiam à sanctis patribus, qui Niceæ conuenêre, conscripta fides, quam tametsi arbitramur oretenus & apud vos in vsu haberi, non tamen detrectabimus, ne desidiei crimine notemur, ipsa quoque verba literis annotare. Sunt autem ista. Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, visibilium omnium & inuisibilium factorem. Et in vnum dominum Iesum Christum, filium dei, genitum ex patre vnigenitum, hoc est, ex patris essentia, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, genitū non
ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας. πνευματομάχοι.
factum, coëssentialem patri per quem omnia facta sunt & quæ in cœlo sunt & quæ in terra. H
Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit è cœlis, incarnatus est, homo factus est, passus est, resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, venturus ad iudicandum viuos ac mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt, erat aliquando quando nō erat, & antequam gigneretur non erat, & quod ex non existentibus factus sit, aut ex alia substantia siue essentia esse, vel vertibilem aut alterabilem filium dei dicunt, anathemate Catholica & Apostolica ecclesia condemnat. Secundū hæc Ecclesiasticæ fidei adhærescimus. Quoniā vero doctrina de spiritu sancto indefinita est, propterea quòd nondū comparerent bellū cōtra spiritū gerentes, an condemnandi sint qui spiritum sanctū creatæ ac seruilis esse naturæ dicunt, in ea synodo nulla facta est mentio. Nihil enim prorsus creatum est in diuina & beata trinitate. I

Episcopis & fratribus qui sunt in occidente, Basi. Mag. Epi. Iacobo Mycræo interprete. LXI.

BOnus ille deus, qui afflictionibus semper solatium adiungit, dedit etiam nunc nobis inter varios dolores modicam quandam consolationem ex literis quas à vobis acceptas charissimus pater noster Athanasius episcop⁹ nobis tradidit, sanæ fidei testimonium, & inoffensæ vnanimitatis & conspirationis demonstrationem referentes, vt & pastores ostenderet patrum insistere vestigiis, populum domini cum scientia pascentes. Hæc omnia me tantū exhilararunt, vt mœrorem nostrum omnino discusserint, & risum quendam K
exiguum animis nostris infulserint à tetrico hoc rerum statu, in quo nunc agimus. Auxit autem nobis solatium domin⁹ per apprimè religiosum filium coadiutorem nostrum Sabinum. relatione eorum quæ apud vos honeste aguntur, animos nostros pauit. Cæterum nostra experimento percepta euidenter vobis nunciabit, vt primum assidua studiosaque ōratione ad deum nobiscū certetis: deinde etiam solatium, quod præstare possitis, laborātibus ecclesiis adferre non recusetis. Etenim laborat hic, fratres charissimi, & defatigata est frequenti aduersariorum insultu ecclesia, quemadmodum nauigium in medio mari aliis post alios vndarum
Collatio afflictæ ecclesiæ.
fluctibus agitatur, nisi cito dominus pro sua bonitate nos respexerit. Sicut igitur nos propriū bonum ducimus vestram mutuo cōspirationem, vnitatemque, ita male afficimur dissensio- L
nibus. Verum, non quòd situ locorum dissiti simus, discordare inter nos conuenit: sed cū spiritus communione vnimur, in vnius corporis conspirationem nos recipere debemus. Porro tribulationes nostræ vel nobis tacentibus vobis sunt cognitæ, vt quę in totum orbē sint inuulgatæ. Patrum dogmata contemnuntur, apostolicæ traditiones annihilantur, recentiorum ho
Non igitur tragœdia Lutheranorū noua est.
minum inuenta ecclesiis inseruntur. Homines in posterum de artibus, non de deo disserunt. Mundi sapientia primas tenet, crucis gloriam abominans. Pastores abigūtur, lupi graues introducuntur, qui Christi gregem discerpunt. Domus oratoriæ deseruntur à cœtu, solitudines refertæ sunt plorantibus. Seniores ingemiscunt, dum vetera præsentibus comparant. Iuuenes miserabiliores, qui non videant qualibus priuati sint. Hæc sanè mouere eos qui Christi dile- M
ctionem docti sunt, ad condolentiam poterunt. cæterum si oratio rerum veritati conferatur, multum ab ipsius dignitate abest. Quare si aliqua dilectionis consolatio, si quædam spiritus communio, si qua viscerum miseratio, commoueamini ad nostrum auxilium. Arripite pietatis zelum, eripite nos ex hac tempestate. Proferatur etiam apud vos cum fiducia bonum illud patrum præconium, quod infamē Arij hæresim euertat, & ecclesias in sana doctrina confir-
al. coëssentialis
τριάδος συνδιάκονος
met, in qua filius consubstantialis patri prædicatur, & spiritus sanctus æqualiter connumeratur & colitur: vt quam vobis dominus pro veritate fiduciam dedit, & ob confessionem veritatis, & salutaris Trinitatis gloriationē, hāc & nobis per vestras preces vestramque cooperationem largiatur. Cæterum singula prædictus ille cooperator vobis nunciabit. omnia autē

quæ à

A quæ à vobis exacte syncereque gesta sunt, comperta habemus, Apostolicum vestrum zelum pro recta doctrina amplexati. Valete.

Ecclesiæ Neocæsarienſi consolatoria Basilij Magni. LXII.

EFflagitabant quidem quæ acciderunt vt præsentes ipsi coram essemus, & vnà vobi- παραμυθικὴ
scum debitum beato honorem persolueremus, & in tristi ista calamitate ipso aspectu mœrentibus vobis coniungeremur, simulq; in necessariis consilia communicaremus. Quoniam vero multa sunt quæ corporalem nostri coniunctionem prohibent: reliquū erat vel literis vobis in rebus istis præsentibus communicare. At viri huius virtutes, in quarū θαύματα
B potissimum priuatione intolerabili nos affectos esse damno reputamus, tantæ sunt, vt epistolæ mensuram excedant. Et alioqui intempestiuum fuerit de multitudine eorum quæ vir iste probè ac fortiter gessit sermonem iam instituere: cum animus noster admodum sit ex mœrore deiectus. Quid enim illius tale est, quod vel memoriæ nostræ excidere, vel silentio obtegi mereatur? Iā omnia summatim ac semel dicere, impossibile fuerit: particulatim vero si voluero, vereor ne non sim impar futurus veritati. Mortuus est vir, omniū lucidissimè eos quos iuxta se habebat omnibus simul humanis bonis excellens, fulcimentum patriæ, ecclesiarū de- Ἐγκώμιον Eusebij Neocæsarien.
cus, columna & firmamentum veritatis, robur eius quæ in Christum est, fidei, suorum munimētum, aduersariis nullis prorsus expugnabilis machinis, custos rituum paternorum, inimi-
C cus nouandarum rerum studio, qui in seipso visendam præbuit priscam ecclesię formam, velut ad sacram quandam veteris status imaginem ecclesiæ sibi commissæ faciem effingens: ita vt subditi illius cum illis vixisse videantur, qui ante ducentos annos, & vltra, instar luminarium resplenduerunt: ita nihil de suo, nihil quod nouæ alicuius cogitationis inuentum resiperet, in medium attulit hic vir: sed iuxta benedictionem Moysi ex ipsis arcanis cordis sui ac bonis thesauris vetera veterum, & quæ ante faciem iuniorum vetera essent, proferre nouit. Hac sanè ratione & in ipsis consortium ac coæqualium cōsiliis primo honore potitus est, nō propter ætatis prærogatiuam: sed quoniam omnes sapientiæ vetustate superabat, communi consensu & condonatione primas obtinuit. Quantum vero lucri dederit talis institutio, ne-
D mo quæsierit, is modò ad vos respexerit. Nam soli inter eos quos nouimus vel admodum cū paucis in tanta rerum tempestate ac turbine tranquillam per illius gubernationem vitam egistis. Non enim apprehendit vos hæreticorum spirituum procella quæ mentibus leuiusculis & seductioni facile expositis, subuersiones adfert & naufragia. Neque vero vnquam apprehendat, precor ô dominator omnium, qui famulo tuo Gregorio, qui crepidam ecclesiæ ab initio bene commissam accepit, constantis tranquillitatis gratiam dedisti. Hanc nolite vos præsenti tempestate amittere, neque lamentorum immodestia, & rebus tristibus vos ipsos expo- θρήνων
nendo, opportunitatem necessaria curandi insidiatoribus prodere: sed si omnino lugendum
E est, quod non dico, ne similes simus hac in re illis qui spem non habent: si videtur, ordinato vobisipsis coryphæo, aliquo decenter & cōcordi fletu cum illo plorate. Quanquam etiamsi ad extremam senectam vir iste non peruenit: at certè quod ad tempus attinet ad præsidendum vobis satis vitæ habuit: & corporis viribus tantum potitus est, quantum ad declarandam animi tolerantiam in rebus mœstis opus habuit. Cogitabit autem forsan aliquis vestrum quod & tempus, compassionis augmentum, & amoris accessio, ad satietatem iis qui experti sunt nō faciunt: ita vt quanto prolixiore tempore beneficium experti estis, tanto amplius amissionē illius sentiatis: corporis vero iusti vel vmbrā apud pios quouis honore dignam esse. Et sit quidem, quod multi vestrum hoc animo præditi sitis. Neque enim ipse quoque virum istum negligendum esse dico, sed vt quod triste accidit humano more feratur consulo. Quandoquidem & me ipsum haud fugit, quænam ab illis dici possint, qui damnum acceptum deplorant.
F Silet quidem lingua, aliàs instar fluuiorum ad aures alluens: cordis vero profundum, nemini comprehensibile, somniis imbecillius (quantum ad homines attinet) anolauit. Quis acutius illo futura præuidit? Quis tam stabili ac solido ingenio idq; fulmine citius ad occurrendū imminentibus causis sufficerit? O ciuitas multis quidem iam occupata perturbationibus, à nulla tamen illarum ad istum modum letali damno affecta. Obtigit nunc quidem pulcherrima tibi venustas: ecclesia vero lementatur, solennes conuentus lugent: sacer seniorum consessus coryphæum aliquem desiderat: sermones mystici interpretem suum expectant: adolescentes patrem, senes æqualem, qui in magistratu sunt principem, populus præsidentem, alimonia destituti nutritorem, propriissimis omnes illum nominibus implorantes, iuxta propriam quisq;

affectio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectionem propriis & accommodis quoque vocibus ipsum deplorant. Sed quò mihi sermo G
præ lacrymarum voluptate rapitur? An sobrietati non restituemur? Non reddemur nobipsis?
Non respiciemus ad communem dominum, qui postquam vnumquenque sanctorum suæ ætati seruire permisit, competenti tempore illos iterum ad se reuocauit? Iam in ista tempestate
commodum quæ ille dixit ad memoriam reuocate, qui cum vobis concionaretur perpetuò
reprimebat ac denuntiabat dicens, cauete canes, cauete malos operarios. Multi sunt canes.
Quid dico canes? Imò lupi graues, qui sub prætextu ouicularum fraudem tegentes, Vbiq; ter-
rarum gregem Christi dissipant, qui vobis præsidio vigilantis cuiusdam pastoris cauēdi sunt.
Hunc animis ab omni contentione & ambitione repurgatis petere vestrum est: domini ve- H
Gre. scilicet Neocesarié. ro designare, qui à tempore magni præsidis ecclesiæ vestræ Gregorij vsque ad beatum istum,
alium post alium semper, quasi ex quadam pretiosorum lapidum serie, depromptos adiiciens
& adaptans admirabilem ecclesiæ vestræ pulchritudinem largitus est. Itaque neque deinceps
de futuris desperandum est. Nouit enim dominus suos, & in medium eos plerunque produ-
cit, de quibus apud nos forsan nihil tale expectatur iam olim sermonem terminare volentē,
dolor cordis non permittit, quin obtester vos per patres, per rectam fidem, per beatum istū,
vt vigili mente quisque vestrum quid sibiipsi quærat, expendat: & quocunque res, siue bene, si-
ue malè cadant, se cum primis illarum participem fore putet: neque publicarum rerum curā, I
quod multi assolent, in proximum reiiciat: ne postea dum eodem singuli animo res agendas
negligitis, antequam animaduertatis, proprium sibi quisque malum per incuriam accersatis.
Ista, siue tanquam ex vicinorum commiseratione, siue ex eadem sentiētium communicatio-
ne dicta, aut etiam, quod verius est, tanquam ab iis, qui legi dilectionis obediunt, & periculum
quod silentibus timendum esset, fugiunt, cum omni beneuolentia accipietis, persuasi quòd glo
ria nostra sitis, quemadmodum & nos vestra, in diem domini, & quod propter pastorem qui
vobis dabitur, futurum sit, vt vel amplius & arctius dilectionis vinculo vniamur, vel prorsus
disiungamur, quod absit oro, nec fiet, per gratiam dei. Neque ipse iam sanè quicquam male-
dicti dixerim in quenquam. Hoc autem scire vos volumus, quod etiamsi beatum istū ad cō-
seruandam ecclesiarum pacem coniunctum nobis non habemus, propter quasdā, vt ipse vo- K
bis asseruit, anticipationes: at certe ab eo quod eadem sentiremus cum ipso, & ad certandum
aduersus hæreticos, perpetuò cóiungeremur, teste deo, & hominibus illis qui nostri experiē-
tiam ceperunt, nunquam defecimus.

Clericis ecclesiæ Neocæsarianæ epistola Basilij Magni. LXIII.

Apologetica est. QVod concordi nos odio prosequimini, & ad vnum quisque omnes ei adhæretis, qui
belli, quod aduersum nos geritur, dux est, vt erga omnes vos pariter silentio hactenꝰ
studuerimus, & neque amicis vos literis, neque aliquo prouocauerimus alloquio, sed
dolorem nostrum silentio continuerimus, causam dedit. Quoniam vero ad calumnias tacē- L
dum non est, non vt contradicendo nos ipsos vlciscamur, sed ne mendacio inoffensum pro-
gressum permittamus, aut eos qui seducti sunt damno quo afficiuntur inhærere sinamus, ne-
cessarium mihi visum est & hoc omnibus proponere, vestræq; prudentiæ scribere, licet & pau
lo ante cum omnibus presbyteris scriberemus, nullo nos responso dignati sitis. Nolite assen-
tari fratres, iis qui prauas adferunt animis vestris opiniones: neque populum dei impiis do-
Sabellij libyci & Marcelli impietas. ctrinis subuersum propter vestram velitis scientiam cōtemnere. Sabellius Libys, & Marcellus
Galates soli ex omnibus ista & docere ausi sunt & scribere, quæ nunc apud vos veluti propria
essent ipsorum inuenta in medium adferre conantur: qui populum instituunt, lingua perstre-
σοφίσματα καὶ παραλογισμούς. pentes, & ne ad verisimilem quidem probationem sophismata ista & paralogismos deducere
valentes. Hi sunt, qui fanda atque nefanda publicis aduersum nos concionibus ciaculantur, M
nostrumq; summo studio congressum declinant. Quamobrem? An non ideo quod se de prau-
uis suis doctrinis coarguendos suspicantur? Isti tantam contra nos impudentiam induerunt,
vt & somnia quædam in nos comminiscantur, doctrinam nostram tanquam nociuam tra-
ducentes: qui tamen, etiamsi capitibus suis vniuersa eorum mensium quibus arborum folia
sternuntur phantasmata complecterentur, nullam nobis prorsus poterunt aspergere calum-
niam: quandoquidem plurimos habent singulæ ecclesiæ, qui veritati testimonium ferunt. Si
quandoque causam indicti istius & irreconciliabilis belli rogantur, psalmos causantur & mo
dum melodiæ, quo sit vetus apud nos immutata canendi consuetudo, & huiusmodi quædam
alia: de quorum illos prætextu pudere debebat. Accusamur vero & huius, quod homines ha-
beamus

A beamus monachos pietatis studiosos, qui mundo renuntiarint, & vniuersis seculi istius curis,
quas dominus comparat spinis fertilitatem verbi impedientibus. Qui huiusmodi sunt, mor-
tificationem Iesu corpore circumferunt, ac cruce quisque sua accepta deum sequuntur. Ego
vero omnem vitam meam impenderem vt mihi possent ista impingi delicta, haberēq; apud
me viros, qui me doctore hoc pietatis studium amplexi hactenus fuerint. Nūc autem in Ae-
gypto quidem audio talem esse virorum quorundam virtutem, & forsan in Palæstina quoq;
sunt, qui ad Euangelij normam vitæ suæ conuersationem perfectā reddant. Audio & in Me-
sopotamia viros esse perfectos ac beatos. Nos vero perfectis collati, pueri sumus. Sunt autem
& fœminæ Euangelicam vitam amplexæ: quæ virginitatem quidem nuptiis præferūt: sensum
B vero carnis seruituti subiiciunt: & beato luctui immorantes beatæ sunt ex proposito, vbicunq; Att. Basilij modestiam.
terrarū degant. Apud nos vero ista, qui primis adhuc elementis ad pietatem instituimur &
initiamur: minuta sunt ac rudia. Quòd si qui dedecoris & indignitatis aliquid mulierum vitæ
ac statui inferunt: non est quod illos ego defendere velim. Illud vero vobis assero & confir-
mo: quòd quæ hactenus pater mendacij Satanas nō est ausus dicere: ea temeraria corda iam
& nullo retenta moderationis freno ora indesinenter & cum summa licentia loquūtur. Scire
autem vos volo, quòd optamus nobis & virorum & mulierum cœtus dari, quorum conuer-
satio in cœlis sit: qui carnem suam cum affectionibus ac cōcupiscentiis crucifixerint: quiq; nec
de cibis, nec de indumentis soliciti sint: sed immobiles & assidui apud dominū noctes ac dies
C precationibus immorentur: quorum os non loquatur opera hominum, sed hymnum conci- Vigiliæ.
nat deo nostro: quiq; sedulo propriis manibus operentur: quò possint impartiri illis qui opus
habent. Ad id vero quod propter psalmodias accusamur: quare potissimum simpliciores per-
terrefaciunt: qui nos traducunt: hoc habeo quod dicam: quod videlicet qui iam obtinuerunt
ritus omnibus Ecclesiis dei concordes sunt & consoni. De nocte siquidem populus consur- Psalmodiæ.
gens antelucano tempore domum precationis petit: inque labore & tribulatione ac lacrymis
indesinentibus facta ad deum confessione, tandem ab oratione surgentes ad psalmodiam in-
stituuntur. Et nunc quidem in duas partes diuisi alternis succinentes psallunt: atque ex eo si-
mul eloquiorum dei exercitationem ac meditationem corroborant: & cordibus suis atten-
D tionem, & reiectis vanis cogitationibus mentis soliditatē suppeditant: deinde vni ex ipsis hoc
muneris dato vt quod canendum est prior ordiatur: reliqui succinunt: atque ita psalmodię va
rietate precibusq; subinde intersertis noctem superant. Illucescēte iam die pariter omnes ve- Psalmus cōfessionis.
lut ore vno ac corde vno confessionis psalmum domino offerunt, ac suis quisque verbis resi-
piscentiam profitentur. Horum gratia si nos fugitis: fugietis simul & Aegyptios: fugietis Li-
byam vtrāque, Thebæos, Palæstinos, Arabes, Phœnicas, Syros, & qui ad Euphratem habitāt:
& vt semel dicam, omnes, apud quos vigiliæ ac preces cōmunesq; psalmodiæ in pretio sunt.
Sed ista dicitis tempore Gregorij magni non fuisse: verum, neq; Litaniæ, quas vos iam in vsu Gregorium intelligit Neocęsariē. Litaniæ.
habetis, illius tempore fuerunt. Quòd non reprehendendi gratia dixerim. Optarim enim vos
E omnes in lacrymis & iugi pœnitentia viuere, quandoquidē & nos nihil aliud facimus, quàm Λιτανεύομεν
quòd pro peccatorum nostrorum remissione supplicamus, dēpto eo, quod non humanis ver-
bis, quemadmodum vos soletis: sed oraculis spiritus deum nostrum placamus. Quòd autem
ea quæ facimus sub præclaro Gregorio in vsu non fuerint, quibus testimoniis euincere pote- ἐγκώμιον Gregorij Neoc.
ritis? Nihil eorum quæ ille in vsu habuit: ad hunc vsque diem illibatum seruâstis. Gregorius in
oratione constitutus tecto capite non fuit. Quamobrem? Germanus erat discipulus Aposto-
li dicentis. Omnis vir orans aut prophetans tecto capite, dehonestat caput suum. Et vir non
debet velare caput suum, cum sit imago & gloria dei. A iuramentis abstinuit munda illa ani-
ma, ac digna spiritus sancti communione, cui propter mandatum domini dicentis, Ego ve-
F ro dico vobis, ne iuretis omnino, satis erat etiam & non. Non est ausus ille fratrem suum vo
care fatuum comminationem domini veritus, Tumor, & ira, & amarulentia ex ore illius nō
processerunt. Conuicium odio prosequutus est: vt quod in regnum cœlorum haud inducat.
Inuidia & arrogantia à syncero illo animo procul abfuerunt. Altare non accessit, nisi fratri
reconciliatus: falsum sermonem & artificiosum, & ad detractionem cōcinnatum ita abomi-
natus est, vt qui sciret mendacium ex diabolo prognatum esse, Dominumq; omnes eos qui
mendacium loquuntur, perditurum. Horum si nihil in vobis est: sed mundi estis ab his omni-
bus, verè discipuli estis eius, qui præceptorum domini discipulus fuit. Si vero secus, videte ne
culicem excoletis dum in psalmodiis de sonitu vocis disceptantes, quæ maxima sunt præce-
ptorum dei dissoluitis. Ad hæc me verba defensionis adegit necessitas, vt discatis trabē pri
mum ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum ex vestris oculis eiicere, & tum demũ stipulas euellere alienas. Veruntamen omnia cõ- G
donamus : licet nihil sit extra diuinam examinationem , duntaxat quæ principalia sunt salua
sint:& nouationes istas circa fidem compescatis,hypostases diuinas nõ irritetis, nomen Chri
sti non abnegetis,Gregorij voces siniſtrè non interpretemini. Quòd si secus egeritis , donec
spirandi loquendiq; facultas erit,ad tantam animarum perniciem nũquam silere poterimus.

Prudentioribus ac doctioribus ecclesiæ Neocæsarianæ Basilius. LXIIII.

PLane nihil opus erat,vt animi mei vobis sententiam patefacerem , aut causas refer-
rem,propter quas istis iam in locis agam. Etenim neque alioqui ex illustriũ ego sum
numero:neque res ista tantis testibus digna est. Verum vt puto, non quæ nos volu- H
Admirabilis Basilij modestia. mus,sed ad quæ nos præceptores nostri vocant,facimus.Nam mihi magis hactenus quęritur,
vt prorsus hominum memoriæ subducar quàm iis qui gloriæ studẽt,vt sint illustres.Quia ve-
ro omnium,qui in vrbe vestra morantur,aures,isto repletos esse rumore intelligo , & nõ de-
sunt,qui ñugas & mendacia confingant ad hoc ipsum mercede conducti : vt res meas vobis
exponant:non putaui vos malo animo pollutaq; voce instructos , negligendos:sed opus esse,
Vide Monodiam Gregorij Nazãzeni. vt ipse de statu rerum mearum referam.Ego,cum propter loci huius consuetudinem,qua illi
à puero assueui (Hic enim à nutrice mea educat⁹ sum) tum propterea quòd postea quoque sæ-
penumero in hoc loco versatus sum:quem cum vrbanos tumultus fugerem, & propter soli-
tudinis silentium,illum ad philosophiæ studium commodum esse scirem : complures conti- I
nuos annos incolui , & propter iam inhabitantium securitatem breuem aliquam à negotiis
quibus distinebamur respirationem adeptus,cum gaudio solitudinem hanc accessi:non vt a-
liis hinc quicquam negotij facesserem,sed vt desiderio meo morem gererem. Quid igitur
opus est ad inania somnia confugere,& somniorum coniectores istos conducere,nosq; publi
cis conuiuiis temulentorum inter pocula fabulam facere?Ego vero , etiam si apud nonnullos
alios locum habuissent istæ calumniæ, vos tamen animi ac sententiæ meæ testes aduocãssem.
παροίνιον δίκημα Nunc igitur quemque vestrum oro , vt veterum actorum illorum recordemini quæ gesta
sunt, cum nos vrbs vestra vocaret : mitteretuŕq; legatio virorum , qui Magistratu apud vos
funguntur,deinde quomodo passim nobis populus omnis circumfusus sit. Hic quid non da- K
bant omnes?Quid non pollicebantur?Et tamen obtinere nos nequibãt. Quomodo igitur qui
tum cum vocabar non obediui:nũc citra vocationem meipsum intrudere conatus essem?
Basilij apologia à simili. Quomodo consectarer & ambirem iam calumniantes:cum aliquando laudantes me & cele-
brantes fugerim?Ne credatis hoc optimi viri. Non vsque adeo nostra floccifacimus . Neque
enim prudẽs quisquam nauigium gubernatore destitutum ingredietur: neque Ecclesiam te-
merè accedet : in qua qui ad clauum sedent tempestatem ac turbinem ipsi excitant. Vnde
χρησμολόγοι καὶ ὀνειροσκόποι. nanque tumultu referta est vrbs?Ex eo videlicet,quod aliis,cum nemo persequeretur , fugiẽ-
tibus,aliis cum nemo immineret,vrbem clanculum egredientibus , diuinatores ac somniato-
res neminem non perterrefecerunt. Vnde ista sunt nisi ex hac causa ? An non puero cuiuis L
manifestum est quod vitio eorum hæc ita habent: qui in populo primores sunt : quorum me
quidem crimina proferre non decet : vobis autem illa intelligere perfacile est. Quando e-
nim amarulentia & dissidium nullo pacto à sæuitia cohiberi possunt,& culpæ expositio into-
lerabilis prorsus habetur & ridicula,conspicuum est magnam esse animi ægritudinem,quę a-
lienis quidem bonis insidiatur:domesticum vero,idq;, cum primis, malum ei est à quo possi-
detur.Huic hominum generi & aliud quiddam pulchrè accidit. Postquàm enim in profun
dum malorum detracti,animiq; mœstitia occupati sunt, acceptum damnũ fateri ac conque-
ri præ pudore non sinuntur. Ista animi illorum affectio nõ solum ex iis quæ aduersum nos
acta sunt:sed & ex reliqua vita conspicua est. Si vero ignota esset, non admodum multum M
rebus Ecclesiæ noceret.Certissimam vero causam , ob quam nostrum fugiendum esse putant
cõgressum,quoniam ea complures forsan ex vobis latet,ego docebo:vos audite. Hoc studio-
se agitur apud vos, vt fides subuertatur , idq; subuersione apostolicis & euangelicis doctrinis
inimica:inimica quoq; traditioni magni reuera Gregorij , & eorum qui illum ex ordine sub-
sequuti sunt ad beatum vsque Musonium:cuius etiamnum dogmata quantum apud nos cele-
britatis obtineant,manifestum est.Sabellij nanque pestem, olim quidem motam , traditione
Neocęsariẽ. Greg. intelligе vero magni Gregorij consopitam,renouare conantur: qui ne deprehendantur & conuincã-
tur , ista cõtra nos somnia confinxerunt. Vos itaque valedicto temulentis hisce capitibus,
quibus suffumigatio illa crapulæ sursum inæstuans phantasmata gignit: vestrum damnum ab
iis perci-

A iis percipite,qui & vigilantes sunt,& propter timorem dei tacere nequeunt. Iudaismus est,Sa Sabellij hæresis.
bellianismus iste, sub prætextu Christianismi in euãgelicam prædicationem subinuectus. Qui πολυπρόσωπον
enim tres illas patris,& filij,& spiritus sancti personas rem dixit esse vnam, vnamq; trium po καὶ ἀνομοιωτικὴν
suit hypostasim,quid aliud fecit?An non sempiternam,quę ante secula fuit,vnigeniti essentiã ἐπιδημίαν
negat?Negat simul & per dispensationem illius ad homines aduentum,descensumq; ad infe-
ros,resurrectionem & iudicium.Negat autem & proprias ac discretas spiritus operationes.
Apud vos vero iam esse audio,qui etiã inconsideratiora audeant, quàm ineptus ausus est Sa-
bellius.Dicunt enim,qui id audierunt : eos qui apud vos sapientes sunt contendere ac dicere,
B nomen vnigeniti non esse traditum:esse vero nomen oppositi , atque in isto tãquam proprio
ipsorum inuento plurimum gloriari ac superbire.Dictum est enim,inquiunt,Ego veni,in no
mine patris mei , & non accepistis me : si alius in nomine suo venerit , illum accipietis. Et
quia dictũ est:Docete omnes Gentes,baptizantes eos in nomine patris,& filij, & spiritus san-
cti,manifestum est,inquiunt,vnum esse nomen.Nõ enim dictum est in nominibus,sed in no
mine.Hæc vobis cum rubore scripsi:quoniam de nostro sunt sanguine quidam , qui istis sunt
obnoxij,& contra meum ipsius animum ingemisco: quoniam perinde atque solent quibus cũ
duobus pugnandum est,vtrasque falsæ doctrinæ exorbitationes repellendo & sternendo,cõ-
petens veritati robur asserere cogor. Hinc enim nos vellicat Anomœus:illinc,vt apparet, Ἀνόμοιος
C Sabellius. Sed obsecro vos,vt execrandis istis & neminem subuertere valẽtibus sophismatis animum non aduertatis,sed sciatis,nomen Christi esse super omne nomen, hoc ipsum sci
licet nomen,quo filius dei vocatur & iuxta Petri sermonem, non est aliud sub cœlo nomẽ da
tum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Ad illud autem , quod Christus dixit.
Ego veni in nomine Patris mei,hoc scire oportet,quod hoc ideo dixerit,vt principiũ ac cau-
sam sui patrem esse demonstraret. Ex eo vero quod dictum est: Euntes baptizate in no-
mine patris & filij & spiritus sancti,non est putandum vnum duntaxat traditum esse nomen.
Quemadmodũ enim qui Paulum & Siluanum & Timotheum nominat , tria quidem no-
mina dicit: per syllabam tamen , &, illa inter se coniungit : ita & qui patris & filij & spiritus
sancti nomen dicit: cum tria dicat coniunctione illa complexus : vnicuique nomini propriũ
D subesse significatum docet. Quapropter & rerum in se significationem habent nomina,res
vero discretam & absolutam habere essentiam nemo eorum qui vel sensu præditi sunt , am-
bigit.Patris enim & filij & spiritus sancti natura quidem eadem est & diuinitas vna : nomina
vero discreta , determinatas nobis & absolutas intelligentias offerunt. Impossibile nanque
est,mentem vniuscuiusque nominis propriæ significationi intentam , non posse separatam &
patri , & filio , & spiritui sancto glorificationem assignare & offerre. Itaqüe si negant se
ista dicere , aut ad hunc modum docere, correcta sunt quæ salua volumus . Quanquam dif-
ficilem illis negationem video : propterea quòd complures habemus sermonum istorum te-
stes. Veruntamen nullam habebimus præteritorum rationem , modò præsentia sanentur. ὀκοπῶδιμεμ τὰ παρειλθόντα
E Si vero in istis perseuerauerint : cogemur & ad alias ecclesias acceptum damnum procla-
mare, efficereq; vt à pluribus ad vos episcopis mittantur literæ , quibus impij huius figmenti
magnitudo destruatur . Aut enim ad diligentiam & cautionem nonnihil proderit præsens διαμαρτυρία τοῦ βασιλέως
ista contestatio : aut nos in iudicio à culpa liberos reddet : imò iam libris suis has nugas pro-
strarunt:quas primum illi & Meletio episcopo homini dei miserunt : & ab illo condigno ac-
cepto responso , perinde atque propter naturæ mutilationem pudefieri solent quæ monstra
pepererunt : ita & ipsi turpes suos fœtus competentibus abditos tenebris lactant ac nutriunt.
Dederunt autem experimentum aliquod per epistolam etiam ad eiusdem nobiscum sen-
tentiæ Anthimum Thyanorum episcopum de eo , quod Gregorius in expositione fidei dixe-
rit:patrem & filium iuxta mentis quidem considerationem duos esse , hypostasi vero vnum.
F Hoc autem non dogmaticè sed contentioſè in disputatione aduersus Aelianum dictũ esse, ἕλληνας.
intelligere nequiuerunt : qui propter intelligendi subtilitatem beatos sese reputant : in qua
concertatione multi sunt eorum quæ descripta sunt , lapsus : quemadmodum , si deus volet,
ex ipsis verbis ostendemus . Quandoquidem sanè qui Gentilem ad credendum persuadere
nititur,is non putat sibi circa verba exactius disceptandum esse : sed alicubi consuetudini eius
quem ad fidem inducit,nonnihil condonat : dummodo principalibus ac necessariis non re-
luctetur. Quapropter & multas inuenias illic voces, quæ iam hæreticis plurimum addant
roboris , vtpote creatura , & factura, & si quid aliud eiusmodi est.Inuenias etiam multa quæ
ad hominis coniunctionem pertinent: quæ ad diuinitatis rationem referunt: qui præter

Universidad de Deusto
Biblioteca

eruditionem quæ ſcripta ſunt audiunt : quale & hoc ipſum eſt quod ab iſtis circũfertur. Eſt G
nanque & hoc probè tenendum,quod quemadmodum in errorem multorum deorum incidit,qui eſſentiæ diuinæ cõmunionem negat: ita Iudaiſmo obnoxius redditur: qui proprietatẽ ac diſcretionem ſubſiſtentiarum non admittit.Oportet enim mẽtem noſtram, quaſi ſubiecto cuidam fundamento innitentem , characteresq; illi euidenter impreſſos : in certa eius quod quæritur intelligentia & comprehenſione fundare . Niſi enim paternitatem intellexerimus, proprietatemq; illius in eo quo ſeparata eſt conſideraũerimus: quomodo poterimus competentem de deo cogitationem accipere? Non enim ſatis eſt perſonarum numerare differẽtias, ſed fatendum eſt vnamquanque perſonam in vera eſſe ac certa ſubſiſtentia. Alioqui figmentũ illud perſonarum quæ non habeãt ſingulæ ſuam peculiarem hypoſtaſim, neque ipſe Sabellius H
reprobaſſet:cum diceret eundem deum, in ſubiecto quidem vnum exiſtentem : ad res tamen neceſſarias quotidie ac paſſim incidentes transformatum,aliquando patrem, aliquãdo filiũ, nonnunquam ſpiritum ſanctum dici.Errorem hunc iam olim ſopitum infandæ iſtius hæreſis inuentores nunc renouant:qui dum ſubſiſtentias perſonarum irritant , ſimul nomen filij dei pernegant:quos niſi aduerſus deum iniquitatem loqui deſtiterint: cũ negatoribus Chriſti deplorare oportebit. Hæc vobis neceſſariò ſcripſimus:ad hoc , vt peruerſarum doctrinarum peſtes obſeruetis . Siquidem enim perniciоſis pharmacis aſſimilandæ ſunt prauæ doctrinæ, quemadmodum ſomniatores quoque veſtri dicunt:cicuta reuera ſunt & aconitũ, iſta figmẽta:aut ſi quod aliud eſt letale venenum.Non noſtri ſermones, ſed hæc ſunt animarum vene- I
na,quæ temulentæ illæ vociferãtur , innumeris propter affectionum varietatem phãtaſiis refertæ,quibus hoc erat, ſi ſaperent, agnoſcendum , quod impollutas & ab omni macula puras animas donum prophetiæ illuſtrat.Neque enim ſpeculum,ſi pollutum ſit : imaginum poterit impreſſiones recipere : neque anima ſecularibus occupata curis & carnalis ſenſus affectionibus obtenebrata illuminationis ſpiritus ſancti capax eſſe valebit. Non enim mox quodcũque ſomnium prophetia eſt , dicente Zacharia. Dominus phantaſiam fecit , & pluuiam imbriferam:quapropter diuinatores loquuti moleſtias , & ſomnia vana protulerunt. Iſti autem qui ſecundum Eſaiam ſomniantes,in cubilibus oſcitare dormitareq; gaudẽt , & hoc ignorãt, quòd plerunque propter filios inobedientiæ operatio mittitur erroris, & ſpiritus mendax eſt, K
qui,cum in pſeudoprophetis eſſet, Achab Regem decepit. Iſta ſcientes oportebat non vſq; adeò ſuperbire,vt ſibiipſis prophetiæ donum adſcriberent : qui & auguris Balaam cautionem non aſſequi probantur.Is enim cum à Rege Moabitarum magnis eſſet muneribus aduocatus, auſus non eſt aliquam præter voluntatem dei vocem emittere, aut Iſraëli maledicere, qui nõ maledicebat dominus.Itaque ſi phantaſiæ quas iſti in ſomniis habent , cum præceptis domini concordant,contenti ſint euangeliis , quibus non eſt opus vt aliquo ſomniorum auxilio fide digna reddantur.Si vero pacem ſuam nobis reliquit dominus,nouumq; dedit mandatum, vt nos diligam⁹ mutuo,ſomnia vero iſta pugnam ac diſſidium dilectionisq; extinctionem docent,non dent occaſionem ac locum diabolo per ſomnium mentes ipſorum inuadendi , neque maioris phantaſmata ſua faciant autoritatis quàm ſalutarem doctrinam. L

γνώμη memorabilis.

ἀγωνύμου αἱρέσεως

Collatio.

Ex collatione argu.

Zach.10.

In Sozopoli agentibus Magni Baſilij epiſtola, Iacobo Mycræo interprete. LXV.

ACcepi literas , fratres chariſſimi , quas de rerum veſtrarum ſtatu ad me ſcripſiſtis. quod nos curarum participes facitis ad neceſſaria vobis & ſtudio digna obeunda, gratiam domino egimus.Porrò indoluimus,vbi nunciatum nobis fuit,præter Arianorum tumultum graſſantem in eccleſiis,& confuſionem quam illi de fidei verbis excitarũt, aliam adhuc nouam contentionem eſſe apud vos obortam, quæ in magnam anxietatem fratres perducat.Nam ſcripſiſtis nobis hominum noua dogmata,& auribus fideliũ inſueta,tan- M
quam ex ſcripturarum videlicet diſciplina introducentium.Cæterum poſuiſtis eſſe quoſdam iſtic,qui ſalutarem Ieſu Chriſti diſpenſationem diſſoluunt,quantum ad eam nõ attinet: & magni myſterij gratiam ſpernentes,quod à ſeculis tacitum eſt,ſuo autem tempore manifeſtum. Cum dominus omnia neceſſaria generi humano eſſet proſecutus , aduentum proprium nobis in omnibus gratificatus eſt. Iuuit enim ſuam ipſius creaturam , primum per Patriarchas, quorum vitæ exempla & regulæ erant illis propoſitæ , qui Saluatoris volebant inſequi veſtigia,& iuxta ſimilem illis zelum peruenire ad bonorum operum perfectionem. Deinde legem dedit in auxilium per angelos ipſam ſtatuens in manu Moſis . Poſtea prophetas qui annunciarent

A ciarent ſalutẽ futuram.Iudices,Reges iuſtos,qui poteſtatẽ in manu occulta ederent. Poſt hos omnes in diebus extremis ipſe apparuit in carne,natus ex muliere,natus ſub lege, vt legi ſubditos redimat,vt adoptionem reciperemus. Si igitur non euenisſet domini in carne aduẽtus, non dediſſet redemptor pro nobis pœnam morte , non diſſipaſſet mortis regnum per ipſam. Si enim aliud eſſet cui mors dominaretur,aliud à domino aſſumptum eſſet,nõ ceſſaret mors quæ ipſius ſunt peragere:non noſtrum lucrum facti fuiſſent carnis deum geſtantis cruciatus: non occidiſſet peccatum in carne:non viuificati eſſemus in Chriſto, qui in Adã eramus mortui.Non recreatum quod cecidit:non inſtauratum quod corruptum : nõ placatum deo quod
B per impoſturam ſerpentis erat abalienatũ.Hæc enim omnia tolluntur ab iis, qui cœleſte corpus habentem dicunt dominum aduenisſe . Quis vſus ſanctæ virginis, ſi non ex maſſa Adam Chriſtigera caro erat aſſumenda?Verum quis tam audax,vt Valentini dogma iam olim ſuppreſſum,ſophiſticis verbis,ſcripturarũque teſtimonio denuo nunc excitet, renouetq;? Non enim recentior opinionis impietas eſt,ſed olim ab inſulſo ſtolidoq; Valẽtino incepit,qui paucas Apoſtoli dictiones dilacerans,impium ſibiipſi figmentum parauit, formam dicens ſerui, & non ipſum ſeruum aſſumpſiſſe:& in figura dominum natum eſſe affirmans,ſed non ipſum hominem ab eo aſſumptum.His finitima ſolent iſti effutire,quos deplorare conuenit , nouos nobis introducentes tumultus. Quod autem dicunt in ipſam deitatem humanos affectus in-
C cidere, eorum eſt qui parum compotes mentis exiſtunt , neque ſciunt alios carnis affectus,alios carnis animatæ,alios animæ quæ corpore vſa eſt . Carnis igitur proprium, ſecari, imminui,diſſolui.Econtrario carnis animatæ,fatigari,dolere,eſurire,ſitire,ſopore detineri.Animę corpore vtentis,triſtitiæ, infelicitates, curæ, & id genus alia. quorum aliqua naturalia & neceſſaria ſunt animanti,aliqua ex voluntate praua,quæ propter vitæ intemperãtiam, & negle-
ctum virtutis vſum inuehuntur.vnde apparet dominum alios naturales affectus ad veritatis confirmationem ſuſcepiſſe, non iuxta imaginationem aſſumptæ humanitatis . Prauas autem affectiones,quæ puritatem vitæ noſtræ inquinant , eas tãquam immaculata deitate indignas,
D abieciſſe creditur,ob hoc enim dictus eſt,in ſimilitudine natus carnis peccati . Nõ enim in ſimilitudine carnis,vt his videtur,ſed in ſimilitudine carnis peccati. Quapropter carnem noſtram cum naturalibus ipſius affectibus induit.Peccatum autem non fecit.Sed quemadmodũ mors in carne per Adam ad nos tranſmiſſa,à diuinitate abſorpta eſt, ſic & peccatum inſumptum iuſtitia Ieſu Chriſti.Quare nos in reſurrectione carnem ſumemus neque morti ſubditam,neque peccato obnoxiam.Hæc ſunt,fratres, Eccleſiæ myſteria . Hæ patrum traditiones. Prædicimus cuilibet dominum timenti,& dei iudicium expectanti, ne variis perperam commoueamini diſciplinis.Si quis aliter docet,nec credit ſanis fidei ſermonibus,ſed ſpiritus oracula contemnẽs,propriam doctrinam euangelica potiorem ſtatuit,talem vitetis. Sed dominus poteſtatem aliquãdo præbeat,vt vnà liceat eſſe,& quæ ſermoni noſtro deſunt,ea præſen-
E tes impleamus.Ex multis ſiquidem pauca vobis nunciamus, vt qui noluerimus epiſtolæ mẽſuram excedere , habeamuſque perſuaſum etiam breuiuſculam admonitionem iis qui timent dominum ſufficere. Vale.

In Photinianos & Valentinianos ἐκ φυρέματος.

Col. Adę ad Chriſtum

Nicopolitanis Baſilius Magnus. LXVI.

QVando malum proſpero ſucceſſu augeri , veſtram vero pietatem languere animũq; vos propter irremiſſas calamitates deſpondere video,mœſtitia repleor. Quãdo verò contrà magnificam dei conſidero manum , quomodo is nouerit eos qui confracti ſunt,in priſtinum gradum reſtituere,iuſtos diligere, ſuperbos conterere, & deponere po-
F tentes de ſede,mutata iterum ſententia ſpei beneficio alacrior fio.Noui autem,q⁹ orationibus veſtris motus,velocem nobis dominus conceſſurus ſit tranquillitatem: duntaxat ab oratione non deficiatis, ſed quæ verbis alios docetis , horum præſenti tempeſtate omnibus ipſo opere euidentia ſtudeatis proponere exempla.

παραμυθικὸν

Ad eccleſiam Ancyræ Baſilij Magni conſolatoria. LXVII.

IAm aliquandiu nobis ſilentium incuſſit conſternatio illa quam acerbitas intulit mali,quod vobis acciditſſe nuntiatum eſt . Poſtquam vero à ſtupore linguæ quem quaſi grãdi tonitruo aures percuſſi paſſi ſumus, parumper reſpirare datum eſt: neceſſariò iam ſuper eo quod accidit ingemuimus: iſtamq; vobis interea dum lugemus miſimus epiſtolam:non vt vos conſolaremur: (quis enim ſermo excogitari poterit,qui tantę calamitati me-

παραμυθικὸν Solatur eos, vel magis deflet mortẽ epiſcopi ipſorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deatur) sed vt dolorem cordis nostri quantum fieri potest hac vobis lugubri voce significaremus. Opus nunc haberem illis Hieremiæ lamentationibus, & si quis alius beatorum virorum calamitatis alicuius magnitudinem affectibus percitus lamentatus est. Mortuus est vir qui columna erat & stabilimentum ecclesiæ. Imò magis ad beatam vitam sublatus à nobis abscessit. Haud parum autem periculi est ne subtracto hoc fundamento simul cum illo multi decidant: & quæ in nonnullis sunt putrida ac marcida manifesta fiant. Clausum est os, quod hactenus & competenti fidutia, & sermonibus gratiæ ad fraternitatis ædificationem, scaturiuit. Ablata sunt consilia mentis, quæ reuera diuinitus agitabatur. O quoties animũ meũ (accusabo enim meipsum) nonnihil contra hunc virum indignationis subiit: quòd totus hoc desiderio tenebatur, vt dissolueretur & esset cum Christo: nec hoc pluris faciebat, vt diutius propter nos in carne maneret. Cui nam deinceps ecclesiarum curam imponemus? Quem in rebus hisce tristibus accipiemus consortem? Quem habebimus modestiæ ac temperantiæ dispensatorem? O grandem prorsus ac tristem desolationem. Quàm planè pelecano solitudinẽ incolenti similes facti sumus? Attamen si coniuncta ecclesiæ membra, & ab illius præsidentia, tanquam anima quadam in vnam sympathiam iustamq; sint communionẽ coaptata, solidè cõseruantur ad spiritualẽ concentũ per vinculũ pacis, cõseruabunturq; in sempiternũ, largiẽte deo, vt firma & immota maneant beatæ illius animæ opera, quibus pro ecclesiis dei decertauit. Alioqui haud exiguum certamen supereſt, ne contentiones & seditiones, dum eligendus est præsul, renascentes, omnem simul laborem, si contigerit dissidium, subuertant.

βρήνων. πέπωκον

πελεκάνι ἐρημικῷ.

ἀρμολογίαν

ἀγῶν.

Senatui Tyanorum Basilij Magni epistola. Iacobo Mycræo interprete. LXVIII.

προφητικὴ

PRofunda detegens, & cordium consilia perscrutãs dominus, dedit etiam humilibus prudentiã difficilium, vt nonnulli existimant, machinamentorum. Nihil igitur nos latuit, neq; ex factis aliquid occultatum. Attamen nos neque videmus neque audimus quippiam aliud, quàm dei pacem, & quæ ad ipsam maxime spectant. Si enim alij potẽtes, atque magni, suisque viribus confisi: certe nos, qui nihil sumus, & paruæ autoritatis, nunquam nos attollemus, vt in solitudine possimus rebus supereſse: cum exactè sciamus nos magis vniuscuiusque fratrum auxilio indigere, quàm altera manus alterius. Porro quòd in ipsa corporis structura cõmunio est necessaria, dominus nos docuit. Quum enim hæc ipsa nostra mẽbra respicimus, quòd vnum non sibiipsi ad functionem satis est, quomodo censebo meipsum mihi sufficere ad vitæ negotia obeunda? Neque enim pes tuto ierit altero non subleuante. Neque oculus sane viderit, nisi alterum habeat socium, & cũ eo vnanimiter visibilib⁹ se obiiciat. Iam auditus exactior est, qui per vtrosque meatus vocem recipit. Et multo validior apprehẽsio digitorum communione. Adhæc, nihil eorum vel quæ à natura, vel quæ ex instituto recte peraguntur, sine consortis conspiratione perfici videmus: cum etiam deprecatio ipsa cõsonantes non habens, multo est inualidior. Ac dominus dixit, cum duo aut tres vnanimes ipsum inuocant, in medio se illorum fore. Insuper dispensationem ipsam dominus suscepit, vt per sanguinem crucis ipsius, siue terrena, siue cœlestia pacificaret. Quare ob hæc omnia in pace manere vitæ nostræ resíduos dies precamur. in pace esse dormitionem nostram optamus. Pro hac neque laborem effugere qualemcunque decreui, non humile quid sonare vel facere, non itineris longitudinem abhorrere, non aliud quid molestum detrectare, vt ex præmiis pacificationem consequamur. Et si quis nos hæc docentes sequatur, hic optimus etiã precationis terminus existit. Sin autem in diuersum trahatur, ego quidem neque sic à meo iudicio recedam: singuli autem ipsimet suorum operum fructus in die retributionis agnoscent. Vale.

βεβαίωσις a simili

Italis & Gallis, deo dilectißimis & sanctißimis fratribus, & coadiutoribus in Italia & Gallia unanimis & concordibus episcopis Meletius, Eusebius, Basilius in domino Salutem.
Iacobo Mycræo interprete. LXIX.

γνώμη

SAepe etiam suspirium ex alto cordis editum, solatium aliquod animis indolescentibus adfert, atque lachrymæ erumpentes afflictionis copiam discutiunt. Nobis autem, quòd affectus nostros vobis aperimus, non tantum solatij experimur, quantum gemitus & lachrymæ exhibent, verum quædam nos spes etiam melior fouet. Nam forsan si vobis ea quæ molestant nũciemus, incitabimus vos ad nostrum auxiliũ, quod iamdudum à vobis pro orientalibus ecclesiis expectauimus, sed nondum sumus assequuti, deo plane nostra gubernante secundum inuisibilia eius iudicia, qui nos longiori tempore his infestari

infestari tentationibus voluit. Non enim ignoratis nostra negotia fratres honore præcipuo digni vt quæ extremi orbis fines auditu perceperint. Neq; omnino alienos ab affectu fratrum vnanimũ vos autumo, cũ sitis discipuli Apostoli docentis cõplementũ legis esse proximi dilectionẽ: sed verũ quod diximus iustum dei iudiciũ, impetum vestrum cohibuit, qui pro peccatis æquã afflictionẽ instituerit. Atqui nunc vos adhortamur, vt veritatis zelo incumbatis, & nostrũ cõdolentiæ, vbi didiceritis etiã quæ antehac vos latuerunt, à pio fratre nostro Sabino coadiutore: qui vobis poterit etiam quæ in epistola non cõprehensa sunt, cõmemorare: per quẽ, inquam, virum adhortamur vos, vt viscera miserationis induatis, omnique seposita segnitie dilectionis studiũ recipiatis, neq; viæ longitudinẽ, neq; domus negotia, neq; aliud quid humanum causemini. neq; enim vna ecclesia, neq; duæ vel tres in grauem hanc tempestatem illapsæ periclitantur, sed à finibus Illyrici ad Thebaidem vsq; hæreseos malũ depascitur, cuius praua semina prius quidem inauspicatus Arius sparsit, radicitus autem fixa à multis in medio viris impietatem studiose colentibus nunc pernicios fructus generarũt. Euersæ sunt pietatis doctrinę, confusa solutaq; pietatis vincula: dominandi libido eorũ qui nõ timent dominũ, præfecturas inuasit, & ex propatulo præmiũ impietatis præfectura proposita est. Qui in grauiorẽ blasphemiã relapsus est, in populi episcopatum præ aliis eligitur. Perit grauitas põtificũ, pastores cũ scientia gregẽ domini reliquerunt, dum præfecti distributiones pauperũ in proprios vsus donaq; semper insumunt. Canonum exacta obseruatio pessum iuit, multa peccandi libertas patet. Nam qui fauore humano ad imperium deuenerunt, eodẽ ipso fauoris gratiam implent. Iustũ iudiciũ periit. quisque cordis sui desiderio ambulat. malitia immodica, populi immorigeri, præfecti non libere loquuntur. Nã qui per homines sibiipsis potestatẽ acquisiuerunt, serui sunt eorũ quorum fauore adiuti sunt. Iam etiam arma belli inuicem, vltio videlicet sanæ doctrinæ, excogitantur: & priuatas inimicitias occultantes, pro pietate odium gerere assimulant. Alij vero ob turpissima reprehensionem à se declinantes, populum in contentionem accendunt, vt cõmunibus malis sua vitia adũbrent, absconditque. Quare etiã bellum hoc praua operantium, irritum est, dum communem pacẽ, tanquam occultã ipsorũ ignominiam detegentem, fugiunt. ob hæc rident infideles, imbecilles fluctuant, fides in ambiguo est, ignorantia animis obfunditur, q̃ adulterantes verbum in malitia veritatem videantur imitari. Taceo enim impiorũ ora. omnis blasphema lingua dissoluta est, prophanata sunt sacra. ex populo qui sanæ mentis sunt, deprecatorias domus siue oratoria fugiunt, tanquam impietatis scholas. In solitudine vero ad cœlestem dominũ cum suspiriis & lachrymis manus attollunt. Cæterũ, ad nos quoque venerunt quę in plurimis ciuitatibus gesta sunt. Populus cum mulieribus & pueris ipsisque senibus ante portas effusus, sub dio preces fundunt, omnes aëris iniurias cum magno animo sustinentes, & auxilium à domino expectantes. Quę deploratio his calamitatibus digna aut par esse possit? quales lachrymarũ fontes his malis sufficient? Quãdiu igitur stare quidem adhuc videntur, tãdiu adhuc vestigium veteris status perseruatur, priusquam consummatum ecclesiis naufragium eueniat. Præsens instat iam nobis, instat inquam, integerrimi fratres: porrigite manus, in genua inclinate. Cõmoueantur in vobis fraterna vestra viscera, profundatis lachrymas condolentiæ, & non negligite dimidium orbis ab erroribus absorptum. non sinite extingui fidem, apud quos primum illuxit. Quid igitur facientes, rebus occurretis? & quomodo erga oppressos condolentiam ostendetis, id à nobis nequaquã vos discere oportebit, sed spiritus ipse sanctus vobis suppeditabit, nimirum vt cito auxilium præstetis, quo comprehẽsos seruetis incolumes, & qui adsunt fratres complures. Nã peregrinantes synodi existunt supplementũ, vt non solum ex legatorũ grauitate, sed etiã proprio numero, ad instaurationem fidei fiduciã habeãt: qui etiam in Nicæa scriptã à patribus vestris fidem renouabunt, & hæresim funditus extirpabunt, & ecclesiis pacifica prædicabũt: eos qui nõ idẽ sentiunt, in concordiã ducentes. Hoc enim nimirũ omnium miserrimũ est, q̃ & pars quæ sanioris doctrinæ esse videtur, inuicem diuisa est: & circũstant nos persimiles afflictiones iis sane quę in Vespasiani obsidione vrbi Hierusalẽ acciderunt. huius siquidẽ populus simul extraneo bello occupabatur, simul & intestina seditione eiusdẽ tribus cõsumebatur. Nobis autẽ pręter apertũ hęreticorũ bellum, adhuc etiã ille qui ab vnanimis doctrina existimatis dissidet, ad extremã imbecillitatẽ ecclesias deduxit: propter quę potissimũ à vobis pręsidiũ desideram⁹, vt qui apostolicã fidẽ profitentur, schismatis quæ nouerint dissolutis, deinceps authoritati ecclesiæ subiiciãtur, vt sanum Christi corpus fiant, omnibus membris ad integritatem redactis. Ac nõ solum aliorum bona laudibus extollamus, quod nunc facimus, sed nostras quoque ip-

A

B

C

D

E

F

Eadẽ regerminat nostra ætas

Huc oculos appellite vestros Ecclesiæ Christi præsules

ἄσπονδος πόλεμος irreconciliabile bellum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sorum ecclesias inspiciamus,veterem integræ doctrinæ gloriam adeptas. Indubie enim sum- G
ma laude dignum iudico,quòd vobis à domino concessum est, vt fucatum à probato puroq; discernatis:patrum autem fidem sine vlla pręuaricatione prędicetis,quam & nos suscepimus, cognouimusque ex Apostolicis characteribus formatam , coniuncti quoque ipsi & omnibus quæ synodi scriptura regulariter & legitime sunt instituta.

Vere pientißimis ac desideratißimis fratribus,concordibusq; comministris Galliæ & Italiæ Episcopis Basilius Cæsariæ Cappadociæ Episcopus. LXX.

Collatio ecclesiæ ad corpus

DOminus noster Iesus Christus quoniam omnem ecclesiam dei suũ ipsius corpus no- H
minari sustinuit,& vnũquenq; nostrum alterius esse mẽbrum declarauit:dedit quoq; nobis,vt erga omnes iuxta membrorum cõsensum,amicè simus affecti.Quapropter etiãsi habitationibus sumus alter ab altero quàm longissimè dissiti ac dirempti: ratione tamẽ coniunctionis huius,propinqui sumus inuicẽ. Quoniã igitur pedibus caput dicere nõ potest: non estis mihi necessarij:planè neq; vos amicitiam nobis renũtiare sustinebitis : sed tantũ vos ad commiserationem permouebũt adflictiones nostræ,quibus propter peccata nostra traditi sumus,quantum nobis congratulationis adfert, quod in pace quam vobis largitus est dominus celebres estis . Hac itaq; ratione & nũc & aliãs dilectionem vestrã voce lugubri opplorauimus:vt nostræ miseriæ condoleatis ac succurratis.Verum planè prohibiti estis:ne ad iuuã- I
dum nos excitaremini:propterea quòd vltio diuina qua castigandi eramus, nõdum esset impleta.Nam hoc potissimum est,quod requirimus,vt ipsi quoq; Imperatori per vestram pietatem innotescat:orbis nostri perturbatio cõfusioq;. Hoc si factu difficile fuerit,vt vel aliqui vestrum ad visendũ & consolandum afflictos veniant : qui ipsis oculis cõspiciant, calamitatem. Orientis quæ auditu percipi nequit:propterea quòd nullo vobis sermone res nostras dilucidè exprimere possumus.Persequutio nos apprehendit,fratres colẽdissimi, persequutionum omnium grauissima. Abiguntur enim pastores,vt greges dispergantur.Et quod omnium est durissimũ,neq; qui affliguntur,per martyrij certitudinẽ illatas passiones tolerant:neq; plebs mar- K
tyrum loco athletas habet ac veneratur:propterea quòd Christianorũ nomine tecti sunt persequutores.Vnum iam crimen est,quod vehementer punitur:si paternas quis traditiones diligenter obseruet. Ob hanc causam paternis sedibus abiguntur pij , & ad solitudines migrare cogũtur. Nulla est apud Iudices iniquos cani capitis reuerentia non iam vlla cõspicitur religiosæ pietatis exercitatio,nulla conuersationis initur ratio, quæ ad euangelij normã ab adolescentia ad senectã vsq; legitimè perficiatur:sed cũ nemo sceleratus sine certis indiciis cõdẽnetur:episcopi sola intercedente calumnia dãnantur : & nulla euidenti probatione assertis ac corroboratis criminationibus,suppliciis traduntur.Nonnulli ne nouerunt quidẽ accusatores suos,neq; tribunalia viderunt:neq; delati sunt primum,sed nocte intempesta abrepti, in exiliũ fugati sunt:solitudinis calamitatibus ad mortẽ vsq; traditi.Quæ vero ista cõcomitẽtur nemi- L
nem latet:etiã si nos fileamus.Exilia presbyterorum,exilia diaconorũ,totiusq; cleri de populationes. Necesse enim est vel adorare imaginẽ, vel sæuæ flagrorũ flammæ tradi. Gemitus plebis,lacrymæ cõtinuæ & per singulas domos & publicè omnibus quę patiuntur inter se cõplorãtibus.Nemo enim corde est adeò vsq; lapideo, vt patre priuatus placidè ferat orphaniã. Sonitus lamentantiũ in ciuitate,sonitus in agris,in viis,in solitudinibus.Vox vna omniũ miseranda ac tristia loquentiũ.Sublatũ est gaudium,& lætitia spiritualis,in luctũ mutatæ sunt festiuitates nostræ.Domus precationum clausæ sunt.Altaria cultu spirituali vacant . Nulli amplius Christianorũ cœtus,nulla amplius doctorũ præsidentia:cessarũt doctrinæ salutares: cessarũt panegyres ac festiui cõuentus publiciq;,hymnodiæ nocturnæ nõ habentur: neq; superest beata illa exultatio , qua domino credentiũ animæ in Synaxi ac cõmunione spiritaliũ charis- M
matũ exhilarantur.Nobis iã dicere licet,cp in hoc tẽpore sit neq; princeps neq; propheta, neq; præses,neq; oblatio,neq; incensum,neq; locus vbi corã domino possit offerri sacrificiũ ac misericordia acquiri.Hæc scientibus scribimus:propterea cp nulla orbis pars est, quæ calamitates nostras ignoret.Quare nõ putabitis:cp ista vobis docendi, vel admonẽdæ diligẽtiæ vestræ gratia loquamur.Nouimus enim,cp nostri nunquam sitis oblìti:non minus q̃ mater filiorum vteri sui.Sed,quemadmodũ qui dolore aliquo occupantur , per gemitus solent releuare mœrorẽ:ita & nos facimus:vt mœstitiæ grauitatẽ nonnihil refellamus:multiformes nostras calamitates vestrę dilectioni narramus,si quo pacto ad precandũ pro nobis aliquanto feruẽtius permoti,impetretis à domino, vt nobis placatus cõcilietur. Quòd si hæ tribulationes nos solos pres-

Catalogus persecutionũ p Cõstãtiũ, Valẽtem, & Arianos

κλήρου λειτουργίαι.

Collationes exprimendis calamitatibus accommodæ

A los pressissent,visum nobis vtiq; fuisset & silentio illas obtegere,& de adflictionibus prò Christo illatis gloriari:quoniã præsentis tẽporis adflictiones non sunt pares ad gloriã quæ futura est vt reueletur in nobis.Nunc autẽ metuimus,ne quandoq; malũ hoc acceptis viribus, instar flammæ per accensam & ardentẽ materiã serpentis seseq; effundentis, si quæ vicina sunt corripuerit & absumpserit,corripiat & remotiora. Hoc enim hæreseos malũ cũcta depascitur,& periculũ est,ne vastatis nostris ecclesiis,& ad sanã incolatus vestri partẽ serpat.Nos enim forsan primi quidẽ propter exuperans peccatum nostrũ crudis istis hostium Christi dentibus vt absumamur,sumus obiecti:fortassis autẽ,quod vero propius est, quoniã à nostris locis exortũ euangelion regni,in totum orbẽ egressum est:hac ratione cõmunis animarum nostrarum ho- B
stis defectionis quoq; seminaria,quæ in eisdẽ nostris locis initiũ ceperunt: in vniuersum orbẽ transmittere contendit . Nam quibus illuxit cognitionis Christi lumẽ, super eosdẽ & impietatis tenebras inducere cogitat.Adflictiones itaq; nostras,vestras reputate:tanquam germani domini discipuli.Nõ impugnamur propter pecunias,nõ propter gloriæ splendorẽ, non propter aliquid aliud rerũ temporalium:sed propter cõmunem thesaurum,propter hæreditatem paternam,propter sanã fidem in certaminis procinctu consistimus arrecti.Lugete nobiscũ ô fratrum amantes.Occlusa nanq; sunt apud nos piorum ora: reserata vero est quælibet audax blasphemaq; lingua,eorũ qui aduersus deũ loquuntur iniustitiam . Columnæ & stabilimẽtum veritatis dissipantur.Nos,qui tenuitatis gratia despicimur:fidutia loquẽdi destituti sumus.Ip- C
si quęso & pro hisce populis decertatote,& nõ vestra tantũ spectate:quoniã ad portus appulistis tranquillos,per gratiã dei,quæ vos à turbine malorũ spirituum protegit: sed & ecclesiis illis quæ per tẽpestatem iactantur,manus porrigite : nequando omni prorsus destitutæ auxilio fidei naufragiũ patiantur.Ingemiscite nostri gratia. Nam vnigenitus blasphematur, & nemo est,qui contradicat:spiritus sanctus dehonestatur, & qui reprehendere posset fugatur . Error multorũ deorum obtinuit.Magnus apud illos deus est & paruus:filius, nõ naturæ nomen, sed honoris appellatio reputatur: Spiritus sanctus nec ad sanctæ trinitatis cõplemẽtum pertinere,nec diuinæ beatæq; naturæ cõsors : sed ex creaturarũ numero temerè & vtcunq; patri & filio adiectus esse docetur.Quis dabit capiti meo aquã,& palpebris meis fontẽ lacrymarum, & D
deplorabo cõplures dies populũ peruersis istis doctrinis ad perditionẽ adactũ:In transuersum rapiuntur simpliciorũ aures,ac deinceps in consuetudinem transeunt hæreticæ impietatis.In istiusmodi sermonibus doctrinæ plusq̃ impiæ educantur ecclesiæ infantes. Nã quid aliud etiã facient? Baptismata sunt apud hæreticos . Illi deducunt peregrè quouis progredientes : inuisunt infirmos,solantur mœstos,adiuuant laborantes & pressos,omnis generis opẽ adferunt: mysteriorũ cõmunionem administrant . Quòd omnia per illos dispensantur ac perficiuntur: quasi retinaculum quoddam est plebi quo ad illorũ concordiã astringuntur,ita vt breui temporis decursu , etiam si restituatur aliqua libertas, nulla tamen spes reliqua futura sit ad veritatis iterũ agnitionẽ reducendi eos, qui diuturnæ dilectionis vinculo hæreticis obstricti sunt. E
Quapropter cõplures ex nobis oportebat ad grauitatem vestram accurrere , & vnumquenq; rerũ suarum expositorẽ fieri . Iam vero & hoc ipsum, documentum vobis sit adflictionis eius in qua vitã viuimus planè miserabilẽ,cp ne ad vos quidem detur viam capessere & proficisci. Nã si quisquã ecclesiam suã vel breuissimo momẽto deseruerit,plebẽ confestim insidiatoribus expositam relinquet . Verum per gratiam dei vnum misimus pro multis, pientissimũ hunc & dilectum fratrẽ nostrum Dorotheũ Sympresbyterum, qui & quæcunq; literis nostris nõ satis exprimuntur , suaipsius poterit narratione adimplere: qui & cuncta diligenter peruestigauit: & zelo rectæ fidei ducitur , quem vbi pacificæ susceperitis properè ad nos bona nobis studij vestri,quo ad iuuãdum fraternitatem præditi estis,nuntia referentem remittite.

F *Alexandrinis Basilius Magnus.* LXXI.

DE persequutionibus apud Alexandriã & reliquã Aegyptum iamdudum ad nos fama peruenit,animosq; nostros affecit vt par erat. Expendimus enim astutiã belli diabolici,quomodo is vbi ecclesiam ex persequutione ab inimicis illata, multiplicari magisq; florere vidit,insidias suas mutauerit : vt iam nos non ex aperto oppugnet , sed occultas insidias struat,consilium suum per nomen Christianum quod hæretici prætexunt , obtegens, vt & eadem cum patribus nostris patiamur,& tamen haud videamur pro Christo pati: propterea quòd & ipsi persequutores nostri Christianorum nomine censentur . Ista considerantes , plurimum temporis ex eorum quæ apud vos gesta nuntiata fuerant animos no-

μεταφορὰ elegans

Vt ab oriẽte in occidẽtẽ dimanauit fides , ita & defectio.

In Arĩũ & Macedoniũ

τελειοῦσθαι

Att. hæreticorũ musculã, in quã principes viros irretiunt Zuingliani Musculi.

παρεκκλησίαι

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtros ſtupore impleuerunt ac perculerunt. Reuera nanque inſonuerunt vtræque noſtræ aures, G
vbi cognouimus impudentem,& humano generi inimicam hæreſim eorũ qui vos perſequuti
ſunt: quomodo nec aliquam venerati ſint ætatẽ, nec moleſtias caniciei, nec plebis dilectionẽ,
ſed corpora verberarunt & dehoneſtarunt, inq; exilia eiecerunt ac bona diripuerunt, quæcũq;
παρέδωκεν acquirere potuerunt: neq; humanã veriti condemnationẽ, neq; terribilem iuſti iudicis retri-
De Iudicio idẽ Baſilius, quod Greg. Romanus butionem præuidentes iſta nos ſtupefecerunt, & ipſo propè ſenſu deſtituerunt. Acceſſit autẽ
ad haſce animi mei diſceptationes,& iſta cogitatio: An eccleſias ſuas prorſus reliquit domi-
nus? An nouiſſima hora eſt,& hoc pacto initiũ ſumit defectio, vt iam deinceps reueletur ini-
quus ille filius perditionis qui aduerſatur & extollitur ſupra omnẽ qui dicitur deus, aut numẽ? H
Attamen ſiue tẽporaria eſt iſta tentatio, ferte eam vt boni Chriſti athletæ: ſiue omnimodę res
noſtræ traditæ ſunt corruptioni, ne ſocordes ſimus ad ea quæ accidunt, ſed reuelationẽ è cœ-
lis & apparitionem magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti expectemus. Si nanq; vniuerſa
creatura ſoluetur,& tranſmutabitur figura huius mundi, quid fuerit inſolentiæ, ſi & nos, qui
creaturæ portio quædam ſumus, cõmunes adflictiones tulerimus, tribulationibusq; traditi fue
rimus: quas pro menſura potentiæ ſuæ ſuper nos iuſtus inducit iudex, qui nos tentari nõ ſinet
ſupra quàm ferre poterimus, ſed & cum tentatione exitum dabit, vt ferre queam°. Expectant
vos fratres martyrũ coronæ. Parati ſunt confeſſorũ chori vt manus vobis porrigant, inq; nu-
merum ſuum vos recipiant. Memores eſtote veterũ ſanctorum, quàm nemo ſit illorum deli-
tiis & aſſentationibus patientię coronis dignus effectus: ſed omnes per magnas tribulationes I
ingreſſi, experimentum ſui dederint. Alij enim illuſionibus & flagellis explorati ſunt: alij ten-
Att. q̃ variis attriti ac p̃bati pœnis ſancti oẽs. tati ſunt, diſſecti ſunt, occiſione gladij occubuerunt. Hæc ſunt, vnde decorantur ſancti Beatus
eſt, qui dignus habetur vt pro Chriſto patiatur. Beatior is eſt qui abũdãtiores adflictiones tu-
lit. Quocirca afflictiones præſentis tẽporis pares non ſunt ad gloriam quæ futura eſt, vt re-
ueleturin nobis. Quòd ſi ipſe ad vos venire potuiſſem, congreſſu veſtro nihil fuiſſet charius,
vt & athletas Chriſti viderem & complecterer, ac precum donorumq; ſpiritalium quę vobis
data ſunt, conſortio potirer. Quoniam vero corpus habeo diuturno morbo confectum, ita vt
ne lecto quidem deſcẽdere queam,& multi ſunt, qui inſtar luporum rapacium nobis inſidiã-
tur: occaſionem venantes, an quo pacto ouiculas Chriſti aliquando rapere poſſint: neceſſario K
per literas inuiſere vos inſtitui, obſecrans cum primis quidem, vt continuè pro nobis precẽ-
mini, quò reliquos dies, aut etiam horas, domino ſecundum euãgelium regni ſeruire merear:
deinde vero vt & imperitiæ meæ & literarum tarditati ignoſcatis. Nam ægrè nobis eius ho-
minis copia facta eſt qui deſiderio noſtro ſeruire queat. Dico autem de Eugenio monacho fi
lio noſtro, per quẽ vos obſecro, vt pro nobis & vniuerſa eccleſia oretis, deq; rebus veſtris re-
ſcribatis vt cognitis illis alacriores reddamur.

Euaiſenis Baſilij Magni hortatoria epiſt. LXXII.

προτρεπτικὴ. Licet quamplurimis adobruamur negotiis, & innumeris animus noſter diſtineatur L
curis, nunquam tamen ſolicitudinem eam, quam erga dilectionem veſtram gerim° memoriæ noſtræ excidere paſſi ſumus, precantes deum noſtrum vt in fide perſeue-
retis, in qua ſtatis & exultatis in ſpe gloriæ dei. Reuera nanq; inſolens iam eſt ac vehementer
Et in hæc tẽpora ipſi reuoluimur. rarum Eccleſiam videre ſyneram quę nihil ſit à malitia temporum iſtorum læſa, ſed integrã
& inoffenſam ſeruet Apoſtolicam doctrinam, qualem præſentibus tẽporibus veſtram oſten-
dit: qui ſingulis generationib° eos qui vocatione ſua digni ſunt, manifeſtat. Det vobis domi-
nus cœleſtis Ieruſalem bona, pro eo, quod falſas contra nos calumnias in capita vaniloquo-
rum reieciſtis: nec permiſiſtis vt cordibus veſtris ſeſe inſinuarent. Noui autem & perſuaſum
habeo in domino, quòd merces veſtra multa, etiam ob hanc cauſam, ſit in cœlis. Sapienter
enim hoc apud vos ipſos conſideraſtis, quod & verum eſt, quòd qui mala mihi reddiderunt M
pro bonis, & odium pro dilectione mea, qua eos proſequutus ſum, iam me calumniantur,
eorum gratia, quæ ipſi deprehenduntur ſcripto æditis confeſſionibus approbaſſe. Et non ſo-
ἔγγραφα lum hac ſibiipſis contrarietate repugnant, ſcripto nos traducentes, ſed quod & ab Epiſcopis
illis qui Conſtantinopoli conuenerant communi decreto ab Epiſcopali functione depoſiti,
depoſitionem non agnouerunt, Synodum eam appellantes Synodum reproborum: nec
paſſi quidem eos vocari Epiſcopos, ne contra ſe prolatam ſententiam firmarent. Et cauſam
adiecerunt, ob quam illi non ſint Epiſcopi: quoniam vt inquiunt, præſunt hæreſi. Hæc ve-
rò ante annos, nondum plenè exactos, decem & ſeptem facta ſunt. Erant autem ductores
eorum

A eorum à quib° iſti depoſiti ſunt: Eudoxius, Euippius, Georgius, Acacius,& reliqui nobis igno-
ti. Qui vero iam eccleſiis dominantur, illis ſucceſſerunt: alij in illorum epiſcopatus ordinati:
alij ab illis ipſis ad præſidentiam euecti. Dicant igitur nunc, qui hanc nobis infamiam inten-
tant, quomodo hæretici fuerint illi, quorum depoſitionis ſententiã non agnouerunt: & quo-
modo iam orthodoxi ſint, qui & ab illis ad epiſcopatus euecti ſunt,& eandẽ ſententiam cum
maioribus ſuis tuentur. Si enim Orthodoxus eſt Euippius, quomodo non Laicus eſt Euſta-
thius, qui ab Euippio eſt epiſcopatu depoſitus? Si vero hæreticus eſt Euippius, quomodo ab
Euſtathio in communionẽ receptus eſt is, qui per manum Euippij ordinatus eſt? Sed hi ſunt
B iſtorum ludi, quibus eccleſiis dei pro ipſorum commodo illudunt: qui & calumniari homi- παιδιαὶ.
nes,& rurſus cõmendare conantur. Baſilidis Paphlagonici altaria, cũ Paphlagoniã tranſiret
ſubuertit Euſtathius,& propriis mẽſis miſſæ munus perfecit: & iã Baſilidi ſupplex eſt, rogans ἐλεεῖσθαι γὰρ
vt ſe ſuſcipiat. Elpidium pientiſſimum fratrem, propterea quòd Amaſenis coniunctus eſſet
excommunicauit: & nunc Amaſenis quoque ſupplex factus eſt petens illis coniungi. Quæ cõ
tra Euippium prædicauit, ſcitis vos ipſi, quàm fuerint horrẽda. Et nunc eos qui cum Euippio
ſentiunt tanquam rectè docentes commendat ac celebrat, duntaxat ad confirmandum ipſius
ſtudium & conatum cooperentur. Nos vero traducimur: non ideo quòd iniqui quicquã de-
ſignemus: ſed quòd hoc ſibi putauerit apud Antiochenos profuturum. Quos autẽ anno præ-
terito ex Galatia accerſiuerunt, vt per ipſos autoritatem & confidentiam epiſcopatus accipe-
C re poſſent, tales ſunt, quales eos nouerunt quidem qui cum illis vel pauliſper vixêre. Mihi ve-
ro nondum tantum concedit otij dominus, vt acta illorum recenſeam: veruntamen multò
ſtipati ſatellitio, ſuiſq; ſymmyſtis comitati totam ipſorum regionem tranſiuerunt, epiſcopo-
rum habẽtes obſequia & famulatus. Introducti autem in ciuitatem magnificè cum autoritate
concionati ſunt. Traditus eſt enim illis populus, traditum altare. Hi poſteaquam ad Nicopo-
lim vſque progreſſi nihil eorum potuerunt quæ polliciti fuerant ad effectum perducere, quo-
modo reuerſi ſunt? Et quales in reuerſione viſi ſint, ſciunt qui prẽſentes fuerunt. Ita perpetuò
omnia ſuo ipſorum commodo metiri deprehenduntur. Si vero dicunt, quòd reſipuerint, o-
ſtendant ſcripto ſuam reſipiſcentiam ſimulq; execrationem à fide per ſynodum Conſtanti-
D nopolitanam, ſeparationemq; ab hæreticis, nec ſimpliciores ſeducãt. Talia ſunt quæ iſti agũt.
Nos vero, fratres dilecti modici quidem momenti ſumus & humiles, ſemper tamen in eodẽ,
per gratiam dei, conſtantes nunquam ad rerum innouationem conſenſimus: fides apud nos
non alia in Seleucia, alia Conſtantinopoli, in Zelis alia, & in Lampſaco alia, & alia Ro-
mæ. Et quod nunc circunfertur fidei ſymbolum, non eſt à prioribus diuerſum, ſed vnum
& idem. Sicut enim à domino accepimus, ita baptizamur: ſicut baptizamur, ita credimus:
quemadmodum credimus, ita glorificamus, neque à patre & filio ſpiritum ſanctum ſe-
parantes, neque patri præponentes, aut filio antiquiorem eſſe ſpiritum ſanctum dicen-
tes: quemadmodum blaſphemantium linguæ aſtruunt. (Quis enim vſque adeò temerarius
fuerit, vt audeat dominica reprobata conſtitutione nominibus patris ac filij & ſpiritus ſancti
E ſuo figmento alium excogitare ordinem?) Sed neque creatum dicimus ſpiritum, qui patri &
filio coniunctus eſt: neque ſeruilem audemus dicere eum qui præſidet. Vos autem obſecram°,
vt dominicæ comminationis memores qua dixit omne peccatum ac blaſphemiam hominibus remitti, blaſphemiam vero in ſpiritum ſanctum non remitti, neque in iſto ſeculo neque
in futuro, vobis ipſis à peſtiferis contra ſpiritum doctrinis caueatis. State in fide. Ipſum or-
bem inſpicite,& videte quàm modica ſit ea portio quę hoc morbo laborat, reliqua vero vni-
uerſa eccleſia, quæ ab orbis finibus vſque ad fines euangelium recepit, ſanam hanc & rectam
doctrinam ſectetur, à cuius communione vt ne excidatis, petimus, ſimulq; precamur, vt par-
tem nobiſcum percipere mereamini in die domini noſtri Ieſu Chriſti, iuſta illa, in qua ven-
F turus eſt ad dandum vnicuique iuxta facta ſua.

Baſilius Magnus monachis ſuis. LXXIII.

τοῖς ἀσκηταῖς. Hæreticorũ Lutheranorũ, Zuinglianorũ vitãdam communionem.

POteſt quidem ſanctus deus etiam eam animi iucunditatem quæ ſit ex mutuo con-
greſſu & conuictu largiri nobis, qui ſemper & videre vos, & de rebus veſtris audire
cupimus, propterea quòd nulla alia in re animi recreationem habemus, quam in ve
ſtro profectu,& abſoluta præceptorum Chriſti obſeruantia. Interea vero, dum hoc negatur,
neceſſarium arbitramur, vt per germaniſſimos dominiq; timentes fratres noſtros vos inui-
ſamus, ac literis dilectionem veſtram alloquamur. Huius itaque gratia miſimus religioſiſſi-
mum ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum ac germanissimum fratrem nostrum,cooperatoremq; euãgelij Miletium sympresbyterum,qui vobis desiderium nostrum quo erga vos afficimur,solicitudinemq; & curam animarum exponat. Nam noctes atque dies dominum precamur vt probati habeamini, quo & nobis fiducia sit in die domini nostri Iesu Christi per vestram salutẽ,& vos clari sitis in splẽdore sanctorum,opusq; nostrum iusto dei iudicio probetur. Simul vero multam nobis solicitudinem obtinẽtis iam rerum status molestia generat: in quo omnes ecclesiæ turbatæ sunt omnes animæ concutiuntur.Nam temerè nonnulli ora sua aduersus conseruos referârunt. ἀφειδῶς. διαστροφὴ recti iudicij Mendacium sine timore effutitur,veritas obscurata est.Et qui quidẽ accusantur: mox sine iudicio condemnantur: qui vero accusant sine omni examinatione fidem inueniunt. Vnde & ego vbi complures percepi contra me circumferri epistolas, quibus perstringamur ac notemur,propterq; scripta quædam accusemur,quorum tutelarem defensionem habemus coram veritatis tribunali paratam: cogitaui quidem silendũ esse,quod & feci. (Nam tertius iam annus hic est ex quo à calũniatoribus notatus accusationis flagella sustinere cœpi, hoc vno cõtentus quòd dominum habeo secretorum cognitorem ac calumniæ istius testem) Quoniam vero multos iam silentium nostrum eò rapuisse video, vt ex illo intentatas calumnias confirmarint: nosq; non lenitatis ac patientiæ gratia, sed quod ad expromendam veritatem os aperire neutiquam ausim,eoq; silere me arbitrentur:ob eã vobis causam scribere conatus sum: obsecrans vestram in Christo dilectionem,vt calumnias quas vna pars obiicit, non mox vt prorsus veras admittatis: propterea quòd vt scriptum est,neminem iudicat lex,nisi primum audiat & cognoscat,quid statuat.Quanquam æquo iudici adveritatis declarationem ipsa rerum cognitio satis est.Itaque potestis vos ipsi, etiam si nos sileamus, ea quæ fiunt obseruare. συκοφαντίας. Qui enim errorum nos insimulant, conspicuè deprehẽsi sunt hæreticorum fauere parti. Qui nos propter aliena quædam volumina condemnant: propriis confessionibus,quas scripto nobis exposuerunt:contrarij inueniuntur.Obseruate consuetudinem eorum,qui talia temerè audent.Solent perpetuò ad præualentem deficere partem,& imbecillibus proculcatis amicis,colere potentes.Qui enim diuulgatas illas epistolas aduersus Eudoxium, totamq; illorum partem conscripserunt,ac omni fraternitati transmiserunt:contestatiq; sunt vt communionem illorum,tanquam animarum pestem fugerent: & huius gratia prolatas de ipsorum depositione sententias non receperunt, eò quòd essent ab hæreticis decisæ: sicut nobis tum persuadebant: hi iam omnium obliti,hæreticis illis coniuncti sunt,nec vllo pacto negare possunt. Animi nanque sui sententiam manifestè declarârunt in eo quòd Ancyrę per singulas domos communiones illorum salutarunt, quandoquidem ad consortium ab ipsis ad hunc modum susceptí sunt.Itaque interrogate eos: Si iam orthodoxus est Basilides illius Ecdicæi complex & conscius,quam ob rem cum Dardania rediret altaria ipsius in agro Gangrenorum subuerterint,mensasq; suas substituerint: qua ratione etiamnum ecclesias Amasiæ ac Zelorum inuadant,suaq; ipsorum autoritate constituant presbyteros ac diaconos. Nam si cum illis tanquam orthodoxis communicant,qua de causa ecclesias ipsorum velut hæreticorum inuadũt? Si vero hæreticos esse arbitrati sunt,quomodo de communione ipsorum haud pudefiunt? An ista,colendissimi fratres,non sunt ita manifesta vt à quouis puero intelligantur,quòd perpetuò proprium spectantes commodum,vel traducere quos volunt, vel commendare conantur.A nobis itaque defecerũt: nec præmissis querelis(Nam hoc est, in quo se potissimum exacerbatos esse dicunt)nec ideo,quòd Chorepiscopos quos se misisse dicunt, non susceperimus. Quanquam reddent domino rationem,qui hoc subornârunt. Vnus enim Eustathius ad nos missus cum literas apparitoribus Icarij dedisset, tribus expletis in ciuitate diebus, cum ad sua redire vellet,multo iam vesperi,cum dormirem, ædibus nostris appropinquare narrabatur. Vbi vero me dormire audierat,postridie,cum discederet, denuò me non accessit: sed ad hũc modum perfunctoriè quod nobiscum agere debebat exequutus, ad suos reuersus est. Atque hoc est crimen illud,quod commisimus nos, & patientes isti ac lenes homines isti delicto nõ contulerunt seruitutem eam quam ipsis antea in dilectione exhibuimus: sed huius erroris ac casus gratia vsque adeò grauiter nobis succensuerunt, vt ab omnibus nos totius orbis ecclesiis quantum in ipsis fuit, excommunicari fecerint. At non est ista in veritate dissidij huius causa,sed quoniam putarint se gratificaturos tum Euzoio,si sese à nobis abalienarent,istos sibiipsis prætextus commenti sunt, vt hostes nobis facti aliquò vsque sese istis commendatos redderent.Cæterum & Nicænam fidem calumniantur, nosq; homousiastas siue homoousianos probrosè vocant: propterea quòd in ea fide filium dei vnigenitum cum deo ac patre homousion

mousion,hoc est,eiusdẽ essentię cõfitemur. Non q̃ sit ex vna essentia in duas partes diuisa,fra tres,absit.Non enĩ hoc cogitauit sancta illa ac deo dilecta synodus,sed q̃ idem intelligi secũdum essentiam debet filius,q̃ pater est secundum essentiã.Sic enim nobis illi ipsi patres exposuerunt,dicentes: Lumen ex lumine. Est autem Nicæna fides quam Occidentales attulerunt, Tyanensiq; synodo tradiderunt:à qua & susceptí sunt.Sed habent astutum quoddam dogma, ad eiusmodi suas mutationes paratum.Nam verbis fidei more medicorum vtuntur, pro cõ- Ex collatione ὁμοίωσις moditate aliter atque aliter sese ad affectionum rationem ac varietatem attemperantes. Marcidum vero istud sophisma,non conuenit vt ego redarguam,sed vobis obseruandum est(dabit enim vobis intellectum dominus vt cognoscatis)quæ recta ac plana sit sententia, quæ obliqua & peruersa. Si enim alias licet atque alias fidei confessiones conscribere,& pro temporum varietate mutare,falsa est sententia eius qui dixit: vnus dominus,vna fides, vnum baptisma.Si vero hæc vera sunt,nemo vobis inanibus istis sermonibus imponat. Traducunt nos, quasi insolens ac nouum quiddam de spiritu sancto doceam⁹.Rogate igitur ipsos,quæ sit illa nostra insolentia. Nos enim, quod & accepimus, paracletum patri ac filio coniunctum non creaturæ connumeratum esse confitemur.In patrem namque,& filium, ac spiritum sanctum credimus,denique in nomine patris ac filij & spiritus sancti baptizamur. Quapropter nunquam à coniunctione patris ac filij paracletum seperamus.Mens enim nostra à spiritu sancto illustrata ad filium respicit: & in illo,veluti imagine,patrem contemplatur. Neque igitur nomina ex nobis ipsis cõminiscimur: sed spiritum sanctum paracletum quoque nominamus, neque debitam illi gloriam cassari sustinemus. Hæc sunt nostra illa cum omni veritate coniuncta.Si quisquam nos horum gratia accusat,accuset: si quis nos persequitur,persequatur:si calumniis quisquam nobis intentatis fidem habet,paratus sit ad iudicium. Dominus è vicino est,nulla in re soliciti sumus.Quòd si in Syria quisquam aliquid cõscribit, nostra nihil interest.Nã ex verbis tuis,inquit,iustificaberis,& ex verbis tuis condẽnaberis.Mea me verba iudicent: propter alienos vero errores nemo nos condẽnet: neque epistolas quisquam quas ante annos viginti scripsimus,probationis vice obiiciat:q̃ iam cum illis faciã qui illa cõscripserũt. Nos enĩ cum ante eiusmodi cõscriptiones laici essem⁹,ad laicos scripsimus, nihil de fidei causa,neq; qualia nunc ad nostrã calumniam circunferunt isti,sed vt amicos salutaremus, simpliciter eos per literas cõpellauimus. Pariter enim nos & eos qui Sabellj morbo infecti sunt, & qui Arij dogmata tuentur,vt impios fugimus & anathematizamus. Si quis eundem & patrem & filium ac spiritum sanctum dicit: & qui rem quidem vnam esse supponit,quæ sic multis nominibus appelletur: vnamq; hypostasim tribus appellationibus nominatam putat, talẽ nos Iudæorum parti coniungimus.Simili ratione si quisquam filium patri,quod ad essentiam attinet,dissimilem esse dicit,aut ad creaturam deiecit spiritum sanctũ, & hunc anathematizamus:& gentili errori vicinum esse iudicamus.At impossibile est,vt literis nostris accusantium nos ora cohibeamus:imò credibilius est nostris illos apologiis iritari quoque, vt maiora ac peiora contra nos machinentur.Interea tamen vestras cõmunire aures non est difficile.Itaque quod vestrum est facietis. Syncerũ nobis, & quod nullis sit calũniis corruptũ conseruabitis pectus,& si quid criminis nobis obiicitur,illius à nobis rationẽ exigetis: & vbi veritatem apud nos deprehenderitis, non dabitis locũ mendacio. Si vero nos in reddenda ratione deficere senseritis, tum demum accusatoribus nostris tanquam veracibus fidem habebitis.Vigilant illi in hoc vt nobis noceant.Hoc à vobis non requirimus. Nundinariam vitã exercentes,quæstuariam sibi reddunt,quam nobis intentant calumniam. Vos vero obsecramus,vt domi maneatis: honestèq; viuatis,opus domini cum silentio perficientes. Congressus sanè illorum,subdolos & ad subuersionem audiẽtium instructos declinetis,vt & dilectionem erga nos synceram custodiatis, patrumq; fidem infractam ac sanã seruetis: & apud dominum tanquam veritatis amici probati deprehendamini.

Qui error Sabellij libys fint. πολυώνυμον

Ad Occidentales episcopos de Eustathio, Apollinario & Paulino, deq; unius istorum cuiusque hæresi, Basilius Magnus. LXXIIII.

QVantum cuique vestrum,dominus deus noster in quem sperauimus largiatur gratiæ, vt proposita spe potiamini,quanto ipsi gaudio pectora nostra replẽstis, cum per literas quas nobis per desideratissimos sympresbyteros nostros scripsistis: tum ex eo quòd calamitatibus nostris tanquam viscera miserationis induti condoletis:quemadmodum nobis prædicti fratres indicârũt.Nam etiamsi vulnera nostra eodem modo perseuerant, nõ-

nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

A simili metaphora.

nihil tamen inde releuamur: quòd paratos habemus medicos qui velocem ac maturam pos- G
sunt,si detur opportunitas,doloribus nostris adferre medelam. Quapropter iam denuo vos
per dilectos hosce fratres compellamus & obsecramus, ne, si dederit vobis dominus copiam
ac securitatem accedendi,inuisere nos detrectetis. Maximum enim domini mandatum est,
infirmorum visitatio.Si vero optimus deus ac sapiens vitæ nostræ moderator hanc gratiam
in aliud tempus reiecit,saltem scribite nobis,quæ vos cum ad consolationem adflictorũ,tum
συντετριμ-μένων. ad erectionem confractorum scribere decet. Plurimum enim iam confracta est ecclesia, cu-
ius nomine & nos multum in modum tristamur.Non est autem quòd alicunde opem expe-
ctemus,nisi per vos dominus,à quibus syncerè colitur,curationem miserit.Improba quidem
& impudens Arianorum hæresis manifestè ab ecclesiæ corpore diuulsa proprio immoratur H
errori,parumq; nos lædit: propterea quòd illius impietas omnibus nota est: qui vero ouinã
pellem induti,mansuetudinem ac placiditatem externè quidem simulant, internè vero gre-
Simile euãgelicum. gem Christi crudeliter lacerant:& hoc nomine,quod ex nostro gremio progrediuntur,sim-
pliciores facile lædunt,ij sunt pernicioſi illi & qui non ita facile caueri possunt, quos per ve-
stram diligentiam omnibus Orientis ecclesiis publicari ac manifestari petimus, vt vel recta
ingredientes syncere nobis coniuncti sint,vel si peruersi esse perrexerint, pestem suam sibiip-
sis solis contineant, ne posthac per incautam communionem morbum suum vicinioribus af
fricare possint.Necessarium vero est,vt mentionem istorum nominatim faciam,vt & ipsi co
gnoscatis eos qui nos conturbant & offendicula gignunt: illosq; ecclesiis vestris manifestos, I
vt vitari possint,faciatis. Quæ nos enim loquimur multis suspecta sunt, quasi propter priua-
tas quasdam contentiones metum ac pusillanimitatem illis incutere velimus.Vos vero,quã-
to,ab illis habitatione remotiores estis,tanto plus apud plebem habetis fidei, ad quod & hoc
ἀναυλίβρητον. accedit,quod ad curandos oppressos adiumento vobis est gratia dei. Quòd si plures quoque
vnanimes eadem decreueritis, manifestum est quòd multitudo eadem decernentium indu-
bitatam omnibus efficiet dogmatis susceptionem.Est itaque vnus ex illis qui plurimum exci-
tant turbarum,Eustathius ex Sebastia minoris Armeniæ.Hic olim institutus ab Ario, cum is
Alexandriæ florens,impias aduersus vnigenitum dei blasphemias struxeret, sectator illius &
inter selectissimos discipulos connumeratus fuit.Posteaquam vero ad suos reuersus à beatis-
simo Hermogene Cæsariæ episcopo propter impiam opinionem condemnaretur, confessio- K
nem illi obtulit sanæ fidei,atque ita manus impositionem ab ipso obtinuit. Vbi vero dormi-
tionem accepit Hermogenes,mox ad Eusebium Constantinopolitanum sese contulit: qui &
ipse nihilo minus impium Arij dogma tuetur.Inde pòst quibusdam de causis pulsus,ad patriã
sese recepit:illiq; denuo erroris purgationem obtulit: sed ita vt celata & obtecta mentis im-
pietate quandam exhiberet verborum rectitudinem.Mox vero vbi vtcunque adeptus esset e-
Eustathius episcopus Arianus.ex Arij sectatore. piscopatum,anathematismum contra homousion in synodo Ancyrę habita scripsisse depre-
henditur.Ex illa ad Seleuciam profectus cum illis quos eiusdem habet opinionis ea gessit quę
omnes norunt.Constantinopoli vero iterum ad ea quæ ab hæreticis proposita sunt, consen-
sit.Atque ita episcopatu eiectus,propterea q̃ iam in Melitina synodo depositus esset,viam si- L
biipsi per quam restitueretur excogitauit,eam videlicet,vt ad vos proficisceretur. Quæ vero
sint illi à beatissimo episcopo Liberio proposita,& ad quæ cõsenserit,nobis clàm est:nisi quòd
epistolam attulit,per quam restitueretur: eam vbi Tyanæ synodo exhibuit, in suum locũ re-
stitutus est.Iste itaque iam fidem eam in quam receptus est depopulatur, cumq; illis facit qui
homousion anathemate percellunt. Deinde & hæresi patrocinatur eorum qui spiritum san-
πνευματόμα-χοι. ctum spoliant diuinitate. Quoniam igitur isthinc vires accepit lædendi ecclesias, ac publi-
candæ suæ impietatis fiducia quam vos dedistis ad subuersionem multorum vsus est,necesse
est vt isthinc quoque veniat malorum istorum correctio,scribaturq; ecclesiis,quibus quidem
conditionibus ad communionem susceptus sit: simul vero adiiciatur, quomodo iam immu- M
tata sententia gratiam à patribus qui tum erant,acceptã irritam reddat.Alter ex illis, de qui-
Apollinarij bus vos admonemus,est Apollinarius, haud parum & ipse ecclesias contristans:facilitati nã-
que scribendi,qua per occasionem ad quosuis irrepit, coniunctam habens sufficientem lin-
guæ facultatem orbem libris suis repleuit: contempto ecclesiaste qui cauendum esse dicit ne
mutili fiant libri.In multitudine autem certum est quòd multa delinquantur. Nam quomo-
do potest in multiloquio vitari peccatum:Sunt vero quæ scribit,etiam ad theologiam perti-
nentia: non ex scripturæ probationibus,sed ex humanis argumentis astructionem habentia.
Scripsit & de resurrectione quædam fabulosè imò Iudaicè composita:in quibus dicit nos ite-
rum ad

A rum ad cultum à lege præscriptum reuersuros, ita vt iterum & circuncidamur, & Sabbatum
obseruemus,& à cibis in lege prohibitis abstineamus,sacrificiaq; deo offeramus, & in templo
Ierosolymis adoremus,atque prorsus ex Christianis Iudæi reddamur, quibus quid nam pote-
rit ridiculum magis imò alienius ab euagelico dogmate dici? Deinde & de incarnatione tã-
tam mouit fratribus perturbationem,vt pauci eorum quibus colloquij cum illo nonnihil in-
terceſſit,priscum pietatis characterem conseruent: multi vero rerum nouationi attendentes
ad quæstiones & contentiosas inutilium verborum hæreses auersi sint. Paulinus vero, an qua Paulinus.
in re,quòd manus impositionem concernit,reprehensibilis sit,vos ipsi dicetis. Nos sanè con
B tristat quòd Marcelli dogmatibus fidem habet,& sectatores illius sine discrimine ad commu
nionem admittit.Scitis colendissimi fratres,quàm omnem spem nostram irritam faciat do-
gma Marcelli,quòd neq; filium propria ac discreta hypostasi præditum confitetur,sed produ
ctum,& in eum ipsum iterum conuersum ex quo venerat tradit: neq; paracletum propriam
habere hypostasim concedit: ita vt non aberret si quisquam hanc hæresim prorsus alienam
esse à Christianismo determinet,ac corruptum quendã Iudaismum appellet. Horum curam
à vobis requirimus. Eam adhibebitis,si vniuersis oriẽtis ecclesiis scribere dignabimini, vt eos
qui veritatis doctrinam ad hunc modum adulterarunt,tum demum ad cõmunionem admit
tant,si quando errata correxerint, si vero contentiosè rerum nouationi immorari voluerint,
C ab illis secedant. Cæterũ haud ignoramus & ipsi, quòd oportuerat nos vestræ prudentiæ as-
sessores,cõmuni de his rebus consideratione tractare: verum quoniam nec temporis id ratio
permittit,& dilatio pernicioſa est,propterea quòd hominum istorum pestis radices altius in-
fixit,necessitate adacti fratres hosce misimus,vt simul quęcũq; literas fugiunt,de suo vos per-
docentes pietatem vestram eò inuitent vt quæsitum ecclesiis dei auxilium exhibeatis.

Ad Neocæsarianos Basilius Magnus. LXXV.

ΠΡΟΤΡΥΠΤΙΚΗ

IAm diu inter nos nihil interceſſit mutui alloquij fratres colendissimi ac desidera-
tissimi,non secus atque qui animis sunt ira succensis.At quis vsq; adeò acceptæ iniu
riæ memor est, & irreconciliabilis erga eum à quo læsus est, vt per totam ferè ho-
D minis ætatem,conceptam odij ac iræ commotionem protendat? Id quod in nobis factum es
se apparet,cum nulla sit iusta ratio,ob quam separari,quantum nos scimus, imò contrà mul-
tæ sint & magnæ causæ propter quas summa ipse statim initio inter nos amicitia & vnitate
coniungi debuerimus.Prima est,quod vnicum ac primarium est maximi domini nostri præ-
ceptum luculenter dicentis,In hoc cognoscent omnes quòd discipuli mei estis, si charitatem
habueritis inter vos mutuam.Et Apostolus quoque manifestè nobis dilectionis bonum com
mendat: cum quòd decernit consummationẽ legis esse dilectionẽ, tum quòd dilectionis bo- 1.Cor.13.
num omnibus reliquis vtut magnis præponit,vbi dicit.Si linguis loquar & hominum & an-
gelorum,charitatem vero non habeam,factus sum æs resonans,vel cymbalum tinniens.Etsi
E habeam prophetiam,& nouerim omnia mysteria, & omnẽ scientiam, & si habeam omnem
fidem,ita vt montes transferam,charitatem verò non habeam,nihil sum.Et si impendam in
alimoniam omnes facultates meas & corpus meũ tradam, vt comburatur, charitatem autẽ
non habeam,nihil inde lucri capiam.Non quòd quicquã eorum quæ connumerata sunt,vn-
quam sine charitate præstari possit: sed quòd sanctus Apostolus,vt & ipse dixit, hyperbolico καθ' ὑπερβο-λήν.
modo voluerit excellentiam omnia superantẽ isti adscribere præcepto. Altera causa est,quòd
si quid aliud certè & hoc ad concordiam plurimũ confert:si datur iisdem vti doctoribus.Sũt
autem iidem & nobis & vobis doctores mysteriorum dei & spiritales patres, qui vestram ab
initio fundarunt ecclesiam: Gregorium dico priscum illũ,& quotquot post ipsum episcopalẽ Vide Euseb. Cæsarien.
apud vos sedem susceperunt: qui ordine succedaneo instar astrorum exorti iisdem ingres-
F si sunt vestigiis: ita vt haud facile sit volentibus conuersationis ipsorũ indicia deserere. Si ve
ro & corporalis familiaritas haud aspernanda est, sed ipsa quoque multũ ad solidam amici- μεταφορά.
tiam vitæq; cõmunionem conducit: & ea vobis erga nos nõ deest occasio.Cuius itaque gra-
tia,ô vrbium ornatissima (per vos enim vniuersæ ciuitati loquor) non isthinc veniunt literæ
vestræ,non quæ amicitiam exerat ac declaret vox vestra, sed apertæ sunt aures vestræ & ex-
positæ calũniari conantibus.Itaque tanto altius ingemiscere debeo,quãto magis quod illi fa-
tegerunt effectũ esse video. Quandoquidem delationis opus, manifestum habet magistrum
ac doctorẽ,qui cum ex multis sit malefactis notus, ab ista tamen deferendi malitia designa- Diabol⁹ vñ de dict⁹ sit.
tur: ita vt ex hoc peccato nomen inuenerit:vos vero mihi permittite,vt liberè loquar,vtras-

que

Universidad de Deusto
Biblioteca

que aures delatoribus noſtris reſeraſtis,ac quicquid illi ad vos deferunt, ſine omni examinatione admittitis,nemine exiſtente qui falſum à vero diſcernat. Quis vnquam in accuſandis vitiis nemine contradicente defecit? Quis deferendo mendacij conuictus eſt,non corã conſtituto eo quem falſò detulit? Quidnam dici poteſt, quod credibile non ſit auſcultantibus, ſi dum criminator ita vt aſſerit habere contendit: criminis accuſatus nec adeſt,nec calumnias audit? Neque ipſa vos vitæ huius conſuetudo hiſce in rebus erudit ac docet:quòd qui futurus ſit æquus ac nulli parti addictus iudex,non debeat ſe totum præoccupanti permittere, ſed & defenſionem expectare eius qui defertur, vt ex collatione eorũ quæ ab vtriſque partibus dicuntur veritas eluceſcat.Iuſtum iudicium iudicate,vnum hoc eſt ex præceptis ad ſalutem neceſſariis.Et iſta dico,non oblitus verborum Apoſtoli, quibus ille relictis humanis iudiciis vniuerſam vitam ſuam eius tribunalis examini reſeruauit: quòd falli nequit,vbi dicit,Mihi vero pro minimo eſt vt à vobis diiudicer,aut ab humano die. Verũtamen quoniã aures veſtras falſæ delationes præoccupatas detinent,delataq; eſt & calumniis impetita cũ vita noſtra,tum & fides quam habemus erga deum,ſciens delatorem tribº perſonis mali huius noxam aſpergere (Lædit enim & eum quem falſò defert, & eos quibus loquitur, & ſeipſum. Quàm ego lædar, ſcitis ipſi,etiam ſi ego ſileam) non contemnens veſtram de me exiſtimationem(quomodo enim contemnerem,qui ne illam incurram, iſta ſcribo, & huius iam gratia certo)ſed videns me eſſe in tribus iſtis perſonis,qui læduntur,ego quàm minimũ lædar.Nam ego quidẽ amicitia veſtra deſtituor: vos autẽ veritate vltro ſpoliamini. Et qui huius cauſam dedit,me quidem à vobis ſeparat,ſeipſum vero alienũ à domino reddit: propterea quòd nemo reproborum ac nefandorum hominum cum deo cõmercium habere poteſt.Propter vos itaq; magis quàm propter me,& vt diſpendiovos haud ferendo eximam,iſta ſcribo.Quod enim maius malum cuiquam accidere poterit,quàm vt rem omnium pretioſiſſimam,veritatem videlicet amittat?Quid igitur dico fratres?Non quòd ego ignorem me obnoxium peccatis, neq; quòd vita mea, non referta ſit innumeris delictis. Noui enim meipſum, nec ceſſo lacrymas profundere propter peccata mea,ſi quo pacto mihi deum placare, ac futuri ſupplicij cõminationẽ effugere queam. Sed hoc dico: Si is qui noſtra iudicat, mundum ſe confirmet habere oculum, auferat ex noſtro oculo feſtucam. fatemur enim nos multa eorum qui probè valent opus habere curãdi diligẽtia.Si vero hoc nõ facile dicet,& tanto minus dicet quãto magis fuerit mundus, propterea quod perfectorum hoc eſt proprium, vt ſeipſos non extollant (alioqui arrogantiæ phariſaïcæ obnoxij eſſent,qui ſeipſum iuſtificans condemnauit publicanum)neq; mihi quærat medicum,nec iudicet ante tempus,donec veniat dominus, qui reuelabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Memor ſit eius qui dixit,nolite iudicare, ne iudicemini,neque condemnare ne condemnemini.In ſumma fratres,ſi curabilia ſunt noſtra delicta,quare non obeditis doctori eccleſiarum,dicenti,argue,increpa,obſecra:Si vero ſcelus noſtrum ita habet,vt ſit immedicabile, quãobrem nõ in faciem nobis reſiſtit aduerſarius,vt patefactis ſceleribus noſtris,eccleſias ab ea pernicie liberet, qua per nos illę perduntur:Itaque ne feratis conuicium illud quod ſub dentibus aduerſarij clanculum aduerſum nos immurmuratur:ferendũ enim non eſt,etiam ſi id ancilla faciat ex piſtrino, aut vnus aliquis ſupra modũ nebulo ex iſtis circũforaneis, cui hominũ generi hoc vitij eſt,vt linguas in omnis generis conuicia acutas habeãt.Iam ſunt epiſcopi,vocentur illi vt cauſam cognoſcãt. Eſt clerus in vnaquaq; dei paræcia.Congregentur ſelectiores ac probatiores. Dicat cum fiducia ac liberè qui volet, vt examen ſit quod agitur non conuicium.In conſpectum ac publicũ producat,ſi qua ſunt malitiæ meæ occulta facinora.Odio vero me, ne tum quidẽ proſequatur,ſed admoneat vt fratrem. Si peccatores ſumus, commiſerandi potius ſumus apud viros beatos & innoxios,quàm acerbè & odioſè tractandi. Si vero erroris circa fidem culpamur, oſtendatur nobis Syngrapha. Deinde iudicium detur equum & neutri parti ſeparatim addictum.Legatur obiectum delictum. Probetur natura ſui cõdemnatum eſſe ſcriptum quod obiicitur magis quàm quod ex ignorantia accuſatoris culpandum eſſe videatur. Sunt namque multa bona,quæ non exacto mentis iudicio prædita talia non apparent. Neque enim quæ eiuſdem ſunt ponderis paria eſſe videntur: niſi æquilibres ſint inter ſe lances. Iam mel malè morbo quopiam affectis apparet guſtu amaricatius per corruptelam organi? Quin & oculus vitiatus multa non videt eorum quæ ſunt, & multa ſuſpicatur quæ non ſunt.Idem & in iudicanda ſermonum virtute ſæpenumero fieri video: quando eorum qui conſcripſerunt mentem habitúmve non aſſequitur iudex. Oportet enim vt eadem propè ſint animi induſtria

ἀπολογίαν.

Alluſio ad parœmiam euãgelicã.

Att.Baſilij modeſtiam.

ἐκ μύλωνος πεπλύσκηται τὴν ἀγορεύουσι.

γνώμη.

ſtria prædíti: & qui aliorum ſcripta iudicaturus eſt,& qui illa conſcripſit.An cum de agriculturæ operibus iudicare non poterit,qui non ipſe eſt agricola: & qui muſices ſcientiam nõ tenet,nec conſonantiam nec diſſonantiam in muſicis rythmis cognoſcat: ſermonũ iudex mox erit quicunque volet: qui neque præceptorem ſuum,neque tempus in quo didicerit,aſſignare valet: nec prorſus quicquam eorũ quæ ad ſermones iudicandos attinent: ſiue multũ ſiue parum intelligit? Ego vero noui quòd quæ in oraculis ſpiritus dicuntur,haud cuiuis liceat proprio ſubiicere examini, ſed ei qui ſpiritum habet diſcretionis, quemadmodum nos Apoſtolus in diuiſionibus chariſmatum docuit dicens. Huic nanque per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij fides in eodem ſpiritu, alij operationes virtutum, alij prophetia, alij diſcretiones ſpirituum. Itaque ſi noſtra ſpiritalia ſunt,oſtendat ſe donum habere diſcernendorum ſpiritalium,qui noſtra iudicare præſumit: ſi vero, quẽadmodum ipſe conuiciatur, ex ſapientia ſunt mundi huius,declaret ſe mũdanæ ſapientiæ experientiam habere, & tum demum ipſi iudicandi calculos permittemus. Nemo autem putet iſta nos ad hoc excogitare,vt cauſæ examen fugiamus. Vobis enim, fratres deſideratiſſimi, permitto, vt inter vos ipſos eorum de quibus incuſamur examen faciatis. An vſque adeò tardo eſtis ingenio, vt ad veri cognitionem omnium opus habeatis patrocinio? Quòd ſi noſtra vobis indubitata videntur, curate vt omnem contentionem abiiciant contentioſi illi nugatores. Si vero ambiguum quid illis ineſſe videtur, rogate nos, per intermediatores, qui noſtra vobis fideliter referre & exponere queant. Vel ſi videbitur, ſcripto comprehenſas probationes exigite. Omnino quouis modo curate, vt iſta quæ nobis obiiciuntur inexcuſſa non relinquantur: fidei vero noſtræ quæ poterit eſſe euidentior probatio, quàm quòd à nutrice beata fœmina, quæ ex veſtro gremio progreſſa eſt, (Macrinam dico, illuſtrem illam)educati ſumus: à qua & beatiſſimi Gregorij verba, quæ memoriæ beneficio ad illius vſque ætatem ſeruata ipſa retinuit, edocti ſumus, quibus illa nos adhuc infantes, tanquam pietatis dogmatibus finxit ac formauit. Poſteaquam vero & nos, completa per ætatem rationis maturitate, intelligendi facultatem accepimus, multum telluris ac pelagi emenſi ſumus, an aliquos inueniremus iuxta traditum nobis pietatis canonem ambulantes: & eos quos inuenimus patrum loco complexi ſumus, & pro animarum noſtrarum ad deum proficiſcendi ducibus reputauimus. Et ad hanc vſque horam gratia eius qui ſancta nos vocatione ad cognitionem ſui vocauit, nullius ſententiæ conſcij ſumus, quam ſanæ doctrinæ contrariam & inimicam cordi noſtro admiſerimus. Neque mentem noſtram vnquam execranda Arianorum blaſphemia polluimus: ſed ſi nonnullos aliquando Arij diſcipulos ad communionem aſſumpſimus, ita illos admiſimus, vt morbum ſuum quàm intimè celantes pietatis verba loquerentur: vel certè doctrinæ noſtræ nihil obluctarentur. Et hac in re non noſtro ipſorum erga tales vſi ſumus iudicio,ſed magis decreta patrum noſtrorum, quibus illi de talibus iam olim quid faciendum ſit ſtatuerunt, ſectati ſumus. Ego enim cum accepiſſem beatiſſimi patris Athanaſij Alexandrini epiſcopi literas, quas etiamnum in manibus habeo, & requirentibus legendas obiicio, quibus ille manifeſtè edixit, quòd ſi quiſquam ex Arianorum hæreſi ad nos tranſire voluerit, admittendum eſſe, nec quicquam in illo aſſumendo hæſitari debere, ſi Niceni concilij fidem confiteatur, & dogmatis huius conſortes: ille mihi omnes cum Macedoniæ tum Achaiæ epiſcopos allegâſſet, neceſſarium arbitratus ſum vt tanto viro propter fide dignam autoritatem eorum qui id decreuerant obſequerer, ſimúlque præmium pacis ſtudioſis deſtinatum adipiſci cupiens, eos qui fidem iſtam confitebantur communicantium parti adſcripſi. Fuerat autem iuſtius res noſtras æſtimare non ex vno aut altero eorum qui ad veritatem haud recto pede ingrediuntur, ſed ex multitudine totius orbis epiſcoporum, qui gratia Chriſti coniuncti nobis ſunt. Requirantur vero Piſidæ, Lycaones, Iſauri, Phryges, & qui vtriuſque ſunt Armeniæ, quotquot vicini vobis ſunt Macedones, Achæi, Illyrij, Galli, Hiſpani, tota ſimul Italia, Siculi, Aphri, & qui in Aegypto adhuc ſani ſunt, & quæ reliqua portio eſt Syriæ, qui quidem literas ad nos mittunt & viciſſim à nobis recipiũt: ex quibus cum quæ illinc ad nos feruntur, tum quæ viceuerſa iſthinc ad ipſos mittuntur cognoſcere poteſtis,quod vnanimes omnes eodẽmque ſenſu prædíti ſumus. Itaque ſi quiſquam communionem noſtram fugit, ne prudentiam veſtram lateat, ab vniuerſa illum eccleſia ſeſe diuulſiſſe, Attendite igitur fratres cum quibus communicetis. Poſtquam à nobis excludimini,quis deinceps vos ſit agniturus. Nolite nos in eam neceſſitatem conſtituere, vt de dilectiſſima nobis eccleſia triſte quid ac durum ſtatuamus. Ne detis occaſionem vt quæ iam in

Att.Baſilij prudẽtiam aduerſum Arianos.

Arianus reſipiſcẽs poſt Niceni cõcilij cõfeſſam ἐξομολόγησιν admittebatur. ἐξιόπισθεν.

ὑμῶν ἀνεξβειαν.

corde

Universidad de Deusto
Biblioteca

corde primo apud meipsum gemens temporisque malitiam deplorans, quod sine omni ratione maximæ ecclesiarum, & quæ iam olim fraterna inter se amicitia coniunctæ fuerunt, nunc inter se dissident, ne detis, inquam, occasionem, vt ista ad vniuersos communionis nostræ consortes deplorem. Ne cogatis me vt proloquar quæ hactenus rationis freno cohibitus apud meipsum occulta premo. Melius est vt nobis è medio sublatis, ecclesiæ inter se consentiant, quàm vt propter puerilem eiusmodi nostram pusillanimitatem tantum malum populis dei inferatur. Interrogate patres vestros & annuntiabunt vobis, quod etiam si loci situ diuisæ inter se visæ sint paroeciæ, tamen veluti coronamento quodam vnitæ, vnáque sententia gubernatæ fuerunt. Assidua quidem fuit populi inter se commixtio: ipsi vero pastores tanta prædi ti fuerunt mutua charitate, vt alius alio in negotiis domini pro præceptore ac duce vsi sint.

μέρεικόψυχίας.

Ad episcopos curæ suæ commissos, ne pecuniæ gratia manus cuiquam imponant.
Basilius Magnus. LXXVI.

Obsurditas rei, de qua scribo, animum quidem meum mœstitia repleuit: propterea quòd omnino in suspicionem abiit & rumore percrebuit, hactenus tamen res mihi neutiquam credibilis visa est. Quod igitur de illa scribo, medicinæ loco sit, si quisquam sibi malè conscius est. Qui sibi vero nihil huius est conscius, ei sit vice amuleti quo se præmuniat à vitio. Si quis autẽ hanc rem susq; deq; fert, id quod in vobis deprehendi nolim, illi sit pro contestatione. Quid est autem quod dico? Feruntur quidam ex vobis ab illis qui ordinantur accipere pecuniam, idq; quod peius est pietatis nomine palliare. Duplo nanque puniendus venit, qui prætextu boni quod malum est facit, cum quòd operatur quod bonum non est, tum quòd ad perficiendum peccatum bono, vt dicitur, vtitur cooperario. Hæc si ita habent, posthac non fiant sed emendentur. Alioqui necessariò dicetur ad accipientem pecunias, quod ab Apostolis ad eum dictum est, qui pecuniam dare volebat, vt communicationem emeret spiritus sancti videlicet, argẽtum tuum tecum sit ad perditionem. Leuius enim deliquit, qui propter inexperientiam emere volebat, quàm qui iam donum dei vẽdit. Auctio nanque est. Etsi, quod gratis accepisti, vendideris. Tanquam Satanæ venundatus, dei gratia priuaberis. Cauponis enim ritu quæstum rebus spiritalibus infers, & ecclesiæ, vbi corpus nobis & sanguinem Christi concreditum habemus. Ista ad hunc modum fieri non debent. Quæ vero sit hic impostura dicam. Putant se nihil delinquere, quod nõ ante, sed post manuum impositionem pecuniam accipiunt. At pecuniam accipere, accipere est quandocunque fiat. Hortor itaq; vt quæstum hunc, imò transitum ad gehẽnam, declinetis: nec manus tali lucro polluentes indignos vosipsos ad tractandum sancta mysteria cõstituatis. Ignoscite autem mihi: Primum quidem rumori isti fidem non dedi: postea vero tãquam persuasus interminor. Si quis post hanc epistolam meam tale quid designauerit, cum nostris hic altaribus nihil habebit commune, sed quæret vbi donum dei coëmptum denuò vendere queat. Nos enim & ecclesiæ dei talem consuetudinem non habemus. Cessabo, si adhuc vnum adiecero. Propter auaritiam ista fiunt. Auaritia vero, malorum omnium radix est, & idololatria vocatur. Ne velitis igitur modicæ pecuniæ gratia idola Christo præferre, neque Iudam sectantes, quæstus gratia secundo illum prodere, qui semel pro nobis cruci est affixus. Alioqui & ipsi agri, & manus eorum qui hosce fructus metunt, akeldama vocabuntur.

ὑποπέπτωκε γὰρ ἀλαλήθη.

Et in hæc tempora reuoluimur, nequid grauius dicam. Simulata æquitas non est æquitas. sed duplex iniquitas. Nempe Simonem Magum. Act.

Animaduersio in Simoniacos Basilio prorsus digna.

Simoniaci Iudæ assectæ. Ager sanguinis, Syra vox.

Transmarinis episcopis Basilius Magnus. LXXVII.

Magno desiderio congressum vestrum expetenti, semper impedimenti aliquid accidit, vnde prohibeor ne voti compos euadam. Aut enim corporis imbecillitate impedior, quam planè haud ignoratis, quãta mihi sit à prima ætate ad istam vsq; senectam, vna mecum educata, neque iuxta iustum dei iudicium qui omnia sapienter disponit, castigans & erudiens, aut solicitudo nos ecclesiarum, vel certamina quibus resistendum est, veritatis sermonem impugnantibus, remorantur. Quò circa in hunc vsque diem in multa tristitia & mœstitia dego, sciens quòd ope vestra destituor. Ego enim quoniam audiui à deo, qui ob id per carnem nos accessit, vt & factorum suorum exemplis vitam nostram instrueret, & voce sua euangelium regni nobis annuntiaret, quod dixerit, In hoc cognoscent omnes meos vos esse discipulos, si mutuam inter vos charitatem habueritis, & quòd pacem suã, veluti extremum munus, discipulis suis cum iam dispensationem quam in carne obibat absoluturus

ἐξιτήριον δῶρον.

luturus esset, reliquerit dicens. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non possum mihi ipsi persuadere, quod sine mutua charitate, & nisi quantum in me est paci erga quosuis studeam, seruus Iesu Christi dignè vocari queam. Multum iam temporis expectaui an aliquando & à vestra dilectione aliqua nostri habeatur ratio. Non enim clam vobis est, quod publicè quibusuis expositi, velut eminentes maris scopuli furias hæreticorum fluctuum excipimus, qui vbi nobis illisi infringuntur, quæ retro nos sunt haud quaquam redundant aut alluunt. Quando vero de nobis dico, non ad humanas vires refero, sed ad gratiam dei, qui in mortalium imbecillitate potentiam suam declarat, quemadmodum propheta sub persona domini loquitur, dicens. An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui? Arena nanque, re omnium infirmissima, & nullius momenti, amplitudinem ac magnam molem maris cohibuit potens deus. Cum itaque ad hunc modum habeant res nostræ, debebant continuè à vestra dilectione ex synceris fratribus aliqui mitti, qui nos adflictos & oppressos inuiserent, & multo crebrius amicæ ad nos vestræ destinari literæ, quibus vel in proposito confirmaremur: vel si qua in re offendimus, corrigeremur. Non enim negamus innumeris nos erroribus obnoxios esse, cum homines simus & in carne viuamus. Verum quoniam superiori tempore fratres colendissimi vel quia quid ex decoro faciendum fuerit ignorastis, debita nobis obsequia exhibita non sunt: vel quia quorundam malitia factum est, vt in calumnias quibus traducimur abrepti & præoccupati indignos nos amica visitatione iudicaueritis: ecce iam literis vos ipsi prouocamus, & causas huius quæ nobis adscribuntur fatemur, parati vestram hac in re institutionem amplecti: hoc tantum orantes, vt si quos admiseritis qui nos traducant ac vituperent, in conspectum nostrum coram vestra pietate constituantur. Nos enim si conuincamur, peccatum nostrum agnoscemus, & vobis post eam reprehensionem, à domino non imputabitur, si communionem nostram tanquam peccatorum declinaueritis, deinde, & præmium habebitis, si nos reprehenderitis, vt qui occultam nostram malitiam patefeceritis. Si vero antequam communicamur nos condemnaueritis, nos quidem nihil inde dispendij accipiemus: propterea quòd omnium pretiosissimum bonum nostrum charitas videlicet, qua erga vos præditi sumus, lædi nequit: vos autem, & hoc ipsum nobis amissis patiemini, & euangelio repugnare videbimini, dicenti: Num lex nostra iudicat hominẽ, nisi primum audierit cognouerítque quid faciat? Qui vero calumnias nobis quidem offundit, non autem quæ dicit certo probat, videbitur sibiipsi mali nominis accersere appellationẽ, ex eo, quod verbis iniquè & absurdè vtitur. Quo nanq; alio nomine delatorem, vocare conueniet, quàm ea appellatione quã ex re ipsa cui studet, sibi ipse imponit? Neque igitur qui nos vituperat, diabolus sit, sed accusator: imò neque accusatoris nomen accipiat, sed frater sit, in dilectione nos admonens, & ad emendationem reprehensionem nostri inducens, nec vos, auditores sitis conuiciorum, sed redargutionum probatores, & examinatores, neque nos sine remedio relinquamur, nondum patefacto nobis quid deliquerimus. Nolim enim vos hac teneri cogitatione, qua dicatis. Quoniam loca trãsmarina inhabitamus, extra periculum sumus earum adflictionum quæ complures occupant: neque opus habemus aliorum auxilio. Itaque quid proderit nobis vt cum aliis communicemus? Nam insulas quidem dominus à continẽti per maris interstitium diuisit: insulanos vero cum his qui tellurem continentem & firmam inhabitant per charitatem coniunxit. Nihil nos, fratres, separat, nisi animi proposito separationi causas roburq; demus. Vnus nobis est dominus, vna fides, spes eadem. Siue caput vosipsos vniuersalis ecclesiæ reputatis, non potest pedibus dicere caput, non est mihi opus vobis: siue in reliquum vos ecclesiasticorum mẽbrorum ordinem locatis, non potestis nobis dicere, qui in eodem vobiscum corpore constituti sumus, non estis nobis necessarij. Nam & manus mutuam inter se operã necessariam habent, & pedes mutuo sese firmant, & oculi per concordiam habent, quod obiecta clarè ac dikicidè apprehendunt. Nos quidem nostram ipsorum imbecillitatem agnoscimus & vestram auidè concordiam requirimus. Nouimus enim quòd etiam si corpore non adfueritis, precum tamen auxilio, magnum nobis grauissimis istis temporibus emolumentum adferre poteritis: vobis vero nec coram hominibus decorum erit, nec coram deo gratiæ quicquam conciliabit, si talibus volueritis vti vocibus quibus nec gentes, quæ deum non nouerunt, vsæ hactenus sunt. Nam & illas audimus, etiam vbi pro omni sufficientia agrorum fructus demetunt, propter futurorum incertitudinem mutuum obsequium amica inuicem salutatione offerre, & mutuum cõmercium inter se, tanquã rem vtilem, sectari. Nos vero,

ἀλληγορία κῶς.

Diabolus, id est delator.

ἐπαγωγὴ. 1. Cor. 12.

Argumẽ. ab exemplo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero,cũ ſimus ex illis patribus,qui vel modicis indiciis conſortij ſymbola de terræ finibus ad G
fines vſq; circũferenda, & quoſuis eiuſdẽ fidei pro ciuibus & familiaribus habendos eſſe pu-
tarunt, iam nos ipſos à reliquo orbe ſeparamus, & neque de ſingularitate erubeſcimus,nec
damni quicquam concordiæ diruptionem adferre putamus, neque horremus, quod in no-
bis formidanda domini prophetia adimpletur, qua dixit, quod propter iniquitatis abun-
dantiam refrigeſcet charitas multorum.Nolite fratres colendiſſimi, nolite hoc perpeti: ſed
Quin & iã refrixit cha ritas. cum propter præcedentia nos literis pacificis conſolemini,& amicis ſalutationibus,veluti mi-
ti quadam ac blanda contrectatione pectoris noſtri hulcus quod ipſi nobis præterita noſtri
negligentia infixiſtis,mitigate, tum ſiue volueritis ad nos proficiſci, & per voſipſos infirma H
noſtra ſcrutari, an verè ita habeant vt auditis, vel ex falſis adiectionibus grauiora de nobis
ſint ad vos relata delicta, fiat & hoc. Parati nanque ſumus obuiis manibus veſtrum excipere
aduentum, nóſque ipſos diligenti ſiſtere examini, duntaxat in iis quæ fiunt ſuperiores habeat
charitas. Siue veſtro iudicio locum quendam deſignare placuerit, in quo & quod nos con-
cernit viſitationis debitum implebimus, & quantum fieri poteſt noſtri experientiam offere-
mus, vt & præterita curentur, & nullus deinceps calumniæ locus relinquatur, per nos lice-
bit vt & hoc fiat. Nam omnino, licet infirmam circumferamus carnem, tamen donec ſpi-
rare datur, noſtri eſt officij vt nihil omittamus eorum quæ ad eccleſiarum Chriſti ædifica- I
tionem pertinent. Ne velitis igitur aſtutis nos rationibus hac quam petimus conſolatione
fraudare, ne in eam nos neceſſitatem conſtituatis vt & aliis noſtrum reuelare dolorem co-
gamur. Nam hactenus, vt ſcitis, fratres mœſtitiam noſtram in nobis ipſis contegimus, pu-
dore prohibiti, quo minus conſortibus noſtris procul diſſitis veſtram erga nos abalienatio-
nem ſignificemus, ne & illos tribulemus, & iis qui nos odio proſequuntur gaudendi occa-
ſionem demus. Hæc ſolus quidem iam, attamen ex omnium Cappadociæ fratrum ſententia
ſcripſi, qui me & hoc rogarunt ne quouis tabellione ad vos vtar,ſed virum mittam,qui quę-
cunque per epiſtolam aſſequuti non ſumus,veritine vltra competentem menſuram,ſermo-
nem extendamus, ſua prudentia, quam ex gratia dei habet, ipſe ſufficienter exequi valeat. K
Dicimus autem deſideratiſſimum ac religioſiſſimum fratrem & ſympresbyterum noſtrum
Petrum, quem & in charitate complectemini, & cum pace ad nos, vt rerum ſecundarum ſit
nuntius,ante veſtrum aduentum præmittere dignabimini.

*Exemplar fidei quam Baſilius Magnus prædicauit, cui Euſtathius epiſcopus Se-
baſtiæ ſubſcripſit.* LXXVIII.

AM illi,qui alia hactenus fidei confeſſione præoccupati, ad orthodoxorum iam v-
nitatem tranſire volunt, quàm qui nunc primum ad veritatis doctrinam & inſtru-
ctionem aſſumi deſiderant, eam fidem docendi ſunt,quæ in ſynodo Niceæ olim col L
lecta à beatis patribus conſcripta eſt. Fuerit enim hoc vtile, aduerſus eos quoque, de quibus
ſuſpicio eſt quod aduerſus ſanam doctrinam contrario ſenſu afficiantur,& tamen malæ opi-
nionis mentem ſpecioſis effugiis adumbrent. Nam& iſtis ſufficiet ſi ad hanc fidem vrgean-
tur. Aut enim emendabunt morbum quem in occulto habent: aut ſi profundius ipſum cela-
uerint, ipſi quidem fraudis condemnabuntur: nobis vero facilem in diem iudicij parabunt
ἀπολογίαν. defenſionem, quando reuelabit dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia
cordium. Conuenit igitur vt ſuſcipiantur, ſi ſe iuxta verba, quæ à patribus noſtris in Nicea
ſunt expoſita, & iuxta intellectum qui ſane per verba illa ſignificatur, credere confiteantur.
Sunt enim quidam qui in hac fide ſermonem veritatis dolo inuertant, & ad ſuam ipſorum
ſententiam intellectum ac mentem verborum torqueant.Quandoquidem & Marcellus,im- M
piè ſentiens contra perſonam domini noſtri Ieſu Chriſti, ac nudum illum eſſe verbum ex-
ponẽs, illinc auſus eſt ſe impietatis huius cauſas ſumpſiſſe prætexere,malè videlicet τὸ ὁμοού-
σιον coëſſentialis intellectu expoſito. Et nonnulli ex illis qui impietatem Sabellij Libyci ſe-
ὑπόστασιν, καὶ οὐσίαν. ctantur, hypoſtaſin & vſian idem eſſe arbitrati, illinc argumenta ad tuendam blaſphemiam
ſuam trahunt, quòd in ea fide ita ſcriptum eſt: Si vero quiſquam ex alia eſſentia, vel ſubſi-
ſtentia filium eſſe dixerit,hunc anathemate reiicit catholica & Apoſtolica eccleſia. Non e-
nim idem eſſe dixerunt patres illi eſſentiam & ſubſiſtentiam. Si enim voces iſtæ vnam ac
eandem ſignificationem haberent, quid alterutram ponere opus fuiſſet? Sed liquet ideo po-
ſitas,quod alij quidem filium eſſe ex patris eſſentia negabant: alij vero & ipſi non eſſe ex pa-
tris

A tris eſſentia filium dicebant: adiiciebant autem ex alia quoque eſſe ſubſiſtentia quadam, at-
que ita vtramque opinionem tanquam alienam à ſenſu eccleſiaſtico à ſanctis patribus reie-
ctam eſſe. Alioqui vbi mentem ſuam ſimpliciter declararunt, ex patris eſſentia filium eſſe
dixerunt, nec adiecerunt, & ex illius hypoſtaſi. Itaque illud quidem ad reprobandum ma-
lum ſenſum poſitum eſt: hoc vero declarationem habet ſalutaris dogmatis. Confitendum
igitur eſt homouſium eſſe patri filium, quemadmodum in ſymbolo ſcriptum eſt: iuxta ta-
men & hoc confitendum eſt, quod in propria hypoſtaſi,id eſt perſona ſit pater,in propria fi-
lius, in propria ſpiritus ſanctus, quemadmodum & ipſi patres manifeſtè expoſuerunt. Satis
enim hoc, & clarè oſtenderunt, vbi dixerunt, lumen de lumine. Nam aliud eſt lumen gi- τὴν αὐτὴν οὐσίας λόγον. Symbolum Niceæ.
B gnens, aliud quod gignitur. Lumen tamen & lumen vtrinque, ita vt vnum ſit & idem eſ-
ſentiæ verbum. Inſeramus vero fidem ipſam, quæ Niceæ conſcripta eſt. Credimus in vnum
deum patrem omnipotentem, omnium tam viſibilium quàm inuiſibilium factorem. Et in
vnum dominum Ieſum Chriſtum filium dei, vnigenitum, ex patre vnigenitum, hoc eſt,ex
ſubſtantia patris, deum ex deo,lumen de lumine,deum verum ex deo vero, genitum non fa- ὁμοούσιον.
ctum,conſubſtantialem patri,per quem omnia facta ſunt,cum quæ in cœlo, tum quæ in ter-
ra.Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit,& incarnatus, homo fa-
ctus,& paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit ad cœlos, venturus ad iudicandum vi-
uos ac mortuos.Et in ſpiritum ſanctum.Eos vero qui dicunt, erat aliquando quando non e- Nota Aria-
C rat, & antequam naſceretur non erat, & quoniam ex non exiſtentibus factus eſt, aut ex alia niſmum.
hypoſtaſi, aut ſubſtantia eſſe dicunt, vel mutabilem aut alterabilem, filium dei, tales anathe-
mate percutit catholica & Apoſtolica eccleſia. Quoniam igitur in hac fide reliqua quidem
ſatis diligenter determinata ſunt: alia ad correctionem noxiorum, alia ad præmunitionem
contra ea quæ in futuro ſuboriri poſſunt: ſententia vero de ſpiritu ſancto in tranſcurſu ſine
omni diligentia poſita eſt, propterea quòd nondum mota eſſet iſta quæſtio, ſed adhuc creden
tium mentibus ſecurus ac nullis obiectus inſidiis, ineſſet de ſpiritu ſancto intellectus: pau- Ante Nicenã Synodũ de ſpũ ſ. nõ dum exorta hæreſis,
latim vero peruerſa impietatis ſemina ſeſe exeruerunt: quæ primum quidem ab Ario hæreſis
autore ſeminata, poſtea vero ab illis,qui impia Arij commenta ſuſceperunt ad perniciem ec-
D cleſiarum nutrita ſunt, & ipſa impietatis ſeries ac ratio,ad blaſphemiam contra ſpiritum ſan
ctum reſpexit, neceſſarium eſt, vt aduerſum eos qui ſibi ipſis non parcunt, nec ineuitabiles
minas proſpiciunt, quas in blaſphematores ſpiritus ſancti dominus vibrauit, hoc cautionis ἐπανῦ ἐλεγετο
protendatur, vt anathematizent ipſi eos qui ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicunt, etiam
eos qui id cogitant, & qui non confitentur illum natura ſanctum eſſe, ſicut natura ſanctus
eſt pater & natura ſanctus eſt filius, ſed alienum illum à diuina & beata natura faciunt. Eſt
autem declaratio recti ſenſus in eo, ſi à patre & filio non ſeparetur. Oportet enim baptizari
nos, iuxta quod à domino accepimus, & credere ſicut baptizamur: glorificare vero patrem
& filium & ſpiritum ſanctum, quemadmodum credidimus. Et poſteaquam hac in re con-
E uenit,oportet ſimul communionem eorum fugere qui ſpiritum ſanctum creaturam eſſe di-
cunt,tanquam apertè illum blaſphemantium. Eſt enim neceſſaria ſubſignatio propter calũ-
niatores,quæ hoc habeat,quod neque ingenitum ſpiritum ſanctum,vnum enim nouimus in-
genitum, & vnum, eorum quæ ſunt, principium, patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, neque
genitum dicimus, vnum enim eſſe vnigenitum in fidei traditione didicimus: ſpiritum veri-
tatis autem, ex patre procedere edocti,ex deo ſine creatione eſſe confitemur.Anathematiza-
re vero oportet & eos qui ſpiritum ſanctum adminiſtratorium & ſeruilem ſpiritum eſſe di- λειτουργικὸν
cunt: ita vt per eam vocem illum in ordinem creaturarum deiiciant. Adminiſtratorios nã-
que ſpiritus creaturas eſſe ſcriptura nobis tradidit, dicens, quòd omnes ſunt adminiſtratorij
F ſpiritus in miniſterium miſſi. Propter eos autem qui omnia confundunt, nec doctrinam e-
uangelij cuſtodiunt,neceſſarium eſt & hoc nominatim aſtipulari vt fugiantur,& ij qui ordi-
nem à Chriſto datum inuertunt,tanquam aperte veritati repugnantes, & filium patri, ſpiri-
tum ſanctum vero filio præponunt. Immotum enim & intactum conſeruare conuenit per-
ſonarum ordinem, quem ex ipſa domini voce accepimus, qui dixit,profecti,docete omnes
gentes baptizantes eos in nomine patris,& filij & ſpiritus ſancti. Euſtathius epiſcopus ti-
bi Baſilio.Legi,agnoui,& probaui hæc præſcripta.Subſcripſi autem cum his qui mihi aderant
fratribus,Phortone & chorepiſcopo Seuero atque aliis nonnullis clericis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eustathio episcopo Sebastiæ Basilius Magnus. LXXIX. G

TEmpus esse tacendi & tempus loquendi, sermo est Ecclesiastæ. Et nunc igitur, quoniam abundè sat silentij hactenus præcessit, opportunum deinceps erit vt ad patefactionem eorum quæ ignorantur os nostrum aperiamus. Quandoquidē & magnus ille Iob multo quidem tempore calamitates suas cum silentio tulit, hoc ipso animi fortitudinem declarans: quod in molestissimis adflictionibus constans perdurauit: iam quando sufficienti cum silētio agonem illum admirabilem pertulerat, inq; imo pectore dolorem perseueranter presserat, tum tandem ore aperto ea loquutus est quæ omnibus nota sunt. Et nobis igitur iam in tertium vsque silentij annum imitabilis visa est prophetæ gloriatio illa, qua dicit, H
Ecclesiastes.7 Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Quocirca in profundo pectoris nostri dolorem quem nobis incussit calumnia, incluſum tenuimus. Vere nanque calumnia virum humiliat, calumnia pauperem conturbat. Si ergo tantum est calumniæ malum, vt & perfectum iam (perfectum enim appellatione viri significat ista parœmia) è sublimi deiiciat conturbētque pauperem, hoc est, qui magnorum adhuc dogmatum indigus est, quemadmodum & prophetæ videtur dicenti, forsan pauperes sunt, & propterea non audiunt. Ibo ad optimates, vbi pauperes vocat intelligentia carentes: vnde liHier.5 ἐνδεεῖς δογμάτων. πρὸς ἀδρούς. quet quòd eos, qui iuxta internum hominem nondum absoluti nec perfectam ætatis mensuram assequuti sunt, conturbari & iactari parœmia dicat. Attamen silentio res tristes ferendas esse putaui, fore ratus vt ipsis aliquando operibus veritatem edocentibus nonnihil I
corrigantur. Neque enim ex malitia aliqua sed per ignorantiam talia contra nos dici arbitrabar. Quoniam vero inimicitiam vnà cum ipso tempore magis inualescere video, & aduersarios meos ab iis quæ initio sparserunt nihil immutari, nec aliquam impendere curam, quo præteritis medeatur, sed magis illa repetendo obfirmare, & ad scopum quem sibi ipsis initio præfixerunt, composito gressu contendere, vt & vitam nostram adfligant, & no
minis nostri opinionem apud fratres callido commento polluant, iam mihi non videtur
καυῶσαι. χρᾶναι. λάλησω def. tutum vt silentio me cohibeam amplius: sed subit animum meum illud Esaiæ dicentis. Silui, num semper silebo, & feram: patiens fui vt parturiens loquar. Vtinam autem & mercedem silentij assequamur, & potentiam quandam redarguendi recipiamus, vt dum eos qui K
nos vituperant redarguimus, acerbum illum adobruentis nos mendacij torrentem exiccemus, quò & nobis dicere liceat, torrentem pertransiuit anima nostra. & illud, Nisi dominus fuisset in nobis, cum insurgerent homines in nos, vtique viuos absorbuissent nos. Ego
Basil post vanitatis studia, per euāgelij lectionem vt mutatus est in virū alterū. sanè, posteaquam multum temporis vanitati impendissem, & omnem propè iuuentutem inani studio attriuissem quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ à deo sapientiæ disciplinis immorabar: tandem aliquando, vbi velut ex graui somno expergefactus, ad euangelicæ veritatis admirabile lumen respexi, agnouique inutilitatem sapientiæ principum huius seculi, qui abolentur, deplorata plurimum in miserabili mea vita, ductorem mihi dari optabam
qui ad pietatis me dogmata introduceret. Et cum primis hoc mihi curæ erat, vt morum cor- L
rectionem aliquam instituerem, quos per diutinam consuetudinem, cum improbis contractam peruerteram. Lecto itaque euangelio, animaduersoq; illic, quòd plurimum occasionis & momenti adferat ad perfectionis studium, si quis bona sua vendat, deq; illis egenis fratribus communicet, & prorsus nulla teneatur vitæ istius cura, nec patiatur mētem suam aliqua rerum præsentium affectione turbari, optabam dari aliquem ex fratribus, cui istud vitæ genus
βίου κλύδωνα. Solitarij κοιλοσυρίαι. arrideret, quo vnà cū profundū vitæ huius pelagus superare liceret. Inueni sanè multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Aegyptum, deinde & alios in Palęstina, & in Cœlosyria & Mesopotamia, quorum admiratus sum cum in seruanda diæta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam: ad quorum obstupui precandi vigorem & constantiam, M
cum obseruarem quo pacto nec somno victi, nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi, sublimem semper & inuictum animi sensum in fame & siti, in frigore ac nuditate seruarent, nec corporis rationem habentes ipsi, nec ab aliis aliquid illi curæ impendi sustinentes: sed quasi in aliena carne degerent, ipso opere ostendentes, quid sit in rebus huius vitæ peregrinum esse, & conuersationem in cœlo habere. Cum illa admirarer, vitámque virorum illorum ob id beatam iudicarem, quòd ipso opere se mortificationem Iesu circumferre declararent: cupiebam & ipse, quantum mihi possibile esset, illos æmulari. Huius itaque gratia vbi videbam quosdam in patria mea illorum institutum sectari cœpisse, commoditatem aliquam reperisse me ratus, inuisibilium animi affectuum in iis quæ videri possunt experimentum

cœpi.

A cœpi. Quoniam igitur quæ in vnoquoque nostrum occulta sunt, cognosci nequeunt, satis indicij ad declarandam animi humilitatem esse putaui, si humili veste induerer, sufficereq; mihi ad faciēdam eius rei fidem, crassum & rude pallium, & zonam: & è rudi corio calceamēta. Et licet multa essent, quæ me ab illorum consuetudine auocarent, non acquiescebam tamen, cernens eos delicatæ vitæ laborum tolerantem præferre: sed magis propter conuersationis admirabilem & insuetam rationem zelotypia quadam erga illos tenebar, vnde & cum dogmatum gratia accusarentur, delationes haud admittebam: quamuis multi illos non rectas habere de deo opiniones, sed autoris hæresis eius quæ nunc est disciplinæ subditos, illius clanculum spargere dogmata, assererent: quæ quia ipse nunquam ex illis audieram, pro calū- καρτερικόν.
B niatoribus habebam qui ea referebant. Posteaquam vero ad gubernandam ecclesiam vocati sumus, qui nobis quasi prætextu adiutorij & communionis agapen concernentis, additi sint custodes & speculatores, tacebo: vt ne videar vel meipsum traducere, quasi qui nullam fidem habitura pronuntiem: aut certè si persuaderē inhumanitatis causam dare credentibus, quod & mihi ipsi propè accidisset, nisi me properè miserationes dei præseruassent. Nam parum aberat, quin erga quosuis in id suspicionis incidissem, vt putassem nihil in quoquam esse fidei: propterea quod animus meus subdolis quorundam actionibus perculsus erat. Attamē videbatur interea nobis aliquis esse prætextus eius necessitudinis, quam cum illis habebam. Contulimus vero semel atque iterum de dogmatibus: nec putauimus fugiendos esse vnà nobis-
C cum consentientes. Nam deprehendi nos vtrinque idem loqui de fide in deum, quod illi perpetuò ex nobis audierant. Licet enim reliqua vita nostra digna sit cuius gratia ingemiscamus: Att. syncerita tē fidei B. Basilij. de hoc tamen vno in domino gloriari ausim, quod nunquam falsas opiniones habuerim de deo: neq; aliter sentiendo animi postea iudicium mutauerim: sed quàm à puero sententiam de deo, à beata matre deinde & nutrice mea Macrina recepi, illam iustis incrementis auctam & adultam in meipso conseruauerim. Nō enim alias post alias matureſcēte ratione assumpsi: sed tradita ab ipsis principia absolui, & ad perfectionē deduxi. Quemadmodum enim semen βεβαιώσεις
dum crescit, maius quidem è modico redditur, idem tamen est quod antea non immutatum genere, sed perfectum ex incremento: ita & mihi eandem sententiam quidem suis auctā profectibus, nō autem quæ nunc est, ei quæ ab initio erat, aduersam esse arbitror. Expendat ergo
D suam ipsorum quisq; conscientiā, memores sint tribunalis Christi, an aliud vnquam ex nobis audierint præterquam quod iam dicimus, qui malæ nūc opinionis rumorem de nobis inuulgarunt, famosisq; epistolis, contra nos scriptis omnium vbique auribus ingesserunt: vnde & nos ad istam apologię huius necessitatem adacti sumus. Accusamur enim blasphemiæ in deum, neq; syngrapha aliqua, quam dederimus, nec per ea quæ sine scripto oretenus publicè in ecclesiis dei disputauimus conuicti. Sed neq; testis aliquis inuētus est, qui se dicat impiū quid ἐπιβλαβῶς.
ex nobis audiuisse, quod vel in obscuro aliquo loco dixerimus. Vnde igitur condēnamur, cum neque impij quicquam conscripserimus, neq; dogma noxium ipsi concionati simus, nec domesticis colloquiis eos qui nos conueniunt, peruertamus? O inanis fabulæ figmentū. In Syria,
E inquiunt, nonnulla quidam haud piè scripsit: tu verò ad illum ante annos viginti & plures etiam, literas dedisti. Socius igitur es hominis: & quæ in illo reprehenduntur, tua quoque sint crimina. At ô homo veritatis amice, qui mendacium diaboli fœtum esse edoctus es, quomo- Fœtus diaboli, mendacium.
do scis epistolam illam esse meam? Neq; enim misisti vt cognoscerēs: neq; percōtatus es, nec de me quidem qui tibi quod verum est aperire possum, veritatem edoctus es. Et si meæ essent literæ, vnde liquet volumen hoc quod nunc in manus tuas incidit, contemporaneum esse literis meis? Quis tibi retulit volumen illud esse annorū viginti? Vnde & hoc clarum est, ꝙ
F hominis illius sit hoc volumen, ad quem hæc mea missa sit epistola? Sit vero ille qui volumen hoc scripserit, & miserim ego ad illum literas meas, cōueniat & literis meis & illius volumini in ipso quoque tempore: vnde probatur, quòd illud approbauerim, & in sensu cum illo mihi conueniat? Percontare teipsum. Sæpenumero nos vbi ad fluuium Iridem degebamus inuisisti. Cum mecum esset deo dilectissimus frater Gregorius, & ad eundem mecum vitæ scopum contenderet, an audisti tale quicquam, vel significationem huius aliquam siue modicam siue magnam accepisti? Aliquādiu in villa quæ vltra fluuij ripam est, apud matrem meā, instar amicorum mutuò inter nos conuersati sumus, ac noctes atque dies collòquia miscuimus: An hic deprehensi sumus cognatum aliquid cum hæresi habere in animo? Cum beatum Siluanum pariter inuiseremus, an non illo itinere de his rebus commentabamur? Ensinoæ vero, quando me Lampsacum cum pluribus compressuri episcopis aduocastis, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

de fide erant noſtri ſermones? Non per omne id temporis diſputanti mihi contra hæreſim G
præſto erant actuarij tui? Non mecum erant toto illo tempore germaniſſimi tui diſcipuli?
Cum fratrum contubernia inuiſerem, vnaq; cum illis in precationibus pernoctarem abſque
vlla contentione aſſiduè dicens & audiens quæ ad deum pertinent, an non euidentes illic a-
nimi cogitationumq; mearum notas & indicia exhibui? Quî fit ergo quod tanti temporis ex-
perientia, marcida adeò & imbecilli ſuſpicione minor eſſe videtur? Quem vero oportebat me
animi mei præ te teſtem habere, quæ in Chalcedone nobis de fide dicta ſunt, quæ & ſæpenu-
mero Heracliæ, & quæ antea in ſuburbio Cæſariæ, an non omnia conſona nobis, & omnia in-
ter ſe concordantia fuerint? Niſi, vt dixi, quod in his quæ à nobis dicta ſunt, ex intelligentiæ
ἄυξησις. profectu acceſſio quædam obſeruari poteſt, quæ certè non eſt immutatio ab eo quod peius, ad H
id quod melius ſit, ſed adimpletio defectus per additionem ſcientiæ. Quomodo neque hoc
cogitas, quod in patrem non cadit peccatum filij, nec in filium peccatum patris, ſed quiſque
in ſuo ipſius peccato morietur? Mihi vero is, qui apud te accuſatur, nec pater eſt nec filius.
Neque enim præceptor mihi fuit, neque diſcipulus. Quod ſi peccata eorum qui gemuerunt,
filiis imputanda ſunt: multo iuſtius eſt, vt Arij peccata diſcipulis ipſius imputentur. Et ſi quis
Aetium hæreticum genuit, vt in caput illius filij quem genuit delicta redundent. Si vero in-
iuſtum eſt, vt illorum gratia quiſquam culpetur, multo profectò iuſtius eſt, nullam à nobis
rationem exigi eorum quæ qui ad nos nihil attinent dixerunt, etiam ſi omnino peccauerunt,
etiam ſi quid ab illis ſcriptum eſt cõdemnatione dignum. ignoſcendum enim mihi eſt, quod I
fidem illis quæ de ipſis dicuntur non habeo. Quandoquidem certa de me experientia eo-
rum qui nos accuſant calumniandi procliuitatem prodit & conuincit. Nam etiamſi ſeducti
arbitratiq; me eiuſdem cum illis eſſe ſententiæ qui verba illa Sabellij, quæ ipſi circunferunt,
conſcripſerunt, in iſtam contra me calumnioſam detractionẽ deueniſſent: neq; ſic tamen ve-
nia digni eſſent, abſque euidentibus experimentis mox calumniis impetentes ac vulnerantes,
eos qui neq; conuerſationis aliquid cum ipſis habuerũt, ne dicam, & eos quoq; quibus ſumma
fuerunt amicitia deuincti, & quod hinc certò probatur, quàm non ducantur ſpiritu ſancto,
quod falſas intra ſe ſuſpiciones alunt. Multa cura ac ſolicitudine opus eſt, multarúmque no-
ctium perferendæ vigiliæ, ac multis lachrymis quoque quærenda à deo veritas, ei qui fratris K
Confirmat ſimili. velit amicitiam abiicere. Si enim qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinoroſum
aliquem morti ſunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & expertiſſimos quoſque ad cauſæ tra-
ctationem aduocant, multúmque temporis inſumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc
naturæ communionem ſuſpicientes, multumq; ingemiſcentes ad iudicandi neceſſitatem de-
plorantes, nemini non manifeſtum faciunt, quod non ex propria libidine ſed ex neceſſario le
gis miniſterio condemnationis inferant ſententiam: quanto oportebat maiore diligentia, cu
ra, pluriumq; conſultatione dignum reputari, ſi quis ſeſe à fratrum amicitia, iam longo tem-
pore confirmata auellere conetur? Iam vna epiſtola, eaq; ambigua (Neque enim dices te illam
ex certis ſubſcriptionis notis cognouiſſe, quum non eam quæ primum ſcripta, ſed quæ poſt-
ea transſcripta eſt in manus acceperis) ex vnis, inquam, literis, iisq; vetuſtis periclitatur inter L
nos amicitia. viginti nanque anni ab eo quod ad hunc virum aliquid ſcriptum eſt fluxere. In-
terea vero temporis neminem talem habeo propoſiti vitæq; meæ teſtem, atque eos ipſos qui
me nunc accuſando opprimunt. Verum epiſtola iſta non eſt ſeparationis huius cauſa. Alia eſt
iſtius occaſio diſſidij, quam me quidem proferre pudet, quanq; perpetuò ſilentio preſſiſſem,
niſi quæ iam acta ſunt neceſſariam mihi ad multorum vtilitatem, propoſiti ipſorum patefa-
ctionem feciſſent. Putarunt ſuaues iſti homines impedimento ſibi ad acquirendum poten-
tatum noſtram fore communionem. & quoniam quadam fidei ſubſcriptione præoccupati
ſunt quam nos illis protulimus, non quòd ipſi de illorum ſententia hæſitaremus (fateor e-
nim) ſed quod ſuſpicionibus, quibus apud complures fratres nobiſcum concordes labora- M
rabant, mederi cuperemus, ne quid ipſis ex ea confeſſione impedimenti ad hoc, vt ab iis qui
nunc dominantur ſuſciperentur, videretur occurrere, communionem nobis denegarunt. Et
pro ſeparationis huius cauſa literarum iſtarum prætextum commenti ſunt. Euidentiſſimum
vero eorum quæ dico indicium eſt, quòd cum à nobis deficerent, accuſationesq; quas vole-
bant contra nos fingerent, literas circunquaque ad omnes antequam ad nos, miſerunt. Sep-
tem nanque dies priuſquam in noſtras manus veniret, viſa eſt illorum epiſtola, & qui il-
lam ab aliis receperant ad alios quoque illam miſſuri erant. Nam ita inſtituerant, vt alius
alij illam traderet, quo protinus in vniuerſam regionem diſtribueretur. Atque iſta mihi iam
tum nar-

A tum narrata ſunt ab iis, qui inſtitutum illorum manifeſtiſſimè nobis indicarunt. Decreui-
mus autem ſilendum eſſe, donec qui profunda reuelat, clariſſimis & irrefragabilibus indiciis
conſilia illorum publicet.

Euſtathio medico Baſilius. LXXX.

ESt quidem omnium veſtrum officium ſtudiumq; in benigno erga homines affe-
ctu poſitum, quotquot artem medẽdi exercetis. Et quidem quiſquis artis iſtius ve-
ſtræ cognitionem cæteris prætulit ſtudiis quę ad tuendam præſentem vitam faciũt,
B is mihi videtur decorum aſſecutus ſolertis iudicij, nec à decentis ſententię ſcopo aberraſſe lõ-
gius. Siquidem, quæ pretioſiſſima omnium eſt, vita, fugienda eſt ac doloroſa, niſi illam cum
ſanitate coniunctam habere liceat. Sanitatem vero ars veſtra ſuppeditat. At tibi maximè am-
bidextra eſt iſta ſcientia, latiorẽſque tibi ipſi benignitatis erga homines terminos conſti- περιδέξιος.
tuis: dum non medendis duntaxat corporibus ſcientiæ iſtius gratiam adſtringis, ſed & de
animarum languentium reſtitutione cogitas. Hæc dixerim, non ſolum rumorem quem plu
rimi ſparſerunt ſequutus: ſed & ipſa experientia edoctus, quam ipſe cum ex multis aliis,
tum præcipuè iam ex inenarrabili hoſtium noſtrorum malitia cœpi, quam inſtar fluenti Metaphora.
C contra vitam noſtram exundantem præter opinionem diſpuliſti, moleſtamq; hanc pectoris
noſtri inflammationem larga conſolatoriæ diſputationis infuſione diſtraxiſti. Ego ſanè ad
crebros & varios hoſtium noſtrorum aduerſum nos conatus reſpiciens, ſilendum eſſe & quę
inferuntur animo quieto toleranda putaui, nec reſiſtendum illis, qui mendacio muniti ſunt,
peſſima ſcilicet armatura, quæ ſæpenumero per veritatis quoque occaſionem aciem ſuam
impellit. Tu vero rectè feciſti, iubens ne veritatem prodam ſed redarguam calumniatores, μεταφορὰ συκοφάντας.
ne dum aduerſum veritatem ſucceſſu potitur mendacium, quamplurimi perdantur. Viden-
tur itaque mihi qui odium hoc inexcuſabile contra nos induerunt, haud diſſimile ab eo face-
re, quod habet Aeſopica fabula. Quemadmodum enim illa Lupum culpas quaſdam aduerſus Aeſopi fa-
D agnum producere facit, quaſi is turpe ſibi ac dedecoroſum fore putet, ſi præter iuſtam ratio- bula nõ in-
nem interimat agnum, à quo nihil ſit læſus, vt tamen, licet omnem quæ ex adornata calum- tẽpeſtiua tu
nia intenditur, accuſationem agnus placide diluat, nihilo magis lupum ab impetu ſibi tempe endæ inno-
rare, ſed etiamſi iuſtis rationibus vincatur, dentibus tamen victorem peruincere: ita & qui centiæ Ba-
odio noſtri non ſecus atque rei honeſtæ ſtudent, turpe forſan putantes, ſi abſque ratione nos ſilij.
odio perſequi videãtur, cauſas odij contra nos & crimina fingunt. Nihil autẽ eorum quę cõ-
tra nos feruntur conſtanter tuentur, ſed nunc hanc paulo pòſt aliã, & rurſus quoq; aliam ini
micitiæ cauſam aſſignãt, atq; ita nulla in re malicia illorũ ſolidè conſiſtit: ſed mox atq; ab hac
intentata culpa reſiliunt, alij incumbunt, & rurſus illa neglecta, aliam apprehendunt, & ſi om-
nia de quibus me accuſant diluero, ab odio tamen haud recedunt. Tres deos prædicari à no- Hinc aduer
E bis cauſantur, iſtoq; figmento multorum aures circunſonant, nec ceſſant donec calumniam ſus triũ deo-
hanc credibilem faciant. At pugnat pro nobis ipſa veritas, cũ in genere aduerſus omnes: tum rum profeſ-
ſeparatim eos qui nos priuatim adoriuntur, dum oſtendimus, anathemate à nobis damnatũ, ſoresſcripſit
quiſquis tres eſſe deos dixerit, nec pro Chriſtiano habendum eſſe iudicari. Sed vbi hoc audi-
unt, ad manum illis eſt contra nos Sabellius, & huius morbus in noſtro iactatur deprehendi
ſermone. Et aduerſum hanc iterum calumniam, conſuetum telum nempe veritatem obiici- ἐπίστης ἰουδαϊσμῷ.
mus, oſtendentes nos talem hæreſim nihil minus atq; Iudaiſmũ auerſari. Quid ergo? An poſt
tantos conatus fruſtra tentatos defatigati quieſcunt? Nequaquam. Sed nouandi ſtudium no
bis obiiciunt, accuſationem contra nos texentes, ex eo quod tres confitemur hypoſtaſes. Hic Tres hypoſ
cauſantur nos dicere, vnam eſſe bonitatem, & vnam potentiam, & vnam diuinitatem. At- ſtaſes, Lati-
F que hoc extra veritatem non dicunt. Nam id dicimus. Verum culpandi gratia hoc dicunt, nis tres per-
quod ſit contra ipſorum conſuetudinem, & ſcriptura non aſtipuletur. Quid ergo ad hoc di- ſonæ ſunt.
cimus? Non putamus æquum eſſe, vt quæ apud ipſos obtinuit loquendi conſuetudo, pro lege
ac canone habeatur rectæ doctrinæ. Si enim ad probandam doctrinam rectam valet cõſue- Cõſuetudo
tudo, licet & nobis omnino hac in re illos imitari. Stemus itaq; arbitratu inſpiratæ à deo ſcri nõ præiudi
pturæ, & apud quos inueniuntur dogmata diuinis oraculis cõſona, illis omninoveritatis ad- cat ſcriptu-
iudicetur ſententia. Quid igitur habet iſta accuſatio? Duo pariter in iſta ſunt aduerſum nos ræ.
accuſatione obiecta. Vnum, quod diuidimus hypoſtaſes: alterum quod nullum eorum no- δόγμα du-
minum, quæ diuinam referunt maieſtatem, pluraliter numeramus, ſed vnam, ſicut dictum plex Baſilij.
eſt, bonitatem & potẽtiam, & diuinitatem, & quæ talia ſunt omnia ſingulariter proferamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Igitur ab hypostáseωn diuisione alieni sanè non erunt, qui personarum subsistentiũ alterationẽ G
in diuina natura tradunt. Non enim verisimile est, quod qui tres substantias esse dicunt, non
etiam tres dicant esse hypostaseis. Hoc itaque tantum ineſt isti accusationi, quod competen-
tia diuinæ naturæ nomina singulariter pronuntiamus. Verum paratã habemus ad hoc & ma-
nifestam rationem. Quisquis enim vnam docentes diuinitatem condemnat, necessariò mul
tas, vel prorsus nullam tradenti astipulabitur. Impossibile nanque est, vt præterea aliud quid
excogitetur. At vt multas dicamus, diuinæ inspirationis doctrina non admittit. Siquidem v-
bi diuinitatis meminit, singulariter mentionem illius facit dicens. Quoniam in ipso habitat
omnis plenitudo diuinitatis. Et alibi. Inuisibilia nanque illius à creatione mundi ex operibus
intellecta peruidentur, ipsáque æterna eius virtus & diuinitas. Cùm ergo numerum diuini- H
tatum ad multitudinem extendere, eorum tantum sit, qui errore multorum deorum ægre-
scunt, ac laborãt: prorsus verò in vniuersum negare diuinitatem eorum sit qui nullum cen-
sent esse deum, vt impij: quamobrem nos traducimur, ob id quod vnam confitemur diuinita-
tem? Verum manifestius aperiunt sermonis huius scopum. Nam in patre quidem ferendum,
vt deus esse dicatur, & filium similiter diuinitatis nomine honorandum esse, consentiunt: spi
ritum vero & patri & filio connumeratum per diuinitatis vocabulum vnà cum patre & filio
intelligendum & complectendum nolunt: sed à patre ad filium vsque diuinitatis potentiam
terminandam, naturamq; spiritus à gloria diuina segregandam esse contendunt. Respondẽ-
dum itaq; nobis est & ad istam sententiam quàm poterimus breuissimè. Quæ est ergo nostra I
ratio? Cum salutarem fidem discipulis suis quos sermone instruebat cõmendaret dominus
patri ac filio, coniunxit spiritum sanctum. Quod autem semel cõiunctum est, perpetuò con-
ἴδίωμα. iunctum esse dicimus. Non enim poterit in reliquis separari, quod in aliquo coniunctum est.
In potentia autem viuificandi, per quam ex corruptibili hac vita ad immortalitatem natura
nostra transmutatur, vna cum patre & filio potentia cõprehenditur & spiritus sancti: quem-
admodum & in aliis multis, vtpote vbi deus vocatur bonus, sanctus, æternus, sapiens, rectus,
princeps, potens, & in aliis omnibus vbiq; vnde clarum est quod in omnibus nominibus illis
quæ quod potius est cõcernunt, inseperabilem habeat coniunctionẽ. Arbitramur itaq; meritò
quia in tantis tamq; sublimibus & quæ dei maiestatem addecent, notionib⁹ siue notificatiuis K
nomenclaturis, nihil quod patri ac filio coniunctum est, vlla in re separari debere. Neque e-
nim scimus aliquam eorum nominum quæ de diuina natura intelligũtur, quod ad potius vel
Basilius pi⁹ in spiritũ s. & orthodo-xus. minus attineat, differentiã, ita vt execrandum ducamus, quòd qui inferiorum nominum cõ-
κανὼν Basilij. municationem spiritui sancto concedunt, sublimioribus indignũ iudicant. Omnia nanq; deo
cõpetentia tam cogitata quàm nomina, eiusdem inter se sunt conditionis, eo q⁹ circa subiecti
significationẽ nihil habent discriminis. Non enim mentis cogitationẽ ad aliud subiectum du
cit appellatio boni, & ad aliud, sapientis, potẽtis, & iusti: sed quæcũq; huiusmodi nomina pro-
tuleris, vnum est perpetuò, quod significatur. Etsi deũ dixeris, eundem significasti quẽ & in re-
liquis omnibus cogitasti. Si vero omnia ea nomina quæ de diuina dicuntur natura, eiusdem
inter se sunt potentiæ: propterea quòd secundũ subiecti demonstrationẽ, licet secũdum aliam L
atque aliam significationem inter se varient, ad idem tamen mentis nostrę cogitationem du
cunt, quæ est illa ratio, propter quã, cum in aliis nominibus cõmunicationem spiritui sancto
cum patre ac filio cõcedamus, in sola illum diuinitate segregare debeamus? Omnimoda nã-
que necessitas hoc vrget, vt vel in ista cõmunionem illi demus, vel in reliquis quoq; denege-
mus. Si enim in illis communione dignus est, planè neq; in ista indignus haberi debet. Si ve-
ro minor est spiritus sanctus, vt isti putant, quàm vt in diuinitate illi cum patre & filio cõce-
denda sit cõmunio, neque reliquorum cuiusquam nominum deo competẽtium participatio-
ne dignus erit. Nam si expendantur huiusmodi nomina, & inter se considerata cuiusq; signifi
catione conferantur, nihil ab appellatione dei minus habere differreq; deprehendentur. Ar- M
ὁμωνυμίαν. gumentum huius est, quòd appellatione dei multa ex inferioribus quoq; cognominãtur. Imò
φάσκεται. non veretur diuina scriptura æquiuocationem istam absimilibus ac dissentaneis rebus attri-
Hier. 10 buere, quando idola appellatione dei denominat. Dij enim, inquit, qui cœlum ac terram
non fecerunt tollantur, & sub terram abiiciantur. Et omnes dij gentium, inquit, dæmonia
ἐγγαστρίμυθος. sunt. Et mulier illa Pytonica quæ Saülem ab inferis incantationibus suis euocauit, cum vide-
ret animas, quæ requirebantur, deos se videre dicebat. Quin & ipse Balaam augur cum es-
set ac diuinator, pérque manum vaticinia ferret, vt scriptura refert, ac dæmoniacam sibi do-
ctrinam per augurandi curiositatem ac superstitionem comparasset: deum tamẽ consuluisse
à scriptura

A à scriptura traditur. Et multa huiusmodi ex diuinis collecta scripturis produci possunt: vnde
probatur, nomen dei præ reliquis appellationibus ad deum pertinentibus nihil habere præci-
pui, quod &, vt dixi, de dissentaneis æquiuocè dici deprehendimus. Sancti vero & incorrupti,
& recti, boniq; nomina, nusquam illis quibus haud oportet, communicari per scripturam e-
docti sumus. Itaque si in iis quæ de sola præcipuè diuina natura piè dicuntur, patri ac filio cõ-
sortem esse spiritum sanctum haud contradicunt, quanam ratione astruere nituntur, in eo so
lo illum non esse consortem, cuius communio declarata est iuxta quandam æquiuocationis ὁμωνυμίας
rationem & dæmonibus esse & idolis? Sed dicunt appellationem dei hoc habere, vt naturam
dei exprimat. Spiritussancti vero naturam cum patre ac filio communicare non posse: atque
B hac ratione illi neque nominis huius consortium competere. Ostendant igitur quibus argu-
mentis naturæ differentiam agnouerint. Si enim in seipsa diuinam contemplari naturã pos-
sibile fuisset, quid illi videlicet proprium, quid alienum sit, non opus esset omnino ex apparẽ-
tibus, siue verbis siue aliis indiciis eius quod quæritur cognoscere veritatem. Quoniam autẽ
illa contemplatione quidem eorum quæ inquiruntur sublimior est: ex indiciis verò quibusdã,
de nostram fugientibus recordationem iudicamus, planè necessarium est, vt per operationes
ad scrutandum diuinam naturam veluti manuducamur. Itaque si viderimus inter se differre
patris & filij & spiritussancti operationes, naturas quoque operantes ex operationum altera-
tione inter se differentes esse coniiciemus. Nequit enim fieri, vt secundum naturæ rationem
C dissidentia in forma ac similitudine operationum inter se cõcordent. (Neque refrigerat ignis ἐνέργεια
neque calefacit crystallus) sed propter naturarum differentiam diuersæ sunt inter se & quę ab Physicum
illis fiunt operationes. Patris vero & filij & spirituſſanctı cum nulla in re differẽs quid aut di
uersum habeant operationes, necesse est vt propter operationis similitudinem naturæ colli-
gatur vnitas. Sanctificat, viuificat, illuminat, consolatur, & omnia huiusmodi similiter ope-
ratur, & pater & filius, & spirituſſanctus. Et nemo peculiariter potestatẽ sanctificandi tribuat
spiritui sancto, cum audiat seruatorem in euangelio de discipulis ad patrem dicentem, Pater
sanctifica eos in nomine tuo. Similiter & reliqua omnia æquè in iis qui digni sunt, fiunt à pa-
tre & filio & spiritu sancto: Omnis gratia & virtus, moderatio, vita, consolatio, ad immorta-
litatem transmutatio, in libertatem translatio, & si quod aliud est bonum, quod ad nos vsque
D pertingit. Quæ vero circa nos est rerum moderatrix dispensatio, tam in intelligibili siue spi- οἰκονομία
rituali quàm sensibili creatura, si quid de excellentibus per ea coniiciendum est, quæ in nostrã
cadunt notitiam: neque ipsa extra operationem & potentiã & sanctissimi spiritus, vnde quis-
que iuxta suam dignitatem & vsum necessarium participat. Licet enim sensibus nostris ob-
scura sit eorum quæ nostram exuperant naturam tractatio ac dispositio: ex ordine tamen ac
serie rerum verisimilius quisquam per ea quæ nobis nota sunt, & in illis efficacem spiritussan-
cti potentiam quàm ab excellentium rerum œconomia abalienatam esse animaduerterit. Nã
si quis hoc dixerit, nudam & apertam blasphemiam & nulla ratione tectam vel concinnatam
absurditatem incurret. Qui vero animaduertit & cõsentit, quod & ea quæ supra nos sunt, si-
E mul cum patre & filio spiritussancti quoque potentia disponantur, luculento indicio, obser-
uatis quæ in propria ipsius vita geruntur, de istis etiam affirmat. Operationis itaque similitu-
do in patre & filio & spiritusancto, manifestè per omnia similem & eandem illis esse naturã
declarat. Quapropter diuinitatis nomen etiamsi naturæ significationem haberet, & spiritui
sancto istam propriè competere appellationem ipsa probaret essentiæ communio. At igno-
ro quo pacto ad naturæ significationem vocabulum dei trahant, qui omnia sic astruunt, qua-
si à scriptura non audiuerint, quod in naturam electio non cadat. Moses autem in deum Ae- Moses, Pha-
gyptiorum electus ac constitutus est: ita ad illum dicente diuino oraculo. Quoniam deum te raoni datus
dedi Pharaoni. Potestatis itaque alicuius siue sacrorum siue administrationis mũdanæ signi- in deum.
F ficationem vocabulum hoc adfert. Natura vero diuina vt in seipsa est, nullis nominib⁹, quæ-
cunque excogitari possunt, exprimitur: sed, vt nos arbitramur, ignota & absconditа manet.
Quod enim beneficus dicitur deus, & iudex & bonus, ac iustus, & quæcunque alia huiusmodi
de illo didicimus, his omnibus operationum illius differentiam edocti sumus. Operantis autẽ
naturam haud quaquam per operationum considerationem cognoscere possumus. Nam si
quando ratio cuiusuis istorum reddenda est nominum, deinde & naturæ, quæ per ista nomi-
na exprimitur, non eadem poterit vtriusque ratio assignari. Nam quorum ratio non est eadẽ,
horum & natura differens est. Aliud igitur est ipsa substantia ad cuius ita significationem ex- ἴδίωμα
primendam verbum aliquod inuentum est: alia vero nominum ipsam propter operationem
aliquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquam vel dignitatem concernẽtium. Ex nominum itaque communicatione nullam prorſus operationibus ineſſe differentiam inuenimus. Et diuerſæ naturæ nullam, vt dictum eſt, deprehendimus, euidentem demonſtrationem, ob id quòd ex operationum ſimilitudine, naturæ quoque communicatio & vnitas intelligenda datur. Siue igitur diuinitas operationis nomen eſt, vt vnam dicimus eſſe patris & filij & ſpiritus ſancti operationem: ita vnam quoque dicimus eſſe diuinitatem, ſiue iuxta multorum opinionem, naturam ipſam exprimit diuinitatis nomen: quoniam nulla in natura deprehenditur diuerſitas, nõ immerito vnius & eiuſdem diuinitatis ſanctam definimus eſſe trinitatem. G

Ad eundem Baſilius Magnus. LXXXI. H

SI quid vtilitatis habent literæ noſtræ, nullo non tempore nobis ſcribas, nosq; ad ſcribendum excites. Nos enim cum primis alacriores ac ſuauiores reddimur, vbi virorum prudentum ac dominum diligentium epiſtolas adepti fuerimus. An vero & ipſi aliquid apud nos quod operæpretium ſit inuenturi ſitis, veſtrum eſt ſcire, qui literis noſtris potimini. Itaque niſi multitudine negotiorum auocati eſſemus à lætitia quam ſcribendi peperiſſet aſſiduitas, vtique non abſtinuiſſemus. Vos vero quibus minus eſt curarum, quoties fieri poteſt, literis nos obuallate. Nam & puteos aiunt ſi crebrò exhauriantur meliores reddi. Videntur autem admonitiones tuæ ex arte medendi productæ in ſuperuacaneum vſum abire: propterea quòd nos ferrum haud admittimus: ſed à nobis ipſis excidimus vt quæ inferuntur vitemus. Eſt ergo Stoici quidem ſermo, quo dicit, Quoniam non fiunt quæ volumus, quæ fiunt velimus: ego vero animum iis quæ fiunt apponere ac conformare non ſuſtineo. Quòd autem præter animi ſententiam quidam aliquid eorum quæ neceſſitas extorquet faciunt, haud reprobo. Neque enim animus veſter eſt, qui medicandi artem exercetis, vt vel aduratis ægrotum, vel aliquid aliâs doloris inferatis: attamen tale quid ſæpenumero morbi malitia inducti admittitis. Neque qui in mari nauigant ſponte quæ vehunt eiiciunt: ſed hoc ideo faciunt, vt naufragium caueant. Iacturam ferunt, malentes in rerũ viuere penuria, quàm mortis ſubire periculum. Ad hunc itaque modum & nos puta cum dolore quidem ac innumeris lamentis ferre ſeparationem eorum qui ſeſe alienant à nobis, & tamen ferre: propterea quòd veritatis amicis, deo, & quæ in illum eſt ſpe, nihil eſt charius. I K

κατακλᾶτις Ratio phyſica ἀλλιγορικῶς.

Ex cõſuetudine medicorum collatio βεβαίωσις à ſimili

Patrophilo epiſcopo Baſilius. LXXXII.

Innocentiã declarat ac tuetur ſuã. Baſilius.

LEgi literas tuas, quas per fratrem noſtrum Strategium ſympresbyterum miſiſti. Legi autem illas libenter. Quomodo enim non libenter legiſſem, quæ & à viro prudẽte & ex pectore dilectionem erga omnes ex præcepto dominico ſeruare edocto ſcriptæ ſunt. Et propè cognoui quæ ſit cauſa ſeruati præterito tempore ſilentij. Videris enim hæſitaſſe, num Baſilius ille qui tam ſtrenuè homini illi à puero ſeruiuit, qui hæc & hæc certis temporibus fecit, qui propter vnius hominis amicitiam innumerorum inimicitiam ſuſcepit: hic ipſe nunc alius ex alio factus ſit: & amicitiam in inimicitiam mutauerit, & quæ alia ſcripſiſti: ſatis oſtendens, quàm ex inopina rerum mutatione animo fueris perculſus ac ſtupefactus. Et ſi quid rerum noſtrarum reprehenderis, non tamen illud moleſtè tuli. Non enim adeo duro ac pertinaci ſum ingenio vt amicas fratrum correptiones ægrè feram. Tam enim abeſt vt iis quæ ſcripta ſunt offenſus ſim, vt propè cum legerem riſerim, quod cum tanta ſint ac talia quæ mutuam inter nos amicitiam hactenus confirmare viſa ſunt, propter tantillas querimonias ad te vſque delatas tantum te perpeſſum eſſe ſtuporẽ ſcripſeris. Ergo & tibi accidit, quod multis vſuuenire ſolet, qui neglecta rerum natura, quam inquirere debebant, homines ipſos attendunt de quibus rumor aliquid ſparſit, atque ita fiunt non veritatis inquiſitores, ſed differentiæ perſonarum æſtimatores, obliti admonitionis, qua dicitur, quod perſonam in iudicio agnoſcere non deceat. Verum quoniam perſonam deus in iudicio hominis nõ accipit, apologiam illam quam mihi ad magnum Chriſti tribunal parauí, & tibi notam facere haud detrectabo. Quod videlicet ab initio cauſæ huius nihil occaſionis à nobis iſti diſſidio, ſiue parum ſiue multum, datum eſt: ſed homines illi qui nos odio proſequuntur (quam ob cauſam norunt ipſi, neque enim opus eſt vt aliquid hac de re dicam) aſſiduis nos calumniis grauarunt. Purgauimus quidem nos ſemel atque iterum. Cum vero cauſa hæc euaderet in infinitum, nec aliquid prodeſſet ſi perpetuo nos defenderemus: propterea quòd nobis procul diſſitis, mendacibus noſtris detractoribus in promptu eſſet cor inexercitatum, & haud edoctum alteram L M

A alteram auriculam abſenti illibatam ſeruandã eſſe, è vicino ſuis aduerſum nos vulnerare delationibus: & Nicopolitæ quandam peterent fidei noſtræ certificationem, quod & vos prorſus haud ignoraſtis, viſum eſt nobis ſuſcipiendum hoc eſſe literarum obſequium. Putauimus enim nos per illud, duo conſequuturos cõmoda, vt & Nicopolitanis ſuaderemus, ne ſiniſtri quicquam de hoc viro ſentirent, & obtrectantium nobis ora obturaremus dum fidei conſonantia ſycophantiæ vtrinque excluderentur. Continuò itaque conſcripta eſt fides, oblataq; à nobis, ac deſcripta: & vt deſcripta erat, deſignatus eſt quoque alteri ſynodo locus, & tempus aliud, vt & externi & peregrini fratres conuenire vnirique inter ſe poſſent, & germana deinceps eſſet ac ſyncera communio. Itaque nos quidem iuxta præſcriptum accurrimus, & qui no
B biſcum erant fratres, alij aderant, alij aduolabant, læti omnes atque alacres, tanquam ad pacẽ properantes. Et literæ à nobis ac tabellarij miſſi ſunt qui nos adeſſe ſignificarent: locus enim adſuſceptionem conuenientium deſignatus, noſter erat. Ex altera vero parte nemo erat qui vel præcurreret, vel aduentum eorum, qui expectabantur annuntiaret: & qui à nobis fuerãt reuertebantur, plurimum triſtitiæ ac murmuris apud aduerſarios eſſe commemorantes: ob id quod noua quædam eſſet à nobis ad ipſos miſſa & exhibita fides, dicebanturq; decreuiſſe prorſus, ne liceret ad nos ipſorum proficiſci epiſcopo. Venit autem quidam ab ipſis miſſus, & literas adferens recuſatrices, & nullam faciens eorum de quibus inter nos antea cõuenerat mẽtionem. Venerandiſſimus vero & colendiſſimus frater Theophilus, miſſo eorum quos ſecum
C habebat aliquo, nõnulla patefecit quæ putabat & ſibi vt diceret, & nobis vt audiremus competere. Scribere nanque dedignatus eſt, non quòd reprehenſionem ex literis tantum metueret, quantum cauebat ne nos epiſcopi vocabulo ſalutare & appellare neceſſe eſſet. Attamen certè, quoniam vehementia erant verba, & ex pectore admodũ calido prolata, animo ita excuſſi, confuſiq; & deiecti concidimus, vt non haberemus quod rogantibus reſponderemus. Haud verò multum temporis interceſſit, confeſtim in Ciliciam legatio, atque inde reditus, mox literæ adſunt, communionem nobis denegantes. Abruptionis autẽ huius ac receſſus cauſam aſſignarunt, quòd Apollinario ſcripſerimus, & quod ſympresbyterum noſtrum Diodorum habeamus conſortem. Ego vero Apollinarium quidem nunquam putaui inimicum eſſe,
D imò ſunt quædam quorum gratia virum veneror etiam. At me homini non ita coniunxi, vt ipſius velim in me recipere crimina, cum & ipſe quædam habeã, quæ in illo reprehendo, propter nonnullos ipſius codices quos legi. De ſpiritu vero ſancto non noui me vel petiiſſe ab ipſo, vel vltro miſſum accepiſſe librum. Audio tamen ipſum omnium eorum qui libros cõſcribunt eſſe verboſiſſimum. Legi autem paucos illius commentarios. Non enim mihi quæ eiuſmodi ſunt ſcrutari vacat. Et alioqui eo ſum ingenio, vt haud facilè neoterica admittã. Quẽadmodum & corporis mei imbecillitas haud patitur, vt vel diuinis ſcripturis cum diligẽtia, & vt dignum eſt, immorer. Quid ergo mea intereſt ſi quiſquam aliquid conſcripſit quod cuipiam diſplicet? Quanquam ſi ita fieri oportet, vt alius pro alio rationem reddat qui me pro-
E pter Apollinarium culpat, rationem nobis reddat pro Ario præceptore ſuo, & pro diſcipulo ſuo Aëtio. Nos autem, neque præceptoris neque diſcipuli loco vnquam fuimus iſti viro, cuius in nos vitia contorquent ac reuoluunt. Porrò Diodorum, tanquam beati Siluani alumnum primum ſuſcepimus, nunc vero diligimus & complectimur propter ſermonis quã habet gratiam, per quam multi eorum, qui virum audiunt, meliores redduntur. Ad haſce itaque literas animatus, vt par erat & ad tam inopinam ac ſubitam immutationem animo perculſus ne reſpondere quidem poteram: palpitabat enim mihi cor, lingua me deſtituebat, manus ſtupebat: & planè patiebar, quod animo ſolet parum forti accidere. Dicendum enim quod verum eſt, & tamen venia dignum. Deinde parum aberat, quin odium erga humanum genus exorbitaſſem, ſuſpectiq; mihi fuiſſent omnes hominum mores, arbitranti in natura humana non eſſe
F charitatis bonum: ſed verba quædam plauſibilia ad ornatum & cultum eorum quibus vti velis conficta: affectum vero illorum ſecundum veritatem non ineſſe cordi humano. Si enim qui à puero ad grandæuam vſque ſenectam vitam ſuam accuratè ac diligenter inſtituiſſe videtur, talibus de cauſis tam temere exaſperatus eſt, vt nullam habuerit rerum noſtrarum rationem, nec præteriti temporis experientiam tam inani delatione certiorem ac potiorem duxerit: ſed inſtar pulli indomiti, nondum ad commodè ferendum aſcenſorem edocti, propter modicam ſuſpicionem propulſauit excuſſit & ad terram proiecit eos de quibus iam primum gloriabatur: quid de aliis ſentiendum eſt, qui neque nobiſcum tantum contraxerunt amicitiã: neque morum inſtituendorum tale de ſe dedêre ſpecimen. Iſta cum animo mecum reuoluerem, &

Hîc ille Alexãdrin⁹ ſe tã iſſe oderat & Chryſoſt.

In Apollinario quæ laudarit & quæ improbarit Baſil. πολυφωνότατον.

Collatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem,& corde indesinenter versarem , imo ab ipsis potius versarer ita me mordentibus ac iu- G
gi rememoratione turbantibus,nihil ad illas literas respondi: non quod ex contemptu silue-
rimus(ne cogites hoc frater.Non enim hominibus satisfacimus,sed in cõspectu dei in Chri-
sto loquimur)sed quòd præ hæsitatione & mentis inopia non habebamus, donec ad hũc mo-
dum affecti eramus,quod tanta mœstitia dignum exprimeremus.Et præterea afflixerunt nos
& aliæ literæ,ad Dazizam quendam in speciem,re ipsa vero vniuersis mortalibus scriptæ,cu-
ius indicium est quòd tam festina distributione sparsæ sunt, vt paucis diebus totam Pontum
& Galatiam peruagatæ sint.Sunt qui istos bonarum rerum nuntios & Bythyniam percurris-
se dicant atque ad ipsum pertigisse Hellespontum.Quæ vero contra nos ad Dazizam perscri
pta sint omnino nosti.Non enim te vsque adeo ab amicitia sua alienum putant,vt solum ho- H
noris illius expertem reliquerint.Si vero ad te literæ istæ non peruenerunt,mittam ego illas,
in quibus deprehendes nos accusari ac prædicari ipsam fraudem & versutiam,corruptionem
ecclesiarum,& animarum perniciem.Et quod omnium est,vt ipsi putant, verissimum, quod
insidiosum ipsis fidei præscriptũ composuerimus, non vt Nicopolitis seruiremus, sed vt isto
consilio confessionem ipsorum dolose eliceremus.Horum quidem iudex erit dominus. Quæ
nanque poterit cogitationum cordis humani euidens esse declaratio . Hoc vero in ipsis ad-
miratus sum. An propterea quod exhibito à nobis libello scripserunt , tanto dissidendi studio
vsi,vt & existentia & non existentia commiscuerint,quò delatoribus fidem facerent , non co
gitant,quod Romæ scriptum ipsorum,quo Nicænam fidem confessi sunt, reconditum habe- I
tur:nec quod è Roma acceptum libellum Tyanensi synodo obtulerunt,quin & apud nos eã-
dem hanc fidem habens repositus est.Quin & propriæ orationis obliti sunt, qua cum in me-
dium tum constituti essent,de seductione conquerebantur,qua illecti consensissent volumini
quod ab Eudoxij congregatione compositum fuerat . Quocirca & erroris illius istam exco-
ἀπολογίαν gitarunt defensionem,vt Romam abeuntes patrum inde fidem acciperent, atque ita noxam
qua ecclesias ex mali consortio læserant,per melioris inductionem corrigerent . Sed qui tam
longinquarum profectionum laborem sustinuerunt,tamq; sapienter tum ista cõcionati sunt,
nunc conuiciantur,vt agnoscas eos dolose legatione illa functos esse , & sub prætextu chari-
tatis insidiantium fraudem occuluisse.Et quæ iam circumferuntur manifestum faciũt , quod K
Nicænam fidem condemnauerint.Viderunt enim Cyzicum & mox mutata fide reuersi sunt.
At quid de verborum immutatione dico,cum in ipsis rebus factam esse peruersionem multo
potioribus demonstrare queam argumentis. Qui enim quingentorum episcoporum cõtra se
promulgato decreto non obedierunt,nec ab ecclesiarum administratione amoueri sustinue-
runt,cum tot consentientium episcoporũ sententia ab officio depositi essent:propterea quòd
illi,vt aiebant,spiritussancti non erant participes, nec per gratiam dei ecclesias gubernabant,
sed per humanam potentiam ex inanis gloriæ desiderio ecclesiarum gubernationem rapue-
ἐρώτησον rant,hi nunc eos,qui ab illis ordinati sunt pro episcopis agnoscũt . Quos meo nomine roges
velim,an vniuersos mortales contemnant,quasi nec oculos habeant,nec aures,neq; cor sen- L
su præditum , vt eorum quæ geruntur disconuenientiam considerare queant . Versatur talis
quædam in cordibus ipsorum cogitatio.Quo modo duo possunt esse episcopi, vnus qui ab E-
uippio depositus est episcopatu,alter qui ab illo est ordinatus . Eiusdẽ enim manus opus sunt
vterque.Nisi enim gratiam illam habuisset quæ Hieremiæ data fuerat,ad demoliẽdum ac re-
staurandum,ad extirpandum & plantandum,vtique nec istum eradicasset,nec illum plantas-
set.Si vero vnum istorum illi largiris,permittes simul & alterum.Sed vnus illis scopus est, vt
videre videor vbique quæ sua sunt ipsorum quærant,& pro amico habeant,si qui desideriis ip
sorum cooperetur:hostem vero ducant, nec ab vlla se aduersus illum calumnia cohibeant , si
quisquam desideriis ipsorum resistat.Talia enim sunt quæ isti dispensant nũc aduersus eccle- M
siam , horroris quidẽ plena propter ipsorum temeritatem,miserabilia vero,propter talia pa-
tientiũ stupiditatem . Euippij filios,Euippij nepotes,honesta ac fide digna missa legatione ex-
torres & exules ad Sebastiam vocarunt,populoq; præfecerunt . Illi vbi altari potiti sunt, fer-
mentum facti sunt eius quæ illic est ecclesiæ . A quibus tanquam homousiastæ persequutionẽ
patimur,Eustathius vero Sebasten⁹, qui Roma acceptũ homousion in Charta vsque ad Tya-
nenses attulerat,iam illis cõsensit , licet plurimum desideratam ipsorum communionem ob-
tinere nequiuerit,siue quòd illi multitudinem contra se consentientium metuerũt: siue quod
huius veriti sint autoritatem.Qui nanque fuerint cum eligerentur,& quomodo quisque ipso-
rum sit ordinatus,& ex qualiter ab initio ducta vita ad istum potentatum peruenerint , mihi
sanè

A sanè nondum tantum datum est otij,vt ista & quæ alia sunt illorum exponam.Didici nanque
precari dominum,vt non loquatur os meum opera hominum.Tu vero illa, si scrutatus fue-
ris,cognosces.Et si te latuerint,iudicẽ tamen haud vllo pacto latebunt. Quid vero mihi pas-
sionis acciderit,non grauabor dilectioni tuæ exponere. Anno præterito cum ex grauissima fe
bre ægrotassem,& propè ad ipsas mortis portas deuenissem,bonitate vero dei reuocat⁹ essem,
ægrè ferebam illam mei restitutionem,expendens ad quę mala iterum reuersus essem,cogita-
bamq; apud meipsum,quidnam esset in profunda dei sapientia reconditum,cuius gratia mihi
iterum datum esset dies istos in carne agere.Posteaquã vero ista cognoui, cogitabam ita vo-
B luisse dominum nos quietas videre ecclesias ab ea turbatione quam hactenus passæ sunt per
separationem eorum,qui propter confictam honestatis grauitatem omnia sua autoritate ob-
tinent.Aut forsan voluisse illum per intelligentiæ accessionem animum meum deinceps di-
ligentiorem & attentiorem reddere, ne morer hominum iudicia , sed per euangelica præce-
pta absolutè instituar,quæ neque cum temporibus neque humanarum rerum circumstantiis
mutantur,sed eadem permanent,ita perdurantia, vt à veraci ac beato ore prolata sunt . Ho- Collatio.
mines vero similes sunt nubeculis , pro ventorum immutatione ad aliam atque aliam aëris
partem iactatis.Et maximè isti,de quibus loquimur,omnium eorum, qui nobis innotuerunt,
sunt versutissimi.Tales an & in reliquis sint vitæ negotiis , dicant qui ipsorũ fuere contuber-
C nales.Parem circa fidem inconstantiam, quam in illis video , haud scio an in aliis ipse vide-
rim hactenus,aut ex aliis audiuerim . Arium primum sequuti, postea ad Hermogenem sunt
mutata sententia conuersi, qui ex diametro hostis erat Arij improbatæ opinionis , quemad- κακοδοξίας
modum manifestum est ex fide,quæ primum ab illo viro Nicææ pronuntiata est.Post dormi-
tionem Hermogenis,iterum immutati ad Eusebium defecerunt,virum, qui omnium eorum
qui Arium sectantur antesignanus est, sicut asserunt,qui experti sunt.Inde elapsi,incertũ qui- κορυφαῖον.
bus de causis,iterum ad patriam reuersi,denuo Arianam sententiam celarunt. Vbi episcopatũ
nacti sunt,(vt quæ interea temporis gesta sunt ab illis,omittam)quoties fidem exponendo no
uarunt:Ancyræ dederunt aliam,Seleuciæ aliam,aliam Constantinopoli, diuulgatã illã, & a-
liam in Lampsaco,postea & quam dederunt in Nicæa Thraciæ,& iam aliã in Cyzico, de qua
D & si reliqua ignoro,hoc tamen audio,quod silentio omissa homousij cõfessione, τὸ κατ' οὐσίαν similitudinẽ
ὅμοιον iam circunferant. Et præterea blasphemias contra spiritum sanctũ cum Eunomio cõ- quandam
scribunt. Istæ autem fidei formulæ,quas recensui, etiamsi non omnes sibi ipsis inter se cõtra- essentiæ.
riæ sunt,nihilominus sententiæ produnt inconstantiam : propterea quod nũquam iisdẽ ver-
bis contenti,stabiles persistunt.Hæc vera sunt,innumeris aliis silentio pressis. Quoniam vero Arr. Hære-
& ad vos vsque peruenerunt,rogamus,vt rescribas,per eundem hunc virum, Strategium di- ticorũ inco-
co sympresbyterum nostrum,an noster adhuc esse constanter pergas,aut an ex illorum con- stantiam.
gressu & ipse sis abalienatus.Neque enim verisimile est illos quieuisse:neque te,qui talia nobis
scripsisti,non & aduersum illos fidutialiter egisse. Quòd si in nostra perseueras communio-
ne,optimum est,& summopere exoptandum. Si vero te ad suam ipsorum traxere sentẽtiam,
E triste quidem est.(Quomodo enim tam dilecti fratris abalienatio tristis non esset)Verum etsi
nulla aliena in re,in ea tamen probè sumus ab illis exercitati,vt didicerimus eiusmodi patiẽ-
ter ferre dispendia.

Leontio Sophistæ Basilius. LXXXIII.

TArde quidem & à nobis literas accipis:attamen non tardius quàm nos abs te,idq; cũ
habeas quàm plurimos qui sedulo & frequenter à vobis ad nos veniant: quibus om-
nibus si literas singulatim imposuisses,nihil impediuisset, quo min⁹ præsentia tua ac
consuetudine veluti præsentes ipsi & coram frui videremur, tam fuit eorum qui nos accesse-
F runt frequens multitudo . Quamobrem ergo non scribis quum non sit aliud sophistæ opus,
quàm vt scribat,immò si otiosa manu vacas,ne opus quidem erit vt scribas.Poterit enim ali⁹
tibi hac in re seruire,vt lingua tantum sit opus,quæ etsi nobis nolit loqui, vni saltem eorũ lo-
quetur,qui præsto sunt.Tametsi nemo adsit,secum ipsa disputabit. Neque enim vllo pacto si-
lebit,cum sit Sophistica pariter & Attica,non minus quàm lusciniæ , veris tempore ad canẽ-
dum excitatæ.Nobis quidem negotij in quo nunc sumus difficultas , qualemcũque adfert ex- Allusio ad
cusationem eius quod raro scribimus,& pręterea quòd molesta illa & crebra vulgariter dicẽ- cãtionem lu
di consuetudine dictio nostra veluti polluta nonnihil est,non immerito cunctatiores ad hoc scinię.
facti sumus,vt vos Sophistas alloquamur,qui nisi quod sapientia vestra dignum sit audiatis,
ægrè

Universidad de Deusto
Biblioteca

ægrè fertis,& haud facile admittitis.Te vero contrà verisimile est ad omnem occasionem & G
causam vocem tuam accommodatam habere, cum sis omnium quos noui Græcorum ad dicendum appositissimus.(noui autem,vt puto,quosuis inter vos nominatissimos)Itaque nullã habes silentij tui excusationem,maximè tam diutini. Misi vero & quæ aduersus Eunomiũ cõscripsi,quæ siue puerilem eruditionem vocare oporteat, siue institutione puerili sint paulo seriora,iudicio tuo permitto,quibus etiamsi,vt puto, non opus habes quod ad tuam ipsius attinet personam, spero tamen non ignauam tibi fore contra peruersos , si in quos incideris, armaturam ac defensionem . Non quod tantum tribuamus viribus ac robori voluminis huius: sed quod probè sciamus tantum tibi esse industriæ, vt ex modicis argumentis multa queas eruere.Si vero imbecilliora tibi videbuntur,quàm rei necessitas exigat,ne tardes hoc arguere. H
Nam hac in re potissimum ab adulatore differt amicus, quòd ille quæ iucunda sunt dicit : iste vero non veretur & tristia adferre.

παιδιᾶς

Hac de re lege Plutarchum

Sophronio Magistro Basilius. LXXXIIII.

EMporis incommoditate premitur etiam deo dilectissimus frater noster Gregorius episcopus. Luget enim & ipse cum omnibus aliis,irremissis cõtumeliis quasi quibusdam insolentibus plagis percussus . Homines enim quidam timorem dei non habẽtes,vt magnitudine malorum vi agentes contumeliam illi inferunt quasi pecunias Cæsarij ip
I
sis ademerit.Illatum autem damnum non admodum curat.Iam olim enim pecunias contẽnere didicit.Nisi quòd modica quædam ex bonis illius acceperunt, ad hoc vt domesticis illi⁹ suppeteret victus.Quidam vero quæ pretiosiora fuerant multa cũ temeritate hominibus non distribuerunt,& quæ minuta sunt prorsus istis reseruarunt . Quæ vbi isti putauerunt nemini oppignerata esse,mox in egenos expenderunt , cum propter suam ipsorum sententiam , tum propter demortui mandatum.Mandasse nanque fertur ac dixisse cum moreretur . Quæ mea sunt omnia pauperibus dari volo.Isti itaque tanquã ministri domini confestim illa dispensarunt.Et nunc instat & vrget hinc Christiani hominis paupertas,illinc vnius ex istis forensib⁹ rabulis improba curiositas.Huius gratia placuit nobis hoc omnia laudabili tuæ probitati patefacere,vt & propter viri honorem cuius iam olim notitiam habes,& propter gloriam do-
K
mini,qui quæ seruis suis fiunt,in seipsum transfert:adhæc & nostri gratia,qui serui tui sumus, principi thesaurorum de illo quæ decora sunt loquare , modumq; excogites pro magna tua prudentia,quo à contumelioſis istis & molestis turbationibus liberetur prorsus.nemo ita viri huius ignarus est, vt absurdi aliquid de illo suspicetur , quasi pecuniæ addictus talia fingat. In promptu nanque est liberalitatis illius experimentum.Libenter substantiæ suæ reliquias ærario tradit,vt accepta ipsius substantia ærarij minister & aduocatus respondeat iis , à quibus impetitur,& probationes exigat ab illis: propterea quòd nos ad huiusmodi causas appositi nõ sumus.Potest enim placiditas tua facile hoc cognoscere quod nemo , quoad eius fieri potuit, ab illo discesserit voti non compos effectus.Sed quisque quæsitum & optatũ absque vlla molestia reportauerit,ita vt multos pœniteret,quòd nõ plura statim ab initio petierint , quod & L
complures calumniatores reddidit. Nam ad exemplum eorum qui primi cœperũt reliqui respicientes alius alium calumniãdi improbitate subsequutus est.His itaque molestiis, obsecramus grauitas tua vt resistat,& veluti irruentem fluuium cohibeat,malorumq; ingruentiũ frequentiam amputet.Nosti probè,quo pacto sit occurrendũ, vt de auxilij ratione ac modo nostram tibi non sit necesse expectare instructionem . In rebus enim ac negotiis vitæ huius vsq; adeo consilij inopes sumus vt & hoc ipsum ignoremus quomodo possibile sit , vt liberemur. Consultorem itaque te pariter & tutelarem patronum præbeas , perq; præclaram tuam prudentiam,rationem aliquam auxiliandi adinuenias.

Collatio.

M

Patrophilo episcopo Basilius. LXXXV.

Vt Arianos Basi. itidẽ tu Luther. Zuinglianos vita.

SEro quidem accepi,quæ ad priores literas respondisti:accepi tamen, per desideratissimum Strategium,& gratias egi domino,quòd idem qui hactenus in charitate erga nos constanter perseueras . Quæ vero iam de eadem causa scribere dignatus es, argumentum habent bonæ tuæ voluntatis:quòd quæ honesta sunt ac necessaria sentias,ac quę vtilia consulas. Attamen quandoquidem iterum video prolixum futurum sermonem , si ad singula quæ prudentia tua scripsit respondere velim , tantum dico : Quod si pacis bonum in pacis duntaxat sit nomine circumscribẽdum , ridiculum est si certos quidem aliquos delegerimus,

A rimus , cum quibus solis seruanda colendaq; sit pax:reliquos vero innumeros communionis bono excluserimus.Si vero communio cum pernicioſis hominibus inita , hoc habet vt pacis prætextu susceptores hostiliter lædat,considera qui sint , quibus sese coniunxerunt , qui odio nos prosequuti sunt iniquo.qui de parte sunt nobiscum non communicantium,(nihil iam opus sit illorum nominatim meminisse)hi ad Sebastiam ab ipsis sunt vocati, vbi & ecclesiã acceperunt,& altaris ministerium peregerunt,deq; suo pane populo dederunt,episcopi appellati ab ecclesiæ illius clero, perq; omnem eam regionem ab ipsis tanquam sancti & eiusdem cõmunionis cum honore deducti:quorum si pars sit eligenda ridiculum est ab vnguiculis ordiri,& non magis cum ipsis conuenire capitibus . Si ergo nemo prorsus est pro hæretico habẽ-
B dus,neque auersandus,cuius gratia dic,quæso, teipsum separas, ac quorundam communionẽ fugis?Si vero pro seruanda cautione fugiendi quidam sunt,dicant nobis, qui in omnibus cauti videri volunt,cuius sint partis,quos ex Galatia ad se traxerũt. Ista si tibi mœstitia digna videntur ipsis imputa separationis huius causas.Si vero putas esse hæc citra vllum delectum habenda,ignosce nobis,qui committere nequimus vt fermento aliena docentium commisceamur.Itaque,si videtur,relictis sermonibus istis plausibilibus,cum omni fiducia argue eos, qui non recto pede incedunt ad veritatem euangelij.

διαφορᾶς

Bosporio episcopo Basilius. LXXXVI.

C

VO putas animum meum dolore affecit fama calumniæ illius, quam mihi offuderũt quidam non metuentes iudicem perditurum omnes loquentes mendacium? Tanto videlicet,vt propè totam noctem , propter dilectionis tuæ verba insomnem duxerim,ita ipsa cordis mei penetralia concepta mœstitia occupauit. Reuera nanque, vt Salomon inquit , calumnia virum humiliat . Et nemo ita stupidus est qui animo nullam sentiat molestiam,& ad terram vsque non deiiciatur, si incidat in ora ad mentiendum procliuia. At necesse est,vt omnia feramus,omnia patienter toleremus,vltionem ipsorum domino committentes qui non despiciet nos. Nam qui calumniatur pauperem , factorem illius ad iracundiã
D prouocat.Qui nouam hanc intentatæ nobis calumniæ fabulam composuerunt, videtur prorsus nullam habere domino fidem:qui rationem nos in die iudicij de verbo otioso reddituros esse pronũtiauit.Ego vero dic quæso,beatissimum Dianæum anathematizaui? (Hoc enim de Matt.12.
nobis accusandi gratia prædicauerunt)vbi?aut quando?Coram quibus?Quo prætextu? An nudis verbis vel scripto?An alios sequutus,vel ex mea ipsius autoritate & audacia, primus illud tentaui?O impudentiam hominum nihil non temere loquentium. O contemptum iudiciorũ dei.Non contenti sunt isto figmento,nisi & hoc tragico more adiiciant, quod factus sim aliquando ita demens,vt ipsa mea verba haud intellexerim.Donec rationis compos fui nihil tale à me factum esse noui,nec vnquam tale quid volui:sed contra huius mihi magis conscius
E sum,quòd ex prima ætate in amoris affectu erga ipsum enutritus, virum suspexerim . Erat enim aspectu admodum honesto,præclaro, & veneranda ac sacra grauitate prædito . Posteaquam vero mihi & rationis vsus accessit , tum illum & ex animi bonis venerabilem agnoui, deq; illius conuictu gauisus sum,apertos viri , egregios & ingenuos mores cognoscens , & si qua reliqua erant illi agnata ac propria,vt propria erant & peculiaria,animi placiditas & excellentia cum mansuetudine coniuncta, decens modestia, pectus irasci nescium, alacritas, & conueniendi facilitas,cum grauitate pulchrè temperata . His de causis illum illustrissimis ex virtute viris connumeratum habebam.Circà extrema quidem vitæ illius tempora (neque enim celabo veritatem)intolerabili mœrore propter ipsum,cum aliis in patria, qui plurimi erant,dominum timentibus,afficiebat: propterea quòd fidei illi quam ex Constantinopoli re-
F portauerant qui ad Georgium pertinebant , subscripserat . Vt vero erat ingenio mansueto & humano,omnibus ita satisfaciebat,vt paterno affectu toleraretur . Vbi vero decidit in ægrotationem,ex qua & mortuus est,cõuocatis nobis dicebat,testem esse dominum quòd simplici corde in scriptum Constantinopolitanæ fidei consenserit quidem:verum nulla in re irritam voluerit eam fidem,quæ Nicææ à sanctis patribus exposita est . Neque aliud in corde habuerit quàm quod ab initio traditum accepisset . Imò precari se quoque , vt non separaretur à sorte beatorum illorum episcoporum trecẽtorum decem & octo, qui piam illam fidei prædicationem promulgauerint orbi: Atque ista satisfactione nos ita permouit , vt soluta omni cordiũ nostrorum hæsitatione ad communionem illius accesserimus,& à concepto mœrore quieuerim⁹.Talia sunt quæ nobis cum hoc viro intercesserunt . Si vero quisquam est qui nobis dicat infandam

Universidad de Deusto
Biblioteca

infandam aliquam blasphemiam in hunc virum cognitam esse, non in occulto dolose mur- G
muret,sed aperte & in faciem nostram coram constitutus cum fiducia nos conuincat.

Ad Simpliciam hæreticam. LXXXVII.

ἀναδον pro hoc lego ὀδύνην

INconsulta quædam temeritas hominũ est, quòd odio prosequuntur se meliores cõtrà amant peiores. Quapropter & ipse linguam cohibeo, conuicia in me congesta, & dolorem animi supprimens ac veluti præfocans silentio. Expecto interea supremum iudicem,qui omnem malitiam tandem cum tempus fuerit vlcisci nouit. Nam etiamsi pecunias quisquam instar arenæ profundat, nihilominus animam lædit dum opprimit proculcatq; iustitiam.Perpetuò nanque deus sacrificium non quasi eo egeat, meo arbitratu quæ- H
rit:magis verò sacrificium illud admittit vt magnificum ac pretiosum,mentem videlicet quæ pietatis ac iustitiæ studio nititur. Illius preces votaq; communia censet & impura, qui suam ipsius salutem pręuaricatione protriuit ac nihili ducit.Admoneas ergo teipsam extremę diei, & nos,si videtur,haud doceas.Scimus plura quàm tu scias, & internis spinis non vsque adeo

σαῦρας καὶ φρύνους

suffocamur,nec modicis bonis decuplam malitiam immiscemus. Excitasti in nos lacertas ac rubetas,quasi vernas quidem bestias,sed immũdas.At veniet è sublimi volucris,quæ illas depascatur & consumat.Mihi enim sermo est,non vt tu putas,sed vt iudicare nouit deus.Si verò & testibus opus erit,nõ sistentur serui: neque ignominiosum illud ac modis omnibus per-

δῆγμα latẽs ĩ Eunuchos veri⁹ in Spadones.

niciosum eunuchorum genus,genus hoc,inquam, nec fœmineum,nec masculinum, insaniẽs I
in mulieres,inuidiosum,vilis pretij,animo feroci,effœminatum,ventri deditum,auri cupidũ, sæuum,inter cœnandum plorans,inconstans,illiberale,stabularium, insatiabile, furiosum, & zelotypum, & quod amplius dicendum est, cum ipsa statim generatione ferro damnatum. Quomodo ergo rectus esse poterit istorum animus, quorum & pedes distorti sunt? Isti frustra quidem casti manẽt per ferrum:insaniunt vero absque fructu, propter suam turpitudinẽ. Hi non sistentur in iudicio testes.Sed oculi iustorum, & facies virorum perfectorum, quotquot tunc oculis cernent,ad quæ nunc mentis aspiciunt intellectu.

Sanctæ memoriæ patris nostri Gregorij Theologi,ad eandem Simpliciam. LXXXVIII.

ἐγκώμιον P.Basilij.

K

LAudas sanctum ac communem patrem nostrum,tanquam fidei fulcimen,veritatis canonem,ecclesiæ characterem,caniciem prudentia refertam, & qui humanæ vitæ ac virtutis mẽsuram prętergressus sit,fidum ministrum,sacerdotem magnum, mediatorem inter deum & hominẽ, & spiritussancti habitaculum. Hoc quidem rectè facis.Nam nullus sermo par est, ad celebrandum sanctam illam ac beatam animam: nisi me seducat vis amoris,& pro ratione affect⁹ ex desiderio de viro hoc iudicat. Illud vero in te vehementer admiratus sum, quomodo illum quidem celebres vt sanctum, & hactenus, vt par est cohonestes,opus vero illius dissoluere coneris, quasi prophani sint & vehementer conui-
ciis digni,qui illic vixerũt illoq; migrarunt.Siquidẽ instar proprij mancipij cõmunem pasto- L
rẽ tibi ipsi vendicas, & exiguũ hoc lucrum persequeris, rem facis admodum magnanimitate tua indignã.Quomodo enim absurdũ non est,auro quidẽ & argento colere numen,& iis rebus quæ in creatura superfluæ sunt & inanes, vbi & magis ostentationi forsan quàm pietati seruitur: sacerdoti vero ecclesiã velle damno efficere, & quod sanctissimũ est in tẽplorũ do-

ἀναθημάτων

nariis deprędari?Si vero molestè fers cp potestate nostra vsi sumus:nobilitatẽ vero tuam non admonuimus,neq; magnificentiæ locũ dedimus,dixeris quidem iustum aliquid, & quod resipiat affectum humanũ,attamen humanum. Scito autẽ tanto maiorẽ iam esse tibi donãdi occasionẽ,quàm quæ tum erat:quanto magnificentius est accipiendi copiã permittere, quàm si ipsa dedisses. Et illo modo soli deo quidẽ gratificari visa fuisses: isto vero & nobis, illius ministris,& ad portandũ ipsius nomẽ ex diuina dignatione selectis. Molesta itaq; nec illi sis,nec M
nobis.Qui enim tyrannidem passus est,nulla in re læsit.Nos vero,quid mirum, si bonitate tua confisi,deinde simul publico totius regionis decreto fidẽ habentes,permoti sumus, vt hoc faceremus?Quòd si quidam gratificandi gratia,vel ex dolo istuc decreuerunt,ipsi viderint, qui & deo rationẽ reddẽt.Nostrum enim nõ est hoc cognoscere, neq; omnium animos penetrãdo scrutari.Nos vero quomodo causam hãc neglexissemus? Aut quomodo spreuissemus tãtas lacrymas tantamq; loci illius solitudinẽ,vsq; adeò desolati,vt nec ministrũ haberet,nec pastorem,nec aliquam spiritalẽ moderationem?Illud autẽ tibi,idq; cum primis notum sit,cp qui tum consentiebant,nunc vero negant,rem faciunt nec piam nec ingenuam. Et multo satius fuisset,

A fuisset,si tum contradixissent,quàm quod nunc demum assentantur, & quod semel statuerũt, rursus demoliuntur,hominesq; metuunt magis quàm deum verentur.Hos puta iterum, si ro gentur excusandi gratia,pro ipsorum leuitate dicere, quod metu indignationis tuæ sententiã ἀξίωμα mutauerint.Et quod multo verius est, quoniam illis necesse est semper terreri, necesse iuxta est & falsas ac Sophisticas defensiones comminisci.Si vero ista tibi rectè quidem dici videntur,publicæ tamen moderationis ratio exigitur(nam & hoc audio. in literis siquidẽ nihil huius postulasti)iustè & humaniter repetatur, & nihil conqueremur. Neque enim nobis placet, vt dominorum lætatur manſuetudo & humanitas.quid iam restat? fortè vt manus iniiciantur viro quasi indigno & huius gratia mandetur seruanda publici status tranquillitas:hoc e-
B nim quodammodo decentius est, quàm criminari. Ad istud vero apertè & facilè respondero. Nos nec alium quẽquam eorum qui accusantur, ne si etiam maximè amicus generosusq; sit,examinatione liberamus. Nihil enim deo ac canone venerabilius. Sed si quis habet quod γνώμη accuset,siquidem voles te præsente vnaque iudicante fiat:sin minus,vel coram nobis absente te,examinetur.Quod si insons inuentus fuerit,absoluatur,etiam si seruus sit.Nam idem & seruorum & dominorum pater est ac deus:& iustitia non secundum personarum dignitates decernitur.Si vero reus quisquam deprehensus fuerit,tum scilicet ex proprio peccato condemnabitur:atque ita nec regula per synodum decisa vituperabitur, neque ignominiam patietur, qui euaserit.(Quod ad nos enim attinet,forsan non admodum curandum est ac nullius momenti) & ipsa malam effugies suspicionem, quasi ista:propterea quòd erga nos & sanam fidẽ
C aliena es,machinata sis sophisticè magis quàm generosè,& aliud quidè iudicaueris, ad aliud vero respexeris,quod tibi,consulo,accidere ne patiare, tãquam quod nec pium nec decorum est,neque velis nostris cõtemptis legibus ad externas confugere, neque nobiscum contendere: sed ignoscere si quid simplicius & apertius pro libertate gratiæ egimus, & reputare satius γνώμη. esse bene vinci,quàm male reluctante spiritu vincere.

Eudoxio Rhetori Theologi. LXXXIX.

D ROgas vt res nostræ habeant?Vehementer acerbè.Basilium non habeo:nõ habeo Cæsarium fratrem & spiritalem & carnalẽ.Pater meus & mater mea dereliquerũt me, vt cum Dauide loquar,Quæ corpus concernunt,male habẽt. Senectus super caput meum,curarum implicationes,incursus negotiorum,fides amicorum incerta, ecclesia pastoris cura destituta.Pessum eunt quæ bona sunt & honesta, sine pudore vigent quæ mala sunt.Nauigatio est in nocte,fax ad lucendum nulla vsquam:Christus dormit.Quid putas accidet?Mors vna est,quæ me ab his malis absoluet.Et quæ illinc futura sunt, ex præsentibus mihi coniecturam capienti,terribilia sunt.

Ad eundem Theologi. XC.

E CAesarium non habeo. Dicam enim,etiamsi philosophica non sit ista affectio. Quæ Cæsarij sunt amo. Et quicquid video quod insigne ac specimen habeat Cæsarij, mox complector & exosculor, & quasi ipsum videre coramq; esse ac confabulari videor. Et tale quid mihi iam in literis tuis accidit.Nam simul atque inscriptionẽ epistolæ legi, mox rei suauitas quędam,& nomen illud quasi qui ruris amantissimus sit,atq; omnia illa animum φιλάγροιον meum subierunt,quæ nobis olim iucunda fuere,ipsę ciuitates,ipsę conuersationes, ipsa mensa ipsa paupertas,iucundiq; cõuictus,vt inquit,Homerus, vel ludicra vel seria, studiorum labores,communes præceptores cõceptæ spei sublimitas, & quicquid dici potest eorum quæ tum bona habebantur,quibus ego præcipuè etiam recordando, delector. Vt itaque adhuc amplius
F istis tuo beneficio immoremur,excita in nobis illorũ historiam,ac largire scribendi occasionem.Nam prorsus neque hoc nobis leuiculum erit,licet quod maximum esse poterat, conuictum videlicet nobis abstulerit liuor,erga res nostras acerbè affectus.

Ad eundem Theologi. XCI.

QVomodo corpore habes? An epistolæ breuitas ostendit quomodo habeas?De anima, quomodo illa valeat,non rogabo. Noui enim quòd admodum rectè, quandoquidẽ præclarè in illis quæ corpus concernunt philosopharis, vt qui quod accidit pro virtutis experimento non ipsius materiæ disturbatione habeas,vt beatior sis dum malè afficeris, quàm alij dum sani sunt.Et in eo quoque philosophiam abũdè satis declaras, quòd talia nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac de talibus præcipis,quæ etiamsi nos aliis præscribere non dubitemus, iudicium tamen tuũ, G
si debeãt experiri,veremur vt firma sint futura: conabimur tamẽ nõ contradicere præcipiẽti.

Gregorio Niceno Theologi. XCII.

Collatio. AEgrefers istum tuum circuitum,viderisq; tibi ipsi vagus,instar lignorum,quę pro a-
quarum impetu feruntur.Nequaquam ô præclare.Non ita habet.Nam sunt quidem
qui præter animi sententiam iactantur: tuus vero iste circuitus secundum deum est.
παράκλησις à simili petita. Et vt multis benefacias,fixum est non vagum,etiamsi loco nõ sis affixus.Nisi Solem quis cul-
pare velit,quòd dum radios suos effundit & viuificat quæcunq; calore suo penetrat, non cer-
to cœli loco fixus est:sed ambitum illius circumquaque percurrit, aut stellas fixas ita laudare, H
vt errantes vituperet,quarum & error concinnus est.

Ad eundem Theologi. XCIII.

Metaphoræ NE feras admodũ molestè res tristes.Si enim minus tristamur, & illæ minus sunt tri-
stes.Nihil habet periculi quod hæretici,vt scribis,refloresc unt, & è latebris prorepẽ-
tes de verna temperie præsumunt.Haud diu cantillabunt,certo scio,post iterum oc-
cultabunturi, & ipsa veritate & tempore expugnati , idq; hoc amplius , quo magis nos totam
causam deo commiserimus. I

Ad eundem Theologi. XCIIII.

DE quibus scripsisti,sic habemus.Neque molestè ferimus despecti,nec lætamur hono-
re affecti.Hoc enim nos quidem digni sumus: illud vero nostræ competit ambitio-
ni.Precare pro nobis.Breuiloquio ignosce.Nam omnino hæc etiamsi modica, silen-
tio tamen sunt prolixiora.

Ad eundem Theologi. XCV.

ETiam hoc vitæ meæ,alioqui satis adflictæ reseruatum erat,vt audirem mortem Ba-
silij,& sanctæ illius animæ profectionẽ, qua peregrè à nobis profecta est, vt præsens K
sit apud dominum,quam peregrinationem ille per omnem vitã meditatus est.Quin
simul & hoc incommodi accedit , vt propter malam & valde periculosam corporis mei va-
letudinem,sanctos cineres complecti,ac tibi, vt decet ac par est philosophanti , adesse, com-
munesq; nostros amicos consolari nequeam.Solitudinem enim istam ecclesiæ videre,quę ta
li iam spoliata gloria taliq; priuata est corona , nec aspectu nec auditu , saltem iis , qui mente
præditi sunt,tolerabile est.Tu vero mihi videris,licet multi sunt amici , multâque ab illis cõ-
solationis gratia dicantur,à nemine tamen ita consolari atque à te ipso,& illius memoria,qui
& ambo reliquis omnibus exemplum facti estis philosophiæ , & quasi perpendiculum quod-
σῶφρων πνευματικὴ. dam spirituale & amussis,tam modestiæ in prosperis,quàm constantiæ in aduersis. Nam hæc
Duplex ex philosophia cõmoditas duo philosophia nouit,& rebus rectè habentibus modestè vti, & calamitatem honestè ferre. L
A similitõ firmatio. Hæc à nobis ad dignitatem tuam scribuntur.Me vero, qui ista scribo, quod tempus, aut quis
sermo consolabitur:nisi ipse coram sis , nosq; tuo alloquio recrees , quod vnum ex omnibus
beatus nobis reliquit Basilius,vt in te,tanquam mundo quodam ac dilucido speculo,imaginẽ
ipsius contemplantes,& ipsum nos præsentem habere putemus.

Theologi ad eundem. XCVI.

HEu me miserum,quoniam incolatus meus prolongatus est: & quod caput est malo-
rum in bello ac seditione sumus, & pacem quam à sanctis patribus accepimus , non
seruauimus.Hanc tamen,scio, ipse restaurabis , per potentiam spiritus qui teq; tuaq; M
gubernat.Nos verò nemo falso incuset,obsecro,neque dominos episcopos, quasi inuitis no-
bis alium declarauerint nostræ ecclesiæ episcopum.Non enim illis ita abiecti reputamur, ne-
que adeò inimicè erga nos affecti sunt,vt hoc facerent: sed quoniã propter cadaueros am hãc
meam valetudinem in multis deficio , simúlque molem ecclesiæ veritus sum, si negligeretur,
hanc ipse ab illis gratiam petij , quæ & canonibus non derogat , & nos refocillat , vt eccle-
siæ darent pastorem, qui & tuis precibus datus est, vestra pietate dignum,quem & tibi com-
mendo , videlicet reuerendissimum Eulalium deo charum episcopum , in cuius etiam ma-
nibus vtinam expirare detur . Si verò quisquam est, qui putat non debere viuente adhuc epi-
scopo,

A scopo , alium ordinari , sciat hoc nobis superstitibus nihil habere periculi . Omnibus etiam
manifestum est,quòd non Nazeanzenæ sed Sasimorum ecclesiæ præfecti sumus : tametsi ali-
quandiu propter reuerentiam patris,& eorum qui hoc suppliciter petebant,tanquam aduenæ
gubernationem illius susceperimus.

Theologi ad eundem. XCVII.

NAturaliter mihi nonnihil inest dexteritatis . (Nam vnum quid ex multis & ipse ia-
ctabo)Et tamen simul mihi ipsi succenseo , quòd etiam amicis nõ admodũ iucunda
B consulo.Quoniam vero amici sunt inter se & cognati,quotquot secundum deũ vi-
uunt,eodemq; incedunt Euangelio: quamobrem nõ audiret à nobis cum fidutia dici, quæ o-
mnes susurrant? Non laudant ingloriam istam gloriam nominisq; tui claritatem, (vt vestro
more loquar) nec clancularium hoc furtum quod paulatim ad peiora ducit , neq; pessimam
dæmonum, quam Euripides vocat, æmulationem siue ambitionem . Quid tibi accidit viro-
rum sapientissime? Quanam ratione teipsum condemnando , sacros libros , quos oporte- φιλοτιμίαν Nyssenum reuocat à lẽ ctione Gẽ tilium.
bat imbibere , cum illos olim populo prælegeris (neque enim pudet istud audire) proiecisti,
vel, vt hyemis tẽpore clauis naualibus & ligonibus vsuenit,fumo obnoxios reddidisti,acer-
bos vero & impotabiles vsurpasti, rhetorq; dici magis quàm Christianus voluisti? Nos verò
C Christiani potius quàm rhetores haberi volumus. Deo sit omnis gratia.Noli ad hunc modẽ
animatus esse virorũ optime, quemadmodũ & olim nõ admodum hoc morbo laborasti,sed,
licet sero, resipisce,& ad te ipsum redi,ac fidelibus quidẽ,verum & deo,& altaribus ac myste-
riis à quibus abalienat⁹ es iusta te satisfactione expurga. Nec regeras mihi arguta illa & rhe-
torica verba.Quid?An quia rehetoricæ operam dedi,Christianismo excidi? Num cum inter
adolescentes versabar,fidelis nõ eram?Et fortè deum testem aduocabis. Nequaquam ô suspi- Parum certè christiani est se totum Gentiliũ lẽ ctioni addi- cere.
ciende,nequaquam,vt par erat,etiam si ex parte aliquid dederimus. Quomodo verò non co-
gitas ex his quæ iam facis lædi alios qui naturaliter ad hoc malum propendent,occasionemq;
D dari cogitandi ac dicendi,sit commentum.At est necessitas quædam. Nemo enim sibiipsi tã-
tum viuit,sed & proximo,nec satis est,si tibi ipsi satisfacias,nisi satisfacias & aliis. Siue in pu-
blico quenquam percutias,siue in maxillam ipse feriare,vel alium verberes in theatris,siue pa
rum honestè luctatus fueris,vel antagonistam exceperis , non erit sapientis viri excusatio, si
dixeris animo te fuisse interea modesto ac sobrio.Hæc facilè intelliguntur.Itaq; siue institutũ
vel iam tandem mutaueris,gaudebo, vt Pythagoricorum philosophorum quisquã amici cu-
iusdam ruinam deplorans dixit,siue non mutaueris, philosophus quidẽ ille scripsit,mortuus
es mihi:ego vero istud tui gratia nondum dicam.Nam is cum amicus fuisset, factus est inimi
cus.At amicus cum sim,inquit Tragœdia,lugebo tamen, (hoc enim modestius fuerit dicere)
si neque ipse quid te deceat,videris,quod primum munus est eorum qui laudantur,neque alij
E bene monenti obsecundaueris,quod alterum est.Tãtum habeat admonitio hæc.Tu vero mi-
hi ignosces amicitiæ gratia lugenti,ac pariter cum propter te, tum vniuersum sacerdotij or-
dinem,addam & propter omnes christianos inflammato.Si vero opus habes vt pro te precẽ-
mur aut intercedamus,succurrat infirmitati tuæ deus,qui & mortuos viuificat.

Ad Gregorium Principem Theologi. XCVIII.

NOn laudo Hesiodum,quòd eiusdem artis opifices antitechnos vocauit,dicens,Et fi- ἀντιτέχνους ἢ κεραμεὺς κεραμεῖ κο- τέει
gulus figulo, & faber inuidet fabro. Nõ enim æmulatur magis quàm adiuuat & cõ-
plectitur:vt ego puto, & tanquam familiarem fouet . Philosophus vero hoc etiam
amplius amplectitur philosophum, quòd idem illis est sapientiæ studium . Hoc itaque & ipse
F animo erga prudentiam tuam affectus , si ea fuissem corporis valetudine vt animi motibus
obsequi potuissem,nemo me præcurrendo complexandoq; , & prosperum nauis ascẽsum ad-
precando præueniisset . Verum vt solem obscurat obducta nubes , ita me remoratur corporis Collatio.
imbecillitas & inuida hæc caruncula quæ mihi carceris loco est.Suscipies ergo, loco præsen-
tiæ hanc meam epistolam:Certè susc ipies,cũ sis prudẽs, & animo erga nos beneuolo id quod
probè scio nec opus habeo, vt coniecturis ducar . Vt autem intelligas quantum de animi tui
probitate præsumam,ecce precator apud te, intercedo pro re nobis admodum necessaria , &
per amicitiam tuam abs te quæ amicorum sunt expeto. Nicobolum meum è manu mea dex-
tra tibi cum fratribus commendo,non daturum pœnas,sed sumpturum.Commendoq; simul ὑποπλαχνος Nazian.
& viduam neglectam illorum matrem,& domũ, quæ aliquando splendida fuit & illustris: cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

assiduè nobiscum versaretur Nicobulus,nûc vero ne lugere quidem permittitur ea mala quæ G
partim acciderunt,partim adhuc expectantur, nisi tibi sistatur, & tuo iudicio aduersus malũ
dæmona obfirmetur,quo fiet, vt & nos cohonestemur & humanitatis ratio ac reuerentia ha
beatur,splendidumq; tibi ipsi tua in nos beneficentia reddas principatum.

Ecebolio Theologi. XCIX.

Nõ creaturã ipsam, bona cũ sit, sugillat.

NOciferabor aliquid aduersus meipsum.Sit autem venia dolenti, si quæ dolentis sunt
loquutus fuero.O caruneulam prauam & malignã,quibus me malis afficis?quę ma-
la perpetras?In propinquo vir est, quem etsi procul abesset persequi necessariò debe-
bam,cum propter principalem virtutem qua præditus est, tum propter animi placiditatem. H
Tu vero malè vales,& propè immobilis es,ac parum curas quòd alij bono isto potiũtur, nos
vero illo priuamur. Huiusmodi sunt quibus meipsum incuso. Quoniam autem satis non est
deplorare tãtum quæ patior,sed opus est,vt & aliquo pharmaco medeatur vulneri,istud nûc
quærentes,hanc ausi sumus ad te dare epistolam, & literis nostram adumbrare præsentiam.
Si vero cupiueris aliquo nos pro beneficentiæ tuæ scaturigine afficere beneficiolo, ecce defe-
rimus ad te,domum miseram & humanitate tua dignam. Viduam videlicet cũ orphanis ex
Λιτανεία, p vidua & orphanis. lachrymarũ æstu adhuc calentibus,sororem dico meam cum ipsius liberis,qui,cum prognati
sint patre honesto,& qui plurimum laboris regum gratia pertulerit, in armis non obscurus,
sed valde illustris,deinde & vobis principibus multum seruierit (si de quodam tibi Nicobulo I
innotuit,)extrema nunc periclitantur. Nam post amicorum erogationem, & iurisiurandi sa-
cramenta,quæ in quæstione obtulerunt, iam iterum calumniam conantur inferre orphanis.

Olympio Theologi. C.

Epistola cõmiserationis plena pro Diocæsarie.

RUrsum occasio demonstrandæ humanitatis,iterum audax ego, qui tantæ rei patro-
cinium literis concredo.Verũ me tempus quidem alacrem reddit: morbus vero ne
progredi quidẽ permittit.Nõ enim vel tantum largitur,vt commodè incedã. Quæ
est igitur hæc nostra intercessio?Audi me hoc die humaniter. Triste quidẽ mors est etiã viri.
Quomodo enim triste non esset,cum qui hodie est cras non fore, etiam si penes nos nõ mo- K
riatur?Multo vero tristius ac grauius est,mori ciuitatem,quã & Rex ædificauit, & tẽpus for-
mauit,& qualiscũq; ordo seruauit.Loquor autẽ de ciuitate Diocæsarea, quæ olim ciuitas erat,
nunc vero non est,nisi ipse placidè annuas.Hanc iam per nos pedibus tuis aduolui putato.Lo
Tragica prosopopœia quatur ergo ipsa,& habitu sit amicta lugubri,& tonsa comas,vt fieri solet in tragœdiis, & ad
hunc modũ opem tuam imploret.Porrige mihi manũ humi iacẽti,succurre imbecilli,ne dis-
feras,neq; disperdas Persarum reliquias. Ciuitates te erigere decet magis quàm laborantes &
adflictas subuertere.Esto ciuitatũ tutor aut numerum earum quæ sunt augendo, aut eã quæ iã
est conseruando.Ne feras,vt ad tuũ vsq; principatũ sit ciuitas, & post te nõ sit: neq; cõmittas,
vt posteris tẽporibus detur occasio de tantis malis narrandi, q̃ ciuitatem inter reliquas cõnu L
meratam acceperis,& locũ desolatum reliqueris,vbi olim fuerit ciuitas,quę nõ nisi ex collib⁹,
præcipitiis ac syluis cognoscatur. Hæc quidem agat & dicat apud humanitatem tuã simulata
παραίνεσις ista ciuitas.Nostrã vero admonitionẽ tanquã eam quæ amicorum est suscipe. Castigare qui-
dem voles eos qui aduersus potestatis tuæ mandatũ peccarunt.Nam contra hoc nihil prę-
simus.Quanquã temeratũ esse dicunt nõ ex cõmuni quadam conspiratione,sed ex inconsi-
derato quorundã adolescentum motu.Voles vero simul meritã pœnam maxima ex parte re-
mittere,& maiori vti ratione.Dolore super matre demortua correpti sunt:non potuerunt fer
re,vt cum ciues vocentur,sint extorres.Insaniuerunt, cõtra leges egerũt, de propria despera-
runt salute.Amentes eos reddidit quod in id calamitatis præter opinionem inciderunt.Num M
huius gratia cõmittendum est,vt ne ciuitas quidẽ sit quæ ciuitas est?Nequaquã ô suspiciende.
Ne velis hoc statuere,sed aliquo dignari honore cũ ciues omnes, tũ magistratus ac dignitate
claros,qui tibi supplices aduoluuntur.Vniuersos enim ista calamitate pariter tãgi putare de-
bes,tametsi propter potestatis tuæ amplitudinẽ subticeant,& altum ingemiscãt.Deinde & no
stram caniciem venerare, quibus graue erit si cum aliquãdo magnificã habuerimus ciuitatẽ,
nũc ne ciuitatem quidẽ habituri sumus & tẽplum hoc quod deo statuimus & studiũ hoc pie-
tatis quo in illum præditi sumus,post tuum principatum futurũ est habitaculum bestiarũ.Neq;
enim hoc graue & horrendũ fuerit,si statuæ subuertantur,etiamsi alioqui graue esset, neq; de
istis nos loqui putabis, qui eorũ quæ sunt potiora curã gerimus, sed ne vnà cum illis subuer-
tatur

A tatur ciuitas antiqua, & quæ splendoris nonnihil adepta erit si viuentibus nobis ac videntib⁹,
abs te honorabimur & aliquid apud te posse putabimur. Sed tantum hac de re dixerim. Neq;
enim,etiamsi plura dixerimus,quicquã adferemus quod cogitationibus ac consiliis tuis præ-
ualere possit,quibus tantus gubernatur populus,& gubernarentur etiã plures ac maiores, idq;
in maioribus principatibus. Illud vero necessariũ est insinuare magnanimitati tuæ de iis qui
antea ceciderunt,quod prorsus miseri sunt, abiecti, & nullo disturbio illorum qui deliquerũt
corsortes,quemadmodum nobis multi eorum qui tum præsentes fuerunt fidem huius faciũt.
De istis itaque cõsulta,quid nam profore putes & de gloria quam hinc feres, & de spe quam
B illinc decerpes.Tuis vt tribunalibus sistamur,necesse erit, idq; non sine animi mœstitia fere-
mus,feremus tamen.Quid enim aliud agemus etiam?Si vero quę peiora sunt obtinebunt,vnũ
hoc molestè feremus,priorią; ciuitati illacrymabimur.

Ad eundem Theologi. CI.

Laus præfectis integri ex aliorum collatione.

NObis princeps es,etiã post principatum. Res enim istas lõgè aliter iudicamus quàm
pleriq; solent.Omnem nanq; principis virtutem in teipso comprehẽsam habes. Mul
ti enim eorum qui ad principatus solium euecti sunt, meo iudicio inferiores sunt,
quoscũq; videlicet exercit⁹ creat,humiles ac seruos subditorũ. Rursus multi mihi excelsi sunt
C ac sublimes,etiamsi inferiora teneant,vtpote,quoscunq; euehit ipsa virtus, & dignos reddit,
qui maioribus principatibus præficiantur.Sed quid horum mihi bono cedit? Non est nobiscũ
amplius magnus Olympius,nec rerum nostrarum gubernacula possidet. Actum de nobis est,
proditi sumus.Iterum posterior Cappadocia facti sumus quam tu primam effeceras. Quæ a-
liorum sunt,quid attinet dicere? Gregorij tui senectutem quis fouebit?Quis imbecillitatem ip
sius curabit,maioriq; honore afficiet eum,qui multis humanitatis tuæ beneficentiam interce-
dendo impetrauit?Vos itaque nunc vestrum quidem iter discessuri præstantiore comitatu ac
pompa alacriore ingredimini,quam plurimo nobis relicto fletu. Abitis autem multa à nobis
diuitiarum copia cumulati,& qualem non multi principum asportarunt, bonam scilicet no-
minis existimationem ac gloriam referentes, & quod omnium mentibus insculpti estis tan-
D quam quibusdam columnis ac statuis haud cito mouendis.Si vero nobis denuò cum maiore
ac illustriore principatu præficiendi estis(hoc enim animi nostri desiderium futurum vatici-
natur)perfectioribus deo sacrificiis prorsus gratias agemus.

Ad Procopium Theologi. CII.

Hæc ætate quid dicturus fueras, si vixisses Gregori.

λίαν χρηστῶς, καὶ λίαν ὑβριστικῶς

QUa quidem animatus sum (si quod verum est scribere oportet) vt quodcũq; episco-
porum concilium fugiam, propterea quòd hactenus nullius omnino synodi finem
aliqua vtilitate præditum,& vnde res malè habentes nõ magis exacerbatæ quàm cu
ratæ sint,videre licuit.Ea enim illis est libido contendendi,& ambitio dominãdi (at ne putes
E ista me odiosè ad hunc modum & importunè scribere)suntq; ita disputando insuperabiles, vt
si iudicio quisquam cum illis velit agere,citius alterius cuiusdã malitiæ reus agatur quàm quę
illorum est euincat ac diluat. Quapropter meipsum cohibui, inq; sola precũ securitate & cõ-
munitione tranquillum ac quietum fore putaui.Nũc vero & corporis infirmitatẽ habeo, quæ
ne cõdemner,sit patrocinio ac tueatur.Nã perpetuo in extremis ferè ago, mihiq; ipsi nulla in
re vsui esse possum.Quocirca ignoscat mihi tua prudentia.Persuadeatur autem per te & piis-
simus Rex ne socordiæ nos condemnare,sed imbecillitati ignoscere velit,cuius gratia se, ro-
gantibus nobis istum secessum,pro alio quod offerebat beneficio,concessisse meminit.

Ad Anysium Theologi. CIII.

F

VT res nostræ habeant rogas.Ex historia quadam respondemus. Legationem Athe-
nienses ad Lacedæmonios, cum illi imperio potirentur, misisse dicuntur. Erat autẽ
petitio vt humanitate ipsorum in re quapiam vti liceret.Legati vero domum reuer
si,cum rogarentur,quomodo in nos affecti sunt Lacedæmonij?respondisse ferũtur,vt in seru-
os quidem,valde benignè,vt in liberos verò,admodum contumelioſè. Hoc & ipse nunc scri
bere possum. Agimus enim humanius quidem quàm quod deploratis: rursus vero molestius
quàm quod conueniat iis qui deo sunt curæ. Etiamnum enim nos & morbus contristat, &
qui nos adfligunt amici nihil dolent, etiam vbi pro viribus nocuerunt. At precare deum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt nobis sit beneuolus,largiaturq; è duobus alterutrum,vel vt molestias istas prorsus effugiamus,vel vt illas cõstanter toleremus.Etenim & hoc abũdè satis ipsam imminuet calamitatẽ. G

Ad eundem Theologi. CIIII.

Entio de quibus me incuses,etiamsi taceas.Dices fortè nuptias celebrauimus idq; aut reæ ac tuæ Olympiadis,& adfuit episcoporũ cœtus, tu verò cũ sis inter illos egregi⁹ ac præclarus,vel ex contẽptu,vel ex torpore nobis defuisti.Ex neutro , ô suspiciẽde. Sed quoniã putaui fieri nõ posse,vt qui viuo miserè ac tragicè,panegyrica celebrarẽ hilariter ac comicè . Et simul omnino intẽpestiuũ & præter decorum nuptiarum forè rat⁹ sum,si duo ex pedibus ægrotãtes inter saltantiũ choreas ridiculè circũagerentur(vt & pro more nuptiarum nonnihil tecum ludam.)Alioqui quod ad voluntatem attinet,& adsum,& nuptias vnà celebro,adolescentiumq; dexteras & mutuo inter ipsos & vtrasque dexteræ dei cõmitto.Decet enim, vt quemadmodum omne reliquum bonum ita & cõiugium tibi , cum omnium optimo,& iuxta communes nostras preces,ineatur. H

Enãtiosis in dictionibus τραγικῶς & κωμικῶς ποδαλγοί.

Ad eundem Theologi. CV.

Ecce iam alter tibi quoque gener accedit,& molestiam rei suauitas amolitur.Bene facis.Nos vero segnes,vt ipse sanè dices,vt aiũt,prouerbij veritas habet , infirmi otiosi non sunt.Attamen rectè nobis habent quæ ex deo sunt. Negotia nanque illa tumultuaria aliis permittemus:nos vero philosophiæ fructum capiemus.Quoniam autem deũ metuis,& ipse planè ex eorum es numero qui è supernis sunt,nulli vinculo obnoxius.Et nos iam iterum ad nuptias tuas siquidem id muneris cõtribuendum est,quod nobis optimum videtur & honestissimum,preces nostras conferimus. I

ἀδοκήτως ὂν ἀργοί.

Ad Amphilochium Theologi. CVI.

Panes quidẽ abs te non peteremus, quoniã nec aquã ab illis qui Ostracinã inhabitãt. Holera vero si petamus à viro Ozizaleno,cũ illorũ vobis sit copia, nobis vero multa raritas,nihil est quod mireris,neq; præter cõsuetudinẽ videri debet. Dignare itaq; holera nobis & plurima & optima mittere,vel certè quantum poteris. Quandoquidem pauperibus & modica magni æstimantur . Habebimus enim apud nos magnum Basilium , cuius vt saturi philosophiam expertus es,ita esurientis ac molesti experiri nolis. K

Ad eundem Theologi. CVII.

Tota salib⁹ & dicteriis aspergitur χρυσολάχανα. Atriplices aurei coloris. † ἄπισος lege ἄπασος

Vam parcè veniunt ad nos holera vestra? Quid enim misistis aliud præter Chrysolachana?cũ sit vobis illic omnis abundantia,horti, fluuij, nemora & horti arboribus consiti.Et ipsa vestra regio holerifera est,vt aliorũ aurifera.Et foliis pratẽsium herbarum vescimini,& frumentũ vobis est, fabulosa illa felicitas. Et panis?Ille qui dicitur panis angelorum,ita iucundus pariter,† & qui tamen gustari nequeat . Aut igitur tradite nobis ex holeribus vestris abundantius ac largius:aut aliud quidem nihil comminabimur , frumẽtum vero cohibebimus,sciemusq;,an reuera ex solo rore viuant cicadæ. L

Bosporio Coloniæ Theologi. CVIII.

Vtabam quidẽ à vobis & de præteritis mihi deberi apologiam, ita sum imperitus ac ineptus.Quoniã vero non cessatis molesti nobis esse, sed perpetuo priora etiã superare contenditis, & contumeliis contumelias , quas quotidie excogitatis nouas adiungitis(ob quam causam,ignoro:siue id odio nostri faciatis, siue vt aliis per nostrã ignominiam gratificemini,ista nos deo cognoscenda & iudicanda permittemus,quem nihil eorum quæ fiunt,latet(quod diuina scriptura testatur) etiamsi veritatis faciem, vt multis honesti videamur,obscurauerimus)vestræ pietati nuntiamus,quòd victi sumus &,* ecclesiæ pro viribus consulere,si deus dederit,non grauabimur,quandoquidem hoc contenditis . Et maximè ipso nos tempore vrgente,propter imminentem aduersariorũ incursum,qui futurus, vt ipse scribis,expectatur.sed humile corpus hoc deo accommodabimus, donec illud durabit, nosq; aliquid roboris habebimus , vt neque nos hac laboremus molestia , vt à vobis condemnemur, & ab vniuerso clero incusemur,qui nos omnigenis querelis adobrutos proterit,quod & ecclesiã videamus neglectã,& multos esse qui illã proscindant, quasi quæ ecclesiæ necessitas exigit contem- M

* Locus hic defectũ habet i Græco

A contemnamus:neque vos prolixius laboretis nos ignominia afficiendo. Et hoc faciemus vestris adiuti precibus,siquidem ipse ecclesiæ gubernationem susciperе detrectas,vt & ipse asseris,& res ipsa declarat. Satius enim est illis immori curis quàm istis , cum omnino necesse sit vt miserè agamus,ita res nostras deo disponente.

Ad eundem Theologi. CIX.

B Eam secundo à vobis supplãtatus sum ac seductus. (Nosti quid dicam.). Quòd si hoc merito facitis , odoretur dominus odorem bonæ vestræ fragrantiæ : si vero iniustè, ignoscat dominus . Ita enim consentaneum est vt de nobis loquar : quandoquidem præceptum nobis est,vt iniuria adfecti patientes simus.Veruntamen, quemadmodũ vos vestræ sententiæ potestatem habetis,ita & ego meæ. Iam nõ amplius grauis vobis erit molestus ille Gregorius.Secedam ad deum,qui solus syncer⁹ est & fraudis expers. Cohibebo meipsum. Ista meipsum admonui.Bis enim ad eundem offendere lapidem intellectu captis duntaxat animantibus prouerbium triuiale tribuit. παροιμία

Cæsario fratri Theologus. CX.

C Eque terrores inutiles sunt iis qui sano sunt iudicio : imò vt ego sentio vehementer etiã vtiles ac salutares.Licet enim illos deprecemur,perterriti tamen erudimur.Anima nãq; adflicta,deo vicina est(inquit Apostolus Petrus,vbi hac de re præclarissimè disserit)& quisquis periculũ euasit,familiarius ei adhæret, per quem seruatus est . Ne sit igitur molestum cp aliquando adflictionis participes fuimus,sed gratias agamus cp euasimus, neque alij appareamus coram deo tẽpore periculoso,& alij post pericula.Sed velimus , siue extorres simus,siue priuatè siue publicè agamus(Sic enim dicendum est)nõ deficere quo minus consectemur eum qui nos seruauit,simusq; partis illius,quæ modica sunt exiguorũ ac humi repentium curantes,cõmittamusq;,vt habeant posteri quod de nobis narrent,nõ quidem,vnde magna ad nos redeat gloria,sed vnde magna ad animã nostrã redeat vtilitas. Est autem ista disciplina multis vtilissima.†Melius enim est in periculis esse quàm securè agere : & calamitate premi potius est quàm vti rebus secũdis. Antè terrores siquidem mundi eramus, post terrores vero facti sumus dei.Forsan tibi onerosi videmur, quòd toties eadem scribimus, & quæ scribo putas nõ esse admonitionẽ sed ostentationẽ:quapropter ista quidẽ sufficiant: nos vero scias esse prõptos optareq;, maximè quidẽ vt apud te constitutis ad salutem tuam aliquid cõferre deq; his rebus perfectius disputare.Sin minus,vel hic te quantocius excipere vnaq; charisteria celebrare liceret. φόβοι δὲ ἀχρηστοι. D γνώμη memorabilis ἆρτι πρὸ πάντων ἀσφαλείας κίνδυνος, ἢ σύμφορα ἐν ἡμερίαις ἀφεῖ τῶν τέρα. χαριστήρια gratiarum actiones.

Ad eundem Theologi. CXI.

E Lurimũ iam tui gratia pudefacti sumus. Quod enim cõtristati sumus, quid opus est ei scribere qui huius omniũ est persuasissimus?Ne vero de nobis loquamur, nève dicamus quanta nos mœstitia,imò & metu(permittes autem vt & hoc dicã) quæ de te sparsa est fama repleuerit : cupiebã si quo pacto fieri posset, vt ipse coràm audires quid alij,tã cognati quàm alieni,& qui nobis quocũq; modo noti sunt,saltem Christiani,non aliqui duntaxat,sed ex ordine pariter omnes,de te loquantur ac de nobis. In alienis nanque libentius ac studiosius philosophantur homines . Abierunt enim illis ista in quandam declamationem, nunc quidem episcopi filium militiæ operam dare : nunc vero externum affectare potentatũ ac gloriam,nunc pecunias æquare non posse, quæ sint consumptæ, quãdo publicum ærarium incendio conflagrauit,& homines quisq; vitæ suæ fugiendo rationem habuere. Imò nullã planè nec gloriam nec securitatem neq; prosperitatẽ æstimare, si strenuè sese rerum tẽpestati opponat,seq; quàm longissimè ab omni scelere & immũditię abalienet . Quomodo decernẽt ac F statuent episcopi,ne alius quisquã temporis cursu corrumpatur,aut idolis cõmisceatur:Quomodo alios aliud quiduis delinquentes reprehẽdet,qui ipse ne ausit quidẽ domesticos & vernaculos corripere,fidutia destitutus:Ista cum quotidie audiamus,imo multo grauiora quoq;, quibusdã forsan propter amicitiã qua nobis iuncti sunt talia dicẽtibus,quibusdã vero ex odio nobis insidiãtibus quomodo putas affectos & quo esse animo eos homines, quibus propositũ est seruire deo,& qui hoc solũ arbitrantur esse bonũ , vt ad ea quæ futura sperãtur prospiciãt. Dominũ itaq; patrẽ nostrum rumorem hunc de te sparsum ægerrimè ferẽtem,deq; ipsa vita periclitantẽ quoquomodo ipse quidẽ consolor ac recreo, de animo tuo illi promittens fidẽq; faciens,quòd non sis laturus vt posthac nos denuò mœrore conficias,dominã verò matrem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quid illa eorũ quæ contra te dicuntur audiret (nam in hunc vsq; diẽ illam omnia celamus, G
idq; multis consiliis)puta omnino nullam admissurã consolationẽ, propterea ꝙ & mulier est
animo pusillo,& alioqui propter vehemẽs religionis studium, modum hisce in rebus statuere
nescit. Quapropter si aliqua cũ tui tum nostri cura teneris, delibera ac statue, ꝙ melius sit
& cautius ac securius. Nam planè & hic apud nos abundè poteris liberã & ingenuam vitã instituere, nisi admodũ sis insatiabilis, & præter omnem modum perpetuò plura concupiscas.
Imò nõ video quam temporis cõmoditatem expectare debeamus ad hoc, vt vitæ conditionẽ
aliquam amplectare, si præsentem neglexerimus. Si vero eandem retinere volueris animi sen
tentiam, omniaq; conatibus tuis modica & exilia ducere, nihil quidem aliud quod molestum
sit dicam: hoc tamen præmoneo & cõtestor, ꝙ è duobus necessarium erit alterutrum fieri, vt H
aut, si verus permanseris christianus, ad ea deputeris quæ professioni tuæ sint ignominiosissima, viuasq; ita, vt & tibi & spei de te conceptæ non conueniat: vel si nominis gloriam desideraueris, letali damno afficiare, fumiq; certe, si non & ipsius incendij, particeps reddare.

Ad Sophronium prouinciæ rectorem Theologi. CXII.

VIdes vt res nostræ habeant,& vt vicissitudo quædam rerum humanarũ circumquaq;
vagetur, ita vt nunc illi, nunc isti vel in flore sint vel defloreſcant,& neq; rerum nobis prosperitas, neq; infœlicitas, vt aiunt, constans sit, sed quàm citissimè mutetur ac
transeat vt ventis potius sit fidendum, aut si quid vndis inscribatur, quàm humanarum rerũ I
prosperitati. Quamobrem? Mihi videtur ita diuinitus institutũ esse, vt conspecta in rebus humanis instabilitate & inæqualitate maiore studio ad deũ accurramus, futuraq; desideremus,
atq; aliquã habeamus nostri quoq; istorum rationẽ, non admodum rerum præsentiũ vmbras
& somnia sectantes. Verum vnde moti sumus, vt ista loquamur? Neq; enim hæc frustra philosophamur, aut vanè iactamus. Erat aliquando, & Cæsarius tuus inter eos cõnumeratus qui
non obscuri habentur, imò nisi fallor, vt fratribus vsuenire solet, ex eorum numero erat, qui
admodum illustres suspiciuntur. Insigni erat eruditione, & animi probitate multos excellebat. Præclarus itẽ habebatur propter amicorum copiam, è quibus præcipuum te, tuamq; nobilitatẽ arbitratus est, idq; nobis persuasit. Sũt quidẽ ista iam antiquata, & tu interea plura ex te K
ipso honorandi illius gratia amicitiæ monumẽta adiecisti, quẽadmodum omnes natura cõparati sumus mortales, vt plus aliquanto largiamur mortuis quàm viuis: quæ vero nunc dicturus sum, ne velis siccis oculis audire, sed illacrymando honestè tamen & vtiliter. Mortuus
iacet, sine amicis, desertus, miserabilis, modica myrrha honoratus, (si tamen vel illa data est)
& modicis indumentis, quæ mortuis vtcũq; dari solent. Multũ sanè est, si & illis ex misericordia potitus est. Irruerunt autem, vt audimus, inimici, & alius alio prętextu magna cũ potestate quæ illius sunt pars rapiunt, pars rapere conantur. (O impudentiam, ô crudelitatẽ) & nemo
est qui prohibeat, sed qui humanissimus est, seueritate legũ veluti prętextu quodã, se tuetur, &
si vno verbo dicendum est, fabula vel tragica facti sumus, qui olim felices reputabamur. Hæc L
tibi non videantur ferenda, sed condoleto potius & molestè nobiscũ ferto, & gratiã impartitor Cęsario mortuo, ne per ipsam amicitiam, per ea quæ tibi sunt omnium charissima, perq;
spem ipsam, quã tibi ipsi velis dextram ac fortẽ reddere, si fidus ac syncerus erga mortuũ apparueris, vt & viuentibus hoc largiaris, beneq; sperare facias. Putas nos pecuniarũ gratia mœstos esse? Dedecus illud nobis intolerabilius est, si videbitur omnium solus Cæsarius non habuisse amicos, qui tam multos habere reputatus est. Hac itaq; petitione te,& de talibus interpello: siquidem tibi forsan non habemur intempestiui. Quam vero adferre debeas opem, &
per quos,& quomodo,& res ipsæ admonebunt,& prudentia tua dispiciet.

Ad eundem Theologi. CXIII. M

COmmodi aliquid nobis adfert secessus, otium videlicet & tranquillitatem, verũ nõdum tantum commodi adfert quantum incommodi, vtpote quòd à vestra superamur amicitia & præsentia, re nobis admodum iucunda. Alij tua feruntur prudentia,
nobis vero multum est, si vel hoc dabitur, vt vmbram quãdam mutui colloquij in literis vicissim dandis & accipiendis obtineamus. An te videbimus iterum? An te complectemur aliquando lepidum nostrum caput? An hoc dabitur reliquæ nostræ vitæ? Quod si dabitur, omnis sit gratia deo. Sin minus, maxima ex parte emortui sumus. Tu verò memor esto Gregorij
tui, resq; nostras aliis ipse enarrato.

A eundem

A *Ad eundem Gregorij Theologi.* CXIIII.

OTiosè ac quietè philosophamur. Vsque adeò scilicet læserunt nos osores nostri, vt γνόμη ex
optarim nos adhuc alia eiusmodi affici iniuria, quò illos magis atque magis bene contrario.
de nobis meritos agnoscamus. Fit enim sæpenumero vt qui lædi videntur beneficio
afficiantur,& qui putantur beneficiis affici, lædantur. Igitur ad hunc modum habent res nostræ. Quòd si aliis hoc non persuademus, te tamen illud loco omnium scire volumus, cui libẽter rerum nostrarum rationem reddimus. Imò persuasi sumus ista te scire, ac ignorantibus
B persuadere. Obsecro vero, vt cum omni studio ac diligentia, si non antea, vel nunc tandem
in hoc incumbatis, vt concilientur & in vnum coëant orbis sectæ malè inter se dissidentes,
& maximè, si deprehenderitis illas non propter fidei doctrinam, sed propter priuatim conceptos animi dolores dissidere, quod ego animaduerti. Hoc & vobis si poteritis lucrosum erit, & secessum nostrum iucundiorem reddet, si videbimur illi nos non frustra commisisse, κενῶς.
sed sponte nosipsos quasi in pelagus quoddam ad exemplum Ionæ illius, eius gratia abiecisse, Ab ex&plō
vt sedaretur tempestas,& periculo erepti seruarentur, qui in mari illo procelloso nauigabant. βιβαιώσις
Si vero nihil minus etiamnum tempestate iactantur, nos saltem quod nostrum erat ad desideratam tranquillitatem contulimus.

C *Ad Eustochium Sophisten.* CXV.

ASTute Vlysses, quàm vehementer me perstrinxisti Stagirismum opprobrans, si- ὀνειδίζων.
mulq; nos accuratissimis sophismatibus inuoluens? Laudo quidem confidentiam tuam quòd quæ subscripsisti scribere sis ausus. Melius enĩ est apertè proferre quod molestum est, quàm in diem suspensos, vt ita dicam reddere rerum ignaros. Habeo tamen non- γνώμη.
nihil quod incusem. Vt autem iuridicialem agendi formam obseruem primum me defendã,
deinde accusationes inferam: faciam autem vtrunque pari animi beneuolentia. Optimum
Stagirium accessit Nicobulus meus. Accessit autem non ex animi nostri sententia (ne suspiceris hoc. Neque dum enim Athenarum oblitus sum ego, neque amicitiæ ac necessitudinis tuę)
sed à seipso quidem adhoc incitatus, & patre ita volente, illum accessit, à me vero per literas
D illi est commendatus ac traditus. Quid hoc habet ingratum aut inhumanum? Iam quoniam
excusationem meam habes, accipe etiam quid reprehendam. Non laudo figmenta tua & prę-
stigia quibus malè impetis æmulum (quandoquidem ita obtinuit, vt qui eiusdem sunt artis,
æmuli inter se vocentur.) Quamdiu ista durabunt? Et quando modum ponemus sophisticæ γόμμα ex
calumniæ? Quousque hæc fient? donec scilicet morte ab hac intercludamur versutia. Quòd si Hesiodo.
adolescens quispiam æmulatione adactus, emolumentiq; cuiusdam spe motus ista faceret,
ignoscendum quadantenus esset (vt demostheniano more tui gratia nonnihil rhetoricer) in
ista vero ætate existentem, atque ad hunc modum viuentem, captiunculis hisce insidiosis vel
petere alios, vel ab aliis impeti, prorsus est & intempestiuum & contentiosum: non solum ob
E id quod indecorum est & omnino sordidum: sed & quòd quàm facillimum est vt instar re- ἀνελίυθερον
currentis fluuij talia ipse audias, qualia in alios dixeris, (iterum enim Homero vtar) & omni-
no in promptu est. Vt eum qui momordit, vicissim remordeat lacessitus. Quæ ergo ista sapientia est, cum queas virtute superior euadere, per maliciã vinci malle, aut etiã vincere, quod Collatio.
multo est peius? Imò & in iudicibus hoc reprehendo (dicendum enim, quod verum est) quòd
quæ iudicantes puniunt, ea audientes laudant. Et nõ solum ipsi hoc faciunt, sed & multos habent collaudatores, & malitiæ inflammatores, quorum & portio quædam est, vt studio hoc
faciant. Oportebat, si suspicio esset, non laudare: si vero fides haberetur, publicè iudicare, magis quàm ad hunc modum agere. Si falsa esset delatio, oportebat accusatores arguere: si vera,
F eos reprehendere, qui accusantur, & non ita rem maximam, nobilium videlicet virorum opinionem, tanta temeritate ludibrio exponere. Itaque si me aliquousque auditis (nam vtrisque
loquor) conuicia hæc & vituperia, si nihil aliud, canitiem saltem reueriti vel in rebus turpissimis tandem defatigati, abiicite. Statuetis autem ipsi, veterem illam in pretio habendam esse
paræneſim, quæ tum virtutem exercere iubet, quando ætas suppetit,& vobis ipsis quidem insidias non struetis: struetis vero expectationi adolescentum, qui graui omnino dispendio afficientur, si conuiciis ac vituperiis assuefacti malitiam didicerint, idq; non sine stipendio ac
præceptore: quemadmodum non virtutis, sed huius nos habent præceptores. Quòd si tibi durus videor ista scribens, vltionem licebit de me æqua talione sumas, ita vt rerum necessariarũ
admonitum, vel morigerum laudes, vel repugnantem incuſes.

Ad eundem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad eundem Theologi. CXVI.

φαλακρὸς ἀμύκητα κρίει μὴ νυσάζειν ἀντιπρόσωπος. παροιμία. ἐδὲ ζώοις.

SIlicet ignoraui quàm vehementer improbum & indoctum virum Sophistam admonuerim. O socordiam. Et neque vulgari prouerbio admonitus cognoui caluus cum sim, non esse mihi cum ariete aduersa fronte arietandum, neque crabrones cõtra meipsum iritandos, linguam videlicet ad maledicendum procliuem & instructam. At istuc non admodum molestè fero. Nam, vt intelligo, commune mihi hoc vsuenit cum multis. Quod verò ad †bestias illas attinet, etiam præ multis. Illud autem me peius habet, quòd tibi fidem non feci, hoc me animo facere amico. Cæterum benevaleas & corpore & animo, & linguã si possibile est cohibeas. Nos autem posthac quod nostrum est curabimus. H

Ad Eudoxium rhetorem Tbcologi. CXVII.

γνώμη.

VEtus erat Athenienſium cõsuetudo, atque ea meo iudicio pulcherrima. Posteaquam ad pubertatis annos venerant adolescentes, ducebantur ad artificia. Ducebantur autem ad hunc modum. Proponebantur publicè cuiusuis artificij instrumenta, atq; ad illa ducebantur adolescentes. Quocunque tum quisque delectabatur, & quod accurrebat, illius edocebatur artificium: propterea quòd quæ ad naturæ ductum fiunt plerunque bene succedunt: quæ vero præter naturam præsumuntur, frustra tentantur. Ad quid ista narro? Et tibi idem faciundum esse dico, vt philosophiam non negligas: quandoquidem ingenio ad illã I
es appositò: neque ad aliud quicquam eorum quę tibi cognata non sunt assuefias magis, quàm istam amplectare, ad quam naturaliter es propensior. Non hoc tantum nomine quod optima est, sed & ob id quod naturæ est agnatior. Cursum vero fluuij detorquendum non esse parœmia docet, & artem equitandi edoctum ad cantandum admittere noluit poëtis. Quid timendum erat? Ne simul & in equitandi artem & cantandi delinqueres. Quæ autem hic spectanda est aptitudo? Vt mihi ista consideranti visum est, principio spectandum est ingenium

παροιμιακῶς.

morumq; tranquillitas atque aperta simplicitas, & ad seculi huius astus ineptitudo, deinde & animi industria ac sublimitas, & ad contemplandas res agilitas. Tertiò ad hoc vitæ institutũ accommoda est & infirmitatis subleuandę solicitudo & corporis imbecillitas. Nam & ista nõ K
parum commoditatis ad philosophandum adferre Platoni videtur. Et alioqui ea es ætate, vt affectuũ vis iam inclinet. Et paupertate mihi videris non magis premi quàm ornari. Et præterea pudorem admittere nosti, quod non conuenit instituto rhetorum. Sed neque vox tibi scelesta est, nec vitiosè clamas, neque in foro versatus es, nec quicquam habes eorum (vt breuiter dicam) quibus forensem Democritum ad concionandum finxit Aristophanes, sed cum rhetor voceris omnia prius præstare poteris, quàm vt moribus & ingenio inter rhetoras censeri queas. Velis igitur hoc minus abiicere philosophiam, quo magis moribus illi accommodis reliquos antecedis, neque malis minores habere in minoribus, quàm primas in maximis.
Si vero tibi primas quoque in terrenis dederimus, ne sustineas inter graculos primas habere, L
cum aquila esse queas. Quousque inflamur in minutis istis humiq; repentibus rebus? Quousq; ludimus in puerilibus hisce nugis ac figmentis, & propter inanes applausus extollimur? Trãseamus hinc. Euadamus in viros. Proiiciamus somnia. Præteruolemus vmbras. Relinquamus aliis vitæ huius delitias imò magis mœstitias. Alios fatigent, iactent, & iritent, inuidentia, seculi & euentuum cursus. Quod in rebus humanis queruntur esse instabile & inæquale, valeat, cuiusmodi sunt throni, potentatus, diuitiæ, splendor opum promotiones, subditorum supplex prouolutio inanis, scilicet, gloriola & respuenda, qua magis ignominia afficitur quisquam, si illam ignouerit, quàm si spreuerit. Magnæ huius scenæ ludicra & inania spectra præteribim⁹, locoq; omnium deum eligemus, qui solus bonum est per omnia sufficiens, & nostrum, vt & in hac vita inclarescamus, qui adhuc pusilli sumus, vitæq; huius claritatem quærimus, vel certe futuræ vitæ claritatem apprehendamus, quandoquidem virtutis præmium deus est, & puM
rissimæ lucis illustratio, quæ in trina illa vnitate conspicitur, cuius in hac vita splendorẽ prodata mensura adepti sumus. Adhæc certus progredere, mente aduola, apprehende vitam æternam. Nequaquam in spe concepta quiescas, donec desideratum ac beatum cœlestium bonorum verticem obtineas. Quòd si acquieueris, nos olim laudabis scio. Exigua quidem iam putantur, paulo verò pòst abundantia deprehendentur, vbi per te ipsum quæ nunc pollicemur, videris, inueneríque ista non inanem esse felicitatem, neque mentis nostræ figmenta, sed rerum veritatem.

προφάσ. νοσοκομία. παρεσιμώδ. πράγματα.

Ad eundem

Ad eundem Theologi. CXVIII.

ὑπόδειγμα κακοτεχνίας.

BEne habet, quòd in adflictionibus philosopharis, multisq; factus es exemplar tolerãtiæ in rebus tristibus, & quemadmodum ad optima quæuis corpore, cum recte valebas, es vsus: ita & nunc illo dextrè vteris, quandoquidem imbecillis cum sis, non es otiose, vt ita dicam, otiosus. Philosopharis enim, & quod Diogenem olim febricitantem inq; febrili calore tolerantem dixisse ferunt, hoc & ipse visendum exhibes cum in corpore tum in animo. Decebat meum hunc tam ruris amantem & agrestis vitę nec remollescere, aut resolui animo, non per afflictiones in varia diduci, sed contemnere lutum hoc, permitteréq; corB
pori, vt miseriam suam ferat, cum omnino siue iam, siue pòst aliquando ex lege naturæ sit resoluendum (morietur enim vel morbo vel senio confectum) ipsum vero animum habere in sublime euectum & cogitationibus cum deo coniunctum: hoc quoque scire, quod absurdum sit, si extra pericula philosophantes, in aduersis, vbi opus est, deprehẽdamur nihil minus quàm philosophi, req; ipsa doceamus nostram hanc professionem frustraneam & inanem. Omnia iam dilucidè animo perlustrasti, cùm nostra tum aliena, vtpote vir in vtrisque instructus & aliorum quoque præceptor, collegistiq; tibiipsi ex omnibus paratum humanitatis pharmacũ. Vt vero tecum & ego parumper, si id iubeas, philosopher, non laudo diligentiam illam circa res minutas & negligentiam circa præcipua, in Aristotele, qui cum felicitatem nobis definiC
ret, aliquousque quidem rectè progressus est, definiens illam esse animi circa virtutem energiam, adiiciensq;, in ætate perfecta: quod & ipsum valde clarè expressit, propter cõcisam nostram mutabilemq; naturam: illud vero non præclarè sed admodum abiectè, quòd & mundanarum rerum, quæ extra hominem sunt, facultatem & abundantiam adiecit, quasi si pauper quisquam fortè sit, vel morbidus, aut ignobilis, vel exul, ob id felicitatis particeps esse nequeat. Laudo vero animi dexteritatem & præstantiam in Stoicis, qui nihil eorum quæ extra hominem sunt à felicitate impedire dicunt, sed felicem esse eum, qui virtutis studio incumbit, etiamsi in Phalaridis tauro concremetur. Et huius gratia admiror quidem eos qui apud nos honesti ac recti gratia periclitati sunt, aut calamitatis aliquid fortiter tulerunt: admiror vtro magis eos qui apud incredulos hac in re nostros adæquarunt: vtpote Anaxarchum ilD
lum, Epicteton, & Socratem, vt multos reliquos taceam, quorum primus, cum in mortario manus ipsius, iussu tyranni contunderentur, follem Anaxarchi tundendo purgare iussit tortoribus. Quid his verbis innuebat? ærumnosam videlicet nostram carnem. Significabat enim animam Anaxarchi philosophi non tundi. Ita nos vocamus externum & internum hominem. Alter vero cum cruretenus distenderetur ac torqueretur, philosophabatur non aliter quàm si in alieno corpore viueret: & citius videbatur fractionem cruris perferre, quam illatam cruciatus violentiam persentiscere. Socrates morti ab Atheniẽsibus adiudicatus, cum in carcere esset, vt nosti, de corpore suo quasi de alio quodam carcere ad discipulos disseruit, & cum copia esset aufugiendi data, aufugere noluit. Vbi vero allatum esset venenum magna aE
uiditate sumpsit, perinde ac si non ad mortem sumeret, sed ad beneuolentiæ amicam inuitationem præbiberet. Adiunxissem illis & Iob nostrum, nisi te scirem haud alienũ ab illius passionibus, & esse iam & futurũ cum deo. Hęc eadem videris mihi tibiipsi succinere, ô diuinum ac sacrum caput, atq; ita teipsum curando cõualescere, nosq; exhilarare præcones & amicos tuos, & neq; per morbi violentiã animo deiici, neq;, quod diuinus Dauid dicit, propter pacẽ peccatorum & rerum prosperitatem qua illi potiuntur in hac vita, offendi, sed magis expurgari, si fas sit illud de te dicere, & corporis ægrotationem materiam facere virtutis.

De philosophia hac Christiana intelligit.

Vide Eth. lib. 1. cap. 7

Phalaridis immanitas.

Ab exẽplis. βύλακου. Anaxarch⁹. Epictetus.

Socrates.

Ad eundem Theologi. CXIX.

F
QVod alter alterum couenire nequit, idem vtrique impedimenti est. Vtitur enim te corpus tuum, vt assolet, ne quid amplius dicam. Me vero scias pessimè habere. Alioqui nõ quieuissem quin ante omnes peregrè reuersos, mihi crede, ad te aduolassem, complexusq; & consultore te de rebus propositis vsus essem, viro & amico & prudenti inq; pietatis causa sublimi. Quòd vero reliquum erat, videlicet, vt per literas inuicem alter alteri loquamur, hoc ipse quidem præstitisti, idq; rectè: faciemus autem idem & nos. De quib⁹ scribis, nobis non sunt minuta, nec modici momenti. Vnde neque ipsi de illis obiter aut negligẽter consultauimus, sed magno studio ad ipsorum inquisitionem conuenimus. Defatigati sumus autem, certando contra inuidentiam, sacrosq; episcopos, qui publicam concordiam rũpunt;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ναυτίλον ἰχθύν.

punt: & fidei cauſam contentionibus ſuis priuatis poſtponunt, atque obiter ac perfunctoriè G
tractant. Quapropter intelleximus puppim doctrinæ veritatis miſerè pulſari, atque ob eam
cauſam nos ipſos cohibemus (quemadmodum & piſcem Nautilum factitare dicunt, ſi quan-
do tempeſtatem ſenſerit) videmúſque procul quo pacto quidam proſternant, quidam pro-
ſternantur: ipſi vero interea ad futuram vitam ac portum tranſitum paramus. Si verò eccle-
ſia periculis exponitur, vt ſcribis, dic quæ? Si noſtra, & ego hoc dico, & vos quoque rectè ſen
titis. Si vero eccleſia ea ſit, quæ ad nos non pertinet, & quæ nobis delegata non eſt, nos ex- H
tra culpam ſumus. Verum quoniam ad tempus aliquod curæ noſtræ commiſſa eſt hæc eccle-
ſia, ad tempus illi prærimus. Multi ſunt & alij, qui illi vtique præeſſent: nimirum, quibus ex-
traneæ eccleſiæ commiſſæ ſunt. Et forſan lucroſum eſt, hoſce ferre labores: renuntiare tamen
ac detrectare, culpabile non eſt. Non eſt itaque quòd huius gratia nobis quicquam metuas.
Quin magis illud metuas, ne qua in re lædamur.

Ad eundem Theologi. CXX.

γνώμη memorabilis.

REcordor adhuc præſentiæ tuæ, qua vnà conueneramus pauloantè in Mataza mea
(mea enim ſi qua voco, tua intelligo) ſimul & philoſophiæ qua tu philoſophabaris,
quam etiamnum ex recordatione ſtupeo. Ego quidem pſalmum tibi ſeptuageſimum
ſecundum exponebam (nam id iubebas & mihi repugnare non licebat) in quo Dauid primum
æſtuat & turbatur propter reproborum proſperitatem, pòſt vero conuerſis ad futuri ſeculi iu I
dicia & repoſitam cuiuis vitæ generi retributionem cogitationibus, ab animi perturbatione
quieſcit: mœrorémque ſolatur, Expoſitionem autem quantum fieri poterat, ad commouen-
dos affectus attemperabam: cum ex noſtris tum ex peregrinis eadem diſputans: cum ſcirem
me viro docto ac tanto diſſerere, ſimúlque ſentirem ad hoc me diſſerendi genus impulſu ſpi-
ritus rapi, & ad doloris affectus exacui. Nihil enim ita ad exprimendos doloris affectus facũ-
dum reddit, atque ipſa animi paſſio: fluebat quodammodo ſermo noſter: tu vero interea
dum loquebar, quaſi ſtimulis quibuſdam excitatus, manibus in cœlum extenſis vultúque qua-
ſi ad orientem verſo (orientem enim aſpicere poteras) exclamabas: Gratias ago tibi pater ô cõ
ditor hominum tuorum, quòd nos etiam inuitos rectè fingis, & per externum hominem in- K
ternum purgas, & per aduerſa ad beatũ nos finem perducis: quæ verba ipſe noſti abs te pro-
lata. Et quid opus eſt omnia recenſere, quæ cum ante nos tum vnà nobiſcum philoſophaba-
ris, veluti exultans ex morbo, ita vt diſcipulum haberes quem volebas eſſe doctorem. At cu-
ius gratia iſta commemoro? vt per te ad omnes illud vociferem ac pronuntiem: quòd ij no-
bis deplorandi magis ſunt, qui interno animæ morbo laborant, quam illis nos qui corpore ę-
grotamus, ſiquidem ad hunc modum affecti fuerimus: & quod potior ſit morbus philoſo-
phans, quàm terrenarum rerum ſucceſſus indomitus.

Ad eundem Theologi. CXXI.

L

γνώμη.

REprehendunt te nonnulli (id enim intelligo) quod rerum tuarum mundiciem vni-
cè cures, & in corporis tui ſtatu componendo cum ad hunc modum habeat, ope-
roſus ſis. Et nihil mirum. Nam facilius eſt in alienis quàm propriis philoſophari.
Ego vero ſi te vidiſſem hoc præter menſuram facere, aut nimium, vel vehemẽtius
iſti ſtudio & induſtriæ deditum eſſe, vtique reprehendiſſem, (dicẽdum enim quod verum eſt)
nihil veritus vel amicitiam tuam vel eruditionem. Quoniam vero operoſus quidem hac in
re es, modum tamen haud excedis: vteris autem ad naturæ neceſſitatem quibus id operæ im-
pendis: & præterea morbum habes, qui tibi ſatis negotij curis ſuis pariat: vt credam corporis
tui valetudinem excedere, quæ illius gratia curanda tibi veniunt, non poſſum non carpere M
accuſatores tuos, teq; à culpa liberare. Ad hæc mihiipſi perſuadeo quòd ad iudicandas res ne-
mo te ſit præſtantior, quum te omnes, quiſque in ſuis ipſius rebus, priuatim pariter ac publi-
cè præceptore vtantur & conſultore, & quòd nemo, quæ animæ ſunt, philoſophicè magis cu-
ret. Si vero corporis valetudinem vel ſeruare vel recuperare ſolius eſt artis medicæ, quis ita
temerarius fuerit, & diſciplinæ huius expers, qui tibi de rebus medicis auſit præſcribere? Sunt
itaque tibi quamplurimi iſtorum hominum negligendi, permittendumq; vt ſint inſtar gra-
culorum de aquilarum volatu iudicantium. Tu vero de morbo curando & quę ad illum per-
tinent, tuiipſius ac dei conſilio vtere, & à recto non aberrabis.

Præpoſterũ iudiciũ κατ' ὁμοίωσιν.

Ad eundem

A *Ad eundem Theologi.* CXXII.

παραμυθητικοὺς λόγους.

HActenus quidem ipſe tibi ad morbi ſolamen conſolatoria ſcripſi. Eras enim animo
perculſo. Nunc vero mihi videris ipſe nos conſolari, propè eodem modo affectos.
Oportuit enim nos cum amici ſimus, ne hac quidem in re ſeparari. Imò iam antea
nos hoc ipſo conſolatus es, quòd per tolerantiam tuam aduerſa toleranda eſſe admonuiſti.

Ad eundem Theologi. CXXIII.

B

HAboro ex morbo, gaudeoq;, non quòd laboro, ſed quòd aliis tolerãtiæ diſcendæ præ-
ceptor ſum. Quoniam enim non eſt datum, vt ſim expers paſſionum, vel hoc ſaltem
ex adflictionibus lucrifacio: vt feram & gratias agam, quemadmodum in iucundis
ita & in triſtibus: quandoquidem nihil horum credo non probabile eſſe animis ac ſententiæ
noſtrorum, etiam ſi nobis ita videatur.

Ad eundem Theologi. CXXIIII.

πάντα τὰ φίλων κοινά.

QVæ tibi triſtia ſunt, omnino & nobis ſunt. Communia nanque ducimus quæ amico-
rum ſunt omnia, ſiue proſpera ſiue aduerſa, quemadmodum & amicitiæ affectus cõ-
paratus eſt. Quanquam & de iſtis quid neceſſe eſt ad te philoſophari, ac quid dece-
C at differere? Quemadmodum igitur & ipſa amicitiæ lex admonet, nolo te, neque honeſtũ ar-
bitror, cum agrariæ ſolitudinis per quàm amans ſis, inq; diuinis excellenter inſtructus, eodẽ
modo affici cum reliqua mortalium multitudine, neque mox malè affecto corpore conſter-
nari, aut velut immedicabilem adflictionem deplorare, ſed in paſſione tolerantem eſſe & mẽ-
tem nunc maximè expurgare, ac victorem apparere vinculorum corporis, arbitrariq; morbũ
tibi diſciplinam & inſtitutionem quandam eſſe ad id quod vtile eſt: vt contempto corpore &
quæ corporea ſunt, ſimulq; quicquid fluxum turbulentum, ac perditum eſt, totus ad cœleſtiũ
conſortium tranſeas, proq; præſenti ſeculo viuas futuro, & præſentem hanc vitam, vt & Pla-
to dixit, mortis conſtituas meditationem, animamq; ſiue à corpore, ſiue, vt illius verbis lo-
quar, è ſepulchro pro viribus liberes. Quòd ſi iſta meditatus, itaque comparatus fueris, & ipſe
D maximam lucrifacies vtilitatem, & nos tui gratia exhilarabis multosq; ad hoc inſtitues: vt in
paſſionibus ſint tolerantes. Et præterea non mediocre lucrum accedet, ſi & huius tibi aliquid
curæ eſt, quod ab omnibus celebraberis. Cæterum libellorum, quos petiiſti, alterum quidẽ rep
peri & animo prompto ad te miſi, vtputa Demoſthenicum: alterum vero, videlicet Iliada, a-
miſi & hoc damni patior, quod illum vſui tuo dare nequeo. Etenim credas mihi volo, quòd
iis me tantum potiri puto, & ſolum ea rectè poſſidere, quorum ipſe mecum es particeps, &
quibus non ſecus atque tuis ipſius rebus vteris.

εἴτε σώματος εἴτε σήματος. ex Platone.

Ad Aphricanum Theologi. CXXV.

E

QVibus potiſſimum delectantur equi? Manifeſtum quòd equis delectentur. Aquilæ
quibus? Non aliis quàm aquilis. Graculum aſſidere graculo, vel ex prouerbio audis,
ita ſanè & Atticum Attico, & probitatis ſtudioſum eo qui probitatem adamat ac
tuetur, delectari puta. Hoc enim mihi videtur munus eſſe principis, vt opem ferat virtuti, ma
litiam vero impugnet: ſiue id incruento principatu, quemadmodum nos, ſiue cum gladio ac
vinculis faciat. Sanguinis enim effuſionem neque tibi dabimus, quem ſcimus ex virtute prin-
cipatum gerere, non violenta coactione vti, & metu magis caſtigare malos quàm opere, qui
gubernandi modus optimi principatus eſt. Horum gratia, ſummopere congreſſum ac collo
quium tuum expetiui, & iam quoque expeto: cum vero illo propter corporis mei infirmitatẽ
F potiri nequeam: neceſſariò iſtum agendi modum apprehendi: vt, quod nunc videtur optimũ
te alloquar per virum hunc familiarem, amicum & cognatum, in omnibus mihi colendiſſi-
mum Nicobulum, qui & nos apud te excuſabit, (Dignus eſt autem hic vir ſi quiſquam alius,
quantum mihi liquet, cui fidem habeas) & per nos ſeipſum integritati tuæ reddet cognobilẽ.

κολοιὸν πρὸς τὸ κολοιόν.

Fũctio hęc integri principis ꝓpria.

Ad Aſterium Theologi. CXXVI.

QVid iuſtius deo? Et tamen cum omnium ſit conditor ac dominus, peculiarem ſibi fa
cit ac nominat populũ Iſraëlem: nec veretur ne huius gratia iniuſtus vocetur. Quid
itaque mirum ſi & nos, quibus omnium eorum qui ſub noſtra ſunt manu ac guber-
natione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

natione,cura est commissa, plus aliquanto complectimur filium Nicobulum, quem & senectutis ac morbi nostri curam gerere agnoscimus,& cui quasi fulcro ac baculo infirmitatis nostræ incumbimus.Hunc tibi commendamus,& per te principi:vehemẽter absurdum ac molestum putantes,si cum alij per nos liberentur,idq; in grauissimis causis, & ij quoque qui nũc cum primis nos acerbè incusant, hunc ne à calumnia & violẽtia quidem liberare poterimus: & quem in alienorum causis honorem tulimus, eodem in nostris ipsorum potiri nõ licuerit: sed idem ferendum nobis sit,quod oculis accidit,vt cum alia videant,seipsos nõ videant: aut quod fontibus in profundo positis vsuenit, qui cum proxima ac contigua non irrigent procul dissita irrigant.Esto graue quid,aut etiam grauissimum, ausi sint adolescentuli (quod tamen ne modicum quidẽ,haud deprehendetur: si per temporis angustiam inter examinandũ à defensione non intercludemur) quid tamen inde poterit imputari dominis qui nullo eorũ quæ commissa sunt:tenentur consortio? Aut quæ est ratio, ob quam de alienis peccatis quisquam ad supplicium vocetur,& publicam curam gerat,dum de priuatis dolere cogitur.

Simile.

Ad eundem Theologi. CXXVII

DIces forsan,quid hoc rei est? Iterum nobis Gregorius?Iterum epistolas mittit? Iterũ aliquid petit? O animum hominis inexplebilem,quem nos ipsi prouocauimus. Nequaquam ô præclare,noli hoc esse in nos affectu.Quibus enim deputati sunt portus, nisi tempestate iactatis? Quorum sunt pharmaca,nisi ægrotantium?Istis priuandi nõ sumus, idq; tantò amplius,quantò nos apud te aliquid posse confidimus.Non enim iam petimus, sed repetimus gratiã quæ nunquam nõ simili gratia prouocatur.Nicobulus vim patitur: id quod idem est,ac si nos illam pati diceremus.Est enim is nostra refocillatio. Et quomodo possibile est,vt hic quisquam taceat,nec sit molestus,etiam si sit vehementer philosophus? Porrige manum adflictis,vt & ipse ope diuina potiare,qua,vt homo,opus habes, omniq; amicitia & prudentia,deinde & potentia,cum voluntate dei,in rebus nostris vtere. Neque enim ferrũ ignitum ita multis opus habet: vt lapis,ad hoc,vt inditum sibi ignem in lucem emittat: sed mox atque percussum est,simul & latentis ignis scintillæ, fulguris instar prosiliunt: ita & ipse nihil opus habes prolixiore precatione,idq; nostri gratia,cumq; talis sit persuasor, & germanus adeò principatus socius semel ac summatim dicam: Alia quidem alij per nos beneficia consequuti sunt: isto vero nos pro nobisipsis opus habemus: quo potissimum prudentia tua ad succurrendum promoueri debet.

Responsio petita à simili.

Collatio elegans.

Ad Posthumianum de pace Theologi. CXXVIII.

SVblimi es eruditione, idq; vtralibet, & in quouis dicendi genere. Nominis tui celebritatem partim audiuimus (Expers enim sum Romanæ linguæ, & ignarus rerũ Italicarum)partim experti sumus ipsi,ita vt illam possimus & aliis patefacere,si qua nobis est talia iudicandi facultas, esse autem non pauci dicunt.In sublime euectus es haud ita mediocrium principatuum gloria.Imò ipse,si quod verius est dicendum est,haud modicos principatus sublimes reddidisti: supremam nactus es potestatem. Non est hoc fortunæ munus,quemadmodum multi sanè dicerent: sed hanc potestatem tanquã virtutis premium adeptus es,vt & ipsa redderetur glorioſior,& Rex propter iudicij sui de te sententiam, laudem acquireret. Modica sunt ista, adijciã aliquid de causa quoque Christianæ religionis. Primum,baptismate initiatus es ad pietatem. Vtinam te è sacro fonte leuassem.Recordor enim adhuc verborum tuorũ: quæ quod mirum est, adhuc insonãt auribus meis.Quòd si istis amicorum quoque recordationem coniunxeris(coniunges autem scio: nam hoc ex præteritis indiciis colligo)amplius etiam te admirabimur. Hic est humanæ prosperitatis siue felicitatis finis.Illud vero vltra Gaddes,hominibus haud esse superabile Pindaro philosophanti credimus.Quoniam verò magna consequutus magnorum quoque factus es debitor,& deus sua beneficia primum te nostræ religionis esse fecit: postea nobis etiam præfecit: simulq; absurdũ fuerit abs tanto viro nõ magna repetere, vt illud te admoneam,patere, videlicet, vt nihil ita principatum tuum decere putes: atque,quandoquidem iterum instituitur synodus episcoporum (qui quamobrem & quomodo congregentur haud noui) vt sub te ac per te pacificentur ecclesiæ,& si opus fuerit acriter reprehendantur seditiosi. Si vero ineptus esse videor, quòd quum ipsam rerum admirationem differuerim,non simul & curam illarum abiicio: hoc tibi ne mirum videatur.Non enim vt thronos ac dignitatis sublimitatẽ sic volentibus cessimus: ita &

ex Pindaro.

ita & ipsam pietatem deseremus: sed iam aliquanto amplius,quod & tibi videri puto,fide digni sumus,quibus credatur:quòd non nostra sed quæ reipublicæ sunt curemus.

Ad Saturninum de pace Ecclesiastica Theologi. CXXIX.

EXigis,bene scio,quæ sunt amicitiæ,etiam si temerarium sit aliter scribere. Nam exteris quidem das potestatem: nobis vero adscribis loquendi fiducia, tanquam bonus conseruus iis,qui deo coniungi cupiunt.Quapropter etiam te alloquimur: atq; id desideranti nostra exponimus.Omnia nobis beneficio dei salua sunt,vno dempto,quod de ecclesiis ita turbatis soliciti sumus. His si concordiam publicam adferre poteris, ne contẽris illam cùm verbo tum opere constituere.Nam iterum synodus est episcoporum, & timẽdum denuò ne etiamnum pudore afficiamur,si eundem & ista sortiatur finem,quẽ habuerunt præteritæ.Res verò nostras deo omnia scienti & cognoscendas & iudicandas permittemus:licet libenter inuidię eorum qui ita voluere,cesserimus: non vt multis videtur,rem iucundam,sed valde periculosam deserentes: & velut è graui ac sæua tempestate in tranquillum quendam ac securum nos portum recipientes.

προτρεπτικὸς.

Amazonio Theologi. CXXX.

SI te quisquam communium amicorum rogauerit(credo autem illos esse multos)vbi nunc est Gregorius?Quid agit? confidenter respondeto: otioſè philosophatur:& eos à quibus est iniuria affectus non pluris facit quàm si ne nati quidem esse scirẽtur: ita scilicet his rebus permoueri nequit.Si vero ista rogans subiunxerit: at amicorũ separationem quo animo fert? iam non amplius confidenter dicas,philosophatur,sed hic animo est admodum pusillo.Nam alius aliunde quidem superatur: nos vero ab amicitia & amicis.Horum vnus quoque est præclarus Amazonius.Vna forsan tantum hac re nos recreaueris, & erga te pacatiores reddideris,si nostri fueris memor, & quod hoc facias literis tuis nobis persuaseris.

ὁυτως ἀπὸ τῆς.

Celeusio Theologus. CXXXI.

COmplexus sum te,etiam interea dum taceo vt discas & silentij sermonẽ, instar mutæ picturæ loquentem esse.Loquar autem,quæ cùm amicitiam nostram decent: tum præsenti tempori conueniunt.Iniquè agis, quòd iudex cùm sis non amplecteris sobrietatem. Et quomodo custodies leges humanas, cum diuinas contemnas? Purga tribunal tuum,ne ex his duobus alterutrum tibi contingat,vt malus vel fias vel puteris. Turpem vitæ speciem proponere,nihil est aliud quam seipsum spectaculo ac ludibrio exponere. Summa eius est quod dico.Scias te haberi pro iudice,& minus peccabis. Nihil istis habui potius, quod tibi proponerem.

Eidem. CXXXII.

NE condemna me tacentem, neque ego te condemno loquentem quod de cibis seruandum Paulus sanciuit.Si vero condemnas, tuam ipsius linguam metue: ne contra te primum moueatur,si te dignum deprehenderit silentio.

Theologi ad Eusebium episcopum Samosatenum,in exilio agentem. CXXXIII.

QVando pietas tua patriam nostram pertransibat è domicilio nostro ne prospicere quidem poteram in extrema constitutus infirmitate. Contristabat autem me nõ ita morbus,licet tantus,vt mortis induceret timorem, atque quòd sacra & honesta tua præsentia priuabar.Tanto teneor honorandam illam faciem tuam videndi desiderio, quanto credibile est teneri eum qui spiritalium vulnerum medela opus habet: illamq; se ab integritate tua consequuturum sperat.At vel nunc etiamsi peccatis meis deputandum est,quòd præsentia tua illa tempestate frustratus sum: possibile est,vt aliqua mihi contingat per tuam bonitatem in rebus hisce tristibus refocillatio. Si nanq; dignaberis etiam mei in precibus illis tuis coram deo acceptissimis aliquam facere mentionem, hoc mihi omnis diuinæ benedictionis acquirendæ compendium erit: idq; cum in præsenti hac mea vita, tum in futuro seculo.Certus enim sum,quòd vir tantus,tantopere in fidei euangelicæ causa decertans, talesq; illius nomine persequutiones tolerans, ac tantam sibiipsi per tribulationum patientiam apud iustissimum

εὐλογίας ἐφόδιον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustissimum deum fidutiam comparans,si & nos precum suarum dignetur patrocinio,tãtum G
possit apud deum,quantum nobis prodesset si quisquam è numero sanctorum martyrum hoc
faceret. Itaque obsecratus hoc pacto indesinenter Gregorij tui memor esto in precationibus
tuis,in quibus memoria tua dignus haberi desidero.

Eidem. CXXXIIII.

VNde ad celebrandum encomia tua ordiar?Et quo te nomine verè ac propriè appellabo ? An columnam & stabilimentum Ecclesiæ vocabo ? Aut luminare mundi, vt Apostolico more loquar. Aut coronam gloriationis sanæ Christianorum parti?vel donum dei? vel patriæ fulcimentum? Siue regulam fidei? Aut legatum veritatis? vel simul o- H
mnia hæc hisq; plura ? Et laudum tuarum excellentiam ex gestis tuis quæ conspicua sunt confirmabo. Quis imber ita tempestiuè siticulosam tellurem irrigauit vnquam?Quænam fluenta in eremo comprehensis ad hunc modum ex petra inundarunt ? Quem talem angelorum panem manducauit homo quisquam ? Quibusnam discipulis suis Iesus cõmunis noster dominus vndis propè immersis & obrutis ita in ipso temporis articulo præsentem opem attulit,vt & pelagus tranquillum reddiderit,& in periculo constitutos conseruarit: quemadmodum tu nobis laborantibus & anxiis,ac veluti iamiam naufragium facturis cõparuisti ? Quid refert quæ alij per te sint adepti recensere: qua lætitia & animi iucunditate orthodoxorũ mẽtes repleueris,& quàm multorum desperationẽ absturleris? Ecclesia, mater nostra, Cæsariam I
dico,nunc verè viduitatis suæ vestes ad tuum conspectũ abiicit, & stolam lætitiæ resumit : & iam aliquanto alacrior & illustrior erit, posteaquã pastorem nacta est & se,& iis quos antea habuit,vestrisq; necessitatibus dignum.Nostra enim vt habeant,ipse vides: & quàm præclara ac miranda effecerit zelus ac operosus hic sudor tuus,& quàm erga deum habes,fidutia.Senectus in iuuentã mutata est: & infirmitas victa. Qui lecticis erant affixi, gestientes subsultant, & infirmi amiciuntur virtute.Istis & nostra confero:quæ mentibus nostris contigerunt.Habes itaque patrem,cum pro seipso tum & pro nobis.Vniuersam actam vitam honestamq; caniciem bono claudet fine, certamine videlicet quod ecclesiæ gratia sustinuit:recipiemusq; illum, scio, beneficio precum vestrarum de quibus in omnibus bona fidutia bene sperandũ est, K
robustiorem ac validiorem.Si vero ex curarum molestia vitã hanc finierit: nihil dãni fuerit talem mortẽ,inq; talibus negotiis, obire. Mihi vero precor, ignoscite si declinatis parumper maleuolorum linguis tardius aliquanto accurrero, vosq; complexus fuero,& quæcunque id temporis ipse præterierim:per meipsum coram cõpleuero mea vnius acclamatione.

Eidem. CXXXV.

CVm in omnibus nobis sit venerandus , & inter germanos connumeratus amicos, obseruandissimus frater noster Eupraxius,hoc tamen nomine germanior visus est: quòd erga te amicè est affectus. Qui etiamnum ad tuam non secus properauit reue L
rentiam(vt illud Dauidis dicam)quam ceruus multa siti accensus : quò intolerabilẽ sitis molestiam potabili puroq; fonte per tribulationũ patientiam refrigeret. Hoc & nobis fieri dignare.Huius gratia beatus quidẽ est,qui hoc gratiç adeptus est,qui adflictionibus & laboribus pro Christo veritatẽque illius toleratis talem imposuit coronidem,qualem perpauci ex iis qui deum timent consequuti sunt.Virtutẽ enim non ostendisti talem quæ nulla sit examinatione probata : neque in solo tranquillitatis ac serenitatis tempore rectam tenuisti nauigationem mentesq; aliorũ gubernasti : sed in molestiis tentationum talis cõparuisti,sublimiorq; ac victor persequutorum factus es : vtpote, quòd forti animo patriam mutasti. Alij quidem patrium solum obtinent,nos vero ciuitatem supernam.Alij sedem nostram habent, M
nos Christum.O præclaram negotiationem. Pro rebus modicis, quas contempsimus,qualibus bonis ornati sumus?Transiuimus per ignem & aquam , credo nos etiam ad refrigerium peruenturos . Non enim in finem vsque derelinquet nos dominus , neque negliget rectam doctrinam , quam reprobi persequuntur : sed pro multitudine dolorum nostrorum exhilarabũt nos illius quoque consolationes.Hoc igitur & credimus & optamus. Tu vero pro humilitate nostra preceris obsecro,& quoties opportunum fuerit,per literas nobis disserere alacrioresq; nos reddere res tuas significando,id quod iam facere dignatus es,ne graueris.

ὡς ἔλαφος πολύδιψος ἐπιθεὶς κο-
χωνίδα.

Olympio

A *Olympio Theologus.* CXXXVI.

HOc mihi ipsa infirmitate grauius est,quod ne credor quidem infirmus esse: sed legatione ac peregrinatione adeò longinqua oneror,inq; medios tumultus pellor : quorum fugam auidè complexus sum : ipsiq; corporis adflictioni ac morbo eius nomine propè gratiam habeo . Otiosa quippè vitæ tranquillitas negotiorum splendore pretiosior est.Hoc Paulo antè præclarissimo quoque Icario scripsi: cum idem mandati accepissem : dignetur vero nunc etiam pro nobis scribere tua prudentia,quam fide dignum habemus infirmitatis nostræ testem.Huius autem certum documentum & dispendium hoc est, quo iam af- μεγαλόφωνα.
fecti sumus: quòd neque accurrere tèque coràm frui potuimus : principe adeò commodo ac
B dextro,virtutisque gratia ita præclaro,vt principatus tui initia pretiosiora sint,quàm aliorum sit post absolutos principatus gloria.

Eidem. CXXXVII.

ET ipsa quoque cana senectus nonnihil adhuc eruditur ac docetur : & non omnino, vt putatur,digna est,cui omnia prudentiæ gratia credantur.Ego quippe, cui potissimum nota est Apolinaristarum sententia & impietas , cum animaduerterem intolerabilem illorũ arrogantiam ac vecordiam, putabam illos per patientiam & lenitatem animi mansuefieri ac sensim emolliri posse, quemadmodum & spem istam aliquãdiu prosequu-
C tus sum: verum per ignorantiam illos hac lenitate peiores etiam,vt apparet,reddidi : & Ecclesiæ per intempestiuam philosophiam nocui . Peruersi nanque nulla flectuntur æquitate ac τῇ ἀκαίρῳ φιλοσοφίᾳ.
mansuetudine.Et iam si mihi fuisset possibile vt ista per meipsum coràm declararem,haud sanè detrectassem: quin etiam præter vires meas animo excitatus ad reuerentiam tuam aduo- Peruersi difficilè corriguntur.
lassem.Quoniam vero infirmitas nostra ita inualuit,vt Xanxaridis thermis opus habeamus, ita consulentibus medicis,quod per meipsum facturus eram, id literis exequi visum est. Ausi sunt mali ac perditi homines præter reliqua omnia etiam hoc facinus,vt conuocatis episcopis illis,qui per totius orientis & occidentis synodum condemnati sunt, & gradu deiecti,vel certè iis,qui aderant , abusi(nequeo enim hoc pro comperto dicere)etiam omnibus regalibus constitutionibus vestrisq; mandatis repugnantes , episcopi nomen imposuerint vni eorum
D quos habẽt complices impios,& nemini vt arbitror,ita execrabiles, atque meæ mortificationi Hoc enim confidenter dicendum est.Ista si sunt tolerabilia, ferat ea tui constantia animi, τῇ ἐμῇ νε-
feremus ea & nos,vt & sæpenumero talia tulimus. Si vero sunt grauia & neque pientissimis κρώσει.
regibus ipsis tolerabilia , dignare quæ commissa sunt in ius vocare & castigare , etiamsi hoc mitius fiat,quàm commissorum exigebat contumacia.

Eidem. CXXXVIII.

E TErum scribo,cum ipse adesse deberem.Verum ista mihi abs te est indita confidentia ô & agendorum gubernator(vt quod primum est priore loco dicam)& rerumpu πραγματικῶν βραβευτά.
blicarum restaurator,diuinoq; munere vtrũque, qui & hanc consequutus es pietatis
mercedem,vt iuxta animi sententiã cedant quæcunq; instituis:& quæ aliis non paruerunt: in tuam vnius potestatem veniant.Principatum enim tuũ moderantur cum prudentia, tum animi fortitudo,illa excogitans quid sit agendũ, ista cogitata feliciter absoluens, & quod maxi- In principe requiri,prudentiæ comes vt adsit fortitudo.
mum est,eam habes manus puritatem,vt illa dirigantur ac corrigantur omnia. Vbi tibi aurũ illud iniustũ,quo iudicia corrũpuntur?Ne fuit quidem vnquã.Statim initio principatus tui eliminatũ,& veluti pernicios quidã tyrannus,condemnatum est.Vbi inimicitia? condẽnata est.vbi gratia?Hic nõnihil inclinas(reprehendam enim te parumper)sed diuinã imitatus be- Aurũ ὡς ἀφανὲς τύγχανος.
F nignitatem,quam etiã per nos iam implorat Aurelius miles tuus,quem profugum,insipientem, supplicem vero prudentem voco:propterea quòd sese fidei nostræ commisit, & per nos tuæ : caniciem nostram instar regiæ cuiusdam imaginis , & sacerdotium quod sæpenumero reuerendum esse confessus es, patrocinij loco obtendens . Ecce hunc tibi sistit † sacrificia ista θυηφόρος χεὶρ καὶ ἀναίμακτος.
& incruenta manus, & quę te multis encomiis celebrauit, celebrabitq; scio adhuc pluribus, si nobis principatũ hũc progauerit deus,tuũ dico,& eiº, qui in isto tibi munere cooperarius est.

Nemesio Theologi. CXXXIX.

SI tibi molestus videor,quòd frequẽter scribo,ne mireris. Quòd si te iustum iudicem conuiciis quoq; impeterẽ,noui quòd me à crimine absolueres. Huius mihi confidẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

βαπμασθῆναι ἐνδέῃ.

tiæ ipse factus es autor: propterea quòd ad petendum me, largiendi promptitudine prouocas. Neque id mirum. Sunt enim multa quorum nomine nobis libenter gratificari debes, vtpote, senectus, infirmitas, communicatio studiorum (siquidem & nostrum nonnihil est in illorum disciplinis) tum & desiderium præsentiæ tuæ à qua tamen per infirmitatem prohibeor: tantóque commodo destituor. Sed quid est quod abs te peto? Quòd si iniquum aliquid peterem, tantum virum vtique reuererer. Si vero iusta est petitio, promptè annuas oro. Iterum ad prudentiam tuam confugit venerandissimus filius noster Theodosius, meus pariter ac tuus. Ex vitæ proposito meus, supplicatione vero tuus. Supplicaturus venit in causa miserabili. Orphani periclitantur: &, vt res humanæ habent, in discrimine constitutus, incertus est, vbi tandem consistat. Et patris translationem veremur: qui multis modis orphanitus est, vbi tandem consistat. Et patris translationem veremur: qui multis modis orphanitam refocillauit. Vnam omnibus largire gratiam. Manum porrige calamitati, quam ipse tibi declarauerit. Nullo quidem augmento gloriæ opus habet principatus tuus, vt neque splendore Lucifer. Si vero nonnihil augmenti ad gloriam tuam quæris, non poterit certò scio, ista, cuius nunc offertur occasio, maior & illustrior obtingere, qua fiet vt multi, quib⁹ curæ est quæ vera sunt dicere, humanitatem tuam prædicaturi sint ac commendaturi.

τὰς ἀ πρεσβείας.

βεβαίωσις ex collatione.

σὴν καλοκαγαθίαν.

Aerio & Alypio Theologis. CXL.

VEmadmodum iustum ac sanctum est, vt & de area & torculari, denique & liberis, iij qui verè liberorum sunt amantes, primitias offerant deo: nam ab ipso est cũ quòd ipsi sumus, tum quicquid possidemus, ita & in recentibus faciendum est hæreditatibus, vt dum prompto animo portionem aliquam bonorum nostrorum deo damus, potiori parti securitatem acquiramus. Nolite itaque vestra contatione committere, vt demum post omnes ad nos benignitatis vestræ fructus, sed potius ante omnes ad deum, & illius nomine ad omnes veniat, reiectisq; legibus extraneis, †nostris seruite, hanc ipsi promptæ beneficentiæ fructum adferetes. Intempestiua nanque & neglectim oblata, recipiemus ab aliis: alacrem vero beneficentiam à vobis quibus deus pro iis quæ iam in nos conferetis multo plura retribuere potest, non solum in ista temporaria ac fluxa vita sed & in sempiterna illa ac stabili, ad quam vnam respicere, inque illam spem nostram dirigere securum est. Cum itaque talia sit decreturus vobis deus, quales ipsi pauperib⁹ vos exhibueritis: nolite pusillè ac parcè sed liberaliter & alacriter voluntatem adimplere mortuæ, quàm præsentem vobis esse & quę geruntur coràm videre rati ope vestra refocillate, vt non solum pecunias ab ipsa habeatis, sed & benedictionem liberorum facultates corroborantem matri comparetis, cogitantes potiorem esse modicam hæreditatulam cum iustitia, quemadmodum scriptum est, quàm ampliorem cum animi anxietate, nequid malignius dicã, & quod multi totas domos, quas possidebant ad ecclesiarum vsum destinari passi sunt: alij vero vltrò quoque omnem suam attulere substantiam, atque optimã exercuere negotiationem, dum propter cœlestes diuitias pauperes facti sunt. Ne seminetis igitur parcè, vt abundè metatis, & cũ vobis ipsis, tũ iis qui vobis sunt amicissimi, sortem bonorũ conferatis: nihil delegatis adimentes, sed omnia cum gaudio & alacritate tradentes: imò tanquam propria dei reddentes, & veluti hoc solum lucrifacientes, si quid pro animabus vestris impenderitis. Quid enim necesse est colligere prędonibus ac furibus, temporumq; mutationibus, quæ alioqui collecta ad alios dominos transferunt: & in ista bilem opulentiam ventilant? Cur non magis in apothecas illas securas, & ad quas nemo insidiatorum adspirare poterit, omnia reponimus? frugalitatem itaque circa reliqua demonstrabitis & aliis (opto nanque vt potentes sitis, sed adiuncta beneficentia) nobis vero bonum certamen decertabitis: vt alius alium pietate ac debitis ex deo beneficiis animoq; grato depromptis superet. Reddite itaq; vos certos, quod germanè Christiani sitis, imò ex bono tamq; pio ac iusto principatu initium sumentes: ex illo & circa reliqua eodem sitis animo, vt & ipsi inter vos mutuò & nos quoque vestri gratia exhilaremur: siquidem & ad reliqua toti ecclesiæ cõmodum fueritis hac in re & dextrum benignitatis exemplum.

Parœmia Paulina.

Ad Cæsarianos Apologia Basilij Magni & archiepiscopi pro sua ab illis discessione, & de fide. CXLI.

Ex collatione.

SAepenumero admiratus sum, quid nam animos vestros erga nos affecerit, & vnde sit quòd tantopere à nostra mediocritate tam modica & exili, nullaq; in re amabili, superamini: vt scriptis nos per amicitiæ ac patriæ cõmemorationẽ adhortemini: & vt

A & vt profugos filios assolent parẽtes paternis advos visceribus reuocare conemini. Ego quidem nos profugos esse factos fateor: neque negauerim: causam verò fugæ vel iam ipsi nostis, siquidem cupitis. Ea vero potissima est, quòd tum cum essem apud vos ex inopinato perculsus quemadmodũ si quisquam repentinis motibus consternetur, animi considerationes haud cohibui, sed procul aufugio multumq; temporis mansi separatus à vobis. Postea verò subiit animum meum desideriũ quoddam diuinorũ dogmatum, & quæ circa illa versatur, philosophię. Quo enim alio pacto possem, quo, inquam, alio pacto possem ego vnà nobiscum inhabitantẽ domare malitiam? O si mihi detur Laban quisquã qui me liberet ab Esau, ducatq; ad cœlestis vitæ philosophiam. Nunc quoniam per gratiam dei voti nostri pro viribus facti sumus com-

Collatio altera.

Allusio ad Iacob fugã

B potes, organum benedictum, puteumq; profundum adepti Gregorium os illud, Christi dico, parumper nobis obsecro, parumper hanc morulam indulgete, quam non ad hoc petimus, vt vrbium sectemur delitias: neque enim clàm nobis est quo pacto versutus ille hostis noster per illas imponat mortalibus, sed vt frueremur sanctorum conuictu, quem vtilissimum esse iudicamus. Dum enim frequenter de diuinis dogmatis aliquid & dicitur & auditur, habitum quendam diuinarum contemplationum tenaciter inhærentem induimus. Ad hunc quidem modum habent res nostræ, vos autem ô diuina & omnium mihi charissima capita, obseruate Philistinorum pastores, ne quisquam illorum fontes vestros clanculum obstruat, puritatẽq; cognitionis quæ fidem Christi concernit, turbidam reddat. Hoc enim illis perpetuo studio

χριστοῦ σῶμα γρηγόριον.

Familiaris religiosorũ congressio salutaris. ἀξίωμα.

C agitur, ne ex diuinis scripturis simpliciorum animi ritè doceantur: sed vt per extraneã philosophiam veritas refellatur. Qui enim fidei nostræ ingenitum & genitum inducit, & semper existentem aliquando non extitisse, naturaq; ac semper patrem, patrẽ esse factum, & spiritum sanctum sempiternum non esse dogmate suo tradit: an iste non palàm Philistæus est, ea in oriculas patriarchæ nostri laborans inuidẽtia, vt prohibeat illas quo minus ex pura aqua & in vitam æternam saliente bibant? Verum illi prophetæ oraculum sibiipsis vindicãt, nempe: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, ac foderunt sibiipsis cisternas dirutas, aquam continere nõ valentes. Confitendum sanè est deum esse patrem, deũ filium, deum spiritum sanctum, quem-

Arius notatur, Macedonius ité & Eunomi⁹

D admodum diuinæ scripturæ, & qui sublimiora contemplati sunt docuere. Illis vero, qui nobis per calumniam trium deorũ doctrinam ac fidem obiiciunt, respondeatur: nos deum non numero sed natura vnum confiteri. Quicquid enim numero dicitur vnũ, vnum reuera aut simplex, natura non est. Deũ autem simplicem & incõpositum confitentur omnes. Non est itaq; deus numero vnus. Quod autẽ dico tale est. Mundũ numero vnum esse dicimus: at nõ natura vnum: sed neq; simplicẽ illum dicimus. Diuidimus enim illum in elementa ex quibus constat, in ignem, aquã, aërem ac terrã. Item homo numero vnus dicitur. Vnũ enim hominẽ sæpenumero dicimus. At simplex nõ est homo, ex corpore & anima cõstans. Similiter & angelũ numero dicimus vnũ: at neq; natura vnũ neq; simplicem. Substantiã enim cũ sanctimonia angeli subsistentiã esse cogitamus. Itaq; si quicquid numero vnũ est, natura vnũ non est, & quod na-

Verè vnum & simplex.

E tura vnũ est ac simplex numero vnũ non est, nos autẽ deum natura vnũ esse dicimus, quomodo isti homines numerũ nobis hic introducunt, cum nos illũ prorsus è beata illa & intellectuali natura exterminem⁹. Numerus enim ad quotuplũ pertinet. Quotuplum autẽ corporali coniunctũ est naturæ. Est nanq; numerus corporlis naturæ. Corporũ verò conditorẽ dominũ nostrum esse credimus. Quapropter & omnis numerus ea significat quę materialẽ ac circunscriptã naturã sortita sunt. Illa enim simplicissima solitudo atq; vnitas singularis simplicẽ & incircũscriptã significãt essentiã. Igitur qui numerũ aut creaturã cõfiteẽ filiũ dei, vel spm̃ san. materialẽ & circũscriptam naturã, imprudenter inducit. Circunscriptã autem dico non solũ loco inclusam, sed & talẽ, quam prescientia sua cõplexus sit is qui illã non existentẽ ad essentiam perducturus erat quæ & scietia cõprehendi possit. Omne itaq; sanctũ, quod circũscriptã

τῆ ἀγγέλω ὑποστάσιν.

κατὰ νοητῆς φύσεως.

Numeri ratio naturam insinuat circũscriptam. μονὰς καὶ ἑνάς.

F habet naturã, creatãq; sanctitatem, non est suapte natura incapax malitiæ. In filio vero & spiritu sancto, fons est sanctimoniæ, vnde omnis ratione prædita creatura secundũ virtutis analogiam sanctificatur. Quanquã nos secundum veram rationem filiũ patri neque similẽ neq; dissimilẽ esse dicimus: vtrunq; enim æquè impossibile est. Simile enim ac dissimile secundum qualitatum rationẽ dicũtur. Numen autẽ qualitati obnoxium non est. Identitatẽ vero naturæ confitentes & homousion complectimur: & cõpositionem fugimus eius qui secundum essentiam deus & pater†, secundum essentiã deum ac filiũ genuit. Nam ex eo declaratur homousion. Deo nanq; secundum essentiam, deus secundum essentiam homousius est. Alioqui & homo deus dicitur: vt cũ legitur, Ego dixi dij estis. Et dæmon deus dicitur, secundum illud, dij

κανὼν Basilianus, imò ὀρθόδοξος.

κατὰ οὐσίαν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus solus sua essentia deus, homo gratia, dæmon mendacio.

gentium dæmonia sunt. Sed illi quidem secundum gratiam, isti verò per mendacium dij nominantur. Deus autem solus secundum essentiam deus est. Solum cum dico, essentiam dei sanctam & increatam exprimo. Solius enim dictio, & de certo aliquo homine & simpliciter de vniuersa natura humana dicitur. De certo quodã homine, vtpote si de Paulo dicatur quòd solus in tertium vsque cœlum sit raptus, audieritque verba ineffabilia, quæ non liceat homini loqui. De ipsa vero vniuersa hominum natura, videlicet cum Dauid dicit, Homo sicut fœnum dies eius. Hic enim non certum aliquem hominem, sed totam naturam notat. Nam omnis homo tẽporarius est & mortalis. Ita & illa intelligim⁹ de natura diuina dicta: vtpote, qui solus habet immortalitatem. Et soli sapienti deo. Et illud: Nemo bonus nisi vnus deus. Nam hic vnitatis dictio idem significat ac si dixisset: nisi solus deus. Et, Qui extendit cœlum solus. Et iterum, Dominum deum tuum adorabis, & illum solum coles. Et, Non est deus præter me. Cum enim deus in scriptura vnus ac solus dicitur, non ad distinctionem filij aut spiritus sancti dicitur, sed contra eos qui cum dij non sint, falsò dij nominantur: vt est illud, Dominus solus duxit eos, & non erat cum ipsis deus alienus. Et, abstulit Israël Baalim, & nemora Astaroth, & seruierunt domino soli. Et iterum Paulus. Siquidem sunt dij multi, ac domini multi: nobis autem vnus est deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus, per quẽ sunt omnia. At hic quærimus, quomodo cum dixisset vnum esse deum, illo non fuerit contentus (Diximus enim, cum vnus ac solus dicitur esse deus, diuinam exprimi naturam) sed & patris appellationem adiecerit, & Christi meminerit. Suspicor igitur, quòd hic non sufficere putauerit Paulus, organum illud electum, tãtum prædicare deum filium, & deum spiritũ sanctum, id quod significauit dicens: vnus est deus, nisi & per adiectionem patris eum exprimeret: ex quo sunt omnia, & per mentionem domini verbum significaret: per quod sunt omnia. Et iterum per coniunctionem Iesu Christi, hominis incarnati admoneret: & passionem illius exprimeret, & resurrectionem manifestaret. Commemoratio enim Iesu Christi tales nobis cogitationes insinuat. Vnde & ante passionem suam dominus Iesus Christus se prædicari detrectauit: interminatúsque discipulis est, ne cui dicerent se Iesum esse Christum. Propositum enim illi erat post absolutam œconomiam, ac resurrectionem ex mortuis, inq; cœlos assumptionem tum demũ mandare illis vt prædicarent se dominum esse Christum illum. Tale est & quod dixit, vt cognoscant te solum verũ deum, & quem misisti Iesum Christum. Et illud: Creditis in deum, & in me credite: vbique mentes nostras confirmat spiritus sanctus, vt nedũ alteri acquiescimus, ab altero excidamus, hoc est, ne dum theologiæ attẽdimus, dispensationẽ Christi contemnamus, & fiat vt dum sublimitatem diuinæ naturæ, assequi nequimus, incidamus in impietatem. Dicta vero diuinæ scripturæ quæ aduersarij vsurpata, & ad ipsorum sententiam, ad demolitionem glorię vnigeniti peruersa nobis proferunt & obiiciunt, iam examinabimus, & quantum nobis possibile fuerit explicabimus. Et primum proponatur nobis illud.

Solus, vt varie accipit.

Theologiæ noie hic intellige filij diuinitatẽ, qua æqualis patri est: œconomiã verò, dispensationẽ assumptæ.

Ego viuo propter patrem. Hoc enim vnum est ex iaculis, quæ ab impiis hominibus vsurpata in cœlum mittuntur. Dictum autem hoc, isto loco, vt arbitror, nõ de sempiterna vita loquitur. (Nam quicquid aliunde vitam habet, per seipsum viuere, quemadmodum & quod aliunde incaluit, ex seipso calidum esse nequit. Christus vero ac deus noster dixit: Ego sum vita) sed de ea quæ carnis est & in hoc tempore orta, quam vixit propter patrem. Nam ex illius consilio in hac mortalium vita conuersatus est. Et non dixit: Ego vixi propter patrem, sed ego viuo propter patrem, apertè præsens tempus significans. Potest autem & vitam dicere eam, quã ipse Christus etiamnum viuit, verbum dei habens in seipso. Et quod hoc ipsum sit quod innuitur, ex eo quod subiungitur sciemus, vbi dixit: Et qui edit me, viuet propter me. Carnem nanque ipsius edimus, ac sanguinem bibimus, consortes ipsius effecti, per incarnationem & sensibilem verbi ac sapientiæ vitam. Carnem enim ac sanguinem, totam suam mysticam in carne conuersationem vocauit, doctrinãmque illam quæ ex vita ipsius, actuali & naturali, & theologica constat, manifestauit, per quam nutritur anima, & ad rerum cœlestium contemplationem interea exercetur & imbuitur. Et hoc fortassẽ est, quod isto dicto Christi innuitur.

Ego viuo p̃ pter patrẽ.

Patermaior me est, vt hoc dicto abusus sit Ari⁹, Satanę ꝓgenies. συμφέρεις inter ea fiunt quæ eiusdẽ sũt speciei.

Deinde & illud obiiciunt. Pater maior me est. Abutuntur enim & isto dicto Christi ingratæ illæ creaturæ, Satanæ progenies. Ego vero ex hoc ipso dicto, quòd filius patri sit homousius, patefieri credo. Noui enim collationes propriè ad ea pertinere, quæ eiusdem sunt naturæ. Angelum nanque angelo maiorem, & hominem homine iustiorem, & volucrem volucri velociorem esse dicimus. Itaque si collationes inter ea fiunt quæ eiusdem sunt speciei, pater vero per collationem dictus est filio maior, consequitur filium patri esse homousium. Inest autem &

tem & alius quidam intellectus isti dicto. Quid autem mirum, si patrem se confessus est esse maiorem, qui cum verbũ esset caro factus est, cum huius gratia & angelis secundum gloriã & hominibus, secũdum speciem, minor apparuerit? Imminuit enim ipsum, inquit, modicum quid ab angelis. Et iterum: Eum vero qui modicum quid ab angelis minoratus est. Item: Et vidimus ipsum, & non habebat speciem neque pulchritudinem, sed species ipsius abiectior erat vniuersis hominibus. Hæc autem omnia pertulit propter plurimam in figmentum suum beneuolentiam, vt perditam ouiculam seruaret, & seruatam in angelorum choros referret & insereret, & eum qui ab Hierosolymis Ierichunta descenderat, & propterea in latrones inciderat, ad propriam iterum patriam sanitati restitutum reduceret. An & præsepe Christo opprobras hæretice, per quod cũ alienus esses, à verbo nutritus es, & paupertatem obiicies quòd lectulum non habuit, in quo caput reclinaret filius? Hac ratione minor patre est filius, quòd tui gratia factus est mortalis, vt te à mortalitate liberaret, & cœlestis vitæ participem redderet. Quemadmodum si quis medicum reprehendat, ob id quòd super ægrotantium morbos incumbens fœtoris illorum particeps esset factus, vt decumbentes ægrotos restitueret. Propter te & horam & diem iudicij ignorat. Quanquam nihil latet veram illam sapiẽtiam. Nam per illam omnia sunt condita. Nemo enim mortalis vsquam est qui opus suum quod fecit ignoret. Verum id ita dispensat Christus, propter tuam infirmitatem, ne vel ij qui deliquerunt, per angustiam præscripti temporis adigantur ad desperationem, tanquam non relicto resipiscentiæ tempore: vel rursus ij, qui in militia Christiana decertant, per temporis prolixitatem ad deserendam aciem impellantur, si viderint sibi bellum esse cum diutina aduersaria potestate. Itaque vtrisque per ignorantiæ prætextum consulit, istis propter bonum certamen tempus abbreuians: illis vero propter delicta diluenda resipiscentiæ tempus reseruans. Quanquam cum in euangeliis seipsum adnumerarit ignorantibus, propter multorum, vt dixi, infirmitatem, in Actis vero Apostolorum, tanquam perfectis, seorsum differens, per sui ipsius exceptionem dicit, vestrum non est scire tempora & articulos tẽporum quos pater in suaipsius constituit potestate. Atque ista secundum primam mentis conceptionem ad obiecta dicta sint crassius. Iam vero sublimior quidam dicti huius sensus expendendus est, pulsandæq; scientiæ fores, si quo pacto patremfamilias excitare queam, qui spiritales panes pertentibus se largitur, quandoquidem amici sunt & fratres quos isto conuiuio reficere studemus. Sancti saluatoris nostri discipuli, præsentis seculi cursum mentis contemplatione, quantum possibile est hominibus, transcendentes, verbóque mundati, finem quærunt, atque extremam scire felicitatem gestiunt, quã ignorare & angelos & seipsum quoque dominus noster pronuntiauit, per dies vniuersam intelligens exactam consiliorum dei cognitionem: per horam vero vnitatis ac monadis contemplationem, quarum scientiam soli patri tribuit. Suspicor itaque, quòd hoc de seipso scire deus dicatur, quod est: & hoc nescire, quod non est. Iustitiam enim ac sapientiam scire deus dicitur: ipse & iustitia & sapientia existens, iniustitiam vero & malitiam ignorare, eò quòd non sit iniustitia nec malitia qui condidit nos deus. Itaque si hoc de seipso scire dicitur deus, quod ipse est, & illud nescire quod ipse non est, non est autem dominus noster secundum incarnationis intelligentiam & crassiorem doctrinam, extremum illud desiderabile bonum, ignorauit ob eam causam saluator noster finem extremámque felicitatem: imò ne angeli quidem nouerunt, inquit, Hoc est, neque ipsorum contemplatio, vel rationes ministeriorum, sunt extremum illud desiderabile bonum. Crassa enim est & illorum cognitio. Confert personam personæ. Solus autem pater, inquit, nouit. Ipse nanque finis est & extrema illa felicitas. Quando enim deum iam non amplius tanquam in speculo, neque per aliena adminicula cognoscemus, sed ad ipsum tanquam solum & vnum appropinquabimus, tunc & nos extremum finem sciemus. Regnum enim Christi omnem illam materialem cognitionem esse dicunt: Dei vero patris immaterialem, & vt ita dicam, ipsius diuinitatis contemplationem. Est autem dominus noster & ipse finis extremáque felicitas secundum intelligentiam & rationem verbi. Quid enim in euangelio dicit? Et ego excitabo ipsum in nouissimo die, resurrectionem illam intelligens quę ex materiali cognitione ad immaterialem cœlestemq; contemplationem ducit: nouissimum vero diem eam scientiã post quam nulla est alia. Tunc enim mens nostra exurget & ad beatã illam sublimitatem excitabitur, quãdo vnitatem ac monada verbi contẽplabitur: verũ quoniã mens nostra crassa adhuc puluerì adhæret lutoq; cõmiscet, ac nudæ contẽplationi intẽdere nequit per cõpositionem rerũ, quæ corpori sunt cognatæ, subducta opera cõditoris considerat, eademq;

Regnum Christi & regnum patris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

interea ex illorum effectibus cognoscit, vt ita sensim accepto incremento, & ipsam aliquando diuinitatem contemplatura accedere valeat. Ad hunc sensum & illud quoque dictum esse puto. Pater maior me est,& hoc. Non est meum dare, sed quibus paratum est à patre. Hoc enim est & Christum regnum dare deo ac patri, cum non sit finis sed primitiæ, iuxta crassiorem, vt dixi, doctrinam, quæ quidem filium quantum in nobis est, nō vt in se est, contemplatur. Quod autem ista ad hunc modum habeant, iterum cum rogassent in Actis Apostolorum, discipuli, quando restitues regnum Israeli? respondit vestrum non est scire tempora tēporumq; articulos, quos in sua ipsius potestate constituit pater. Hoc est, regni huius scientia non est eorum qui carni adhuc & sanguini obnoxij sunt. Hanc enim contemplationem pater in propria potestate reposuit, potestatem dicens, eos quos ille potestati suæ subditos habet: proprios vero quos rerum inferiorum non tenet ignorantia: tempora autem & temporum articulos nolis intelligere de illis, quæ sensibus nostris comprehenduntur: Sed de interuallis quibusdam quæ Sol ille intelligibilis & spiritalis efficit. Oportet enim precationem illam duci vltra dominū nostrum. Iesus enim est qui precatur dicens: Da illis, vt & ipsi vnū sint in nobis, quemadmodum ego & tu pater vnum sumus. Cum enim vnus sit deus, si in singulis fuerit, omnes coadunat, perítque numerus, per inhabitationem monadis. Et ego quidem dictum hoc ad istum modum per secundariam argumentationem intellexi & exposui. Si vero quisquam est qui meliora adferat, aut nostra piè corrigat, is & dicat, & corrigat, & dominus illi pro vobis retribuet. Nulla nanque ducimur inuidentia, quoniam neque per cōtentionem, neque per inanis gloriæ studium, ad istam verborum domini expositionem accessimus: sed vt fratribus prodessemus, ne testacea vascula thesaurum dei habentia à saxeis illis cordibus & incircunciſis hominibus, stulta huius mundi sapientia armatis fraudulenter supplantari videantur. Sed vt pergam, iterum per Salomonem in prouerbiis creatus est. Nam dominus, inquit, creauit me. Et principium viarum euangelicarum nominatur, quæ nos ad regnum cœlorum ducunt, cum non sit creatura secundum essentiam, sed secundum dispensationem sit factus via nostra. Natum enim esse & creatum, idem significant. Vt nanque via factus est: ita & ianua, & pastor, & angelus, & ouis. item, Summus sacerdos & Apostolus, aliis alio intellectu positis nominibus. Quid hic iterū dicet hæreticus de deo, qui nemini subditur: & de eo, qui nostri gratia peccatum factus est. Scriptum nanque est, Quando subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiicietur ei, qui illi subiecit omnia. Ne te hæsitabundum reddat homo quòd deus subiectus nominatur. Vt enim te subiectum reddat, ipse seſe subiicit: & vt ad virtutē te excitet, subiectum se nominat. Ita se aliquando persequutionē quoque ferre dixit: Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Hoc enim dixit cum ille ad Damascū properās propositū habebat ligandi discipulos. Et iterū nudum se vocat, si ex fratribus quisquam nudus extiterit. Nudus enim, inquit, eram, & operuistis me. Item alio in carcere existente, seipsum inclusum esse dicit. Nam ipse peccata nostra tulit, & morbos nostros portauit. Est autem & inter infirmitates connumeranda subiectio: ideò & illam portauit. Quapropter & adflictiones quæ nobis contingunt, proprias sibi facit dominus: propterea quod ex consortio quo nobis coniunctus est, passiones nostras in se transtulit. Præterea & hoc isti theomachæ, ad subuersionem audientium vsurpant, quod à domino dictum est, filius autem non potest à seipso facere quicquam. Mihi vero & hoc dictum potissimum hoc indicat, quòd eiusdem cum patre naturæ sit filius. Si enim vnaquæque rationalium creaturarum aliquid potest ex seipsa facere, creatura non est filius. Si vero creatura non est, est ergo homousius patri. Rursus: Nulla creatura, quodcunque vult, facere potest: filius vero cum in cœlo tum in terra quæcunque voluit fecit. Non est igitur creatura filius. Et iterum: Omnes creaturæ vel ex cōtrariis consistunt, vel contrariorum sunt capaces. Filius ipse est iustitia & immaterialis. Creatura igitur non est. Si creatura non est, ergo cum patre homousius est. Et ista positorum Christi dictorum pro nostris viribus facta examinatio, nobis est sufficiens. Iam deinceps sermonem & contra eos stringemus, qui spiritui sancto resistunt, vt & ipsorum superbiam & mentis arrogantiam quæ contra scientiam dei extollitur, deturbemus. Spiritum sanctum creaturam esse dicis. Omnis autem creatura sui creatoris est ministra. Omnia enim, inquit, seruiunt tibi. Si vero spiritus sanctus seruus est, habet vtique creatam quoque sanctitatem, atque ideo & malitiæ incapax nō est. At spiritus sanctus, secundum essentiam sanctus existens, fons prædicatur sanctitatis. Non est igitur creatura spiritus sanctus. Si vero creatura non est, homousion est deo. Quomodo, dic quæso, seruum vocas eum, qui te per baptismum à seruitute liberauit.

1. Cor. 15

Att. modestiam theologo dignā.

Stultā hæreticorū & philosophorū sapientiā notat.
οὐκατ' οὐσίαν ἀρκτίσις.

Pugnat comin⁹ aduersum Theomachas, qui in deum rebelles sunt.

Contra hostes spūs s. nempe Macedonianos

liberauit. Lex nanque spiritus vitæ, inquit Apostolus, liberum me reddidit à lege peccati. Imò neque mutabilem ipsius essentiam dicere audebis, si respicias contrariæ potentiæ naturam, quæ quidem fulguris instar de cœlo lapsa est, quæ vera vita excidit: propterea quòd creatam haberet sanctitatem, prauúmque illius consilium sanctitatis quoque immutatio consequuta sit. Cum ergo excidisset ex Monade, angelicámque abiecisset dignitatem, ex ingenij prauitate diaboli nomen accepit, extincto primum priore illius beatóque habitu, deinde & aduersaria ista potentia accensa. Ad hæc, qui spiritum sanctum creaturam esse dicit, determinatam ipsius naturam inducit. Quomodo ergo stabit illud: Spiritus domini repleuit orbem? Et illud: Quo ibo à spiritu tuo? Quin neque simplicem ipsum natura, vt apparet, confitetur aduersarius. Dicit enim illum numero vnum esse. Iam quicquid numero vnum est, simplex, vt dixi, non est. Si vero simplex non est spiritus sanctus, ex substantia & sanctitate constat. Quicquid vero tale est compositum est. Ecquis adeò stupidus est, vt compositum dicat spiritum sanctum, & non magis simplicem: & secundum simplicitatis rationem patri & filio homousium? Quod si, sermone progrediendum est, inspiciendáque sunt maiora: ex hoc ipso potissimum diuinam spiritus sancti naturam contemplabimur. Tria creationum genera in scripturis nominata deprehendimus. Vnum quidem ac primum eorum quæ ex nihilo cum non essent, ad hoc vt essent sunt condita. Alterum eorum quæ ex prioribus ad meliora immutātur. Tertium, quòd est in resurrectione mortuorum. In istis omnibus inuenies spiritum sanctum, patri & filio cooperatorem. Si respicias cœlorum subsistentiam: quid Dauid dicit? Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus ipsorum. Deinde, homo per baptismū creatur. Si qua enim, inquit, in Christo noua creatura. Et quid ad discipulos saluator dicit? Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, ac spiritus sancti. Vides & hic vnà cum patre & filio coniunctum esse & spiritum sanctum? Quid autem & de resurrectione mortuorum dices? Moriemur nanque & ad puluerem nostrum reuertemur. Terra enim sumus, & in terram abibimus. Et mittet spiritum sanctum, & creabit nos, ac renouabit faciem terræ. Quam enim Paulus resurrectionem dixit, eam Dauid renouationem appellauit. Audiamus autem eum, qui ad tertium vsque cœlum raptus est. Quid dicit? Quoniam templum estis eius qui in vobis est spiritus sancti. Omne autem templum, dei templum est. Si vero templum sumus spiritus san. ergo deus est spiritus san. Dicitur quidem & templum aliquod templum Salomonis: sed tanquam eius qui illud extruxit. Quòd si hoc modo templum sumus spiritus san. & sic deus est spiritus sanctus. Qui enim omnia condidit, deus est. Si vero tanquam eius qui adoratur, & habitat in nobis, confitebimur vtique illum esse deum. Dictum enim est: dominum deum tuum adorabis, & illum solum coles. Si vero dei appellationem repudiauerint, discant primum quid nomen illud significet. Ab eo enim quòd omnia excitarit, aut certè peruideat omnia & contempletur deus dicitur. Spiritus sanctus autem omnia quæ dei sunt cognoscit, quemadmodum & nostra nouit spiritus qui in nobis est. Deus ergo est spiritus sanctus. Rursus gladius spiritus sancti est verbum dei. Deus ergo est spiritus san. Illius enim est gladius cuius & verbum esse dicitur. Nominatur & dextera patris. Nam dextera domini, inquit, operata est virtutem. Et dextera tua domine conquassauit inimicos. Item & digitus dei est spiritus sanctus. Secundum dictum illud Christi. Si ego in digito dei eiicio dæmonia, quod in alio Euangelio ita scriptum est. Si ego in spiritu dei eiicio dæmonia. Est itaque & eiusdem cum patre & filio naturæ spiritus sanctus. Et ista quidem nobis de adoranda & sancta trinitate in præsentiarum dicta sint. Nunc enim fieri nequit, vt latius rationem illius exquiramus. Vos vero accepto ab humilitate nostra semine, spicas vobis ipsi bene maturas diligenti agricultura excolite. Nam vsuram etiam, vt scitis, de istis exigemur. Confido autem deo, fructum vos allaturos esse, & trigecuplum, & sexagecuplum, & centuplum, propter vitæ vestræ puritatem. Beati nanque sunt ij qui corde sunt puro, quoniam ipsi deum videbunt. Nihil autem aliud fratres regnum cœlorum putabitis, quàm veram eorum quæ sunt cognitionem, quam & felicitatem vocant diuinæ scripturæ. Regnum enim cœlorum intra vos est. Circa verò internum hominem nihil aliud quàm contemplatio consistit. Relinquitur ergo contemplationem esse regnum cœlorum. Quorum enim hic vmbras tanquā in speculo quodā videmus, tandem à corpore isto terrestri liberati, incorruptúmque & immortale induti, illorum & archetypa speculabimur. Speculabimur, inquam, siquidem vitam nostram ad rectum scopum direxerimus, rectęq; fidei rationē ac studiū prouidè tenuerimus, sine quibus nemo deum videbit. In animam enim malitiosam, inquit, non ingredietur sapientia,

Creationis genᵃ triplex.

θεὸς παρὰ τὸ τεθνηκέναι τὰ πάντα· καὶ θεάσεται τὰ πάντα.

Spūs san. gladius.

Idē dextera dei, digitus.

Metaphoræ elegantes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

πὲρ ἐν πορίᾳ ἀγνοῶν.

Collatio.

τὸ φυσικὸ κριτήριον.

χυμῶν καὶ χυλῶν.

γνώμη ex collatione.

εἰκών.

κηρόπλαστον ὄργανον.

πᾶν μέτρον ἄριστον.

neque morabitur in corpore peccatis obnoxio. Nemo autem nobis obloquatur ac respondet dicens, cum ea quæ vulgaria sint ac protrita nēpe ad pedes exposita ignores, de incorporali nobis & prorsus immateriali essentia philosopharis? Absurdum enim esse iudico quod cū sensus corporum nostrorum congruenter propriis reficiamus materiis, mens sola à propria summouetur operatione: vt enim sensus rerum sensibilium, ita & mens intelligibilium notionem & conceptum habet. Simul autem & hoc dicendum, quòd naturalem illam iudicandi vim nobis insecuit ac fecit nihil indigam doctrinæ, qui nos condidit deus. Nemo enim est qui doceat colorum aut schematum aspectus internoscere, aut inter strepitum & vocem, vel inter ea quæ malè & quæ bene olent, siue inter saporū aut alterius succi gustus, vel inter mollia & dura, aut inter calentia & frigida discernere. Neque mentē sanè quisquam docebit illis sese applicare, quæ sunt intelligibilia. Et quemadmodum ipsi sensus, si quid illis acciderit incommodi cura tātum opus habent, & propriam facilè operationem adimplent: ita & mens carni alligata, & illius impleta phantasiis, fide opus habet & recta vitæ conuersatione, quæ pedes ipsius instar cerui comparant & instituunt, ipsamque in sublimibus constituunt. Huius nos & Sapiens admonet, & nunc quidem pudoris expertem operariam formicam in medium adducit, pērque illam viam agendorum describit: nunc vero sapientis apiculæ fingendis fauis deputatum organum, per quod nobis naturalem indicat contemplationem, in qua & de sacra trinitate ratio quædam comprehenditur. Siquidem ex creaturarum pulchritudine congruenter & rerum omnium opifex consideratur. Gratiis actis patri & filio & spiritui sancto, finem imponemus his literis, quādoquidem optimum esse vbique rerum modum, & ipsa docet parœmia.

Basilius Libanio. CXLII.

PVdore suffundor, quod quum tibi quosuis adducam Cappadocas, non tamen omnibus, quib⁹ id per ætatem liceret, persuadeo, vt & disciplinarum, & eruditionis studio sese dedant, nēque exercitij huius vtantur præceptore. Verum quoniam impossibile est, vt simul omnia consequamur quæ nobis ipsis conuenientia deligimus, eos ad te mitto, quibus frequenti admonitione persuadeo, tantum illis gratiæ conferens, quantum sitientibus ij, qui ad fontes illis præduces sunt. Qui verò te nunc accedit, paulo pòst, siquidem tibi coniunctus fuerit, pro ingenij sui gratia tuo & aliorum fauore potietur. Nunc vero ex patre admodum nobilis est. Nam is apud nos multum nominis sibi ipsi cum vitæ integritate, tum ciuili potentia peperit, qui & mihi summa est amicitia coniunctus, cui vt rependam, istam puero gratiam largior quòd illum ad tuam notitiam induco, quæ res maximis votis digna est apud eos, qui viri virtutem iudicare norunt.

Ex collatione.

Libanius Basilio. CLXIII.

ALiquandiu est, quod ad nos venit adolescens ille Cappadox. Vna hæc est commoditas quòd Cappadox est. Sed & præterea Cappadox iste splendidis est natalibus ortus. Altera ea commoditas est. Quin & literas nobis attulit admirabilis illius Basilij. Hoc sanè quilibet amplius quiddam esse dicet. Ego nanque, quem tui putas oblitum, iam olim te, cum adhuc adolescens esses, dilexi: propterea quod viderem temperantia ita præditum, vt cum senibus quoque decertares, ídque in ea ciuitate quæ voluptatibus scatet, deinde & disciplinarum iam magnam esse partem consequutum. Quoniam vero operæpretium esse putabas: vt & Athenas videres, ídque & Celso persuaseras, congratulabar Celso quòd amicitiæ tuæ esset coniunctus. Posteaquam vero reuersus esses & in patria constitutus, ad meipsum, quid nunc aiebam, molitur nobis Basilius? & ad quod vitæ genus sese contulit? An in Forensibus actionibus versatur, veteres illos rhetoras æmulatus? vel diuitum liberos in rhetorica instituit? Cum vero venissent quidem nuntiantes multo te potiorem viam ingressum esse, hócque spectare magis quomodo deo reddaris amicus, quàm quomodo diuitias colligas, & te felicem esse dicebam & Cappadocas. Te quidem, qui malueris talis esse, illos vero, qui talem potuerint exhibere ciuem. Phirminus vero ille, quam vbique tibi constanter adhærendo perduraverit scio. Nam hinc illi est ista eloquentiæ facultas. Cum autem multum sit laudis adeptus, haud scio, an vnquam tantum laudis acquisierit, quantum nunc ex literis tuis intellexi. Quòd enim tu es: qui dicas,

A qui dicas, neminem esse à quo illius obscuretur gloria, quanti id *illi* debet esse encomium? Videris autem mihi & istos misisse, priusquam Phirminum viderint. Alioqui *id ipsum* non habuissent literæ. Et nunc quid rerum agit, aut quid meditatur Phirminus? An adhuc distinetur in conuiuiis nuptialibus? vel illa quidem iam dudum cessarunt, proposíti vero grauitas & vniuersa necessitas manet? vel est spes aliqua fore illum denuò studiorum sociū? Responde nobis aliquid, sitq; illud, vt velim quidem, commodum: Si vero nonnihil etiā perturbabit id quòd respōsurus es, vel hoc commodi adferet quod nos ab isto assiduo ad portas respectu liberabit. Si vero Athenis iam agit Phirminus, quid nam egerunt Senatores vestri?
B Num illius gratia Salaminiam miserunt? Vides quòd à tuis duntaxat ciuibus cōtumeliam patior. Ego tamen interea nō desinam diligere ac laudare Cappadocas. Imò optauerim quoque meliores illos apud me fieri: si vero iidem permanserint, & sic feram. Phirminus autem tres menses apud nos egit, & nullum diem otiosum duxit. Quantum autem sit quod sibi collegit, ipse cognoscet, & forsan non reprehendes. Ad hoc vero vt huc redire valeat, cuius nam oportebit implorare operam? Etenim si bene sentiunt Senatores, facient quòd decet homines doctos. Honorabunt vel posterioribus, quoniam prioribus contristarunt.

Basilius Libanio CXLIIII.

C EN tibi & alter adest Cappadox, filius meus etiamnū hic: Nobis etenim vniuersos cōciliat ac veluti adoptiuos reddit formula modusq; vitæ, in quo nunc sumus. Habeatur itaq; hoc nomine frater eius, qui ante ipsum ad te venit, eademq; cura ac diligētia dignus, tam mihi vt patri, quàm tibi, vt præceptori. Siquidem quid poterunt amplius habere, qui à nobis ad te veniunt? Hoc autem non ideo dico, quòd prudētia tua priscis nihil amplius largiatur amicis. Sed quòd candidè sit omnibus operæ tuæ proposita vtilitas. Suffecerit autem adolescentulo, si antequam iustam per ætatem attigerit rerum experientiam, in priuatis institutus fuerit, quem ablegamus à nobis dignum & nostra intercessione, & tua gloria, quam eloquentia consequtus es. Adducit autem secum & coætaneum eadem erga studia literarum præditum diligentia, generosum & ipsum & nobis familiarem, quem nulla in re inferiorem fore credimus, etiam si reliquis minus habeat pecuniarum.
D

Libanius Basilio. CXLV.

HOc sæpenumero scribes, scio, en tibi & alter adest Cappadox. Multos nanque, vt puto, mittes, propterea quòd perpetuo & vbique tuis nos encomiis celebras: hoc ipso & patres excitans & pueros. Elegans autem non fuerit obticere, quid circa epistolam tuam elegantem illam contigerit. Assidebant mihi eorum qui Magistratuum sunt filij, cum alij non pauci, tum & optimus Alypius illius Hieroclei consobrinus. Vt ergo epistolam reddiderunt qui illam attulerant, tacitè inspectis omnibus subridensq; & gaudens, *victi* sumus, aiebam: Et qua nam victoria, rogabant illi, *victus es*? Et quamobrem si victus es, non doles? In
E elegantium, inquam, epistolarum certamine victus quidem sum: at Basilius est, qui vicit. Is autem amicus noster est, & eam ob rationem gaudeo. Cum hæc dicerem ex ipsis volebant literis iudicare de victoria, legitq; Alypius, audientibus reliquis qui aderant. Lata vero sententia est, me nihil esse mentitum. Et qui literas habebat ac legerat, secum illas auferebat, ostensurus puto & aliis, ægreq; ablatas restituit. Scribe ergo similia, & vince. Hoc enim est me vincere. Rectè & illud coniectas quòd studia nostra pecuniis non æstimentur: sed satis sit non habenti quod det, si Consuli sibi permittat. Etenim si sensero quēquam in rerum penuria constitutum amare literarum studia, is mihi diuitibus præferendus habetur. Quanquam tales præceptores nos, cum adolescentes essemus, nō sumus experti. At nihil prohibet esse quosdam me-
F liores. Nemo ergo pauper ad nos sese recipere cunctetur, si hoc vnum duntaxat possederit, vt studiorum sciat perferre labores.

Basilius Libanio. CXLVI.

QVid non dicet vir Sophista, & talis Sophista, cui in confesso est id artis esse propriū, vt ex magnis, quandocunque voluerit, faciat modica, & modica amplificet? id quòd & erga nos declarasti. Etenim epistolam meam, sordidam illam quicquid vos, qui in verborum elegantia delitiamini, dicatis, & quæ ista, quam iam habes in manibus, nihilo tolerabilior est, ita deprædicasti, vt quasi ab illa vinci nobisq; in hoc scripti genere priores dare videaris:

Universidad de Deusto
Biblioteca

videaris:haud dissimile faciens ab eo,quod parentes cum liberis ludendo solent,quando illis, G
de victoriis,quas ipsi peperere,gloriandi copiam largiuntur,& seipsos nullo damno afficientes,& liberorum conatum & æmulationem nutrientes. Habebat autem & inenarrabilē prorsus voluptatem id quod ad nos ludēdi gratia scripsisti.Quod tale est,ac si Polydamas aliquis,
Ab exēplorū collatiōe aut Milo,Pancratij vel luctæ certamen mecum inire detrectet.Perlustratis enim singulis nullum deprehendi roboris exemplum,ita vt qui verborum sectantur hyperbolas,tuam hic magis admirentur potentiam,qui ita teipsum per ludum ad nos vsque demittere potueris,quàm si barbarum aliquem hostem vltra Athon nauigando progressum repuleris.Nos quidē ô præclare vir:cum Mose,& Helia, similibusq; beatis viris versamur,qui nobis barbarica voce doctrinam suam tradunt,& nos quæ ab illis audimus loquimur, sensu quidem vera, verbis autē H
rudia,vt & hæc ipsa quæ scribimus indicant.Nam etiamsi aliquid consequuti fuerimus,à vobis instructi,interea tamen temporis per obliuionem excidit. Tu vero nobis deinceps ita scribe,vt aliis epistolarum argumentis vtare,quæ & eloquentiam tuam ostendant, & nos nō arguant.Filium Anysium iam tibi adduxi,vt meum ipsius filium.Si vero meus est hic puer, patris quoque est filiolus,pauper ex paupere. Quod autem dico satis clarum est viro & sapienti & sophistæ.

Libanius Basilio. CXLVII.

SI prolixa admodum meditatione vsus esses, quomodo quàm elegātissimè literis no I
stris quas de tuis scripsimus,responderes,nō esses hoc melius præstitisse visus, quàm talia scribendo qualia iam scripsisti .Vocas me Sophistam . Sophistæ autem proprium esse vis , ex modicis magna , & ex magnis modica facere posse . Et epistolam meam ostendere voluisse dicis , tuam esse elegantem , cum illa nec sit elegans , nec ea , quam nunc miseris elegantior. Prorsus autem nullam tibi esse dicendi facultatem . Huius causam esse libros , quos iam habeas in manibus : doctrinam vero & eruditionem , quam antea habueris, effluxisse . Et cum ista persuadere conatus sis , ita eleganter struxisti & istam , quam malam dicis , epistolam , vt qui , cum illa legeretur , præsentes erant , non subsultare nequiuerint. Admiratus itaque sum , quomodo cum posteriore ista priorem demoliri volueris , eo quòd K
illa visa sit isti haud dissimilis , ista priorem magis ornaris . Oportebat igitur hoc volentem, posteriorem hanc peiorem facere , vt sic per illam detraheretur priori . At , vt opinor , tuum non erat , lædere veritatem . Læsa autem fuisset , si de industria scripsisses peiora , & facultate dicendi quam habes in promptu , vsus non fuisses . Sit itaque & hoc studij tui, vt neque vituperes ea quæ laude sunt digna,ne te res ista in album Sophistarum abiiciat, dum quæ sublimia sunt,humilia facere conaris.Libros igitur , quorum peiorem dictionem , meliorem vero mentem ac sententiam esse dicis , habeto,nemo prohibet : eorum vero , qui nostri sunt semper,tui iam olim,radices adhuc in te manent,ac manebunt , donec in hac vita fueris,nec
μεταφορικῶς hæc vllo tempore excidentur,etiamsi illas quamminimè rigaueris. L

Libanius Basilio. CXLVIII.

NOndum mihi offensam remisisti , adeóque inter scribendum tremo. Quod si remisisti , quamobrem non scribis , virorum optime?Si verò illam adhuc contines,quod ab omni anima ratione prędita,& tua quoque alienum est,quomodo cum aliis prędices ad occasum vsque Solis non esse seruandam animi commotionem , tu illam iam Sole
Antithesis toties occidente seruasti? An istam forsan de me pœnam sumere, & hoc me pacto punire voluisti,vt voce tua melle condita priuares.Nō ita ô præclare,sed animo sis placido ac miti,largiareq; vt lingua tua,aurea illa fruar. M

Basilius Libanio. CXLIX.

QVi rosa delectantur,vt verisimile est fieri ab illis,qui pulchritudinis & elegātiæ sunt studiosi,neq; spinis ipsis,vnde flos ille prodit,molesti sunt.Et tale quid de rosis quēdam siue ioco,siue serio referentem audiui,quòd rosarum amatoribus natura minu-
ἐρωτικοί τινα κνίσματα tas illas spinas quasi quædam amatoria illectamenta, isti flori adfixerit , vt stimulis illis ægrè contactum admittentibus,ad maius desiderium colligentes prouocet . Quid velim, quòd literis istis rosam induco,nihil prorsus opus habes, vt instruare: siquidem epistolæ tuæ memor fueris,

A fueris, quæ quidem florem habet rosæ:ita vt toto nobis verno tempore eloquētiæ spirarit odorem:querelis vero & expostulationibus,quasi quibusdam aculeis cōtra nos armata est. Verum spinæ quoque verborum tuorum voluptati mihi sunt,quę me ad maius amicitiæ desiderium inflammant. ἀλληγορικῶς omnia.

Libanius Basilio. CL.

SI ista sunt linguæ illaboratæ,qualis esses si illam acueres? Ori tuo quidem insunt elo γλώττης ἀργοτέρας.
quentiæ fontes,quorum riuuli quosuis superant latices:nobis vero,nisi quotidie irB rigemur,silentium relinquetur.

Basilius Libanio. CLI.

QVod ad eruditionem tuam haud assiduè scribo,in causa sunt cum metus,tum impe- ἀμυθίαν.
ritia.Quod tu vero cōstantissimè siles,quonam pacto poterit excusari:Si vero quisquam est,qui te,cum in verbis totus viuas,ad scribendum tardum esse putet,is te hoc ipso condemnauerit,tanquam nostri oblitum.Cui enim in promptu est, quod dicat,illi certè & ad scribendum non deest parata facultas.Qui vero silet,cum habeat & dicendi & scribendi copiam,manifestum est,quòd hoc vel ex contemptu faciat,vel obliuione.Ego autem silentio tuo per salutationem rependam.Salue itaque colendissime,& scribe, si volueris: rursus ne
C scribas,si id tibi ita placuerit.

Libanius Basilio. CLII.

EXcusatione ad te magis,opinor,hoc nomine opus habeo , quòd non olim tibi scri- δεῖν ἀπολογίας
bere cœpi,quàm vt nunc me excusem quando id iā orsus sum . Ego enim is sum qui cum dissereres accurrebam , & maxima cum voluptate aures tanquam ad riuulum quendam linguæ dicentis adhibebam gaudens,ægreq; auelli sustinens,ac dicens: hactenus hic vir elegantior est Acheloi filiabus,quatenus demulcet quidem quemadmodum & illę, nō au
D tem nocet vt illæ.Et parum est quòd non nocet,lucrum etiam adferunt illius cantica , si quis illis delectetur.Cum itaque sic sim affectus,putemq; & amari me , si videar dicere: quod scribere non ausim,extremæ hoc fuerit inertiæ,& simul hominis damno sese afficientis . Certum nanque est quòd epistolæ meæ modicæ ac vitiosæ eleganti tua & magna rependes , cauebisq; ne denuò me lædas.Multi vero,puto,ad hoc quod dixi,ne me denuò lędas,vociferabuntur,& hac in re cum clamore instabūt,dicentes?Basilius ne, vel modicum quid cuiquam intulit iniuriæ?Ergo & Aeacus, & Minos,& huius frater.Ego quidem tibi permittam, vt in aliis viceris.Quis est autem qui te cognoscat & non inuidiæ stimulis agitetur? Vnum vero tibi peccatum est aduersum nos.Quòd si te huius admonuero,persuade illis qui hoc molestè ferunt, ne vociferentur.Nemo te vnquam accessit, gratiam petens , modo eam facilè largiri potueris, γνώμη Ilaudem Basilij
E quam non obtinuerit. Sum autem ex illis,qui gratiam postularunt quidem , sed nō acceperūt. Quid ergo abs te petij?Cum in prætorio vnà tecum essem, equidem non semel optaui, vt per istam tuam illustrem sapientiam liceret pertingere ad Homericæ diuinationis altitudinem. Quòd si,totam consequi,aiebam,possibile non est, tu vel in partem sortis huius nos introducito.Partem autem eā cupiebam,in qua,cum Græci malè egissent, Agamēnon eum quem læserat,muneribus placauit·Cum ista dicerem,ridebas,negare quidem haud valēs , quasi,si velles,non posses,interea tamen hac in re mihi gratificari nolens . Num igitur tibi & iis qui mihi indignantur hoc ipso iniurius esse videor,quod te iniustè agere dixi. τῆς ὁμηρείου μαντείας legō μαντείας.

Libanius Basilio. CLIII.

F AN nonnihil eruditionis adolescentibus quos ad nos misisti,contulerimus, ipse iudicabis.Spero autem illud,etiam si modicum fuerit , propter tuam erga nos amicitiā, magni profectus habiturum gloriam.Quod vero eruditioni temperantiam antepo- τῶν σωφροσυνῶν.
nis,& ne mentes suas prauis voluptatibus tradant admones, rem istam admodum diligenter curarunt,conuersatiq; sunt vt decebat eos qui à quo missi sint meminere. Complectere tua pignora & lauda eos qui & me & te moribus & ingenio exornarunt. Quod si te ad opē illis ferendam hortari velim,idem fecero,ac si patrem adhorter,vt liberis suis opem ferat.

Libanius Basilio. CLIIII.

Omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ethnic⁹ Libanius anaritiæ coarguit episcopos

πάσσαλος ἢ ξύλον ὀρθὸν pertica palus rectus

χάραξ vall⁹

γριπίζω, τὸ κερδαίνω. Phauorinus & Hesych. γριπίζει & λιύει ὅτι οὕτω διὰ τῆς ὀλιγομελίας δυνάμεως ἀποχαρακιζομένοις Simile.

σφωτῆρας δολιχοσκίους.

μουσῶν σηκὸν

Adorote, adblandior tibi.

μεταφορὰ

γρῖπος Phauorino est ὁ βυρσεύς, Hesychius habet γρυπός.

ΜΗnis quidem episcopus talis est, vnde ægrè aliquid emolumenti emungatur: tu vero, quanto reliquos prudentia superas, tanto plus mihi metus generas, ne quo pacto quod petiturus sum constanter sis denegaturus. Trabibus constratoriis opus habeo, camacas, aut characas alius aliquis Sophista diceret: nō ad necessarium vsum verba vsurpās. Sed verborum phaleras ostentans magis quàm necessitati seruiens. Ego vero nisi quod peto largiare, cœli iniuriæ ac tempestatibus obnoxius ero. G

Basilius Libanio. CLV.

SI γρῖπος illud, quo vsus es in literis tuis, idem est atque emolumēti quicquam alicunde auferre, & hanc significationem habet ista dictio, quā ex Platonis adytis Sophistice tua nobis deprompsit, considera quæso præclare vir vtra pars eius sit tenacitatis, vt ægrè ab illa aliquid queat emolumenti auferri. An nos, qui tenui ista & in arctum reducta facultate obuallamur, an Sophistarum genus, quibus quæstum ex verbis facere artis loco est? Quis episcoporum quæstum ex verbis aucupatus est? Quis discipulos mercenarios constituit, nisi vos, qui lucrum ex verbis sectamini, quemadmodum placentas mellitas, ij qui melle delectantur? Vides vt senem etiam ad resultandum prouocaris? Ego vero tibi cum gloria in declamandi studiis versanti totidem trabes accommodato dari præcepi, quot in Thermopylis decertāt milites, bene longas omnes, & iuxta Homerum tuum longam efficientes vmbram, quas Sacer Eustathius restaurari præcepit. H I

Libanius Basilio. CLVI.

NOn desines Basili Sacrum hoc Musarum domicilium refertum reddere Cappadocibus, quiq; ipso statim odoratu griten referant ac niues & quæ apud vos gignuntur bona? Propè autem & me Cappadoca reddiderunt, perpetuò occinentes illud προσκυῶ σοι. Veruntamen est, Basilio ita iubente. Scias igitur, quòd regionis quidem mores diligenter inuestigo, ad generositatem vero mentis, & Calliopes meæ concinnitatem, viros immuto, vt vobis pro palumbis videantur facti columbæ. K

Basilius Libanio. CLVII.

REmisit se animi tui rancor. Sit enī istud epistolæ proœmiū. Tu vero nostra, siue ioco siue serio, cauillis petito & conuellito. Quid autem niuis aut etiam gritæ mētionem feciſti: cum liceat cauillis nostris abundè illudere? Ego vero Libani vt largum tibi risum moueam, epistolam hanc sub cortina niue tectus scripsi, quam vbi acceperis manibusq; presseris, senties quam sit frigore horrida, ità vt & eum à quo missa est, latitantem iam, & haud è domicilio prospicere valentem exprimat. Domos nāque habemus instar sepulchrorum, donec vernum tempus nos apprehēdat, & mortuos ad vitam denuò reducens, vt simus, quod & plantis facit, largiatur. L

Basilius Libanio. CLVIII.

MVlti eorum qui illinc ad nos veniunt, facultatem tuam quam in dicendo habes admirati sunt ac celebrarunt. Narrarunt enim factam esse declarationem quandam illius valde illustrem, fuisseq; certamen maximum, ita vt omnes accurrerint ac nemo in vrbe visus sit, præterquam solus Libanius dicendo certans, & quælibet ætas auscultās. Neminem enim fuisse, qui certaminibus istis abesse voluerit, neque eum qui Magistratus honore præditus, neque qui delectu & catalogo militari clarus, nec qui artificiis vacāt, quin & mulieres ad ista certamina properasse. Quod autem certamen illud fuit? Aut quis sermo quo frequentissimam excitasti panegyrim? Nuntiarunt mihi morosi hominis esse, si quisquam velit sermoni tuo resistere. Velis igitur absque vlla mora admirabilem istum sermonē ad me mittere, vt & ego laudum tuarum sim præco. Libanium nanque celebrare cupiens, licet operum tuorum sim expers, quanti mihi non faciendum, si iam laudum tuarum adepturus sim argumentum? M

πάνδημον παννύχιμ.

Libanius Basilio. CLIX.

ECce misi tibi orationem meam, abundè sudore perfusus. Quomodo nanq; non anxiè sudarem ei viro orationem meam mittens, cuius tanta est iudicandi facultas, vt & Platonis

A & Platonis sapientiam, & Demosthenis in dicēdo vehementiam, frustra iactatas esse conuincere queat. Sermo vero meus perinde est atque si culicem conferas elephanti. Vnde & horreo & tremo diem illum cogitans, in quo sermonem meum iudicaturus es. Quin parum abfuit, quin mentis sim facultate destitutus. Collatio.

Basilius Libanio. CLX.

B EGi quam misisti orationem, virorum sapiētissime, & supra modū admiratus sum. O musæ, ô disciplinæ, & Athenæ quàm præclara largimini vestri studiosis? Quàm præclaros ferunt fructus, qui vel modico tempore vestro potiti sunt consortio? O fontem copiosissimum, quales exhibuit nobis, qui ex illo hauserunt. In isto nanque sermone videre mihi visus sum vnum aliquem, qui cum muliercula quadam loquacissima sit versatus. Cum enim ista scriberet Libanius, telluri sermonem inspirauit, qui solus eloquentiæ animam largitus est. τὴν λάλῳ συνέντα γυναικί.

Libanius Basilio. CLXI.

C NVnc cognoui verum esse quòd dico. Basilio nanque me laudante, aduersum quosuis victoriam obtinebo. Licebit iam incedere, posteaquam tuos adeptus sum calculos, magnifico quodam gressu, instar iactabundi cuiusdam, & omnes præ se contemnētis. Quoniam sermonem & tu contra ebrietatem elaborasti, cupimus illo potiri. Interea tamen de illo nolo quicquam egregij dicere. Ipse me sermo vbi visus fuerit, dicendi docebit artificium.

Libanius Basilio. CLXII.

AN non Athenis habitas Basili, teq; ipsum fallis? Haud enim ista qui Cæsaream inhabitant, audire potuissent. Lingua nanque illorum mihi haud est familiaris. Sed quasi per præceps vocum nouitate prorumpens ac stupefaciens, & mihi dixit & patri, Pater tu ista non docuisti. Homerus hic vir est. Imò Plato, imò Aristoteles, quin Susario magis, D qui nihil ignorabat. Et hæc quidem ipsa lingua. Te vero nos, ô Basili, ad hunc modum laudare velim.

Basilius Libanio. CLXIII.

GAudio quidem afficimur, vbi quæ scribis, accipimus: vbi vero vicissim exigimur vt ad scripta tua rescribamus, anxij sumus. Quid enim habemus quod ad linguam tam vehementer Atticè loquentem respondeamus, nisi quòd piscatorum me discipulum esse profiteor, & te complector?

Basilius Andronico Præsidi. CLXIIII.

E GVod si corpore ita valuissem, vt itineris facilè potuissem perferre labores, & hyemis tolerare molestias, vtique non scripsissem: sed ipse ad me nanimitatem tuam venissem, idq; duplici nomine. Primum, vt quod olim pollicitus sum præstarem. Noui enim me aliquando Sebastiam venturum, atque illic integritate tua potiturum recepisse: quod quidem feci: verum præsentiam tuam non sum assequutus: propterea quòd paulò post probitatem tuam inuisi. Alterius vero legationem & causam per meipsum exequi volui, quem hactenus detrectaueram, tanti me non faciens qui talem mihi conciliarem gratiam. Cogitaui simul, quòd neque principi, neque idiotæ quisquam quacunque in re ita per literas fidem facere poterit, atque si ipse coram compareat, vt partim si quid criminis intentatum sit diluere, partim supplicando flectere, & præterea si opus sit veniam petere valeat, quorum sanè nihil F per literas facilè fieri poterit. His omnibus te vnum, diuinum caput, habens quod opponam, & quòd tibi satis esse credidi, si nostram hac in re sententiam declarauero, putans quæ reliqua sunt teipsum adiecturum vltro, causam hanc non detrectaui. At ipse vides quomodo vndique moras nectendo cuncter, ac verear causam eorum pro quibus intercedo clare proloqui. Domitianus iste necessarius noster est iam inde à genitoribus, ita vt planè nihil differat à fratre. Quamobrem enim quod verum est non dicam? Hunc, vbi causam cognoui, ob quam ista perpessus est, dignum esse dixi, qui ad hunc modum afficiatur. Neque enim esse licet quenquam, qui si vel parum vel multum in te peccarit, supplicium effugiat. Verum, posteaquā vidimus in metu & ignominia agentem, salutemq; ipsius in tua sententia constitutam, satis illum pœ- Iustitiā laudat, sed quæ clemētia tēperetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

τοὺς ἀντιτείνοντας ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν.

lum pœnæ dediſſe iudicauimus, ſimulq; obſecramus vt & liberaliter & humaniter de illo co- G
gites. Quod enim immorigeros ac rebelles coërces, dextri ac verè principis, proſtratos vero
clementer ac benignè ſuſcipere, magnificentia pariter & clementia quoſuis ſuperãtis eſt. Ita-
que licebit tibi ſi voles in eodem homine pro animi ſententia declarare qua ſis cum ad vlci-
ſcendum tum ad ſeruandum magnanimitate præditus. Petimus igitur, vt iſta ſupplicij men-
ſura, in caſtigando Domitiano ſatis ſit: nempe metus eorum quæ expectat: & vt iis quæ meri-
tum ipſe ſe optimè nouit, nihil ad vlciſcendum addatur. Illud nanque tibi animaduertendum
fuerit, quòd de iis qui deliquerant, multi quidem eorum qui ante nos vixerũt, ſuppliciũ ſum-
pſerunt, quorum iam apud poſteros nulla prorſus eſt ratio. Qui verò in philoſophia quãplu- H
rimos excelluere, animi indignationem remiſerunt, quorum immortalis memoria per om-
nia ſecula durat. Addatur igitur & hoc præconiis tuis. Largire nobis nomen tuum celebrare
cupiẽtibus, vt humanitatis tuæ encomia hactenus deprædicata, nouis iſtis ſuperemus. Ad hũc
modum & Crœſus pueri occiſori vltionem remiſiſſe dicitur, cum is vltro ſeipſum ad ſuppli-
cium ſiſteret, & magnus ille Cyrus amicus eſſe Crœſo poſt victoriam factus. Iſtis te adnu-
merabimus, & pro viribus hæc de te prædicabimus, niſi impares omnino iudicemur, qui tan-
ti viri præcones ſimus. Hoc autem ante omnia neceſſarium eſt vt dicã, quòd eos qui quacun-
que in re deliquerunt, non eorum gratia quæ cõmiſſa iam ſunt (nequit enim fieri vt facta quæ
ſunt, facta non ſint) ſed magis ob eam rationem punimus, vt vel ipſi deinceps emendẽtur, vel I
reliquis vt ſapiant, exemplo ſuo ſeruiant. Horum vero neutro impræſentiarum iſti neceſſariũ
eſſe dici poteſt. Nam & ipſe horum quæ patitur poſt mortem quoque memor erit, & reliquos
formidine iam quam ex huius exemplo cõcipiunt, emori puto. Itaque quicquid iſti ſupplicio
adiecerimus, irati animi noſtri affectum explere videbimur, quod procul abeſſe, vt de te verè
dici poſſit, ego certè dixerim. Et ſanè haud facilè adductus fuiſſem, vt iſtis rationibus quic-
quam dicendo præferrem, niſi plus gratiæ danti quàm accipientibus ineſſe vidiſſem. Neque
enim paucis conſpicua & illuſtris erit ingenij tui liberalitas. Nam vniuerſa Cappadocia quid
futurum ſit obſeruat, cui hoc precor, vt reliquis tuis dotibus quas habes, etiam iſtam liberali-
tatem & animi magnificentiam connumerare valeat. Hæſito, quomodo literas has finiã, ve- K
ritus, ne non, ſi quid omiſero damni quicquam ſit laturum. Tantum hoc adiungam, quòd cũ
hic noſter multorum habeat epiſtolas, qui ſupplicio exemptum cupiunt, noſtram tamen om-
nibus præſtantiorem arbitratus eſt, vnde is didicerit, neſcio, aliquam apud integritatem tuã
noſtri iniri rationem. Itaque ne & ipſe concepta ſpe fraudetur, quam de nobis habet, & vt no
bis occaſio ſit honoris apud noſtros, patere, vt exoreris tandem mi domine præcelles & exi-
mie, vt petitioni noſtræ annuas. Omnino autem nihilo deterius, quàm qui vnquam philoſo-
phati ſunt, res humanas conſideraueris. Et noſti quàm bonus ſit theſaurus omnibus iis qui o-
peram ſuam egentibus ac ſupplicantibus impendunt, iam olim reconditus. L

Iniuriarum remiſſio immortalis famę eſt.

Ab exẽplo Crœſi.

Baſilius Euſtathio Philoſopho. CLXI.

VM iam defatigatus eſſem crebris illis offenſaculis & incurſionibus fortunæ, quam
vocant, à qua perpetuò ne præſentia tua frui liceat, impeditus ſum, mirum in modũ
me ſacris recreaſti conſolatusq; es ſcripturis. Etenim neſcio quopacto mecum ipſe
reputabam, num veri aliquid haberet, quod à multis iactatur, videlicet, quòd fatalis
quædam ſit neceſſitas, quæ res noſtras quaſlibet ſeu modici ſint, ſeu magni momenti, vi ſua
impellat & agat, ita vt nos homines nulla ſimus arbitrij libertate præditi. Aut, ſi hoc non ſit,
eſſe quandam fortunam, quæ omnino vitam humanam infectetur. Et iſtis meis cogitationi-
bus facilè ignoſces, vbi cognoueris, quibus de cauſis in illas inductus ſim. Reliqueram Athe-
nas philoſophiæ tuæ celebritate permotus, contemptis, quæ illic magni æſtimantur. Ciuitate M
ea quæ eſt ad Helleſpõtum, maiore cautione præterita, quam vllus vnquam Vlyſſes Sirenũm
cantus declinauit. Aſiam quidem admirabar: ad Metropolim vero, bonorum eorum, quæ in
illa ſunt, gratia, properabam. Ad patriam cum veniſſem, ibiq; te, quem vt ingens lucrum quę-
rebam, non inueniſſem, ex eo mihi deinceps multæ ſunt & variæ obortæ remoræ. Aut enim
omnino confecto corpore ægrotandum, adeoq; & deficiendum erat, aut Orientem petenti
impoſſibile futurum, vt tibi itineris comes eſſe poſſem. Vbi vero ſero tandem multis labori-
bus Syriam veniſſem, fieri non poſſe, vt philoſopho potirer, ad Aegyptios profecto. Itaq; vl-
tra prolixo & moleſto itinere petendam Aegyptum, & tum ne hic quidem voti compotem
futurum, verum adeò infelici amore præditus eram, vt vel ad Perſas eundum, vnaq; profici-
ſcendum

Caue, ſuſpiceris Baſ. negare libertatẽ arbitrij quam tot aliis locis aſtruxit.

σεμνύνομαι μᾶλλον.

A ſcendum mihi fuerit, etiam ad extremos vſque barbaros (nã & ad illos abieras, tanta erat cõ-
tentio aduerſæ fortunæ) aut hic reſidendum, vel certè in ea quæ eſt Alexandri, id quod & cõ-
tigit. Puto nanque mihi, niſi inſtar pecudis oſtenſum ramuſculum ſiniſtra ſectantis, tandẽ de
fatigatus defeciſſem, extremum Indicum ſinum ſuperandum: aut ſi quiſquam eſt orbis noſtri
extremus locus, & in illo oberrandum fuiſſe. Et quid opus eſt multis? Imò ne iam quidem, po
ſtremo cum in eadem ſis regione vnà eſſe licuit, propter prolixas ægrotationes quibus con-
fectus ſum, quæ niſi mitiores poſthac reddantur, neque ad futuram hyemem prudentiam tuã
conuenire poterimus. Iſta non ſunt ex fato: dicas quæſo, nõ ſunt neceſſitatis? iſta non & poë-
B tarum propè de Tãtalo fabulas ſuperarunt? Aſt, vt dixi, melius ſentio ex ſcripturis, & iam nõ
ſum amplius in illa fati ac fortunæ ſententia, ſed magis dico, danti deo quod bonum eſt, gra-
tias eſſe agendas: differenti vero, non ſuccenſendum. Itaque ſi largietur nobis, vt conuenire
liceat, optimum ac iucundiſſimum putabimus: ſi vero hoc nondum largietur placido animo
hoc damni feremus. Nam omnino prouidentia ſua res noſtras multo diſpenſat melius quàm
nos optare poterimus.

τοσαύτη τις ἐμὴ φιλοξενία τοῦ δαίμονος. Simile.

Purgat ſe ab ea ſuſpitiõe

Prouidentię ſubſternit omnia.

Baſilius Iuliano. CLXVI.

C VOmodo interea temporis corpore valuiſti? An integrè energiam manus recepiſti?
Quomodo reliqua vitæ negotia habent? An cedunt tibi ex animi ſententia quemad-
modum optamus, & propoſito tuo conuenit? Etenim quorum mens ad quiduis fa-
cilè permutatur: par eſt credere talium vitam nullo tenore certo & cõſtanti conſtabilitã eſſe.
Quibus vero animi ſententia eſt ſolida, ſemper conſtans ac eadem, conſentaneum eſt iſtos &
vitam agere animi propoſito congruentem. Nauclero quidem profecto non permittitur, vt
tranquillum, vbi vellet, reddat pelagus: nobis contrà admodum facile eſt, vt vitam nobis ip-
ſis reddamus tranquillam, ſi internos animi tumultus, qui ex affectionibus inordinatis aduer
ſum nos inſurgunt, compeſcuerimus mentemq; reddiderimus iis quæ forinſecus contingũt,
ſuperiorem. Neque enim facultatum diſpendia, neque morbi corporis, neque quæcunque re-
liquæ vitæ moleſtiæ cautum ac ſtudioſum pietatis lædent, donec animo ita comparatus eſt,
D vt cum deo ambulet, & de futuris cogitet, eosq; fluctus, qui infernè excitantur, alacriter & ex-
peditè ſuperet. Qui nanque curis huius vitæ admodum ſunt occupati, inſtar auium carnoſa-
rum ſunt, quæ fruſtra alatæ, humi cum pecudibus detinentur. Porrò te non amplius per nego
tia videre licuit, quàm qui in mari alteri alteros nauigio prætereunt. Attamen quoniam vel
ex vngue totum licet æſtimare leonem, arbitramur nos modico experimento ſufficiẽtem tui
cognitionem cepiſſe, vnde & plurimi facimus quòd rerum noſtrarum aliqua apud te eſt ra-
tio, & animo tuo non abſumus, ſed præſentes tibi iugiter memoriæ beneficio ſumus. Eſt autẽ
memoriæ indicium quòd ad nos ſcribis quod quò facies crebrius, hoc nobis amplius gratifi-
caberis.

ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα.

E *Baſilius Diodoro, quo pacto ordinandi ſint libri.* CLXVII.

ACcepi libros quos R. T. miſit, & altero quidem ſummopere delectatus ſum, non ſolũ
propter illius breuitatem, vt par erat vſuuenire ei qui iam ad omnia ſegniter & ægrè
affectus eſt, ſed & propterea quòd denſus eſt ſimul, & refertus ſententiis, ac contra-
riorum obiectiones & reſponſiones illis ſubiectas, haud confuſè ſed recto ordine digeſtas ha
bet. Et præterea dictionis inaffectata & incõpoſita ſimplicitas, decora mihi videbatur & cõ-
ueniens profeſſioni Chriſtiani hominis, cuius eſt non ad oſtẽtationem magis ſcribere quàm
ad publicam vtilitatem. Prius verò volumen eandem quidem in rebus facultatem habens, di
F ctione verò inſtructiore & figuris dicendi variis ac dialogica feſtiuitate ornatius, multũ mi-
hi videbatur cum temporis ad perlegendum, tum laboris ad intelligendum poſcere, ad hoc,
vt ſenſus & colligantur, & memoriæ mandentur. Calumniæ nanque aduerſariorum & con-
ſenſiones noſtrorum interſertæ, licet dialecticam quandam ſuauitatem commentario adfer-
re videantur, eo tamen quòd tantum generant morarum, mentis intentionẽ confundunt ac
conuellunt, & ſermonis quoq; ſtrenui vigorẽ remiſſum reddunt. Illud enim omnino pruden
tiæ tuæ notũ eſt, quod & inter externæ philoſophię profeſſores, qui dialogos cõſcripſere, Ari-
ſtoteles quidem & Theophraſtus mox rectam tractationem rerũ aggreſſi ſunt, quòd ſibi cõ-
ſcij eſſent penuriæ cuiuſdam dicẽdi, deſtituti copia & ſuauitate Platonica. Plato verò ſermo-
nis facultate præditus, dogmatis quidem decertat, ſimul vero inductas perſonas Comico mo
re per-

τὰς ἀντιθέσεις ἐν κρυπτῷ.

Att. quæ in dialogiſmis requirat Baſil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re perstringit. In Thrasimacho audaciam ac temeritatem, in Hippio animum leuẽ ac remissum, in Protagora arrogantiam ac fastum traducens. Vbi verò indefinitas personas dialogis suis inducit, interloquutoribus vtitur, distinctionis gratia. Ex personis verò nihil præterea argumentis quæ tractat annectit, quod in legibus fecit. Quapropter & nobis, qui nõ inanis gloriæ gratia, sed ob id ad scribendum accingimur, vt fratribus vtilium ac salubrium sermonum monimenta relinquamus, si personam quandam, quæ propter morum peruicaciam omnibus iam antea & nota sit & proclamata induxerimus, & de qualitate illius sermoni quædam sunt attexenda, siquidem omnino nobis, relictis ipsis rebus tales perstringere homines conuenit. Si vero indefinitum sit de quo loquimur, contentiones illæ personales connexionem quidem sermonis interrumpunt, nihil vero vtilitatis tãdem adferunt. Ista scribo, vt declaretur, quàm non in adulatoris manum labores tuos miseris, sed fratri germanissimo communicaueris. Et hæc quidem dixi, non ad correctionem eorum quæ scripta sunt, sed ad custodiam & cautionem futurorum. Prorsus enim qui tantum habitus & studij ad scribendum impendit, & in posterum non desinet scribere, quandoquidem nec illi desinunt, qui argumenta scribendi exhibeãt. Nobis vero sufficerit quidem vt quæ vos scribitis legamus, vt autem scribere possimus, non minus ea in re impares sumus, quàm, propè dixerim, in ipsa corporis valetudine, aut in eo, vt vel mediocriter ocium ab occupationibus agere liceat. Remisi tibi iam per lectorẽ maius ac primum volumen, quod quantum licuit percurri: alterum vero detinui curare cupiens vt transscriberetur, verum nondum datus est quisquam eorum qui scribendi facultate valẽt. In tantam enim rerum penuriam abiit parca Cappadocum egestas.

Plato in. 12. legum libris

Perstringẽdæ personæ quarum deplorata est malicia.

Basilius Eunomio. CLXVIII.

QVi ea quæ sunt, scrutatu facilia esse dicit, omnino viam quãdam ac rationem ex eorum quæ sunt cognitione, mente sua complexus est, & in iis quæ cõprehẽsibilia sunt & minutiora exercitatus, per huiusmodi cognitionem & incomprehensibilem phãtasiam vltra omnem cogitationem promouit. Itaque qui se existentium scientiam assecutum esse gloriatur, exponat nobis quomodo quod minimum est eorum quæ in lucem prodierunt, natura habeat, & quæ formicæ sit natura, dicat, An spiritu vel anhelitu vita ipsius contineatur, an corpus habeat ossium distinctione concinnatum ac discretum. Neruis ne ac nodulis coniuncturarum roborata sit. An musculorum & glandularum complexu neruorum natura vndiquaq; cõseruetur. An è sincipite per dorsuales nodos ad caudam vsque, medulla prorogetur. Vtrum ex neruosæ pelliculæ complexione motis membris sit progrediendi facultas. Habeátne hepar, an sub hepate sit flauæ bilis folliculus, vtrum renes habeat, & cor, & arterias, & venas, & membranas, & diaphragmata. Nudáne sit vel crinita. An † vnius tantum generis aut multifariis vtatur pedibus. Quandiu viuat. Et quæ sit illis propagandæ posteritatis ratio. Quotuplo fœtu dũ generat fœcundetur. Et quomodo nec pedestres omnes sint formicæ, nec alatæ omnes, sed aliæ humi repant, aliæ vero per aëra volitent. Dicat itaque formicarum nobis naturam, qui eorum quæ in natura sunt, scientiam cum fastu se prædicat assecutum, atque ita demum de potentia illa omnem intellectum superante disputet. Si vero scientia minutissimæ formicæ nondum es assecutus naturam, quomodo incomprehensibilem dei potentiam imaginatione tua comprehensam esse gloriaris?

Eunomij intolerabilem arrogantiã ad infima reuocat.

χολιὰδόχου ἀγγεῖον † vniunguibus

De formica

Σῆμα in Eunomij temeritatem

Basilius Olympio. CLXIX.

QVænam ô mihi suspiciẽde isthæc sunt, quæ facis? Tun' paupertatem quam sic amãter complector, vt pote philosophię altricem abusque finibus suis exiges, profligabis, depelles? Crediderim equidem te peragi posse reum, qui hanc possessione sua exclusseris, dum te ab eiusdem congressu submones ac proripis longissimè, si modò huic adesset sermonis patrocinium. diceret enim: Vt quid isti viro cohabitare volui, nunc Zenonem laudãti, qui cum in naufragio omnia abiiceret, nihil non virile loquebatur, sed euge dicebat ô fortuna, coniicis nos in vestem attritam ac laceram, nunc vero Cleanthen, qui mercenariam operam suam locauit hauriendis fontibus, vnde & ipse sibi victum comparabat, & mercedem præceptoribus reddebat. Quin & Diogenem nunquam non celebranti, qui iis rebus tantum viuere ac contentus esse conatus est, quæ essent ex ipsa natura, ita vt & pastorale poculum abiecerit, cum à puero quodam concauis manibus deflexo capite bibere didicisset. De istis ac talibus te domestica nostra paupertas incusare posset, munificentia tua nunc domo excluſa.

Argumenta congerit, ab exemplo.

μοσύβιον

Adiiciet

Adiiciet autem & nonnihil minarum, quòd si te denuo hic prehendero, efficiam vt priora Siculas aut Italicas delitias fuisse dicas, atque ita per meipsam probè vltionem de te mihi sumam. At de istis hactenus. Gauisus sum autem vbi audiui te iam medendi finem assequutum, & opto, vt prosit medicina. Conuenit enim sacræ illi animæ tuæ corporis obsequium quod alacre sit ac nihil habens molestiæ.

Eidem. CLXX.

ET literas R. T. assequutus, meipso factus sum hilarior & alacrior, & filiorum tuorum nactus colloquium, teipsum coram videre visus sum. Illi animum meum admodum afflictum ita recrearunt & affecerunt vt oblitus sim veneni illius, quod coniectores apud vos & somniorum caupones in gratiam eorum quibus veluti stipendio accepto obnoxij sunt, aduersum nos circumferunt. Epistolas, alias quidem misi, alias vero tandem, si voles, dabimus, modo sit aliqua illarum vtilitas accipientibus.

ὀνειροπόλοις ἢ ἐνειροκλάπταις.

Eidem. CLXXI.

PRimum nobis pauca scripsisti, nunc vero ne pauca quidẽ, & visa est breuiloquentia illa temporis progressu omnino muta facta. Redi igitur ad institutum. Deinceps enim non incusabimus amplius Laconicè ad nos scribentem, sed & modicas literas symbola existentes magnifici tui affectus plurimi faciemus, modo scribas nobis.

Eidem. CLXXII.

QVemadmodum maturitas rerum ita habet, vt quæq; suis temporibus colligantur, vere flores, æstate spicæ, autumno poma, ita & hyemis fructus sunt literæ.

Collatio.

Candidiano. CLXXIII.

QVm epistolam tuam in manus sumerem, auditu dignum quid contigit. Illius suffugiebam & subuerebar lectionem tanquam adferentis aliquid publici mandati, atq; interea dum eam resignabam, cerámue resoluerem, aspicere non audebam, plus illam reueritus, quàm nullus Spartanus reus scytalẽ Laconicam. Vbi vero illam resignaueram, & iam singula perlegeram, in risum soluebar, cum præ gaudio quòd nihil quod recentioris esset notæ gestum audiebam, tum quòd tua conferebam cum iis quę Demostheni acciderunt, quòd ille quidem cum paucis quibusdam choreutis & tibicinibus cõstitutus esset choregus, noluerit amplius Demosthenes, sed choregus vocari: tu vero idem ipse & choregus es & non es: Choregus pluribus militum myriadibus, quam ille viris necessaria suppeditauerit, quiq; nobis non pro dignitatis forma quam geris, sed cõsueto more scribis, & de disciplinarum studio nihil remittis: sed instar Platonis in negotiorum tempestate ac fluctibus, ad firmum ac tutum munimentum confugis, ne vlla perturbatione animi tui trã quillitas disturbetur: Imò neque alios, quoad poteris, perturbari sinis. Et res tuæ quidem tales sunt, magnæ & admirandæ iis qui eas cognoscere possunt. Et rursus admirandæ non sunt, si quis illas ad instituti ac sententiæ tuæ propositum cõtulerit. Audi vero & nostra, quæ præter quidem nostram expectationem, sed merito, nobis accidunt. Morosus quidam & agrestis homo, ex illis qui in Annesis habitatione nobis coniuncti sunt, mortuo famulo meo, cũ quo sibi nonnihil fuisse controuersiæ dicit, me non interpellato, præter omnem præmissam accusationem, imò etiam petitionem vt quicquam à voluntario, cum viueret, acciperet, citra vllas etiam violentæ coactionis minas si non accipiat debitum, ex insperato quibusdam paris audaciæ complicibus adiutus, in ædes nostras irruit, mulierculas domus custodes percutiendo attriuit, fores domus effregit, omnia exportauit, alia ipse sibi sumẽs, alia quorumlibet rapinæ exponens. Itaque ne nos omnium imbecillium extremi simus, & nemini non ad opprimendum apti & expositi videamur officij sedulitatem quam erga nos hactenus declarasti in omnibus negotiis, vt & nunc impendas, exorari te sinas obsecro. Nam in hoc solo nobis vitæ tranquillitas seruabitur, si tribunali tuo coniuncti & commendati fuerimus. Sufficiet autem nobis ea vindictæ mensura, vt per carceralis custodiæ præfectum siue lictorẽ captus breui tempore in carcere detineatur. Etenim non solum illa quæ ab ipso perpessi sumus ægrè ferimus, sed & securitate deinceps opus habemus.

σκυτάλη tabella criminalis.

χορευταί qui chorum conficiunt.

χορηγός choręę præceps.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Basilius Phirmino. CLXXIIII.

Literæ tuæ ad nos, & raræ sunt, & præterea breues: siue propter scribendi desidiam, siue quòd ita instituueris cauere, ne illarum multitudine mihi satietatem incutias, aut certè quod ad breuiloquentiam teipsum assuefeceris. Nobis sanè nullæ literę satietatem adferunt. Sed etiam si nos multitudine illarum adobruas, desiderio tamē nostro haud satisfacies: propterea quod prorsus de singulis rebus tuis edoceri cupio, quomodo valeas corpore, quomodo in pietatis exercitio promoueas, an perdures in iis quæ ab initio didicisti: siue quicquam eorum mutaueris animi sententia, ad ea quæ coincidunt, transla ta. Quòd si constanter adhuc tibi similis es, literarum multitudinem haud exegerimus, sed ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι, λακωνισμός. suffecerit nobis si tantundem scribas. Phirminus Basilio. Bona nos esse valetudine scias. Vale. Quoniā vero audimus, quæ & dicere erubescimus, quòd relicto bonæ memoriæ progenitorum instituto & proposito, ad auum paternum transfugeris, ac Bretannius pro Phirmino fieri studeas, requirimus hæc ipsa abs te audire & cognoscere, quibus rationibus, vt hāc viam ingredi volueris, inductus sis. Verum quoniam ipse de his rebus obticuisti pudore instituti tui cohibitus, nos te admonemus, ne velis ea meditari, quæ turpitudini sint obnoxia. & si quid horum mētem tuam subiit, reiecto illo, tibi ipsi restituare, ac militia ista, & armis, & exercitus molestiis æternum valere iussis, ad patriam reuertare, satis ad vitæ securitatem & splendorem fore ratus, si ex æquo ciuitate illa cum progenitoribus potiare, id quod absque vlla molestia tibi successurum credimus, respicientes cum ad commoditatem eam quam ex fide habes, tum ad hoc, quòd neminem habebis qui reluctetur. Siue igitur hic animus tibi ab initio non fuit, siue cum fuerit iterum excidit, significa nobis properē. Si vero, quod absit, eadem tibi instituti consilia manent, ipsa nobis istud nuntiet calamitas, literas vero non requiremus.

Iulitæ liberæ. CLXXV.

Ars quædam est aucupandi columbas, videlicet talis: Vbi vnam cœperunt, qui capiendis illis studeant, cicurem illam reddunt, & ad humanum conuictum assuefaciunt. Deinde vnguento alas illius perungunt, sinúntq; coniūgi agrestibus: illa vero per vnguenti fragrantiam, agrestem illum ac liberi pastus gregem ad possessionem tranfert eius, cuius ipsa est domestica. Bene olētes nanque sequuntur & reliquæ, atque ita in potestatem columbarij veniunt. Quamobrem autem literarum istarum istud exordium esse volui? Quoniam Dionysium filium, aliquando Diomedem, nactus, diuino vnguento ἀλληγορικῶς. animæ illius alas perunxi, & ad honestatis tuæ grauitatem misi, vt & teipsam illi iungeres, & ad nidum reciperes, quem ipse apud nos compegit. Quòd si ista in vita mea fieri, & istam honestatis tuæ grauitatem ad sublimem hanc vitam transferri videro, multis personis deo dignis, opus habeo, vt debitas illi gratias agam.

Anepigraphos, epistola nullius inscripta nomine. CLXXVI.

Quòd te diligam, ex eo quod scribo disce. Quod tu me odio persequare, ex eo quod taces cognoui. Scribe vel deinceps, calamo, attramento & charta quanlibet breui, eos qui te diligunt diligens.

Alia. CLXXVII.

Num vitę indicium est sermo. Quomodo autem tu reputaberis adhuc superstes esse, cum nunquam loquare? Pelle itaque silentium hoc tuum scribens nobis, indiciúmque præbens quod viuas.

Notario. CLXXVIII.

ἐν μικρᾷ πολλὴ πολὺς ἁμάρτη τοῦ λόγος. Sermones naturam habent volucrem. Quapropter literarum notis vtuntur homines, vt sermonum auolantium velocitatem qui scribit præhendat. Tu igitur puer notas literarū perfectas ducito, formasq; recto ordine collocato. Modicus nanque error scribentis, plurimum de sermone deterit. Diligentia vero scribentis quod dictum est integrè perficitur & absoluitur.

Præsidi. CLXXIX.

Maximum

Maximum & primarium esse D.T. studiū, vt quouis modo iustitiæ gratificeris, probè noui. Alterum, vt & amicis benefacias: & ad patrocinium magnanimitatis tuæ confugientes tuearis. In præsenti itaque negotio prorsus nobis conuenit. Iusta nāq; est causa, cuius nomine obeundam suscepimus legationem, & in qua gratificari potes nobis, quos amicorum tuorum albo adnumerare dignatus es, & vtilis illis qui seueritatem tuam, pro auxilio contra iniurias acceptas implorant. Frumentum nanque quod solum ad necessariam vitæ sustentationem desideratissimus frater Dorothæus habuit, nonnulli eorum qui magistratu in Berisis funguntur, rapuerunt, siue suapte sponte istam violentiam, siue aliis consentientibus exercentes. Verum nullo pacto hoc illis ad excusationem faciat. Quid enim minus lædit, qui suapte malitia lædit, quàm qui aliorum improbitate adiuuatur. Idem damni redit ad eum qui læditur. Petimus igitur, vt fratrer hic quod amisit ab illis recipiat, qui abstulerunt, nec liceat illis culpam eorum quæ ausi sunt committere, in alios reiicere. Quantum autem commodi habet, sicubi rei frumentariæ penuriam effugere datur, tanti faciemus istam beneficentiam magnanimitatis tuæ, si illa nos dignatus fueris.

Basilius librario. CLXXX.

Rectè scribito, versúsq; rectos ducito, & neque sursum manus, neque infrà feratur ad præceps, neq; cogas calamum per obliquum, instar cancri Aesopici, ingredi, sed rectà incedat, tanquam ad amussim artificum. Sane vbique æqualitatem serues, & quicquid inæquale est amputes. Quod enim obliquum est, indecorum est: rectum γνώμη. vero, iucundum est videntibus, non sinens ad mortem gruum legentium oculos súsque déque ferri, quod mihi vsuuenit scripta tua legenti. Versuum enim gradus, vbi de alio ad alium transeundum est, ad finem subsequentis rectus esse debebat. Vbi cum nullus ad sequentia patebat ordo, recurrendum erat, requirendáque series ordinis per retrogradum inhæren do sulco, perinde atque Theseum filo Ariadnes inhæsisse ferunt. Scribe itaque rectè, nec mentem legentis transuersis & obliquis scriptis in errores abducito.

FINIS.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ac Domino D. Ioanni episcopo Roffensi D. Erasmus Roterodamus. S. D.

Tantis & officiis & beneficiis, toties à te prouocatus, præsulum integerrime, idemq; doctissime, ne simpliciter ingratus uiderer, cœpi tandem circunspicere, si quod munus literarium parare possem, tua dignum amplitudine, hoc est, pium iuxtà atque eruditum: & commodum è Grocini bibliotheca mecum adnexeram diui Basilij commentarios in Esaiam, hoc est eloquentissimi theologi, in eloquentißimum prophetam. Hunc aggressus, Latinum facere instituí, sed quo altius descendo in operis penetralia, hoc minus mihi uisam est, diuinam illam Basilij phrasim sapere. Tametsi mox in ipso libri uestibulo, titulus nō nullam animo suspicionem iniecerat, ita testans ab ipso quidem Basilio descriptum opus, cæterum ab illius obitu, ab alio quodam presbytero euulgatum. Auxit suspicionem, quòd ne apud scriptores quidem, qui Basilij recensent lucubrationes, huius uoluminis ulla fiat mentio. Proinde sum in hac prope modum sentētia, libros hos, aut alterius cuiuspiam esse Basilij, ut sunt eius nominis plures, non illius Cæsariensis episcopi, cui frater fuit Gregorius Nazianzenus, aut titulum studio additum, quo magis commendarentur lectori. Quod ni tu prorsus à me dissentis, mihi non satis idoneum uidetur, uel quod tuo dicetur nomini, uel in quo nos tantum ponamus operæ. Gustum interea damus, tuum in cæteris iudicium, non secus atque oraculum secuturi. Bene uale. E Cantabrigia tua Anno M. D. X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sancti patris nostri Basilij archiepiscopi Caesariae Cappadociae

expositio in prophetam Esaiam, Desiderio Erasmo Roterodamo interprete.

Fuga hyeme & sabbato quid sit.

OPTATE ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Aduertendum est deum non fecisse hyemem aut sabbatum reprehensibile, cum scriptū sit, Aestatem & ver, tu finxisti ea. Verum in hyeme sumus quoties carnis affectus imperium obtinent in nobis. Itaque sic intelligendum est dictum illud Euangelicum, ne nobis tum incidat fuga, cum deteriora in nobis dominantur, aut cum per inertiam vitam nostram traducimus. Nam id nobis significat per sabbatum, vt benedictionem illam consequamur. Beatus seruus ille, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem. Estote prudentes sicut serpentes, forsitan ob id, quod prudenter ac sapienter abstergat senectutem. Etenim vbi iam pellem exuere parat, in locum angustum, quique vndique corpus obstringat, immittit seipsam, atque ad eum modum transmittens sese, senectam exuit. Forsan igitur & nos vult hic sermo per arctam & asperam viam ingredientes, exuere veterem hominem, ac nouum induere vt nostra quoque velut aquilæ iuuenta renouetur. Magna quidem atque adeo prima dos, quæq; animam sume purgatam requirat, diuini afflatus esse capacem ad prophetandum mysteria dei. Proxima verò secundum illam vt ipsa quidem mediocrem aut vulgarem curam desiderans audire, quid sibi velint ea quæ dicuntur à spiritu, vti ne perperam coniectes sententiam verborum, sed recta ad illam ducaris via, duce spiritu, quo autore scripta est prophetia. Et gubernatur intellectus eorum, qui cognitionis donum acceperunt. Vnde & dominus addidit dicens: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Praeterea propheta quoque Iohel: Quis sapiēs, inquit, & intelliget hæc? Intelligens & cognoscet ea? Et apostolus eo loco quo de charismatibus loquitur, quoddam esse donum ait prophetiam: quoddam discretionem spirituum. Nam qui sese dignum exhibet instrumentum, per quod spiritus operetur, is propheta est. Porrò qui vim eorum quæ denunciantur prudenter percipit, is donum habet discernendorum spirituum. Quapropter & Corinthiis præscribens: Prophetæ, inquit, duo tres ve loquantur, ac reliqui diiudicent. Est autem donum hoc à deo magnum, vt dominus comminetur sese ablaturum è Iudæa prophetam, & coniectorem, & admirandum consultorem, & auditorem intelligentem. Nobis verò precandum vt accipiamus sapientiæ ac scientiæ, neque nō doctrinæ donum, vt omnia simul in principali animi parte concurrentia, imprimant formam omnis veritatis, quæ prophetia continetur. Est autem huius quidem vti sermone scientiæ, vt contempletur arcana spiritus. Huius autem sermone sapientiæ, ad apparanda, & excolenda, ea quæ inuolute ac paucis sunt prolata. Siquidem sapientiæ proprium est producere sermonem. Ait enim: Produxi sermonem & non attēdistis. Praeterea doctrinæ donum, ad ædificationem audientium. Itaque necesse est vt qui sit prophetaturus, huius animus antè sit idoneus redditus, sedatis affectuum, qui in nobis sunt commotionibus, vti verbum illud quod est in omnibus, magis compositos deligens animos, in quibus nec exiguus affectuum motus dissonat cum ratione iuxta portionem præcedentis aptitudinis, diuini spiritus inducat efficaciam. Neque verò solum requiritur affectuum sedatio ad digne suscipiendum spiritum, verumetiam moderatus fidei habitus vtilitásque, tum huius qui gratiam accipit, tum illorum qui in tempore audiunt, aut eorum etiam, ad quos in posterum prophetiæ vtilitas sit peruentura. Datur enim, inquit, vnicuique manifestatio spiritus ad vtilitatem ac rursum iuxta portionem fidei. Itaque supra naturæ humanæ vires est, pronuntiare rationem modúmque diuersæ operationis, quę à spiritu diuino accidit in his qui merentur. Iuxta quam huic prophetia committitur, & id quidem ad certum modum, alius accipit dona sanationum, atque ea rursum, ad certam mensuram. Alius operationes virtutum, maiorum aut minorum. Quando solus ista nouit is, qui cuiusque dignitatem penitus intuetur, & inuisibilibus iustitiæ mensuris diuidit vnicuique iuxta dignitatem. Quemadmodum prophetarunt puræ

runt puræ ac pellucidæ animæ, veluti specula factæ diuinæ operationis. Imaginem integram & inconfusam, nullāque ex parte turbatam carnis affectibus, repræsentabant. Nam omnibus quidem adest sanctus spiritus. Verum in iis, qui puri sunt, affectibus peculiarem vim ostendit. Cæterum qui gubernatricem animæ partem confusam habent peccati sordibus, his non adest. Oportet autem præter puritatem, & recti status æqualitatem exhibere. Neque enim qui inæqualiter est affectus, temperantia, purus est, sed qui carnis prudentiam subiecit spiritui. Quemadmodum enim vultuum imagines non in qualibet materia redduntur, sed in iis duntaxat quæ leuorem & pellucentiam quandam habent. Ita non in quibuslibet mentibus operatio spiritus, sed iis quæ nihil habent obliquum, nihil obtortum. Candida quidem nix, verum imaginem intuentum non reddit, propterea quòd inæqualis est, è concreta spuma constans. Lac album, at non exhibet imagines, eo quòd huic exiguæ quæpiam sint bullulæ. Contra, aqua, tametsi sit nigra specie, tamen repræsentat ob leuorem. Ita videlicet, vitæ inæqualitas nequaquam idonea est, ad recipiendam diuinam operationem. Ergo cum anima, omni virtutis studio dedita vehementi in deum amore, perpetuo dei memoriam sibi impressam seruat, atque hac re primum apparat sese, vt deum habeat velut inhabitantem, ex vehementissima in deum intentione & arcano amore, numine afflata, digna prophetiæ dono redditur, deo diuinam virtutem impartiente, animique oculos aperiente, ad intelligendas, quas velit, speculationes. Quapropter & prophetæ, à fronte videntes vocabantur, propterea quòd futura, perinde quasi præsentia fuissent, prospicerent. Sed magis inducimur ad intelligendum propheticum afflatum ex visis, quæ in somnis accidunt. Quemadmodum enim visis, principali animi parti impressis, vrbes aut regiones variæ magnitudinis ac pulchritudinis, aut animalia supra naturam videre incipimus, aut etiam verborum aliquorum memoriam, quæ auribus hausta sint, obtinemus. Cúmque tam multa, támque noua spectemus in nobis & audiamus, haud iam vere corporeo sensu videmus, neque audimus. Itidem & diuinorum ac beatorum virorum mens, aliquando reuera, aliquando per somnium impressis imaginibus, diuinis sermonibus ac visis impletur, cum neque per oculos imagines eorum quæ videntur reuocarit, neque per aures, aëris ictum, à vocis ædendæ instrumentis profectum acceperit. Neque enim sublimis ille thronus, & eleuatus, aliquid erat foris substitens. Neque rursus in eo sedens, quem videbat Esaias, nec humana specie. Is qui apud Ezechielem describitur, electrinus est ab ilibus sursum. Igneus autem ab ilibus deorsum. Sed horum intellectus, maiore quadam virtute in eorum contemplatione gerebatur, spiritu diuinam naturam per ænigmata repræsentante. Vident autem prophetæ, non futura solum, verumetiam quæ in rebus præsentibus sunt abdita. Quemadmodum ait Paulus: Si verò prophetetis, ingrediatur autem aliquis infidelis, aut indoctus, occulta cordis illius manifesta fiunt. Aut quemadmodum Heliſæus: Nónne cor meum ambulabat tecum, cum reuerteretur vir cum curru suo tibi obuiam? Est autem & illud prophetiæ genus, cum aliquid per somnium præscitur, quemadmodum Ioseph in Aegypto, & Danieli in Babylone reuelatio facta est. At quomodo igitur Pharao, & Nabuchodonosor, futura præscierunt? Nempe de mundanarum rerum statu oportebat dominos præuidere, vti his fides haberetur. At quomodo Balaam prophetatur & Caiphas? Nimirum quod hi quoque habebant, quibus imperabant, hic quidem tanquam sacerdotum princeps, ille verò tanquam vates. Neque enim hic puritas animi fuit in causa, neque mentis pellucentia, deum contemplantis, atque inde virtutem haurientis: sed dispensatiue illis contigit sermo, non pro merito, sed pro temporis opportunitate. Quæres autem, an quæ sunt apud Esaiam & Ezechielem visiones, sint per huiusmodi phantasias conspectæ, an potius mysticus sermo, spiritus per ænigmata diuinitatis proprietates nobis significantis. Porrò sunt qui dicant, eos extra se raptos prophetare, humana mente à spiritu absorpta. Verum id abhorret à professione diuinæ præsentiæ, vt amentem reddat, qui à numine corripitur, cumque plenus diuinorum decretorum esse cœperit, tum à propria quoque mente excidat, & qui aliis ex sese præbeat vtilitatem, ipse ex propriis sermonibus nihil capiat vtilitatis. In summa, quî consentaneum est, vt quis ex sapientiæ spiritu, simillimus insano reddatur? Vtque intelligentiæ spiritus cohærētiam excludat. Quin potius, neque lumen cæcitatem parit, verum videndi vim à natura insitam expergefacit: neque spiritus tenebras inducit animis, sed ad contemplationem rerum intelligibilium, mentem à peccati maculis puram exigit. Non dissimile veri est, improbam dæmonum vim naturæ humanæ insidiantem, confundere mentem. Verum si quis dicat, spiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuini præsentiam idem hoc efficere,is impie dixerit.Ad hæc,si sapientes sunt sancti,qui fit, G
vt non responderint congruerintque iis quæ prophetantes ædebant ? Sapiens enim, inquit, intelliget quæ ab ore proprio proficiscuntur.In labiis autem portat intelligentiam.Porrò si, quoniam Isaac in ingressu filij sui extra se raptus fuit, & quoniam Dauid dixit, in excessu suo.ob id fingunt sanctos extra se rapi, intelligant admirationem ac stuporem appellatum esse raptum.Quod genus est illud,Obstupuit cœlum,& horruit terra.Porrò illud in confesso sit,oportet.Si qua inciderint,quæ cum diuina natura pugnant,quantum ad verba pertinet,non ea sentire scripturam,semotis communibus hominum cogitationibus ac sensibus. Quemadmodum illud communiter receptum est, vt diuinam naturam, bonam, inirascibilem,ac iustam esse confiteamur.Quare si scriptura deum irasci, aut pœnitere, aut aliquid H
præter dignitatem agere dixerit,quid sibi velint verba quærendum est, ac solicite cogitandum,quomodo in verum sensum restitui possimus. Non autem oportebit veras de deo opiniones subuertere. Atque eum ad modum citra offensam in scripturis versabimur, dum & ex iis,quæ facile percipi possunt,adiuuabimur,& ab iis quæ sunt intellectu difficiliora,nõ offendemur.Quod si quis illud diuinæ scripturæ vitio vertat,quòd non doceat, neque impartiat,ea quæ prodesse possint,is perpendat vniuersam rerum mortalium ordinationem, non solum in spiritualibus,verum etiam in inferioribus,atque in communis vitæ negociis, considerétque eam vim,quæ gubernat vniuersa,mutis animantibus facilem ad vitam tuendam occasionem tribuisse,alimentum vltro præsens,operimentum sponte agnatum,é pilis I
aut testis indumenta:hominem autem solum,nudum producens, rationem omnium illorum vice dedit, per quam artes repertæ sunt, quibus illa sibi suppeditet, puta, architectura, textoria,agricultura,æraria, fabrica, animo rationis copia supplente, quod deerat corporibus.Quemadmodum igitur in his opifex noster haudquaquam inuidens nobis, vitæ commoditates non passus est eodem modo nasci quo bruta,sed rerum necessariarum inopiã,data opera,addidit nobis.Velut ingenij exercitamentum,itidem & in scripturis, studio voluit esse obscuritatem,ad vtilitatem mentis humanæ, suam ipsius indicans virtutem atque efficaciam.Primum quidem,vt his occupata,à deterioribus auocetur.Deinde,quòd quę labore parata sunt,ea,nescio quo pacto,magis amantur,quæque longo tempore contingunt, constantius permanent.Porrò quæ facile parantur,his non perinde auide fruimur. Negli- K
gitur enim rerum obuiarum copia,neque vlla custodia dignas ducit,qui possidet. Quapropter & somniorum obscura & inuoluta est ratio, ita vt non mediocrem desideret animi intentionem,habéntque insomniorum ænigmata plurimum affinitatis cum iis, quæ in scriptura sub inuolucro significantur.Vnde & Ioseph,& Daniel,per prophetiæ donum somnia dignoscebant, quandoquidem ipsa per se cogitationis vis,non satis valet ad veri vestigationem. Denique accedit huc quòd vitæ quoque puritas requiritur,vt ad moralis virtutis exercitationem pertineat,quod in scripturis obuolutum est,diiudicare. Requiritur autem præter vitæ puritatem,assidua in scripturis exercitatio,vt maiestas,atque arcanum diuinorum verborum,perpetua meditatione animo imprimatur. Cæterum ad diuinorum ver- L
borum exercitationem,totam vitam impendi oportere, Moysi vita demonstrat, qui quidem primis quadraginta annis Aegyptiis disciplinis institutus est.Alteris autem annis quadraginta,hoc prætextu,tanquam pasturus oues in solitudines secessit,ibique contemplationi rerum operam dedit.Atque ita deinceps post quadraginta annos dei visione dignus habitus,inuitus per dei in homines studium,ad hominum curam reuocatus est. Quanquam ne tum quidem assidue in negociali vita perseuerauit, verum subinde ad contemplatiuam reuertebatur.Vnde & ad Aegyptiacum idolorum cultum vniuersa inducta est multitudo, viro illo sancto in monte cum deo colloquente. Huiusmodi fuit & Helias, humanorum negociorum tumultum fugiens,& in desertis versari gaudens. Quare si sancti cum om- M
ni principalis animæ partis tranquillitate,ad vestigandum veritatem elaborarunt, an non absurdum est, innumerabilium laborum fructus, nullo negotio velle acquirere? Etenim Heliam obserua,post quantos secessus,quantam quietem,quantos sudores, promeruit videre deum. Argumentum huius libri patet, atque ex ipso libro percipitur. Quoniam propheta iis temporibus viuebat,quibus exuperabant vitia magnitudinem malorum,quæ illos manerent,exponit ac diuinæ iræ causam proponit,vt eos prouocet ad pœnitentiam. Exorditur autem primum ab iis sermonibus,qui ad Iudæam pertinebant.Quandoquidem iuxta Petri dictum,tempus erat,vt inciperet iudicium à domo dei. Nam natura maxime domesticis

A sticis maxime succensemus,si quando in nos peccauerint,& in Ezechiele,dominus proponens punire,qui deliquerant,A sanctis,inquit,meis incipite.Eoque ab loco deo delecto cœpit,atque ab ea ciuitate,in qua templum erat,denuncians quæ impenderent.Deinde de Babylone,postea de tribu Moabitica,Deinde de Damasco. Quinto loco,de Aegypto, deinde de deserto,deinde de Idumæa,deinde de valle Syon,deinde de Tyro,deinde de quadrupedibus.Sub hæc sequuntur ea, quæ acciderunt anno decimoquarto Ezechiæ regis, post quæ prophetiæ sunt,absque vllo titulo,prænunciantes mala Hierusalem, & Iudææ.Tum de iis, quæ in dispersione essent euentura,deque illorum reditu,postea quàm expleta essent vindicta.Præterea,quæ Christo acciderunt,sparsim invniuersa prophetia interiecta.Atque vnum
B quodque horum,& iuxta historiam dicitur, & mysticum sensum habet annexum.

VISIO PRIMA.

Visio quam vidit Esaias filius Amos,quam vidit aduersus Iudæam,& aduersus Hierusalem,in diebus Oziæ,& Ioathan,& Achas,& Ezechiæ,regum Iuda.

EXPOSITIO.

Inter omnes sensus, euidentissime percipit visus. Neque enim per auditum licet dignoscere,quæ sint formidanda,sicuti per oculos. Neq; vis alia perinde recipit cognitionem eorum,quæ sint expetenda.Quam ob caussam,veri contemplatio propterea quod & euidẽs sit & certa,visio dicitur.Vnde & propheta videns vocatur, & à fronte prospiciens. Scimus
C enim,quid Amos dixerit Amasias,videns,Vade,atque egredere in terram Iuda, atque illic prophetabis Porrò à fronte videns,dictus est Samuel in libris Regum.Vocabatur enim, inquit,propheta,à fronte videns.Siquidem quod futura prospicerent, ob id à fronte cernentes,reddebant oracula.Porrò quod diuinam perspicerẽt voluntatem,idcirco videntes appellabantur.Proinde nostri quidem fuerit officij,diligenter eniti,quo mens congruis exercitamentis initiata,perspicax efficiatur.Diuini verò muneris,spiritus lucem nobis impartiri, ad mysteriorum suorum intelligentiam. Cæterum visionem primum appellat, deinde subdit orationem,vt declaret sese non ex auditu didicisse,verum animo impressam sententiam enarrare.Nos enim in hoc vtimur voce,vt animi cogitationes significemus. At deus eorum
D qui digni sunt,ipsam principalem animi partem tangit, atque ita suæ voluntatis imprimit cognitionem.Cur addit nomen patris ? Vt declararet prophetiæ donum sibi hæreditarium esse,& à patre traditum. Quam vidit de Iudæa. Quid sibi vult illa repetitio ? Nimirum, vt per id quod prius dixerat,communem visionis rationem significaret,per id quod posterius peculiaria ostenderet,quæ sit & qualis,& quatenus ab aliis differat hæc visio. Visibiles igitur sunt sermones,hoc est animo cõtemplabiles,quos vidit propheta,Iuxta id quod dictum est in Exodo,Omnis populus videbat vocem. Exorsi sunt autem cæteri quoque prophetæ consimili modo.Visio Abdiæ.Hæc dicit dominus deus,Idumęæ.Auditionem audiui à domino,& munitionem emisit in gentes.Item in Naum.Captio Niniue Libervisionis Naum
E Hescesæi.Et in Abbacum.Onus quod vidit Abacuc propheta.Rursum Malachias onus, dixit,omissa visione.Sic inquiens,Onus verbi domini super Israël,in manu nuncij sui. Porrò per nomen oneris indicare videntur,quod prophetiæ vim non à seipsis habeant, sed aliunde susceperint,vt onus perinde valeat,quasi dicas,à deo donatum.Hi itaque prophetæ, visionis libros appellant.At reliqui dicunt,sese sermones audisse à deo. Nam sermo, inquit, domini, qui factus est ad Oseæ filium Beeri,in diebus Oziæ, Ioathan & Achas, & Ezechiæ regum Iuda,& in diebus Hieroboam filij Ioas,regis Israël. Initium sermonis domini ad Oseæ. In Amos autem.Qui facti sunt in Accarim ex Thecue. Quos vidit in Hierusalem in diebus Oziæ regis Iuda,& in diebus Hieroboam regis Israël,duobus annis ante terræ mo
F tum.Hic inuersus est ordo præ eo qui est apud Esaiam.Nam illic visio primo loco ponitur, deinde sermones subiiciuntur.Audi cœlum.Hic præmissis sermonibus sequitur visio. Siquidem,Verba Amos,non visio Amos.Non quæ audiuit,sed quæ vidit. Prꝛterea in Michea, Et factus est sermo domini ad Micheam, filium Morasthi, in diebus Ioathan & Achas, & Ezechiæ regum Iuda,super iis quæ vidit de Samaria & Hierusalem.Rursum, Sermo domini,qui factus est ad Iohel,filium Bathuel.Iterum factus est sermo domini ad Ionam.Et sermo domini factus est ad Sophoniam Chusi filium, filij Godoliæ, filij Ammoriæ, filij Ezechiæ,in djebus Iosiæ filij Amos regis Iuda. Apud Aggeum autem, & tempus peculiariter indicatur, & sermonis susceptio explicata est. Siquidem in secundo libro inquit, Anno Darij regis secundo,mense sexto,factus est sermo domini in manu Aggei prophetæ. Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem hic dictum est,In manu,id mihi videtur idem valere cum eo, quod apud alios scri- G
ptum est onus. Ac rursum in Zacharia,octauo mense anni secundi Darij, factus est sermo
domini, ad Zachariam Barachiæ filium, Addo prophetam. In diebus Oziæ, & Ioathan,&
Achas,& Ezechiæ.Operæprecium est obseruare tempora,quod videlicet appareat, ante quã-
tum tempus prædicta,post quantum tempus euenerunt.

LECTORI.

Huius lucubrationis tantum supererat. Id qualecunque est, non sum passus interire. Bene uale lector. H

D. Basilij Cęsareę Cappadociæ

EPISCOPI ADMONITIO AD FILIVM *spiritualem incerto interprete.*

AVdi fili admonitionem patris tui,& inclina aurẽ tuã ad verba mea:& accommoda mihi libenter auditum tuum, & corde credulo cuncta I
quæ dicuntur ausculta.Cupio enim te instruere,quę sit spiritualis militia,& quibus modis regi tuo militare debeas. Intentissime ergo audiat sensus tuus, & animam tuam nullus prægrauet somnus, sed ad vigilandum excita eam & ad studium intelligendi sermonem meũ. Verba enim ista sunt ex me,sed prolata ex diuinis fõtibus. Neq; enim noua doctrina instruam te,sed ea quam didici à patribus meis.Hanc enim si immiseris in cor tuum,in pace dirigentur itinera tua,nec adproximabit ad te vllum malum,sed procul abscedet à te omnis aduersitas animæ.Si ergo cupis fili militare deo, illi soli militabis.Sicut enim qui militant regi terreno, omnibus iussis eius obediunt: sic & qui K
militant regi cœlesti, debent cœlestia custodire præcepta. Miles terrenus quocunque loco mittitur, paratus ac promptus est, neque se vxoris vel liberorum gratia excusare audebit. Multo magis miles Christi sine aliquo impedimento regis sui debet imperio obedire.Miles terrenus contra hostem visibilem pergit ad bellum. Tecum verò hostis inuisibilis quotidie præliando non desinit, Illi contra carnem & sanguinem est dimicatio, tibi vero aduersus spiritualia vitia in cœlestibus, eluctatio, Ille contra carnalem hostem carnalibus armis vti-
†vteris. tur:tu vero contra spiritualem hostem spiritualibus armis indiges †. Ille in prælio galeam ferream gestat,sed tua galea Christus sit qui est caput tuum, Ille lorica ne vulneretur indu-
†charitate. tus est, sed tu pro lorica sis fide † Christi circundatus, Ille contra aduersarium suum mittit lanceam & sagittas,tu contra aduersarium diuina eloquia iaculare, & percutiens eum ver- L
†dominicis bis propheticis† dicito,Dominus mihi adiutor est, & ego deridebo inimicos meos. Ille do-
nec pugna geritur,arma à semetipso non proiicit,ne ab aduersario vulneretur:ita & tu nun-
†inermis. quam debes esse securus† quia tuus hostis hoste illius est astutior. Illius quidem hostis ad tẽ-
pus dimicat,tuus vero hostis quandiu in stadio vitæ huius consistis,tecum pugnare non ces-
sat.Illius arma laboriosa & grauia sunt ad portandum, tua verò arma volentibus portare suauia ac leuia sunt.Ille cum superauerit aduersarium, ad domum coniugis ac liberorum reuertetur:Tu vero hoste prostrato in illud cœleste regnum cum omnibus sanctis intrabis. Ille pro labore terreno terrenum accipit donatiuum:tu vero pro spirituali labore cœleste re-
cipies præmium. Cœleste enim donum expectet monachus, qui terrenos actus à semetipso M
proiicit, ne implicet se negotiis secularibus militans deo. Difficile nanque est seruire duo-
bus dominis,nec potest quisquam seruiens mammonæ spiritualia arma portare, sed iugum Christi suaue ac leue à semetipso repellit ac proiicit & quicquid graue & onerosum est animæ suæ,hoc ei videtur suaue ac leue. Istiusmodi vir à propriis armis vulneratur & cum diligit periculum,incidit in mortem.Tu autem considera cui regi te ad militandum probasti, & quanto superius est rege terreno imperium cœleste, tanto præcellentior est gradus excel-
lentiæ tuæ terreno milite. Turrim excelsam construere cogitas. Præpara ergo tibi sumptus ad structuram vt cœptum ædificium ad perfectum deducas, nequando prætereuntibus ve-
nias

A nias in risum, & gratulẽtur de te inimici tui. Hæc turris non ex lapidibus constituitur,sed ex
virtutibus animę:nec auri,nec argenti,indiget sumptibus,sed conuersatione fideli,nam ter-
renæ opes plurimum ad ædificandum impediunt. Vnus profectus sit tibi fili,si domino vni
seruire desideras:ne alicui in vita tua placere conẽris, nisi illi soli: nec occupes in diuersis re-
bus † animum tuum,sed abscide à te carnalem amorem,ne à te dei timorem excludat. Om- †occasio-
nibus.
ne vitium expelle ab anima tua vt virtutes animæ conquirere possis.Audi igitur quæ sit vir-
tus animæ & quam maximum ei conferat lucrum. Virtus animæ est diligere dominum,&
odisse illa quæ non diligit deus.Virtus animæ est patientiam sectari & ab impatientia decli-
nare. Virtus animæ est castitatem tam corporis quàm animæ custodire. Virtus animæ est
B vanam gloriam contemnere,& omnia caduca calcare.Virtus animæ est humilitati studere,
& tumorem superbiæ abominari.Virtus est animæ veritatem amplecti, & omne mendaciũ
fugere.Virtus est animæ iram cohibere, & furorem reprimere. Virtus est animæ pacem di-
ligere, & inuidiam execrari. Virtus animæ est ab omni stultitia declinare & sapientiam di-
uinam amplecti. Virtus animæ est omnem voluptatem carnis subiicere menti.Virtus ani-
mæ est auaritiam spernere & voluntariam assumere paupertatem.Has igitur virtutes facile
poteris obtinere, si sæcularium rerum curas neglexeris, & caducis ac terrenis rebus cœlestia
prępposueris: & si voluntas tua in laudibus dei fuerit occupata, & iudicia eius die ac nocte
impensius meditatus eris: eris autem tanquam lignum quod plantatum est secus decursus
C aquarum,& omnis fructus spirituales orientur ex te & ex seruo amicus vocaberis dei. Ex to
ta igitur virtute tua dilige dominum vt in omnibus actibus tuis placeas illi.Si enim qui cõ-
iugium contraxerit,festinat placere vxori suæ,multo magis monachus omnibus modis de-
bet placere Christo. Qui diligit dominum, eius prępcepta custodit. Deus enim non se vult
verbis tantummodo diligi,sed ex corde puro & operibus iustis. Qui enim dicit diligo deũ,
& mandata eius non custodit,mẽdax est.Huiusmodi enim vir fallit semetipsum & à semet-
ipso seducitur.Deus enim non verborum sed cordis inspector,& diligit eos qui in simplici-
tate cordis seruiunt ei.Si terrenos parentes cum tali affectu diligimus qui in tam paruo tẽ-
pore pro nobis sustinuerunt laborem, nonne magis nobis cœlestis amandus est? Nam & cir
D ca nos quod fuit eorum obsequium, Christi est beneficium,qui omnium dispensator opti-
mus est.Nam antequam nascęremur in hoc seculo parentes nobis sua prouidentia antea prę
parauit,quorum obsequio nutriremur.Sed & matris vbera tunc lacte mũdi replentur, quan
do infans fuerit natus:ergo magis omnibus diligamus deum,qui & nos & propinquos no-
stros propriis manibus finxit, & cuncta bona quæ erga nos geruntur, quotidie eius benefi-
ciis adscribamus. Nam & parentes nostros quasi propria viscera diligamus, si accedere nos
ad seruitium Christi non prohibent.Si autem prohibent nec sepultura illis à nobis debetur.
Christus diligendus est super parentes,quia non tribuunt nobis parentes ea quæ Christus tri
buit.Et quis beneficia eius congruenter enarret,vel quantum nobis tribuit & quotidie pre-
bendo non desinit. Videns enim deus innumeris peccatis nos obnoxios, non despexit sed
E liberauit,nec cum alienati ab eo in diuersis erroribus vagaremur in præcipitium mortis,ad
vitam perpetuam reuocauit.Et cum ingrati beneficiorum eius fugeremus ab eo,vt pater cle
mentissimus exquisiuit nos, & cum in sede sublimi sederet nostri gratia descendit ad terras
& in tanta humilitate venit vt seruilem formam assumeret:& qui in pugillo suo continet or
bem terrarum,pãnis in præsepio inuolutus est.Et qui cœlum palmo metitur,non habuit v-
bi caput reclinaret. Cum esset diues pauper est factus vt nos ditaremur in illo:& qui in nu-
bibus venturus est ad iudicandos viuos & mortuos,iudicium hominis pertulit & cum siti-
entibus sit fons æternalis,cum sitisset postulauit aquam à Samaritana muliere. Et qui in car
ne propria nostram esuriem saturauit, esuriuit cum tentaretur in eremo. Et cui ministratur
F cum patre ab angelis, hominibus ministrare dignatur, & manus eius per quas virtutes plu-
rimas operatus est,pro nobis confixæ sunt clauis, & ori eius per quod salutarem doctrinam
annunciauit hominibus,pro cibo fel dederunt & qui nullum læsit vel nocuit cæsus & oppro
bria pertulit, & cuius nutu omnes mortui resuscitati sunt voluntate sua mortem crucis su-
stinuit.Et ideo hæc omnia passus,vt nobis vitam æternam donaret. Et cùm nobis immensa
beneficia præstet,nihil exigit à nobis,nisi vt templa nostra impoluta ei seruemus, vt semper
in nobis habitet & nos permaneamus in illo. Non postulat à nobis aurum aut argentum,vel
quicquid huiusmodi. Nam & si fuerint nobis ista, dispertiri egentibus præcipit. Nos ipsos
quærit,nos desiderat, in nobis requiescere cupit. Accedamus ergo ad eum & copulemur in
affectu

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectu eius,& nosipsos amem⁹ & proximos,Qui diligit (inquit)proximũ,filius dei vocatur. G
Qui autem è contrario odit, filius diaboli nuncupatur. Qui diligit fratrem suũ in tranquillitate est cor eius:fratrem vero odiens tempestate maxima circundatus est. Vir benignus etiam si patitur iniuriam,pro nihilo ducit. Iniquus etiam proximi actus contumeliam arbitratur.Qui charitate plenus est,serenissimo vultu procedit. Vir autem odio plenus ambulat iracundus. Tu autem fili benignitati stude in vita tua, & proximum tuum habeto tanquam vnum ex membris tuis.Omnem hominem iudica fratrem tuum. Memento quod vnus artifex ac verus est qui condidit nos, non moueas cuiquam scandalum in vita, & non quod tibi vtile est sed illi facito.Quod tibi accidere non vis, nec ei cupias euenire. Si eum videris in bonis actibus conuersantem congratulare ei, & illius gaudium tuum dicito, & si ali- H
quid patiatur aduersum, compatere ei, & illius tristitiam, tuam deputa. Omnem malitiam expelle ab anima tua, & odiorum flammæ non comburent cor tuum. Contra impotentem aut subiectum tibi noli iracundia commoueri, sed tanquam tuum membrum proprium eum habeto', in omnibus. Ne diligas fratrem tuum simulato corde,nec eum labiis osculans ex alia parte insidias facias ei. Dolosus enim vir pacifica verba profert ex ore,& in abdito mẽtis supplantare proximum suum meditatur. In his ergo operibus ad iracundiam prouocatur deus. Puritas enim quæ placet in conspectu domini, respuit omne quicquid simulato corde efficitur.Tu autem omnem simulationem longe fac à
te,& ne cupias supplantare proximum tuum,neque mordere aut laniare membrum tuum. I
Quod etsi quandoque vt homo iratus fueris vltra solis terminum non producas iracundiam tuam, sed & reconciliare ad pacem & deprime omnem furorem ab anima tua. Qui enim amplectitur pacem in mentis suæ hospitio mansionem præparat Christo, quia Christus pax est,& in pace requiescere cupit.Vir autem inuidus omnibus modis execratur. Vir pacificus in trãquillitate est semper cor eius.Inuidus autem similis haui cum iactatur à fluctibus maris. Homo pacificus securam possidet mentem. Inuidus autem in perturbatione est semper,qui autem sectatur pacem tutus est semper vndique ac munitus.Nam inuidus vt lupus rapax insanit inaniter. Pacificus est vt vinea honesta abundans fructu copioso. Inui-
di autem opus indigentia ac miseria detinetur, & quantum pacificus gaudens in domino K
delectatur,tantum inuidus tabescens ad nihilum redigitur.Ex abundantia lætitiæ pacificus homo dinoscitur. Ex vultu marcido & furore pleno inuidus demonstratur, pacificus homo consortium angelorum merebitur, Inuidus homo particeps dæmoniorum efficitur, & sicut pax secreta mentis illuminat:ita inuidia occulta cordis obcæcat. Pax enim effugat & perturbat omnem discordiam.Inuidia autem iracundiam cumulat, à splendore autem pacis effugatur omnis caligo,& vbi obsederit inuidia,ibi obscuritas & exteriores tenebræ. Sectare ergo fili desiderabile nomen pacis, vt fructus pacis possis acquirere, & execrare inuidiam ne malorum fructibus replearis. Rationabile namque animal creauit te deus vt possis discernere inter bonum & malum,vt quæ sint optima eligas & inutilia respuas,omnia exa- L
mines,quæ sint bona teneas,ab omni specie mala abstineas. Fili patientiam arripe, quia maxima virtus animæ,vt velociter ad sublimitatem perfectionis possis ascendere.Retributionem patientiæ tuæ ne quęras ab homine, vt in futuro possis accipere ab æterno domino æternam retributionem.Patientia grandis est medela animæ. Impatientia autem est pernicies cordis.Per patientiam enim expectatur futurorum bonorum spes, & quod non videtur,quasi quod videtur amplectitur.Astute in omnibus te serua fili, vt videas dominum in gloria consistentem.Ab omni pollutione mundum sit cor tuum:& ne des inimico aditum eundi ad te.Ab aspectu nephando auerte oculos tuos:& ne delecteris pulchrarum vultibus fœminarum,ne per talem oblectationem vltima exoluas supplicia. Memento cui dedicasti M
membra tua,& ne commisceas illa meretricibus.Reflecte amorem ab amore mulieris, neque ab amore domini & amor excludat.Noli minima contemnere,ne paulatim diffluas in malo.Non te simules simpliciter accedere ad virginum domus, nec velis cum eis vti longis & otiosissimis fabulis, ne per plurimas sermocinationes, vtrorumque mens polluatur. Noli fili grauiter ferre sermones meos:nec stultum arbitreris eloquium meum: sed crede mihi & gratanter accipe verba mea. Si ad fœminarum domus importunè accesserit clericus,vel monachus:& virgo patiatur huiusmodi introire ad se, statim immutant pristinam dignitatem:& quod domino polliciti sunt,sua voluntate amittunt. Nec enim poterunt huiusmodi mansionem in se domino præparare: sed desolabuntur vt lignum aridum. Nunquid

A quid virginitatem dominus ab aliquo extorquet inuite? Hoc enim munus volũtarie Christo offertur in propria voluntate, nec enim licitum est prophanari aliquid quod domino promissum.Non peccabis homo si non voueris votum, si enim vouisti, iam ne facias moram reddere illud,quod dominus quasi suum requirit illud à te,nec pollutione vult misceri membra tua, quæ sibi iam dedicata sunt. Vide ergo ne te seducat corporis pulchritudo, & decorem animæ tuæ amittas.Nec improbo oculo tuo intuearis speciem mulieris, ne intret mors per fenestras tuas.Non aperias aures tuas ad perficienda verba earum: nec concupiscas nequitiam in anima tua.Mulieris carnem non velis tangere,ne per tactum eius inflammetur cor tuum & spiritu tuo labaris in perditionem. Sicut enim fœnum proximans ignẽ comburitur: ita qui tangit mulieris carnem,non euadit sine damno animæ suæ,& licet cor
B pore castus euaserit, mente tamen & corde corruptus abscedit. Dic mihi quæso fili, quid sunt profectus animæ? amare carnis pulchritudinem? Nonne sicut fœnum cùm à feruore æstatis percussum fuerit, arescit, & paulatim pristinum decorem amittit: Similis est etiam species humanæ naturæ,succedẽte sibi senectute omnis decor pristinus deperit: & quos in amorem sui antea concitabat,postmodum odio eorum efficietur.Nam cum interuenerit mors, tunc penitus omnis pulchritudo delebitur,& tunc cognosces quia vanitas quod antè inaniter diligebas.Cum videris totum corpus in tumorem & fœtorem esse conuersum, nõne intuens maximo horrore concuteris? Nonne claudis nares tuas? non sustinens fœtorem durissimum? Vbi est postmodum omnis illa oblectatio? Require si est aliquod pristini deco-
C ris vestigium. Vbi est suauitas luxuriæ & conuiuiorum opulentia? Vbi sunt blandimentorũ verba,quæ corda simplicia molliebant? Vbi sunt sermones dulces, qui amaritudinem amantibus infundebant? Vbi est immoderatus risus & otiosus? Vbi est ineffrenata & inutilis omnis lætitia? velut fluxus aquæ transiens nusquam comparuerunt. Hic est finis carnis pulchritudinis,quam amabas. Hic oblectationis terminus corporis. Reflecte igitur animum tuum ab his obscœnis amoribus,& omnem amorem conuerte ad splendidissimam pulchritudinem Christi, vt radij fulgoris eius illustrent cor tuum,& omnis obscuritas caliginis expelletur à te.Hæc pulchritudo diligenda est fili, quæ lætitiam spiritualem amantibus consue
uit infundere.Hic decor omnibus modis amplectendus est vnde nobis serenitas tranquillitatis adquiritur. Deuitemus pernicioſas pulchritudines, ne omniũ malorum genera in nos
D irrogentur.Multi enim admirãtes mulierum species à veritatis via naufragauerunt. Pleriq; ornamentis earum oblectati,perniciem animarum suarum perpessi sunt,& à perfectionis fastigio in profundum inferni demersi sunt. Caueto ergo fili species per quas plurimos cernis perisse,quæso ne bibas poculum, vnde multos perspicis interisse. Ne percipias cibum quem edi in aliorum perniciem videris.Ne incedas iterum,quo naufragium perpessi sunt plurimi. Deuita laqueos, per quos captos cæteros censeris.Postula tibi à domino cor prudens & peruigilem sensum vt non ignores fraudes & astutias inimici, & in retia eius non incidat pes tuus. Sapiens vir non corporis decorem desiderat, sed animæ. Insipiens homo speciem in carnalibus ornamentis amplectitur,sapiens vir comptam mulierem respuit.Stultus vero cõ
E cupiscens eam miserabiliter supplantabitur. Vir prudens ab imprudente fœmina auertit oculos suos. Luxuriosus autem vir intuens eam soluetur vt cera à facie ignis, tu autem caue omnibus modis species pernicioſas ac falsas pulchritudines quia deturpatur anima si earũ decorem attendas.Christus non in corporis decore,sed in animę delectatur.Illa ergo dilige fili,in quibus delectatur Christus:& ne pecuniarum cupiditati te subiicias.Ab omni auaritia declina cor tuum vt non condemneris, sicut adulter & idolorum cultor.Noli amare mammona, ne offendas eũcui membra tua & mentem pariter dedicasti. Ne petas ea quæ te auocant & separant à domino. Noli diligere opes terrenas ne amittas cœlestes. Multi cupientes
F aliena & à suis priuati sunt. Alienatę sunt à nobis seculi huius facultates: nostra autẽ possessio regnum cœlorum est. Noli appetere aliena,ne à tuis fias extraneus. Quotidianum victũ sufficere tibi contentus esto. Quicquid superfluum est proiice abs te tanquam propositi tui impedimentum.Ne cupias fieri locuples,ne in tentationes incidas,& in laqueos diaboli.Caueto auaritiam:quia radix omnium malorum ab Apostolo nominata est.Pecuniarũ cupidus iam animam suam venalem habet.Si enim inuenerit tempus,pro nihilo perpetrabit homicidium:& sicut qui effundit aquam super terram,ita est ei effundere sanguinem proximi sui. Pleriq; per auaritiæ ardorem in mortis periculum inciderũt.Propter auaritiam Saül alienus à dño effectus est,& ad extremũ de culmine regali expulsus est & ab inimicis suis perept⁹ est.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Achab propter auaritiam inuasit vineam Naboth:& huius rei gratia, in prelio vulneratus defunctus est.Dominus noster & saluator à corde Phariseorum volebat pecuniarum amorem excludere:sed quia illi erant cupidissimi,salutaria eius monita deridebant. Nam & illum diuitem cùm dominus vocans ad regna cœlorum facultates suas vendere præcepisset auiditas intrare non permisit.Et Iudæ pectus auaritiæ ardore exarsit, vt dominum largitorem sibi cunctorum bonorum in manus traderet impiorum.Auarus enim vir inferno simi lis est.Infernus igitur quantoscunque deuorauerit,non dicit satis est:sic & si omnes thesauri terræ confluxerint in auarum,non satiabitur.Alienum te facito fili ab hoc vitio & voluntariam paupertatem libenter assume.Noli esse desidiosus & piger,sed labora manibus tuis, vt habeas vnde tribuas indigenti.Secundum pusillanimitatem tuam mediocriter porrige. Tantum enim expetitur à te, quantum tibi fuerit creditum. Nemo enim exigit à te, quod ipse minime possides.Eleemosyna cum iniquitate acquisita abominatio est coram Christo, sed acceptum est illi quod fuerit fideliter acquisitum. Fili non habet hanc artem misericordiæ bonum. Sunt enim nonnulli qui diripientes aliena,præstare se eleemosynam simulant. Et cum alios premunt,aliis misereri se fingunt.Sed dominus non delectatur in operibus eorum,& simulationem cordis eorum execratur ac respuit. Tu autem licet exiguum de tuis laboribus porrigas, hoc gratum est & acceptum coram domino. Nec te velis iactare, cùm porrigis eleemosynam indigenti,& illi cui fœneras,ne te arbitreris esse meliorem.Sed in omnibus operibus tuis humilia te coram domino:quia non erit gratum deo,quicquid efficitur cum superbia.Quod autem fit humiliter, acceptum est ei. Fili præ omnibus humilitati stude, quod est omni virtute sublimius,vt ad perfectionis fastigium possis cõscẽdere. Cum iustæ institutiones non aliter nisi per humilitatem impleantur,& multorum temporum labores per superbiam in nihilum deputantur.Vir humilis,deo est similis,& in templo pectoris sui gestat eum.Superbus autem cum sit deo odibilis,diabolo similis est.Humilis verò licet in habitu videatur vilissimus, gloriosus est in virtutibus. Superbus autem homo & si decorus videatur aspectu & clarus,sed tamen inutilem eum manifestant opera ipsius & per hos incessus & motus dignoscitur eius superbia & ex verbis eius publicabitur leuitas ipsius. Cupit semper laudari ab hominibus & virtutibus quibus alienus se prædicare gestit. Non se patitur cuiquam esse subiectum,sed semper primatum cupit,& ad maiorem gradum se conatur immergere.Et quod ex meritis obtinere non potest,ambiendo festinat.Ambulat semper tumens,vt vter vacuus & inanis.Et sicut nauis absque gubernatore cum iactatur à fluctibus,ita & is circunfertur inter omnes actus suos.Humilis è contrario respuit omnem honorem terrenum,& vltimum se esse iudicat omnibus hominibus.Nam & si mediocris appareat in vultu eminens apud dominum intuetur. Cum consummauerit omnia mandata domini,nihil se fecisse testatur, & omnes virtutes animæ suæ cẽlare festinat. Sed diuulgat dominus omnia opera ipsius,& profert in medium & mirificat gesta ipsius, & exaltabit & clarum faciet eum & in tempore precum suarum quod postulat impetrabit. Et tu fili cum accesseris ad precandum dominum, prosterne te humiliter in conspectu eius, ne postules quicquam quasi ex gratia meritorum tuorum,& si est tibi etiam conscientia boni operis aliqua,cela illam,vt te silente multipliciter & restituatur à deo,& peccata tua cito produc in medium,vt deleat dominus illa,cùm confessus fueris ea.Nec te velis iustificare, cùm ad orandum accesseris,ne sicut pharisæus ille exeas condemnatus.Memento publicani vel qualiter pro se orauerit,& æmulare eum,vt veniam peccatorum tuorum inuenias.Non clamore vociferaberis eum qui occultorum est cognitor, sed clamor cordis tui pulset aures eius. Ne longitudinem verborum protrahas ante eum, quia non in multiloquio, sed ex mente purissima placabitur dominus.In tempore orationis omnem malitiam cordis proiice abs te, & remitte si quid habes aduersus proximum tuum. Est denique quoddam genus serpentis, quod cum vadit ad bibendum aquam antequam accedat ad fontem euomit venenum. Imitare ergo huius serpẽtis astutiam & omne venenum amarissimum proiice ab anima tua. Remitte conseruo tuo centum denarios vt tibi dimittatur debitum,decem millium talentorum.Et qualem cupis erga te esse dominum,talis esto ipse erga conseruum tuum. Quodcunque opus inchoaueris,primo inuoca dominum & ne desinas gratias agere cum perfeceris illud.Quære dominum & inuenies eum,nec dimittas cum illum tenueris, vt copuletur mens tua in amore eius.Hoc stude in vita tua vt orationem puram offeras deo. Cogitationes non conturbent cor tuum, nec in diuersis locis vel rebus rapiatur mens tua. Memento enim te

enim te fili sub domini conspectibus stare, qui occulta cordis prospicit & abdita mentium nouit. Vigilanter ergo adsiste in conspectu domini in tempore orationis vel psalmorum, ne te opprimat somnus animæ tuæ,& ne dissonans sit sensus & lingua, sed consonãtia sint, & vtraque proferant verba. Sicut impossibile est seruire duobus dominis,ita nec duplex oratio poterit ascendere ad dominum,nec tibi vllum tempus fili otiosum vel vacuum transeat tam in diebus quàm in noctibus vigilare te conuenit, vt eminentem tentationem facilius effugere possis. Si enim cogitationes sordidæ conturbauerint cor tuum, & si te coarctauerint,quod est illicitum perpetrare,per orationes ac vigilias depelluntur ab anima tua. Oratio munimentum grande est animæ. Per orationes purissimas omnia nobis quæ sunt vtilia tribuuntur à domino:& cuncta quæ noxia sunt, procul dubio effugantur. In tempore psalmodię sapienter psalle fili,& spirituales cantus vigilanter cane coram domino, vt virtutem psalmorum facilius possis acquirere. Omnis nanque duritia cordis, eorum dulcedine molliatur,tunc dulces habens fauces,gaudẽsque cantabis: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine,super mel & fauum ori meo. Sed non poteris sentire hanc dulcedinem, nisi cum summa vigilantia ac sapientia cantaueris. Fauces enim (inquit) escam gustabunt, sensus autem verba discernit.Sicut enim ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquiis interior homo pascitur ac nutritur. Sed in his omnibus vigiliis sanctis indiges fili. Hæ sunt nanque vigiliæ inutiles,per quas læditur,& deperit anima,cùm vigilauerit quis cir ca cogitationes turpissimas,vel ad gerendum contrarium aliquid vel ad perpetrandum facinus. Sed tu talibus insiste vigiliis, vt possis effici sanctus in omnibus actibus & moribus tuis. Conuenit te vigilare, nequando opressus summo placere hominibus gestias. Præter quàm domino soli ne studeas placere alteri.In omne opus quod cogitas facere,cogita dominum primum:& si secundum dominum est, quod cogitas,diligenter examina. Et si est rectum coram deo,perfice illud.Si verò aduersum fuerit repertum, amputa illud ab anima tua. Quotidie actus tuos discute curiosius & si te peccatis obnoxium censeris ad pœnitentiam cito confuge. Nolo vt protrahas peccatum tuum de die in diem: sed si quid cogitaueris male,in deo pœnitentiam age:& velociter de corde tuo seca illud.Ne velis dicere non est grande hoc facinus quod cogitaui tantummodo,quia in conspectu domini manifesta & aperta sunt omnia,Ne vt spinas ac tribulos in te crescere sinas cogitationes malas,neq; tanquam minima negligas ea,qui enim spernit minima,paulatim defluet.Noli spernere morsum serpentis,ne venenum eius conspergatur in cor tuum.Abscide virgulta spinarum de agro cordis tui,ne defingant in te altas radices.Scito quod cor tuum ager est domini,excole eum cœlestibus disciplinis,& non sinas zizania seminari. Si igitur taliter vigilaueris, facile poteris ascendere ad perfectionem.Ad vigilandum autem multum ieiunium proderit. Sicut enim miles plurimo onere prægrauatus præpeditur,ita monachus ad vigilias cum esca rum largitate torpescit. Non enim possumus vigilare cum fuerit dapibus venter noster onustus,sed oppressi somno,vigiliarum fructus amittimus,& maximum detrimẽtum animę nostræ acquirimus.Vigiliis ergo copula ieiunium,vt cunctis animæ virtutibus florere possis,& caro tua subiecta sit animæ tuæ,& ancilla tua famuletur dominæ suæ. Ne præbeas vires corpori tuo,ne bellum aduersus spiritum exerceat, sed semper subiecta sit caro spiritui, & obtemperet iussis spiritus. Noli incrassare ancillam tuam, ne contemptui habeat dominam suam,sed & in omnibus eius obsequiis mancipetur.Sicut enim equis sunt frena imposita,ita ieiuniorum frena imponamus corpori nostro.Nam quemadmodum auriga si equorum frena laxauerit,rapidissimo cursu cum eo in præcipitia deferuntur,ita & anima si corpori suo non imposuerit frenum,vterque ad inferni præcipitia deuoluuntur. Esto peritissimus auriga corpori tuo, vt per tramitem rectam possis pergere viam. Escæ enim plurimæ non solum animam,sed & corpus nostrum plurimum lædunt.Sæpe enim per ciborum auiditatem stomachi franguntur vires, necnon abundantiam sanguinis & cholerarum ægritudines plurimas per escarum largitatem perpetimur.Sicut enim ista animæ & corpori cõtraria,ita medelæ sunt vtriusque temperata ieiunia.Quantum vero possumus, mundi delitias & ciborum opulentiam fugiamus, ne quando cruciati in flamma guttam aquæ quæramus, nec refrigerium consequamur. Fugiamus ebrietatem, ne in retia luxuriæ incurramus.Vinum enim nobis dominus ad lætitiam cordis non ad ebrietatem creauit,non quantum gula exigit, sed quantum naturæ imbecillitas postulat. Et apostolus Timotheo modico præcipit vti vino: & hoc propter dolorem stomachi & propter eius frequentissimas infirmitates

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmitates. Ne igitur nos quod ad medelã corporis noſtri tributum eſt, ad perniciem deputemus. Plurimi nanque maximam per vinum debilitatem contraxerunt, nec potuerũt cõſequi priſtinam dignitatem qui primũ gulæ non temperauerunt ardorem. Pleriq; per vinũ homicidiũ perpetrauerunt, nec ipſi mortem recuſauerũt. Alij per vinum à dæmonibus capti ſunt, nec eſt aliud ebrietas quàm manifeſtiſſimus dæmon. Brioſus putat ſe boni aliquid agere cũ per præcipitia deuolutus fuerit. Per vinolentiã armatur os ad maledicta, & cõuitia proximorum & immutatur mens, & lingua balbutit. Quæſo quid minus habeatur quàm dæmonium? huiuſmodi enim vir cum ſe putat bibere, bibitur. Sicut enim piſcis cùm auidis faucibus properat vt glutiat eſcam, & repente hamum inter fauces reperit hoſtem: vel ſicut aues cum per eſcã capiuntur in retibus, ita ebrioſus intra ſe vinum ſuſcipit inimicum, quod intra eũ morans impellit ſe ad omne opus fœdiſſimum. Homo rationabilis ab irrationabili beſtia capitur: tu autem in omnibus exhibe te ſobriũ, vt te ſobrietas in omnibus caſtum exhibeat. Sed caueto hoc fili, ne per ciborum abſtinentiam mergaris in ſuperbiam, & ne infleris aduerſus eos qui ieiunij tui menſuram non valent obtinere, ne quando videaris eſcis carnalibus abſtinere, & viciis pectus tuum replere. Grandis nanque eſt confuſio animæ, quæ cum ſibi ſubiecerit carnem, ipſa fit ſubiecta vitiis. Quid prodeſt ventrem ab eſcis vacare, & animã paſſionibus obruere, vel carnis amorem vincere, & in corde liuoris ſtimulos machinari. Verus enim continens tam à corporis quàm animæ ſe paſſionibus abſtinet, quia in vtriſque ſubſtantiis homo conſtare videtur. Nulla eſt enim perfectio in vna parte eſſe ſublimem, in alia eſſe proſtratum: in vna parte fulgere, & in alia vitiorum caligine occupari. Qui enim caſtus cupit eſſe corpore, caſtus debet perſeuerare & ſpiritu: quia nihil proderit caſtum eſſe corpore & mente corruptum. Ciuitas ſi fuerit forti compage ſolidata in ſe, ex alia vero deſtructa, aditum ad ſe hoſti præbebit. Et nauis ſi fuerit forti compage ſolidata, & vnam in ſe tabulam habuerit perforatam, repleta aquarum fluctibus mergetur in profundum. Verus enim continens, cuncta quę vana ſunt ſpernit nec vllam gloriam ſectatur humanam: furorẽ iracundiæ reprimit, exercitationem deſpicit, potius ſuſtinet detrimentum, quàm diſſoluat vinculum charitatis. Non detrahit cito proximo, nec libenter audit detrahẽtem. Cupit ſemper declinare à vitiis, & ad virtutes animæ ſemetipſum inſtigat. Talem te & tu exhibe fili cùm velis exercere ieiunium, & cùm te abſtinueris, abſtine & linguam tuam ab illicitis verbis. Omnem blaſphemiam longe fac à te, nec ſuperflui ſermones procedant de ore tuo: quia & pro otioſis verbis in die iudicij reddituri ſumus rationem. Nec ad maledicendum quempiam aſueſcas linguam tuam, quæ ad benedicendum & ad laudandum dominum creata eſt. De quibus ignoras rebus in conuentu noli proferre ſermonem, ſed opportuna verba procedant à te, cùm opportunum tempus inueneris, vt te audientibus cunctis gratiam præbeant. Ab omni vaniloquio tempera linguam tuam, ne quando qui audiãt, horreſcentes obturent aures ſuas, & ſit tibi confuſio coram omnibus. De quibus moleſtiam non pateris, noli contendere acriter, nec te conſueſcas conſuetudine peſſima, quia mos qui longo vſu fuerit confirmatus non paruo labore vitatur. Noli diſſolutis labiis riſum proferre: amentia nanque eſt cum ſtrepitu ridere, ſed ſubridendo tantummodo mentis lætitiam indica, nec in modum paruuli iocari velis aſſiduè: quia non conuenit ei qui ad perfectionem nititur iocari vt paruulus. Eſto in malitia paruulus, & vir perfectus in ſenſu. In quibuſdam te exhibe ſenem, & in quibuſdam te exhibe paruulũ. Paruuli nanque eſt ludere, perfecti vero viri lugere: ſed præſens luctus lætitiam generat ſempiternam. Iocus autem remiſſam efficit animam, & negligentem erga dei præcepta, nec delicta ſua poteſt ad memoriam reuocare. Sed obliuiſcẽs ea non ſe inſtigat ad pœnitentiam, & ita paulatim ab omnibus bonis priuabitur. Nullum enim habet acceſſum cordis compunctio, vbi fuerit immoderatus riſus ac iocus. Vbi vero fuerint lachrymæ, ibi ſpiritualis ignis accenditur, qui ſecreta mentis illuminat, & vitia cuncta exurit. Tunc auiditate cœleſti anima flagrans, Chriſti amori copulatur, cum in terris degens de cœleſtibus & ſupernis iugiter meditatur, calcat ſæculi voluptates, & ad præmia ſe futura extendit, nec vlla ſeculi cura ab amore eam ſegregat Chriſti, ſed vt figura quædam inter homines verſari videtur, & tota eius conuerſatio de cœleſtibus intelligitur. Mors illi præſens tanquam vita ipſa eſt dulcis. Cupit diſſolui, & eſſe cum Chriſto, quem in carne viuens intra ſuum portauerit templum. Vide ergo quantum lucrum adferant fletus & lachrymæ, & quantam perniciem præbet riſus ac iocus. Qui enim ridere hic delectatur, poſtmodum flebit amarè: qui autem hic lugere voluerit, gaudebit in poſterum. Nam & ſaluator noſter beatos

tos appellat lugentes, & qui nunc lætantur, flere eos dicit in nouiſſimo. Non te ergo delectet puerilis iocus, ſed lectionum ſpiritualium cantus. Non te ſoluant in riſum verba inania, ſed proferant ex te gaudij riſum perfectorum virorum virtutes, vt ad eorum ſpectaculum vitã tuam moresq; componas. Perfectus enim ille dicitur nõ qui in ætate, ſed qui in ſenſu ſemper perfectus, non enim tibi obeſt puerilis ætas, ſi fueris mente perfectus: nec ſenilis tibi proderit ætas, ſi fueris puer ſenſibus. Nam & Dauid cum puer eſſet, & perfectum cor haberet in domino, in regem electus eſt. Et Saül cum ſenili ætate eſſet perfectus, quia in ſe malitiam perfectam habuit, de culmine regali expulſus eſt. Vetuſtiſſimi iam erant presbyteri, qui Suſannam violare conati ſunt: quos Daniel adhuc paruulus detecto eorum ſcelere condemnauit: Et dominus noſter ingreſſus Hieroſolymã à paruulis collaudatur. Nam & arbor licet ſit multorum annorum, ſi fuerit infructuoſa abſciditur: ſi autem nouella fuerit fertilis, colitur vt magis proferat fructus. Perfectorum verò virorum conſortio fruere, & contubernio abſtinentium delectetur anima tua, & à colloquiis eorum ne auertas aurem tuam, verba enim vitæ ſunt verba eorum: & incolumitas animæ iis qui ea libenter attendunt. Sicut enim ſol oriens effugat caliginem, ita ſanctorum doctrina à ſenſibus tuis expellit tenebras. Talium virorum quæſo ne deuites conſortia, vt eorum monitionibus mens tua erigatur ad cœlum, & fluxam ſeculi gloriam pro nihilo poſſis deſpicere, & virtutes animæ haurient ſenſus tui. Deuita viros, quos erga mandata dei vides negligentes quia mortui ſunt virtutibus, & vidéntur viuere paſſionibus, quia lætantur in propriis voluntatibus, & gaudio carent diuino. Cum huiuſmodi viris nec ſit tibi vlla commixtio, nec velis cum eis ſermocinari aſſidue, niſi poteris ſolummodo ab erroris itinere reuocare eos. Cæterum ſi non vales, deuita vt publicum hoſtem, ſæpe enim per vnam ouem morbidam grex totus polluitur, & modica pars fellis magnam dulcedinem in amaritudinem vertit. A tali enim fermento dominus tibi attendere præcipit. Fermentum hoc doctrina nequiſſimorum hominum doctrina intelligitur: nam etſi in habitu quis videatur eſſe clarus & nobilis, non tantum ex verbis, ſed ex fructibus homo comprobatur. Denique quia plurimi callide vitia ſua cælare feſtinant & apud quoſdam videntur eſſe mirabiles, ſed floribus amiſſis fructus qualis eſt oſtenditur. Cum verò intra ſinum ſuum ſerpentem ſeruauerunt, à tactu morſu eius intumeſcunt, & palam omnibus veniet, quia nihil occultum eſt, quod non reuelabitur. Si quis tibi intulerit mala, ne velis iraſci ei, aut retribuere illi, etiam ſi poſſis: ſed dole potius pro eo quia dominus iraſcitur ei. Qui enim patienter pertulerit mala in futuro coronabitur, qui vero intulerit mala in die mala vt reus damnabitur, nec pro carnalibus damnis frangatur animus tuus, nec vigorem patientiæ tuæ res emoliant caducæ, ſed time potius damnum, ſi à propoſito tuo retardaueris & quando te peccatis obnoxium ſenſeris, ad pœnitentiam cito conuerti ne confundaris. qui enim hic pœnituerit, in nouiſſimo non pœnitebit. Clementer enim dominus ad pœnitẽtiam confugientes ſuſcipit. Et ne miſericordia domini fretus peccatis peccata adiicias. Ne velis dicere, donec viget ætas mea, carnis concupiſcentiam exercebo, & poſtremo in ſenectute malorum meorum pœnitentiam geram, pius nanque eſt dominus & multum miſericors, nec vltra facinorũ meorum memorabitur. Noli taliter fili cogitare quia ſumma ſtultitia eſt, hoc in mente apud dominum concipere, cum & impium ſit talem licentiam à deo expectare quempiam. Noli inquam ſic cogitare cum neſcis qua die moriturus ſis, quis enim nouit hominum diem exitus ſui, non enim omnes in ſenectute priuabuntur hac luce: ſed in diuerſis ætatibus de hoc mundo migrabunt, & in quibus actibus vocabitur homo, in iiſdem neceſſe eſt reddere rationem: nemo enim in inferno confitebitur domino. Sed nec tu cuncteris ad pœnitentiam conuerti. Semper ante oculos tuos verſetur vltimus dies, cum enim diluculo ſurrexeris, ad veſperum te ambigas peruenire, & cum in lectulũ ad quieſcendum membra tua poſueris, noli confidere de lucis aduentu, vt facilius te poſſis refrenare ab omnibus vitiis. Semper cor tuum promiſſa cœleſtia meditetur, vt ipſa te ad virtutis viam prouocent. Eſto natura talis in operibus bonis qualis es futurus poſt modum. Omnia terrena quæ poſſides in cœleſtes manſiones transfer, vt cum illuc fueris profectus fruaris bonis cœleſtibus. Bonorum operum ſumptus tibi in itinere præpara, vt incunctanter libenterque cùm vocatus fueris, pergas ad dominum tunc cùm carnis vinculo anima tua abſoluta fuerit, mox in occurſum tuum angelorum chorus occurret. Omne ſanctorum agmen in tuis miſcebitur complexibus, & te ad adorandum verum iudicem perducent. Tunc tibi ſit pax per gyrum & ſumma ſecuritas, nec timebis vltra iacula ignita diaboli. Non tibi terrorem incutiet

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiet barbarorum immanitas,nec formidabis hostes ferocissimos, qui cupiunt animas iacu- G
lari non corpora, non ferrum,non ignem,non faciem truculentam tortorum,non famem,
non sitim,nec vllam ægritudinem carnis,nec metues inuidiam hominum,nec insidias, ma
lignorum,nec verba venenata mulierum luparum , nec vltro aduersabitur caro contra spi-
ritum tuum,non timebis periculum maris nec vllos casus aduersos:sed hæc omnia sedabũ-
tur.Cum anima tua abiecerit sarcinam carnis , tunc spiritus sanctus tribuet tibi in cœlesti-
bus mansionem , cui paulo antè intra corporis tui hospitum feceras mansionem, & lætus
gaudensque expectabis diem iudicij futuri,in quo singulorum animæ recipient merita pro
suis operibus, & frustra tunc peccatores & impij pœnitebunt , fornicatores & adulteri vlu-
labunt,nec vllam requiem poterunt æternam inuenire . Rapaces & auari flebunt amariter,
nec malorum suorum veniam consequentur , in luctu maximo detinebuntur . Omnes qui H
carnis suæ voluntates consecuti sunt,in mœrore & fletu maximo in sempiternũ erunt.Quia
vitiis & passionibus seruierunt.Et cum hi omnes pro suis criminibus gehennæ ignibus man
cipentur,iustis sempiterna præmia tribuentur à domino,quæ oculus non vidit,nec auris au
diuit,nec in cor hominis ascendit,quæ præparauit dominus diligentibus se.

FINIS.

Gregorij Nazianzeni theolo- I
GI ORATIO FVNEBRIS IN LAVDEM
Basilij Magni dicta, Bilibaldo Pirckheymbe-ro, interprete.

VVM Basilius Magnus semper nobis sermonum argumenta præsti- K
terit,plus enim meis celebratus est orationibus,quàm nemovnquam
propriis:restabat,vt nunc quoque seipsum in argumentum certami-
nis exhiberet maximum,iis qui eloquentiæ operam impendunt , arbi
tror autem , si quis in vi dicendi experientiam facere , deinde illam
vel mediocriter expendere , ac vnum ex omnibus sibi argumentum
proponere voluerit,non secus ac pictores tabulas exemplares, solum
hoc tanquam sermone dignum sumpturum,ac præ cunctis aliis ele-
cturum:tantum opus est de laude viri huius dicere,non solum nobis
qui iam pridem omni dicendi gloriæ renunciauimus,sed iis etiam,quibus oratio vita est,&
qui hoc vnum ac solum curant,vt talibus excellant argumentis . Sic ita de his sentio , & vt L
mihi persuadeo admodum recte . Cæterum si nunc sermonibus haud vtar , ignoro ad quid
aliud illis dehinc vti debeam , aut qua re mihiipsi plus gratificari possim , siue laudatoribus
virtutis,vel sermonibus ipsis,quàm vt virum hunc admirer.Proinde satis mihi erit , si de-
bitum hoc tantum delibauero . Debitum enim est bonis , ac si quid aliud , inter alia de ser-
mone sermo,illis enim pariter ad voluptatem cedit , obitêrque adhortatio fit ad virtutem:
quorum enim laudes noui,horum & manifeste retributiones esse scio.In nulla igitur re ex
omnibus accidit vt non sint omnium.At in sermonibus vtrinque res se male habet , siue ad
dignitatem prope accedant,ac vim suam ostendant:seu plurimum destituant,quod omni-
no necesse est accidere iis,qui virum hunc laudant, vt re ipsa se victos demonstrent , insu- M
per eum quem laudandum susceperunt,sermonis vi præstantiorem esse fateantur. Quæ igi-
tur me ad dicendum perpulere,& ad hoc deduxere certamen,hæc sunt. Proinde nemo mi-
retur,si ego post tanti temporis interuallum,ac post tot laudatores,qui illum publice orna-
runt ac priuatim,hoc fungor officio. Anima enim diuina , & in omnibus mihi tam nunc,
quàm prius veneranda, ignoscet . Quemadmodum igitur quum adhuc nobiscum ageret,
multa meorum meliori omnino termino,& amicitiæ lege emendabat (haud enim me di-
cere pudet , quod omnibus virtutis lex erat) ita nunc postquam super nos euasit nobis par-
cet,parcent & vnà feruentiores è vobis viri huius laudatores , si saltem alius feruentior est
alio.

A alio . Nec hi solum, verum omnes qui in laude hominis pares sunt honore . Non enim ob
negligentiam id quod decuisset est obmissum,nunquam enim tam negligentes, vel in vir-
tutis,vel amicitiæ erimus officio,neque aliis potius laudem conuenire quam nobis putabi-
mus.Verum sub initium loqui cunctabar,dicatur enim veritas , quemadmodum ij,qui ad
sacra accedunt,prius quam auditu & mente sint purgati. Deinde non ignoratis (ad memo-
riam enim pariter reducam) quantum interim dum veritatis sermonem exercui, sim peri-
clitatus,bene coactus,& secundum deum forte peregrinus effectus:& neque ex sententia ge
nerosi illius veritatis pugilis,ac nihil aliud spirantis quàm sermonem pium , & orbis totius
salutem.In iis enim quæ ad corpus pertinent nequaquam fortassis confidendum esse dice-
re oportet,viro generoso,& qui supra corpus est,priusquàm hinc transmigrauerit,& qui pe
B nitus nihili facit animæ bona,quæ à vinculis coerceri possunt:& ita hic sistantur,quæ ad res-
ponsionem spectant . Non enim, vt arbitror, opus est vt prolixiores de illa fiant sermones,
præcipue apud eos,qui manifeste nostra cognoscunt.Ac ideo iam ad laudem ipsam est acce
dendum,sermoni verò deum illius præpono,ne virum laudibus meis afficiam iniuria,néve
multum diuerse ab aliis incedam.Tametsi omnes fortassis deficiemus, quemadmodum ij,
qui cœlum & solis intuentur radios . Proinde si illum viderem genere , & iis quæ ex genere
sunt gloriari,aut omnino re aliqua parua,& iis quibus in terram respicientes extolli solent,
alius vtique heroum videretur catalogus , si ea recensere vellemus , quæ de illo temporum
C afferre possemus serie . Imò nec historiis concederemus, vt plus quam nos haberent, sed &
in eo planè præstaremus,quod eum nec fictionibus aut fabulis,sed rebus ipsis,quarum mihi
testes existunt,ornaremus.Siquidem multas nobis de eo Pontus ob patrem suppeditat nar Pontus.
rationes , miraculáque nequaquam priscis inferiora . Multas etiam solum meum patrium,
veneranda Cappadocia , non minus iuuentutis altrix , quàm equorum generosorum pro- Cappado-
creatrix . Vnde nos generi paterno conferimus maternum . Sanè quinam numerosioribus, cia iuuentu
aut maioribus ornati fuere præfecturis , administrationibúsque publicis ? quinam in aulis tis & equo-
regiis potentia plus floruerunt,& opulentia,necnon throni sublimitate , honoréque popu- rum altrix.
lari,ac sermonum splendore ? quæ cuncta si vellemus,recensere possemus.Siquidem nil es-
sent Pelopidæ,& Cecropidæ,necnõ Alcmeones,Aeacidæ,& Heraclidæ,& quibus nil est su
D blimius.Qui quum nihil ex domesticis manifesti,quod referre possent haberent, ad obscu-
riora confugerunt,dæmonibus quibusdam,ac deis, necnon fabulis progenitores infaman-
tes.Quorum venustissima fuere incredenda,planéque credentium iniuria. Cæterum post-
quam nobis sermo de viro est , qui dignum esse duxit vt nobilitatis secundum virum iudi-
caretur,& nequaquam deceat,vt formæ & colores ex se ipsis censeantur,aut equi generosis-
simi,vel abiectissimi:vnum aut duo extraria depingemus,ex iis quæ sub initio illi indita fue
re,eáque vitæ eius peculiaria,& quibus potissimum in loquendo gaudebat:sicque deinde ad
ipsum conuertar.Aliis igitur aliud sit decus,siue generis,seu rerum singularum, minorum,
seu maiorum,tanquam hæreditas quædam paterna,à longe,vel proxime incipiens,ac ad po
E steros se extendens.Basilio verò vtriusque generis insignia,fuere pietas.Quod quidem nunc
sermo ostendet.Persequutio erat,& persequutionum sæuissima ac grauissima.Scitibus Ma
ximinum dico,qui quum ex multis qui nuper fuerant pullulasset,omnes modestos fuisse o- Maximinus
stendit.Siquidem multa flagrabat audacia,& vt impietatis coronaretur potentia, satagebat,
hanc multi ex nostris superarunt pugilibus,& ad mortem vsque decertarunt , & ante mor-
tem parumper,solum tamdiu relicti,vt victoriæ superuiuerent,& non vnà cum certamini-
bus abirent,sed aliis reseruarentur.Aliptæ virtutis,martyres viui,statuæ spirantes', præconia
tacita.Multis igitur enumerandis,tempus quoque illud auo Basilij ac parentibus , qui om-
nem pietatis exercuerunt viam,pulchram hanc attulit coronidem.Siquidem ita erant ani-
F mati ac præparati,vt omnia facile sustinerent ob quæ Christus eos coronat,qui certamina,
quæ pro nobis pertulit,imitantur.Quoniam verò oportebat vt certamen legitime perage-
retur,Lex autem martyrij persequutis parcit & imbecillioribus,ne vltro ad agonem proce-
dant:quum vero præsentes sunt ne subterfugiant iubet . Hoc enim audaciæ , illud vero est
ignauiæ.In hoc ideo illi honorantes legislatorem,quid machinantur,seu potius ad quid fe-
runtur à prouidentia,quæ cuncta illorum gubernat ? ad syluam quandam in Ponticis fugi-
unt montibus,sunt autem ibi quàm plurimæ,densæ,ac late se extendentes, admodum pau-
cis fugæ vtentes comitibus,cibíque ministris . Alij igitur temporis admirentur longitudi-
nem,siquidem vt plurimum ibi , vt aiunt,ex fuga sunt commorati , annos circiter septem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruo victu,ac tenui,vti credere par est,& fortuito corpora sustinentes,sub dio, in præcipi- G
tiis,frigoribus,& caloribus afflicti.Desertum præterea inhospitale,ab omnique communione & societate humana seiunctum, permolestum fuit iis,qui olim honorati & multis satellitibus culti fuerant.Ego verò quod his maius est & mirabilius , dicere incipiam . Et nemo mihi fidem deneget,siue non magnum censeat,persequutiones ac discrimina propter Christum exantlata,male sentiens,& admodum periculose.Desiderabant quippiam generosi,& quod ad voluptatem deseruiret,temporis laborantes longitudine,& necessariis iam satiati.
Nec tamen ea quæ olim Israël pertulerunt,quoniam minime murmuratores erant , quem-
admodum illi quum in eremo post fugam ex Aegypto affligebantur , tanquam Aegyptus
Exo.19. melius eis quàm desertum fuisset , quoniam abunde lebetes carnibus suppeditasset plenas H
cum aliis quæ ibi reliquerant.Lutum enim,& laterum fictio nullius tum momenti,propter stultitiam,penes eos erat,sed alia tanquam magis pia & fideliora proferebant. Nunquid ex incredendis est dicebant,quod cum miraculorum sis deus,populum peregrinum & fugien tem large pauisti in deserto,ita vt illi panem per pluuiam demitteres,& coturnice exsatura res,ac eos non solum necessariis,sed & superfluis nutrires : qui mare diuisisti , & solem firmasti,ac flumina siccasti.Sed & alia recensebant quæ fecerat.Anima enim in talibus historias amare solet,& deum miraculis laudare,quàm plurimis.Ac ideo nobis cibum, dicebant, hodie largire,ac delicate nos pietatis pugiles pasce. Siquidem multæ sunt bestiæ , quæ diu-
tum effugerunt mensas: quemadmodum olim & nostras , qui in his latitamus montibus. I
Multæ etiam aues comestibiles,super nos desiderantes volant . Ex quibus quid à te , solum volente,capi nequit ? talia dicebant,& venatio aderat,cibus spontaneus, inemptus, omnifarius.Cerui turmatim super tumulis apparentes,admodum ingentes, admodum pingues, admodum prompti ad iugulationem.Solum hoc percipi nequibat,quod moleste ferrent, si non celerius aduocarentur. Et hi quidem nutu trahebantur , alij autem ducebantur , quonam persequente , aut cogente ? nemine. Quibus equis ? quibus canibus ? quo latratu ? aut clamore ? aut quibus iuuenibus venationis exitus præoccupantibus ? legibus orationis ligati,& petitionibus iustis.Quis talem nouit venationem,ex iis qui olim fuere , seu nunc sunt. Proh miraculum,ipsi venationis erant penuarij.Quantum placebat, voluntate solum detinebatur.Quod verò superabundabat,siluis ad secundam remittebatur mensam . Habebant K
igitur obsoniorum artifices frugales, cœnam decentem , conuiuæ grati , præambulum iam speratorum.Miraculum præsens,ob quod ad certamen,pro quo hæc sustinebant,promptiores fiebant.Et hæ meæ sunt narrationes . Tu verò tuos mihi recense venatores, Oriones, & Actæones, venatores infœlices,persequutor meus,qui fabulas miraris , & ceruã pro virgine suppositam,si tibi aliquid tanti est ad contentionem,etiam si cõcedamus,nequaquam fabulam esse quæ narratur,quẽadmodum sermonis reliqua & valde turpia.Quid enim opus erat retributione,si virgo saluata erat,vt hospitum doceretur cædes,& inhumanitas pro humanitatis disceretur retributione.Et hoc quidem tale,ex multis vnum, & pro multis , vt meus est sermo.Et illud percurri,non vt Basilio aliquid gloriæ adderem, nequaquam enim mare
indiget fluminibus,vt in illud exonerent,licèt multa influant ac magna . Neque vt aliquid L
afferrem laudis ei qui nunc celebratur, sed vt ostenderem , quæ nam illi ab initio affuerint, & ad quale exemplum respiciẽs,tantum præcelluerit.Etenim si magnum est aliis,vt aliquid à maioribus ad gloriæ accipiant splendorem,longe maius est illi,vt maioribus à se ipso aliquid addat,non secus ac fluuius currẽs.Cęterum de cognatione maiorum,nõ minus secundum virtutis quàm corporis comparationem , multa quidem & alia extant indicia , veluti pauperum sustentatio,hospitum exceptio, animæ per temperantiam purgatio , facultatum portio deo consecrata.Res cui nondum tunc multi studebant,quemadmodum nunc ex primis auctum & honoratum est exemplis . Necnon alia quæ Ponto & Cappadocibus impen- M
Filiorum procreatio. sa,satis ad multorum aures implendum forent.Mihi vero bonorũ generatio filiorum,res videtur maxima & clarissima.Siquidem numerosam & pulchram prolem fabulæ fortassis habent,nobis autem experientia hos contulit,ita factos,vt si & non talium essent parentes, sibiipsis sufficerent ad gloriam:talium autem existentes patres, & si ipsi non tam clari essent virtute,omnes superarent prolis fœlicitate.equidem vnum vel duos laude dignos nasci, naturæ quispiam ascribere posset : at præcellentia in omnibus , manifeste parentum laus est. Quinimo beatissimus sacerdotum ac virginum numerus ostendit, eos & qui nuptiali iugo sunt alligati,nullum damnum in æquali virtutis excellentia perpeti: sed ob vitæ potius electionem,

A ctionem,aut conuersationem talia facere . Quis igitur ignorat Basilij huius patrem, Basiliũ
magnum penes omnes nomen,qui optionem paternam est adsecutus (ne dicam solus) ac si quis alius inter homines : nam quum omni virtute præditus esset, à solo filio prohibitus est ne partes haberet primas.Quis ignorat Emmeliam , quæ ab eo quod fuit nomen est sortita, Emmelia concinnitas vel morigera.
aut facta quod appellata fuit. Vnde iuste concinnitatis cognomine ornata extitit,quæ illud inter mulieres esse visa est (vt breuiter dicam) quod ille inter viros.ac ideo si necesse fuisset, vt omnino mos gereretur naturæ,& is quem nunc laudamus,hominibus daretur,quemadmodum olim veterum quidam,qui à deo ob communem vtilitatem orbi sunt concessi,nequaquam conuenisset vt ex aliis potius quàm talibus nascerentur parentibus : neque vt ij ab
B alio magis quàm hoc parentes nominarentur. Cæterum quicquid ipse recte egerit,iam enumerare incipiemus:nam postquã laudis primitias,lege persuasi diuina,quæ parentibus cunctum honorem tribuere iubet, commemorationi horum dedimus , ad illum iam transibimus.hoc tantum addentes, quod & omnibus vere dictum videri puto, qui illum cognorũt: nobis , quum eum laudamus,sola eius voce opus esse : ipse enim materia est splendida laudantibus,solúsque materia sermonis viribus dignus . Pulchritudinem vero, fortitudinem, & staturæ proceritatem, quibus multos gaudere video , laudare volentibus, & iis relinquo, qui rebus studeant minutis , & circum corpora volutantur : non quia is minus quàm alius quispiam præditus fuerit,quum adhuc iuuenis esset, ac nondum carnem philosophia perdo
C mouisset:sed ne mihi quemadmodũ inexpertis accidat pugilibus , qui vires temere & superuacaneis euacuant certaminibus,ac ideo inferiores suo tempore inueniuntur, in iis,ex quibus victoria acquiritur,& ob quæ coronæ pronunciantur: quæ autem arbitror , nequaquam videri superuacue dici,ne oratione à scopo aberrem,ea quoque laudabo:arbitror igitur cunctos fateri,qui mente sunt præditi,institutionẽ disciplinarum, primum ex bonis nostris esse: non solum generosiorem illam,& nostram,quæ omnem sermonis fastum & contentionem despicit,solâque salutis & rerum intellectualium continetur pulchritudine:sed & externam, quam christiani plerique tanquam insidiatricem ac deceptricem , & quæ à deo segreget despiciunt,male sentientes : quemadmodum enim terra & cœlum, necnon aër,& similia,non
D ideo sunt contemnenda,quia quidam male his sunt abusi,pro deo ea quæ dei sunt venerantes,Ita etiam quicquid vtilitatis ex philosophia percipi potest,id omne ad vitæ vsum fructificare debemus:ita tamen vt periculum effugiamus, & nequaquam contra creatorem creaturam,iuxta insipientes , concitemus:sed ex opificio opificem deprehendamus , & sicut diuinus inquit Apostolus , omnem intellectum Christo captiuemus : quemadmodum igitur
ignem,& cibum, ac ferrum, necnon alia per sese nec vtilia aut noxia esse scimus,sed quem- 2.Cor.10.
admodum videtur vtentibus : quin ex reptilibus medicamenta etiam quædam theriacalia temperamus ad salutem:ita & in illis . siquidem indagationem & contemplationem suscipimus:quum autem ad dæmones & errorem perducit,necnon perditionis profundum,con
E temnimus:nam licet hæc nequaquam nobis ad pietatem prosint, ex deteriori tamẽ id quod melius est seligimus:ac sermonem nostrum,cum illo roboramus,haud quaquam igitur disciplinæ sunt vituperandæ,quemadmodũ nonnullis videtur,sed rudes & imperiti,& qui ita habent sunt negligendi:vellent enim omnes tales,quales ipsi sunt esse,quo in communi ignorantia latere & inscitiæ argumenta effugere possent. Cæterum postquam hæc pro confessis habentur,age de Basilio ipso consideremus.In prima itaque ætate, à magno patre, quem communem tum virtutis præceptorem Pontus elegerat , institutus est & formatus , formatione optima & purissima:quam diuinus Dauid recte diurnam vocat, quoniam noctur- Psalm. 41.
næ opponitur.sub hoc igitur admirandus ille,tam vita quàm sermone auctus in vtrisque eo
F aluit : nequaquam ob Thessalicum antrum , tanquam virtutis officinam glorians , nec ob Centaurum quendam superbum,heroum præceptorem,nec quod lepores venari, vel hinulos cursu superare,aut ceruos capere ab eo didicisset, siue vt in rebꝰ bellicis fortissimus esset, aut optime equos domaret, eodem pullo & magistro vtens , vel ceruorum & leonum medulla,à fabularum nutriretur fictoribus:sed disciplinas didicit circulares, obiteró; pietatem exercuit:& vt breuiter dicã,ad futuram perfectionem, à disciplinarum perductus est principio:qui enim vel vitam solum recte instituunt,aut eloquentiæ tantummodo studeant, ita vt alterum omittant,nihil mihi à monoculis distare videntur,quibus magnum est nocumentum,maior vero turpitudo,quum quempiam inspiciunt,seu inspiciuntur:quibus vero contingit,vt in vtrisque excellant & sint idonei,ij illud etiam assequuntur, vt perfecti euadant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cum beatitudine viuant futura. Proinde & illud Basilio contigit, vt ad bene viuendum G
domesticum virtutis haberet exemplum, ad quod respiciens, confestim optimus euasit:
quemadmodum pullos videmus equinos, necnon vitulos, simul vt nati sunt matribus suis
alludere: eodem modo & ipse equino quasi hinnitu, patrem circunsiliebat, non multũ sum-
mis virtutis moribus inferior, aut si mauis, quemadmodum in adumbratione picturæ, vbi
mox futura pulchritudo figuræ indicatur, & ante diligentiæ tempus ea quæ diligentiæ sunt
præsignantur. Postquam autem abunde disciplinis illis instructus fuit, ipsumq; nihil pulchri
effugit, quum nec apibus cederet laborioſis, quæ ex cunctis floribus vtilissima colligunt, ad
Cæsareæ laus. Cæsareensem profectus est ciuitatem, quæ eo tempore disciplinarum florebat institutione:
splendentem illam dico, & nostram, quoniam & ipsa meorum sermonum ductrix est, & H
institutrix, ac non minus sermonum metropolis existit, quàm earum ciuitatum quæ illi sub-
sunt, & super quas habet potestatem: quam si quis virtute priuaret sermonum, illi etiã quod
pulcherrimum habet, & peculiarissimum auferret: aliæ enim ciuitates, aliis exultant ornamẽ
tis, siue vetustis, aut nouis, secundum quod (vt arbitror) fabulis celebrantur, aut spectaculis:
hanc autem sermones notam reddunt, perinde ac signa in armis, siue fabulis: reliqua vero ij
referant, qui virum apud eos erudiebant, & institutione fruebantur: sed qualis fuit erga præ-
ceptores? qualisq; erga coætaneos? hos quidem æquabat, illos autem omni doctrinæ genere
superabat, ita vt paruo tempore apud omnes laudis gloriam referret, ac tam populo quàm
ciuitatis primoribus maiorem eruditionem, quàm ætatem, maioremq; morum grauitatem, I
quàm eruditionem ostenderet. Rhetor inter rhetores, etiam ante thronos sophisticos. Philo-
sophus inter philosophos, etiam ante dogmata philosophica: & quod maximum erat, sa-
cerdos christianus, & ante sacerdotium etiam: tantum illi in omnibus tribuebatur ab om-
nibus: eloquentiæ vero studium ei superuacaneum erat, ex eo tamen tantum decerpsit, quan
tum illi ad philosophiam nostram opus erat, quoniam & vis huius, ad intelligendorum de-
monstrationem est necessaria: siquidem mens, motus est ineffabilis torpentium: philosophia
autem studium, & mundo perire, ac deo adiungi, iis qui pro infernis superna commutant,
Byzantium instabilibusq; ac fluxis, stabilia præferunt & manentia. Inde Byzantium profectus est, ciui-
tatem Orienti præsidẽtem: ea enim sophistis & philosophis præcellebat clarissimis, quorum K
fortissima quæq; ob naturam versatilem & ingentem breui collegit tempore. Hinc ad ser-
Athenarum laus. monum parentem Athenas à deo mittitur. Athenas inquam, quæ in disciplinis pulchram
habent insatiabilitatem, mihiq; aureæ sunt, & bonorum, ac si alicui alij hospites. hæ enim mi
hi virum hunc cognitum reddidere, licet nec antea ignotum: quúmq; eloquentiam quære-
1. Reg. 9. rem, fœlicitatem retuli: & licet per modum alium, idem tamen mihi euenit quod Saul. Qui
quum patris quæreret asinos, regnum inuenit, dum præter opus destinatum, maius quid o-
pere mercaretur. Sanè rectè sermo noster hucúsq; cucurrit, & per viam delatus est planam,
admodúmq; facilem & regiã, in laudibus viri. Dehinc vero ignoro, qualiter sermone vtar,
aut quò me conuertam. habet enim sermo contrarium quid nobis: desidero enim hic postq̃ L
in hunc incidi sermonem, ac tempus hoc nactus sum, aliquid à me ipso prædictis adiũgere,
ac parũper narrationi immorari: vnde & quomodo, à qualiq; principio nostra inceperit a-
micitia, aut si magis proprie loqui oportet, conspiratio & coadunatio: nam & visus haud fa
cile à iucundis diuelli solet spectaculis: si vero violentia quadam abstractus fuerit, iterũ illac
refertur: quemadmodum sermo à narrationibus suauissimis: proinde licet magnitudinem
timeam conatus, modeste tamen, & quantum possibile est verba facere studebo. Si vero ali
cubi ob nimium cogemur desiderium, affectui nostro parcendum erit, quum omnium affe-
ctuum sit iustissimus, ac passionibus haud affici, damnum censeatur, ab iis qui prediti sunt
mente. Habebant igitur nos Athenæ, perinde ac defluxum quendam fluuiatilem, ab vno pa-
triæ fonte, in diuersas diuisos terras, rursusq; in vnum tanquam ex præscripto dei motu con M
uenientes. Ego autem paulo prius aduenera, illeq; cõfestim post me multa & præclara spe
exceptus: nam multorum celebrabatur linguis, prius etiam quàm veniret, singulisq; mag-
num erat, præoccupare eum cui studebant, verum nil oberit, si sermoni narratiunculam
quandam breuem, tanquam condimentum aliquod addamus, quo scientibus memoriã re-
fricemus, ignorantibus autem doctrinam impertiamur. Athenis ex iuuenibus quàm plurimi,
Partes inter scolares Athenis. imò modestiores etiam, circa sophisticam desipiunt. Non ingeneroſiores solum, & no-
mine obscuri, sed generoſiores iam & clariores. Non secúsque ac multitudo inter se decer-
tant, quum motibus prediti sint iuuenilibus, & haud facile cohiberi possint. Ac ideo videre
est

A est idem illis accidere, quod & equorum ac spectaculorum amatoribus, in cursu equorum
aduersariorum. Saltant enim, clamant, puluerem in cœlum spargunt, in aurigas sedentes aë-
rem verberant, equos digitis tanquam flagellis cum coniungentibus coniungunt. & quum
nullius sint domini, facile inuicem concedunt, aurigas, equos, stationes equorum, præfectos,
ac quinam sunt illi: vt plurimum indigentes ac pauperes, & qui nec tantum habent, vt vno
sustineantur die, eodem modo & ij, in his admodum pro doctoribus suis conflictantur, &
aduersariis indignantur: quo ipsi plures existant, ac doctores, quorum illi curam gerunt præ-
cipuam, locupletiores reddant: quæ res admodum absurda est, pariter & infœlix. Præoccu-
pantur enim ciuitates, viæ, portus, montium summa, campi, nouissima quæq;: nec quicquam
B est in tota Attica, aut in Græcia reliqua, quod non in partes cedat, cum incolis quàmplurimis: nam & hos studiis suis addictos habent. Quum igitur quispiam in manus horum in-
cidit exploratorum, quod vel vi accidit, vel voluntarie, hæc lex illis est Attica, & ludus se-
rio permixtus. Primum enim hospitio excipitur à præoccupante aliquo, vel amico, aut co-
gnato, siue patriæ eiusdem, aut iis qui admodum in sophistica præcellũt & captionibus. Idq;
præcipue in honorem fit eorum, quoniam & hæc illis merces est, vt studiosissimos adipis-
cantur. Deinde nugis agitur, ab omni volente. Hæc vt arbitror ideo faciunt, quo fastum eo-
rum, qui nuper aduenerunt contundant, & sub initium eos sibi morigeros reddant. Alij igi-
tur nugantur proteruius. Alij vero rationabilius, secundum quod plus ciuiles sunt aut agre
C stes. Et res quidem illa ignorantibus timorem incutit, & immitis videtur. At præscientibus
admodum suauis & humana. Maior enim ostentatio est quàm opus rerum de quibus con-
certatur. Deinde per forum ducitur cum pompa, quæ talis est: ij qui adolescentis ad balneũ
sunt præcursores, seipsos in ordinem redigunt, secundum cognationes seriatim, quum vero
appropinquant, multo vtuntur clamore, saltantq; tanquam insanientes: iubet autem vox il-
la, eos non vltra progredi, sed cõsistere tanquam balneum eos minime capere velit, simulq;
portas calcibus pulsant, strepitu iuuenem perterrentes, deinde ingressum concedentes: ita
iam libertatem præstant. Ac ex balneo honore æqualem, & tanquam vnum ex eis suscipiunt.
Hócq; eis ex ludicro illo iucundissimum est, vt quàm celerrime ea quæ perturbant reconci-
lientur & dissoluantur. Ego igitur tum meum ac magnum Basilium, non solum ob reueren
D tiam haud deduxi, quum eum viderem moribus constantiorem esse, & sermonibus plus ido
neum: sed & aliis qui iuuenem illum haud cognoscebant, persuasi vt idem facerent. Siquidẽ
à multis confestim habitus est venerabilis, auditu præcognitus. Vnde accidit, vt solus ferè ex
aduenis, legem illam effugerit, dignior visus honore hoc iuuenili. Et illud amicitiæ nostræ
fuit præludium, hinc consortij nostri scintilla, sic inuicẽ fuimus sauciati. Inde tale quid eue-
nit, nam nec hoc nobis est prætereundum. Armenios nequaquam simplex hominum genus Armeniorũ mores.
esse inuenio, sed admodum vafrum, & scopulis seu aris simile marinis: ex quibus multi eum
conueniebant familiares, & sodales quidam, etiam ob amicitiam pristinam & paternam.
siquidem in eodem ludo versati fuerant literario. Accedebant igitur cum amicitiæ fictione,
E sed inuidia, & nequaquam beneuolentia eos instigabat. Interrogabántq; eum cõtentioſe po-
tius quàm rationabiliter, ac illum per primum conatum sibi subiicere quærebant, superiorẽ
viri laudem cognoscentes, præsentem vero honorem minime ferentes. Moleste enim fere-
bãt, quum iam pridem philosophicam ac tritam sumpsissent vestem, mollitérq; susurrare di
dicissent, si non plus hospite haberent ac iuuene. Ego autem nimius Athenarum amator, &
vanus (ignorabam enim, quod hæc ob inuidiam fierent, sed fictioni credebam) quum iam au
res demitterent, ac tergum verterent (indigne enim ferebam Athenarum gloriam in illis
dissolui, & adeo cito cõtemni) iuuenibus opem tuli. Sermonem enim instauraui, & illis à me
ipso robur præstiti. Siquidem parua quædam additio omnia potest in talibus, ita vt in pugna
F simili, æqualia sermoni capita constituat. Verum postquã cognoui, quid sub disputatione il-
la lateret, neque enim iam tolerabilis erat, sed palã se denudabat, confestim immutatus fui,
ac puppim cohibui, illiq; adstiti, & victoriam in alteram partem inclinare feci. At ille confe
stim ob rẽ hanc gauisus est, sagax enim erat, ac si quis alius, alacritatéq; repletus, vt planè Ho
mericis verbis eum describam. Sermone igitur generoſos illos exagitabat, syllogismisq; ver
berans, non prius dimisit quàm manifeste in fugam vertisset, ac planè vires eorum fregisset.
Hoc nobis amicitiæ secundæ, non iam scintilla erat, sed ignis accensus splendens & manife
stus. Illi igitur re discessere infecta, multũ seipsos ob temeritatem incusantes, multúmq; mi-
hi ob insidias indignantes, tanquam ex professo illis inimicitias indixissem, quas etiam pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditionem vocabant, non eorum ſolum,ſed & Athenarum ipſarum.Ac ita illi in tentatione G
prima ſuccubuere,& adeo ab vno confuſi ſunt viro, vt nec amplius in futurum ſpem conci
perent meliorem.At ille(ſiquidem humanus eſt affectus,quum magna ſperantes, expeditiq;
ſperatis occurrimus,videmus autem apparentia longe opinione noſtra eſſe inferiora)triſta-
batur,affligebatur,nec habebat cur ſe ob peregrinationem ſuã laudaret,quærénsq; quod ſpe-
rauerat,Athenas,fœlicitatem vocabat inanem.Et hic in illis erat,ego vero plurimum triſti-
tiæ ei ademi.Nam ratione occurri, conſiderationibusq; virum deliniui . Et quod vere ita ſe
habebat,dicebam,nequaquam hominum mores confeſtim, ſed tempore longo, & conſue-
tudine perfectiore deprehendi,nec diſciplinas à ſcrutantibus breui cognoſci poſſe. His ver-
bis lætitiam ei reduxi,experimentumq; dedi, & accepi, ac plus illum mihi colligaui. Quum H
vero tempore procedenti deſiderium inter nos confiteremur, ac philoſophiam eſſe cui ſtu-
debamus,tum omnia iam inter nos eramus . Eadem enim domo ac menſa vtebamur, con-
tubernales, vnanimes, idem ſentientes , ſemper inter nos deſiderium feruentius & firmius
augentes.Qui enim corpora amant,quoniam fluxa ſunt,inſtar vernis diffluũt floribus.Quin
nec flamma permanet,quum materia eſt conſumpta, ſed cum illa accendente euaneſcit : ita
nec deſiderium ſubſiſtit,quum marcet feruor. Modeſti vero, & qui ſecundum deum viuũt,
poſtquam rei ſunt firmioris,ideo etiam ſtabiliores exiſtunt : ac quantum pulchritudo plus
ab eis imaginatione deprehenditur , tanto illos magis ſibi ipſi, & amatores eorum inuicem I
colligat.Et hæc de nobis lex eſt amoris. Proinde ſcio , quod temporis & menſuræ terminos
tranſgredior,& ignoro quomodo in has incidam conſiderationes. Non tamen habeo quo-
modo me à narratione contineam.Nam ſemper id quod mihi in mentem venit, neceſſariũ
videtur,ac melius quàm quod eſt obmiſſum.Quod ſi me quis violenter inde abſtraxerit, idẽ
Polypos. mihi quod polypodi accidet.Illi enim, quũ quis eos ex cauernis ſuis extrahere nititur, adeo
fixe ſaxorum adhærent concauitatibus , vt nequaq; inde auelli queant , niſi quid ſecum vio-
lenter abſtrahant,aut ipſi relinquant. Si igitur quiſpiam permittet, habeo quod quæro . Sin
minus,à me ipſo reprehendar. Quum igitur ita inter nos ageremus,ac in bene murato tha-
lamo aureas fundaremus ſtatuas, quẽadmodum Pindarus ait , ita quoq; ad vlteriora ſumus K
progreſſi,deo pariter & deſiderio noſtro cooperatoribus vtẽtes.O quomodo ſine lachrymis
harum rerum memoriam refricare poſſum ? ſpe enim ducebamur pari , in re inuidia plena,
ſermonum nempe.Verum inuidia aberat,æmulatio autẽ vrgebat, certaméq; ambobus erat,
non vter è nobis primas ferret partes,ſed vt illas amico concederet.Nam vt inuicem excel-
leremus proprium feceramus. Vna enim ambobus anima eſſe videbatur , duobus corpori-
bus incluſa.Proinde etſi non facile credendum ſit dicentibus,omnia ſibi cum omnibus con
uenire,nobis tamen credendum eſt, tanquam iis quibus inuicem, & inter nos recte conue-
niebat:eratq; ambobus opus vnũ,virtus,& vt ad ſpes viueremus futuras,priusq; abcederemus
hinc,quum ſciremus planè nos aliquando emigraturos.Ad quod reſpicientes,ac omnem vi L
tam & actionem noſtram dirigentes,ita deducebamur à mandato,virtutéq; inter nos acue-
bamus.Et niſi mihi hoc dictu nimis ſit magnum,libra inuicem eramus in qua expenditur id
quod rectum eſt ac obliquum.Cõuerſabamur autem cum amicis nequaquam improbis, ſed
modeſtiſſimis,neq; cum pugnaciſſimis,ſed cum pacificis,& cum quibus verſari conduceret,
facilius eſſe ſcientes,malitia aliorum inquinari,quàm aliis virtutem impertiri. Nam & mor
bo citius quis inficitur,quàm ſanitatem conferre poſſit.Diſciplinis vero non tam iucundiſ-
ſimis, quàm pulcherrimis gaudebamus . Siquidem hinc iuuenes ad virtutem vel vitia for-
mari contingit.Porro duæ nobis viæ cognitæ erãt, vna prior & venerabilior,alia autem ſe-
cundaria & nequaquam dignitate cum priori conferenda . Prima nos ad domos ſacras , &
doctores qui illic agebant ducebat,ſecunda autem ad magiſtros externos: reliquas volenti- M
bus reliquimus:Feſtiuitates,theatra,panegyres,conuiuia.Nihil enim honorabile cẽſeo,quod
non perducit ad virtutem,neque meliores facit eos qui illi ſtudent.Aliis igitur aliq; quẽdam
ſint nomenclaturæ, vel à maioribus aut familiis deductæ,ſiue ab inſtitutis propriis,aut egre
gie geſtis:nobisvero res erat magna,ac nomen ingens,vt chriſtiani eſſemus,& cenſeremur.
Gigis annulus. Midas. Quo magis exultabamus,quàm Giges ille annulo(etiam ſi haud fabula eſſet) cuius ope Ly-
dorum aſſequutus regnum. Aut Midas olim auro, cuius gratia etiam periit, quum voti cõ-
pos effectus eſſet, & nil niſi aurum poſſideret. Alia hæc fabula Phrygia. Nam quid de Aba-
ridis Hyperborei dicerem ſagitta? aut de pegaſo Argiuo? quibus haud tãtum per aërem ferri
poterant, quantum nos mutuo ac inter nos ad deum eleuabamur. Dicam quid ſuccinctius.

A Athenæ quum aliis,quantum pertinet ad animam,nociuæ eſſent,quemadmodum non ma
le à piis cenſetur hominibus:idola enim ibi præ reliqua Græcia,mala abundant abundantia, Athenę ido
difficileque eſt horum laudatoribus ac patronis non arripi:nobis verò nullum ab iis accidit lolatræ.
damnum,qui mente iam eramus ſtabiliti & muniti.Imò ſi contrarium,& mirum quid dici
debet,hinc ad fidem confirmabamur,quum deceptiones eorum & impoſturas perdiſceremus.Vnde dæmones contemnebamus,& nequaquam admirabamur . Proinde ſi fluuius eſt
quiſpiam,aut eſſe creditur qui per mare dulcis fluit,aut animal quod in igne qui cuncta ab-
ſumit circumuolat , hoc nos inter cunctos eramus coætaneos . Et hoc pulcherrimum erat,
quod ſodalitium quoddam non ingeneroſum circa nos erat,duce illo inſtructum,ac dedu-
B ctum,quod planè gaudebat eiſdem.Quoniam & pedeſtres iuxta currum currebamus Lydi-
um,eo curſu & modo,ex quibus nobis contigit , vt clari apud condiſcipulos noſtros habe-
remur ac ſodales,clarique apud Græciam vniuerſam , præcipue verò apud notiſſimos . Sed
& vltra terminos iam progreſſi fueramus,quemadmodum manifeſtum factum eſt à pluri-
bus,qui hæc narrarunt.Tantum enim præceptores noſtri præcellebant , quantum & Athe-
næ:nos verò tantum quantum præceptores,inuicem nos audientes,& inter nos colloquen-
tes.Amicorum par eramus non incelebre,ita vt nec apud eos tale quid audirent Oreſtæ , &
Pilades,neque Molionidæ,Homerici libri miraculum . Quos calamitatum cognatio notos
reddidit,& quod pulchre currum agitare ſcirent,partem inde ſumentes legitimam vnde e-
C tiam verbera . Cæterum mei oblitus videor , dum in meas prouehor laudes , quod quidem
nec ab alio admitterem vnquam:ſed nil mirum,ſic enim amicitia illius aliqualiter perfrui
licuit,dum ſic vixit cum virtute,vt illi ceſſerit in laudem . Nunc verò ſermo nobis rurſum
ad metam reducatur.Quis nobis adeo canus intellectu fuit,ante caniciem etiam ? ſic enim
à Salomone ſenectus definitur . Quis etiam tam venerabilis tam ſenibus quàm iunioribus? Sapien.4.
non ſolum qui eo vixerunt tempore,ſed qui etiam præceſſerunt.Quis minus indigebat ſer
mone propter mores? Quis magis compos fuit orationis,idque cum moribus? Quod nam
doctrinæ genus non eſt perſcrutatus ? ſeu potius , quodnam haud cum excellentia ? idque
tanquam ſolum.Ita enim in cunctis eſt verſatus , quemadmodum nemo vnquam in vno.
D Ita etiam exacte ſingula calluit,tanquam alia ignoraret.Diligentia enim cum ingenio con-
currebat,ex quibus ſcientiæ & artes vires ſuas habent.Naturæ enim celeritate minime pro-
pter ingenij indigebat acumen,minimèque acumine propter velocitatem . Ita autem vtra-
que colligebat,& in vnum deducebat , vt incertum foret, quonam ex illis admirabilior eſ-
ſet.Quis adeo Rhetoricam pernouit ? impetum ſpirantem ignis , tametſi mores eius longe
à rhetoribus eſſent alieni.Quis ita in grammatica excelluit ? quæ linguam exornat , hiſto-
rias colligit,metris imperat,legémque fert poëmatibus.Quis ita philoſophia inclaruit ? ſu-
blimi illa & ſurſum aſcendente,tam actiua quàm contemplatiua:ac ea quoque quæ circa ra
tionales verſatur demonſtrationes,quæ contrapoſitiones habet,& exercitia,quam & diale-
E cticam vocant.Ita vt facilius eſſet è labyrinthis euadere , quàm illius ſermonum retia effu-
gere,ſi ita foret neceſſe.De Aſtronomia autem,& Geometria,necnon numerorum proprie
tate tantum ſumpſit,vt non inquinaretur illorum argutiis:ſuperuacuum vero contempſit,
tanquam pie volentibus viuere inutile foret. Ita vt electio magis, quàm appoſitum , admi-
randa eſſet,ſeu potius appoſitum electione.Sanè medicandi artem & corporis ægritudo,ac
infirmitas aſſidua,quum philoſophiæ & laboris ſit fructus,neceſſariam ſibi fecit.Hinc enim
incipiens,in habitum peruenit artis,& huius, non quemadmodum ſe circa apparentia ha-
bet & inferna,ſed quantum circa dogmatica & philoſophica.Cæterum qualia ſunt hæc ? li-
cet talia exiſtant , ſi cum viri doctrina , quam in moribus habuit fuerint comparata . Nugæ
F profecto erunt cum geſtis eius collati , Minos ille & Rhadamantus , quos Græci Aſphodili Aſphodili
pratis,& campis cenſuere dignos Eliſiis,quum in opinionem,quemadmodum & nos para- prata.
diſi deueniſſent,ex libris,vt arbitror,Moſaicis,ac noſtris,licet nomenclatura aberrarunt,a- Græci ex
liis nominibus paradiſum oſtendentes.Proinde & ſic ſe illa habebant,erátque nauis doctri- Moſi libris
næ plena,quatenus natura pertingere poteſt humana,vltra enim tranſiri nequit . Reliquum aliqua didi-
erat,vt de reditu ac vita cogitaremus perfectiori,acciperemúſque ſperata, & ea propter quæ cerunt.
conueneramus . Iámque dies aderat regreſſionis , & parata erant quæ ad peregrinationem
pertinebant.Sermones valedicentes,præmiſſiones,reuocationes,gemitus,amplexus, lachry
mæ.Nil enim adeo triſte eſt vbique,quàm quum contubernales ab Athenis & ſeipſis diuel-
luntur . Factum igitur tum eſt ſpectaculum miſerabile , & hiſtoria dignum . Circumſtabat

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos amicorum & coætaneorum chorus,sed & præceptores nonnulli aderant,qui nos nequa G
quam dimittendos esse dicebant, rogantes, cogentes, persuadentes, & quid non dicentes?
quidve non facientes? quemadmodum par est dolentes.Cæterum quid hic accusem, num
me ipsum? aut diuinam illam & incomprehensibilem animam, siue audaciam ipsam. Ille
enim causam de regressione depromens, superior visus est contentione, ac vi etiam deti-
nentium, ideóque illi permissus est reditus. Ego verò Athenis derelictus sum partim lan-
guens,partim autem (nam verum dicatur)proditus ab illo persuadente,vt dimitterem non
dimittentem,cederémque trahentibus. Res priusquam fieret nequaquam credenda. Siqui-
dem facta est incisio corporis vnius,in partes duas, & mortificatio amborum: aut vitulo-
rum collactaneorum & coniugalium separatio, flebiliter inter se mugientium, & haud fe- H
rentium disiunctionem.Mea tamen longior erat mulcta.Non enim diutius sustinere pote-
ram,vt viderer miserandus,ac omnibus rationem separationis redderem, sed cum tempo-
Homericus equus. re haud longo Athenis mansissem,desiderium,Homericum me fecit equum: vincula enim
quæ me retinebant abrupi,ac per campum lasciuiens ad contubernalem me contuli. Post-
quam autem regressi sumus,parumper mundo,& scenæ gratificati sumus,quo desiderio sa-
tisfaceremus multorum. Quum enim nequaquam theatrice haberemus seu ostentabunde,
celerrime nostræ facti sumus potestatis,& inter viros censi sumus, virilius adiumento phi-
losophiæ proficientes.Non amplius iam vnà, id enim inuidia haud permisit, desiderio ta-
men vnà conuersati sumus. Hunc enim Cæsarienses continebat ciuitas, tanquam secun- I
dum quendam conditorem & ciuitatis gubernatorem: deinde peregrinationes quædam
necessariæ,postquam nos haud habebat,illum excepere,nec à philosophiæ instituto alienæ.
Me vero parentum pietas,& senectutis horum cura,necnon calamitatum aduersitas à viro
abduxit,forsitan minus bene aut iuste,abduxit tamen.Cogito autem,num omnis mihi inde
vitæ inæqualitas & difficultas acciderit, & ad philosophiam impedimentum, nequaquam
desiderio aut proposito dignum.Cæterum nostra quocunque deo placuerit ferantur, feren-
tur autem intercessionibus illius melius: hunc autem multiplex dei clementia, & circa ge-
nus nostrum dispensatio,per multa media notum faciens,semperque clariorem ostendens,
Ecclesiæ illustri facem præposuit splendentem, celebrémque illum ad sacros presbyterij K
thronos elegit,& per vnam ciuitatem Cæsareensem, orbi succendit vniuerso. Et quonam
modo? nequaquam festinanter ad gradus perduxit,neque per obtrectationes & fraudes mo
re multorum,qui nunc præsidentias concupiscunt,sed ordine, & lege ascensionis spiritalis
honorem adauxit.Sanè nequaquam rerum & ordinis apud nos laudo confusionem, quum
aliquando peruerse à quibusdam præsidetur in gradibus.Siquidem non omnes accusare au
deo,neque visum est: obiter tamen legem laudo nautarum, quæ prius gubernatori remum
in manus dat,indéque in proram deducit,& vlteriora concredit. Itáque tandem super gu-
bernacula,cum multa maris experientia,& ventorum statuit cognitione. Pariter & in re-
bus fieri solet bellicis,miles sub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam L
in ducem euadit.Siquidem ordo ipse optimus est incipientibus pariter & vtilissimus. Res
verò nostræ multum dignæ essent,si ita se haberent.Nunc autem sanctissimus apud nos pe-
riclitatur ordo,ne præ rebus cunctis sit ridiculosissimus. Non enim ex virtute magis quàm
malitia oritur præsidentia, neque digniorum, sed potentiorum sunt throni. Samuel inter
prophetas futura præuidens, sed & Saul abiectus. Roboam Salomonis inter reges, quin &
Hieroboam seruus & desertor.At nec medicus aut pictor vllus est, qui non prius ægrotan-
tium considerat naturas,aut colores temperat multos,& deliniat figuras.Cathedra vero, e-
tiam sine vllo acquiritur labore,non secus ac cum fabulæ gigantes fingunt. Vnius diei san-
ctos facimus,ac sapientes esse iubemus,eos qui nulla præditi sunt sapientia,& qui nil ad gra
dum,præterquam velle afferunt. Et hic quidem inferiorem amat locum, & humilis consi- M
stit,quum dignus sit sublimi,ac multum in literis exercitatus diuinis, multúmque carnem
ad spiritus domauerit subiectionem. Alius verò sedet arrogans, superciliáque tollit contra
meliores,nec tremit ob thronos, minus horret aspectum, modeste deorsum aspiciens: sed
longe se viribus suis & seipso meliorem esse censet,male sentiens, ac sapientiam à potesta-
te desumens.Verum non ita magnus ac celeber Basilius,sed quemadmodum in cunctis re-
liquis, ita & circa decus illud multis exemplar est factus. Sub initium enim sacros populo
legit libros.Horúmque enarrator fuit, nec ordinem hunc gradus dedignatus est: sic in ca-
thedra presbyterorum,sic in episcoporum laudauit dominum,nequaquam potestatem suf-

furans

A furans aut rapiens: neque honorem insecutus est, sed honor secutus est eum. Nec gratiam
humanam,sed diuinam,& à deo suscepit.Proinde sermo de præsidendo aliquantisper inhi-
beatur, de subiectione verò parumper intendatur.Decet enim vt & hoc breuiter percurra-
mus,quum in medio dicendorum sit constitutum.Conflatum est viro dissidium cum duce
quodam Ecclesiæ. Vnde autem & quomodo, satius est tacere, præterquam quod incidit
cum homine in aliis non ingenerosо, ac pietate admirando. Quemadmodum ostendit
persequutio, & causa contra ipsam acta. Attamen humanum quid contra illum est perpes-
sus. Inuidia enim non solum multos, sed & optimos tangit, ita vt solum dei sit penitus ab
illa purum & inexpugnabilem esse. Commouit igitur contra eum quicquid eximium &
B prudentius erat, si saltem præ multis sapientiores sunt, qui seipsos ornatu secernunt,ac deo
vitam consecrant.De Nazaræis nostris loquor,& iis qui plurimum rebus illis studium im-
pendunt. Ij enim molestе ferebant,si potentiam suam iniuria affectam & eneruatam negli-
gerent.Rem itaque ausi sunt periculosissimam.Defectionem enim moliti sunt,& expulsio-
nem magni, & ab omni seditione corporis Ecclesiæ alieni. Sed nec paruam populi partem
absciderunt, tam ex humilioribus quam dignioribus, quod quidem facile ob tres fortissi-
mas erat causas.Erat enim vir ille venerabilis,& num alius ex philosophis nostris talis igno
ro,satisque sibi confidebat,vt quæ vellet congregationi etiam præstaret. Ciuitas vero quia
illum iniuria affecerat, suspectum habebat, ob tumultum ordinis, tanquam non legitime
C neque canonice,sed potius tyrannice præeminentiam susceпisset. Aderant & ex occiden-
talibus episcopis quidam, qui Ecclesias quotquot essent orthodoxæ ad se pertrahebant.
Quid igitur fecit generosus ille, & pacifici Christi discipulus: non enim potis erat, vt iis
qui eum iniuria afficiebant reluctaretur, necnon aliis qui fauore præcellebant, neque con-
tra illos pugnare, aut Ecclesiæ corpus dilacerare volebat, præcipue quum & aliàs oppu-
gnaretur, & in magno ob hæreticorum potentiam versaretur discrimine: simul & consul-
tore nobis in hac re vsus, adhortatorèque fideli, exul hinc nobiscum in Pontum secessit,&
monasteriis quæ ibi sunt præfuit, quæ ipse admodum digne moderabatur, solitudinémque
cum Helia & Ioanne, qui admodum philosophi fuerunt, mire amplectebatur: satius hoc Helias & Ioannes philosophi.
D sibi esse ducens, quàm de præsentibus aliquid cogitare, quod philosophia eius foret indi-
gnum, & vt in tempestate gubernationem disperderet rationis, debitam tranquillitati.
Proinde licet secessus ille adeo philosophicus fuisset & admirandus, meliorem tamen &
admirabiliorem inuenimus reditum. Ita enim res se habebat,quum in iis versaremur, in-
surrexit repente nebula grandine plena, & pernicies calamitosa, quæ omnem contriuit Valens Imperator.
Ecclesiam & discerpsit, quam rex accepit, Christi cultor, pariter & Christi osor, qui & in
his duobus maximis ægrotabat, insatiabilitate, & blasphemia. Qui post persecutorem per-
secutor fuit, & post desertorem, non desertor quidem, sed nil melius christianis. Seu po-
tius christianorum parti piissimo, purissimóque Trinitatis adoratori, quam ego solam
E pietatem voco & opinionem salutarem. Siquidem nequaquam deitatem expendimus,ne-
que vnicam & inaccessibilem diuinitatem à seipsa exulem facimus, ex generibus aliena-
tionem, neque malum malo curamus, impiam Sabellij contractionem diuisione longe Sabellius.
impiore & incisione dissoluentes. Qua Arius cognomine insanus ægrotans, valde corru- Arius.
pit Ecclesiam, qui nec patrem honorauit, ignominia verò affecit ea quæ ex illo sunt pro-
pter deitatis gradus inæquales. Nos verò vnam patris gloriam agnoscimus vnigeniti ho-
noris æqualitatem: vnicam & filij, quæ & spiritus existit. Ac quicquid ex tribus deorsum
ponimus, totum subuertere censemus: tria quidem proprietatibus, vnum vero diuinitate
venerantes & agnoscentes: ex quibus nullum ille cognoscens, neque sursum aspicere va-
F lens, sed à seducentibus humiliatus, ausus est & deitatis naturam secum humiliare, fitque Valens.
conditura mala, dominationem perducens in seruitutem, ac naturam inconditam, & o-
mne tempus excedentem cum conditura statuit. Et ille quidem ita sapiebat, ac cum tali im
pietate contra nos bellum gerebat. Quod quidem nil aliud quam barbarica credenda est
incursio,quæ non muros seu ciuitates aut domos euertit, nec parua quædam & manufacta,
ac quæ iterum restaurari possent, sed quæ animas ipsas distraheret. Irrupit & cum eo exer-
citus illo dignus, mali nempe Ecclesiarum duces, tetrarchæ amarulenti, orbis qui sub ipso
erat. Illi siquidem ex ecclesiis iam quædam habebant,alia autem inuadebant,nonnulla ve-
rò regis sperabant auxilio & manu.Quum illud immineret, hæc autem minaretur. Adue-
nere igitur vt & nostram subigerent ecclesiam, nullæ rei ex omnibus adeo confidentes,

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm pusillanimitati prædictorum,& inexperientiæ,quæ nos tum inuaserat, necnon morbo qui tum inter nos pullulabat. Certamen igitur magnum erat, promptitudóque multorum non ingenerosa: verum ordo debilis, quum non haberet præcertantem & propugnatorem artificiosum,in potentia sermonis & spiritus. Quid igitur fecit anima illa generosa, & magnanima,ac Christi cultrix? non multis indigebat verbis vt adesset,& vnà pugnaret: sed quam primum nos vidit legati officio fungentes, certamen enim commune erat vtrisque,tanquam verbi propugnatoribus,legatione est deuictus,secúmque ea decreuit quæ optima forent,& perquam philosophica considerationibus spiritalibus:aliud quidem pusillanimitatis tempus esse,si ita perpeti necesse foret,securitatis nempe: aliud autem longanimitatis,necessitatis scilicet.Confestim nobiscum è Ponto migrauit,ob veritatémque periculo obnoxiam æmulatione correptus,socius fit spontaneus,seipsúmque offerens matri reddidit ecclesiæ.Sed nunquid ita se negocio ingessit,vt minus digne promptitudine sua decertaret? aut nunquid viriliter pugnauit,sed nõ assidue? vel erudite,& citra periculum? aut potius cũcta hæc perfecte, & plus quàm dici possit? vel nunquid relictæ fuere in eo pusillanimitatis reliquiæ? nequaquam,sed cuncta pariter reconciliauit, consuluit, ordinauit, & quæ in medio erant scandala & offendicula dissoluit.Ea quoque quibus illi confidentescontra nos mõstrose inducebant,partim suscipiebat,partim retinebat,nonnulla verò penitus repellebat: factúsque est his quidem murus fortis & vallum,aliis autem securis quæ incideret petras,aut ignis in spinis quemadmodum diuina inquit scriptura,facile consumens sarmenta,& deita tis violatores.Quod si quid & Barnabas,qui hæc dicit & scribit,vnà cum Paulo concertauit, Paulo sint gratiæ,qui illum elegit,& cooperatorem fecit certaminis.Hi igitur infecto negocio ita discessere, mali male tum primum pudefacti & deuicti, discentes minime ex cunctis hominibus Cappadoces esse contemnendos,quibus nihil tam proprium est quàm fides inconcussa, necnon erga trinitatem confidentia germana, à qua ipsis vires vnà cum laude adsunt, quæ succurrunt succurrentibus, seu potius longe meliora sunt & fortiora. Proinde secundum opus & studium erat, vt placaret præsidentem, ac suspicionem dissolueret, omnibúsque persuaderet hominibus, quod ea ob quæ fuisset afflictus tentationes fuissent maligni, ac deceptio per quam concordiæ inuidere solet bono. Ipse autem quum iam sub lege esset obedientiæ, ac ordine spiritali, vbique aderat, sapientiam docebat, obediebat, admonebat, omniáque illi erat, consultor bonus, socius dexter, rerum diuinarum enarrator, agendarum præceptor,senectutis baculum,fidei sustentaculum,in interioribus fidelissimus, in exterioribus agilissimus.Et vt vno dicam verbo,talis erga illum erat beneuolentia, qualis prius ad inimicitias procliuis fuisse putabatur.Hinc ipsi robur suppetebat Ecclesiæ,tametsi secundas partes haberet cathedræ.Quum enim beneuolentiam afferret,potestatem reiiciebat, erátque inter eos concordia admiranda, & nexus potestatis. Hic enim populum ducebat, ille verò ducentem.Erátque tanquam curator leonis,arte mansuefaciens ferocien tem:ita enim necesse erat, quum nuper in cathedram constitutus fuisset, & adhuc aliquid mundanæ materiæ spiraret. Quum igitur sic composuisset spiritalia, ac multæ ingruissent tempestates,necnon Ecclesiæ hostes,dum ipse eam manu duceret, illique prouideret, ideo etiam confœderationem dilexit,& dominante illo ipse dominari sustinuit.Cęterum de cura & præfectura ecclesiæ,multa alia viri sunt indicia.Loquendi libertas erga principes, tam alios quàm ciuitatis potentissimos,discordiarum solutiones non suspectæ, sed ab illius voce signatæ,quum mores pro lege essent:indigentium subsidia,plura quidem spiritalia,non pauca autem corporalia:sępius enim hominem ad animum reuocat,quum beneuolè inseruitur: pauperum sustentatio,hospitum receptio:virginum congregatio,monachorum institutio, tam scripta quàm oretenus prolata: precum ordinationes,gradus exornatio, necnon alia quibus vere homo dei,& cum deo constitutus, populum iuuare potest. Vnum autem maximum fuit & notissimum. Fames accidit grauissima,talisque qualem nemo vnquam euenisse recordabatur. Laborabat igitur ciuitas,auxilium verò erat nullum, nec mali remedium.Verum loca maritima indigentiam talem non admodum grauiter ferunt:quia mare illis necessaria suppeditat, nobis vero mediterraneis,quod supereſt vendi,& quod deest comparari nequit.Vnde non habemus quomodo disponamus ea quæ nobis supersunt, vel non sunt.Et quod grauissimum est in talibus,omnis habentium abest compassio,planéque superat insatiabilitas.Obseruant enim tempus,& vt penuriam inducant negociantur,calamitatésque pro agricultura exercent. Non enim audiunt vt domino fœnerentur, qui miseretur pauperum,

Esa.9. De se ipso loquitur.

Cappadocum fides inconcussa.

Fames.

Frumentatores.

A pauperum,nec quod frumentum suppressum populi sit execratio:neq; aliud quid quod promissum est humanioribus,aut inhumanioribus comminatum:sed magis insatiabiles sunt q̃ oportet,ac male sapiunt,quoniã populo sua,sibi vero dei claudunt viscera,ignorantes quod magis illo indigent,quàm ipsorum alij.Et hæc faciunt frumentatores, & tritici negociatores,nec cognatos venerantes, neque erga deum grati,à quo ipsi habent quum alij premuntur.Cæterum Basilius, quum haudquaquam panem per pluuiam precibus è cœlo elicere posset,ac populum fugientem pascere in deserto: nec vasa implere vacua oleo, omni carente sumptu,quod perquàm mirãdum erat,quo aleret alentem, in retributionem hospitalitatis: neque panibus quinque tot milia conuiuio excipere,quorum reliquiæ multis aliis mensis satisfacere potuissent.Talia enim Mosis erant & Heliæ, necnon dei mei,à quo & illi habebãt vt talia facere possent. Fortassis autem & temporum illorum status eiusmodi erant, quoniã signa incredulorum & nequaquam credentium gratia fiunt. Cæterum quæ his sunt similia ac pariter illac tendunt,cum eadem cogitauit & perfecit fide. Siquidem verbis tantum, ditiorum aperuit horrea,persuasionibúsq; scripturæ illud perfecit,Frange esurientibus cibum, & pasce inopes panibus.Et enutriuit eos in fame,animásq; esurientes impleuit bonis.Et quo nam modo? id enim non parua est additio. Omnes qui fame laborabant cõgregauit, ex iisq; nonnullos qui vix spirabant,viros & mulieres,iuuenes & senes,omnem ætatem miserandã, sed & omnis generis cibaria,quæ famis tempore succurrere poterant,collegit,proposuítque C ollas fabis plenas,obsoniáque salsa,quibus apud nos sustentantur inopes.Inde Christi instar illis ministrauit, qui & linteo accinctus non dedignatus est discipulorum pedes lauare. Quúmque in hac re filiorum suorum siue conseruorum opera vsus fuisset, pauperum pauit corpora,pauit & animas,connectens necessitati honorẽ quoq;,facilioréſq; vtrinq; reddidit. Talis nobis erat nouus frumenti distributor,ac Ioseph secundus, excepto quod aliquid plus dicere habemus.Hic enim interueniente fame negociabatur, Aegyptumq; emit humanitate,abundantię tempus in famis reponens tempus, & ad aliorum somnia propterea ordinatus.At ille gratis bonus erat,& frumenti inempti sine lucro distributor,ad vnum hoc respiciens,vt humanitatem acquireret humanitate,& propter hanc frumenti distributionem,bo D na quæ illic sunt assequeretur.Hæc cum verbi cibo,ac cum beneficio perfectiori,& impertitione sublimiori quàm sit humana:si saltem verbum panis est angelorum,quo animæ ciban tur,& potu reficiuntur,quæ deum esuriunt ac cibum quærunt nequaquam fluxum aut euanidum,sed qui permanet semper:cuius distributor ille erat & valde diues,licet pauperrimus esset,& admodum indigus,omnium quos nouimus, nec famem panis, nec sitim aquæ magni censens,sed desiderium verbi vere viuificatiui & nutritiui,& quod recte nutrientem ad augmentum perducit ætatis spiritalis.Inde & ob hæc,quid enim in cunctis recensendis immorari oportet? quum is qui pietatis nomen ferebat transiisset, ac suauiter in manibus illius spiritum efflasset,super excelsum episcopę sublatus est thronum, non tamen sine labore, inE uidia,& decertatione eorum qui patriæ præsidebant, cum quibus & pessimi quiq; conspirabant.Verum necesse erat vt spiritus vinceret sanctus,qui & egregie vicit. Siquidẽ viros concitauit extraneos,pietate insignes & zelotes,inter quos & nouum Abraham ac patriarcham nostrum,patrem nempe meum,cui & res quædam accidit miraculi plena.Siquidem non solum ob annorum deficiebat multitudinem,sed infirmitate etiam affligebatur graui,ac vltimum trahebat spiritum.Viam tamen ingredi est ausus,quo suffragio suo illi subueniret. Spiritui igitur confisus,vt breuiter dicam, semimortuus in lecticam tanquam sepulchrum positus est,validus vero & quasi iuuenis rediit,sursum aspiciens, sanus,è manu & vnctione, & ne multis dicam,è capite vncti. Hoc priscis addatur narrationibus, quod labor sanitatem F confert,& promptitudo suscitat mortuos saltátq; senectus spiritui confidens. Ita autem Basilius præsidentia dignus est habitus,vt iis qui tales euadunt,talémq; gratiam consequuntur, ac ita eligi debent,nequaquam dedecori esset, siue in iis quæ ad philosophiam eius, seu credentium spes pertinerent:sed semper tantum semetipsum superabat, quantum antea alios superare ostenderat, optime & sapientissime de his sentiens. Siquidem virtutem hominis priuati esse censebat,ne malus foret,aut saltem aliqualiter bonus:principis vero seu præsulis improbitatem, ac præcipue in principatu tali, si non multum inter multos excelleret, nec semper melior appareret, neque virtutem dignitati & throno commensuratam redderet. Vix enim summi esse,vt medium assequi,ac virtutis abundantia multos ad mediocritatem perducere possit.Seu potius vt aliquantulum melius de his philosopher, illud idem hic accidisse

Tritici negociatorum malitia. Exo.6. 3.Reg.17. Matth.14. Marci.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ.2. cidisse considero,quod in saluatore nostro contẽplor, & vt arbitror ex sapiẽtioribus quisq;, G
quum nobiscum versaretur ac formam nostram pro nobis assumpsisset. Ille enim proficie-
bat,inquit,quemadmodum ætate,ita etiam sapientia & gratia. Non quod incrementum ali
quod susciperet,quid enim ex perfectis à principio perfectius fuit?sed quia hęc paulatim de-
tegebantur,& apparebant: pariter quoq; viri huius virtutem nequaquam tum additionem,
sed operationem maiorem accipiendam esse arbitror,quum potestas maiori vteretur mate-
ria.Primum igitur omnibus hoc manifestum fecit quòd opus eius nequaquam gratiæ esset
humanæ,sed donum à deo datum,quod & res nostræ ostendunt. Qualia enim mihi de tem
poribus illis philosophanti,vnà philosophatus est:quum enim me omnes alij, ad illum epi-
scopum creatum accursurum putarent, & congratulaturum, quod alius forsitan fecisset, ac
vnà principatum administraturum & regnaturum,coniecturam ab amicitia nostra sumen- H
tes,postquam molestiam declinaui, quod quidem in omnibus præ aliis facere soleo, simul
& temporis inuidiam, necnon & eos qui electionem illius moleste ferebant, & adhuc tur-
bati erant,domi remansi,ac animi refrenaui affectum.Incusauit hoc ille sub initium,deinde
perseueranti mihi pepercit.Quod vero cathedrę huius honorem,ob eãdem causam nequaq̃
susciperem, neque honoris inter presbyteros prælationem, neq; incusauit, sed recte faciens
laudauit:satius esse ducens,vt arrogantia à paucis accusaretur,qui hanc ignorabant dispen-
sationem,quàm vt aliquid fieret quod rationi & consiliis eius contrarium esset. Quod qui-
dem luculenter ostendit, homo anima præditus ab omni assentatione & adulatione aliena, I
& quæ ad vnum solum honesti nempe respiceret legem.De nobis enim ita sensit,quos inter
primos amicos eius & familiares esse cognoscebat.Deinde eos qui contra illum disceptaue-
rant,emollire,& sanis sermonibus magnificè curare perrexit. Verum nec adulatorie aut il-
liberaliter id fecit,sed admodum viriliter & magnifice:quemadmodum quum quis non so
lum considerat præsentia,sed & futuram disponit obedientiam. Quum enim videret nimis
tenerum esse & molle, austerum vero, asperum & peruicace:ambobus per vtraque succurrit:
morositatem enim placabilitate,teneritudinem vero grauitate temperauit: in paucis quidẽ
sermone indigens,operibus vero multum prævalens:& vt coleretur,nequaquam arte seruili,
sed beneuolentia acquirebat. Potestate minime vtebatur, sed quia parcere sciebat, homi-
nes in suam perducebat sententiam.Et quod maximum erat,omnes sciebant illius se superari K
intellectu, ac impossibile esse,vt eius imitarentur virtutes, vnicámq; eorum salutem esse
censebant,si cum illo & sub illo ordinarentur:vnicum quoque periculum,ab illo refelli. Si-
quidem repulsionem eius à deo alienationem esse censebant,sicq; vltro subdebantur & subi-
gebantur,ac tanquam tonitrui sonitus dissoluebantur,quum alius alium excusatione præue-
niret,inimicitiasq; in beneuolentiam,necnon in virtutis conuerteret retributionem.Quam
solam excusationem quisq; fortissimam inueniebat, nisi quis eam ob prauitatem immedi-
cabilem negligeret,ac nihil penderet,quo ipse in se ipso contereretur & consumeretur, quẽ-
admodum ferrum consumitur à rubigine.Postquam autem illi res domi ex sententia cesse-
re,quemadmodum nullus infidelis,& qui illum non nouerat existimasset,maius quid & al- L
tius mente voluere cœpit.Quum enim cuncti alij solum ea quæ ante pedes sunt cernunt,ac
animo vertunt,vt securissime habeant,si saltem hoc securum est,vltra vero haud progredi-
untur,neque magnum quid aut virile excogitare aut perficere possunt:ipse licet in aliis mo-
destus esset,nequaquam tamen in illis modeste egit,sed alte caput extulit,ac animę oculum
per gyrum circumtulit,totúmque orbem, per quem saluatoris cucurrit sermo considerauit.
Quúmq; videret magnam dei hæreditatem,quam ille sibi sermonibus, legibus, & passioni-
bus vendicarat, gentem sanctam, sacerdotium regium,male affectam,ac in opiniones infi-
nitas & errores distractam:vineámque ex Aegypto translatam & plantatam, ex ignorantia
impia & caliginosa, in pulchritudinem immensam, ac magnitudinem progressam esse, ita M
vt vniuersam obumbraret terram, ac super cunctos fines & cedros extenderetur, eam tamẽ
ab apro maligno & agresti,diabolo nempe deuastatam:nequaquam satis esse duxit, vt tacite
calamitatem illam deploraret,ac solum manus ad deum attolleret,ab eóque imminentium
malorum dissolutionem quęreret,ipse vero interim dormiret.Sed & à seipso auxilium ferre
& adducere oportere censuit,quid enim calamitate tali molestius esse posset? decere igitur,
vt is qui superna cõsideraret,pro communi bono solicitus esset. Quum enim vnus bene aut
male agit,nihil hoc ad publicum pertinet bonum:quum vero commune ita vel aliter se ha-
bet,planè necesse est,vt singuli etiam ita sint affecti. Hæc cõmunitatis procurator & præsul
considerans

A considerans,quoniam cor afflictum tinea est ossium,quemadmodum Salomoni ac veritati
etiam videtur:quod enim dolore caret iucundum est:quod vero affligit molestum liquefa-
ctioq; cordis existit:assidue ob id discruciabatur, affligebatur, vulnerabatur,ac eadem patie-
batur quæ Ionas,quæ Dauid. Dolebat in anima, nec dabat somnum oculis,neque palpebris
dormitationem,quod ex carne residuum erat,curis absumebat,quoad malirepperit solutio-
nem.Diuinum igitur ac humanum quærebat auxilium,num quis incendium commune,&
caliginem imminentem extinguere vellet. Solum igitur vnum agebat idq; admodum salu
briter,colligebat seipsum quantũ erat possibile,ac spiritui se concludebat, omnesq; humanas
considerationes commouit,totámq; scripturæ profunditatem collegit, ac pietatem scriptis
B suis defendit,certaminibúsq; & prælijs hæreticorum multitudinem confidenter repulit, &
eos qui manus cum eo conserebant,armis,quæ comminus feriunt, lingua nempe, vulnera-
bat:qui vero procul erant,iaculis potius atramentariis eminus vlciscebatur.nequaquã enim
abiectiores tulit leges, quàm quæ tabulis insculptæ fuerant: neque soli ac paruæ illi Iudæorũ
genti de cibo, potu, ac sacrificiis rite peragendis, & quæ carnem expurgant: sed de veritatis
ratione vniuerso orbis generi,ac parti præcepta dedit,ex quibus & salus contingit. Deinde
vero(quoniamquidem æque inutilis est actio sine sermone, & sermo sine actione)sermoni
actionis coniunxit auxilium.Ad quosdam enim proficiscebatur,alios vero rogabat,nõnul-
los hortabatur,admonens,corripiens,increpans,comminans,exprobrans, propugnans, gen
C tibus,ciuitatibus,priuatis,omnem salutis excogitans speciem. Beseleel ille tabernaculi diui- Beseleel.
ni fabricator,omni materia & arte ad opus hoc, planèque in pulchritudinem vnius copiam
nectens,& consonantiam.Et quid alia referre necesse est? rursus nobis rex Christi superue-
nit impugnator,ac fidei tyrannus,cum maiori impietatis & feruoris apparatu, quum ei con
tra aduersarium fortiorem disceptatio esset: instar impuri illius & maligni spiritus, à quo Matth.12.
quum homo solutus est, rursus ad eundem cum numerosioribus reuertitur spiritibus,vt in Lucæ.11.
illo habitet,quemadmodum in euangeliis audiuimus.Huius igitur ille fit discipulus,quo pa
riter ante acceptam restauraret cladem,ac aliquid prioribus adiiceret certaminibus. Siqui-
dem intolerandum ac calamitosum esse censebat,quum tam multis dominaretur gentibus,
D ac gloria præditus esset immẽsa,omnésq; per gyrum impietatis subegisset viribus, ac omnes
in quos incidisset ditioni suæ subdidisset,si ab vno viro & ciuitate vnica superari videretur,
ac ludibrio exponi,non solum impietatis ductoribus, sed & hominibus, quemadmodum
ipse putabat vniuersis.Sane Persarum rex,quum aliquando Græciæ bellum inferret, ac om- Xerxes.
ne hominum genus contra Græcos duxisset, plane fastu ac ira flagrabat, non ideo solum vt
arrogantia tumesceret, & minis esset intolerandus, sed potius vt illos perterrefaceret,& se
terribilem exhiberet, elementorum etiam inuersione, qua tam terra quàm mare nouum
quid à nouo audiuit opifice:exercitus præterea continentem implebat, ac per mare pedibus
ibatur:insulæ vero diripiebantur ac mare flagellabatur, omniáq; alia fiebant per quæ palàm
belli illius ac exercitus terror incuteretur, terror quidẽ timidioribus, risus vero virilioribus,
E & audacia constantioribus.Valensvero contra nos ducens,nulla re tali indigebat,sed quod Valés eccle
his deterius erat,hoc facere & dicere audebat. In cœlum os suum posuit, ac in altitudinem siam perse-
locutus est blasphemiam,& lingua eius pertransiuit super terram. Recte enim eum diuinus quitur.
ante nos Dauid infamia notauit,quod cœlum in terram deprimeret, & cum conditura na-
turam numeraret supermundanam,quam nec conditura capere potest, licet illa nobiscum
aliquando ratione amoris erga genus humanum sit versata,quo nos humi iacẽtes ad se per-
traheret.Et profecto prima eius molimina temeraria,splendida fuere,sed longe splẽdidiora
nouissima contra nos extitere certamina.Sed quænam prima voco? exilia, fugas, bonorum
publicationes,insidias,quum manifestas tum occultas: tempus persuadendi haud erat, sed
F vi cuncta agebantur,quum persuasio locum non haberet.Quidam pellebantur ab ecclesiis,
quicunque rectam ac nostram sequebantur fidem. Alij autem qui regiam sequebantur perdi
tionem,introducebantur.Nonnulli impietatis exigebant subscriptiones, alij vero his atro-
ciora etiam scribebant.Presbyteri exurebantur,duces vero impij nequaquam Persas superа-
bant,non Scythas subigebant, non genus aliud barbaricum persequebantur, sed contra ec-
clesias militabant,ac inter altaria saltabant, sacrificiaq; incruẽta,hominum & sacrificiorum
sanguine cruentabant,ac virginum pudorem violabant,vt aliquid fieret quo Iacob patriar-
cha expelleretur,& Esaü qui antequam nasceretur odio habebatur,introduceretur.Et hę in-
consideratę eius temeritatis primæ fuere explicationes, quæ multis præsenti etiam tempore
lachrymas

Universidad de Deusto
Biblioteca

lachrymas mouent,quum auditu percipiuntur, aut memoria recoluntur. Postquam autem G
omnia peragrauit,ac contra hanc quoque inconcussam & inoffensam ecclesiarum matrem,
in qua sola adhuc veritatis scintilla reliqua erat, mouit, quo illam in seruitutem redigeret,
tum primum intellexit,q̃ male sibi consuluisset.Nam quasi sagitta,quæ fortiori occurrit, est
reiectus,& tanquam pulchre fractus cessit, quum in talem ecclesiæ incidisset præsulem, tan-
tóq; repulsus propugnaculo esset dissolutus.Proinde alia quæ tum fuerint tentata, & scriben
tibus & referentibus audire licet: ex iis enim nemo non cuncta recensет, omnes vero qui
certamina illa norunt,præcipue admirantur,oppugnationes,promissiones,comminationes,
necnon eos qui ad illum ex Iudicum ordine missi,ipsi persuadere sunt conati,ex ducum or-
Eunuchi. dinibus,ex eunuchis,ex mulierum custodibus, qui inter mulieres viri sunt, inter viros au- H
tem mulieres,& impietate solum viriles,qui quum naturali careant fornicatione, quod solũ
Nabuzardã possunt lingua scortantur:instar Nabuzardam coquorum magistri,qui secundũ artem suam
gladios minabatur,& peculiari suo igni reseruabatur.Quod vero præcipue ex gestis eius ad-
miror,nec volens quidem præterire possem,nunc q̃ breuiter potero recẽsere conabor. Quis
non nouit?quàm ingenti audacia temporis illius præfectus contra nos sit vsus, quoniã apud
illos baptismatis erat initiator,vel coinitiator, ac plus quàm necesse erat imperatoris obse-
quebatur mandatis,in omnibúsq; illi gratificabatur,quo diutius potestatem retinere & con-
seruare posset.Ad hunc per ecclesias minaciter discurrentem, & sub leonina forma,leonine I
quoq; frementẽ,nec multis præsentiæ suæ copiam exhibentẽ.Basilius generosus introductus
est, seu potius ingressus est, tanquam ad festiuitatem & nequaquam ad iudicium vocatus.
Cæterum quomodo digne explicare potero? vel præfecti ferociam, vel Basilij prudentem
contra illum decertationem. Quid tibi heus (præfectus inquit, nomine eum compellans,
quoniam indignum censebat vt episcopum vocaret) contra potentiam tantam audacia? &
quod solus ex omnibus in tua perseueras contumacia?cuius gratia,generosus ille ait,& quę-
nam mea est contumacia?nam nondum illam percipere queo.Quoniam, præses inquit,ne-
quaquam regis sequeris religionem,licet omnes alij subacti sint & victi. Verum Basilius re-
spondit,nequaquam hoc rex meus permittit,neq; vt conditura adoraretur tolero,quum dei K
conditura existam,ac deus esse sim iussus.Nos autem quid tibi,præses ait, videmur? qui hæc
imperamus.Num forte momenti nullius?nonne magnum tibi erit, vt nobiscum censearis,
& nos socios assequaris.Cui Basilius,præfectos vos esse inquit, & clarissimos quidem,nequa
quam inficias eo, non tamen deo honoratiores.At socios vos habere magnum quid est, &
cur non?quum & vos dei condituræ sitis, quemadmodum & omnes alij qui nobiscum cen-
sentur.Siquidem christianismum nequaquam faciebus,sed fide designamus.Tũc præfectus
concitatus, plus ira feruere cœpit, è sellaq; exurgens, asperioribus contra eum vsus est ser-
monibus. Et nunquid potestatem, ait, times? abit hoc Basilius respondit, vt tale quid mihi
accidat.Nonne ex multis vel vnum,præses inquit,quæ meæ sunt potestatis?& Basilius, quę-
nam sunt illa?indicentur nobis. Et præses, bonorum publicationes, exilia, tormenta, mors. L
Cæterum aliud quid, Basilius, ait, minitare, nil enim horum nos tangit. Quúmque præ-
ses dixisset,qui & quonam modo?quoniam,Basilius inquit,incomprehensibilis,& bona eius
qui nihil possidet publicari nequeunt, nisi forte pannis his indigeas tritis & laceris, & libris
paucis, in quibus tota mea est vita.Exilium vero nil ad me spectat, qui nullo loco sum cir-
cunscriptus. Sed nec quam nunc inhabito domus mea est, licet omnis mea sit in quam in-
cido, seu potius dei omnis cuius ego hospes sum & incola: tormenta autem quid au-
ferre possent? quum nullum mihi corpus residuum sit, præterquam si primam dixeris
plagam. Huius enim tu solus dominus existis. Mors vero benefactor erit. Celeriter
enim me ad deum mittet, cui viuo, & cuius negocia administro, ac cui iam plurimum M
occubui, & ad quem à longe festino. His præfectus perculsus, quum eum suo com-
pellasset nomine, Nullus, dixit, hucúsque ita mecum, ac cum tanta disseruit audacia.
Cui Basilius, in nullum fortassis episcopum incidisti. Omnino enim pro talibus decer-
tans hoc egisset modo. In aliis enim præfecte, modesti sumus, & omnibus reliquis humi-
liores, ita enim mandatum iubet, nec solum contra tantam potentiam, sed nec con-
tra homines viles supercilium attolimus: vbi vero dei periclitatur negocium, cunctis a-
liis contemptis ad illum solum respicimus. Gladij vero, bestiæ, & vngulæ carnes disse-
cantes,potius delitiæ nobis sunt quàm torméta. Ac ideo iniuria affice,minare,& omnia quę
volueris perage, ac potestate fruere. Sed & rex hæc audiat, nunquam nos adiges, aut effi-
cies

A cies,vt astipulemur impietati,etiam si grauiora adhuc fueris minitatus.Postquam verò præ-
fectus ita eum loqui audiuit, ac viri causam examinauit, illúmque tam imperterritum & Basilij con-
constantem deprehendit,à se dimisit,non iam minabundus,sed cum reuerentia quadam ac stantia.
secessione:ipse verò quàm cito potuit ad regem festinauit,inquiens, Victi sumus rex in Ec-
clesiæ huius negocio.Vir enim ille minis est superior,verbis robustior, persuasionibus for-
tior.Alium quendam ignobiliorem tentare oportet,hunc autem vel palàm cogere, aut ne-
quaquam expectare vt subigatur minis.Hæc quum rex audiuisset,ac in se conuersus homi-
nis laudibus esset victus (quandoquidem & hostis viri virtutem admirari solet) præfectum
à violentia cohibuit,acciditque ei quemadmodum ferro,quod licet igne emolliatur, nihi-
B lominus tamen ferrum permanet. Porrò minas in admirationem conuertit, communio-
nem autem suscipere noluit,quum immutationis puderet, sed excusationem quærebat ho-
nestam,quam & sermo noster ostendet.Siquidem templum cum vniuersa satellitum manu
est ingressus.Erat autem dies epiphaniorum.Congregati populi igitur pars factus, sic com
munionem est professus. Sanè nec hoc prætereundum, postquam intus fuit, auditúmque
psalmodiæ adhibuit perstrepenti, ac populi multitudinem cum ornatu cuncto conspexit,
tam eo qui circa aram,quàm illo qui iuxta erat,angelicam potius quam humanam: populi
verò præsulem erectum,quemadmodum scriptura Samuelem depingit,& corpore, & visu,
& cogitatione immobilem,ac si nil noui accidisset,deóque & gradui,in statuam, vt ita di-
C cam,obduratum:illos autem timore & reuerentia quadam eum circunstare:hæc postquam
vidit,& quæ viderat cum nullo exemplo conferre potuit,humanum quid perpessus est. Ob
stuporem enim, vehementi & oculorum,& animi correptus est vertigine. Verum id tum
multos adhuc latebat,postquam autem dona ad mensam diuinam afferri oportebat, ipse-
que illa propriis gestaret manibus, ac nemo sicut moris erat ea acciperet, quum incertum
esset num Basilius illa suscipere vellet,tum morbus est cognitus.Titubare enim cœpit,& ni
quidam qui pro gradibus stabat,manum ei supposuisset, ac casum cohibuisset, ruina planè
lachrymis digna cecidisset.Sed esto.Cæterum quid dicere refert?quæ nam cum rege disse-
ruerit,qualique sapientia illa repleta fuerint. Cum eo enim rursum modo opportuno in sa-
D crarium perducto est congressus,ac in conspectum venit.Nam diu iam eius alloquendi de-
siderio tenebatur.Siquidem nil aliud quam dei voces,tam ab iis qui cum rege,quam à no-
bis, qui cum Basilio ingressi fueramus auditæ sunt.Sanè congressio illa initium fuit, & re-
stauratio prima humanitatis erga nos regis.Consiliúmque hoc vt plurimum contumeliam
tum nos infestantem,non secus ac nebulam dissipauit. Proinde nil prædictis inferius fuit.
Vincebant mali,iámque Basilius in exilium pellebatur, ac nihil deerat quod non illac ten-
deret.Nox præsens,currus quo auehi debebat præparatus,plaudebant inimici,dolebant pij,
nos verò circa animosum versabamur viatorem. Reliqua etiam cuncta pulchra referta e-
rant ignominia.Quid igitur accidit? Deus illam dissoluit. Qui enim Aegypti contra Israël Exod.12.
E exasperati primogenita percussit, hic etiam imperatoris filium grauissima ægritudine per- Morbus fi-
culit.Et quanta celeritate?hinc exilij literæ,inde sententia ægrotationis. Manúsque iam ad lij regis.
subscriptionem extendebatur improbam,& tamen sanctus ille saluatur, fitque vir pius, fe-
bris donum,quum rex furorem cohibuisset.Quid his manifestius aut celerius? sed ad reli-
qua.Aegrotabat filius regis,ac corpore male affectus erat,vnáque ægrotabat pater: & pater
quidem tanquam pater,vbique contra morbum remedium quærebat: nam medicos acer-
sebat optimos,precibúsque,ac si vnquam in terram prostratus incumbebat,calamitas enim »
reges quoque humiles facit:nec mirum, quum & hoc prius Dauid in filij morte accidisse, 2.Reg.12.
scriptis sit mandatum Postquam autem nullibi,nullum morbo inuenit remedium, ad Basi-
F lij fidem confugit:per se tamen nequaquam illum aduocauit, pudore prohibitus, ob igno-
miniam quam illi intulerat, aliis verò legationem commisit, qui ei perquam domestici &
amicissimi erant.Quumque is nihil cunctatus aduenisset,nec tempus, quemadmodum ali-
us triuisset,confestim præsentia eius morbus est lenitus,patérque spem concepit meliorem.
qui nisi aquæ potabili sal admiscuisset,paritérque hunc aduocasset,iis tamen qui diuersæ e-
rant opinionis credidisset,filius patris manibus sanus restitutus fuisset:idque credebatur,ab
iis etiam qui tum aderant,& passionis participes fuerant.Illud idem paulo post etiam præ-
fecto ipsi accidisse ferunt. Nam & illum infirmitas quædam incidens, sancti flectit mani-
bus. Siquidem aduersitas plerunque recte sentientibus fit emendatio, sæpiúsque calamitas »
prosperitate melior existit.Aegrotabat igitur ille,plorabat,discruciabatur,accersebat,roga- »
bat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat,excusationem habes clamabat.Salutem mihi tribue,quam & tandem illius interces-
ne,sicut ipsemet fassus est,impetrauit.Idque multis qui hoc ignorabant persuasit.Non enim
desinebat facta illius & admirari & prædicare. Quæ igitur inter Basilium & illos incidêre
talia fermè fuere,finémque habuerunt talem. Sed nunquid ea quæ illi aliter cum aliis sunt
decertata,parua aut de rebus fuere paruis? vel mediocri sapientia condita, aut silentio di-
gna,seu non valde laudabilia?nequaquam.Sanè qui olim contra Israël concitauit Ader sce
lestum,ille idem & contra Basilium Ponti commouit præfectum,sub prætextu ac si ob mu-
lierem quandam indignaretur.Sed re vera pro impietate decertabat,& contra pietatem sta
bat:vt interim dicere omittam,qualiter,quantisque virum afficeret iniuriis,seu forte deum
ipsum,contra quem & pro quo bellum gerebatur,qui & iniuriantem confudit, ac pugilem
Historia. suum exaltauit:si saltem magnum quid & sublime est philosophia,& vt is qui præst multis
talis esse videatur.De quo nunc verba facere pergam.Iudicis assessor mulierem quandam il
lustrem,cuius maritus vitam paulo ante cum morte mutauerat, quoniam ei nubere dedi-
gnaretur violenter vrgebat:quumque illa tyrannidem se effugere haud posse cerneret,con-
silium cœpit non tam audax quam prudens: ad sacram enim confugit mensam, ac deum
contra violentiam adiutorem sibi facit. Quid igitur per trinitatem ipsam fieri oportuisset?
vt inter laudandum iudiciale etiam quippiam proferam, non solum quod Basilium ma-
gnum,& qui ab omnibus pro legislatore habebatur decuisset,sed alium quendam longè illo
inferiorem,dummodo sacerdos fuisset. Nónne obsistere, retinere, curam eius gerere, ma-
num porrigere,secundum clementiam diuinam,& legem quæ honorauit aras?nónne om-
nia prius facere & pati velle,quàm aliquid inhumani contra mulierem perpetrare? obitér-
que mensam sacram,necnon fidem cum qua rogabat,iniuria afficere?nequaquam ait Iudex
nouus.Sed omnes potestati meæ subdi oportet, Christianósque legum suarum proditores
fieri.Ille igitur supplicem quærebat,ac insaniebat,hic autem vi mulierem retinebat. Tan-
dem verò quosdam cum potestate misit,qui sancti scrutarentur cubile,non necessitatis ma
gis quam ignominiæ gratia.Quid ais?domum eius qui affectibus cunctis erat superior?quē
fouent angeli?quem mulieres intueri non audent?nec solum hoc egit,sed & Basilium ades-
se,ac causam dicere iussit.Nequaquam tamen placide aut humane,sed quasi condemnatum
quempiam. Et hic quidem aduenit. Præfectus verò ira & fastu plenus,pro tribunali sedit.
Stetit igitur Iesus meus coram iudice Pilato.Et fulmina quidem cunctabantur, deíque gla-
dius licet radiaret, adhuc tamen continebatur. Arcus verò intendebatur, sed cohibebatur,
quo pœnitentiæ concederet tempus,quemadmodum dei lex est.Sed & aliud pugilis & per-
secutoris vide certamen.Præfectus sudarium quod circa collum gestabat dilacerare iubet.
At Basilius tibi inquit,si volueris tunicam etiam dabo.Verbera carnibus ferè experti,mina-
batur, at ille se paratum offerabat.Sed & vngularum dilaniationem intētabat.Verum hepa-
ti Basilius respondit remedium tuleris.Cernis fortassis quo pacto mihi subuenire possis, si à
talibus curaueris tormentis.Et hi quidem in illis erant.At ciuitas, quum malum & commu
ne omnium cognouisset periculum, siquidem vnusquisque iniuriam hanc suam esse censе-
bat,tota insaniebat & incendebatur,& veluti quum apum examen fumo commouetur, ita
alius ab alio concitabatur & insurgebat.Omne hominum genus,ætas omnis,præcipue vero
ij,qui regi texendo & arma faciendo operam impendebant. Hi enim in talibus feruentio-
res sunt,audaciam enim ex libertate habent.Arma verò vnicuique erant, singula quæ ex ar-
tis obueniebant instrumentis,aut si aliud quid casu forte obuenisset.Faces erant in manibus,
lapides ad iactum expediti,fustes parati,cursus omnium vnus,clamor idem,alacritas com-
munis.Ira dux grauis,aut miles,sed nec mulieres armis tum carebant,quum eas tempus exa
cuisset.Radios enim habebant fraxineos,zelóque roborabantur,ac in audaciam vertеban-
tur virilem,& vt breuiter dicam,pietatem diuidi arbitrabantur, si hunc inter se partiti fuis-
sent,isque magis pius censebatur,qui primus manus præfecto,talia auso,intulisset. Quid igi
tur faciebat iudex seuerus & audax?supplex erat,miserabilis,ærumnis plenus,& cui non hu
milior?donec illustris ille,sine sanguine martyr,& sine plagis coronatus,populi compescuis
set violentiam, illumque sui cohibuisset reuerentia, sicque supplicem suum & offensorem
saluasset.Hæc deus sanctorum operatus est, qui omnia facit,& in melius dirigit, qui super-
bis resistit,humilibus verò gratiam tribuit.Et quur hoc non faceret?qui manuum extensio-
ne trophæa erigit,vt populum saluet fugientem,illumque eripiat è periculis.Præclarum igi
tur bellum ita desiit, & finem à deo sortitum est secundum,ac illius fide dignum. Deinde
verò

A verò episcoporum & sociorum incepit bellum. Quod magna sui parte inglorioſum fuit,
incipientibus verò admodum damnosum. Quis enim aliis modestiam persuadere posset,
quum præsules ipsi ita essent affecti?Iam diu enim haud humaniter erga illum se habebant.
Tria autem dissidij causa erant.Nam nec ob fidei conueniebant rationem,nisi summa mul
titudinis necessitate coacti.Nec pusillanimitatem in electione penitus deposuerant.Et quod
multum gloria ab illo superarentur,omnium eis molestissimum erat,etiam si id fateri tur-
pissimum esset.Sed & aliud factum est dissidium, aut ista suscitauit.Quum enim patria no-
stra in duas diuisa sit præfecturas & metropoles,multáque noue ex priori addita fuissent,se-
B dition eorum potissimum exordium hinc sumpsit. Ille enim cum secularibus bonis nostra
quoque diuidenda esse censebat. Ac ideo quæ nuper accesserant transmutauit, tanquam ab
ipso iam differrent,ac ei acciderent. At hic consuetudinem seruabat antiquam, ac diuisio-
nem olim à patribus factam. Hinc multa iam acciderunt mala.Alia verò ortum sumpsere.
Conuentus enim à nouo distrahebantur metropolitano. Reditus diripiebantur. Ecclesia-
rum presbyteris quibusdam persuadebat,alios autem inuitabat.Inde euenit,vt ecclesiæ etiã
peius haberent, quando ita diuiderentur & inciderentur. Homines enim ob tales ferè re-
rum innouationes gaudere solent,quoniam libenter sua adaugent,ac facilius bene instituta
dissoluuntur quàm dissoluta restituuntur.At ille infestius Basilium exagitabat. Taurorum
enim prouentus & transitus ab eo tantum conspiciebantur,ad illum vero deducebãtur. Sed
C & ex monte sancto fructus colligere magni ducebat,ita vt quum viri mulos aliquando de-
prehendisset,propriam viam euntes,illos postea prædatoria cohibuerit manu. Et commen-
tum quasi honestum erat.Filij enim spiritales, & animæ,& fidei sermo, & talia auaritiæ e-
rant tegumenta.Res ditiorum propria.Et quòd non oporteat tributum pendere hominibus
malæ famæ.Verum omnis offendens malæ erat famæ.Proinde sanctus dei,& supernæ Hie-
rusalem metropolites,detrimentum tolerare,& hæc negligere cogebatur,siue paruam mali
dissolutionem excogitare.Sed videamus quàm magnam & admirandam, ac planè anima
illius dignam.Ex seditione enim Ecclesiam opulentiorem reddidit, aduersitatémque per- Bona ex se-
belle disposuit.Siquidem plurimis episcopis patriam roborauit, ex qua re tria contigere pul ditione.
D cherrima.Plurimarum nempe animarum cura.Et vt ciuitas quæque sua haberet, & vt bel-
lum dissolueretur. Cæterum timeo ne & ego consilio isto ociosus sim factus. Haud enim
scio,quomodo rectius dicere conueniat.Licet enim cuncta viri huius quantum dictu possi-
bile est admirer,hoc vnum laudare nequeo.Animi enim passionem fatebor, nec aliâs mul-
tis ignotam,nostram dico innouationem & infidelitatem,cuius dolorem nullum vnquam
delebit tempus.Ibi enim cunctæ mihi vitæ inciderunt aduersitates,confusióque vt philoso-
phiæ incumbere nequirem,aut posse putarem.Tametsi parua sit ratio secundi. Præterquam
si quis illud à nobis in viri excusationem dictum suscipere voluerit,quod longe supra res sa
peret humanas.Et quæ hic faceret priusquam abiret, omnia spiritus instinctu ageret. Licet
E enim amicitiæ venerationem seruare sciret,in hoc vno tamen ignominia affecit,vbi dei ho
norem præferre oportebat.Longe enim sperata,amicitiæ dissolutioni anteferebat.Cæterum
timeo ne dum socordiæ crimen effugere contendo,apud eos qui cunctas res illius gestas sci
re desiderant,scribendo tamen in crimen insatiabilitatis apud eos qui modum laudant in-
cidam:quam rem nec ipse negligebat,sed mensuram ex omnibus optimam esse inter potis-
sima laudabat,ac in omni vita sua diligenter obseruabat.Ita igitur sermone vtar,vt tam bre
uitatis, quàm insatiabilitatis amatoribus pariter satisfacere queam. Alij igitur in re aliqua
excellunt,alij autem in plerisque,quum plures virtutis species existant, nullus verò ex om-
nibus quos nos cognoscimus,ad summum peruenit.Sed ille nobis optimus est,qui in pluri
F mis recte agit,aut in vna potissimum.Basilius verò ita cuncta attigit, vt naturæ contentio
esse videretur.Nam ita consideramus:inopiam quis laudat,vitámque omni carentem appa
ratu & superfluitate:at quid ille habebat præter corpus, & ea quibus carnis tegeret neces-
saria?diuitiæ autem illi erant,vt nihil possideret,cruxque cui soli superuiuebat.Hæc longe si-
bi multis pecuniis honorabiliora esse censebat, nec possibile vt quis,si etiam vellet, omnia
possideret:sed vt quis omnia contemnere sciret,sicque omnibus melior appareret. Quum-
que ita sentiret & haberet,nequaquam altari ac vana indigebat gloria,nec præconio illo pu
blico,Crates Cratetem Thebanum in libertatem vendicat.Optimus enim esse potius quàm
videri malebat,ac ideo nequaquam in dolio ac in medio foro habitabat,vt omnibus iudi-
brio esset,indigentiam noua resartiens abundantia.Sine ambitione igitur & arte quęstuosa

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauper erat,ac omnia quæ habebat profundebat,quo expeditior per vitę nauigaret mare. Sanè abstinentia & frugalitas res est admiranda,& ne quis à voluptatibus superetur, aut ventri tanquam amaro & illiberali subiiciatur domino,at quis magis in cibo parcus? & ne multa dicam, sine carne ferè erat, superfluitatem autem & satietatem ad irrationabiliores, & quorum vita seruilis & deorsum vergens erat reiecit. Ipse autem nihil magnum esse censebat quòd gutturi applauderet,sed solũ necessariis quantũ poterat sustentabatur solásque delitias esse ducebat, ne delitiis diffluere appareret,ac ideo indigeret plurimis. Sed ad lilia respiciebat & volatilia,quæ pulchritudine prædita sunt mirabili,cibóque vtuntur fortuito obla to,secundum magnam Christi mei admonitionem,& carnem propter nos mendicantem, quo nos diuinitate ditaremur. Hinc illi tunica vna,& pallium tritum,in humóque dormitio,& illuuies & vigiliæ eius erant exercitamenta. Cœna autem suauissima,ac cibus panis cũ sale,aut ficus recentes: potus vero sobrius erat,& abunde illi sufficiens,quem fontes producunt,iis etiam,qui non laborant. Verum ex his aut cum his ęgritudines sequebantur,& medicamenta communia nobis exercitia: oportebat enim me miserum,in talibus æque affectũ esse,licet in aliis longe inferior forem. Sanè res magna est virginitas,& angelis aggregari,ac absque iugo esse,naturæque solitariæ: nam Christi illam vocare cunctor,qui quum nasci deberet,ob nos natos,ex virgine nascitur,vt virginitatem lege sanciret,tanquam inde deductam,& mundum abscindentem,seu potius mundum mundo præmittentem,præsentem futuro. Quis igitur virginitatem magis honorauit,quàm Basilius,aut carnis puritatem quasi lege sanciuit? non solum exemplo proprio, sed eorum etiam quibus studebat, quemadmodum ex virginitatis laude & institutionibus eius liquet scriptis, quibus omnem sensum refrenauit,ac cuncta membra ad modestiam redegit,necnon virginitatem seruandam persuasit,pulchritudinem ad interna conuertens,à visibilibus ad inuisibilia. Et externum quidem languidum reddebat,ac materiam subducebat flammæ. Occultum verò ostendebat deo,qui solus animarum depuratarum sponsus existit. Quíque animas ad se pertrahit vigilãtes, quo cum lampadibus splendidis,& largo ei olei occurrant nutrimento. Sanè quum vita solitaria ac mixta,vt plurimum inter se distarent ac pugnarent, neutrumque bonum à malo penitus segregatum haberet: sed hæc magis quieta & moderata esset,& deo copularet,non tamen arrogantia propter virtutis securitatem & existimationem careret: illa autem actiua magis & vtilior, verum à turbis nequaquam segregata esset: ambas inter se bellissime conciliauit,& ita temperauit,vt sapientia non sine actione,nec actio sine sapientia foret: sed tãquam tellus,& mare,bona sua vtrinq; conferrent,ac in vnam dei gloriam concurrerent. Et quid plus? pulchra est humanitas,ac pauperum sustentatio,humanęq; imbecillitatis subsidiũ. Parumper igitur ab vrbe progredere,& vrbem cerne nouam,pietatis promptuarium, cõmune diuitum repositoriũ,quò opum superuacua,imò iam necessaria admonitione illius recõderent,quo tineas excluderent,nec fures exhilararent,inuidiæq; certamen & temporis effugerent corruptionem. Vbi ægritudo philosophatur,& calamitas beata censetur, compassióque in reputatione est. Quid mihi ad opus illud Thebæ Aegyptiacæ,cum portis septem? ac muri Babylonici,necnon sepulchrum Mausoli Caris,& Pyramides,ac Colossi? æs pondere carens. Sine templorum magnitudo & pulchritudo? quæ amplius haud supersunt, cum aliis quæ homines admirantur,& librorum mandant memoriæ,quæ nil conditoribus suis, præter paruam prosunt gloriolam. Mihi verò salutis via hæc compendiaria,ac facilis in cœlum ascensus,admirationi est præcipuæ. Non enim amplius oculis nostris expositum est spectaculum graue & miserandum,homines antè obitum mortui, & plurimis corporis mutilati membris,ab vrbibus,domibus,foris,aquis,quin à chariſſimis suis expulsi,nominibus potius quàm corporibus noti: nec amplius in triuiis & conuentibus secundùm cognationem & cõcentum exponuntur,non iam ob morbum miserandi,sed exosi,membrorum miserabilium artifices miri,si vox saltem quibusdam est residua. Sed cur cuncta nostra tragice enumero? quum sermo haudquaquam sufficiat passioni. Basilius verò præ omnibus maxime hominibus persuasit,vt quum homines essent,nequaquam homines contemnerent. Nec Christum vnicum caput omnium, propter inhumanitatem erga illos ignominia afficerent: sed in calamitatibus alienis facultates suas rectè disponerent, à deoque misericordiam,quum misericordia indigerent, pio fœnore extorquerent. Ac ideo generosorum generosissimus ille, & gloria,plus quàm splendens, ægrotos nec ab osculi arcebat honore, sed tanquam fratres salutabat. Non quemadmodum quis suspicari posset,inanis gloriæ gratia. Quis enim plus à tali

Frugalitas.

Matt. 6.

Virginitas.

Thebæ. Babylonici muri, Mausoleum.

A tali aberat affectu? sed vt corpora curandi causa attrectaret, philosophiæ eius formula, & loquens,& tacita erat exhortatio. Nec ciuitas ita, regio vero adiacens & externa aliter se habebat,sed omnibus commune certamen proposuit, ita vt & populi præfecti ciues humanitate imitarentur & magnificentia. Proinde quemadmodum aliis curæ sunt propinatores, ac mensæ lautiores, necnon coquorum commenta & iritamenta gulæ,sellæq; elegantes,ac vestes molles & fluidæ: ita & Basilius infirmorum,& hulcerum eorum, ad imitationem Christi gerebat curam, non sermone sed opere lepram purgans. Quid nobis ad hæc dicent ij,qui ei superbiam & supercilij obiiciunt fastum? amarulenti talium censores, ac qui neutiquam regulas adhibent regulæ. Num quis lepræ curam gerit,& eoúsque se humiliat, sanos vero cõ
B temnit? aut carnes per abstinentiam macerat, animæ elatione intumescit inani? maxime quum pharisæi iactantiam nouit,& ex tumore humilitatem prædicat, & Christum ad serui vsque formam descendisse non ignorat,illúmque cum publicanis comedisse, & discipulorũ pedes lauisse. Sed nec crucem renuisse, vt illic peccata affigeret mea. Et quod his est admirabilius,deum videt crucifixum,idq; cum latronibus, & à prætereuntibus irrideri, inconsumptibilem illum,& omni passione sublimiorem. Num ille seipsum adeo effert, vt neminẽ sibi honore æqualem esse censeat? quemadmodum videtur iis qui illi inuident. Verum vt arbitror,morum constantiam, seueritatem, & integritatem illam absolutam,superbiam vocarunt. Equidem illi idem, vt mihi videtur,eodem modo hominem fortem temerarium, ti-
C midum vero circumspectum appellarẽt: modestum quoque inhumanum,ac iustum immobilem. Quidam enim non inepte indagarunt, virtuti vitia esse adiuncta, & quodammodo cõtigua,facilèque à rerum inexpertis aliud pro alio accipi. Quis enim virtutem plus quàm Basilius honorauit? aut malitiam redarguit? siue bonis visus est melior, vel delinquentibus asperior? cuius subrisio sæpius laus erat,silentium vero increpatio, quæ conscio malum suũ vltro extorqueret. Cæterum si non garrulus erat, aut risu diffluens, siue circunforaneus, nec multis placebat, quoniam non omnibus omnia fieret aut gratificaretur, quid hoc ad rem? nónne potius laude quàm reprehensione dignum est iis,qui præditi sunt mẽte? nisi quis leoni obiicere velit,quod non figuram simiæ,sed seueram & regiam præ se ferat, cuius lasciuiæ
D tamen generosæ sunt,& cum admiratione diligendæ. Sanè eos qui in scena versantur, tanquam iucundos & humanos quis miretur, quoniam populi gratiam captant, ac risum mouent per alapas & verbera,quanquam si hoc quærimus, quis adeo iucundus fuit in conuersationibus? quemadmodum ego potissimum noui,qui prę reliquis viri mores sum expertus. Quis narrando gratiosior? quis mordendo peritior? quis reprehendendo syncerior? siquidem non nimis seuere reprehendebat,nec nimis facile remittebat, sed immodestiam in vtroque fugiebat, ac vtroque iuxta Salomonis leges cum ratione & in tempore vtebatur. Cæterum quid hæc sunt? si cum viri collata fuerint eloquentia aut magnitudine doctrinæ, qua sibi fines orbis conciliauit totius. Verum adhuc circa montis versamur ima, ac multum à summitate distamus. Adhuc circa littora ferimur,ac nondum mare ingressi sumus profundum. Eccli. 19.
E Arbitror enim si vnquam fuit aut erit tuba,longe sono suo per aërem diffusa, aut terræmotus orbis ex innouatione quadam aut miraculo ortus, hoc vocem illius esse, & ingenium, tantum omnes antecellens, & post se relinquens, quantum nos naturam exuperamus irrationalium. Quis enim magis se expurgauit spiritui? & dignum fecit vt diuina explicaret mysteria? quis magis cognitionis lumine illuminatus fuit,& ad profunda pertigit spiritus? cum deoq; ea quæ dei sunt est contemplatus, quis sermonem sortitus est melius interpretante ea, quæ cognitione sunt digna? ita vt non multorum instar altero pede claudicaret, vel mente sermone carente,aut sermone minus solidato mente. Verum vtrisque pariter excelluit, sibi ipsiq; similis apparuit. Et vbiq; sane sensit. Siquidem quod cuncta dei profunda scrutatus sit,
F spiritu est testificatus. Non tanquam ignorante, sed veluti contemplatione exultante. Omnia enim quæ spiritus sunt,ab illo sunt indagata, vnde euenit vt moribus instituerẽt cũctos, eloquentiam ostenderet,præsentibus renunciaret,& se accingeret ad futura. Porrò solis pulchritudo cum magnitudine ac cursus sui velocitate, à Dauid laudatur,splendens tanquam sponsus,magnus vt gigas,cuius vires tãtæ sunt, vt cursu suo à summis pariter illustret summa,nec calor eius distantia imminuatur: Basilij autem pulchritudo, virtus erat, magnitudo vero theologia,at cursus,mobilitas assidua quæ ascensibus suis ad deum vsq; perducit, vires vero satio sermonis & distributio, ita vt recte mihi scripturæ illud de eo vsurpare liceat, In omnem terram exiuit sonus eius,& in fines orbis,vis verborum eius. Quod beatus Paulus Psalm. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma. 10. de apostolis à Dauide dictum esse ait. Quæ enim alia hodie in co[illegible]entibus est gratia? quæ G
in conuiuiis voluptas? quæ in foro? quæ in conciliis? quæ principum cu[illegible] suis delitiæ? quę mo
nachorum aut mixtorum? quæ ociosorum aut negociosorum? quæ eoru[illegible]qui in externis aut
nostris philosophantur? vnica profecto voluptas per omnia, & in omnibus maxima, illius
sunt scripta, & labores. Nec scriptoribus vlla post illum relicta est facultas, præterquam mo-
nimenta eius literaria: sileant vetera, quæ à quibusdam in sacris elaborata sunt sermonibus,
clament noua. Is enim nobis optimus est in sermonibus, cui concessum est vt supra scripta il
lius potissimum cognoscat, & lingua proferat auribusq; infundat. Solus enim pro omnibus
Hexaemerõ Basilij. ad doctrinæ adeptionem sufficit studiosis. Ego autem hoc solũ dicam, quotiensc̃unq; Hexa-
emeron eius in manus sumo & relego, ad conditorem omnium accedo, & cõdituræ ratio- H
nes cognosco, ac conditorem plus quàm antea admiror, dum solo visu ipso doctore vtor.
Quum autem in contradictorios incido sermones, Sodomiticum video ignem, quo linguæ
exuruntur malæ & aberrantes, aut confusionis turrem, male quidem ædificatam, male quoq;
dissolutam. Quum vero quæ de spiritu scripsit relego, deum inuenio quem habeo, & in ve-
De spiritu Basilij liber ritatis prolatione audax fio, dum per illius gradior Theologiam & contemplationem. At
quum alias eius perlego enarrationes, quibus parum videntes illuminat, & quas tripliciter
in solidis cordis eius tabulis conscripsit, disco non in litera consistere solum, aut superuacue
intueri tantum, sed & pergere vlterius, & ex profundo adhuc in profundum transire, abys- I
sum ascisens abysso, & lumini inueniens lumen, donec in summum peruenio. Quum autẽ
martyrum laudes relego, corpus contemno, & cum laudatis versor, ad certamenq; excitor.
Quum vero sermones eius, tã morales euoluo, quàm actiuos, anima pariter purgor & cor-
pore, ac templum dei fio capax, organúmq; pulsatum à spiritu, diuinam decantans gloriam
& potentiam. Cum hoc immutor & dirigor, aliusq; ex alio fio, alteratione alteratus diuina.
Cæterum postquam theologiæ memini, ac viri in hac singulariter præstantis, & hoc quoque
prædictis addidero. Vtilissimum enim est multis, qui male de eo sentiunt, ne offendantur,
sed ad maleficos sermo pertinet noster, qui ex iis quibus alios calumniantur sibi subsidium
quærere solent. Ille enim ob sermones rectos, & erga trinitatem sanctam, connexionem, & K
condeitatem, vel nescio quomodo magis proprie aut manifestius dicere oporteat, nõ solum
à thronis excidere, quum nec sub initium illis oblectaretur, sed exilium ac mortem, necnon
supplicia extrema prompte subire paratus erat, idq; lucrum & minime periculum esse censẽ-
bat. Quod quidem ex iis partim liquet quæ fecit, partim vero quæ perpessus est. Postq̃ enim
pro veritate damnatus, & in exilium pulsus fuit, nullius rei alterius curam habuit, quàm vt
comitem quendam suum libellum tollere & sequi iuberet. Cæterum vt condemnationis ę-
tiam tempore sermonibus ædificaret veritatem, necessarium putabat, diuino Dauid hac in
re consultore vsus: vt parumper belli tempus suspendere, & hæreticorum potestatem infrin
gere posset, quoad libertatis tempus, ac linguæ, licentia cõcederetur loquendi. Illi enim quæ- L
rebant vt vox de spiritu acciperetur nuda, tanquam esset deus, quod & vere est, sed impie ab
illis & à malo impietatis accipiebatur præfecto, quo Basilium cum lingua theologica ex vr-
be pellerent: ipsi vero occuparent ecclesiam, eámq; impietatis suę propugnaculum facerent,
ac inde cuncta tanquam ex arce quadam percurrerent. At ille aliis scripturæ vocibus & te-
stimoniis manifestis, quæ illud idem possent, necnon syllogismis necessariis, ita redarguit
contradicentes, vt nequaquam contra tendere possent, sed vocibus caperentur propriis.
Quod quidem vim maximam habet, estq; prudentiæ singularis, quemadmodum sermo o-
stendit, quem de hac re conscripsit, vbi stilum tanquam è spiritus concitat pyxide. Cæterum
domini vocem tantisper distulit, à spiritu ipso, & geminis eius concertatoribus veniam pe-
tens, vt non moleste dispensationis illius consilium ferrent, ne dum ob vnius vocis gratiam M
resisterent, cuncta propter insatiabilitatem disperderent, præcipue cum tempore illo pietas
ita distraheretur. Nullum enim detrimentum eis inde euenturum censebat, si dictiones pa-
« rumper immutarentur, ac vocibus aliis illud idem doceretur. Quum non in verbis potius
« quàm rebus salus nostra consisteret. Siquidem nec Iudæorum gentem reiiciendam esse, si
vncti vocem pro Christi immutare, sicq; nobiscum censeri vellent. Quum vero ecclesia scin
deretur, maximum communitati imminere damnum. Verum licet spiritum omnino deum
esse affirmaret, quemadmodum liquet ex iis quæ sæpius, dum tempus ita ferret, publice præ-
dicauit, necnon priuatim interrogantibus expresse est confessus, manifestius tamen id fecit
in sermonibus quos mecum habuit. Nihil enim in illis ita abscondebat, vt id non libenter
mecum

A mecum conferret. Neque hoc simpliciter definiebat, sed quod non sæpius antea fecerat, hor
rendissime se execrabatur, ac sibi vt à spiritus gratia excideret imprecabatur, si spiritum nõ Basilij de
æque ac patrem ac filium, tanquam consubstantialem, & eiusdem honoris veneraretur. Pro- spiritu sancto
inde si quis me in his socium ipsius suscipere velit, aliquid multis adhuc absconditum pro- sententia.
feram: nempe quod tempore nos angustante, sibi dispensationem reseruauit, nobis autem lo
quendi libertatem commisit: nemo igitur nos iudicare, aut ideo reiicere debet, quod patriæ
honorati simus obscuritate, quum amborum opera, Euangelium apud nos sit roboratum.
Hæc non ideo percurri, vt excusatione nostra opiniones illius defendam: calumniatorum
enim reprehensione, si saltem aliqui sunt, longe vir ille melior est: sed ne ij qui censent, vo-
B ces solum à viro in literis adinuentas, pietatis finem esse, fidem debiliorem, ac theologiam
illius demonstrationem improbitatis habeant propriæ, quam tempus produxit, cum spiritu:
sed scripturæ sensum examinantes, necnon scopum, ad quem illa est conscripta, magis ad
veritatem accedere, & impiorum ora obstruere valeant. Mihi igitur theologia illius non ali
ter quàm amicus quispiam erit, tantámque fiduciam in viri puritate de hac re pono, vt il-
lam omnibus faciam communem. Et mea quidem ab illo expendantur, illius autem à me,
& coram deo & hominibus æquioribus, ita sint considerata. Nec enim euangelistas inter se Euãgelistæ
dissentire dicimus, quia quidam carni Christi magis operam impenderunt, alij autem theo- consentiũt.
logiæ plus incubuere: ac hi quidem ex rebus nostris, illi autem ex supernis initium fecere,
C pręconiúmque ad vtilitatem, vt arbitror, capientium distribuerunt, quum ita in eis spiritus
figuraret. Proinde quum multi olim fuerint pietate clari, ac nũc quoque sint homines, velu-
ti legislatores, populorum duces, prophetę, doctores, fortes ad sanguinis vsq; effusionem, age
cum illis nostra consideremus, sic enim virum hunc recte cognoscere valebimus. Adam dei Adam.
manu, necnõ delitiis paradisi, & legislatione prima factus est dignus, sed ne quid blasphemi
contra primæuum proferam parentem, reuerentia dictum sit, mandatum non seruauit. Ba-
silius vero accepit, & seruauit, ac nequaquã cognitionis læsus est ligno, romphæámque eua- Enos.
sit igneam, & vt planè noui, paradisum est adeptus. Enos primus sperauit vt inuocaret do-
minum: Basilius autem inuocauit, & aliis quoque prædicauit, quod quidem inuocatione lon
D ge honorabilius est. Enoch ob breuem translatus est pietatem, tum enim fides adhuc in vm Enoch.
bra erat, præmium pietatis inueniens translationem, sicq; reliquæ vitæ periculum effugit: Ba
silij autem tota vita translatio fuit, ipsęque perfecte in vita probatus perfecta. Noë arca, & Noe.
semina mundi secunda, in ligno concredita fuere paruo, & per vndas seruata: Basilius autem
impietatis effugit diluuium, ac ciuitatem suam celeriter salutis fecit arcam, quum vndique
hæreticis esset referta, ex qua & mundum totum reuocauit. Magnus fuit Abraham, & pa- Abraham.
triarcha, & sacrificus, sacrificij noui, qui eum quem ex promissione acceperat, sacrificium
promptum suo obtulit datori, & ad iugulationem vsque produxit: sed nec Basilius illo mi-
nus fecit, seipsum enim deo obtulit, & nihil tanquam idem esset suppositit: quid enim erat
E victimam offerre? Isaac ante natiuitatem etiam promissus est: Basilius vero promissio ipsa Isaac.
fuit, Rebeccámque, Ecclesiam dico, non longinque, sed propinque duxit, non per legatio-
nem seruilem, sed à deo traditam & commissam: neque in filiorum prælatione deceptus
fuit, sed vnicuique quæ digna erant cum spiritus iudicio distribuit. Iacobi scalam laudo, ac Iacob.
statuam quam deo inũxit, necnon luctam cum illo, si qua saltem fuit humanæ, vt arbitror,
mensuræ ad numinis sublimitatem comparatio, vnde & femoris dolor, naturæ deuictæ sym
bolum. Laudo etiam pulchrum illud viri circa pecora commentum, & successum, necnon Patriarchę
duodecim ex eo patriarchas, ac benedictionis distributionem, cum prophetia futurorum 12.
nequaquam ingenerosa. Verum & Basilij laudo scalam, non solum visam, sed & ascensam,
F ascensionibus per virtutem pedetentim: ac statuam non quam inunxit, sed deo erexit, quo
impiorum facta notaret infamia: & luctam, non qua contra deum, sed pro deo decertauit,
dum hæreticorum errores in terram prostrauit: sed & pastoralem viri artem ex qua ditatus
est, & pecora potius generosa quàm obscura possedit, ac pulchram sobolem eorum, qui se-
cundum deum sunt nati, necnon benedictionem quæ confirmauit multos. Ioseph frumen- Ioseph.
ti distributor fuit, sed in Aegypto solum, nec sæpius & corporaliter quidem: Basilius ve-
ro omnibus distribuit, semper & spiritaliter. Quod mihi distributione illa longe venerabi-
lius existit. Quum Iob tentatur, & vincit, in finęque splendide certaminum victor pronun- Iob.
ciatur, à nullo impugnante, licet multi forent, concussus, verum longe tentatorem superans
in lucta. Sed & amicorum irrationale refrenauit, qui passionis ignorabant mysterium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moſes. Moſes & Aaron inter ſacerdotes eius, & magnus quidem Moſes affligens Aegyptum, & G
populum ſaluans in ſignis multis ac miraculis, nubem ingrediens, duplicem legem ferens,
Aaron. literalem extra, ſpiritalem intra. Aaron autem Moſis frater, & corpore & ſpiritu, pro po-
pulo orans ac ſacrificans, tabernaculi ſacri & magni, quod compegit dominus & non ho-
mo, myſtes. Amborum horum Baſilius æmulator fuit, nequaquam corporalibus flagellis,
ſed ſpiritalibus & rationalibus, populum hæreticum & Aegyptiacum affligens. Deduxit
autem populum acceptum, bonorum operum æmulatorem, ad terram promiſſionis, tabu-
lisque minime frangibilibus, ſed duraturis leges inſcripſit, non iam vmbratiles, ſed valde
ſpiritales. In ſancta vero ſanctorum non ſemel in anno, ſed ſæpius, & per ſingulos, vt ita di-
cam, dies eſt ingreſſus. Vnde & ſanctam nobis reuelauit trinitatem, populúmque expiauit,
Ieſus Naue non aſperſione temporali, ſed expurgatione perpetua. Porro quid ex Ieſu Naue rebus pul- H
cherrimum fuit? imperium rei militaris, ſortis diſtributio, ac terræ ſanctæ occupatio. Ba-
ſilius vero, nónne princeps & dux fuit? eorum qui per fidem ſaluantur. Nónne hæredita-
tum penes deum diuerſarum diſtributor? & illarum tantum quas diſtribuit iis, quorum
dux fuit, ita vt vocem illam emittere poſſet, quoniam ſors mihi cecidit inter fortiſſimos,
& in manibus ſortes meæ, lóge honorabiliores quàm quæ in terra ſitę ſunt, & diripi poſſunt.
Iudices. Et vt iudices prætereamus, aut iudicum clariſſimós, Samuel inter eos qui inuocant nomen
Samuel. eius, & ante natiuitatem ſuam oblatus, ac ſtatim poſtquam genitus fuit ſacerdos, & vnctor
regum ac ſacerdotum per cornu. Baſilius vero nónne ab infantia deo à matre eſt conſecra- I
tus? & cum tunica oblatus altari? viditque ſuper cœleſtia, vnctus domini, & vnctor eorum
Dauid. qui ex ſpiritu ſunt initiati. Dauid inter reges decantatus, cuius multæ contra inimicos refe-
runtur victoriæ & trophæa, ſed manſuetudo in eo præcipua fuit, & ante regnum citharæ vis
Salomon. quæ ſpiritum incantabat malignum. Salomon cordis latitudinem à deo petiit, & conſequu-
tus eſt, adeóque ſapientia & contemplatione profecit, vt inter cunctos temporis ſui ho-
mines clariſſimus ſit effectus. Baſilius vero manſuetudine huius ſapientia autem illius, ſe-
cundum opinionem meam, minime, aut parumper ſuperatur. Nam & regum inſanien-
tium audaciam demulſit, & non Auſtri reginam ſolam, neque hunc, ſeu illum ob ſapien-
tiæ eius gloriam ex finibus terræ attraxit vniuerſæ, ſed omnibus finibus ſapientia ſua
cognitus eſt. Reliqua vero Salomonis obticeo, omnibus enim nota ſunt, etiam ſi nos K
Helias. parcamus. Laudas Heliæ contra tyrannos dicendi audaciam, & raptum per ignem, nec-
Heliſæus. non pulchram hæreditatem Heliſæi pallium, ſiue ſpiritum Heliæ ſubſequentem: lauda
etiam Baſilij in igne vitam, multitudinem inquam tentationum, & per ignem ſalutem,
ardentem quidem, ſed non deflagrantem, rubi miraculum, ac pulchrum ex alto indu-
Tres pueri. mentum, carnem conſumptam. Obmitto alia, Iuuenes in igne rore perfuſos, ac Pro-
Daniel. phetam fugitiuum in ceti ventre orantem, necnon iuſtum illum in lacu, tanquam à tha-
lamo beſtiæ procedentem, & leonum ferociam ligantem, aut ſeptem Machabęorum certa-
Machabæi fratres. men, qui cum matre ſancta per ſanguinem ſunt conſecrati, cum omnibus aliis, qui ſui
experimentum exhibuere, quorum conſtantiam Baſilius eſt æmulatus, ac gloriam tu- L
lit ſempiternam. Proinde ſi ad nouam acceſſero legem, & eos qui in illa claruerunt
Ieſus. cum Baſilio conferam, diſcipulum honorabo per doctores. Quis Ieſu fuit præcurſor? Io-
Ioannes. annes, tanquam vox verbi, & quaſi lampas luminis, erga quem etiam exultauit in v-
tero. Et ante illum ad inferos præcurrit, per Herodis inſaniam illuc demiſſus, vt & ibi
Chriſti annunciaret aduentum. Quod ſi ſermo noſter videtur audacior, illuc prædictis ad-
datur, quod nequaquam ideo hanc facio comparationem, quia virum illum præponam, aut
parem putem illi, qui inter natos mulierum omnes ſuperauit, ſed vt oſtendam hunc illius
fuiſſe imitatorem, & aliquid ex charactere eius retinentem. Siquidem res non parua eſt ho-
« neſtis, imitatio maximorum, etiam ſi ſit parua. Nónne enim vir ille ſimulachrum fuit ma- M
nifeſtum philoſophiæ illius? nam & hic in deſerto habitauit, & in nocte veſte amiciebatur
aſpera, quæ celabatur & nequaquam oſtendebatur: ſed & parem cibum dilexit, deo per ab-
ſtinentiam purgatus: quin etiam Chriſti præco fieri optauit, etiam ſi non eſſet præcurſor:
& exiuit ad eum non ſolum regio circumiecta, ſed remotiſſima etiam. Sed & inter duo
medius fuit teſtamenta: huius enim literam diſſoluit, illius autem ſpiritum publicauit:
Petrus. nam impletionem legis occulti manifeſtam fecit diſſolutionem. Petri zelum imitatus
Paulus. eſt, & vigorem Pauli, clarorum illorum, & pluſquam celeberrimorum, amborum vero
Zebedæi fratres, fidem. Filiorum Zebedæi magniloquentiam. Omnium diſcipulorum frugalitatem & me-
diocritatem

A diocritatem. Quapropter cœlorum claues illi ſunt concreditæ, non enim à Hieruſalem vſq; Ioannes apo-
in Illyriam ſolum, ſed maiorem etiam circulum eſt amplexus: nec tonitrui filius eſt voca- ſtolus.
tus, ſed factus. Quin & ſuper Ieſu pectus recubuit, vnde & ſermonis vim necnon ſcientiæ
hauſit profunditatem. Stephanus autem fieri prohibitus eſt, tametſi promptus eſſet, reueren- Stephanus.
tia cohibens lapidantes. Sed & ſuccinctius dicere poſſum, ne facta eius enumerem ſingula:
ex bonis quædam adinuenit, alia imitatus eſt, nonnulla autem deuicit. Nam omnium gra-
tia venire, eorum etiam qui nunc ſunt, omnium eſt dominari. Vnum omnibus breuiter ad-
didero, tanta viri erat virtus, tantáque gloriæ eius abundantia, vt & multa, ac quæ ex paruis
illius erant, inter quæ & refrenationes corporales erant, ab aliis ad gloriam cedere putaren-
B tur. Veluti pallor, barba, inceſſus compoſitus, & tarditas in ſermone, qui plenus erat pruden-
tia, & ad interna pertingens, quæ multis, qui ea minus bene imitari & cognoſcere poſſunt,
in moroſitatem cedunt. Quin in veſtitus forma, ac lecti figura, necnon cibi conſuetudine,
nulla ab eo adhibebatur diligentia, ſed ſimpliciter ſe gerebat, & fortuito ſecundum quod e-
ueniebat. Sanè multos Baſilios, quantum ad viſum cernere licet, ſtatuas vmbratiles, nimi-
um enim eſt vt nominentur poſtphani. Vox enim ea eſt nouiſſima, ſed euidentius diſcerni- Imitatores.
tur. Illi autem longius à viro diſtant, quàm quantum appropinquare deſiderant. Verum hoc
iam nequaquam paruum eſt ad gloriam, & merito quidem, vt eis aliquando vel parumper
appropinquare contingat, quo emendentur: aut aliquid ſtudioſe ac diligenter dictum aut
C factum eius mandent memoriæ: quemadmodum ego mihi ſæpius ad gloriam ceſſiſſe ſcio,
quoniam ea quæ viro fortuito exciderunt, longe præſtantiora ſunt & clariora, quàm quę ab
aliis magna diligentia ſunt elaborata. Poſtquam autem curſum perfecerat, ac fidem ſeruaue
rat, reſolutionem deſiderabat, iámque coronarum inſtabat tempus: verum minime in mon
tem aſcendere, & ibi occumbere iuſſus eſt, obiit autem & ad nos aſcendit, ſed & hic miracu
lum prædictis non poſterius accidit. Iam ferè mortuus erat, ita vt nec amplius ſpirare, ac
multum vitæ exhalaſſe videretur, vocalior tamen in ſermonibus redditus eſt nouiſſimis,
quo cum verbis abiret pietatis. Inſuper & ſucceſſorem elegit miniſtrum ſuum fideliſſimum
cui & manum & ſpiritum dedit, ne gradus diſcipulos eius, & ſacerdotij adiutores afficeret
iniuria. Verum ſermo iam vltra progredi cunctatur, progredietur tamen, quanuis plus alios
D quam me deceat, quoniam nequaquam in afflictionibus philoſophari queo, etiam ſi valde
philoſophari ſtudeam, communis memor damni & afflictionis orbis vniuerſi. Decum-
bebat vir, ſpiritúmque trahebat nouiſſimum, & à ſuperno quærebatur choro, ad quem iam
pridem reſpiciebat: confluebat autem ad eum ciuitas vniuerſa, minime damnum ferens pe
regrinationémque illius tanquam tyrannum incuſabat, ac animam eius quaſi manibus vel
precibus cogi poſſet, retinere ſatagebat. Siquidem calamitas ea homines quaſi deſipientes
reddebat, & vnuſquiſque aliquid de propria vita, ſi poſſibile fuiſſet, illi impartiri paratus e-
rat. Poſtquam autem ſuperati ſunt, neceſſe enim erat, vt oſtenderetur quod homo eſſet, &
ipſe in manus tuas domine ſpiritum meum repono, angelis nouiſſime dixit abducentibus,
non inſuauiter expirauit, præſentéſque ſacris quibuſdam inſtruxit, ac meliores extremis red Baſilij mors
E didit mandatis. Tum miraculum factum eſt inter omnia quæ vnquam acciderunt celeber-
rimum. Geſtabatur ſanctus, manibus ſanctorum eleuatus, ſingulíque contendebant: & hic
quidem vt fimbriam contingeret, vel ab vmbra contingeretur: alius vt lectulum quo ſacer
ille efferebatur ſolum tangeret. Quid enim corpore illius ſanctius ac purius? alius vt geſtan-
tibus appropinquare poſſet, quidam vt ſolum ſpectaculo perfrui valeret, ac ſi neceſſe foret,
vt & illud celebraretur. Plenæ erant porticus, fora, feneſtræ, culmina, hominibus qui illum
præmittebant, gerebant, & inuicem ſuccedebant, ex omni genere & ætate, numerus infini-
tus, pſalmodiæ reſonabant antea incognitæ, luctu permixtæ, ſapientiáque paſſionis ſoluebā-
F tur magnitudine. Certamen autem noſtris cum Græcis, externis, Iudæis & alienis erat, pari-
ter & illis nobiſcum, vt qui plus lugeret, maius quoque referret commodum: finis ſermonis,
& ad periculum vſque animi proceſſit affectio. Cum ipſo enim diſceſſere animæ non paucæ,
afflictionis & perturbationis vi abreptæ, quæ & tandem veluti itineris comites beatitudi-
nem ſunt aſſequutæ. Eas ex feruentioribus quiſpiam rectè, victimas ſepulchrales appellaue-
rit: corpus verò vix effugit diſcerpentes: vicitque inſtaurantes pompam, ſicque ſepulchro pa
trum ſuorum eſt illatus, ſacerdotibúſque iunctus archiſacerdos, præconibus vox magna, &
in auribus reſonans meis, martyr martyribus. Et nunc in cœlis degit, ibique pro nobis, vt ar
bitror ſacrificia offert, ac pro populo orat. Licet enim nos reliquerit, non tamen omnino re-
liquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liquit. Ego vero Gregorius ſemimortuus ſum, & ſemiſectus, tam magna priuatus conuerſa- G
tione, vitámque exigo lugubrem, & nequaquam proſperam, quemadmodum par eſt ſegre-
gatum ab illo. Ac neſcio quomodo poſt inſtitutionem illius finiam, qui nunc etiam per vi-
ſum admoneor nocturnum & reſipiſco, quum excido à decoro. Verum nequaquam hæc i-
deo refero, quo laudibus intermiſceam lachrymas, ſed vt viri conuerſationem memoriæ cõ
mendem, ac tempori, communem virtutis ſtatuam tabulam, & inſcriptionem ſalutarem ec
cleſiis, ac animabus cunctis, ad quam reſpicientes, vitam tanquam ad legem dirigant ani-
matam. Vobis autem qui geſta eius celebratis, in primis conſulo, vt ſemper ad eum reſpi-
ciatis, & tanquam ipſe videat, & videatur, præparemini ſpiritui. Adeſtote igitur, ac vniuer-
ſo choro illius me circumſiſtite, tam ij qui gradus ſunt, quàm inferiores, ſiue noſtri, ſeu ex- H
tranei, ac laudem eius pariter mecum celebrate, aliuſque aliud quid ex rebus eius narret, aut
quærat pulchris: qui in throno conſidetis, legiſlatorem: qui res adminiſtratis publicas, re-
rum publicarum adminiſtratorem: populares diſciplinam, eloquentiæ ſtudioſi doctorem,
virgines pronubum, iugo ſubiectæ moderatorem, ſolitarij alatum, permixti iudicem, ſim-
plices ductorem, contemplantes Theologum, læte agentes frenum, calamitatibus oppreſſi
conſolationem, ſenectus baculum, iuuentus correptorem, paupertas largitorem, opulentia
diſpenſatorem. Sed & viduæ videntur mihi tutorem laudare, & pupilli patrem: pauperes ve
ro pauperum amatorem, ac hoſpitalem hoſpites, fratrêſque fratrum amatorem, ægrotantes
medicum, in quacunque infirmitate remedium, ſani cuſtodem ſanitatis, omnes eum qui o- I
mnibus factus eſt omnia, vt lucraretur omnes aut plures. Hoc tibi Baſili munus à nobis ſit
impenſum, tanquam à lingua tibi quondam ſuauiſſima, & eo qui honore & ætate tibi fuit
æqualis. Quod ſi iuxta dignitatem, tibi ſint gratiæ: tui enim confidentia ſermonem hunc
de te inſtitui. Si autem à ſpe longe excidi. Quid me pati oportet? ſenectute, & morbo, nec-
non deſiderio tui maceratum. Attamen deo acceptum eſt quicquid fit pro viribus. Tu au-
tem ſacrum ac diuinum caput, ex alto nos reſpice, & carnis ſtimulum, inſtructionem no-
ſtram, à deo nobis datam, aut tuis ſiſte precibus, aut fortiter me ferre perſuade, totámque vi
Carnis ſti- mulus. tam nobis in melius permuta. Quum verò emigrabimus, nos ibi tuis excipe tabernaculis,
quo ſimul viuentes, trinitatem ſanctam & beatam pariter aſpiciamus, purius & perfectius, K
cuius nunc ſimulachrum mediocriter percipimus. Ibi deſiderium ſiſtemus, ac eam accipie-
mus retributionem, quam pugnando acquiſiuimus, & acquirimus. Tibi igitur hic à nobis
dictus ſit ſermo, nos autem quis poſt te quum vitam exegimus laudabit? ſi ſaltem quid lau-
de dignum præſtitimus ſermonibus, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui ſit gloria in ſe-
cula, Amen.

τοῦ ἁγ. γρηγορίου εἰς τὸν μέγαν βασίλειον ἐπιτάφια, εἴτε ἐπιτάφια.

Σῶμα δίχα ψυχῆς ζώειν πάρος, ἢ ἐμὲ σεῖο,
Βασίλιε χριστῷ λάτρι φίλ' ὠΐόμην.
Ἀλλ' ἔτλην, καὶ ἔμεινα. Τί μέλλομεν οὐ μεταείρας,
Θήσεις ἐς μακάρων σήντε χορὸς ἀσίνης;
Μή με λίπῃς, μὴ τύμβου ἐτοίμυνμι, οὔποτε σεῖο
λήσομαι, οὐ δ' ἐθέλων. γρηγορίοιο λόγος.
Ἡνίκα βασιλείοιο θεόφρονος ἥρπασε πνεῦμα
Τριὰς, ἀσπασίως ἔνθεμ' ἐπειγομένου,
πᾶσα μὲν οὐρανίη στρατιὴ γήθησεν ἰοῦσι,
πᾶσα δὲ καππαδοκῶν ἐσονάχησε πόλις,
σὺν δ' ὅιον, κόσμος δὲ μέγ' ἴαχεν, ὤλετο κήρυξ,
ὤλετο εἰρήνης δεσμὸς ἀριπρεπέος.
Κόσμος ὅλος μύθοισιν ὑπ' ἀντιπάλοισιν ἀεικῶς
Σείετο, ὁ τριάδος κλῆρος ὁμοδενέος.
Αἰ αἰ βασιλέου ὃ μεμυκότα χείλια σιγᾷ
Ἔγρεο, καὶ σήτω σοῖσι λόγοισι σάλος,
Καὶ βίοτον μύθῳ, καὶ βιοτῶντι λόγον.
Εἷς θεὸς ὑψιμέδων, ἕνα δ' ἄξιον ἀρχιερῆα
Ἡμέτερη γενεὴ εἶδέ σε βασίλειε,
Ἄγγελον ἀτρεκίης ἱερῆχί, ὄμμα φαεινὸν
Χριστιανοῖς, ψυχῆς κάλλιστ λαμπόμενον,
Πόντου καππαδοκῶν τε μέγα κλέος εἰσέτι καὶ νῦν
Λίσσομ' ὑπὲρ κόσμου ἵλασσο δῶρ' ἀνάγων.
Ἐνθάδε βασιλείοιο βασίλειον ἀρχιερῆα
Θέντο με καισαρίες γρηγορίοιο φίλον.
Οὐ περὶ κῆρι φίλησα, θεὸς δέ μι ὄλβια δοίη,
Ἀλλάτε, καὶ ζωῆς ὡς τέλος ἀντίσαι
Ἡμετέρης. τίδ' ὄνειαρ ἐπὶ χθονὶ δηθύνοντα
Τήκεαδ', οὐρανίης μεωάμενον φιλίης.
Τυτθὸν ἔτι πνεύσεις ἐπὶ χθονί, πάντα δ' χρισῷ
Δῶμας ἄγων, ψυχήν σῶμα, λόγον, παλάμας.
Βασίλειε χρισοῖο μέγα κλέος, ἱερὲ ἱερῶν,
Ἕρμα πολυτλήτου νῦν πάλεος ἀτρεκίης.
Ὦ λόγοι. ὦ ξυνὸς φιλίης δόμος, ὦ φίλ' ἀθῆναι,
Ὦ θέσθου βιότου τηλόθι συνθεσίαι,
Ἴσε τόδ' ὡς βασίλειος ἐς οὐρανὸν, ὡς ποθέεσκε
Γρηγόριος δ' ἐπὶ γῆς, χθίζοι δεσμὸ φέρων.
Καισαρίων μέγ' ἄεισμα φαείνατε ὦ βασίλειε,
Βροντὴ σεῖο λόγος, ἀστεροπὴ ὃ βίος.
Ἀλλὰ καὶ ὡς ἔφην ἱερὴν λίπες, ἤθελεν οὕτω
Χριστὸς, ὅπως μίξῃς ὡς τάχος οὐρανίοις.
Βύθια πάντ' ἐφάεις τὰ πνεύματος, ὅσσατ' ἔασι
Τῆς χθονίης σοφίης, ἠμαυρὸν ἰῶρὸν ἐὼν.
Ὀκταετῆ λαοῖο θεόφρονος ἡνία τέναες.
Τοῦτο μόνον τῶν σῶν ὦ βασίλεῦ ὀλίγον.
Χαίροις ὦ βασίλειε, καὶ ἡμέας ἔμπας.
γρηγορίου τόδε σοι γράμμ' ἐπιτυμβίδιον,
Μῦθος ὃδ' οὐ φιλέοντες. ἔχεις χρέος ὦ βασίλειε
Τῆς φιλίης, καί σοι δῶρον ἀπευκτότατον,
γρηγόριος βασίλειε τεῇ κονίῃ ἀνέθηκα
Τῶν ἐπιγραμματίων τὴν δεκάδ' ἐνδεκάδα.

Eiusdem B. Gregorii Nazianzeni in magnum Basilium funebria seu sepulchralia.

Corpus sine anima priùs uiuere, quàm me sine te
Basili amice Christi cultor, existimabam.
Sed toleraui, & sustinui. Quid moramur? uon me sublatum
Locabis in beatorum, tuumq; chori ordinem?
Ne me deseras, ne sepulchrum adiuro: nunquàm tui
Obliuiscar: neque uolens. Gregorii oratio hæc est.
Cùm Basilii deisapi rapuit spiritum
Trinitas, libenter hinc festinantis,
Omnis quidem cœlestis exercitus lætatus est eunte,
Omnis autem Cappadocum lamentata est ciuitas.
Nec solùm, sed & mãdus exerta hac uoce uociferabatur: Periit præco,
Periit pacis uinculum sane quàm decoræ.
Mundus totus à sermonibus sibi mutuiter reluctantibus indecore
Quatitur, Trinitatis hæreditas æquipotentis.
Heu, heu Basilii clausa labia silent.
Excitare, ac cesset tuis sermonibus perturbatio hæc ingens,
Tuisq; sacrificiis eã in trãquillitatẽ uertẽtibus. Tu enim solus ex æquo
Et uitam sermone, & uitæ formulam sermonem. (expressisti
Vnus deus celsipotens, unum uerd dignum Antistitem
Nostra ætas uidit te ô Basili,
Nuntium ueritatis magnisonum, oculum clarum
Christianis animæ pulchritudinibus splendentem.
Ponti Cappadocumq; magna gloria etiam nunc
Supplico pro mundo: stes dona adducens.
Hic Basilii Basilium Antistitem
Posuerunt me Cæsarienses, Gregorii amicum:
Quem præter cor amaui. Deus ei beata det,
Aliaq;, & uitæ quàm celerrimè occurrere
Nostræ. Quænam utilitas in terra morantem
Absumi, cœlestis memorem amicitiæ.
Parumper etiam spirasti in terra, omnia autem Christo
Tradidisti offerens, animam, corpus, sermonem, manus.
Basilii magna gloria, firmamentum sacerdotum,
Firmamentum multifidæ nunc maximè ueritatis.
O sermones, ô communis amicitiæ domus, ô charæ Athenæ,
O diuinæ uitæ diuturna consortia,
Scitis hoc, nempe Basilium in cœlum profectum, ut optabat,
Gregorium uero in terra, labiis uincula ferentem.
Cæsariensium magna gloria, illustrissime ô Basili,
Tonitru tuus erat sermo, at fulgur uita.
Attamen sedem sacram reliquisti. uoluit ita
Christus, ut miscereris quàm celerrimè cœlestibus.
Profunda omnia edoctus es spiritus, quæcunq; sunt
Terrenæ sapientiæ, spirituale sacrum eras.
Octo annos populi deisapi habenas rexisti.
Hoc solum, tuorum officiorum ô Basili exiguæ pars fuit.
Vale ô tu Basili, & si liquisti nos tamen.
Gregorii est hoc tibi scriptum sepulchrale.
Sermo hic quem amabas. Habes debitum ô Basili
Amicitiæ, & tibi donum neutiquàm optabile
Gregorius ô Basili tuo puluerì dedicaui
Inscriptiuncularum hanc duodecadem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dies nempe dominicæ circuncisionis.

Hæc eadem sacrata dies tibi magne Basili,
Atque tuum primæ celebrant natale Kalendæ,
Sed quia cedendum dominis maioribus, illinc
Te trahis, & transfers in idonea tempora, iuxta
Diuersos hominum mores, usumque locorum.

Collatio nõ inuenusta, καθ' ὑπερβολήν.

In tua decurrit Graiùm sapientia fluxu
Corda redundanti, sicut decurrere nostrum
In mare consueuit magnis Atlanticus undis
Oceanus, seseque amplum diffundit in æquor.
Nec fuit ambarum diuina scientia legum
In te larga minùs, nec graiæ copia linguæ
Pauperior. Tua religio quasi uinea densis
Palmitibus fruticans, longè latèque per orbem
Est uulgata, latens in Cæsariensibus agris
Trans Phryges & Galatas, & trãs Bebrycia regna
Hesperiæ populis procul apparebat & Indis.
Rumor hic à Libycis traxit regionibus Efren
Insignem probitate uirum, deserta reliquit,
In quibus à teneris æuum transegerat annis.
Ad spectanda tuæ uenit miracula uitæ
Iam senior, tecúmque loquens exire uidebat
Ex labris accensa tuis atque ignea uerba.
Iste domi notus laudum rumore tuarum,
Orauit per signum aliquod se illustre doceri
Quantus apud superos esses, cui nomen apud nos
Tantum fama dabat passim, uiditq; columnæ
In speciem, dum nox claris incederet astris,
Ingentem flammam ad cœlum caput usque ferentem,
Et simul audiuit uocem, quæ à sydere labi
Visa per aurarum tractus, uerba ista sonantem:
Talis apud superos uirtus ac tanta Basili est,
Hæreticis, ac præcipuè quos fecerat impos
Cordis, & obscuræ mentis torpedine captus
Arrius impugnator atrox, ac malleus ingens
Semper erat. Iuuenem qui cæco illusus amore
Tradiderat sese Plutoni, & sanguine demens
Ipse suo seruum stygio se scripserat orco,
Asseruit, populo insonti spectante duellum.
Nam pater hinc prenso iuuenem rhenone trahebat,
Inde lemur, longo tandem certamine uictus
Cum stridore graui fugit per nubila Dæmon.
Sæpe ualens qui tunc extinctis fratribus omne
Romanum fine consortis formidine agebat
Imperium, dum uult hominem proscribere, fractis
Elusus calamis tandem crudele reliquit
Officium, cum niti odio se uidit inani.
Vita uiro cùm mox esset moriturus, in unam
Est producta diem, quo natum semine gentis
Hebraicæ medicum sacra perfunderet unda
Ipse suis manibus, dictu mirabile, postquàm
Huic satis officio factum, discessit in auras
Spiritus, & clauso requierunt uiscera sensu.
Cæsareæ pastor sanctissime porrige dextram
His animæ clausæ in tenebris, & carcere cæco,
Et ueluti quondam nurui peccata remisit
Te impetrante deus, sic te impetrante dolores
Auferat & nostros, & nostra piacula soluat.

Optandum, multos vt ętas hæc haberet Basilios.

ἰυχ.

ὅραμα B. Efren.

Finem hic capit faustissimum, operum D. Basilij Magni tomus secundus, cura Godefridi Tilmanni in Cartusia parisiensi monasticen professi ad fidem codicis Græci recognitus.

Index quaternionum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A B C D E.

Omnes sunt quaterniones præter E ternionem.

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard in uia ad diuum Iacobum.

Jo. Fr. P. de Lasseano consultor del. S. Offi. por comiso. de los 88 inquisidores conforme al mdicedesta ano de 1584. expurgue este libro en S. P. Martyr de Dol. a 20. de 8bre de 1584.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca